

# D. DIONYSII CARTHUSIANI INSIGNE COMENTARIORUM OPUS, in Psalmos omnes Dauidicos.

Quos ipse multiplici sensu quantum fieri potuit, nempe Literali, Allegorico, Tropologico, & Anagogico (id quod nemo hactenus præstitit) non nisi solidissimis sacræ scripturæ locis, doctissimè explanat.

Accedit ad hæc, eiusdem in matutinalia VII Cantica, in Magnificat quoque, Nunc dimittis, Benedictus, in Symbolum etiam fidei, Quicunque vult saluus esse, & in hymnum diuinum, Te deum laudamus, exactissima elucidatio.

*Præmissis ad singulos psalmos orationibus, doctis & piis: paucis uerbis fere potiorem partem sensus Psalmi exprimentibus, & summam complectentibus.*








PARISIIS
Apud Ioannem Roigny, via ad D. Iacobum
sub Basilisco & quatuor Elementis.
1 5 3 9.

# Reuerendiſſimo in Chriſto patri

## ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO,

Domino Erardo à Marka, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Tituli ſancti Chryſogoni presbytero, Cardinali, Archiepiſcopo Valentiæ, Epiſcopo Leodiẽſi, Duci Buillonẽſi, Comiti Loſſen. &c. Domino ac patrono ſuo colendiſsimo Theodoricus Loer à Stratis, domus Carthuſienſis in Colonia humilis Monachus, & Vicarius, Salutem & omne bonum exoptat.

MVlta ſunt quæ me ſolicitant pater ampliſsime, cur illuſtrem tuam celſitudinem ad patrocinium D. Dionyſii noſtri Carthuſiani, viri & pietate & eruditione ſingulari commendabilis ſuſcipiendum, euocare minime dubitẽ. Nam præter quotidianæ humanitatis tuæ eximiæ exempla, quæ in vulgares & quoſlibet edere non ceſſas, qui modo auxiliatricis tuæ volũtatis præſidium implorant, tantam præterea erga cunctos comitatem & benignitatem oſtendis, vt mirari ſatis nequeam, quibus animi corporiſque dotibus ſupra alios mortales, prouidentia illa diuina tuam Celſitudinem honoratam eſſe voluerit. Sed hæc eſt vera pietas, & religionis noſtræ fructus vnicus, non tetricam auſteritatem & toruitatem oſtendere, ſed ad ſummiſſorum indigorumq; preces, benignas aures aduertere, neque eiuſcemodi vultus truculentia & deſpectu faſtuoſo per contemptum ſubmouere. A quibus vitiis quantũ T. Celſitudo abſit, ex aliorum præconiis diſcas malim, quàm ex me tuo clientulo, qui iam recens tibi ſcriptoris luculenti ſane, & eruditi vigilias offero, audiatur. Quandoquidem autẽ pater ampliſſime has virtutes, comitatem ſcilicet, & humanitatem non in te eſſe modo, ſed & redundare cognoſcimus, patere vt aliquantulũ de D. Dionyſio cũ magnificentia tua familiarius agam. Primum, quoniam is author, non grandem aliquẽ orationis apparatum, aut fucatam eloquentiam, ſine ſolidæ eruditionis commoditate polliceatur: ſed qui tale aliquid de ſe promittat, quibus animum noſtrũ terrenis & ſpinoſis curarum difficultatibus inuolutũ ad diuinarum rerum contemplationem & amorem ſurſum perducat. Damnantur à prudẽtiſsimis viris ſtudia, quæ friuola quadam perſuaſionis delectatione, nec longo tẽpore adblandiuntur: damnantur item qui iniecta obſcuritate difficili, ingenia diſcentium remorãtur, atq; adeo tunc præcipue, cum ne micam quidem vtilitatis, aut guſtum aliquem ſolidæ eruditionis exhibent. At hiſce D. Dionyſii ſcriptis quid poteſt inueniri quod magis ex vſu Chriſtiani hominis ſit illius præſertim, qui philoſophiæ diuinæ ſtudiis immori ſemel animo deſtinauit. Nam præter pietatem & caſtam religionem, præter promiſsiones, & expectationes, atque adeo miſericordias ſpirant, clamantque nihil: vt taceam interim explicandi facilitatem, quam adeo peculiariter videtur affectaſſe Dionyſius, vt rudiſsimis quibuſque & ſimpliciſsimis officium ſuum commendare voluiſſe videatur potius, quàm nimia diligẽtia & ſubtilitate ambitioſam eruditorum gratiam ingenii ſui vigore & amplitudine captaſſe. Interea tamen ille prudẽtiſsimi & abſolutiſsimi viri officio functus eſt, & profeſſioni ſuæ oppido quàm conueniente induſtria. Nam cum omnis vitæ noſtræ actio ſic inſtitui debeat, vt noſtris laboribus alterius commodum & ſalutem promoueamus, non video ſane quomodo Chriſtianorũ illam legem rectius explere potuiſſet, quàm hoc ſtudiorum genere, quo ſuis ſudoribus & vigiliis planam multis & facilem apertamque viam rectius intelligendi ſcripturas reddiderit. In qua aliqui ad ſcupulorum difficultatem frequẽter & perfacile impegiſſent. Habent autem id arcanæ literæ, quòd in diuerſos ſenſus & varias interpretationes perfacile trahi poſſunt. Quod ſane & aliquando D. Auguſtinus vir in ſacris literis, vt ſi quis alius exercitatiſsimus conqueritur. Atq; ex ea re opiniones ſubinde naſci ſolent, quas multoties cum ingenio nimium tribuitur, vitiatis interpretationibus & ambiguis ſenſibus corrumpi & peruerti contingit. Hic autem quid quæſo vtilius offerri poteſt, q̃ commodus doctor, qui per ſpinas eas & ſentes ſic nos deducat, vt illæſis membris tuto effugiamus. Porro eiuſcemodi tibi D. Dionyſium prædico, qui tutiſsimã ingreſſus viam, dum q̃ ſimpliciſsime, ſed tamen accurate docet, non quantum illi virium in literis ſuit, indicare nobis voluit, ſed potius quod pro ratione temporis & hominum conditione vtile exiſtimabatur. Profecto maxima hominis eruditio & ingeniũ præclariſsimum

facile agnouit quid in quaque re vtile,quid conueniens, quidque commodum fuerit,atque ob id tractandi rationem,quam peculiariter sibi delegit,nullus sanioris iudicii reprobauerit. Nam vt exacte & aperte scribendi facultatem in omnibus operibus suis adhibuit, ita in hoc splendido Psalmorum commentario(quem sub auspicio numinis tui felicissimi in lucem pater ampliss. iam iterum damus, quod prior editio nec satis castigata, propter typographorum incuriam,nec T. Magnificentiæ propter profectionem cum Cæsare oblata fuerat)consulto diligentius obseruauit.Quando sacratissima ista cãtica, & mysteriis sea tentia mirificis, nõ maximis solum ingeniis edita sunt, verum & minutissimis & rudissimis,necessariũ fuit vt ita rem tractaret,& stylũ submitteret, quo ab omnibus iuxta intelligi,ac legi posset.Non est autẽ quod verear pater illustrissime,ne non gratũ tibi sit hoc animi mei obsequium,quod tuæ dignitati,dum illam ad hunc authorem voco,libenter comprobarẽ. Non enim hic Centaurorum cum Lapithis pugnæ,non Aeneæ nauigatio,non de coquendis obsoniis, aut agricultura disceptatur, ad quæ alioqui argumenta vel maximos olim reges & orbis terrarum principes inuitare neutiquã pugnare pudor fuit: sed de vno veritatis fonte & lumine Christo.Docetur hic quo pacto vnusquisque motũ statumque animæ suæ deprehendere,quibusq; verbis deo placere possit, & qua ratione sese quisq; corrigere valeat,& deo agere gratias.Ne si præterquam fas est dicat,incidat in impietatẽ. Non solum de operibus, sed de omni ocioso verbo reddendam apud iudicem rationem. Hæc inquã solida nostræ persuasionis præcepta copiosius vbiq; noster hic author exponit.Sed quid hæc tecũ longius pater præstantissime: id potius nunc à me rogãdus es,ne calumniis malorum hominum lucubrationes istas subuerti,& ex theatro piorum & eruditorum virorum explodi sinas. Nõ enim dubium est, quin insurrecturi sint aduersus pietatẽ multi ex hoc hominum genere, qui totum Christianorum orbem dissidiis & turbationinibus propemodum inuoluerunt.Quando fieri non potest vt ab istis hominibus quicquã quod rectũ est probari possit,verum qui blasphemiis in quoslibet, qui taxando & subsannando scurrilibusque argumentis rem suam peragunt,ii palmam gloriæ apud eos vel maximam demerentur. Cum ea non sit Christiana sanctitas conuicio linguæ quosuis verberare,sed amice cum omni humanitate prius admonere, deinde repugnantibus colaphum per scripturam intendere.Sed bene habet quod tua prudentia hoc impostorũ genus præcognitum habet,quod turbatoribus religionis,& sanctissimæ fidelium societatis corruptoribus nullas apud se sedes occupare permittit. Etenim hoc est vere pacẽ diligere & defendere,cuius assertionem si quis tuæ sagacitati non adscribat, iustitiã hic mihi colere neutiquã existimabitur.Siquidem industria & prudẽtia(quam tibi deus Opt.Max.in commodum subditorum ex liberalissimo beneficentiæ suæ thesauro cõcessit) factũ est vt diœcesis ista, in mediis bellorum tempestatibus per multos annos tanquam profligatæ pacis domicilium fuerit vnicum.Quassata bellorũ malis iam diu est Italia,sensit horribiles motus Hispania, multis præliorum rumoribus agitata Gallia est, non caruit motibus Germania, sola Belgicæ pars,cui T.Magnificentia præsidet,suaui hactenus tranquillitate fruitur. Nec solum per te patriæ(quam vnice amas)pax procurata est, verũ & propinquos principes omnes inter se mutuis odiis flagrantes, & aduersos inuicem composuisti, vt iam pater patriæ cognomentum,quod olim ambitiosius Ro.aliqui optauerũt,tibi verius quadret.Hinc est quod te patrem parentẽmq; suum Carolus Augustus ter maximus appellat,& te omnibus suis negotiis,quæ paulo magis ardua sunt,q̃ à vulgo consiliariorũ explicari possint, præfecit.Videmus quotidie quicquid seriam operam aut raram aliquã industriam consilii requirat,id mox ad te tanquam ad Nestorem aliquem aut Catonẽ deferri,vt à tua prudentia authoritatem & sententiã accipiat.Siquidem in causis omnibus eo iudicio,eaq; dexteritate in rebus administrandis præditus es,vt à Deo bonorũ omnium authore ad hoc nobis missus videaris,vti multorũ principũ tanq̃ exemplar in quod cõtẽplentur, & ad quod se formẽt creatus existimãdus sis. Non dicã hic q̃ submisse interim modestia tua se gerat. Quãq̃ enim virtutibus eis,quibus ornatior te vix vllus esse potest,posses vel merito aliquãtulum superbire,& vltra cõmunes mores spiritũ tollere: tamen hanc moderationẽ semper adhibes,vt hominis Christianæ philosophiæ gnari,& præceptorũ Christi nõ immemoris de te iudiciũ facias.Hæc autẽ à me dicũtur pater amplissime,nõ quod encomiũ aliquod virtutum tuarũ parare intendã, nam & vires si maxime studerẽ desunt, & tãtus est earum cumulus,vt à qua potissimũ auspicium sumã,non satis intelligã. Tantũ earum meminisse volui,quas maximo nostro malo, multis huius tempestatis principibus, aut plane abesse, aut q̃ frigide adesse cognouimus.Quicquid enim patrimonii,quod amplissimũ est, quos-

cunque census ecclesiæ possides, eos non in priuatos tuos vsus, vt pleriq; omnes faciunt, sed vel in ecclesiæ tuæ ornamentū, vel in pauperes visceraque Christi, vel in viros & vitæ honestate, & bonis disciplinis cōspicuos (quos tu ex omnibus Academiis præcipuos aliquot, qui recte Christum profiteantur, in ecclesiæ tuæ contubernium coaptasti,) vel in Reipub. commoditatem dispensasti. Hinc arcium tuarum per totum Leodiensem tractum ruinas, & castrorum præsidia lōga vetustate & negligentia prope labefactata erigis & instauras, quo aliquando hostium iniuriam patria à se prohibeat, & tyrannicas impresiones ab humeris suis arceat. Non enim immerito pericula tempestatésque bellorum passim timentur ab omnibus. Huc enim Euangelicorum vocatorum sanctitas & religio prorumpit, vt tumultuosissima, doctina, totum propemodum septentrionē peruerterint. Agunt rem suā clanculum strennue Lutherani: verum tua prouidētia tam callida consilia eorum dissipat, vt semen pestiferum expetitam illis segetem apud vos producere nequeat. Decem Nestores optabat sibi Agamemnon, Græcorum qui Troiam expugnabat princeps, & rex maximus: at Clemens summus pontifex pater noster clementissimus, multo ardentioribus votis decem Erardos à Marka suæ ecclesiæ merito optaret, facile sane agnoscens Christi regnum sic firmiter stabilitérque permanere posse, si eiuscemodi columnis aliquot innitetur. Sed hæc hactenus pater amplissime, & ne epistolæ modum excedā, ad Dionysium nostrum, quem optimorum doctissimorúmque virorum consensus honestissimo vocis calculo celebrauit reuertor. Cuius patrocinium, tametsi propter optimarum artium perfectam cognitionē & vitæ honestissime actæ sanctitatem suscipere debeas: hoc tamē nomine, quia patria illi tecū cōmunis fuit & in Leodien. Dioecesi hæc insignia monumēta potissimum conscripsit, vbi & ex maiorum tuorum obtemperātibus filiis aliquando fuerit, tibi gratius illud erit. Nam tales naturali quadā affectione arctius soles prosequi. Quod vt nunc diligentius facias orant te qui bono erga viros optimos affectu sunt. Inter quos Arnoldus Tūgarus, Theodoricus Hezius cognatus meus inter theologos honestissimos viri doctissimi, in præsentia tantum nominādi veniunt, quod hos ob bonarum artium studia, & vitæ purioris integritatem singularibus beneficiis ornatos esse tua liberalitas voluit. Interim tuæ Reuerendissimæ Dominationi, & illustrissimæ gratiæ nos omnes, nostrúmq; ordinem commendamus, exorantes, vt deus Opt. Max. ad gloriam suam & Christianæ religionis bonum diu te nobis seruare dignetur incolumē. Ex Carthusia D. Barbaræ Colonien. Anno 1 5 [illegible] 4. Ipsis feriis beatissimæ matris Annæ genitricis gloriosissimæ semper virginis Ma[illegible]æ.

## INDEX SERIE LITERARIA COMPLECTENS res & voces in hoc opere præ cæteris obſeruandas.

## INDEX PSALMORVM OMNIVM AC canticorum hoc opere enarratorum.

# INDEX.



FINIS INDICII.

A D. Dionysii Carthusiani in

# PSALMOS OMNES DAVIDICOS ELVCIDATIO CLARISSIMA:

## PROOEMIVM AVTHORIS.

DIXIT Dauid filius Isai, dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, 2.Re.23.
egregius Psaltes Israel, Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per Roma.1.
linguam meam. Quemadmodum vnigenitus dei patris, dominus noster Iesus Hiere.23
Christus, ex semine Dauid specialiter incarnari ac nasci elegit (Vnde & ger- 33.
men seu filius Dauid singulariter appellatur) Sic spiritus sanctus animam bea
B tissimi Dauid prophetico lumine excellenter impleuit, cúmque de Christi my
steriis præcipue illustrauit: quatenus Dauid promissa dei beneficia recognoscens, deo largitori gratissimus esset. atque hæc ipsa toti mũdo clarissime pro-
palaret. Hanc igitur gratiam prophetalem sibi tam eminenter diuinitus datam considerans, grata &
hilari cecinit mente verba nunc introducta: in quibus de seipso tanquam de alio loquitur, Dixit (in-
quiens) Dauid filius Isai, dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, id est, cui specialiter facta
est repromissio de Christo dei, videlicet quod ex semine eius saluator mundi prodiret. Sic enim ad Lucæ.1.
eum alibi ait, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hic quippe fructus seu filius Dauid est Psal.131
is, de quo archangelus Gabriel ad virginem matrem dixit, Dabit illi dominus deus sedem Dauid pa- Lucæ.1.
tris sui: & regnabit in domo Iacob inæternum. De quo Esaias quoque prædixit, Super solium Dauid Esaiæ.9
& super regnum eius sedebit. Quod qualiter impleatur in Christo, inquiri potest, præsertim cũ ipse Iohan.18
Pilato responderit, Regnum meum non est de hoc mundo. Vnde & alibi protestatur, Vulpes terræ Matth.8.
foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Nam Iohan.6.
& requisitus à populo vt constitueretur in regem, fugit seque abscondit. Non ergo de temporali do-
minio, mundanoue regno exponenda sunt testimonia præinducta: sed de spirituali regimine & æter- Lucæ.1.
no principatu, quibus nunc in domo Iacob & solio Dauid, id est, in militanti ecclesia & cordibus ele
C ctorum regnat per gratiam: in futuróque seculo regnabit sine fine per gloriam. Meritò igitur Dauid
qui tam præclare vaticinatur de Christo, vocatur egregius Psaltes Israel, id est, Psalmista præcipuus
populi deum fideliter contemplantis. Quod autem adiungit, Spiritus domini locutus est per me: ei Mat.10.
concordat quod Christus discipulis dixit, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui lo
quitur in vobis. Denique præter alia multa quæ in verbis pręhabitis innuuntur, hoc præcipue aduer
tendum est, quàm pulchre & clare trinitas personarum in ipsis exprimitur. Tangitur nanque perso-
na filii nomine Christi: persona autem spiritus sancti designatur nomine spiritus: patris verò persona
exprimitur tam nomine dei, q nomine domini. Christus enim dicitur Christus & filius dei, sicut na- Psalm.2
tus ex deo patre æterno: quemadmodum scriptum est, Ex vtero ante luciferum genui te. Spiritus san Iohan.10
ctus dicitur spiritus dei & domini, tanquam spiratiue procedens ex deo, id est, patre ac filio, qui sunt
vnus deus: ex quo tanquam ex vno principio æternaliter maneat spiritus sanctus.

### ¶ Quid sit prophetia. Et de gradibus eius. Et qualis prophetia sit dignior.

PRophetia autem ad intellectum potissimum pertinet. Est enim prophetia supernaturalis futu-
D rorum cognitio, ex diuina inspiratione adepta. Prophetæ nanque dicuntur, qui deo reuelante
cognoscunt ea quæ cæteris abscondita sunt, & procul ab ipsis posita. Propter quod in libro Re- 1.Reg.9
gum dicitur, Qui nunc dicitur propheta, olim vocabatur videns. Et Samuel ad Saul dixit, Ego sum vi Ibidem.
dens. Porro prophetia ad gratias gratis datas pertinere cognoscitur: sicut operatio miraculorum, in-
terpretatio sermonum, discretio spirituum. Tales enim ac similes gratiæ, communes sunt bonis & ma 1.Cor.12
lis. Gratiæ vero gratis datæ ad aliorum vtilitatem dantur & ordinantur: quemadmodum ad Corin-
thios ait apostolus, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. In quantum igitur propheta-
lis notitia ordinatur ad hoc vt aliis innotescat: sic prophetia secundario pertinet ad locutionem: sicq;
propheta à præfando nomen accepit. Sed quoniam prophetia est de his quę naturalem rationem ex-
cedunt, neque naturali ratione probari possunt: idcirco tertio ad prophetiam pertinet operatio mira
culorum, tanquam confirmatio horum quæ prophetice annuntiantur. Et ita intelligendum est quod Eccl.48.
in Ecclesiastico scriptum est, Elizeus non timuit principem: & mortuum prophetauit corpus eius, Gene.50
Videlicet quia post mortem mortuum suscitauit. In quo ostendebatur, eum verum fuisse prophetam. Iosue.24
Et simile de ossibus Ioseph ait scriptura. Porro quemadmodum naturale lumen intellectus agentis
est omnium naturalium cognitionum intellectus possibilis principium: sic lumen supernaturale atq; 3.de anima.ca.17.
diuinum est prophetalium cognitionum principium. Ideo sicut naturalis cognitio intellectus possi-
bilis ad omnia se extendit seu omnium capax est, quę per naturale lumen intellectus agentis inueniri

agnoſcíque poſſunt: ſic prophetalis cognitio circa omnia illa verſatur, quæ per lumen ſupernaturale B
ac diuinum oſtendi valent ac ſciri. Per lumen autem diuinum omnia vtique manifeſtari queunt, videlicet diuina & humana, creata & increata, ſpiritualia & corporalia, naturalia atque moralia. Vnde ad omnia iſta extendit ſe prophetia. Facta eſt enim aliquãdo prophetica reuelatio de his quæ ad dei ma-
Eſa.6 ieſtatem ſeu excellentiam pertinent, ſicut Eſaias de ſe loquens, Vidi (inquit) dominũ ſedentem ſuper
Daniel.7 ſolium excelſum & eleuatũ, & quòd audiuit Seraphim ter clamantia, Sanctus. Quod ad ſuperbenedictæ trinitatis pertinet reuelationem. Danieli quoque prophetæ oſtẽſum eſt qualiter millia millium miniſtrabant deo, & decies millies centena millia aſsiſtebãt ei. Quod ad supernorum ſpirituum pro-
Eſa. 58. phetalem reuelationẽ ſpectare non dubium eſt. Continet etiam prophetiam illam quæ ad mores ho-
Michæ. 6 minum inſtruendos reſpiciunt, vt eſt illud, Frange eſurienti panem tuum. Et Michæas propheta, Indicabo (ait) tibi ô homo quid ſit bonum, aut quid dominus requirat à te, Vtique facere iudicium & iuſtitiam, & ſolicitum ambulare cum deo tuo. Quanto autem aliqua naturalem rationem magis excedunt, remotiusque à noſtra cognitione diſtant, tanto amplius, magiſque propriæ rationem prophetiæ concernunt, ſicut ſunt futura pure contingentia, vt actus humani. Propterea prophetia propriiſſime pertinet ad futurorum euentuum cognitionem. Sic nanque Caſsiodorus prophetiam diffinit cum ait, Prophetia eſt inſpiratio ſeu reuelatio diuina, rerum euentus immobili denuntians veritate. Et ideo Gregorius ſuper Ezechielem teſtatur, quia prophetia ita vocatur, quoniam futura prænun- F
tiat. Dum vero præterita aut præſentia manifeſtat, nominis ſui rationem amittit. Præterea multi ſunt gradus prophetiæ, quorum infimus dicitur dum aliquis ex interiori ſpiritus ſancti inſtinctu mo-
Iudicũ.11 uetur ad exteriora opera, ſicut frequenter in libro Iudicum ſcribitur, quod ſpiritus domini irruit in
Iudic. 14 Iepte vel Samſon, ex quo inducebantur ad aliqua opera exterius exercenda. Secundus & altior pro-
Iudic.15 phetiæ gradus eſt, dum aliquis ex illuſtratione ſpiritus ſancti, quædam ſupernaturali modo cognoſcit
1.Reg.4. & percepit, quę tamen naturaliter cognoſci poſſunt, quemadmodum de Salomone habetur, quòd dominus dedit ei ſapientiam & prudentiam multam nimis, ita quòd diſputauit ſuper lignis à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete, diſſeruitque de iumentis & volucribus reptilibus ac piſcibus. De talibus enim gentiles quoque philoſophi plura diſſeruiſſe ſubtiliter inueniuntur. Vnde hi duo gradus ad perfectam prophetiæ rationem non attingunt, quia ad ſupernaturalem veritatem non pertinent, Nihilominus aliqua Salomoni reuelata ſunt, quæ naturalis rationis limites omnino excedunt, præſertim in canticis: propter quorum cognitionem Salomon vere & proprie propheta vocatur. Eſt ergo tertius gradus propheticæ cognitionis, quando per imaginariam vi-
Daniel.7 ſionem alicui ſupernaturalis veritas reuelatur. Quemadmodum Daniel vidit antiquum dierum, id eſt, deum æternum, ſub ſimilitudine imaginabilium rerum, quemadmodum apud Danielem legitur, Aſpiciebam (inquam) donec throni poſiti ſunt: & antiquus dierum ſedit, & veſtimentum eius quaſi nix candidum, & capilli capitis eius quaſi lana alba. Iſtiuſmodi vero prophetiæ multi ſunt gradus, G
2.2. q̃ſt. prout doctor ſanctus in ſecunda ſecundæ pulchre deducit. Prima diſtinctio eſt penes differentiam
174.ar.3 ſomnii & viſionis ſiue vigiliæ. Interdum enim prophetica reuelatio in ſomno infunditur, ſicut ſcri-
Iob.33. ptum eſt. Per ſomnum in viſione nocturna aperit aures virorum. Interdum autem infunditur pro-
Dañ.10. phetia in viſione vigiliæ, quemadmodum Danieli factum legimus. Et hic gradus eſt dignior primo, quoniam maior eſt vigor prophetici luminis, quando animam vigilantis & circa ſenſibilia occupati ad ſupernaturalia erigit, quàm dum animam dormientis atque à ſenſibilibus iam vacantis ad diuina ac ſupernaturalia eleuat. Secundo autem attenditur gradus prophetię penes differentiam imaginabilium ſenſibiliúmque ſignorum, quibus mens prophetæ ad intellectualem ſupernaturalis veritatis notitiam eleuatur. Quanto enim ſigna huiuſmodi fuerint expreſsiora, tãto prophetia erit ſublimior. Cum ergo ſecundum Auguſtinum inter ſigna primum ſe ſummum locum teneant verba, conſtat ꝙ prophetia eius, qui in vigilando, vel in dormiendo audit verba ſecum loquentis, ſit altior prophetia eius cui oſtenduntur res quædam ſeu ſimilitudines aliarum rerum ſignatiuæ, quemadmodum ſeptem
Gene. 41 ſpicæ Pharaoni oſtenſæ, ſeptem fertilitatis annos pręfigurabant: & olla ſuccenſa Hieremiæ oſtenſa,
Hiere.1. ciuitatis Hieruſalem incendium deſignauit. Tertio inſuper gradus prophetiæ accenditur penes acceſſum ad cauſam ipſam propheticæ cognitionis. Altior enim eſt gradus prophetiæ dum non ſolum
Zach.1. verba loquentis percipiuntur, ſed ipſe quoque loquens aſpicitur, ſicut Zacharię prophetę, ac Danie-
Daniel.7 li, multiſque aliis, angeli, per quos (teſte Dionyſio) prophetice reuelationes apparuerũt. Quarto autẽ H
gradus prophetiæ penſatur ex conditione apparentis atque docentis. Si enim qui videtur, apparet in perſona hominis, inferior erit prophetia q̃ ſi appareret in perſona angeli. Altiſsima autem cenſetur, ſi apparet in perſona dei, quẽadmodum Michæas ait, Vidi dominũ ſedentem ſuper ſoliũ excelſum, & omnem exercitũ cæli aſsiſtentem ei, à dextris & ſiniſtris. Poſtremo ſummus atq; excellẽtiſsimus prophetiæ gradus eſt, quãdo intelligibilis ſupernaturaliſque veritas abſq; imaginaria viſione oſtenditur,
Tho. 2.2 puta per ſolam anagogicã ac intellectualem illuminationẽ. Et hic modus excedit rationẽ prophetiæ
q.174. proprie dictæ, vt Thomas affirmat. Vnde huiuſmodi modus potius dicitur tertium genus prophetã-
art.3. di, quàm gradus prophetiæ. In ratione enim prophetiæ quædam obſcuritas includi videtur, ſicut in ratione fidei. Propterea nec prophetia, nec fides, comprehenſoribus ſeu beatis in patria cõuenit. Sed ad rationẽ prophetiæ proprie ſumptæ requiritur, vt per imaginariã viſionem tanquam per medium, mens prophetæ ad intellectualem notitiam perducatur. Hoc aliqui aſſerunt. Ideóque ſecundum hos gradus prophetiæ ſecundum imaginariam viſionem diſtinguuntur.

A ❡De speciebus prophetiæ, & quomodo prophetia infallibiliter impleatur.

SIcut denique gloriosissimus apostolorum princeps in secunda sua canonica ait, Non voluntate 2.Petr.1.
humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homi-
nes. Obiectum enim prophetiæ est veritas supernaturalis, prout in diuina cognitione consistit,
ac naturalem rationem transcendit. Intellectus vero diuinus, futura ac prophetabilia dupliciter co-
gnoscit, videlicet secundum seipsa seu in ipsis, prout scilicet sunt fienda à deo. Secundo cognoscit ea
in suis immediatis ac propriis causis, id est, secundum ordinem quem habent ad eas. Prophetalis au-
tem cognitio est quædam expressio seu deriuatio à diuina scientia fluēs, ac prophetis infusa. In quan-
tum igitur deus benedictus & sanctus cognoscit res primo modo, accipitur prophetia prędestinatio-
nis, quæ de necessitate semper impletur. In quātum vero agnoscit res secundo modo, accipitur pro-
phetia comminationis, quæ non semper impletur, nisi forte secundum secretam intelligentiam, vt de
subuersione Niniue, & morte Ezechiæ. In hac quippe prophetia, annunciatur aliquid secundum or- Ionæ 3.
dinem causæ ad suum effectum. Qui quidem ordo aliis ac fortioribus causis superuenientibus impe- Esaiæ 8.
diri potest, præsertim dum diuinæ voluntati, quæ est omnium rerum prima causa, placuerit. Et ideo
B talis prophetia non semper impletur, sicut nec prophetia promissionis, quemadmodum apud Iere-
miam apertissime declaratur. Ibi enim dominus ait, Repente loquar aduersus gentem & regnum, vt
eradicem & destruam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam. Iere.18.
Et hoc ad prophetiam comminationis clarum est pertinere. De prophetia autem promissionis mox
subditur, Subitò loquar de gente & regno vt ædificem & plantem illud: si fecerit gens illa malum in
oculis meis, agam & ego pœnitentiam super bono quod loquutus sum, vt facerem eis. Vnde huiusce
modi propheticæ annūtiationes semper intelligēdæ sunt, nisi aliunde proueniat impedimentū, vide-
licet ex meritis siue demeritis hominum, aut alia simili causa. Hinc enim dicit Gregorius, quod deus
non mutat consilium, quamuis mutet sententiā. Est autem & alia species prophetiæ, quæ dicitur pro-
phetia præscientiæ, quæ est de rebus, secundum quod deus prænoscit futura, prout per nostrum arbi-
trium adimplentur, & ista est bonorum atque malorum. Quatuor sunt ergo species prophetiæ, ve-
runtamen glossa in principio libri psalmorū ponit duas duntaxat species prophetiæ, videlicet præ-
scientiæ & comminationis. Prophetia nanque promissionis ad prophetiam comminationis reduci-
tur, vel sub ea continetur. Prophetia quoque prædestinationis continetur sub prophetia præscientię,
quia prædestinatio est pars præscientiæ. Dicitur enim præsciētia prænotio tam electorum, quàm re- Rom.8.
C proborum. Vnde Apostolus interdum vtitur nomine præscientiæ, quantum ad bonos: quemadmo-
dum ad Roma. loquens de deo: Quos (inquit) præsciuit & prædestinauit cōformes fieri imaginis fi-
lii sui. Sed quoniam electorum prænotio proprium nomen habet quod est prædestinatio: ideò præ-
scientia communiter sumitur, quantum ad malos: ita quòd præsciti dicuntur mali & reprobi. Dicit
etiam glosa prętacta, quòd prophetia præscientiæ semper impletur.

❡An Dauid fuit excellentissimus prophetarum.

DIonysius primo cælestis Hierarchiæ capi. 5. duplicem tangit modum reuelationis prophe-
ticæ, quæ sanctorum theologorum prophetarumque mentibus est infusa. Interdum enim per
sensibilia signa, demonstrata est veritas supernaturalis ac prophetalis: quandoque vero per so-
lam mentis eleuationem in diuina pure contemplata, sine sensibilium tegumento formarum, & sine
imaginariarum similitudine specierum. Prima autem harum reuelationum symbolica dicitur: quoniā
symbolum est collatio sensibilium formarum, ad inuisibilium demonstrationem. Secunda vero ana-
gogica nuncupatur. Anagoge nanque est pura mentis ascensio ad diuina. Denique secundum Augu-
stinum tribus modis causatur, seu fit prophetalium formarum ostensio. Aliquando enim fit sola ima- Daniel. 2
ginaria visio, sine intellectuali reuelatione: sicut in Nabuchodonosor, qui vidit statuam grandem: & Daniel.5.
D in Balthasar filio eius, qui vidit articulos. Atque in Pharaone, qui vidit septem boues, & septem spi- Gene.41.
cas, & horum nullus erat propheta. Ad prophetiam enim exigitur primo alicuius reuelandi osten-
sio. Secundo propositæ veritatis perceptio. Propter quod in Daniele scriptum est, Intelligentia
opus est in visione. Et ideo Ioseph & Daniel, qui prædictas visiones imaginarias intelligebant & ex- Danie.10
ponebant prophetæ fuerunt. Interdum autem in prophetali reuelatione simul infunduntur imagina-
ria visio & intellectualis perceptio, & hoc modo omnes prophetæ duodecim quorū libros habemus,
prophetauerūt. Interdum vero infunditur prophetia secundum solam intellectualem illustrationem,
& hic modus prophetandi est purior atque præstantior. Sic Dauid prophetasse ab omnibus dicitur.
Vnde glossa in exordio psalterii asserit, quod alii prophetæ per quasdam rerum imagines, & integu-
menta verborum prophetauerunt: videlicet per somnia, & dicta ac facta. Dauid autem solus spiritus
sancti instinctu, sine omni exteriori adminiculo, suam edidit prophetiā. Fit autem prophetia quatuor
modis. Primo per facta, vt arca Noe significauit ecclesiam: & per sartaginem ferream inter Ezechie- Gene.6.
lem & Ierusalem positam, designabatur deuastatio vrbis Ierusalem. Secundo, prophetia fit per verba Ezech. 4
seu dicta, sicut ad Abraham dictum est, In semine tuo benedicētur omnes tribus terræ. Tertio, per vi- Exod.3.
siones sicut Moses vidit rubum ardere, nec tamen consumi. Quarto, per somnium. Præterea quædam Gene. 29
est prophetia de præterito, sicut Mosi prophetica reuelatione innotuit creatio mūdi. Vnde quod ait,
In principio creauit deus cælum & terrā, prophetia est. Alia est prophetia de præsenti, sicut dum ali- Gene.1.

Lucæ I. quis ſpiritu ſancto reuelaute cognoſcit, quid alius cogitat. Et ſic Elizabeth de incarnatione Chriſti & E
eius præſentia prophetauit, Vnde(inquiens)hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Tamen vt
dictum eſt, Prophetia proprie dicta, non eſt niſi de futuro. Et quia donum prophetiç pertinet ad gratiam gratis datam, non ad gratiam gratum facientem: idcirco per malos etiam ſpiritus prophetiæ aliquando loquitur, ſicut per Balaam: qui quanuis ariolus, & magus ac peſsimus fuerit, pulcherrime ta-
Num. 24 men prophetauit: quemadmodum in libro Numerorum habetur. Eſt igitur quæſtio, an Dauid ſit maximus prophetarum. & quod ſit cæteris prophetis qui imaginarias aut corporales viſiones habebant,
2. 2. q̃ſt. ſublimior, palam eſt ex præinductis. Sed de hoc maxime eſt quæſtio, an ſit maior Propheta quã Mo-
574. ar. 3. ſes. Hanc vero quæſtionem ſanctus Thomas inducit: eámque ſoluendo teſtatur, quod omnibus conſideratis ſimpliciterque loquendo, Moſes excellit in dono prophetiæ ſanctum Dauid, quanuis vel Dauid, vel alii, quantum ad aliquid poſsint excedere Moſen, quia videlicet de Chriſti myſteriis plenius
Ioſue. 10. ſunt locuti vt Dauid, vel quia maiora fecerunt miracula vt Ioſue, ad cuius præceptum ſol & luna ſteterunt immobiles in cęlo vnius diei ſpatio. Quod vero Moſes abſolute loquendo, ſit Propheta altiſsimus, probatur, quia ad prophetiam præcipue ſpectat viſio tam imaginaria quam intellectualis. Item denuntiatio veritatis oſtenſæ, atq; miraculorum oſtenſio. Moſes autem in omnibus his excellebat. Primo, quo ad intellectualem viſionem, quoniam ſecundum Auguſtinũ in hac vita vidit deum per eſſen-
2. Cor. 14 tiam, ſicut & Paulus in raptu. Vt Auguſtinus duodecimo ſuper Geneſim ad literam, & in libro de vi- F
2. Cor. 12 dendo deum fatetur. Vnde in libro Numerorum de Moſe dicitur, Clare & non per ænigmata deum
Nũe. 12. vidit. Secundo, Moſes reliquos omnes præcellit quantum ad imaginariam viſionẽ quam quaſi ad libitum habuit non ſolum audiendo & in ſomno, ſed & videndo angelum colloquẽtem ſibi & vigilan-
Ibidem. do. Et ideo in Numeris dicitur, quòd loquebatur ei dominus, facie ad faciem, id eſt, angelus domini,
Exod. 33. ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Tertio, Moſes excellit quo ad denũtiationem, quoniam toti populo loquebatur, proponens ei legem. Quarto, excellit Moſes, quo ad miraculorum oſtenſionem, quia multa & magna fecit miracula coram iniquis & populo vniuerſo. Sed huic reſponſioni cõtradicit Nicolaus de Lyra, præſertim in hoc quòd Thomas idcirco prçfert Moſen Dauid in dono prophetiæ: quia vidit in præſenti vita deum per eſſentiam, quoniam talis viſio ad prophetiã nil pertinet. Veruntamen determinatio Thomæ conueniens eſt. Quanuis enim viſio iſta directe ad prophetiam non pertinet, tamen eo modo quo miraculorũ operatio ad eam pertinere aſſeritur, ipſa quoq; ad eam
Deut. 40 pertinere cenſetur. Vnde in Deuteronomio ſcriptum eſt, Non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael ſicut Moſes, qui noſceret dominum facie ad faciem, in omnibus ſignis atque portentis quæ per eũ fecit dominus in terra Aegypti. Quod ergo Dauid dicitur eximius prophetarum, intelligendum eſt quãtum ad hoc, quod de Chriſti myſteriis excellentius & euidentius prophetauit. G

## ¶ De quadruplici expoſitione ſacræ ſcripturæ, & ſeptem regulis ad intelligentiam ſcripturarum ſanctarum valde vtilibus.

TOta fere ſacra ſcriptura, ſeu theologicalis doctrina ſub quibuſdã figuris ac ſimilitudinibus mirabiliter eſt velata, quatenus veritas indignis & prauis hominibus occultetur: ſtudioſis vero ac piis occaſio bonæ exercitationis præſtetur. Et item quoniam ſecundum Dionyſium, impoſsibile eſt aliter nobis innoteſcere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum anagogice circumuelatũ. Vnde Damaſcenus, Scire(inquit) oportet nos homines in hac groſſa carne exiſtentes, res diuinas & immateriales non poſſe agnoſcere, niſi quibuſdam notis imaginibus, & connaturalibus for-
Pſal. 148. mis vſi fuerimus. Et ideo Auguſtinus ait, Notitia proprietatum naturalium rerum, reſerat nobis ſanctarũ abdita ſcripturarum. Hinc ergo cõtingit, quod ſacra ſcriptura multis modis exponitur: eò quòd non ſolum nomina ſignificent res, ſed etiam res vna ſignificet aliam. Nam res ipſæ cõparantur ad intellectum diuinũ, ſicut verba ad proferentem: quoniã ipſe dixit, & facta ſunt. Sacratiſsima igitur theologia non ſolum attendit vocum ſignificationes, ſed etiam rerum proprietates. Quatuor itaque modis exponitur ſacra ſcriptura: videlicet literaliter ſeu hiſtorice, & ſpiritualiter ſeu myſtice. Sed myſticus intellectus eſt triplex, ſcilicet allegoricus, tropologicus, ſeu moralis, & anagogicus. Hiſtoria enim docet quid ſit factum, allegoria quid credendum, tropologia quid faciendum, anagogia quid ſperandum. Hiſtoria autem eſt rei geſtæ narratio. Senſus vero hiſtoricus, ſeu literalis, eſt fundamẽtum, ſeu baſis intellectuum aliorum, & ex eo ſolo valet argumentum ad fidei probationem: ſicut in epiſtola contra Vincentiũ Donatiſtam aſſerit Auguſtinus. Denique ſenſus allegoricus eſt, quando ex dicto vel factò alicuius perſonæ, aliud aliquid intelligitur pertinens ad Chriſtum & corpus eius myſticum, quod eſt eccleſia: ſicut dum ea quæ in veteri teſtamento ad literam ſanctis patribus contigerũt, de Chriſto
1. Co. 10. intelliguntur. Vel ea quæ ad ſynagogam ſpectabant, ad Eccleſiam referuntur. Omnia nãque in figu-
Rom. 15. ra contingebant illis, & ſcripta ſunt ad noſtram eruditionem. Senſus vero tropologicus eſt, quãdo ea quæ de Chriſto vel de ſanctis ſcribũtur & recitantur, ad noſtram moralem informationẽ aptantur & exponuntur. Senſus autem anagogicus eſt, quando ex his quæ temporaliter facta ſunt, ad contemplationem æternorum perducuntur: & ea quæ ad militantem eccleſiam pertinent, ad ſtatum triumphantis eccleſiæ referuntur. Horum autem ſolet poni exemplum in hac dictione Hieruſalem. quod quia
Exod. 16. commune eſt, & pene omnibus notũ, omitto: ponámq; exemplum in integra oratione. Id enim quod de manna ſcriptũ eſt, ſecũdum literalẽ ſenſum exponitur de cibo illo quẽ deus pluit filiis Iſrael in deſerto. Allegorice vero exponitur de ſuperdigniſsimo corporis & ſanguinis Chriſti ſacramẽto. manna enim figura fuit ſacramẽti altaris. Tropologice quoq; exponitur de ſpirituali nutritione, qua deus

quotidie seruos suos fideles in præsenti exilio interius alit, consolatur, ac roborat, per charitatẽ & gra
tiam. Anagogice autem exponitur de felicissima illa refectione beatorũ in patria, vbi ipsa superessen-
tialis diuinitas est beatorum edulium, per beatissimam fruitionem. Vnde & scriptum est: Beatus qui Lucæ 14
manducabit panem in regno dei. Et iterum, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente volu- Psal. 35.
ptatis tuæ potabis eos. ¶ Porro septẽ sunt regulæ quas Augustinus, Beda, & Haymo referunt à Cy-
conio positas, per quas omnes ambiguitates contrarietatis literalis explanantur & dissoluuntur. His
enim regulis, sanctarum scripturarũ series variatur, atq; expositio immutatur. Prima regula est, quod
interdum de Christo & corpore eius mystico fit sermo sub vna inuariatáque voce, & ita fit transitus
de vno in aliud, ac si de eodem fieret sermo. Tunc ergo cõsiderandum est, quid vni, & quid alteri con
gruere possit. Christus nanque vicissim in persona membrorum suorum aliquid loquitur, quasi de se
ipso, vt ibi, Quare me dereliquisti longe à salute mea? Et iterum, Esuriui, & non dedistis mihi mandu- Psalm. 21
care. Et rursus, Saule, Saule, quid me persequeris. Secunda regula est, quod sancta scriptura aliquãdo Matt. 25.
simul loquitur, de corpore Christi mystico, quod vere ad Christũ pertinet: & corpore mystico quod Actu. 9.
solo nomine ad ipsum spectat: vt sunt reprobi. Sicut dum dicitur, Cum occideret eos, quærebant eum Psal. 27.
& reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. In tali enim locutione, videtur scriptura de eisdem lo
qui, cum tamen de diuersis loquatur. Nam alij occidebantur, & alii quærentes deum reuertebantur.
Tertia regula est, quod sacra scriptura interdum sub eadem voce, aliquid pro suo tempore faciendum
literaliter indicat, & spiritus nobis ex hoc alia suo tempore facienda insinuat. Sicut in præceptis cere-
monialibus veteris legis, quæ modo ad literam mortifera essent: sed tempore legis vtiliter obseruari
volebant. Vnde Apostolus, Litera (inquit) occidit, spiritus autem viuificat. Quarta regula est, quod di 2. Cor. 3.
uina scriptura nonnunquam quasi sub eadem voce, ac pari sententia, transit de genere ad speciem, de
toto ad partem, & econuerso: talisque modus loquendi in prophetis, est maxime generalis, vt quan-
do sub comminatione vnius gentis seu regni, intendunt prophetæ prædicere ea quæ omnibus genera
liter sunt futura. Sicut dum Esais de Babylone & Tiro vaticinatur, intendit similia esse ventura om-
nibus eadem mala agentibus in communi. Vnde & Christus in euangelio ait, Quod vni dico, omni- Marc. 13.
bus dico. Quinta regula est, cum totum per partem, vel partem per totum scriptura designat, sicut de
triduo dominicæ sepulturæ: tales modi loquendi, per synecdochen excusantur. Ad hunc autem mo-
dum referuntur omnes numerorum, ac temporum defectus, atque excessus. Sicut dum ponitur præte
ritum pro futuro, vel aliquid minus de integro numero: tunc nanque quod modicũ est, pro nihilo re-
putatur. Sexta regula est de recapitulatione & anticipatione, vt cum scriptura redit ad ea, quæ præte-
rierat, quatenus aliquid addat, vel conuenientius recitet. Quemadmodum in Genesi postquam com- Gene. 11.
memorauit scriptura filios Noe diuisos per linguas & gentes, postmodũ subdit, Et erat populus vnus
& labium vnum quod vtique ante diuisionem prædictum fuit. Simili modo quod postea factum est:
per anticipationẽ, aliquãdo antea narratur: talia ergo per hanc regulã verificantur & excusantur. Se-
ptima regula est, de diabolo & corpore eius, sicut dum ea quæ dæmonis sunt, reprobis ascribuntur,
vel viceuersa, vt in Esaia offendimus, quod sub persona regis Babylonis, fit sermo de Lucifero qui ca- Esaiæ. 14
put est omnium malorũ. Vnde sic legitur, Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Similiter
in Ezechiele, sub persona regis Tyri, fit sermo de casu diaboli. Et Christus in euangelio de Iuda pro- Ezec. 28.
ditore dixit, Vnus ex vobis diabolus est. Hæc autem memoriter retinenda sunt, propter intelligẽtiam Iohan. 6.
futurorum.

## ¶ De titulo & authore, ac varia translatione libri psalmorum.

NVnc de titulo libri psalmorum, videndum est. Est igitur titulus talis, Incipit liber hymnorum, seu soliloquiorum prophetæ de Christo. Hic titulus à catholicis doctoribus diuerso modo valde exponitur. Id tamen in quo omnes concordant, primo tangendum est. Dicitur igitur liber iste, liber hymnorum, quoniã hymnus est laus dei cum cantico. Canticum vero est exultatio mẽtis de bonis æternis concepta in vocem prorumpens. Quoniam itaque liber iste docet nos deum laudare cum exultatione habita de æternis non solum corde, sed etiam voce, idcirco congrue dicitur liber hymnorum. Sunt vero hi hymni in Hebræo metrice scripti, quod in translatione seruari difficile fuisset. Additur autem in titulo, seu soliloquiorum: & hoc ideo, quoniam Dauid ex sola spiritus sancti inspiratione, ac intellectuali reuelatione, sine omni exteriori adminiculo, psalmos edidit, sicq; inter ipsum & spiritum sanctum, quasi quoddam soliloquium fuisse videtur. Vel ideo, quoniam liber iste de solo Christo principaliter tractat & loquitur. Vel ideo, quia deuota mens psalmos decantando, cum deo quoddam soliloquium habet, quod vtique tanto suauius, affectuosius, ardentius, atque syncerius est, quanto anima virtutem, ac sensum psalmorum, profundius, clariúsque cognoscit & sapit. Sequitur autem in titulo prophetæ. Omnes nanque concordant in hoc, quod vniuersi psalmi ex diuina inspiratione conscripta sunt ab aliquo prophetarum. Sed an ab vno duntaxat, vel certe à pluribus, de hoc varia extat opinio, sicut infra patebit. Sequitur quoq; in titulo, de Christo, Ecce materia seu subiectum libri psalmorum. Est enim de Christo, non vtique de sola Christi persona, sed de toto Christo, hoc est, de ipso & ad eum pertinentibus, nempe de sponso & sponsa, seu capite & mystico corpore. Interdum enim agit de capite, id est, de ipso Christo secundum se. Interdum de corpore eius, id est, ecclesia. Interdum ve-
ro agit de Christo secundum vtrumque. Deniq; de Christo secundũ se agit tripliciter. Primo secun- Psalm. 2.
dum eius diuinitatem, vt ibi, Ego hodie genui te. Secundo, quo ad eius humanitatem, vt ibi, Ego sum Psalm. 21.

vermis. Tertio transumptiue, Sicut dum Christus vtitur voce membrorum, vt ibi, Deus tu scis insi-
Psalm. 68 pientiam meam. Nunc considerandum est, in quo doctores dissentiant, exponendo titulum istum. Primo ergo discordant in hoc quod dicitur, Incipit liber. Quidam enim dicunt quinque esse libros Psalmorum, propter quinque distinctiones, quæ fiunt in libro isto, per fiat fiat. Alii autem asserunt vnum tantummodo esse librum, quoniam postea dicitur: in capite libri scriptũ est de me. Et in actibus Apo-
Psalm. 39 stolorum dicitur, Sicut scriptum est in libro Psalmorum. Non dicitur, in libris: sed in libro. Verunta-
Actu. 1. men videtur, saluo meliori iudicio, quod vtraque positio posset verificari, vt videlicet dicatur vnus liber totalis, & plures libri partiales, quemadmodum & liber Regum vnus vocatur, qui tamen in quatuor libros partitur. Liber quoque duodecim prophetarum dicitur vnus, quem cõstat diuidi posse in duodecim libros partiales præsertim cum Naum propheta, cuius vaticinium pene breuissimum est, in prophetiæ suæ exordio dicat, Liber visionis Naum. Secundo discordant circa hoc, quod dicitur, prophetæ, videlicet in authore Psalmorum. Quidam enim affirmãt omnes psalmos à Dauid compositos, nempe Augustinus, Cassiodorus, glossator, & alii multi. Alii vero contra tenent oppositum, puta Hieronymus, Hylarius, Chrysostomus, quos sequitur Nicolaus de Lyra, asserẽtes Hebræorum doctores affirmare multos esse authores Psalmorũ. Quid autem horũ sit verius certitudinaliter discernere nequeo. Veruntamen sicut Gregorius primo libro moralium super Iob, superuacuum esse testatur, multum inquirere quis fuerit author libri Iob, quando certissimum est, librum ipsum à spiritu sancto, sicut à principali authore editum. Sic etiam modo videtur superuacuũ curiose scrutari, aut multum contendere, an solus Dauid ediderit psalmos, cum vtique planum sit omnes psalmos reuelatione spiritus sancti esse conscriptos. Nihilominus probabilius, vtriusque opinor à solo Dauid librum psalmorum esse compositum. Alias namque verum non appareret, omnes psalmos ex anagogica spiritus sancti reuelatione, id est, sine omni exteriori adminiculo imaginariarũ formarum, & corporalium specierum, sensibiliúmque signorum, fuisse reuelatos, ac editos. Vel certe Dauid dici non poterit
Rom. 13. eximius prophetarum, tanquam qui solus anagogica, & non symbolica reuelatione prophetauit. Præterea cum omnia quæ à deo sunt, ordinata sint, & vt pene omnes concorditer astruunt, Esdras spiritu sancto reuelante ac disponente, psalmos reparauerit, ac in vnum collegerit, non videtur, quòd tam diuersorum authorum, seu prophetarum psalmos, tam confuse misceret, ac inordinate disponeret, nunc vnius, núneque alterius psalmum describens: quasi liber iste esset rapiarius quidam siue quoddã ex dictis diuersorum collectum. Et mirum videtur cur psalmos Dauid nõ redegerit in librum specialem, cum certum sit maiorem partem psalmorum ab ipso compositam, præsertim cum in reparatione aliorum prophetarum talem formam seruauerit. Quanuis enim duodecim prophetarũ vaticinia in vnum collegerit librum, singulorum tamen scripta seorsum posuit, cuilibétque prophetæ specialem, ac partialem deputans librum, non obstante, quod nonnulli eorum in materia multum concordent & aliqui valde breues sint. Attamen si non solus Dauid edidit psalmos, tunc vtique ista commixtio psalmorum non est inordinata dicenda, neque confusa, sed ex certa ratione facta: quam quia inuenire non valeo, id quod modo dixi probabilius puto, quanuis nihil determinatiue affirmo. Aduertendum autem est, quod sanctus HIERONYMVS ter transtulit librum psalmorum. Primo, secundum septuaginta interpretes, quod appellatur psalterium Romanum, quoniam ecclesia sancti Petri vtitur eo. Secundo, ad instantiam Paulæ & Eustochiũ fecit aliam translationem non multum à prima differentem, licet Hebraico magis vicinam, & dicitur psalterium Gallicanum, quia Damasus papa ad preces HIERONYMI fecit illud in ecclesiis gallicanis cãtari, & ista translatio apud Latinos communior est. Tertio, transtulit librum hunc pure iuxta Hebraicum ad instantiam cuiusdam sancti episcopi nomine Sophronii, qui cum Iudæis frequenter disputabat. Vnde indiguit textu per omnia simili psalterio quo in Hebræo habetur. Nam illud solum à Iudæis recipitur. Intentio vero libri psalmorum est, CHRISTI mysteria pandere, sicque genus humanum in veteri Adam lapsum, ac deformatum, in nouo homine Christo erigere, reformare, ac beatificare.

## ¶ De virtute Psalmorum, & de modo orandi atque psallendi.

QVONIAM igitur psalmodia est quoddam soliloquium spiritus sancti, cum pia deuotáque anima, constat neminem posse virtutem psalmorum vere & experimentaliter cognoscere, nisi eum qui puro & stabili, ac libero animo, sacratissima psalmorum verba decantat, munda ac fixa mente deo intendens, sensumque verborum cum ingenti attentione aduertens, & velut ex proprio affectu ea ruminans atque pronuncians. Hoc enim (vt ait Basilius) est psallere sapienter, quatenus cum intellectuali dulcedine, & interno sapore verba spiritus sancti promamus, cum omni reuerentia & cordis custodia nosmetipsos ante dei conspectum, qui vere vbilibet præsens est, statuen-
Psalm. 18 do, ac recolendo quod scriptum est. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Et iterum, Viuit
4. Reg. 3. dominus in cuius conspectu sto hodie. Illud quoque Ieremiæ, Maledictus homo qui facit opus dei ne
Iere. 48. gligenter. Nam spiritus sanctus qui est ignis innocue ardens, ac ardentissima charitas, affectuosissima verba in psalmis deprompsit, omnique generi hominum conuenientes sermones descripsit. Nunc ea proponens quæ perfectos respiciunt, & ex magno charitatis feruore canenda sunt. Nunc vero proponens quæ pœnitentes & imperfectos concernunt, imò omni virtuoso affectui apta cantica exhibet. Interdum enim proponit quæ in persona Christi dicenda sunt. Interdũ quæ in persona ecclesiæ, interdum quę in persona peccatoris, ac pœnitentis, interdum quæ in persona efficaciter proficientis,

interdum quæ in persona perfecti & feruide diligentis, interdũ quæ in persona iusti, & cum deo æqui tatem zelantis, interdum quæ in persona gratias agentis. Vnde qui psalmos cum perfecta deuotione cantare seu legere cupit, necessario indiget vt suum affectum sensui psalmorum conformet, omniúmque prædictarum personarum similitudinem sibi assumat, prout psalmorũ sententia exigit. Ait nanq; Dionysius tertio cælestis hierarchiæ capitulo, quod psalmi per modum diuinæ laudis, includunt & continẽt quicquid sacra pagina comprehendit. Idcirco verissime dictum est: quod nullus mortalium potest vel mente concipere vel verbis exprimere virtutem psalmorнm. Omnium enim vitiorum era dicationem, omnium virtutum adeptionem, omnisque perfectionis plenitudinem docent, fidem illu minant, spem roborant, charitatem inflammant, humilitatem instruunt, mansuetudinem specialissime commendant, patientiam cæterasque virtutes erudiunt, mentem deuote psallentis vehementer oblectant, omnem vitiosam seculique tristitiam auferunt. Et qui in continua psalmorнm decantatione lætatur, cælisormem atque angelicam vitam in hoc seculo nequam ducit, carnales delectationes fastidit, vanos & infructuosos sermones, seculares rumores, ac temporis amissionem, vehementer abhorret, ab humano colloquio separati satagit, cum deo sermocinari conatur, omniúmque gratiarum splendore incessabiliter adornatur. Insuper in psalmis ignitissimæ & affectuosissimæ orationes enntinentur, & iucundissima gratiarum actio, humillima peccatorum confessio, excellentissima dei laudatio, omnis boni commendatio, omnis mali detestatio, & præclara ac sublimissima ad denm mentis erectio. In psalmis quoque descripta sunt impiorum tormenta, electorum merces, & gaudia, incipientium rudimenta, proficientium progressio, perfectorum plenitudo, vita actiuorum, speculatio contẽplatiuorum. De modo autem psallendi quid aptius potest doceri, quàm quod deuotissimus atque dul
cissimus ille Bernardus inducit, Moneo (inquiens) vos dilectissimi fratres strennue laudibus interesse Super Cã
diuinis, vt sicut reuerenter, ita & alacriter domino assistatis, non pigri, non somnolenti, non oscitan- tica ser.
tes, non parcentes vocibus, non verba dimidia præscindentes, non integra transilientes, non fractis 47.
& remissis vocibus muliebre quiddam balba de naribus resonantes: sed virili vt dignum est sono atq; affectu, voces sancti spiritus depromentes, nec aliud quàm quod canitur cogitãtes. Spiritus enim sanctus gratum nõ habet, quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Nempe vt ait Basilius, Deus orandus est atque laudandus, non vaga & huc illucque discurrente anima, sed in spiritu solicito, ac timorato adorare oportet, & ante orationem animam præparare, varias & impertinentes occupationes abiiciendo, ac aliquid salutare interioribus imprimendo, & magno serio inchoando, ne modicus error in principio augeatur in prosequutione: magnúsque fiat in fine. Sed sic orare & psallere multa requirit, & sanctam conuersationem efflagitat, quatenus homo ante orationem ita se habeat, vt possit per gratiam dei in ipsa oratione ac laudis tempore, stabilimentis, intuitu, atque ardenti affectu, deo intendere ac sensum perpendere, diuinorum eloquiorum virtutem gustare. Omnino enim oportet aggrauantem vitare tristitiam, resolnentem odio habere lætitiam, inordinatum timorem, immoderatam solicitudinem, omnémque irrefrenatam concupiscentiam, & irrationabilem animæ passionem expellere, & quanto poterimus animam nostram ab omnium inferiorum virium operationibus magis suspendere, & à sensibilium memoria & amore magis abstrahere: tanto poterimus diuinis
præconiis, sanctisque precibus, affectuosius, dulcius, atque salubrius, intendere ac vacare. Spiritus Iohan. 4.
enim est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu oportet adorare. Denique in cantu omnis curiositas, omnis dissolutio, omnis discordia, summe vitandæ sunt, & summopere satagendum, ne alicui placere intendamus, nisi altissimo, in eo duntaxat spiritualiter gloriãtes ab eo solo, videri, audiri, ac præmiari optantes, sensui verborum semper, & n e o magis quàm cantui & modo cantandi intendentes, illud dictum beati Augustini pensando. Dum mihi contingit, vt me cantus magis quàm res quæ canitur moueat, pœna committere digna me profiteor, & tunc mallem non audire cantantem. Co-
nemur ergo vt id in mente nostra versetur, quod ore prnfertur. Et si quispiam tantę scientiæ nõ est vt Psalm. 83
scripturas sanctas intelligat, & proinde psalmodiæ sensum mente considerare nequeat: vel certe si id quod canitur, quantum ad superficiem atque historicum sensum, tale sit, vt nullam vel modicam videatur deuotionem includere, cuiusmodi est illud, Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos: tunc studere debemus vt mentem nostram cum cordiali affectu ad denm leuemus: pensantes nos ante dei conspectum astare, & summo vniuersorum dominatori, ac iudici ministrare. Sicque diuinam maiestatem aut aliud aliquid diuinum considerantes, poterimus cum magna deuotione deo assistere.

¶De intentione & forma procedendi præsentis editionis.

QVanuis autem sacra scriptura iam à sanctis & magnis, ac orthodoxis doctoribus plenissime videatur exposita, præsertim liber Psalmorum, nullúsque possit Dauid perfecte exponere, nisi spiritus sanctus, qui per Dauid locutus est, animam eius copiose illustrauerit, docuerit, atque perfecerit. Nihilominus in dei bonitate vehementer cõfidens conabor quod proprias vires prorsus excedit,
nempe ipsum psalterium vtcunq; elucidare spe præmii, quod sapientia pollicetur, dicens, Qui eluci- Eccle. 24
dant me, vitam æternam habebunt. Et iterum, Qui multos erudiunt ad iustitiam, fulgebunt quasi Danie. 12.
stellæ in perpetuas æternitates. Quod de iis intelligere congruit, quorum vita, seu conuersatio doctri
næ concordat. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? imò sicut beatus Thomas Psal. 48.

Dist.19.q.2.ar.2. ſuper quartum ſententiarum oſtendit, qui non implet quod alios docet, eo ipſo quo ſibi docendi onus aſſumit, mortaliter peccat, quoniam quantum in ſe eſt, intentionem ſacræ ſcripturę euacuat. Porro cuius vita ad docendum idonea eſt, profecto aureolam promeretur, etiam ſi nunquam ore populo prædicet, ſed ſacram ſcripturam exponendo, ſeu de theologia codices componendo, vniuerſis qui eos legerint, ad eruditionem loquatur. Sed ne quis opus iſtud omnino ſuperfluum putet, intendo ſpeciali quodam modo librum pſalmorum exponere. Sic tamen ſpeciali, vt dictis ſanctorum concordet, nec proprio ſenſui credam. Intendo ergo pſalterium ſecundum multiplicem intellectum, prout dominus dederit explanare. Videlicet literaliter, allegorice, tropologice, & anagogice, quãtum textus ipſe permittit, & mihi poſsibile fuerit, eiuſdem literæ nunc plures, nunc pauciores expoſitiones tangendo, prout materia exigit. Poſtremo, quemadmodum à ſuperioribus meis mihi iniunctum eſt, propono ſtili colorem, loquendi difficultatem, & impertinentes ſubtilitates vitare, & plano, ac ſimplici modo procedere. Quod vt digne ac fructuoſe exequi poſsim, ad ſuperbeoedictæ & ſupergloriosiſsimæ TRINITATIS honorem, omniúmque legentium, ac audientium vtilitatem, totis præcordiis oro & inuoco benignitatem ſpiritus ſancti copioſam & inceſſantem, quia ſicut in libro Iob habetur, Spiritus eſt in homine, ſed inſpiratio omnipotẽtis dat intelligentiã. Nam de ſpiritu ſancto loquens Chriſtus diſcipulis, Paracletus (ait) ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

FINIS PROOEMII.

A

# Commentarius in Psalmum .I.

## PRAEFATIO Autoris de ratione Tituli.

ESdras scriba velox, qui & prophetico spiritu fulsit, libros canonicos veteris testamẽti à Babyloniis cõbustos, spiritu sancto reuelante, dicitur reparasse, præter pẽtateuchum .i. quinque libros Moysi, quos apud Samaritanos inuenit. Ipse ergo Psalterium reparauit, & hũc primum Psalmum per modum præfationis seu prologi libro Psalmorum præmisit, sicut vulgariter dicitur. Vnde nec psalmo huic titulũ præsignauit, cum psalmus iste sit quasi titulus libri sequẽtis, quoniam continet summã atque materiam totius libri, tractatque de his in generali, de quibus in toto hoc libro tractatur in speciali. Deniq; psalmus iste ad literã de quolibet homine virtuoso intelligi potest. Et quæ sequuntur de impiis & de vanitate, atque tormentis ipsorum, de omnibus malis possunt exponi. Ait ergo Autor præsentis Psalmi, 1. Esd. 7

PRECATIO IN PSAL. I.

*Autor omnium bonorum deus, reple nos (quæsumus) gratia tua, ut uoluntas nostra dirigatur semper in lege tua:*
B *quatenus te inspirante die ac nocte in ea sic meditemur, ut fructum æternæ felicitatis percipere mereamur.*

EXPLANATIO psalmi iuxta sensum literalem.

1 BEATVS VIR QVI NON ABIIT IN CONSILIO IMPIORVM.] Consilium est actus prudentiæ. Sed sicut prudentia duplex est, scilicet vera & falsa, ita consilium aliud verum, aliud falsum. Verum cõsilium ad eos pertinet, qui diligẽter inquirunt, quibus viis ac mediis, ad verã felicitatem pertingant. Falsum vero consilium horũ est, qui vias excogitãt, quibus desideratam malitiã ad effectũ perducant. Itaq; ait: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorũ. Dupliciter aliquis abit in consilio impiorum. Primo, aliis malum cõsilium dando. Secundo, peruerso consilio consentiẽdo seu acquiescendo. Igitur, beatus vir, qui nõ abiit .i. à deo nõ recessit, in consilio impiorum, per hoc quod aliis male ac false cõsuluit, vel aliorum fallaci consilio acquieuit. Qui enim aliis male consulit, causa & particeps est omnium malorũ, quæ ex suo peruerso consilio fiunt. Abit autem homo seu recedit à deo in consilio impiorum: non loco, quoniam deus vbiq; est, & omnia penetrat, omnibusq; æque immediatus est, secũdum diuinum Dionysium: sed dissimilitudine, quoniã per consilium impiorum, facit se homo dissimilem deo, qui iustus est, & iniqua cõsilia odit, gratiãq; abeunti in consilio impiorum aufert, & pietatis suæ præsentiam subtrahit: per nihil enim abimus à deo, nisi per id, quo separamur & elongamur ab ipso. Nil vero separat nos à domino deo nostro, nisi vitia no- Hiere. 25
C stra, quemadmodum Esaias testatur, Peccata (inquiens) vestra diuiserunt inter deum vestrum & vos. Esaiæ. 59
Nihil quoq; vnit ac retinet nos in deo, nisi virtutes, quarũ est peccata auferre. Et ideo Esaias iterũ Esaiæ. 27
ait, Hic est omnis fructus, vt deleatur iniquitas. Deniq; quid est dicere, Beatus vir qui nõ abiit in consilio impiorum, nisi beatus vir qui permansit in cõsilio piorum, tam aliis recte cõsulendo, quàm aliorum recto consilio consentiendo? Ideo enim in prouerbiis Salomon ait, Salus vbi multa cõsilia. Et Proue. 11
Tobias filium instruens, Consilium, inquit, semper à sapiẽte require. Præterea quid aliud est, Beatus Tobiæ. 4
vir, qui non abiit in cõsilio impiorum, nisi infelix seu miser, qui abiit in consilio impiorum, vel male consulendo, vel male consulẽti se conformando? Hinc nãq; sacratissimus Esaias ex dei persona fatetur, Væ filii desertores, vt faceretis consilium & nõ ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum. Est autẽ homo beatus dupliciter, scilicet in spe & in re. In spe vero est aliquis beatus dupliciter. Primo, secũdum dispositionem remotam, seu potẽtialem, quemadmodum pueros bonæ indolis appellamus beatos. Secũdo, quantum ad dispositionem propinquam ac habitualẽ, sicut ait saluator, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbũt. Porrò in re beatus est, qui deo perfecte iam fruitur. Beatitudo ergo in spe viatoribus cõpetit, & de ea nunc loquimur. Per id quoq; quod ait, Beatus vir, non existimemus mulierẽ exclusam. Vir nãq; hoc loco vocatur, nõ à proprietate sexus, sed ratione virtutis, qui nec prosperis eleuatur, nec aduersis deprimitur: qui non est sicut arundo vento agitata, Esaiæ. 30 Matth. 5
D sed fixus in domino regia via incedit: qualis extitit nobilis ille Iosue, qui nõ declinauit à dextris vel Iosue. 11
sinistris à lege Moysi. Sed hoc modo existere virũ fœminis etiam cõpetit, illis vtiq; quæ tales sunt, Prou. 31.
qualis est illa de qua Salomon ait, Mulierem fortem quis inueniet? Et iterũ, Accinxit fortitudine lumbos suos. An nõ hoc modo vir dici valet virgo mater? De qua dominus ad diabolũ, sub appellatione serpentis dixit, Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa cõteret caput tuum. Et hanc vtiq; virilem mulierem quædam viriles fœminæ præcesserunt figuratiuè. Sicut sanctissima illa Hester, quæ in omni regali suo decore atq; incõparabili excellentia temporali, nunquã læta est. Fortissima quoq; illa Iudith, quæ crudelissimum Holofernem, tam viriliter interfecit. [ET IN VIA peccatorum non stetit.] Ex malo cõsilio oritur operatio praua. Operatio autẽ via vocatur, quia per eam ad terminum peruenitur. Nam operatio bona ducit ad iocũditatem æternam, & operatio mala ad sempiternã miseriam. Beatus ergo qui in via peccatorum nõ stetit, qui in operatione iniqua nõ permãsit, nec male agentibus acquieuit, qui nõ gloriatur cũ male fecerit, neq; exultat in rebus pessimis. De hac via, ait Salomon, Est via, quæ videtur homini bona, & nouissima eius deducũt ad mortem. Et rursus, Via Gene. 3 Hester. 5 Iudit. 14 Matth. 7 Prouer. 2 Prou. 14

Prouer. 3 impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruāt. Quo cōtra de viis domini scriptum est, Viæ eius, viæ pul- E
chræ, & omnes semitæ eius pacificæ, [ET IN CATHEDRA pestilētiæ non sedit.] Pestilentia est ,,
morbus infectiuus. Cathedra vero est sedes doctoris vel iudicis. Vnde in cathedra pestilentiæ sedere,
est alios falsa doctrina, aut malo exēplo corrumpere, vel scādalizare, & fratribus offendiculū poone-
Matt. 18 re. Quod quàm dānabile sit, saluator manifestat. Qui scandalizauerit (inquiens) vnum ex his pusillis,
Rom. 14 expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et iterum,
Væ homini per quē scandalum venit. Vnde & apostolus, Non ergo iudicemus amplius, sed hoc iu-
dicate potius, ne ponatis offendiculum fratribus vel scandalum. Ille vtique qui nec dicto nec facto
aliis occasionem peccandi præbet, in cathedra pestilentiæ non sedet, & talis merito vocatur beatus.

Triplex autē peccatum in hoc primo versu tāgitur, & vitandum docetur. Videlicet pct̄m iniquæ
cogitationis, peccatū iniustæ actiōis, & peccatū peruersæ instructionis. Primo quoq; peccato adiūgi-
tur hoc verbum, abiit, quod motum designat. Secūdo vero adiūgitur, stetit, & tertio sedit, quæ ambo
quietem designāt, sed maior est quies seu fixio in sedēte quàm stāte, quoniam qui sola cogitatione pec
cat, faciliter reuocatur, qui vero ad opus procedit, difficilius redit: sed qui iam habituatur in malo, &
alios inficit, difficillime emendatur. Deniq; quia nō sufficit mala non facere, sed oportet etiam bona
Matth. 3 peragere, sicut saluator testatur, dicēs, Omnis arbor, quæ nō facit fructum bonū excidetur, & in ignē
mittetur: Propterea in versu sequēti ostendit, quid boni pertineat ad virum beatum prædicta mala F
vitantem. Ait ergo, ℭ (2) SED IN LEGE domini voluntas eius,] desiderium cordis eius & to ,,
ta mentis suæ affectio attendit ad hoc, vt legē dei adimpleat, & secundum altissimam dei voluntatem
omnem suam cōuersationem gubernet. Debemus enim diuinis mādatis sponte & prompte, non coa
Psal. 37 cte aut pigre obtemperare, & ex filiali amore potius, quàm ex seruili timore cūcta implere, vt dicere
Rom. 12 deo possimus, Domine ante te omne desiderium meū. Hoc nāq; hortatur Paulus, dicēs, Probetis quæ
Roma. 8 sit volūtas dei bona, beneplacēs & perfecta. Et iterum, Non accepistis spiritum seruitutis iterū in ti-
1 Par. 28 more, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Hinc quoq; Dauid di-
xit, Tu autē fili mi, scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario. Sed quia vo-
luntas de se cæca est, & amoris impetū, affectionisq; impulsum sequi solet, idcirco rationis directio-
Rom. 12 ne indiget, quatēus rationale obsequiū deo exhibeat. Talem ergo rationis directionē ac discussionem
ad virum beatum pertinere, cōsequēter declaratur, dū subditur, [ET IN LEGE EIVS meditabitur ,,
die ac nocte,] examinādo quid deo cōplaceat, quid ei displiceat, quid præcepit, quid prohibuit, quali-
ter hō cōpendiosius proficere possit, quanta beneficia deus hominibus præstitit, quāta bona in futu-
ro promisit, quanta est cæcitas ingratorū, quanta tormēta reproborum. Ista atq; similia fideliter con
templari, est in lege domini meditari. Sed quomodo hoc modo potest homo meditari in lege domi
ni die ac nocte? Nōné vicissim dormire, ac aliis necessitatibus huius miserabilis vitæ vacare oportet?
Et respondēdum, quòd homo iustus in lege domini meditari debet die ac nocte, non quòd quolibet
horæ spatio, singulisq; momentis, possit actualem habere diuinæ legis memoriam, vel incessabiliter G
speculari diuina: sed quia quolibet tempore debito ac oportuno facit hoc. sic quippe semper dicitur
aliquis aliquid facere, quoniam nunquam negligit id facere quādo debet, quemadmodum dicimus,
1 Thess. 3 iste semper scribit, iste semper frequentat ecclesiam. Secūdum hunc sensum dicit apostolus, Sine in-
Deut. 6 termissione orate. Et Moses, Erunt verba dñi in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis
in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; consurgens. Aliter etiam dici po
test, quòd aliquis dicitur orare, & meditari dupliciter. Primo, quoniam actus tales exercet. Secundo,
quia secundū actus tales operatur & viuit, sicq; incessanter die ac nocte in lege domini meditatur &
orat, qui totam vitam suam secūdum tenorem præceptorum diuinæ legis gubernat. Quemadmo-
Coloss. 3. dum docet Apostolus, Omne (inquiens) quodcunq; facitis in verbo aut opere, omnia in nomine do
Roman. 1 mini Iesu Christi facite. Porrò quia connaturale est nobis, vt ex similitudine sensibilium rerum, ad
spiritualium rerum notitiam perducamur, idcirco in versu sequenti cōparat scriptura sacra iustitiam
viri beati, ligno iuxta aquas plantato. Vel cōparat virum beatum ac iustum lignò huiusmodi, ratio-
ne iustitiæ, ita quòd virtus iustitiæ quæ est spirituale bonum, est causa formalis istius comparationis.
Ideo subditur, ℭ (3) ET ERIT TANQVAM lignum quod plātatum est secus decursus aquarū,
quod fructum suum dabit in tempore suo.] Lignū iuxta decursus aquarum seu aquas fluētes plantatū
conuenienti tempore floret & fructum producit, quoniam radix eius ex fluentibus aquis attrahit ali- H
Lucæ. 8 mentum, videlicet humorem. Vnde in Euangelio Christus dicit, quòd semen natum aruit, quia non
habebat humorem. Sic est homo virtuosus, quia enim in deo confidit, & ei adhæret, manēs in Chri-
Psal. 83 sto, sicut palmes in vite, ideo rorem gratiæ dei, & humorem conseruationis à spiritu sancto sortitur,
Coloss. 1 proficiēs de virtute in virtutem, & crescens in charitate de die in diē. ℭ (4) ET PROPTEREA ,,
Coloss. 4 folium eius non defluet] .i. sermo eius à rectitudine legis diuinæ nō cadit, quoniā implet illud Apo-
Prouer. 1 stoli, Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus, id est, discretione ornatus. Non enim est procax
ad loquendum, sed moderatur labia sua. [ET OMNIA quæcunq; faciet prosperabuntur,] Scimus
Roma. 8 enim (teste Apostolo) quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. omnia itaq; quæ
faciet homo, prædicto modo beatus ac iustus, prosperabuntur, id est, omnes operationes suæ profi-
cient sibi ad veram beatitudinem, seu vitam æternam. Nam & mala quæ fortasse committit occasio-
naliter cooperantur sibi in bonum, eo quod cautior surgat, custoditior fiat, humilius pœniteat, imo
Lucæ. 7 & ardentius diligat: quoniam teste saluatore, Cui plus dimittitur, plus diligit. propter quod & Apo
Roma. 5. stolus ait, Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Ideo etiam de viro electo inferius dici-
Psal. 36. tur, Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Considerandū vero, quod

A ſermo comparatus eſt folio,& operatio fructui.Sicut enim floritio arboris inutilis eſt & inanis,quã-
do fructus nullus ſubſequitur : ſic pulcher ſermo atque magna ſeu decora verborum prolatio vana
eſt,dum vita verbis non conſonat.Ideo enim dominus maledixit ficulneæ folia habenti , nõ fructus.
Conſequenter in iſto Pſalmo agitur de vanitate impiorum,& differentia eorum à iuſtis,dum ſubdi-
tur, ℂ (5) NON ſic impii non ſic].i.ita non erit de impiis,ſicut de iuſtis prædictum eſt . Nam non Marc. 11.
poſſunt comparari ligno iuxta decurſus aquarum plantato,ſed arido ligno & ſterili palmiti , mem-
broque à capite ſeparato.Non enim habent radicem cordis fixam in deo , nec Chriſto per gratiam
vniuntur,nec ſtabili fundamento innitũtur,propterea pulueri cõparantur,ſicut ſubiungitur [SED
tanquam puluis,quem proiicit ventus à facie terræ] id eſt,tales ſunt impii , ſicut puluis à vento ia-
ctatus.Sicut enim puluis omni vento circunfertur:ſic impii variis paſſionibus commouentur,& à re
cta ratione diſcedunt, nec deo ſtabili mente adhærent , ſed propter amorem rerum temporalium à
diuina dilectioue recedunt,creaturas creatori præponentes.Quid vero ex hoc conſequatur ſequens
verſus explanat.ℂ (6) IDEO nõ reſurgũt impii in iudicio]hoc dupliciter intelligi poteſt,primo de
iudicio diſcretionis , quo quotidie homines iuſti & vere pœnitẽtes ſe ipſos examinant & cõſcientias
ſuas diſcernunt,atq; omne vitioſum,quod in ſe inueniunt,diiudicant,reprobant,dãnant,deflent , &
vindicant,ſicut ſcriptum eſt,Scrutemur vias noſtras,& quæramus & reuertamur ad dominum,leue
mus corda noſtra cum manibus ad deũ in cœlos.De hoc ſalubri iudicio,ait Apoſt. Quod ſi noſmet Thren.3.
B ipſos diiudicaremus,non vtiq; iudicaremur ,hoc modo iudicantes ſeipſos,aduerſa æquanimiter fe- 1.Cor.11.
runt.Illud dicentes,Et nos ergo non vlciſcamur nos pro his quæ patimur , ſed reputantes peccatis Iudit.8.
noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe,flagella domini quaſi ſerui qui corripimur,ad emendationem
noſtram eueniſſe credamus.Secundo,intelligitur de futuro extremo iudicio,in quo impii non reſur
gunt,quantum ad beatam immortalitatem atq; felicem immutationem, ſed quantum ad damnatio-
nem maiorem.Omnes enim(vt ait Apoſtolus)reſurgemus, ſed non omnes immutabimur . Sed pri- 1.Co. 15.
ma expoſitio magis concordat verbis ſeqnentibus.Additur enim [NEQVE peccatores in conſilio
iuſtorum] Conſilium iuſtorum eſt,vt præterita mala corrigant & deplangãt,atque de cætero ad ca-
uendum futura,ſolicitî ac timorati exiſtant. Huic conſilio non ſe conſormant peccatores , & ideo à Matth. 3.
vitiis ſuis non reſurgunt in conſilio iuſtorum,conſilio iuſtorum acquieſcendó,& dignos pœnitentię
fructus agẽdo.Poſtremo oſtẽditur cauſa prædictæ diſtinctionis inter iuſtos& impios ℂ (7) QVO
NIAM nouit dominus viam iuſtorum],id eſt,quoniam deus notitia approbationis nouit atque acce
ptat viam,id eſt,operationem ſeu vitam iuſtorum.Idcirco impii ſeparabuntur à bonis ſecundũ mo-
dum prædictũ,& opera impiorum non proſperabuntur,id eſt, ad veram beatitudinem non perdu-
centur,nec felicem exitum ſortientur,& ideo ſubditur, [ET iter impiorum peribit],id eſt,vita actio
& delectatio eorum deſtruentur,quia poſt temporales delitias,habebunt æternam triſtitiam . Vnde
in die nouiſſimo,dum viderint ſe erraſſe,ſero pœnitebunt , & dicent, Errauimus à via veritatis , & Sapiẽ.3.
laſſati ſumus in via iniquitatis & perdinionis.

C

## COMMENTARIVS PSALMI EIVSDEM
### iuxta ſenſum allegoricum,de Chriſto.

SIcut oſtenſum eſt,allegorice ſacra ſcriptura exponitur,dum ea quæ in lege & Prophetis & Pſal
mis ſcripta ſunt,de Chriſto exponuntur,quod intelligendũ eſt de illis ſcripturis,quæ de Chri-
ſto ad literã nõ exponuntur.Hic ergo Pſalmus qui literaliter de quolibet viro iuſto & impiis in
communi intelligi poteſt,de Chriſto allegorice multum conuenienter exponitur . Ait enim,
Beatus vir,videlicet Chriſtus,qui à primo inſtanti ſuæ conceptionis in virgine matre fuit vir perfe
ctus atq; beatus: perfectus quidẽ nõ ratiõe ætatis,ſed propter plenitudinẽ gratiæ,eminentiãq; virtu
tũ,ac ſapiẽtiæ perfectionẽ,in quibus omnibus perfecta creata eſt anima Chriſti.Nec profecit in iſtis
quãtum ad habitũ,ſed quantum ad exercitium Vnde ſcriptũ eſt, Nouũ creabit dominus ſuper terrã. Ieremi.3.
Mulier circundabit virum,id eſt,virgo præelecta,in vtero habebit puerum ætate , ſed virum perfe-
ctione.Fuit etiam Chriſtus ab exordio maternæ conceptionis beatus, propter perfectiſſimam diui-
nitatis fruitionem,& clariſſimam eius beatificamq; viſionem,quia tam clare, tamq; beate vidit ani-
ma Chriſti deũ à primo creationis ſuæ momento,ſicut & modo,nec vnquam profecit in eſſentiali
D præmio beatorum.Quoniam enim humanæ naturæ Chriſti à primo ſuæ creationis exordio, datum
eſt eſſe vnitum verbo perſonali, ſeu hypoſtatica vnione,hoc eſt , ſubſiſtere in eodem eſſe perſonali,
in quo vnigenitus dei æternaliter ſubſiſtit,cum ſit aſſumpta ad eſſe increatum filii dei,multo clarius
patet,quod animæ Chriſti à ſui principio conceſſa eſt beatifica dei viſio, prout Damaſcenus teſta- libro.3.
tur & Thomas.Minus eſt enim deum beatifice contemplari,quam ei perſonaliter vniri.Sic ergo eſt
Chriſtus beatus vir.Dicitur quoq; vir, quoniam à vera fortitudine nunquam defecit , ſed in omni- S. Th. 3.
bus virtuoſiſſime egit.Beatus itaque vir,ſcilicet Chriſtus, qui non abiit in conſilio impiorum , quia par.q.10.
tentatori præcipitium & ſui adorationem conſulenti non acquieuit,neque ſcribarum ac phariſæorũ &c.
malignis conſiliis fauit,ſed cõſilio,quod eſt vnum ſeptem donorum ſpiritus ſancti,pleniſſimus fuit. Matt.4.
Et in via peccatorum non ſtetit,quia ab omni peccato immuniſſimus fuit . Detrahibiles enim defe- Iſaiæ.11.
ctus non aſſumpſit,ſed naturales atque pœnales,vt ſunt fames, ſitis,timor,dolor & mors . Et in ca-
thedra peſtilentiæ non ſedit.Nulli enim malum exemplum præbuit,neq; peruerſa dogmata protu- Matt.15.
lit,quamuis Iudæi frequenter ſcandalizabantur ex verbis & actibus eius . tale enim ſcandalum non
erat niſi ex malignitate,vel infirmitate ipſorũ . Porro vita Chriſti totius ſanctitatis ac perfectionis Iohan.8.
exemplar fuit,& omnis eius actio,noſtra inſtructio eſt.Sicut & ipſemet ait,Ego ſum lux mundi,qui Matth.5.

ſequitur me nō ambulat in tenebris. Chriſtus quoq; ſaluberrimā mundo doctrinā aduexit, legalibus E
q; præceptis euangelica conſilia, vniuerſæ perfectionis plenitudinē continētia addidit. Non enim ve
nit ſoluere legē, ſed adimplere. Tāguntur hic tria, per quæ Chriſtus à protoplaſto parente diſtin-
Gene.3. guitur. Adam namq; in conſiliū impiorū abiit, quādo ſerpētis & Euæ inſtigationi cōſenſit. Et in via
peccatorū ſtetit, dū de prohibiti ligni fructu comedit. Et in cathedra peſtilentiæ ſedit, cum propriū
crimen excuſauit, illudq; in mulierē, imo creatorē quodāmodo retorquere ſategit. Mulier (inquiens)
quā dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Horū autē nullū in Chriſto fuiſſe iam patuit.
Sed in lege domini volūtas eius. Hoc Chriſto ſingulariter & perfectiſſime conuenit. Nā ipſe ſolus
præceptū charitatis diuinæ perfecte impleuit in hac vita, & multo perfectius quā aliquis beatorū in
patria ipſum potuerit adimplere. Nā toto corde, tota mēte, ex omni fortitudine, & tota anima ſem-
per actualiter ferebatur in deum, ipſum contemplando, diligendo, honorando, atq; in omnibus ſi-
Iohan.8. bi obediendo, quemadmodū in euāgelio ipſemet de patre loquens teſtatur, Quia quæ placita ſunt ei,
Mat.26. facio ſemper. Et denuo, Ego (ait) nō quæro gloriā meā, ſed honorifico patrem meū. Et ergo paſſio-
ni iam proximus dixit ad patrem, Non quod ego volo, ſed quod tu. Id quoq; quod ſequitur, ſolus
Chriſtus vt homo in hac vita perfecte actualiterq; impleuit. Et in lege eius meditabitur die ac no-
cte, id eſt, omni tēpore, & omni momēto. Intellectualis enim operatio Chriſti impediri non potuit, F
nec interrūpi per ſomnū vel actū exteriorē, aut per ſenſitiuū appetitū, neq; per aliquid aliud. Sed om
nia quæ in ipſo fuerūt, ordinatiſſima erāt, ſemperq; inferius deſeruiuit ſuperiori, & ſecūdū illius mo
uebatur imperium. Sic itaq; anima Chriſti meditabatur diuina ſine interruptione. Nā & omnia que
ſunt, fuerunt, & erunt, & præſertim ea quæ ad myſterium humanæ redēptionis pertinēt, cognouit,
& ſemper actualiter vidit in verbo, ſicut & modo. Et erit tāquā lignū quod plantatū eſt ſecus decur
ſus aquarū, quod fructū ſuū dabit in tēpore ſuo. Hic deſignatur Chriſti fœcunditas atq; vtilitas per
cōparationē ad lignū iuxta aquarū fluenta plantatū. Tale enim lignū tēpore ſuo floret, & fructus pro
Pſal.44. ducit, ſicq; delectabile eſt intuenti, vtile māducanti, honeſtū poſſidēti. Ita Chriſtus qui eſt ſpecioſus
1.Petri. forma præ filiis hominū, in quē deſiderant angeli proſpicere, delectabilis eſt ipſum ſynceriter cōtem
planti, vtilis ſpiritualiter māducanti, honeſtiſſimū quoq; bonū, ipſum per charitatē & gratiā poſſidē
ti. Queadmodū etiā arbor fertilis copioſum fructū producit, & plurimos reficit, ſic Chriſtus multū
fructū attulit, dum precioſiſſimo ſuo ſanguine genus humanū redemit, totq; poma produxit, quot
Luce.23. animas electorū ſua morte ſaluauit. Vnde ad paſſionē iā tranſiens, & crucem ſibi baiulās ſemetipſum
viridi ligno comparauit, dum mulieribus ipſum plangentibus dixit, Nolite flere ſuper me, ſed ſuper
Gene.2. voſipſas flete & ſuper filios veſtros, quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Poteſt quo-
Iohan.6. que iſtud exponi de ligno vitæ in paradiſo plātato, cui iccirco Chriſtus comparatur, quoniam ſicut G
homo ſemper vixiſſet, ſi de ligno illo edere potuiſſet, ita qui Chriſtū digne māducat, nō morietur in
Prou.3. æternū. Poteſt etiā per lignū intelligi ipſa ſapientia, de qua Salomon ait, Quod ſit lignū vitæ omni-
1. Cor.3. bus apprehendētibus eā. Chriſtus vero eſt ſapientia dei patris. Sapiētia autē iuxta decurſus aquarū
plantata, eſt vnigenitus dei filius veraciter incarnatus, & inter homines peccatores, qui cōparantur
Aba.3. fluentibus aquis, ſine macula cōuerſatus. Secundū hūc igitur ſenſum innuitur incarnatio verbi dei, &
hæc vox, tanquā, nō ſolū dicit ſimilitudinē, ſed etiā exprimit veritatē, quoniā hoc mō ipſemet Chri-
ſtus eſt ipſum lignū iuxta aquarū decurſus plantatū. Et foliū eius non defluet, quia Chriſti ſermo præ
dicatio atq; oratio nō erunt inanes, neq; peribūt, nec caſſabūtur, ſed fructificabunt in cordibus ele-
Mat.24. ctorū, & verificabūtur in finē, queadmodū ipſemet ait, Cœlū & terra trāſibunt, verba autē mea non
tranſibūt. Et omnia quecunq; faciet proſperabūtur. Omnis operatio Chriſti meritoria fuit imo quic
quid cogitauit, dixit & fecit, in quantū viator, meritoriū extitit. Vnde ſemper actualiter meruit, ſed
quia ipſe etiā vt homo, habēs hūanitatē verbo vnitā, perfectiſſimus cōprehenſor fuit, quantū ad ſu-
periorem animæ partē, iccirco ſibiipſi de præmio eſſentiali nil meruit, nec in illo vnquā profecit, ni
hilominus tota vita eius eſſentialis præmii meritoria fuit, quoniā quicquid cogitauit, dixit, & fecit, ex
excellentiſſimo diuinæ charitatis fauore proceſſit. Cui ergo eſſentiale præmiū meruit, niſi membris
ſuis ſeu corpori myſtico, quod eſt eccleſia? Nobis igitur tota vita Chriſti meritoria fuit. Sicq; omnia
quæcunq; Chriſtus fecit proſperabūtur. i. ad æternā vitā proficient prædeſtinatis, quibus per ſacra-
Iſaiæ.55. menta eccleſiæ, & fidem ac charitatē meritū Chriſti applicatur, & cooperatur ad felicitatē æternā. H
Hoc eſt quod per Iſaiā dominus ait, Egredietur de ore meo iuſtitiæ verbū, & non reuertetur ad me
vacuū, ſed faciet quæcunq; volui, & proſperabitur in his ad q̄ miſi illud. Conſequēter agit ſcriptura
de his qui Chriſto nō vniūtur, nec eius veſtigia imitātur. Ait nāq;, Non ſic impii, non ſic, nullus ſan
ctorum poteſt Chriſto eſſe æqualis, ſed ſimilis. Nā Chriſtus in quantū deus oēs in infinitū excedit
in omni perfectiōe. Sed vt homo etiā maior ac dignior deoq; charior eſt, quā tota vniuerſitas ele-
ctorum, angelorū, ſimul ac hominū. Non enim ad mēſuram dat deus ſpiritū homini Chriſto. Boni
1.Iohā.2. ergo fideles, qui Chriſtū regē fideliter aſſequuntur, queadmodum ſcriptū eſt, Qui ſe dicit in Chriſto
manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Hi tales Chriſto in prædictis bonis aliquo mo
do aſſimulantur, nō abeundo in conſilio impiorū, nec ſtando in via peccatorū, nec ſedendo in cathe
dra peſtiferorū, ſed in lege domini volūtas eorū: ſed impii nō ſic, ipſi enim nullo modo ſunt ſimiles
Pſal.138. Chriſto, ſimilitudine virtutis & gratiæ, nec amantur ab ipſo ſecūdum præſentē iuſtitiā amore chari
tatis gratifico, cum ſimilitudo ſit cauſa amoris, imo perfecto odio odit eos, propterea quales ſint ſta-
Mat.25. tim oſtenditur. Sed tanquā puluis quē proiicit ventus à facie terræ. Quemadmodū enim ventus pro
Lucæ.3. iicit puluerē de loco ſuo, ſic ſermo Chriſti proiiciet impios de ſuperficie terræ de cōgregatione iu-
ſtorum, de ſocietate ſanctorum, quādo ſeparabit agnos ab hœdis: quando purgabit aream ſuā, mit-
tens triticū in horreum ſuū, & paleas inextinguibili igne cōburens: quādo dicturus eſt his qui à ſini-

A ſtris erunt verbũ illud aſperrimum, Ite maledicti in ignem æternũ. Ideo non reſurgunt impii in iudicio, quia à Christo diuiſi ſunt, & omni gratia deſtituti, iccirco non reſurgũt in iudicio. quod intelligi põt tã de iudicio diſcretionis, quo boni ſeipſos diiudicant, de quo propheta, Indicabo tibi ô hõ quid ſit bonũ, vtiq; facere iudiciũ. & Iob, Iudiciũ eligamus, & inter nos videamus quid ſit melius. Et, Nũquid qui nõ amat iudiciũ ſanari poteſt? q̃ de iudicio beatę remunerationis, vt ſupra proximo articulo explanatum eſt. Neq; peccatores in cõſilio iuſtorũ reſurgent. Cõſiliũ proprie appellat inquiſitio rationis de agendis vel omittendis. Iuſtorum ergo conſilium eſt, vt deum præ omnibus diligant, vt ei reuerenter deſeruiant, vt in charitate & gratia eius quotidie creſcant, atque de perpetratis malis digne pœniteant. In tali autem conſilio impii non reſurgunt, ſed manent in fæcibus vitiorum & ſordibus paſſionum. Non audiunt Paulum clamantem, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Et iterum, Quæ ſurſum ſunt ſapite. Quoniam nouit dominus viam iuſtorum, id eſt, ea quæ nunc de differentia impiorum atque iuſtorum prædicta ſunt veritatem habent. Quoniam dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt rex regum & dominus dominantium, iudex quoq; viuorum & mortuorum, nouit viam iuſtorum id eſt, acceptam habet operationem bonorum, quorum vtiq; & capilli capitis numerati ſunt. Et iter impiorum peribit. Non enim ad vltimum finem, qui eſt deus benedictus, peruenient.

Mich. 6. Iob. 34. Ephe. 5. Col. 3. Apo. 19. Heb. 12. Lucæ. 12.

F

## COMMENTARIVS EIVSDEM pſalmi iuxta ſenſum tropologicum.

B Recordandũ eſt autẽ, q̃m ſicut oſtenſum eſt, tropologicus ſeu ſenſus moralis ſcripturæ eſt, quãdo ea quæ de Christo vel de ſanctis ſcribũtur aut recitantur, ad ſingulorũ moralẽ eruditionẽ trahũtur. Quæcũq; em̃ de Christo capite noſtro ſcripta ſunt, ad noſtrã eruditionẽ ſcripta ſunt. Nec ſolũ quæ de Christo ſcribũtur, ſed etiã quæ de ſanctis eius legũtur, ad imitationẽ trahẽda ſunt ſecundũ Auguſtinũ. Deniq; vtiliſſimũ eſt ſacrã ſcripturam tropologice intelligere, quatenus ſic Chriſtũ & ſanctos, ſacrã ſcripturã cõmemorãdo ſeu proferẽdo, laudemus, vt ea quæ ſcripta ſunt ad propriã informationẽ trahamus, & ſic imperfectũ noſtrũ cognoſcẽdo, ſalubriter doleamus, eorumq; perfectionẽ quos laudam⁹, imitari ſtudeamus. Tropologica autẽ expoſitio huius pſalmi nõ differt à prima ac literali expoſitione, niſi quòd ſicut illa expoſitio docet quid factũ ſit, ſic iſta inſtruit quid ſit faciendũ. Et eſt ſenſus omnino idẽ, ſed ad diuerſa refertur. Vnde ſecundũ iſtũ ſenſum, ſcilicet tropologicũ dicit ſcriptura, Beatus vir qui nõ abiit in cõſilio impiorũ, vt ſcilicet hortetur ac doceat vnũquẽq; fidelẽ ne malignis cõſiliis acquieſcat. & ne ſtet in via peccatorũ male agẽdo. & ne in cathedra peſtilẽtiæ ſedeat, malũ exemplũ prębẽdo, ſeu falſam doctrinã introducẽdo. Sicq; omnia quæ ſequunt legẽda ſunt quatenus omnia cõuertat & trahat deuotus quilibet ad animæ ſuæ ſpũalem doctrinã. Nã ſi ea quę dicit, legit, vel audit, ad impiorũ tormẽta vel derelictionẽ pertinẽt, põt ex his ſcd̃m timorem cõcipere, ne & ipſe ſimilia patiat: aut gratiarũ actionẽ & amoris inflãmationẽ, quia miſerãte deo à talibus malis pſeruatũ ſe videt: ſeu bonã triſtitiã, ſi ſe talia mala pro quibus torqueri ac deſeri meruit, incidiſſe cõſiderat. Si vero quę dicit vel audit, ad pfectionẽ beatitudinẽq; iuſtorũ ptinent, põt ad imitandũ ſuccẽdi, & ad ſperãdũ roborari. Igitur ſm hũc ſenſum dicat deuotus vel pœnitẽs ſeu alius quilibet, Btũs vir qui nõ abiit in cõſilio impiorũ, hocq; dicẽdo proponat nũq̃ malo cõſilio aſſentire, pœniteat q̃q; ſe vnq̃ pverſis cõſiliis acquieuiſſe, & oret deũ vt in omnibus ſe dirigat ad inueniẽdũ & cõſentiendũ ſanis cõſiliis, ſicut Tobias docet, Omni tpe bñdic deũ, & pete ab eo vt viã tuã dirigat, & omnia cõſilia tua in ipſo pmaneãt. Indigemus nãq; ad hoc, ꝙ nõ abeamus in cõſilio impiorũ, illuminari ac dirigi à ſpũ ſctõ dono cõſilii, quẽadmodũ Sapiẽs dicit, Quis hominũ põt ſcire cõſiliũ dei, aut quis poterit cogitare quid velit deus, niſi tu domine dederis ſapientiã, & miſeris ſpm̃ tuum de cœlis? Per hũc modũ formare debet hõ ſuũ affectũ in ſingulis quæ ſequunt ſm exigentiã ſingulorũ verborũ. Sicut cũ dicit, Et in via pc̃õrũ nõ ſtetit, cogitet de cætero nõ peccare, & de opatione mala præterita doleat. Dũ vero dicit, Et in cathedra peſtilẽtiæ nõ ſedit, proponat nullũ inficere, nullũ ſcãdalizare, ne perdat animã eius pro quo Chriſtus mori dignatus eſt. Simili modo cũ dicit, Sed in lege domini volũtas eius, ſtudeat oẽs euagationes abiicere, affectũ ſuũ à caducis rebus abſtrahere, & ad diuinæ legis obſeruantiã omne deſideriũ ſuũ erigere. Et vt iſta adimpleat, bene aduertat, & pro viribus agere ſtudeat quod ſequitur, Et in lege eius meditabit die ac nocte, hocq; dicẽdo oẽs infructuoſas & malas mentis ſuæ occupationes repellat, atq; diuinis meditationibus cor ſuũ implere ſemper laboret, quẽadmodũ dominus ait, Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis. Porro dũ pſallit, Et erit tãquã lignũ quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, oret, cordialiterq; deſideret, vt ſit ſicut arbor bona, quæ bonos fructus facit, quatenus bene viuẽdo alios verbo & exẽplo ædificet, & nõ tã loquẽdo quã operãdo informet, vt illud ſaluatoris adimpleat, Sic luceat lux veſtra corã hominibus; vt videãt bona facta veſtra, & glorificent patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. Dum vero ait, Et foliũ eius non defluet, proponat ſe ſemper in loquendo modeſtũ & cautũ habere. Cumq; adiungit, Et omnia quæcunq; faciet proſperabuntur, cupiat in eorũ conſortio numerari, de quibus ait Apoſt. Scimus quoniã diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ex his vero quæ ſequuntur, Non ſic impii, nõ ſic, ſolicitus fiat ne ea quæ de impiis ſcripta ſunt, ſibi conueniant: ſed in iudicio diſcretionis à peccatis reſurgat, & in conſilio iuſtorum permanere conetur.

Rom. 6. G C To. 4. Sapiẽ. 9. Ro. 14. H D Iſaię. 1. Mat. 5. Rom. 8.

## COMMENTARIVS EIVSDEM pſalmi iuxta ſenſum anagogicum.

Anagogice inſuper hic pſalmus exponi poteſt, videlicet de cõprehẽſoribus ſeu beatis in patria, vt ſciamus ex huius pſalmi expoſitione quid de nobiſipſis ſperare debeamus. Ait ergo ſcriptura, Beatus vir qui nõ abiit in cõſilio impiorũ. Vir hoc loco nõ à ſexu, ſed à cordis vigore

vocatur, & ita angeli sancti viri dici possunt, qm̃ ad omnia diuina opera exercenda viriles atq; for- E
Acto.1. tissimi sunt. Vnde de angelis dicit, Ecce duo viri astiterũt iuxta illos. Et Gregorius, Angelus inquã
rationale est animal, nõ ꝙ sit materialis aut sensitiuæ naturæ, sed propter intellectualẽ perfectionẽ.
Angeli autẽ sancti nõ abierunt in cõsilio impiorum, quia non consenserunt consilio Luciferi atq; ca
dentium angelorum. Nullus quoque beatorum hominum abiit in consilio impiorũ, in ipso finaliter
permanendo. sed ab hac vita in bona dispositione discessit. Itaque beatus vir omnis electus in virtuti-
bus fortis homo vel angelus deo iam feliciter fruens, qui non abiit in consilio impiorum, ruentium
scilicet angelorum, aut hominum peruersorum. Et in via peccatorum non stetit, cum Lucifero aliisq;
deo rebellibus non peccauit, contra creatorem superbiendo, seu eius similitudinem temerarie &
præsumptuose ambiẽdo. Et in cathedra pestilẽtiæ nõ sedit, alios ad peccãdũ nõ induxit, quẽadmodũ
Lucifer & infectores proximorũ suorũ. Sed in lege domini volũtas eius. hoc vniuersis beatis in pa-
tria plenissime cõuenit, quia præceptũ de dilectione dei perfectissime implẽt, & toto affectu ad deũ
cõuersi sunt, eiq; inauertibiliter semper adhærent. Et in lege eius. i. in pcepto quod ipsis à deo præ-
fixum est in diligendo & operãdo. In hac lege meditãtur die ac nocte. i. in æuo, quod omne tempus
includit, cõsiderãtes incessabiliter qualiter deo reuerẽter assistant, prõpte obediãt. atq; in omnibus
ordinẽ suũ custodiãt. Et erit tanquã lignũ, &c. Omnis beatus deo iã fruens ligno iuxta aquarũ decur F
sus plãtato optime cõparat, qm̃ inebriat torrẽte diuinę voluptatis, sicq; copiosissimũ fructũ affert, qa
indesinenter sanctissimis actionibus occupatur, & nũquã otiosus aut infœcundus est, sed in conti-
nua diuinitatis cõtẽplatione ac dilectiõe æternaliter pmanet. Et foliũ eius non defluet. i. laudatio qua
deũ honorat, nunq̃ cessabit. Et omnia quęcũq; faciet prosperabũtur. i. ad diuinũ honorẽ infallibiliter
ordinãtur: nec põt aliquid aduersitatis eis accedere, sed perpetua securitate deo cõiuncti sunt. Non
sic impii, nõ sic. i. apostatæ angeli hominesq; iniusti nõ sic. i. nõ sunt beati, sicut iã de angelis & san-
ctis hominibus dictũ est. Sed sunt tanquã puluis quẽ proiicit ventus à facie terræ. Nã angeli mali sta
Luce. 10. tim cũ peccauerunt, cœlo proiecti sunt, sicut in euang. ait saluator, Videbam satanã sicut fulgur de
Isaiæ. 14. cœlo cadentẽ. Et Isaias, Quomodo (inquit) cecidisti Lucifer qui mane oriebaris? Ideo non resurgũt
impii in iudicio. Dæmones eñ nõ pœnitent, sed sunt obstinati in malo, sicut & oẽs damnati. Ideo nõ
resurgunt à sua pessima volũtate in iudicio discretionis, seipsos discutiendo & corrigendo. Quoniam
nouit dominus viã iustorũ. Nã omnis operatio beatorũ in patria deo semper gratissima est & sum-
me accepta. Et iter impiorũ peribit. Iter cadentiũ angelorũ fuit desiderium ascendendi ad similitudi-
nem dei immoderate. Sed hoc iter, seu talis superbia peribit, quia nunquã adipiscentur quod adipisci
optabant. Porro ad hãc beatitudinẽ electorũ in patria nos quoq; peruenturos speramus, si ea pro pos-
se nostro quæ ipsi fecerunt agamus, videlicet non abeũdo in consilio impiorũ, nec stando in via pec- G
catorum, nec sedendo in cathedra pestilentiæ.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM II.

### EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi nunc exponendi talis est, Psalmus Dauid. Cõsiderandũ est antẽ (vt ait Hieronymus) ꝙ liber psalmorum est quasi magna domus, plures habens cellas siue cubicula, & quælibet cella propriam habet clauem ac ianuã. Ostium vero totius domus istius, est primus psalmus, cuius clauis est spiritus sanctus. Cæteri autẽ psalmi tanquã speciales cellulæ proprias habẽt claues. i. titulos appropriatos. Nã sicut se habet clauis ad domũ, & signũ ad hospitiũ, ita se habẽt tituli psalmorũ ad psalmos, quia per eos datur introitus ad intellectũ psalmorũ. Porro titulus psalmi pręsentis varie explanatur, prout psalmus hic diuersis modis exponitur. Quidã enim ipsum exponunt ad literã de populo Iudęorũ à captiuitate Babylo. redeuntiũ. Alii vero de ipso Dauid, asserentes Dauid fecisse hũc psalmũ ad laudẽ dei propter victoriã Philistinorũ, quos ipse deuicit, quãdo ascenderunt cõtra eũ, eo quod audissent eũ vnctum in regẽ totius Israeliticæ plebis. Et quãuis hic psalmus ad hũc sensum aliquo modo exponi posset ac trahi, hoc tamẽ improprie fit. Nã quod sequitur, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, nec populo Iudæorũ, nec Dauid proprie cõpetit, maxime si profunde atq; subtiliter exponatur, sicut patebit. Deniq; si verum est quod Nico- H
laus de lira refert, tũc nec omnes Iudæorũ magistri psalmũ istum ita exponunt. Narrat enim Rabbi Salomonem maximũ Iudæorũ doctorẽ modernũ circa hunc psalmũ testari ac dicere, Maiores nostri hunc psalmũ exposuerunt de rege Messia seu Christo, sed propter hæreticos exponatur de Dauid. Vocat autẽ hæreticos, Iudæos ad fidem Christi cõuersos. Vnde patet ꝙ ipse hunc psalmum exponit de Dauid, ad euadendũ argumenta, quæ Iudæi conuersi sumpserunt ex psalmo isto pro Christianæ fidei approbatione. Verũtamẽ quicquid sit de istis, nullũ Christianũ expositorẽ decet vel licet hunc psalmũ ad literã exponere nisi de Christo. Nã Act. 4. & ad Hebræ. 1. inducitur psalmus iste ad
Psal. 23. fidem probandam. Probatio aũt fidei per sacrã scripturã, non valet ex sensu mystico, sed literali dun
Iohã. 12. taxat, quẽadmodum in epistola contra Vincentium Donãtistam astruit Augustinus. Itaq; psalmum
Psal. 44. hunc de Christo literaliter exponendo, titulus eius prædictus sic intelligendus est. Psalmus. i. tractatus iste, qui dicitur psalmus, quoniam ad bene operandũ hortatur, attribuitur Dauid. i. Christo. Dauid enim manu fortis vel desiderabilis aspectu interpretatur, & hoc Christo potissimum cõuenit, cũ ipse sit dominus virtutum, qui principem huius mundi deuicit, & speciosus forma præ filiis hominũ consistit. Sanctus ergo Dauid spiritu sancto reuelante prænoscens impietatem malignorum Christum persequentium & occidentium, quasi admirans eorum malitiam dicit.

A PRECATIO.

*Rex & deus noster, deduc nos in iustitia tua propter inimicos nostros, & dirige in conspectu meo uiam tuam, ut in nobis scuto bonæ uoluntatis tuæ coronatis inæternum exultes, & habites.*

EXPOSITIO literalis.

(1) QVARE fremuerũt gẽtes], id est, cur Gentiles, cur Romani milites, cur Hero-
dis ac Pilati ministri, tanquã feræ seu bestiæ irrationabiliter malignati ac mo-
ti sunt, & hoc cõtra filiũ dei[ET populi].i. filii israel, ad quos specialiter missus
est Christ⁹, [MEDITATI sunt inania.] vt pote cogitãtes cõsilia quę nõ potue
rũt stabilire. Volebãt nãq; extinguere nomẽ dñi Iesu, interficiẽdo eũ sicut se-
ductorẽ & impiũ, queadmodũ de eis scriptũ est, Mittamus (inquiũt) lignum in Iere.11.
panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ. Sed huius oppositũ accidit, quia
B post mortẽ Christi, nomẽ eius vbique innotuit, & fides eius per totũ mundũ
diffusa est. Vnde & ipse ãte passionẽ dixit, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Iohã.22.
¶ (2) ASTITERVNT reges terræ, & principes cõuenerũt in vnũ, aduersus dñm & aduersus Chri Matt.2.
stũ eius.] Qui sunt isti reges, nisi Herodes q Iesum adhuc infantulũ perimere voluit, atq; Herodes q Lucę.23.
eũdẽ cũ exercitu suo spreuit, ac veste alba illusum ad Pilatũ remisit? Et qui sunt principes isti, nisi An
nas & Caiphas ac Pilatus? Qui cõuenerũt aduersus dñm.i. deũ patrẽ & aduersus Christũ eius.i. filiũ Iohã.11.
eius vnigenitũ ac dilectũ. Dicitur aũt vterq; Herodes astitisse cõtra Christũ: nõ quia eodẽ tẽpore asti
terunt, cũ tẽpore passionis primus Herodes obierit: sed quoniam pari malitia & infidelitate contra
Christũ cõmoti sunt. Cõsequenter ponũtur verba regũ ac principũ horũ, dum subditur. ¶ (3) DIS
RVMPAMVS vincula eorũ].i. destruam⁹ legẽ ac religionẽ patris & filii, occidẽdo Christũ, & eius do
ctrinã reprobando. Hoc dixerũt, nõ quod cognouerũt Iesum esse filiũ dei agnitiõe certa & stabili. Vel 1. Cor.2.
qa putauerint eũ, qui Iesum occideret deo resistere: si eñ cognouissent, nunquã dominũ glorię cruci Matth.9.
fixissent: sed & Iesum tanquã blasphemũ & seductorẽ interfecerunt, arbitrantes obsequiũ præstare Marci.2.
se deo. Verũtamen ista ignorantia eos nequaquã excusat, quoniã excæcauit eos malitia eorũ, nec vo- Mat.26.
luerunt credere diuinis miraculis. Quomodo ergo impii isti dixerũt, Disrũpamus vincula eorũ, nisi Mar.14.
quoniã ille quẽ ipsi occiderũt tanquam impiũ, vere filius dei erat, cui qui resistit, patri quoq; resistit? Iohan.7.
Qui enim nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ, qui misit illũ. Bene autem per vincula intelli- Mat 27.
guntur lex dei atq; religio, quia per legẽ refrenantur & cõstringuntur iniqui, ne peccatis habenas re- Iohã.17.
laxent. Religio etiã à religando vel ligãdo vocatur, quoniã religat hominẽ à mundo, & ligat eũ sub Sapiẽ.2.
C diuino obsequio. [ET proiiciamus à nobis iugũ ipsorũ].i. non obediamus dei patris & Christi præ- Mar.15.
ceptis. Noluerũt eñ prædicti reges & principes Christi saluberrimis consentire doctrinis. ¶ (4) Iohan.5.
QVI habitat in cœlis irridebit eos.] Hic ponit merces seu præmiũ malitię hominũ prędictorũ [QVI
habitat in cœlis irridebit eos].i. deus iustus iudex, qui habitat in puris sanctisq, cordibus, resuscitã Actuũ.2.
do filiũ suum à mortuis tertia die, ostẽdit illos irrisione dignos. Item irridebit eos in die finalis iudi-
cii. [ET dominus subsannabit eos.] Mos est sacræ scripturæ (secundum August.) vt idem sub aliis ver
bis resumat, quatenus veritas clarius innotescat, & audiẽtes siue legẽtes magis attendãt. ita nunc fit.
Quod enim prædixit, Qui habitat in cœlis irredebit eos, nunc repetit dicens, Et dominus subsanna-
bit eos, demõstrando eos omni contẽptu dignissimos, cũ cõuerterit malignitatẽ eorũ in caput ipsorũ, Psal.7.
feceritq; euenire omnino contrariũ machinationi ipsorũ. Vnde Sapiẽtia ait de impiis, Ego quoq; in Prouer.1.
interitu vestro ridebo, & subsannabo cũ vobis quod timebatis euenerit. Dicitur autẽ deus irridere &
subsannare nõ corporali motu vel modo carnali, sed propter similitudinem operis, seu ratione effe-
ctus: videlicet quia talẽ pœnã infligit, sicut irrisor & subsannator. ¶ (5) TVNC] videlicet quãdo ir
ridebit eos [LOQVETVR ad eos in ira sua] hoc in die extremi iudicii maxime fiet, quãdo tota trini
tas iudicabit autoritatiue, & Christus vt hõ ministerialiter & executiue. Tũc tota trinitas dicet repro
bis p Christũ, qui sententiã proferet, Ite maledicti in ignem æternũ. Potest quoq; exponi de locutiõe Mat.25.
qua locutus est malis & reprobis per apost. sanctosq; prędicatores, per quos dominus loquitur in ira
sua, quãdo foris facit reprobis prædicari verbũ dei, sed intus non aperit corda ipsorũ, nec tangit affe
ctum: sed exigentibus culpis ipsorũ indurat eos, & obstinatos relinquit. Sic loquebatur Iudæis incre
dulis per sanctos apost. [ET in furore suo cõturbabit eos.] hoc in Iudæis Christum occidẽtibus vide
D mus impletũ, quia à tẽpore destructionis eorũ à Tito & Vespasiano de terra promissionis eiecti sunt
& multis erumnis oppressi. In die quoq; vniuersalis iudicii cõturbabit eos, quãdo in ignẽ proiicien-
tur, vbi (vt ait Iob) vmbra mortis, & nullus ordo, & sempiternus horror inhabitat. Consequẽter in- Iob.3.
ducit propheta verba Christi de se ita dicẽtis. ¶ (6) EGO autẽ,].tanquã dicat, illi hoc mõ peribũt
[EGO aũt cõstitutus sum rex ab eo.] Christus inquãtũ deus, plenã habet authoritatẽ omniũ cræatura
rum, nec sic constituitur rex super aliquid, sed ipse cum patre & spiritu sancto est vnus & idem om-
nium rerũ creator, ac dominus, iudex & rex: sed prout homo est, sic data est ei omnis potestas in cœ-
lo & in terra, sicut Matth. scribit. sic etiam cõstitutus est rex ab eo scilicet deo patre, imo à tota super- Mat.28.
beatiss. trinitate, cuius opera sunt indiuisa. [SVPER Siõ mõtẽ sanctũ eius].i. super populũ Israel, il
lum præsertim, qui credidit, qui dicitur mons propter legis sublimitatẽ, & gratiã electionis. Omnes
quippe prophetæ Messiam appellant regẽ Israel. Vel per Sion, quod interpretatur speculatio, intelli-
genda est ecclesia militãs.i. populus Christianus Christũ contẽplans, & eius lege, fide ac gratia subli
matus prę cæteris gẽtibus, sicut mõs eleuatur sup circũiacentes terræ partes [PRAEDICANS præ-
ceptũ eius.].i. legem euangelicã docens, primo per meipsum, deinde per apostolos spiritu sancto re-

pletos. In isto versu tactũ est de humana Christi natura, in sequẽti agitur de eius diuina natura ac generatione æterna, dũ dicitur. ¶ (7) DOMINVS ]. s. deus pater [ DIXIT ad me ]. s. Iesum Christũ E
Ma.3.17. [ FILIVS meus es tu ] hoc in baptizatione & transfiguratione Christi dictũ esse à patre ad filiũ ex euãg. constat. Et dicitur Christus filius dei, nõ vt cæteri sancti per gratiã adoptiõis, sed filius per idẽtitatẽ naturæ, seu vnitatẽ essentiæ: quoniã ex substantia patris est genitus ab æterno, & ideo additur.
Iacobi. 1. [ EGO hodie genui te ]. i. in die æternitatis, in qua nõ est prius & posterius, nouũ vel vetus, mutatio vel vicissitudinis obũbratio: sed dies ista est ipsamet æternitas, quæ est interminabilis vitæ tota simul perfecta possessio. Ista æternitas omne tẽpus cõprehendit, atq; per oẽm tẽporis differentiã significatur: quia dicimus, deus fuit, deus est, deus erit: cõuenientius tamẽ designãtur per præsens tẽpus, quod habet se per modũ quieti & fixi. Volẽs ergo Propheta æternã Christi generationẽ subtiliter insinuare, vsus est tẽpore præsenti, dicẽs, ego hodie genui te: quæ sunt verba patris ad filiũ. quẽadmodũ pater agit & scit, hoc filio dicit: & generãdo dicit, quoniã generãdo dat filio diuinã essentiã, quã dando
Psal.146 dat omnis veritatis notitiã, cũ diuina essentia sit ipsa sapiẽtia, cuius non est numerus. ¶ (8) POSTVLA à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã. ] Verba sunt patris ad Christũ hominẽ, cui nõ competit postulare à patre secundũ ꝙ deus. Dicit ergo ad filiũ incarnatum deus pater, O fili postula à me, & dabo tibi gentes. Hoc Christus frequẽter fecit, quãdo pro mundi salute rogauit. & passio eius erat F
Iohã. 12. postulatio efficacissima, quia per eã meruit sibi regnũ militãtis ecclesiæ. Et dabo tibi gẽtes hæreditatem tuã. Hanc promissionem pater impleuit, quãdo per prædicationem Christi & apostolorum, ac
Psal.18. successorum ipsorum gentiles cõuertit ad Christum: sicq; gentiles qui ante possidebãtur à dæmone,
Ro.10. possidentur à Christo, & facti sunt eius hæreditas, qui olim ad mũdi principem pertinebant. [ ET
Psal.71 possessionem tuã terminos terræ, ]. i. dabo tibi non vnã prouinciã, vnam linguã, vnumve regnũ, sed terminos terræ. i. fines mundi tuæ legi subiiciam. In omnẽ nanq; terram exiuit apostolorum doctrina. Vnde inferius dicitur. Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis
Danie.7. terrarum. De hac regia Christi dignitate & mundi subiectione Daniel dicit, Antiquus dierũ, id est, deus æternus dedit ei potestatẽ, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. ¶ (9) REGES eos in virga ferrea. ] Christus regit ecclesiã in virga ferrea, id est, in constanti & immobili æquitate. Nam lex Christiana & Christi doctrina, quibus regũtur Christifideles à Christo per eius vicarios seu prælatos, cõparãtur ferreæ virgæ, propter rigorem iustitiæ, quoniam omne malum quantũcunq; sit paruũ, prohibent & condemnant aliquo modo. [ ET tanquam vas figuli confringes eos. ] Non vtiq; conterendo naturam, vel corrumpendo existentiam naturalem: sed vitia extirpãdo, mores corrigendo, propriã volũtatẽ eorum frangendo. ¶ (10) ET nũc reges intelligite ] Hic ponitur salubris doctrina præsentiũ, imo & omniũ. Et nunc, id est, sicut prædictum est de regimine Christi, reges, id est, oẽs vicarii Christi, qui eius populo præsidetis, imo & singuli qui reges esse debetis, regendo vosipsos secundum rationis imperium, intelligite dicta atq; dicenda. [ ERVDIMINI qui iudicatis terram ]. id est, acquiescite meæ informationi, qui iudicatis habitantes in terra. G
¶ (11) SERVITE domino in timore, ] vt sitis timorati atq; soliciti, quomodo digne regatis subiectos, & reuerenter ambuletis coram deo, ne elatione aut vana securitate seducti negligenter agatis
Eccle.17. quæ vobis præcepta sunt. Ideo nanq; scriptum est, Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Nam timor dei expellit peccatum. [ ET exultate ei cum timore. ]. id est, ô reges terræ & homines vniuersi exultate ei, id est, gaudete ad laudem dei: gaudete, inquam, in exercitiis cultus diuini, in laudibus dei, in omni eius obsequio, & præsertim in contemplatione ac dilectione ipsius, & hoc cum tremore, id est, cum magno ac reuerentiali timore, ne exultationem vestrã dissolutio aliqua consequatur, vel incustodia cordis: sicq; spiritualis iucunditas in carnalem lætitiã
Gala.3. conuertatur, quemadmodum accidit his, qui spiritu inchoant, sed carne consumant. Hæc autem nõ de seruili timore, sed initiali aut filiali intelligere congruit. ¶ (12) APPREHENDITE disciplinam ], id est, libenter amplectamini informationem fraternam, increpationem charitatiuã, & flagella dei, & æquanimiter ferte aduersa [ NE quando irascatur dominus ] propter negligentiam vestram & impatientiam. [ ET pereatis de via iusta ] Nam dum deus irascitur peccatori, tunc eum relinquit: cum vere à deo homo relinquitur, & gratia eius priuatur, tunc statim perit, cadit, & errat de via iusta, id est, de obseruatione præceptorum, & de omni meritoria actione. ¶ (13) CVM exarserit in H
Mat.25. breui ira eius ]. id est cũ ira dei vehemẽter fuerit inflãmata, sicut ꝓcipue erit in die iudicii, tũc [ BEA-
Roma.2. TI oẽs qui cõfidũt in eo ]. i. oẽs qui mõ sperãt in domino tũc inuenientur beati. Dicit aũt in breui, quia
1. Cor.3. finale iudiciũ nõ diu durabit: vel in breui, quia nescimus diẽ neq; horã, qua de ꝑsenti vita migraturi sumus, quãdo vtiq; iuste iudicabimur, qm̃ secũdũ opa sua vnusquisq; recipit, mox cũ de corpe exit.

EXPOSITIO eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum

DEniq; tropologice explanando hunc psalmũ, tũc hoc quod dicitur, Quare fremuerunt gẽtes, sunt verba cuiuslibet Christiani, Christi vestigia cruciformiter imitantis, qui cupit pati cum Christo, quatenus postea regnet cum eo. Quilibet ergo vere fidelis malignitatem persequentium homines iustos admirãs, dicat, Quare fremuerũt gentes. i. homines infideles, Turcæ, Pagani, Iudæi, hæretici, & populi, id est, mali Christiani, mundi amatores, ac carnaliter sapientes, meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, id est, imperatores ac alii reges increduli, persecutores atque tyranni: & principes, id est, reliqui omnes iudices, & etiam principes solo nomine Christiani, conuenerunt in vnum, id est, similem malitiam conceperunt, & in idem consiliũ concordauerũt: aduersus dominum, id est, aduersus deum omnipotentẽ: & aduersus Christum eius. i. contra quẽlibet

A hominē Christianū, sacro charismate vnctū, vel gr̃a sp̃us sancti sp̃ualiter vnctū ac plenum. Qui.n.cō
tra dei seruos insurgit, contra deū insurgit, quemadmodum Christus testatur, Quod vni minimo ex
meis fecistis, mihi fecistis. Et Paulo adhuc persequenti, Quid me (inquit) persequeris? Disrūpamus Mat.25
vincula eorū.i.destruamus legē ac religionē Christianorū, sicut in praecedenti articulo expositū est. Act.9.
Hoc.n.p̃dicti increduli persecutores intēdebāt, vt Nero, Domitianus, Diocletianus. Et proiiciamus
à nobis iugū ipsorū. Hęc sunt verba Christianorū male viuentiū, qui se fidē habere fatentur, sed opa
fidei aspernātur, atq; deuotos persequūtur. Hi dicūt, proiiciamus à nobis iugū ipsorū.i.repellamus à
nobis p̃dicationē ac cōminationē & reprobationē eorū, qui nostrae voluntati cōtraria prędicant, q no
bis dei flagella poenasq; ęternas minātur, & vitā nostrā tanquā iniustā & pessimā arbitrantur: docen
tes verbo, vel opere ostēdentes mundū & oēm eius honorē, voluptatē, ac gloriā esse spernandā, pa-
rentes, propinquos, vxorē, & agros propter Christū esse derelinquēda. Qui habitat in coelis.i.Chri
stus qui sedet ad dexterā patris, irridebit eos.i.oēs praedictos malignos: & dn̄s.i.tota superfelicissi.tri-
nitas, quę est vnus deus vnusq; dn̄s, subsannabit eos, & hoc propter Christū, qui secundū q hō pro- Mat.25
feret sententiā cōtra iniustos ex totius trinitatis cōmissione, quēadmodū in euang. S.Iohā. habetur, Pa Iohan.5.
ter oē iudiciū dedit filio. Tunc.i.in die iudicii, quādo p̃dicta irrisio fiet: tūc, inquā, Christus loquetur
ad eos.i.iniustos & bonorū persecutores, in ira sua dicēs, Ite maledicti in ignē aeternum. Et in furore Mat.25.
B suo cōturbabit eos, faciēs eos absorberi à terra, & cū daemonibus infernali carcere recludi. Ego autē
cōstitutus sum rex ab eo super Sion. Hoc bonis prelatis ac sanctis ep̃is, fidelibusq; p̃dicatoribus ma
xime cōuenit. Horū.n.quilibet dicere pōt, Ego autē, quasi diceret, Illi ita peribunt, sed ego cōstitutus
sum rex.i.prelatus, rector, seu doctor, ab eo.i.à Christo, tanquā eius vicarius, super Sion montē san-
ctum eius.i.super populū Christianū diuina speculantē, praedicans p̃ceptū eius.i.docēs Christi man
data seruari. Potest & hic versus de vnoq; fideli exponi. q̃m vnusquisq; cōstitutus est rex.i.dn̄s oper-
ationū suarū, super Sion montē s̃ctū eius.i.super seipsum. Tēplū.n.dei s̃ctū est, quod estis vos, ait
Ap̃s. Quilibet.n.terreua despiciēs, coelestia speculās, dici pōt Sion & mons s̃ctūs dn̄i, quia in sublī- 1.Cor.3.
me defigit mētis suae affectū, estq; erectus in deū. Dicitur autē hō rex super seipsum, q̃m libere agit,
& secundū rōnis imperiū viuere debet, & iuste gubernare seipsum. Vnde in Eccl. Deus creauit ho- Psal.93
minē, & reliquit eū in manu cōsilii sui. Praedicat q̃q; dn̄s praeceptū dei, quando informat & exci Eccl.15
tat semetipsum, corde reuoluēs testimonia sacrae scripturae. Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu, hoc est
quod ait Ap̃s, Ipse sp̃us reddit testimoniū sp̃ui nr̃o, q filii dei sumus. Cuilibet ergo deuoto dicit dn̄s Roma.8
per inspirationē internā, Filius meus es tu, ego hodie genui te.i. in die qua in fonte baptismatis rege
nerati te: imo quādocunq; infunditur nobis charitas & gr̃a sp̃us sancti, tunc deus sp̃ualiter generat
nos, dans nobis esse spiritale, diuinū, atq; coeleste. Postula à me, & dabo tibi gentes haereditatē tuam.
C Haereditas appellatur, qua aliqs ad libitū vtitur, cōuertens ipsam ad propriā vtilitatē. sic homines iu
sti ac sancti haereditate possidēt gentes.s.pc̃ores gentiliter cōuersantes, q̃m ad libitū suum ipsis vtun
tur. Nā quicqd gentes hmōi agant, hoc toti iusti ad vtilitatē suā conuertunt, sicq; omnia cooperan- Ibidem
tur eis in bonū. Si nanq; honorentur & laudentur ab impiis, nō extolluntur, sed per humilitatē me-
rentur ex hoc. Si vero vilipendantur ac molestētur ab ipsis, non opprimuntur, sed per patientiā ma-
nent immobiles. Et possessionē tuā terminos terrę.i.ego dominus dabo tibi terminos terrae ad pos-
sidendū. Vnde ap̃s, Tanquā nihil, inqt, habentes, & omnia possidentes. Iusti.n. tm̄ habent de terra, 2.Cor.6
quantū desiderant, si fideliter petāt, quēadmodū saluator ait, Primū quaerite regnū dei, & haec omnia Matt.6
adiicietur vobis. Bonis q̃q; prelatis dat dominus in haereditatē, quatenus semper eas bene regendo
possideāt. Deniq; omnis praelatus & Christifidelis, dignus Christi vicarius, regit sibi cōmissos in vir
ga ferrea.i.in cōstanti iustitia, & iusta disciplina, & tanquā vas figuli cōfringit eos, quia facit eos con
cupiscētias refrenare, mores corrigere, seipsosq; frangere. Et nūc reges intelligite. Illa, atq; sequen-
tia, exponenda sunt, sicut superius factū est. Ponitur hic admonitio optima, rectoribus praecipue op-
portuna. Praelati nanq; maxime indigent cōtinuo dei timore, imo & magno tremore, ne negligētius
agāt, ne eos principatus delectet, & ne per exteriorē occupationem, interius vacui fiant. Moraliter
itaque docemur ex psalmo isto, ne deficiamus in aduersis, ne frangamur iniquorum persecutiōibus,
D sed considerantes diuini iudicii vltionē, ac impiorū damnationem aeternam, viriliter assequamur ca-
put nostrū seu Christi vestigia, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta: Hebr.12.
qui etiam suis fidelibus clamat, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam Lucae.9
quotidie, & sequatur me. Itē ex eo quod dictum est, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, docemur
& admonemur considerare eminentiam gratię dei & magnitudinē beneficiorum, quae nobis collata
sunt, vt simus deo grati, & eius amore ardentes, sicque amplioribus donis impleamur à domino. Ha- Mat.25
benti enim dabitur.i.ei qui gratus est deo, & gloriatur, non in seipso, quasi non acceperit, sed in domi 1.Cor.4.
no solum: Ei vero qui non habet.i.ingrato, & quod videtur habere auferetur, ab eo.

¶ EXPOSITIO anagogica eiusdem psalmi.

EX quo autē ostensum est, psalmū hunc ad literā, loqui de Christo, certū est, quod nō sit allego-
rice exponēdus. Tūc nāq; allegorice scriptura exponitur, quādo id quod ad literā de aliis scri-
ptum est, de Christo intelligitur. Si vero de Dauid vel de aliis psalmus hic loqueretur, vt pu-
tant Iudaei: tunc posset de Christo allegorice explanari. Verum anagogice exponi potest, vt id quod
dicitur, Quare fremuerunt gētes, vsq; ibi, Qui habitat in coelis, sint verba cuiuslibet beati in patria,
qui ista dicit ad insinuādum enormitatem peccati eorum, qui aduersus deum & Christum eius.i.con
tra eos, qui nunc deo fruuntur, conuenerunt, quando in vita hac fuerunt. & cōuenit vox ista p̃sertim
sanctis martyribus, qui se cōformando diuinae iustitię, optāt vindictā de impiis, atq; ob hāc adipiscē-

Apoc.6 dam ſic dicunt,Quare fremuerũt,&c. Vnde ſcriptũ eſt,Sub ara dei ſancti clamabãt,Dñe vindica ſan A
Pſal.57 guinẽ noſtrum.& infra,Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictã. Interim autẽ beati in patria,quaſi cõſolando ſeipſos de dilatione diuini iudicii,dicunt ad inuicẽ,Qui habitat in cœlis irridebit eos. Deniq; quilibet deo iã fruens dicere põt,Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſctm̃ eius.i. in cœlo empyreo,coronã victoriæ,& regiũ diadema recepi,pro tribulationibus atq; laboribus in mundo perpeſsis,ꝑdicans.i.extollens ſeu laudans,præceptũ eius.ſ.dñi,qm̃ iuſtũ eſt.& quia illud implendo felicitatẽ adeptus ſum,Dñs dixit ad me,filius meus es tu. Viatores dicuntur filii dei,propter gratiã adoptionis & ſimilitudinẽ imperfectam:ſed bene in patria nuncupãtur filii dei propter beatificæ fruitionis gloriã,ſimilitudinemq; perfectã,qm̃ vident deũ ſicuti eſt. Idcirco vnicuiq; beatorũ optime conuenit dicere, Dñs dixit ad me,filius meus es tu,quia perfecte coniunctus ac aſsimilatus es mihi. Ego hodie.i.in die qua te mea viſione beatificaui,genui te, tunc.n.de viatore ſeu imperfecto ac miſero,facit deus cõprehenſorẽ & perfectũ atq; felicẽ. Poſtula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatem, &c. Iſtud dñs dixit ad beatos,quãdo viuebant in ſeculo, ſecundũ intellectum in præcedenri expoſitione tactũ.vel nunc quoq; dicit iſtud ad ipſos,qm̃ ſancti in patria habẽt ſibi ſubiectos populos mũdi hu-
Sap.3 ius,quẽadmodũ apud Sap.legitur,Iudicabunt iuſti nationes,& dñabuntur populis. Reges eos in vir B
ga ferrea. Certũ eſt viatores regi ab angelis ſanctis in virga ferrea.i. iuſta ac forti directione. Animæ quoq; beatorũ regunt nos orando pro nobis. Et tanquã vas figuli confringes eos.ſanctis qui iudicabunt cũ Chriſto hoc verbũ cõpetit,quia ſimul cũ Chriſto cõtringent & cõterent impios, ab omni eſſe ſpiritali,btõ,& glorioſo. Porro quæ ſequuntur,Et nunc reges intelligite,vſque ad finẽ,ſunt verba
Hebr.1. triũphantis eccleſiæ,ad eccleſiã militantẽ. Angeli.n.qui ſunt adminiſtratorii ſpũs ex parte dei ac oĩm beatorũ,hortantur homines,& eos præcipue qui aliis præſidẽt,dicentes per inſpirationẽ mentalem, quæ eſt occulta interiorq; locutio,Et nunc reges intelligite, & ſunt verba hæc exponenda ſicut expoſita ſunt. Itaq; ex anagogica expoſitione pſalmi iſtius docemur contemplari gloriam beatorum in patria,quantam videlicet felicitatem ſortiti ſunt,& quantum præmium receperunt pro temporali & modica tribulatione vitæ præſentis.atque ex hac contemplatione inflammari debemus, ad obtinendam hanc felicitatem,& propter eius amorem fortiter ſequi exempla,vitam,mores,ac tribulationes beatorum,quatenus eorum conſortio poſt præſens exilium feliciter copulemur.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM III

### EXPOSITIO TITVLI.

HVius Pſalmi talis eſt titulus,Pſalmus Dauid cum fugeret à facie Abſolon filii ſui. Quidam autem hunc Pſalmum ad literã exponunt de Dauid, & ita titulus difficultatem non habet. Con C
ſtat enim ſcienti ſcripturas quemadmodum narratur,Abſolon cupidum regni, voluiſſe patrẽ
3.Reg.13 ſuum ſanctum Dauid occidere,vt eo occiſo ipſe regnaret: & cõgregato exercitu volebat obſidere Ieruſalem:quo audito,Dauid cum ſuis fugit, & tandem eius exercitus vicit atque fugauit exercitum Abſolon. Ioab quoque princeps militiæ interfecit Abſolon de quercu pendentem. In hac er-
1.Reg.18 go perſecutione,fecit Dauid hunc Pſalmum,qui ad literam de ipſo intelligi poteſt, quãuis verius & efficacius exponatur de Chriſto. Loquens ergo Dauid de ſeipſo ad deum,

### PRECATIO.

*Voce noſtra ad te,domine deus noſter,oratione clamantes exaudi nos de monte ſancto tuo,exurge in adiutorium noſtrum,ut tua opitulatione ſalutem & æternam benedictionem conſequamur.*

### EXPOSITIO Pſalmi literalis.

DOMINE (inquit) quid multiplicati ſunt qui tribulant me].i.ob quam cauſam. (1)
2.Reg.15 q.d. non eſt rationabilis cauſa,ſed coniuratio valida.quãuis enim Dauid pec-
1.Reg.11 cauit,adulteriũ & homicidium cõmittendo, quia Berhſabee cognouit, & virũ eius Vriam interfici ordinauit,tamen vehemẽter pœnituit, & tamen in pœnã tanti peccati,permiſit dñs ſibi hanc fieri perſecutionẽ:ſed perſequentes mouebantur iniuſte, putantes eũ omnino reprobatũ à deo [MVLTI].ſ.oẽs Abſoloni fauentes [INSVRGVNT aduerſum me] volentes me de regno expellere D
atq; occidere ❨(2) MVLTI dicunt animæ meæ].i.multi loquũtur de anima mea [NON eſt ſalus ipſi in deo eius].i.omnino maledicta & reprobata eſt propter ſcelerũ eius enor-
2.Re.17. mitatẽ.ſ.homicidii & adulterii. Vñ Achitophel & alii multi pſuaſerunt populo,quod deus abieciſſet Dauid,& ergo ſine pctõ pſequerẽtur eũ,& Abſoloni adhæreret ❨(3) TV aũt dñe ſuſceptor me' es] hæc ſunt verba Dauid cõſolantis ſeipſum,& amoroſe atq; gratanter ad deũ loquentis,quaſi dicat illi ita deſperãt de me,tu autẽ dñe ſuſceptor es animæ meæ.i.miſerator meus recipiẽs pœnitentiã meã
2.Co.10. & precẽ meam exaudiens,[ET gloria mea].i.obiectũ & cauſa gloriæ meæ, quia in te ſolo glorior,& gratiã huius ſanctæ gloriationis tu mihi infundis [ET] ideo ſequitur [EXALTANS caput meũ].i. erigens mentẽ meã ad te,danſq; fiduciã eleuandi oculos meos ad te. Idcirco. ❨(4) VOCE mea ad dñm clamaui] petẽs liberari ab eo à malo pœnæ & culpæ,& eius volũtati me totũ cõmittẽs: nec fruſtra,nã ſequitur [ET exaudiuit me de mõte ſancto ſuo].i.de ſublimi throno ſolii ſui,vel de excelſa ac ſumma clementia ſua. ❨(5) EGO dormiui & ſoporatus ſum] ad literã,ſomnus valet ad mitigationem triſtitiæ,ſicut & balnea. Dauid ergo dormiẽdo releuamen ſuæ triſtitiæ ſumpſit, tã ex cauſa naturali.ſ.ſomni,q̃ ex infuſione cõſolationis diuinæ,propterea ait [ET exurrexi,quia dñs ſuſcepit me].i. per gratiã & miſericordiã ſuã adiunxit me ſibi,& roborauit cor meũ in ſe.vñ ſubiũgit, ❨(6) NON

A timebo milia populi circundantis me].i.nullam multitudinem cõtra me insurgentem verebor, & vt
in hac fortitudine animi stabilis perseuerẽ,[EXVRGE dñe] nõ de loco surgendo,sed succurrẽdo &
modo exurgẽtis te habẽdo ❡ (7) SALVVM me fac deus meus. Quoniam tu percus.om.aduers.mi
hi sine causa] Hic redditur causa,nõ eius quod dictũ est,sed eius quod sequitur: nõ.n.ideo orauit Da
uid saluari à deo,qm̃ deus percussit oẽs aduersantes sibi,nã illa percussio orõnem eius secuta est:sed 1.Reg.12
ideo quia dominus percussit aduersarios Dauid,vel terrẽdo,vel lædendo, vel interficiendo eos,quia
Absaloni fauebant. Ideo dentes pctõrũ cõtriuit. i. ora obloquẽtium ipsi Dauid clausit,& verba eorũ
malignæ repressit. Ideo [DENTES pctõrũ contriuisti] Verum qm̃ omnis ista victoria à deo collata
est Dauid,ideo addit, ❡ (8) DOMINI est salus].i.liberatio ab aduersariis à deo confertur, & ipsi
recte ascribitur. Consequenter Dauid mutat personam per figuram,quę dicitur metaplasmus, & lo-
quens ad dominum,ait, [ET super populum tuum] .i. super eos qui mihi adhæserunt [BENEDI-
ctio tua].i.collatio munerum tuorum,protectio atque redemptio,quia exercitus Dauid, quãuis mo-
dicus esset in comparatione exercitus Absalonis,tamen deo auxiliante præualuit.

❡ EXPOSITIO psalmi eiusdem iuxta sensum allegoricum.

DOctores catholici Augustinus, Cassiodorus, & alii exponunt hunc psalmũ ad literã de Chri-
sto:qui vero eũ literaliter de Dauid exponunt,ipm allegorice de Christo intelligunt:sed quic
B quid dicatur,de Christo cõuenienter exponitur. Titulus tamẽ mystice exponẽdus est. Dauid
enim (sicut ostẽsum est) rõne interpretatiõis figura est Christi. Absalon vero qui interpreta- Psal.40
tur pax patris,typus est Iudæ traditoris,de quo postea dicitur, Etenim hõ pacis meæ in quo speraui: Mat.9.
qui etiã in Euangelio filius Christi seu sponsi inter cæteros discipulos nuncupatur,vbi Christus ait, Marc.2.
Nõ possunt filii sponsi quãdiu cũ illis est sponsus,ieiunare. Sensus ergo tituli est. Psalmus Dauid cũ Lucæ.5.
fugeret à facie Absalon filii sui.i.psalmus loquens de Christo cũ fugeret à mente Iudæ quondã disci Ioh.13.
puli sui. Tunc enim Christus recessit à corde Iudæ,quãdo post buccellã introiuit in eum satanas. Sic
igitur Christus ad deum patrẽ,vel etiã ad totã supersanctissimã trinitatẽ loquẽdo,vel certe Christus
vt hõ loquẽs ad seipsum vt est deus, Domine (inquit) i.ô deus pater,vel o deus trine ac simplex, qui
es omniũ dominus,vel o verbũ ac fili dei,qui meã humanitatẽ ad tuã personalitatẽ assumpsisti,quid,
id est, quo meo demerito multiplicati sunt,qui tribulant me.i. qui quærũt occidere me, & obloquun
tur,conuicianturq; mihi,q.d.nullo.nõ.n. Christus fecit pctm̃ pro quo pati meruit. Multi insurgunt
aduersum me,illi.s.qui tribulant me.s.pharisæi & scribæ,cum principibus sacerdotũ ac populo. Mul Ioh.8.11.
ti dicunt animæ meæ,nõ est salus ipsi in deo eius,tales erant prędicti infideles Iudęi,qui Christũ re- Mat.26
putabant blasphemum,voratorẽ,dæmoniacũ,& insanũ,sicut in Euangelio sæpe habetur. Tu autem Marc.2
dñe susceptor meus es.i.tu verbũ atq; vnigenite dei secundũ diuinã naturã susceptor meus es quantũ Mat.11.
ad naturã humanã. Christus.n.vt deus suscepit atq; assumpsit in vnitate personę naturã humanam: Iohan.7.
C gloria mea.i.obiectũ beatitudinis meæ,quia gloria humanitatis Christi consistit in vnione ac specu-
latione proprię deitatis. Vnde subiungitur, & exaltans caput meum.i. eleuans intellectũ meũ creatũ
siue humanũ,ad claram ac beatificã diuinæ essentiæ visionẽ , quam Christus vt hõ vidit à primo in-
stanti suę conceptionis in virgine matre, vt dictum est. Vel, Tu autẽ dñe susceptor meus es.i.tu deus
pater,vel tota trinitas,susceptor meus es.i.exauditor & conseruator meus,à cuius amore & benepla
cito separari,nec volo nec valeo:gloria mea.i.causa & rõ omnis lætitiæ meæ:& exaltãs caput meũ.i.
honorans atq; glorificãs me in signis & virtutibus,quibus hominibus innotescere potest,me esse ve-
rum Christũ ac filium tuum,imo & verum deũ.sicq; per caput intelligi potest Christi diuinitas. Ca
put enim Christi deus,secundũ Apostolũ.& hanc deus pater,seu deus trinitas exaltauit,quãdo spm̃ 1.Cor.11.
hominibus reuelauit Christũ esse deũ ac hominẽ,non in vna natura,sed in vna persona. Vnde Chri Matth.3.
stus ait, Clarifica me tu pr̃ apud temetipm̃,claritate quã habui antequã mundus fieret:nõ quod Chri Ioh.17.
stus claritatẽ,quam ante mundi constitutionẽ habuit,vnquam amisit,sed orauit, vt vera sui cognitio
hominibus innotesceret. Vnde iterũ ait, Pater venit hora,clarifica filium tuũ , vt filius tuus clarificet Ioh.17.
te:vbi,nisi in cordibus hominum? Voce mea ad dñm clamaui. sicut euangelistæ testantur, Christus Lucæ.6
erat pernoctans in oratione dei,& passione instante ter patrem orauit : nec frustra , qm̃ subditur,& Mat.26
exaudiuit me de monte sancto suo.i.de excelso habitaculo suo,vel de sublimi iustitia sua. Infra enim Marc.14
D habetur, Iustitia tua sicut montes dei. De hac ergo iustitia exaudiuit deus Christum, qm̃ diuina di- Lucæ.22
ctante iustitia,decuit Christum in omni oratione à deo exaudiri , sicut & ipse deo in omnibus obe- Psalm.32
dientissimus fuit. Nam orationem illã quam ante passionem effudit dicens, Transeat à me calix iste, Psalm.33
deus impleuit. Non enim absolute orauit à passione liberari,sed hoc finaliter desiderauit atque ora-
uit,vt patris impleretur voluntas,dicens, Non mea voluntas fiat,sed tua.quare ad Hebr.de Christo Mat.26
Apostolus, Exauditus est (inquit) pro sua reuerentia . Christus quoque dicit ad patrem, Pater gra- Hebr.5
tias ago tibi,quoniam exaudisti me: ego autem sciebam , quoniam semper me audis . Consequenter Ioh.11.
Christus loquitur de sua passione,sepultura ac resurrectione dicens, Ego dormiui,somno mortis in
cruce : & soporatus sum , tribus diebus ac noctibus iacens in tumulo . Mors quippe sanctorum so-
mnus vocatur , quia ad vitam immortalem à deo suscitabuntur : & sepelitio Christi bene soporatio
appellatur, quia tam cito (vtpote tertia die) suscitabatur. Vnde subiungitur, & exurrexi,de clauso se-
pulchro,sicut egressus sum de clauso virginis vtero,quia dominus suscepit me.i. de numero mortuo
rum reduxit me. Non timebo milia populi circundãtis me. Hæc possunt esse verba Christi post re-
surrectionem,quoniã surgens à mortuis iam non moritur,quia immortalis surrexit,& ideo de cæte-
ro,non timebo milia populi.i.quamcunq; multitudinem mihi resistere cupientẽ, vel me circundan- Rom.6.
tem:nõ ꝗ post resurrectionem valuerint aduersarii Christi ipsum circũdare , quoniam inter impios

post mortē conuersatus nō est, neq; iniustis apparuit, sed testibus pręordinatis à deo. sed ideo dicit, E
Non.timebo milia populi circundantis me.i.qui tempore passionis circundedit me. illos enim post
Act.10. passionem non timuit, quia impassibiliter resurrexit. Possunt & hæc verba de Christo intelligi ante
passionem .q̄uis enim naturalē timorē sponte admisit, quādo passione instante cœpit contristari ac
Mat.26 mœstus esse, pauere atque tædere, & qm̄ factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrētis in ter-
Marc.4 rā, tñ ab orone surgēs turbis impiorū intrepidus obuiauit & dixit, Quē quæritis? sic itaq; ait, Nō ti-
Lucæ. 22 mebo milia ppl̄i circūdātis me.& vt nō formidē, oro ô dn̄e, exurge, subueniēdo. saluū me fac de⁹ me⁹
Iohan.18 à morte, nō deserēdo me in sepulchro, nec derelinquēdo animā meā in inferno, sed ad cœlos recipiē
Psal.25. do me. Qm̄ tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa. Sæpe in prophetis ponitur tēpus præteri-
tū seu p̄sens pro futuro, propter certitudinē prophetiæ. Ita hic ponitur præteritū pro futuro, quod
tamen mō impletū videmus, qm̄ tu percussisti.i.quia percuties oēs aduersantes mihi sine causa.i.per-
secutores ac crucifixores meos, incredulosque Iudæos, qui æterna pœna percussi sunt, & posteri eo-
rum vsq; in præsens capti sunt, expulsi, & multis miseriis inuoluti, illis exceptis, qui pœnituerunt.
Dētes peccatorū cōtriuisti.i. blasphemias, irrisiones, & oblocutiones eorū qui mihi in vita & in mor
te atque post mortē illudebant, & detrahebant: conteres, ostendendo falsitatem eorum, & digna eos
pœna torquendo. Domini est salus.i.à deo est ista me saluatio de manibus iniquorum, & super popu
lum tuum.i. super eos qui in me credunt, & me vestigia insequuntur. Benedictio tua.i. collatio gra- F
tiarum tuarum, ô domine pater. Hęc enim sunt verba Christi ad deum.

¶ EXPOSITIO eiusdem Psalmi tropologica.

INsuper exponēdus est psalmus iste de q̄libet iusto seu tota militāte ecclesia, quaten⁹ ex his quę de
prioribus iustis, ac sanctorū dn̄o nostro Iesu Christo scripta sunt, accipiamus moralē doctrinā, &
instruamur q̄d nobis agendū sit, dū talia nobis eueniūt, q̄lia antiqs sanctis, deiq; filio cōtigerūt Da
uid.n.nō solū Christi, sed & cuiuslibet iusti atq; ecclesię tenet figurā, quia eccl̄ia per virtutē spōsi
sui Christi Iesu, q̄libet q̄q; fidelis, est Dauid.i.manufortis & desiderabilis aspectu. Absalō vero typus
est mūdi, & horū q iustos p̄sequūtur ac tētant. Vn̄ scd̄m tropologiā sensus tituli huius psal. est, Psal-
mus Dauid cū fugeret à facie Absolon filii sui.i.cāticū ecclesię omniūq; iustorū, cū se p bonā cōuer-
sationē abstrahūt à cōsortio mūdi ac impiorū, q sunt filii ecclesię potētia nō actu, nomine nō re. Di-
cat ergo eccl̄ia dicat, & quęlibet rōnalis creatura variis tētationibus, multis tribulationibus atq; mise
riis pulsatā, pressa, ac fatigata, Dn̄e.i.o de⁹ ęterne, omp̄s, adorāde. Vel dn̄e.i.o Iesu Christe, quid mul
tiplicati sunt, qui tribulāt me .s.mūdus, caro & diabolus, quia tres sunt inimici iustorū. multi insurgūt
aduersum me, vtpote homines seculares, cōcupiscētię carnales, & aereæ p̄tātes: hi ēm̄ infestāt & tri-
bulāt iustos. Multi dicūt.i.verbo vel opere asserūt, animę meæ, nō est salus ipsi in deo eius. mundani
Sapien. 3 ac impii vitā iustorū putāt insaniā, & finē illorū sine honore, & ideo habēt eos in derisum & in simi G
litudinē improperii. Deinde sequitur verbū dulcissimū, atq; consolatio optima, q̄d verbū vnicuiq; in
tribulatiōe ac tētatione cōstituto, cū magna & amorosa fiducia ad deū dicēdū est, Tu autē dn̄e susce
ptor meus es, ad quē in aduersis cōfugio: gloria mea, ad quā in omni mœrore ꝑpero & respiro, & ex
2.Par.20 altans caput meū.i.ab omni deiectiōe eripiēs animā meā. Vnde scriptū, Cum ignoremus quid facere
debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nr̄os dirigamus ad te. Voce mea ad do.clamaui. hoc
versu docetur omnis fidelis, quid tp̄e tribulatiōis sibi agendū sit, debet.n.voce sua clamare.i.vehemē
ti & alto cordis affectu clamare ad dominū, & tūc dn̄s exaudiet eū, ita vt se releuatū sentiēs, dicat, &
1. Thes.5 exaudiuit de mōte sc̄tō suo. Sed perseuerāter orare oportet, imo sine intermissiōe. Ego.s.ecclesia, seu
Iob.10 quilibet iustus dormiui.i.tribulationibus opprimebar, vt tęderet animā meā vitę meæ, & præ tædio
dormitarē: & soporatus sum per tēpus perseuerādo in tali angustia, & exurrexi.i.cōsolationē recepi,
atq; pręualui, nō viribus aut meritis meis, sed quia dn̄s suscepit me.i.misericordia eius amplexata est
Ephe.5. me, & precē meā admisit. Vel, Ego dormiui.i.in peccatis prostratus fui & iacui, & soporatus sum.i.
Prou.6. in pc̄tōrū delectatione permāsi, & propter pigritiā à bonis operibus cessaui. Pc̄tōri aūt clamat ap̄s,
Surge qui dormis. Et Salomō, Vsquequo piger dormies? Dormit.n.qui nec cōtēplatur cœlestia, nec
verba dei audit, nec alicuius sp̄ualis sensus operationē exercet. Et exurrexi, quia dn̄s suscepit me.i. à
vitiis desii, & iuste viuere cœpi, quia dn̄s miser⁹ est mei, indulgētiā gratiāq; præstādo. vnde subdit, H
Nō timebo milia po.circ.me.i.nullā aduersariorū cateruā verebor. cor enim in deo firmatū nihil ti-
met, pręter deū: quia si timet hominē, hoc est propter deū. Iustus enim quasi leo cōfidens, absq; ter-
Pro.28. rore erit. Et, Qui timet hominē, cito corruet. Sed quia fortitudinē nō habet aliquis à seipso, ideo ad-
Prou. 19. ditur. Exurge do.sal.me fac de.me. oportet.n.vt deus in nobis bona inchoet, continuet, & cōsumet,
ideoq; incessabiliter ad ip̄m clamare debem⁹, Qm̄ tu percus.om. aduers.mihi sine causa. Christus in
Euangelio discipulis dixit, Cōfidite, ego vici mundū.ipse quoq; superauit principē huius mūdi. Sic
ergo ecclesia, & vnusquisq; deuotus ad Christū dicere pōt, Qm̄ tu pcus.i.supasti ac reprobasti oēs
Iohan.16 aduers.mihi sine causa.i.mundū seu homines seculares ac dæmones, q mihi aduersant conādo me à
te, summo bono auertere, & vitiis implicare. Dētes pc̄tōrū cōtriuisti.i. sermones seu ora eorū, q vitā
bonorū diffamant, & famā ipsorū honestā dilacerāt, cōtriuisti, saltē p prohibitionē. Pōt autē exponi
hic versus accipiēdo p̄teritū pro futuro, modo locutionis propheticæ, Qm̄ tu pcussisti.i.tu dn̄e Iesu
Christe omnium iudex, percuties in die iudicii oēs aduersantes mihi sine causa.i.eos qui mō me iniu
ste vexant, ac tribulāt, & tunc dentes pc̄tōrū.i.verba detractorū ac inuidorū contriuisti.i. cōteres, re
Nota. tundes, dānabis. Hunc igitur psalmum decantet, qui tentationibus tribulationibusque pulsatur: & si
eum attente cantauerit, magnum vtique releuamen experietur, sentietque quàm vere atque salubri-
Iaco. 5. ter Iacobus in Canonica sua consulat, Tristatur aliquis in vobis, oret æquo animo, & psallat.

A

# COMMENTARIVS IN PSALMVM IIII

EXPOSITIO TITVLI.

PORRO, pſalmus iſte talẽ habet titulũ, In finem, pſalmus cantici Dauid.i.tractatus iſte, qui ad bene operandum hortatur, eſt pſalmus cantici.i.ſpiritualem iucunditatem includens, & de æternis bonis gaudere nos faciens, Dauid.i.factus ab ipſo, in finem.i. dirigens nos ad Chriſtũ, qui Apoca.1
eſt omnium rerum Alpha & ω, principium & finis. Eſt enim duplex finis. Videlicet conſumes, Apoc. 12
ſicut de candela iam igne cõſumpta dicimus, finita eſt candela: & eſt finis conſumans ſeu perficiens, vt de domo iam completa aſſerimus, finita eſt domus. & hoc ſecundo modo Chriſtus eſt omnium rerum finis, quoniam ipſe eſt conſumata perfectio atque felicitas noſtra. Continet igitur pſalmus iſte ſpiritualem doctrinam ſeu informationem moralem, ſpei inflammationem, & internam lætitiam. Loquens itaque propheta in perſona eccleſiæ ſeu cuiuslibet iuſti,

PRECATIO.

*Da, quæſumus, omnipotens deus, lętitiam ſpiritus tui in corde noſtro, ut ſacrificantes ſacrificiũ iuſtitiæ, ac iugiter in te ſperantes, inſtante termino uitæ in pace Chriſti dormiamus, & in eius regno perenniter requieſcamus.*

EXPOSITIO Literalis.

(1) CVM INVOCAREM (inqt) exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ].i.cũ intus deũ ro
B garẽ, cũ ex interno affectu ad ipſum clamarẽ, dũ tota mẽtis occupatiõe in deũ verſante ac fixa, orarẽ, exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ.i. à quo oẽ eſt bonũ qđ habeo, oĩs iuſtitia quã exerceo. & in hoc propheta inſtruit nos, vt deũ intime inuocemus in omni nr̃a anguſtia. Per id vero quod addit, exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ, inflãmat atq; confortat ſpẽ noſtrã, vt fiducialiter inuocemus: quaſi diceret, queadmodũ deus me inuocantẽ exaudiuit, ſic vos quoq; exaudiet, ſi pure, perſeuerãter, & ſine omni hęſitatione deprecati fueritis, nõ in vr̃is iuſtitiis, ſed in dei miſerationibus cõfidentes [IN tribulatione dilataſti mihi].i.in ipſa ſpũs mei afflictiõe, ſeu corporis infirmitate interius cõſolatus es me, dãdo patientiã verã, per quã cũcta aduerſa lætãter ſuſtineo, & ęquanimiter fero, ita vt cor meũ ex mẽtali & ſancta lætitia dilatetur in ſemetipſo. Per triſtitiã nanq; cor cõſtringitur & coartatur, ſed per lætitiã dilatatur ſeu amplificatur. Vnde apoſtolus ex diſcipulorũ ſuorũ memoria exhilaratus, Cor, inquit, nr̃m dilatatũ eſt. Verum qm̃ hõ ſemper debet 2.Cor.6.
eſſe timoratus atq; ſolicitus, q̃diu in præſenti verſatur exilio, nec ſic propter adeptã à deo grãm & cõſolationẽ ſecurus ſit, quin ſemper ſit de periculis futuris anxius, queadmodũ ſcriptũ eſt, Beatus hõ Pro.28.
qui ſemper eſt pauidus, ideo ſubditur. ℂ (2) MISERERE mei] cõpatiendo mihi ne futura pericula incidã, ne ſuſceptã grãm perdã, ne tibi ingratus inueniar [ET exaudi orationẽ meã] per hoc inflãmatur, & quaſi recaleſcit affectus, deſiderãdo vt deus miſereatur ipſius. Præterea qm̃ charitas fraterna exigit, vt hõ gratiam ſibi diuinitus impartitã proximis ſuis cõicare deſideret, orando docẽdo, aut
C exẽplariter cõuerſando, ſicut in prima ſua canonica glorioſiſsimus ap̃lici ordinis princeps hortatur, Vnuſquiſq;, inquiẽs, ſicut accepit gratiã in alterutrum illã adminiſtrãtes, ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratiæ dei. Idcirco eccleſia ſeu quilibet iuſtus, poſtquã coram dño cor ſuũ orãdo effudit, ad 1.Pet.4.
aliorũ ſe informationẽ cõuertit, & ait, ℂ (3) FILII hominũ] in Hebræo habetur filii Adam. Adã 1.Cor.15
enim apud Hebr. nõ ſolũ eſt nomẽ propriũ, ſed etiã appellatiuũ, deſignãs idẽ quod hõ. Itaq; filii hominũ, filii Adam, filii primorũ parentũ, qui portatis imaginẽ terreni nõ cœleſtis.i. qui imitamini præuaricationẽ Adæ, nõ obediẽtiam Chriſti [VSQVEQVO graui corde].i.quãdiu habebitis cor deorſum, &uſq; in rebus trãſitoriis, affectũ demergitis, nõ quærẽtes quæ ſurſum ſunt, [VT quid diligitis vanitatẽ].i.tẽporalia iſta vaniſsima, quæ dũ plus amantur q̃ deus vaniſsima ſunt, quia mentẽ à ſummo bono auertunt, & viliſsimis cõſolationibus implicant [ET quæritis mendacium] decipiẽdo mutuo Sap.3.
voſmetipſos, vel, vt quid quæritis mendaciũ.i.ſenſibilia bona, atq; carnalia oblectamenta, quæ ſatietatẽ & felicitatẽ quandã promittunt amanti: ſed fallunt, qm̃ deſideriũ non quieſcit in ipſis, imo amori & delectationi carnali multæ admiſcẽtur miſeriæ, anguſtiæ, triſtitiæ atq; malitiæ. Cõſequenter ponit ſcriptura cõſiderationẽ quæ pc̃ores merito debet à terrenis auertere, & ad dei obſequiũ inflammare. ℂ (4) ET ſcitote].i.ſapiẽter penſate [QVONIAM mirificauit dñs ſanctũ ſuum].i.mirabili
D ter adornauit & exaltauit ſanctũ ſuum.i.quẽlibet ſibi perfecte & pure miniſtrãtem, vel per gratiã excellentẽ, in pręſenti vel per gloriã iam in cœlo, vel per diuina miracula per quę deus oſtẽdit hominibus q̃ accepta ſit ſibi vita ſc̃orũ. Vel ſic, ſcitote qm̃ dñs.i.deus pater mirificauit ſanctũ ſuũ. i. Ieſum Alia ex-
Chriſtũ, qui in Euãgelio Marci dicitur ſc̃ũs dei, quẽ mirificauit ante natiuitatẽ prædicẽdo per pro- poſitio.
phetas eũ naſciturũ, in natiuitate educẽdo eũ ex clauſo virginis aluo, poſt natiuitatẽ qm̃ angeli eius natiuitatẽ paſtoribus nuntiabãt: atq; in deſerto, dũ erat cũ beſtiis, & angeli ſibi miniſtrabant, in morte quoque, per ſolis ſupernaturalẽ eclipſim, atq; poſt mortẽ, per reſuſcitationem, aſcenſionẽ: ac ſpũs ſancti miſsionẽ [DOMINVS exaudiet me cũ clamauero ad eum] hoc eſt verbum bonæ ſpei, quæ ex Matth. 4
amore ad deũ naſcitur. Nam qui diligit deũ, firmiter ſperat, nihil eorũ quæ ad verã ſalutẽ ſpectant, ſibi à deo fore negandũ. In hoc quoq; verbo, præſtatur nobis ſpes adipiſcendi gratiã dñi, per quam efficiamur ſancti, & mirificemur ab ipſo. ℂ (5) IRASCIMINI & nolite peccare.] Quædam eſt ira procedens ex zelo iuſtitiæ, & rationem ſequens ac ſponte aſſumpta, quatenus homo per eã opus virtuoſum fortius exequatur. Hæc autem ira eſt bona, niſi fortaſſe exceſsiue ferueſcat ſeu accẽdatur, vel grauiorem pœnam expoſcat, q̃ culpa meretur. De hac igitur ira exhortando dicitur, Iraſcimini,

ſcilicet,contra vitia,contra diabolum,contra negligen[illegible]as veſtras , & nolite peccare,id eſt, permit- E
tere,vt irę commotio ira creſcat,vt ratio perturbetur,vel immoderata vltio appetatur.Denique alia
eſt ira per vitium,quę rationem pręcedit,& ei frequenter reſiſtit, cuius tamen primi motus ſunt ve-
niales,& de iſta ira intelligi poteſt quod dicitur,Iraſcimini: ſed tunc dicitur hoc,non exhortando,vt
iraſcamur,ſed remedium atque conſiliũ exhibendo,quid nobis agendum ſit,quando motus iræ inſur
git.Vnde ſubiungitur,& nolite peccare,id eſt,reprimite iram, ne per verba aut geſtus aliis innote-
ſcat,aut certe in opus procedat,& hoc verba ſequentia planius pandunt [QVAE dicitis in cordibus
veſtris].i.in animo cogitatis [IN cubilibus veſtris cõpungimini].i.in ſecreto mentis veſtræ pœniten
tiam agite de peccato cogitationum veſtrarum,ne ſuggeſtioni illicitæ conſentiatis. Corda enim ſunt
Pſal.30 quaſi cogitationum cubilia.Quia vero non ſufficit à vitiis abſtinere,ideo additur. ℭ(6) SACRI- »
FICATE ſacrificium iuſtitiæ] ſacrificium appellatur, quod deo offertur . Externũ autem ſacrificiũ
ſignum eſt ſacrificii interioris,quo ſpũs ſeipſum deo offert per ſanctam deuotionem, veram charita-
tem,ac intimam humilitatẽ ſeipſum & omnia ſua deo aſcribens, eiuſq; venerationi impendens quic
quid eſt,poteſt,& agit.Itaque ſacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ.i. omnia opera veſtra interiora & exterio
ra,ad dei honorem exercete,& vt deo grata ſint,ſatagite laudabiliter cõuerſari,iuſteque viuere. Sed
quia ex tali cõuerſatione poſſet aliquis ſeipſum extollere,& quaſi de propriis meritis gloriari atque
confidere, ideo addit [ET ſperate in domino] non in veſtris iuſtitiis , ſed in miſericordia eius a quo F
2.Cor. 3. eſt omnis ſufficientia veſtra.Ignorantes enim dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei
Rom. 20 non ſunt ſubiecti [MVLTI dicunt quis oſtendit nobis bona] Hæc eſt quæſtio malignorum, qui vel
Mala.3. prouidentiam dei negant,vel eſſe aliã vitam poſt iſtã non putant. De quibus Mala.dicit, Præualue-
runt ſuper me verba veſtra dicit dominus,& dixiſtis,Vanus eſt qui ſeruit domino, & quod emolu-
mentum,quia cuſtodimus præcepta eius,& ambulauimus triſtes coram domino . Hi itaque dicunt,
Eccl.3. quis oſtendit nobis bona,id eſt,quis nouit,ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendit , & an ſit vita , in qua
vnicuique iuſta retributio fiat.Poteſt quoque verbum iſtud aliter introduci. Multi nanque videlicet
Academici aſſerebant nõ poſſe hominẽ aliquid certo ſcire,vnde de omnibus dubitabãt,& ſolum opi
natiue loquebantur.De his ergo ait propheta,Multi dicunt,quis oſtendit nobis bona,id eſt,quis fa-
cit veritatem certo cognoſcere. Ad hanc vero quæſtionem reſpondet propheta. ℭ (7) SIGNA-
TVM eſt ſuper nos lumen vultus tui domine] id eſt, animæ noſtræ impreſſa eſt quædam participa-
tio luminis vultus tui,hoc eſt,diuini intellectus,& in claritate huius lucis oſtenduntur nobis bona,
vt intellectualiter videamus animæ immortalitatem,diuinam prouidentiã, iuſtam omnium præmia-
tionem:& certitudinaliter rerum veritates agnoſcimus . Hoc autem lumen ſignatum eſt ſuper nos,
quanuis dici poſſet,naturale lumen intellectus humani,per quod philoſophi multa de prædictis ve-
raciter cognouerunt.melius tamen intelligitur ſupernaturale lumen videlicet fides & ſplendor gra- G
tiæ dei reformans in nobis imaginem beatiſsimæ trinitatis,ſeu donum ſapientiæ atque ſcientiæ [DE-
DISTI lætitiam in corde meo] .i.ô domine ex hoc quod ſcio eſſe ſignatum ſuper me lumen vultus
tui,ſpiritualiter gaudeo,& vehementer exulto,quod vtique gaudium ne ingratus exiſtam, tibi aſcri-
bo. ℭ(8) A FRVCTV frumenti,vini & olei ſui].i.ex abundãtia temporalium rerum [MVLTI-
PLICATI ſunt].i.ab illo ſummo vno quod ſolum neceſſarium eſt,multipliciter auerſi ſunt, miſera
Luc.8 biliter vagantes atque diſtracti.Qui?niſi de quibus iam dixit,Multi dicunt quis oſtendit nobis bona,
id eſt, homines ſeculares,mundi diuitiis,& carnis deliciis,obtenebrati , qui cor ſuum in deo nequa-
Oſe.10. quam ſimplex eſſe ſinunt,ſed in caducis bonis ipſum diſpergunt . De quibus Oſeas ait, Diuiſum eſt
cor eorum,nunc interibunt. Et Apoſtolus Iudas in ſua canonica , Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos
animales,ſpiritum non habentes.Veruntamen eſt quoddam frumentum & quoddam vinum,à quo-
Zach.4 rum fructu bonum eſt multiplicari, hoc eſt,fœcunditate ac numero augeri . De quibus Zach. Quid
bonum domini,& quid pulchrum eius,niſi frumentum electorum,& vinum germinans virgines?
Quod melius exponi non poteſt,niſi de ſacramẽto corporis ac ſanguinis Chriſti. Similiter de quo-
Pſalm.22 dam oleo poſtea dicitur,Impinguaſti in oleo caput meum.Sed iſta non ſunt frumentum, vinum, &
oleum,eorum de quibus nunc ait ſcriptura , ſed electorum,& ideo addidit ſui . Hi ergo iam dicti ſic
multiplicati ſunt inſtabiles,vagi,diſtracti,ſed ego (dicit eccleſia vel quilibet iuſtus.) ℭ(8) [IN pace H
in idipſum dormiã & requieſcã] Pax eſt tranquillitas bonæ ordinationis ſeu quies à perturbatione:
Iaco.1 ſicut dum caro obedit ſpiritui,ſenſualitas rationi,& ratio deo. Idipſum vero eſt deus ſublimis & be
nedictus:apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſsitudinis obumbratio: quia ſemper & inuariabi-
liter æque perfectus,æque beatus,& æque glorioſus exiſtit.Itaque in pace,id eſt,in vera mentis tran
quillitate ac ſtabili ordinatione.In idipſum,in deum æternum qui ſemper idem ipſe eſt: dormiam,id
eſt,ab exteriori occupatione,à ſenſibilium attrectatione ceſſabo,& requieſcam,id eſt,in diuinæ dul-
cedinis deguſtatione,in diuinæ bonitatis contemplatione, in diuini amoris ardore ſuauiter repauſa-
bo,nunc quidem inchoatiue per gratiam,in futuro autem conſumatiue per gloriam, & hæc ob id ô
1. Cor.2. domine deus dicere audeo, ℭ (10) QVONIAM tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.]Quanuis
ſiquidem de nullo deſperandũ ſit in vita præſenti, ſed ꝙ omnibus dederit deus ſpem poſſe adipiſci
ea,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit: tamen homines iuſtos conſtituit deus ſingulariter in ſpe,
quia ex receptione præſentium munerum certa fit eis expectatio futurorum. Ipſa etiam diuina con-
ſolatio in præſenti experta,quid aliud eſt,niſi pignus & arra felicitatis futuræ,gaudiiq; cœleſtis prę-
libatio quædam?Iuſtus igitur beneficia dei ſibi collata conſiderans , atque ex diuinæ pietatis contem
platione,ſpecialem & magnam ad deum fiduciam mente concipiens: ſecure ac amoroſe dicat altiſ-
ſimo,Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

A ¶EXPOSITIO eiusdem Psalmi de Christo.

QVoniamquidem Psalmus iste, iam ad literam expositus est de ipsa Ecclesia, & quolibet homi
ne iusto, certũ est ipsum literaliter posse exponi de Dauid, qui autor est Psalmi istius, eo quod
ipse in numero contineatur sanctorum, & ipse veraciter à deo sæpe exauditus est cũ inuoca-
ret, & in tribulationibus suis dominus contulit ei patientiam magnam, ita vt dilata-
retur cor eius, quia agnouit in spiritu quod postea euidenter Apostolus docuit, quòd non sunt con-
dignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriam. Hoc quoq; quod sequitur, Et scitote quoniã mirifi Rom.8.
cauit dominus sanctũ suũ, de Dauid literaliter verũ est. Nã de manu Saulis, ac multis periculis, & va 1.Reg.18
riis persecutionibus, mirabiliter valde à deo præseruatus saluatúsq; fuit, & ipse leonem ac vrsum oc- & 23, &
cidit, quemadmodũ in libris Regũ scribitur, & spiritu prophetiæ impletus est, viditq; angelũ domini alibi.
percutientẽ populũ Israel. Porro secũdum hãc expositionẽ literalem de Dauid vel synagoga, expo- 1.Re.17.
neretur hic psalmus de quolibet homine iusto vel ecclesia secũdũ tropologiam, sed quia tũc psalmus 2.Re.24
iste de ecclesia, ac quolibet iusto expositus est, alia expositiõe nõ eget. Sed diligẽter pẽsandũ est omni
deuoto hunc psalmũ legenti, vt intẽte aduertat propria verba, sicq; cõuersari conetur, vt in propria
persona hũc psalmũ vere possit proferre: quod vtiq; fiet, si semper assuescat orare, si in omni causa
& necessitate fiducialiter recurrat ad deũ, sicut ad vnicũ saluatorẽ, fidelissimũ adiutorẽ, spẽmq; sin-
B gularẽ: tunc enim non solũ credet, sed experimẽtaliter sentiet, se frequenter exaudiri à domino, sicq;
cũ magna gratiarũ actione concinet, Cũ inuocarẽ exaudiuit me deus iustitiæ meæ. Insuper tãta gra-
tia implebit eũ dominus, vt nõ solũ dura & aspera quæ sibi contingũt, lætanter sustineat, sed paratus
erit pro dei amore & peccatorum suorũ emundatione semper grauiora perferre. Et hoc est, vere in
tribulationibus dilatari, habere animũ ad duriora paratũ exemplo sancti Dauid, qui eũ fugeret à fa-
cie Absalon dixit, Si inueni gratiam in oculis domini, reducet me: si autẽ dixerit, non places, præsto
sum, faciat quod bonum est coram se, id est, de regno expellat me, vel si ei placet, occidat me.

¶Potest etiã psalmus hic specialiter satis de Christo exponi, eritque expositio talis allegorica, si de
Dauid literaliter exponatur. Verũtamen de nullo tã proprie potest exponi sicut de Christo, solam li
teram assequẽdo. Christus igitur ratione naturæ assumptæ, vel Propheta in persona Christi loquẽs,
ait, Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ. i. deus vnus ac trinus, vel ipsummet verbum
ac filius dei qui meam humanitatẽ assumpsit. Iam enim superius dictũ est, quòd Christus semper ex- Heb.5.
audiebatur à deo pro sua reuerẽtia. In tribulatione dilatasti mihi. Hoc Christo potissime competit,
quoniã in omni persecutione & passione quã ab hora natiuitatis vsq; ad mortem crucis sustinuit, nũ
quã inordinate tristatus est, sed omnia pro mũdi salute libẽtissime atque affectuosissime pertulit, pa-
ratus semper ad duriora si patri placuisset. Iterũ illud conuenit Christo, quia in omni sua aduersitate
& pœna habuit gaudiũ beatificæ fruitionis, & ita deus spũaliter dilatauit & lætificauit mentem ipsi⁹.
C Orauit quoq; Christus sibi à deo misereri, non propter ꝓpriæ culpæ remissionẽ, sed vel propter ec
clesiæ culpã, vel propter corporis sui à morte resuscitationẽ, & glorificationẽ. Et scitote qm̃ mirifica
uit dñs sanctum suũ. quõ hoc cõpetat Christo, in præcedẽti expositione tactũ est, & nũc adiiciendũ,
ꝙ deus bñdictus & sanctus filiũ suũ mirificauit per totũ mundũ, dando apostolis aliisq; sanctissimis
Christi ministris gratiã miraculorũ, spm̃ prophetiæ, genera linguarũ, excellentiã vitæ, idolatriæ ex-
tirpationẽ, & hactenus nõ cessat mirificare filium suũ dilectũ, & glorificare fidem ipsius, per magna
prodigia appendẽs sigillũ testimonii sui euãgelio Christi. Irascimini & nolite peccare. Hoc est ver- Mar.16
bum Christi ad Iudæos incredulos, tanquã dicat, si oritur in vobis aliquis motus iracundiæ contra
me, dũ auditis me dicere ꝙ Christus sim, iudex mundi, & filius dei, eo ꝙ videatis me carnis infirmi- Marc. 14
tati ac mortalitati subiectũ, Nolite peccare. i. nolite consentire, nolite blasphemare, nolite esse incre- Luc. 24
duli, quia videtis me talia facere, qualia alius nullus facere valet. Opera enim quæ dedit mihi pater, Iohã. 5.6
testimoniũ perhibent de me. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ. Hoc est verbũ dñi saluatoris ad orthodo- Iohan.15
xam ecclesiã, imo ad oẽs qui post euangelii promulgationem saluari desiderant, quasi dicat, Cessate Iohan.10
à sacrificiis veteris legis, quæ non possunt auferre peccatum, nec accedentẽ perficere, quia non con 14.
tinent gratiam sed figurant. Vnde Esaias, Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virũ, qui mactat Esaiæ.6.
pecus, quasi qui excerebret canem. Ab his ergo sacrificiis tẽpore nouæ legis cessate, & sacrificate sa-
D crificiũ iustitiæ. i. sacramentũ altaris, quod est finis & cõsummatio, ac veritas omniũ sacrificiorum le
galium. Hoc inquam sacrificate. i. deo offerte, vel celebrando, vel celebranti astãdo. A fructu frumen
ti vini & olei sui multiplicati sunt. Quanuis istud superius de malis expositum sit, potest tamen de
bonis exponi, sicut & sanctus Thomas in cantu de festo corporis Christi intelligit, vbi ex verbis
istis talem antiphonam sumpsit, A fructu frumenti vini & olei multiplicati, fideles, in pace Chri-
sti requiescunt. Est igitur sensus, Fideles multiplicati sunt fide & merito, A fructu frumenti, vini, id
est, ab effectu & gratia corporis & sanguinis Christi. Et olei sui, id est, à fructu spiritualis consola-
tionis, quam in Eucharistiæ communione percipiunt. In pace in idipsum dormiam & requiescam.
Hoc Christus de sua morte, ac sepultura affirmat. Dormiuit enim in cruce, & requieuit in monumẽ
to, nec in aliquo horum interior mentis suæ tranquillitas concussa est, turbata, vel diminuta, sed in
omni sua pœnali angustia constans, solidus, atque in deo immobilis mansit. ¶Denique aliter expo- Alia ex-
ni potest. Anima enim Christi semper videbat faciem dei patris, quia viatrix non erat, sicque à pri- positio.
mo suæ creationis momento in summa ac tranquillissima pace fuit, & in deo ab omni distractione
atque auersione dormiuit, & in ipso ab omni inquietudine immobiliter requieuit. Quoniam tu dñe
singulariter in spe cõstituisti me. Verba sunt Christi, vt bõ est, ad deum. Christus autem quia purus
viator non extitit, ideo nec fidem habebat nec spem, prout spes est virtus theologica habens deum

pro immediato obiecto,ficut cum dicimus quòd spes est expectatio futuræ beatitudinis . Nunquam E
enim beatitudo futura vel absens fuit animæ Christi:sed prout spes est quæcũque expectatio boni fu
turi,sic Christus habuit spem.Expectabat enim resuscitari à morte,& glorificari in corpore.ob hãc
expectationẽ ait ad patrẽ,In pace dormiã &c.Quoniã tu domine singulariter in spe,videlicet resur
ctionis & glorificationis, cõstituisti me.Quãuis enim omnes fideles habeant spem resurgẽdi & glo-
Matt.16, rificandi in die nouissimo,Christus tamen vt homo,constitutus fuit in spe resurgendi ac glorificãdi
20 singulari modo,quoniam die tertia sperauit in corpore impassibili & glorioso resurgere.Cætera au-
Marc.9. tem quæ nunc exposita non sunt,ex dictis in præcedenti expositione plana sunt.
Luc.18.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM V.

EXPOSITIO TITVLI.

Gen.21. EST autem titulus psalmi huius,In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur.In Genesi le-
Gala.4. gitur. Quemadmodum Abraham duas habebat vxores,quarũ vna,videlicet Sara, cum Isaac
filio suo mansit in domo,& hæreditatẽ obtinuit. Altera,videlicet Agar,cum filio Ismaele ex-
pulsa est.Posset ergo hic psalmus ad literam explanari secũdum istam historiam,quod psalmus iste
conscriptus sit pro Sara & filio eius : sed multo conuenientius exponitur de re significata,videlicet
de ecclesia quæ significatur per Sarã,synagoga quæ significatur per Agar dimissa ac reprobata . Est
igitur sensus.Psalmus iste dirigens nos in finem,id est in Christũ,vel in hæreditatẽ cælestem, seu vi- F
tam æternam,est pro ea scilicet ecclesia , quæ consequitur hæreditatem.i.deum, vel dei fruitionem.
Deus nanque appellatur nostra hæreditas,quoniam ipse alit & cõtinet nos: nos quoque dicimur hæ
reditas dei,quia colit & regit nos,& sanguine suo redemit nos.

PRECATIO.

*Rex & deus noster,deduc nos in iustitia tua propter inimicos nostros,& dirige in conspectu meo uiam tuam, ut in nobis scuto bonæ uoluntatis tuæ coronatis in æternum exultes,& habites.*

EXPOSITIO Psalmi iuxta Sensum Literalem.

LOquens propheta in persona ecclesiæ pro se suisque membris oratotis, primo
proponit orationem,& ait, ¶(1) VERBA mea auribus percipe domine,in-
tellige clamorem meum. ¶(2)INTENDE voci orationis meæ.]Eũdem cor-
dis affectum ter explicauit, quatenus desiderium cordis tanto interius arderet
calidius,quoties verbis exprimeretur frequentius.Quanto nanque verba cor-
dis affectum significantia sæpius iterantur,tanto affectio cordis amplius inflã-
matur,& ita oratio citius effectum sortitur . Vnde modus scripturæ est in his
quæ affectum respiciunt,idem sæpe repetere ,vt accendatur affectus. Posset ta- G
men inter hæc assignari distinctio,vt dicatur, Verba mea.i.orationẽ vocalem, auribus percipe domi
ne,& clamorem meum intellige.i.cordis affectum.Per clamorẽ enim intelligit sacra scriptura spũalẽ
clamorem.Aures domini sunt sapientia eius & bonitas. Per sapientiam quippe cuncta cognoscit ac
Iacob.1. percipit.Per bonitatẽ vero dona naturæ & munera gratiæ præstat,dans omnibus affluenter,& non
improperans.Dicit quoq; ad deũ,Intellige clamorem meũ,non quòd deus possit aliquid non intel-
Hebræ.4 ligere.Omnia enim aperta & nuda sunt oculis eius:sed intellige,inquit.i.per approbationẽ agnosce,
per effectum aduerte,per sapientiam tuam succurre [REX meus] ratione gubernationis [ET deus
meus] ratione creationis.Sed cum deus sit omnium rex & deus,cur dicit, rex meus & deus meus?ni
si propter specialem prouidentiam, qua prouidet suis electis,& dirigit eos in vitã æternam , à malis
præseruans,à periculis eruens.sic dicit,deus meus,quia te specialiter colo,tibi soli adhæreo, me totũ
Philip.3. tibi committo.Hoc dicere nequeunt,quorum deus venter est, aurum,vel aliquid tale. ¶(3) QVO-
NIAM ad te orabo domine,mane exaudies vocẽ meam].i.quia orabo ô domine ad te, dirigendo af-
fectum ad te,vel ad te adipiscendum atq; fruendum,vt possideã te in patria in æternum:vel,ad te.i.
ordinans precem meã ad honorem & gloriã nominis tui.Quoniam ergo ita orabo ad te,ideo mane
exaudies vocem meam.i.cito & festinanter:vel,mane.i. cum lucem miserationum tuarũ effuderis su
per me:vel,mane.i.initio operationum bonarũ.Et antequã finiatur oratio mea,exaudies me:nam si-
Isaiæ. 65 cut per Isa.testatus es,Adhuc (inquiens) illis loquẽtibus,ego dicam,assum. Et dicit,mane exaudies, H
Hebræ.1. non præsumendo,sed sperando,& misericordiam prouocãdo. ¶(4) MANE].i. cum Christus qui
est sol iustitiæ & splendor lucis æternæ illuminauerit animã meam sedẽtem in tenebris , atq; eiecerit
à me ignorantiæ cæcitatem & vitiorũ caliginem [ASTABO tibi] offerendo tibi cor meum,ad mini
strandum ac obediendum affectuose paratum [ET videbo] .i.splendide contemplabor,& certo co-
gnoscam [QVONIAM non deus volens iniquitatem tu es] Imo omnis iniquitas & omnis impuri-
tas culpæ displicet tibi,nec vis eã effectiue,sed permissiue. ¶(5) NEQVE habitabit iuxta te mali-
gnus].i.non erit tibi coniunctus,nec morã faciet prope te malignus.i. qui aliis cupit nocere, non quod
spatio locorum distabit à te qui vbiq; es,& omnia penetras,sed quia propter dissimilitudinem pec-
cati recedit à te,sancto iustoque deo. Nec vnitur tibi per gratiã in præsenti, neq; per gloriam in fu-
turo,quemadmodũ scriptum est,Tollatur impius ne videat gloriam dei [NEQVE permanebũt in-
Psal. 68 iusti ante oculos tuos].i.ante præsentiam maiestatis tuæ,ante conspectum miserationis tuæ. Vel sic,
Mat.25. Non permanebunt iniusti ante oculos tuos.i.non agnoscentur à te per approbationis notitiã. Vnde
Lucæ.13. inferius dicitur,Deleãtur de libro viuẽtiũ.Et alibi,Nescio vos.Oculus autẽ dei est intellectus ipsius.

A ¶ (6) ODISTI omnes qui operãtur iniquitatem] Odiũ prout est passio animæ, non cõpetit deo,
nisi transumptiue, quemadmodũ ira, sed prout est detestatio voluntatis malum volentis: sic potest cõ
petere deo, & ita deus odit male agentes, quia detestatur, & abiicit eos à se. Odit autem eos nõ ratio-
ne naturæ, sed culpæ. Vnde Sapiens dicit, Diligis omnia quę sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11.
Nihilominus in eodem libro habetur, Odio sunt deo impius & impietas eius [PERDES omnes qui Sap. 14
loquuntur mendacium].i. æternaliter condemnabis mentientes, nisi pœniteant: propter quod in li-
bro sapientiæ scriptum est, Os quod mentitur occidit animam, quæ de mendacio pernicioso intelli- Sap. 1.
genda sunt, quod fit intentione fallendi atq; nocendi, & ex malignitate procedit, estque deo contra-
rium & mortale peccatũ, cum deus sit ipsa veritas. Est autem mendacium officiosum, quod pro ali-
cuius salute aut commodo dicitur. Et est mendacium iocosum quod ex leuitate procedit, & causa
solatii dicitur. Ista vero duo mendacii genera non sunt peccata mortalia, sed venialia. ¶ (7) VI-
RVM sanguinum].i. homicidam, re vel effectu. nam qui odit fratrem suũ, homicida est secundũ Io- 1. Ioh. 3.
han. Itaq; virũ sanguinum [ET dolosum].i. bilinguem simulatorem, salsum doctorẽ atque hypocri-
tam [ABOMINABITVR dominus] despiciens eũ & expellens à cõsortio electorum. Deinde ec-
clesia seu quilibet iustus ad deum conuertens sermonẽ, ait [EGO autem in multitudine misericordiæ
B tuæ] supple, à prędictis peccatis & pœnis eripiar, in tua gratia perseuerabo, & beato fine cõcludar.
Et hoc est verbum bonę spei: vel potest intelligi per modum orationis. ¶ (8) INTROIBO in do
mum tuam].i. in Ierusalem cœlestẽ seu triumphantẽ ecclesiam post præsentis vitæ exilium, vt ædifi-
centur ex me muri Ierusalem: interim vero introibo quotidie per affectum, cupiẽs dissolui & esse cũ
Christo [ADORABO ad templũ sanctum tuũ].i. in omni oratione & adoratione dirigam intentio-
nem meam, & figam desiderium meum, ad ciuitatem cœlestem vt ad eam peruenire promerear. Ado
rabo autem, non intimorate, vagaque mente, sed adorabo [IN timore tuo] quia cũ magna reueren-
tia, & ingenti cordis custodia decet te dominum maiestatis altissimũ adorare. Denique quatenus ad
prędictam beatitudinẽ tandem perducar oro nunc ô domine. ¶ (9) DEDVC me in iustitia tua].i.
da gratiam ambulandi in via recta perueniendi ad te, vt.s. tuis præceptis obediam, & in omni sancta
operatione tuæ legi obtemperẽ. Deduc me ne errem, ne passiones & vitia intellectũ obnubilent, &
corruam in conspectu aduersariorũ meorum, sed esto tu dux meus, ostendẽdo mihi per illuminatio-
nem spiritus sancti quomodo caute ambulẽ, de virtute in virtutem proficiam, atque feliciter cursum
meum consumẽ [PROPTER inimicos meos dirige in conspectu meo viam tuam].i. quia vides o do
mine deus me in medio laqueorũ iam positũ, & inimicis meis qui sunt caro, mũdus, atq; aëreæ pote-
states vndiq; circunuallanĩ. Idcirco dirige.i. pone, & clare memoriterq; propone in cõspectu meo.i.
C in consideratione intellectus mei, viã tuam.i. legẽ mandatorũ tuorũ, ne vnquã obliuiscar eorum, quæ
mihi mandasti, & quæ tibi accepta sunt. ¶ (10) QVONIAM non est in ore eorũ].s. inimicorum
meorũ [VERITAS] sed dolus [COR eorum vanũ est].i. à summo bono, ab incommutabili deo, ab
æterna veritate auersum, & ad caduca inaniaque conuersum. ¶ (11) SEPVLCHRVM patens est
guttur eorum].i. simile aperto sepulchro, in quo homo facile labitur, & ex quo cito inficitur: sic gut-
tur impiorũ se habet, quia mortua atque pestifera verba ex ipso procedũt, & sermo ipsorũ cadere fa
cit, ac inficit innocentes ac simplices, nisi deus prouideat [LINGVIS suis dolose agebant] propo-
nendo mala sub specie boni, vt magis decipiant [IVDICA illos deus] hoc dicit propheta seu quili-
bet iustus non optando vindictã, sed prænuntiando veritatem vel conformando se diuinæ iustitiæ,
itaque iudica illos deus.i. iusto tuo iudicio eos condẽna. ¶ (12) DECIDANT à cogitationibus su
is].i. non obtineant quod adipisci nituntur, sed apprehẽde astutos in astutia ipsorũ, simulatores.n. &
callidi prouocant irã dei, quẽadmodũ Iob. 36. habetur [SECVNDVM multitudinẽ impietatũ eorũ
expelle eos].i. secundũ grauitatẽ scelerũ suorũ proiice eos à te in iusta tormenta, quatenus quantum
glorificauerunt se in malis, tantũ recipiant in tormentis [QVONIAM irritauerunt te dñe].i. ad ira-
cundiã & indignationẽ prouocauerunt: non ꝙ inuariabilis ac tranquillissimus deus veraciter irrite-
tur, amaricetur, aut prouocetur, sicut Ieremias ait, Nunquid me ad iracundiã prouocant, dicit dñs? Ierem. 16.
Nonne seipsos in cõfusione vultus sui? Dicitur ergo deus ad iracundiã prouocari & irritari propter
similitudinẽ operis, quia tanquã irritatus se habet dũ impios terribiliter torquet. Et in hoc verbo ir- Hebr. 10.
D ritauerunt notatur, quã enorme sit deum offendere, quãque horrendũ sit in manus dei viuentis in-
cidere. ¶ (13) ET lętentur oẽs qui sperant in te].i. in interiori & sancta hilaritate exultent, qui totã
spem suã fixerunt in tua clementia [IN æternũ exultabunt] quia nunc tẽporaliter cõsolantur à te, &
tandẽ regnabũt in æternũ apud te [ET habitabis in eis] per charitatẽ & grãm. Templũ.n. dei sanctũ
est, quod estis vos, ait apls. Vnde saluator dicit, Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pr̃ meus 2. Cor. 13
diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ¶ (14) ET gloriabuntur in te o- Iohã. 14.
mnes qui diligunt nomen tuum] Charitas dei otiosa esse non valet, sed semper vt potest, procedit in
actum tam interiorẽ quàm exteriorem. Actus autẽ charitatis, sunt dilecto bonũ velle, de eius perfe-
ctione lætari, eius beatitudini cõgratulari. Propterea qui vere diligit deũ, de immensa eius perfectio-
ne summe lætatur, & eius felicitati cordialiter coniucũdatur: & talis gloriatio est diuinissima, ac deo
gratissima, summeq; meritoria. Ideo autẽ diligentes te dñe, gloriabuntur in te [QVONIAM tu bene
dices].i. gratiã tribues, & copiosa munera dabis [IVSTO.] imo faciẽ tuã ei ostendes, in cuius contẽ-
platione totius lætitię plenitudo cõsistit: sicut postea dicitur, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Psal. 15.
Vnde in euangelio, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me- Iohan. 15
ipsum. ¶ (15) DOMINE vt scuto bonę voluntatis tuæ coronasti nos].i. o dñe coronasti nos.i. ge- 1. Pet. 2.
nus regium & sacerdotale fecisti nos dando nobis potestatem filios dei fieri, & de aduersariis trium- Iohan. 1.

phandi,ornando nos varíis donis ſpiritus ſancti,atque omnia ſubiiciēdo ſub pedibus noſtris. Quo- E
modo autem coronauit nos,pandit,cum addit,vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ.i.tegumento benigniſ-
ſimæ pietatis tuæ.q.d.ſic coronaſti nos.i. vndique gratia tua ornaſti ac ſublimaſti nos , acſi eſſemus
ſcuto quodam operti atque protecti,imo ſcuto bonæ voluntatis tuæ.i.ipſamet bona ſeu pia volunta-
te tua,quæ eſt nobis vt ſcutum:coronaſti nos,præueniendo per gratiam,conſeruando per miſericor
diam,& beatitudinem promittendo per conſummationem.

¶ EXPOSITIO Pſalmi de Chriſto.

PORro cum titulus libri iſtius ſit talis, Incipit liber hymnorum prophetæ de Chriſto , debemus
in hoc ſacratiſsimo libro omnia pro poſſe ad Chriſtum referre. Poteſt ergo non ſolum hic pſal
mus,ſed etiam titulus eius conuenienter de Chriſto exponi,vt ſit tituli ſenſus . In finem pro ea
quæ cōſequitur hęreditatē.i.pſalmus iſte dirigens nos in finem.i.felicitatem æternam,eſt pro ea
quæ conſequitur hæreditatem.i.tractat de Chriſti humana natura , quæ vnita eſt hypoſtatica vnio-
ne verbo dei,ſicq; tam ſpecialiter,tamq; eminenter conſecuta eſt hæreditatem.i.omnium diuinorum
charíſmatum plenitudinem atq; feliciſsimam dei fruitionem,vt per eam totū genus humanum per-
Iohan.1 ducatur ad vitam beatā:quia de plenitudine eius accepimus omnes gratiā pro gratia:ſicut Iohannes
ait, Chriſtus ergo ratiōe humanę naturæ orans,ait ad patrem ſeu totā trinitatem, vel ad ſeipſum,ſe-
cundum ꝙ deus eſt. Verba mea auribus percipe domine:quę ſunt verba,quę Chriſtus à deo exaudi- F
Iohan.17 ri precatur,niſi orationes illæ quas pro membris ſuis.i.pro nobis effudit,de quibus in euang.Iohan.
Lucæ. 22 legitur,Non pro mundo rogo,ſed pro his quos dediſti mihi de mundo . Non rogo vt tollas eos de
mundo, ſed vt ſerues eos à malo. Et denuo, Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi,
vt ſint vnum,ſicut & nos. Alibi quoque ad Petrum, Ego,inquit,rogaui pro te Petre,vt non deficiat
Iohan.17 fides tua. Rogaui,inquit,pro te.i.pro tota eccleſia. Vnde rurſus ad patrem dicit, Non pro his.ſ.apo-
ſtolis rogo tantum,ſed pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me , vt omnes vnum ſint, ſi-
cut tu pater in me,& ego in te,vt omnes ſint conſumati in vnum. Inſuper addit, intellige clamorem
meum,quis eſt iſte clamor filii dei quem cupit à patre intelligi,niſi oratio quā pendens in cruce emi
Lucæ. 23 ſit,dum dixit, Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Et iterū,quando clamans voce magna,di
ibidem. xit,Pater in manus tuas cōmendo ſpm̄ meum. Et rurſus,Sitio.i.hominum ſalutem deſidero. Intende
Iohan.12 voci orationis meæ rex meus & deus meus. Omniū quidē rex, ſed ſpecialiter rex meus, qm̄ ita rexi-
ſti me filium tuū incarnatum, ꝙ nunquā peccaui,nunquā à via recta erraui, nūquam imperfecte me
habui: & deus meus,omniū quidem deus, ſed ſingulariter deus meus, qm̄ ego ſolus inquantū ſum ho
Matth.4 mo,magis te diligo,magiſque colo ac veneror,q̄ omnes ſimul intellectuales creaturæ . Quoniam ad
te orabo dn̄e. Hoc cōpetit Chriſto,qm̄ diabolo dicenti, Hæc omnia tibi dabo,ſi procidens adoraue-
Deute.6. ris me,ipſe reſpondit, Vade retro ſatana: Dn̄m deum tuū adorabis,& illi ſoli ſeruies. Mane exaudies
Mat.3.17 vocem meā.i.cito.quomō.n.filio ſuo chariſsimo,in quo ſibi cōplacuit, aliquid denegaret pater cœle G
ſtis. Mane aſtabo tibi & videbo,qm̄ non deus volēs iniquitatem tu es. Mane.i.primo omniū & ante
omnem aliā occupationem aſtabo tibi,quemadmodū ſcriptum eſt, Primū quęrite regnum dei & iu-
Matth.6. ſtitiā eius. Iſtud Chriſto ſpecialiſsime cōpetit, qm̄ ipſe à deo conſtitutus eſt iuſtorū impiorumque iu
Act. 10. dex. Et ideo aſtat deo tanquā ex eius cōmiſsione iudicans,& eius iuſtitiæ ſumme concordans, volun
tatique eius ſemper plene cōſentiens: & ita videt.i.clare cognoſcit,qm̄ deus qui eſt iudex per autho-
Mat.25 ritatem,non vult iniquitatē. Neq; habitabit iuxta te malignus,&c. Cūque ſit ita, ideo o deus pater iu
dicabo,ſicut te ſentire cognoſco,ſeparando bonos à malis, & bonos in palatio gloriæ tuæ recolligā,
Pſal.20 malos autē in ignem æternū proiiciam. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.i.ego filius tuus
magna & multa miſericordia tua præuentus ſum in quantū hō , qm̄ ſola diuina dignatione & miſeri
cordia vnita eſt humanitas mea verbo tuo omni gratia adimpleta ſine præuiis meritis ab omni cul-
pa prę ſeruata,& in omni bono cōpleta: merito ergo dico me eſſe in multitudine miſericordiæ tuæ.
Introibo in domū tuam.ſ.in die aſcenſionis,quādo reuerſus ſum in domū cœleſtē:vel in domū tuā.i.
Mat. 21. in templū tibi in Ieruſalē conſecratū,in quo Chriſtus prædicauit atque miracula fecit,& de quo ven
dentes & emētes eiecit,dicens, Domus mea domus orationis vocabitur. In hoc.n. templū dominum
Aggæi.2. Chriſtum fuiſſe introiturū, Aggæus propheta ita prædixit, Veniet deſideratus cunctis gentibus, &
implebo domum iſtā gloria dicit dominus. In hoc quoque tēplo Chriſtus adorauit in timore domi- H
Eſaiæ. 11. ni. Quia repleuit eum ſpūs timoris domini,iuxta Eſaię oraculū. De Chriſto etiā ad dexterā patris iā
Roma. 8. reſidente,ait apl̄us,quia interpellat pro nobis, Dn̄e deduc me in iuſtitia tua . Hanc orationem facit
Chriſtus pro corpore ſuo myſtico,quod eſt eccleſia. Ipſe.n.non orauit duci in via dei , quia confir-
matus erat in bono,neque mereri potuit ſibi,neque proficere,quoniam comprehēſor fuit perfectus.
Orauit tamen interdum pro ſe.ſ.pro corporis ſui glorificatione,vel aliquo ſimili. Cætera huius pſal
mi patent ex dictis in præcedenti explanatione. Quomodo autem hic pſalmus moraliter poſsit ex-
poni,iam ſatis oſtenſum eſt, nec eſt difficultas in hoc . Docemur vero ex pſalmo iſto, quatenus cum
magna intētione oremus. Qualiter enim deo dicere poſſumus, Verba mea auribus percipe domine,
ſi noſipſi non percipiamus auribus cordis quid loquamur? Et quomodo dicimus ei, Intellige clamo-
rem meū,ſi non mentaliter,ſed vocaliter ſolum clamamus. Denique quid apparentiæ habet, vt deus
Eccl. 18 voci orationis noſtræ intendat,ſi noſipſi inattenti ac vagi corde fuerimus? Et ideo ſcriptum eſt, An-
te orationem præpara animam tuam,& noli eſſe quaſi homo tentans deū. Docet enim nos hic pſal-
Sap. 14. mus diligenter penſare,q̄ enorme atque damnabile ſit, deo non obedire , nec iuſte conuerſari, eo ꝙ
Mat.25. deus impios odio habeat,& æternaliter ſeparet eos à ſe,tradens eos æternis ſuppliciis. Poſtremo do
cemur in deo ſperare,ſperando lætari,lętando diligere,diligendo quieſcere.

A
## COMMENTARIVS IN PSALMVM VI

### EXPOSITIO TITVLI.

PRæſcribitur autem pſalmn huic titulus iſte, In finem pro octaua, pſalmus Dauid. cuius ſenſus
eſt, Pſalmus iſte à S. Dauid compoſitus eſt, & dirigit nos in finem ſeu Chriſtũ qui eſt terminus
peregrinatiõis noſtræ, pro octaua. i. ſcriptus ac editus eſt timore extremi iudicii, quod fiet in die
nouiſsimo, q vocatur octaua, qm̃ ſequitur tẽpus ſeculi huius, quod ſeptẽ dieb⁹ euoluitur. Deni-
que verba ſunt ſigna eorũ quæ verſantur in mente. Vnde ſecundũ diuerſas animæ affectiones, & di-
uerſa formãtur verba orationis ac laudis. Interdũ. n. afficitur anima vehemẽti timore, interdũ arden-
ti amore, interdum delectatione inſolita, interdum vero ingenti triſtitia, & ſecundum hoc variantur Lucæ.6
ſermones forinſecus. Clarum eſt quoque ex vehementiori affectu verba affectuoſiora procedere. Igi-
tur anima fidelis ac timorata deliquiſſe ſe penſans, atque futuri iudicii diſtrictionẽ conſiderans, quaſi
vehementer perterrita, & iudicem ſuum interim mitigare affectans, talem precem effundit.

### PRECATIO

*Piiſsimã clementiã tuã, omnipotens deus, ſuppliciter imploramus: ut qui aſſiduis exceſsibus te offendimus, non in fu-
rore tuo arguas, neque in ira tua corripias: ſed conuerte & ab æterna damnatione eripe animas noſtras, & ſaluos nos*
B *fac propter miſericordiam tuam.*

### EXPOSITIO Pſalmi.

DOMINE (inquit) ne in furore tuo arguas me]. i. ô dñe, ne ita in p̃ſenti vita re-
linquas me impœnitentẽ, inemẽdatũ, incaſtigatũ, vt in die iudicii arguas me in
furore tuo. i. ſecundũ diſtrictiſsimũ zelũ iuſtitiæ tuæ, qñ iã pœnitẽtiæ locus nõ
erit, nec miſericordia miſeris fiet, ſed ſumma iuſtitia omnib⁹ impẽditur. Et ideo
tunc quaſi furioſus, quantũ ad reprobos apparebis p examinis diſtrictionẽ, ſi-
ue aſperitatẽ, & ſupplicii acerbitatẽ: & iſte effectus tuæ iuſtitiæ furor vocatur.
ſed mõ da gratiã deplangẽdi pctã, vitandi pericula, faciẽdi opa virtuoſa, ne tũc
in furore tuo arguas me. Non. n. bis vindicabis in idip̃m [NEQVE in ira tua Naum. 1.
corripias me]. i. nec ita mõ pmittas me indultũ pœnitẽtiæ tp̃s negligere, vt in hora particularis iudi-
cii mei, qñ. ſ. anima mea egredietᷓ à corpore, & tuo tribunali p̃ſentãda eſt, corripias me in ira tua. i. in
ſeueritate ęquitatis diuinæ, condẽnãdo animã meã in infernũ, donec in die nouiſsimo corpori reuni-
ra ſimul cũ illo ſortiatur duplicẽ pœnã. Duplex cõſtat eſſe iudiciũ. ſ. vniuerſale, quod fiet in fine ſecu
li, qñ oẽs homines ſimul iudicabũtur. Aliud eſt iudiciũ particulare, quo ſinguli iudicãtur, cũ moriun
tur. Vniuerſale autẽ iudiciũ terribilius eſt particulari iudicio, quia in illo anima & corp⁹ ſimul dãna-
C bũtur, & iudex tunc terribilior apparebit, multaq; alia erunt quæ illud iudiciũ horribiliſsimũ facient,
vt ardẽs mundus, hians infernus, dæmones accuſantes, angeli aſtãtes, corã omnibus angelis, homini-
bus, atq; dæmonibus accuſari, reprobari, cõfundi, dãnari. Qm̃ ſingulorũ pctã ſingulis innoteſcẽt, vt
oẽs cognoſcãt iudicẽ eſſe iuſtiſsimũ. Vnde furor qui ſonat aliquid maius q̃ ira: ad vniuerſale iudiciũ
ptinet, ira vero ad particulare iudiciũ. Poteſt etiã aliter explanari quod dicitur, vt ſit ſenſus, Dñe ne
in furore tuo arguas me. i. ne in æternũ condẽnes me, neq; in ira tua corripias me. i. neq; in purgato-
rio torqueas me, ſed nunc q̃tidie purga me paternaliter corrigẽdo, dulciter inflãmando me tuo ſctõ
amore, qm̃ charitas operit multitudinẽ pctõrum, & ſecundũ mãſuetudinem tuam fac mecũ. Ideo. n. 1. Pet. 4.
S. Iob orat, Dimitte me dñe vt plangã paululũ dolorem meũ, antequã vadam, & nõ reuertar ad ter- Iob. 10.
ram tenebroſam & opertam mortis caligine. Ieremias inſuper futuri iudicii furorẽ ſe ferre non poſ- Iere. 10.
ſe perpendens, ſic orat, Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad
nihilum redigas me. Peccator ergo vere pœnitens, & ſe deo reſpondere ac ſatisfacere non poſſe aſpi
ciens, oret & dicat quod ſequitur. ℂ (2) MISERERE mei domine] Compatiẽdo miſeriæ meæ. i.
per modum compatientis te habendo, videlicet ſuccurrendo mihi in omni anguſtia & indigentia.
[QVONIAM infirmus ſum] quia ex meipſo nil poſſum, ſed tota ſufficientia mea ex te eſt, ex gratia
tua dependet, ex miſericordia tua emanat. Infirmus ſum, non poſſum tibi reſpondere vnum pro mil 2. Cor. 3.
D le: non poſſum imo nec opto reſiſtere vultui tuo, & ideo [SANA me domine]. i. à peccatis quæ ſunt Iob. 9.
vulnera animæ meæ, purga & eripe me. Non ſolũ culpam, ſed etiã pœnam relaxando [QVONIAM Eſa. 64
conturbata ſunt oſſa mea]. i. virtutes animę meæ concuſſæ & motæ ſunt. Aduerſitates nanq;, paſsio-
nes & vitia, actum virtutum frequenter impediunt atque commaculant, atque per hoc ipſi habitus
virtuoſi debilitantur. Et ideo propter admixtionem imperfectionũ noſtrarũ cum actu virtutum, o-
mnes noſtræ iuſtitię ſunt tanquã pannus menſtruatæ. Vnde ad remouẽdum impedimenta virtutum
indigemus donis ſpiritus ſancti, quæ à virtutibus diſtinguntur, & in adiutorium earum præſtantur.
ℂ (3) ET anima mea turbata eſt valde]. ſ. recordatione præteritorũ malorũ, conſideratione futura-
rum pœnarũ, contẽplatione diuinę iuſtitię, & propter difficultatẽ perueniendi ad veram perfectio-
nem quã vehemẽter deſiderat [SED tu domine vſquequo]. i. quã diu in tãta tribulatione relinquis
me, quouſq; non ſubuenis exaudiendo, & deſideratam gratię plenitudinẽ infundẽdo. ℂ (4) CON-
VERTERE dñe]. i. conuerte me ad te: vel conuertere, vt qui gratiam ſubtrahẽdo propter pctã mea
receſsiſti à me, per gratiæ infuſionem reuertaris ad me: conuertere ab vltione ad indulgentiam, à ri-
gore iuſtitię ad ſuauitatem clementiæ [ET eripe animam meã] ab omni periculo, à ſterilitate & tæ-
dio proficiendi in bonis, & à turbatione pręmiſſa [SALVVM me fac] nunc per gratiã, & in futuro
per gloriã: & hoc nõ propter meã iuſtitiã, ſed [PROPTER miſericordiã tuam] Scio. n. o dñe te per
ſanctum Ezech. dixiſſe, Non propter vos ego faciam, dicit dñs, notum ſit vobis, ſed propter nomen Ezec. 39.

ſanctũ meũ. ℭ(5) QVONIAM nõ eſt in morte q memor ſit tui].i.nullus in pctõ mortali exiſtens E
memor eſt tui memoria meritoria:& ideo peto grãm mihi infundi,vt opa mea meritoria fiant. Vel,
Non eſt in morte.i.poſt mortẽ,q memor ſit tui,memoria ſalutari: & hoc verũ eſt de his qui ſine cha
ritate & grã mortui ſunt. Nã qui in purgatorio ſunt,dei ſunt memores, aliàs nõ ſperarent liberari à
pœnis.[IN inferno autẽ quis cõfitebitur tibi] q.d.nullus,qm̃ nec cõfeſsio laudis diuinæ,neq; cõfeſsio
Eccl.9. propriæ culpæ,in inferno inuenitur. His conſonat autẽ quod Salom.ait, Quodcunque poteſt facere
manus tua,inſtãter operare,quia nec opes,nec ratio,nec ſapiẽtia,nec ſciẽtia erunt apud inferos, quo
tu properas.Hucuſq; beatiſsimus Dauid in pſona veraciter pœnitẽtis loquẽs oſtẽdit, quomõ à pctõ-
re pœnitentiã agente orandus ſit iudex cœleſtis. Nunc inſuper proprio exẽplo docet quid pœnitens
agere debeat,vt non ſolũ verbo,ſed etiã opere deũ cõciliet, ait enim, ℭ(6) LABORAVI in gemi
tu meo].i.ſic interius de peccatis meis cõtritus ſum quod exteriores pœnitẽtiæ actus eſt ſatisfactiõis
labores nõ omiſi, ſed flendo,abſtinẽdo,ſacris vigiliis inſiſtẽdo,meipſum afflixi. Pctm̃ nanq;, qm̃ dele
ctationẽ habet annexã,per laborẽ cui adiuncta eſt quędã afflictio,indulgetur. Hoc quoq; quod dicit,
laboraui in gemitu meo , de interiori labore accipi poteſt, imo interior labor exteriorẽ excedit, ſicut
& dolor interior exteriorem.ſic igitur laboraui in gemitu meo.i.in interiori cordis triſtitia laboraui,
interius meditãdo,meipſum ſpernendo, deũ mentaliter exorando. Nã vt ait Agathon Anachorita, F
Non eſt labor tam grandis , vt deũ intente orare. Laborioſum eſt.n. cor diu ſeruare in ſummo pro-
pter fragilitatẽ & inſtabilitatẽ mentis humanæ. [LAVABO per ſingulas noctes lectũ meum.] Qui
hoc ad literã poſſet implere,vere pœnitens probaretur,nec videtur impoſsibile hocipſum literaliter
adimplere, ſi ſane intelligatur:vt ſit ſenſus,lauabo per ſingulas noctes.i. aliquo tpe ſingularũ noctiũ
lectũ meũ.i.aliquam partem lecti,ſic ꝙ præ abundãtia lachrymarũ non tm̃ facies mea, ſed etiã pars
lecti vultui proxima humectetur. Debet enim ſe homo in lecto quaſi in tumulo ponere,& peccato-
rũ ſuorũ ac mortis atq; diuini iudicii recordare:ſicq; aſpirare ad deũ,& vultũ & lectũ ſanctis lachry
mis lauare,& ideo additur,[LACHRYMIS meis ſtratũ meũ rigabo.] & hoc eſt explanatio eiꝰ quod
dictũ eſt. Poſſumus tñ per noctes,intelligere pctã:& per lectum,conſcientiã ſeu delectationẽ malam:
& per ſtratũ,conſuetudinẽ prauã,vt ſit ſenſus lauabo ſeu mundabo per ſingulas noctes.i.per ſingula
vitia gemẽdo pro ſingulis memorię occurrẽtibus & magis põderandis lectũ meũ.i. cõſcientiã meam
ea abiiciendo,de quibus remorſum conſcientię habeo,vel lectũ meũ.i.delectationẽ malã, in qua tan-
quã in lecto proſtratus iacui & quieui. Hanc lauabo pro ea meipſum caſtigando, atq; ab ea me de cæ
tero ſubtrahendo,ſtratum meũ.i.cõſuetudinẽ peſsimã lachrymis meis rigabo.i. copioſe deplangam,
nec ceſſabo donec ipſam funditus extirpauero, habitũq; virtutis ei oppoſitũ adeptus extitero, quod
vtique magno & longo eget labore. ℭ(7) TVRBATVS eſt à furore oculus meus].i.conſideratio G
mentis meæ turbata eſt,concuſſa ſeu perterrita, à furore.i.à diſtrictione iudicii dei , ſeu propter gra-
uem vindictã diuinæ iuſtitię. Vel ſic, Turbatus eſt à furore oculus meus.i.intellectus meus inquieta-
tus eſt & intranquillus effectus à furore.i.ex vehementi ira ſeu indignatione , quam concepi contra
meipſum,propter enormitatẽ peccatorũ meorum. Paſsiones quippe quamuis ſint bonæ & ſponte aſ-
vide ibidẽ ſumptæ,ſolent tamen rationẽ aliqualiter perturbare ſecundũ Thomam in prima ſecundæ,huius ve-
q.22. & ro turbationis cauſa ſubiungitur.[INVETERAVI] .i.animo vetus factus ſum, & prope interitum
deinceps. factus,in vitiis iacens ſordidus,& à ſpirituali iuuentute,quę eſt reformatio mentis per gratiã elonga
Hebr.8. tus,& hoc [INTER oẽs inimicos meos] .i.inter oẽs qui me à ſummo bono conantur auertere , qui
ſunt mundus,diabolus,vitia,& concupiſcẽtiæ carnis,inter hos inueteraui ipſorũ ſuggeſtionibus con
Colo.3. ſentiendo,atq; ipſorũ operibus me cõformando. Non aequieui diuino Apoſt. exhortanti, Expoliate
veterem hominẽ cum actibus ſuis,& induite nouũ qui ſecundũ deũ creatus eſt, qui renouatur de die
Roma.13 in diem in cognitione eius qui creauit eum. Nunc autẽ obedire cupio ei qui ait, Abiiciamus opera te
nebrarum,& ergo. ℭ(8) DISCEDITE à me].i.nolite me ad peccandũ inducere,diſcedite conſi
lio,ſimilitudine,vita,affectu [OMNES qui operamini iniquitatẽ]qui mecũ pœnitere nõ vultis. Nolo
enim veſtro cõſentire cõſilio,nolo vobis ſilis eſſe,nolo imitari veſtrã vitã neq; affectũ . Et hoc ideo,
[QVONIAM exaudiuit dñs vocẽ fletus mei].i. interiorẽ affectũ, ex quo vox & fletus oriũtur,& pro
pter quẽ exaudiri dicũtur. Non.n.clamor,ſed amor:nõ fletus oculi, ſed cordis cõtritio penetrant cœ
los,& in aures dei introeunt. Deniq; hanc ſuã exauditionẽ bis repetit ad oſtendendũ q̃ gratus ſit deo H
quãque iucundus in dño pro bñficiis eius.ait enim, ℭ(9) EXAVDIVIT dñs deprecationẽ meã]
indulgentiã donans [DOMINVS orationẽ meã ſuſcepit] gratiã pręſtans. Nunquã.n.pctm̃ mortale
dimittitur,niſi ſimul grã gratũ faciens infundatur. Sed qm̃ piæ amoroſęq; mentis eſt,vt eandẽ gratiã
aliis optet ac oret,quam ſibi diuinitus datam cognoſcit, iccirco pro aliis orans veraciter pœnitens.
ℭ(10) ERVBESCANT] inquit.i.de malis culpæ verecundetur [ET conturbentur vehementer]
ea cõturbatione qua ego turbatus ſum.ſ.cõmotione ad bonũ [OMNES inimici mei] .i.qui me odiũt,
quia me à deo auertere cupiunt,ſed ego diligo eos propter bonũ naturæ, quo beatitudinis ſunt capa
ces:niſi.n.diligerẽ eos & eſſent amici mei,nequaquã orarẽ pro eis. [CONVERTANTVR] à vanis
atq; caducis ad verũ & incõmutabile bonũ [ET erubeſcant] repetitio verbi eſt affectionis indicium,
Eccl.5. erubeſcant igitur [VALDE velociter] quia periculum eſt in mora. Vnde ſcriptũ eſt, Non tardes cõ-
uerti ad dñm,& ne differas de die in diem:& dicas,miſeratio dei magna eſt, ſubito.n.veniet ira eius,
Expoſi- & in die qua nõ ſperas diſperdet te. Poſtremo certum eſt pſalmum hunc ad literam poſſe exponi de
tio lr̃alis Dauid,qm̃ ipſe non ſolum peccator ac pœnitens fuit,ſed magna quoq; peccata cõmiſit , & omnium
alia de Da pœnitentium ſpes atque exemplar effectus eſt , efficaciſsime pœnitendo pleniſsimam indulgentiam
uid. conſequendo,& excellẽtiſsimã gratiã acquirẽdo,creditur etiã frequẽter ad lr̃am impleuiſſe quod di-

A ctũ est, Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ. Si igitur sic intelligeretur de
Dauid, tunc allegorice exponeretur de quolibet efficaciter pœnitente, sicut & mõ expositus est. Sed
qm̃ expositiones istæ non differunt, nisi ꝙ vna docet quid sit factum, alia quid sit faciendum, iccirco
vnica ista expositio sufficit. Est autem hic psalmus primus inter pœnitẽtiales psalmos, qui omnes cũ
summa diligentia perscrutandi, & intelligendi, atque legẽdi sunt, quia in eis tanquam in libro ac spe-
culo docetur peccator seipsum respicere, peccatorum suorũ enormitatẽ pẽsare, diuinũ iudicium for-
midare, deuotissimas quoque & affectuosissimas imo & efficacissimas orationes ad dominũ fundere,
quę cito exaudiri merẽtur, si tñ cũ gustu cordis ac pręcordiali cõtritione fundantur. Considera ergo
ô peccator ac pœnitẽs sanctum Dauid, labora eum eo in gemitu cordis tui: non des requiem tibi, do Hier. 13.
nec reconcilies tibi iudicem tuũ: laua per singulas noctes lectum tuum, quẽadmodum Ieremias desi- Hiere. 9.
derat, Deducant (inquiens) oculi mei lachrymas per diem & noctem, & nõ taceant. Vnde & S. Iob Iob. 3.
ait, Antequam comedam suspiro & quasi inundantis aquæ sic rugitus meus, non tantum emundat &
ornat candidissimum pannum ex incuria maculatum lotio aquæ, quantum purgat & ornat rationa-
lem animam pœnitentialis profusio lachrymarum.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM VII

### EXPOSITIO TITVLI.

B PRoponitur demum psalmo huic hic titulus. In finem psalmus Dauid quẽ cantauit domino pro 2. Re. 15,
verbis Chusi filii Gemini. Titulus iste variis modis exponitur secundum quòd psalmus iste di- & 16, &
uersimode explanatur. Secũdum literalem ergo intelligentiam psalmi istius sensus tituli facilis 17.
est. Legitur enim in libro Regum, quẽadmodum Dauid persecutionẽ Absalon fugiens remisit 1. Par. 27
amicum suum Chusi ad Absalon, quatenus eius consilia exploraret, & regi Dauid cõtinuo nũciaret, 2. Re. 16.
quod & factum est. Itaque verborum occasiõe quæ Chusi intimauerat Dauid, edidit sanctus Dauid
hunc psalmum. Qui licet conuenientius exponatur de re significata quàm de significante figura, po-
test tamen exponi de ipsa re gesta ac significante. Vnde sic primo exponendus est, sed breuiter valde 2. Re. 15.
atque cursorie. Eo quod talis expositio sit minus fructuosa seu dulcis, & deuotioribus fratribus parũ & 17.
suauis ac placens. Dauid igitur ab insidiis quæ sibi Absalon ex consilio Achitophel præparauit cu- 1. Par. 22.
piens liberari, sic orat.

### PRECATIO.

*Domine deus noster in quem speramus, libera fideles tuos ex omnibus fr persequentibus inimicis, uisibilibus, ut te protectore securitate accepta, sine timore iugiter psallamus nomini tuo benedicto.*

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

DOmine deus meus in te speraui] & ita quodã modo merui exaudiri, quoniam Iudit. 14
C scio ꝙ non deseris sperantes in te, propter quod fiducialiter ad te confugio &
exoro [SALVVM me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.
¶ (2) NEQVANDO] id est, ne vnquam seu aliquo tẽpore [INIMICVS]
meus [RAPIAT animam meam] id est, extinguat vitam meam [VT leo] qui
animalia mãsueta occidit, ne (inquam) sic rapiat [DVM non est qui redimat ne-
q; qui saluum faciat] id est, quia non est qui redimat & saluet, nisi tu redimas, Sup. ps. 3
saluumque facias. Consequenter excusat se Dauid à peccato quod aduersarii vers. 1.
sui ei impingebant asserentes se iuste persequi eum, quemadmodum in expositione tertii psalmi ple-
nius dictum est, ait igitur, ¶ (3) DOMINE deus meus si feci istud] quod mihi imponitur [ET si
est iniquitas in manibus meis] de qua iam non sum contritus. ¶ (4) SI reddidi retribuentibus mi-
hi mala] id est, si reddidi malum pro malo, si (inquam) aliquod horum in me est [DECIDAM meri-
to] id est, iuste cadã & vincar [AB inimicis meis inanis] id est, vanus, & à gratia vacuus. Dauid enim 3. Reg. 18
puerum Absalon seruari præcepit, ne occideretur, & Sauli aliisq; suis æmulis benefecit. Deniq; cla- 1. Re. 16.
rius istud prosequitur. ¶ (5) PERSEQVATVR inimicus] meus. s. Absalõ & omnis ei adhęrens & alibi.
[ANIMAM meam & compræhendat] id est, meipsum vel vitam meam corporalẽ extinguat, & me
captiuet seu perimat [ET conculcet in terra vitam meam] eam penitus extinguendo [ET gloriam
D meã in puluerẽ deducat] id est, regia potestate me priuet. Sed quia ita nõ est, propterea ¶ (6) EX-
VRGE domine] auxiliando [IN ira tua] pugnando pro me, & impios iuste corripiendo in præsen-
ti, ne æternaliter pereant [ET exaltare in finibus inimicorum meorum] id est, triumpha & præuale
in loco & terra aduersantium mihi, dando mihi victoriam contra eos, vt desinant dominari in terra
in qua violenter dominium obtinent. ¶ (7) ET exurge] id est, ad actum iustitiamq; procede [DO-
MINE deus meus in pręcepto quod mãdasti] id est, per ipsum tuæ legis præceptũ ostẽde impietatẽ
aduersariorũ meorũ. lex enim præcepit, vt filii honorarent parẽtes & subditi regẽ, cõtra quod facie-
bant Absalon, & eius fautores, Dauid de regno expellentes [ET synagoga populorum] id est, cõgre- Exod. 20
gatio bonorum atque fidelium [CIRCVNDABIT te] id est, ex omni parte conuolabit ad te, adhæ- 1. Reg. 15
rendo tibi & tuã iustitiã approbando. ¶ (8) ET propter hanc] id est, propter salutem & informa- & alibi.
tionem synagogæ seu populi tui [IN altum regredere] id est, maiestatem iustitiæ tuæ declara impios
& superbos deiiciendo, humiles vero ac pios sublimãdo: vel regredere, id est, redi in altum, id est, in
summum iustitiæ tuæ, vt qui malos permisisti ad tempus regnare, nunc iuste reprimas eos ne diutius
præsidendo grauius cõdemnentur [DOMINVS iudicat] id est discernit, ac iuste remunerat [POPV-
LOS] dando vnicuique secundum opera sua. ¶ (9) IVDICA me domine secundum iustitiam tuã Rom. 2.
secundum exigentiam meritorum meorũ, [ET secundũ innocentiã meam super me]. i. secundũ absti- 1. Cor. 3.

nentiam meã à malo restitue mihi, faciendo mihi sicut ego feci proximis meis: quatenus sicut ego il- E
lis non nocui, ita nec tu noceas mihi. Istud est verbũ hominũ perfectorũ, & beatus qui tuta conscien
Roma.2. tia de se ita loqui potest ad deũ omnia cognoscentẽ. ℂ (10) CONSVMETVR] .i. finem accipiat
[NEQVITIA peccatorũ] ne addant peccata peccatis, & thesaurizent sibi irã diuinę vindictæ [ET
diriges iustum] .i. in rectã viã deduces, atque proficere facies iustum [SCRVTANS corda & renes
deus] .i. discutiens & intime videns cogitationes, & concupiscentias seu delectationes examinans.
Eodẽ ver ℂ (11) IVSTVM adiutoriũ meũ à domino, qui saluos facit rectos corde] Quia enim superius dixit,
su.3. Eo- si est iniquitas in manibus meis, &c. & iudica me secundũ iustitiã meã, ideo sequitur, vt iuste merea-
dem ver- tur adiuuari à domino, cuius est rectos corde seu iustos saluare. ℂ (12) DEVS iudex] omniũ infal-
su.9. libilis [IVSTVS] apud quẽ non est personarũ acceptio [FORTIS] cuius sententiæ nemo resistere
Roma.2. potest [ET patiens] .i. longanimiter sustinens [NVNQVID irascitur] .i. vlciscitur, & iuste remune-
rat [PER singulos dies] .i. tã cito vt mali merentur, q.d. non: sed diu, & æquanimiter tolerat impios
vt conuertantur. Verũtamen ô impii ne dilatio iræ dei vos pigros & intimoratos, securosq; reddat,
Iob.14. ideo dico vobis. ℂ (13) NISI conuersi fueritis] ad pœnitentiã salutarem [GLADIVM suũ vibra-
Mat.20 bit] .i. manifestã vindictã exercebit, præsertim in futuro .i. vniuersali iudicio, quãdo videbit omnis ca
Marc.14 ro Christũ iudicẽ [ARCVM suum tetendit] .i. occultã vltionẽ minatus est impiis, quoniam subtrahit
eis gratiã suam ac paternã correctionẽ, quæ est occulta, atq; dirissima pœna diuinæ iustitię [ET para F.
uit illum] .s. arcũ ad sagittandũ .i. letaliter & æternaliter condẽnandũ ingratos & duros. ℂ (14) ET
in eo] .s. in arcu suo [PARAVIT vasa mortis] .i. in effusione vltionis suæ mortiferas pœnas, imo &
æterna tormenta [SAGITTAS suas] .i. inflictiones pœnarũ [ARDENTIBVS effecit] .i. in illicitæ
cõcupiscentię ardorẽ resolutis parauit. ℂ (15) ECCE parturiuit iniustitiã] .i. impius suggerente dia
bolo operatus est contra diuinũ pręceptũ [CONCEPIT dolorẽ] .i. animũ inordinatũ ac malũ pro-
positũ. Animus .n. inordinatus sibiipsi est pœna [ET peperit iniquitatẽ] .i. ad effectũ perduxit quod
animo cogitauit. ℂ (16) LACVM aperuit] .i. non solũ in seipsum peccauit, sed aliis quoq; occasio-
nem peccãdi exhibuit: lacũ aperuit .i. malũ exemplũ seu falsum consiliũ ministrauit proximis [ET ef-
fodit eum] .i. lacũ hunc quantũ in se fuit foris ad operationem malã eduxit: vel effodit .i. profunde in
cordibus aliorũ eũ infixit: vel effodit .i. industriose & penetratiue cogitauit, quõ lacũ hunc aliis ape-
riret, eosq; in ipsum induceret. [ET incidit in foueã quã fecit] .i. fraudẽ, & malũ seu laqueũ quẽ aliis
præparauit, ipsemet incidit. Vniuscuiusq; iniquitas in propriũ redundat authorẽ, & ipsi primo atque
præcipue nocet: imo dum alium decipere cupit, ipse à dæmone fallitur. Et dum aliis parat malũ pœ-
2.Re.19. næ seu temporalia damna, ipse incidit malum culpæ, ac pœnas æternas. Istud in Absalone impletum
2.Re.18. est, qui alios ad patris sui persecutionem ac mortem induxit: sed incidit in foueam quam fecit, quo-
niam in fugam conuersus est, & laqueo arboris irretitus tandem à Ioab tribus lanceis est transfixus. G
ℂ (17) CONVERTETVR dolor eius in caput eius] .i. malitia impii in seipsum, & in rationẽ eius
reuertatur, & noceat ei, habeatq; conscientię vermem de vitiis suis [ET in verticẽ ipsius] .i. in intel-
lectũ ipsius qui est summa potentia animæ [INIQVITAS eius descẽdet] seu redundabit. hoc ait nõ
desiderando, sed prophetando, vel certe desiderando, vt tẽporaliter puniatur à dño, ne æternaliter
Rom.2 crucietur. ℂ (18) CONFITEBOR dño] cõfessione laudis .i. laudabo dñm, & laudem eius cantabo
1.Cor.3 [SECVNDVM iustitiã eius] .i. prout iustitia eius declarat eũ omni laude dignissimũ, eo q̃ vnicuique
Philip. 2. reddat quemadmodũ meruit. [ET psallam nomini domini altissimi] .i. ipsimet domino cuius nomẽ
est super omne nomen: sumit enim nomen pro nomine nominato, non pro voce nominante.

ℂ EXPOSITIO allegorica Psalmi istius.

PRæterea secundũ allegoricam explanationem psalmi istius, qua .s. de Christo exponitur, opor-
tet titulum psalmi mystice declarari. Per Dauid .n. intelligitur Christus: Per Absalon, populus
Mat.26 Iudaicus Christum persequens: Per Achitophel, qui interpretatur ruina fratris, intelligitur Iu-
27. das, qui prodidit Christũ, qui seipsum fratrẽ hominum appellare dignatus est: Per Chusi, qui
Marc.14 interpretatur silentiũ, intelligitur mysterium humanæ redemptionis Iudæis iuste occultatum, gen-
Lu. 6.22 tibus autem misericorditer reuelatum, videlicet incarnatio filii dei, passio, & resurrectio eius. Per Ge
Iohan.8 mini quod interpretatur dexter, intelligitur deus pater, qui gentibus dexter seu fauẽs fuit, illuminan H
Mat.12. do corda eorũ ad cognoscendum mysteria Christi. Est igitur tituli sensus. In finem psalmus Dauid,
Marc.3. &c. i. psalmus iste dirigens nos in finem .i. in deũ ac vitã æternã, attribuitur Dauid .i. tractat de Chri-
sto, in cuius persona Dauid hic loquitur, quẽ cantauit domino .i. ad gloriam patris pro verbis Chu-
si .i. pro reuelatione secreti, videlicet pro manifestatione incarnationis: Chusi dico filii Gemini .i. pro
reuelatione secreti à deo patre reuelati, qui hoc reuelando fuit nobis geminus .i. fauẽs atq; propitius.

ℂ Igitur de Christo exponendo hunc psalmum, Christus ait ad deũ patrem seu totã superbeatã
trinitatẽ, Domine deus meus in te speraui. Christus inquãtum homo est seruus dei, quemadmodum
Esa.32. habetur, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Itaq; domi-
ne cuius pręceptis semper obedio secũdũ q̃ hõ: deus, qui creasti me quantũ ad formã serui quã acce-
Esa.42. pi, sicut per Esa. dominus ait, Ego dominus creaui illum. Meus, quem singulariter colo, ardentissi-
me diligo, incessanter contemplor, & cui immobiliter semper adhæreo: in te speraui, non sicut cæte
ri viatores, videlicet per spem quæ est theologica virtus, sed per quãdam fiduciam qua opto libera-
S. Tho.2 ri à te, à malo pœnæ, & glorificari in corpore: saluum me fac, per gloriam resurrectiõis, & per præ-
2.q.17. seruationem à pœnis quas mihi inferre optabant Iudæi, antequam venit præordinata hora passio-
articul.5. nis. Sic igitur saluum me fac ex omnibus persequentibus me, scilicet principibus sacerdotum, phari-
sæis & scribis: non vt non occidar ab eis, sed vt resurrectionem meam acceleres, & in triduo suscites

A me,& libera me ab omni angustia vitæ pręsentis:hoc enim Christus optauit,quẽadmodum in Euan
gelio protestatur,O generatio incredula,quandiu apud vos ero , quandiu patiar vos. Quanuis vero Marc.9
Christus certissime præcognouit se taliter liberandum,nihilominus orauit pro saluatione huiusmo-
di,quia sciebat sic præordinatum à deo,vt per orationem acquireret eam . Nequãdo rapiat vt leo a-
nimam meam,id est,ne inimicus meus omnino extinguat vitam meam corporalem , seruando cor-
pus in tumulo clausum,atque ab anima diutius separatum quam triduo:sicq; fides credentium pere-
at. Desiderauit autem Christus animam corpori cito reuniri,quoniam vita sua corporalis desidera-
bilissima ac nobilissima fuit propter personalem vnionẽ cum verbo. Vel sic,Nequando vt leo,id est,
diabolus qui est vt leo,rapiat animam meam in inferno eam tenendo,sicut aliorum sanctorum:vnde
passione instante Christus discipulis dixit , Venit ad me princeps mundi huius , & in me non habet
quicquamne (inquam) rapiat animam meam,dum nõ est qui redimat, neq; qui saluum faciat: quo-
niam nullus alius me redimere potest , ac saluum facere resuscitando à mortuis nisi tu. Consequen-
ter Christus ostendit immunitatem suam ab omni peccato dicens, Domine deus meus si feci istud, Mat.11
id est,si illa cõmisi,quæ Iudæi mihi imponunt,dicentes,Homo vorax, potator vini,insanit, in Beel- Iohan.10
B zebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Si est iniquitas in manibus meis,quemadmodum corã Mat.12.
Pilato dicebant, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dari Cęsa Marc.3.
ri,& dicentem se regem esse. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Christus non solum non reddidit Lucæ.11
malum pro malo,sed reddidit bonum pro malo,docendo,orando, miracula perpetrando, quatenus Lucæ.23.
incredulos ad fidem conuerteret,imo tandem in cruce pendens pro impiissimis deicidis deprecatus
est,dicens, Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt . Propter quod iuxta Prophetam Christus Lucę.23.
ad patrem ait,Nunquid redditur pro bono malum,quia foderũt foueã animæ meæ, recordare quod Iere.18
steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum,& auerterem indignationem tuam ab eis. De-
cidam merito ab inimicis meis inanis.i.si ista vel aliqua horum cõmisi,tunc iuste occidar ab aduersa-
riis meis tanquam à gratia vacuus. Qui enim culpam commisit,pœnam merito sustinet. Et debet ho
mo magis velle mortem corporalem subire, quàm minimum veniale peccatum committere . Deni-
que ait, Persequatur inimicus animam meam & cõprehendat.i. si prædictis malis pollutus sum,tunc
inimicus,id est, Iudæus seu quilibet infidelis persequatur me,quęrendo me occidere,& comprehen-
dat.i.voluntatem suam in me exerceat,& conculcet in terram vitam meam.i.operationes meas con-
temnat,vilipendat,& opprimat,tanquam iniustas atque terrenas,& gloriam meam in puluerem de-
ducat.i.nominis mei honorem,famæ excellentiam,reprobet,auferat, penitusque extinguat, ostẽden
do me non esse Christum,sed pseudo prophetam. Post hæc Christus orat pro infideliũ conuersione
C pro fidei diuulgatione,& aduersariorũ,deiectione. Exurge dñe in ira tua.i.quia dñe sine omni pecca
to persecutionẽ & mortem perpessus sum,pro tuo honore,& mundi salute,idcirco exurge.i .à quie-
te ad actum procede,in ira tua.i.in iusto iudicio,vel in tranquilla tua iustitia districte omnia iudican
te:& exaltare.i.principare ac regna per fidem & latriam, in finibus inimicorum meorum.i. in terris
gentilium,seu cordibus incredulorum conuertendo eos ad Christianæ fidei puritatem;quemadmo-
dum mihi superius promisisti,Dabo (inquiens) tibi gentes hęreditatem tuam,& possessionem tuam Psalm.2
terminos terræ. Vel exaltare in finibus inimicorũ meorum.i.in omni possessione diabolorũ qui male
viuentes tanquã proprios possident. Fines ergo inimicorũ meorum.i. corda à dæmonibus excæcata
& miserabili seruitute ab eis possessa,subiice mihi, & tuo obsequio subde, quatenus qui te spernebãt
& tibi inobedientes fuerunt,per me credẽdo,te venerentur atq; honorent. Et exurge dñe deus me-
us in pręcepto quod mãdasti.i.sicut in lege iussisti aliis facere,ita tu age. Iussisti enim vt iustis & in-
nocentibus honor & gloria impendatur,impiis vero & persecutoribus pœna atq; confusio . In hoc
ergo pręcepto exurge, faciendo iuxta ipsius tenorem me Christũ vnicum filium tuũ innocenter oc-
cisum suscitãdo,hominibus per apostolorũ ꝑdicationẽ reuelãdo, & in corde credentiũ sublimando:
obstinatos vero Iudæos dãnando,dispergẽdo,derelinquẽdo . Et est hoc potius pręedictio q̃ impreca
tio.& synagoga populorũ circũdabit te.i.si prædicto mõ exaltatus fueris & nomen meũ hominibus
cognitũ feceris,tunc vtiq; synagoga populorũ.i.congregatio verorũ Israelitarum,omniũq; electorũ
circundabit te,adhærẽdo tibi per charitatem & cultũ syncerũ. Sed qm̃ deus immensus est,quæri po-
test quomõ populus ipsum circũdare põt. Et respondendũ,quod homines deũ circũdent , non quod
D deũ intra se claudant aut ambiant,sed qm̃ mẽte amorosa,& corde purissimo, ipsum cordialiter am-
plectũtur brachiis sancti amoris,quẽadmodũ in Canticis spõsa vnigenito dei incarnato ait, Quis det Cant.8.
mihi te fratrẽ meũ,vt inueniã te foris,& deosculer,& apprehendã te. Vel dicitur,ppl̃s deũ circũda-
re,quia per modũ circundãtis se habet,dũ ex omni parte ad ipsum recurrit,& quasi circulariter ei se
applicat. Et propter hanc.i.propter electorũ salutẽ, in altũ regredere.i.teipsum magnifica, & te solũ
adorandũ ostende, qui te quodã mõ paruificasti , qm̃ idololatriã atq; pctã sic inualescere permisisti:
Dñs iudicat populos,examinãdo,separãdo,& remunerãdo. Iudica me dñe secundũ iustitiam meam,
& secundũ innocẽtiam meã super me.hoc soli Christo summe & optime dicere competit, sicut ipse
ab omni labe peccati purissimus extitit. Ipse ergo tutissime ait, Iudica me domine.i.discerne causam
meã,& eripe me ab impiis: atq; restitue mihi secundũ iustitiã meã.i.secundũ dignitatẽ & merita vitę
meę,quatenus sicut ego te semp honoraui,sic tu honores atq; glorifices me. Sicut p Samuelẽ dixisti, 1. Reg. 2.
Quicunq; honorificauerit me,glorificabo eũ:qui autẽ contemnunt me,erunt ignobiles. Et secũdum
innocentiã meam super me.i.sicut ego in nullũ deliqui, sed toti generi humano æternæ beatitudinis
remedia præstiti: sic nõ inualescat in me impiorũ malignitas. Consumetur nequitia peccatorũ.i. Iu-
dæorum & persecutorum meorum malitia terminetur, & iusta pœna plectatur. Et diriges iustum.i.

me ſanctum ſanctorum ad teipſum in aſcenſione perduces,& ad dexteram tuam locabis,quemadmo B
dum modo impletũ eſt,Iuſtũ adiutorium meũ à domino:quia enim in omnibus patris honorẽ quęſi
ui,iuſtum eſt me adiuuari ab eo.Deus iudex,per authoritatẽ ac interiorẽ examinationem,iuſtus,for-
tis,imo omnipotens,& patiens:non illa patientia quæ eſt virtus moralis paſsionẽ triſtitiæ refrenans
ac ordinans,quemadmodũ mititas iram:ſed patiens propter longanimẽ expectationem ac pœnæ di
lationẽ.Nũquid iraſcetur per ſingulos dies.i.nunqd repente & ſtatim vlciſcetur ſe de crucifixoribus
atq; homicidis ac aduerſariis Chriſti filii ſui dilecti?q.d.nõ, ſed diu ſatis poſt Chriſti paſsionẽ expe-
ctauit Iudæorum conuerſionẽ.Et iſtud dicit ſpũs ſanctus per prophetã ad confutandũ errorem vel
potius cæcitatem Iudæorum.Sic enim dicebant apud ſemetipſos,Si hic eſt Chriſtus electus dei,vti-
Sapien. 2 que deus eripiet eum de manibus noſtris,& non deſinet eum occidi, propterea per tormenta tente-
mus,an ipſe ſit filius dei.Et iſtud in Sap.lib.pulchre innuitur.contra hos igitur dicitur,Nunqd deus
iraſcetur per ſingulos dies.i.nũquid ſtatim eripiet iuſtum,& vindicabit iniuriam eius:ſed ô Iudæi ne
longanimitas dei fiat vobis occaſio damnationis maioris, quia, Niſi conuerſi fueritis ad Chriſtum,
quem negaſtis,& ſuſpendiſtis in ligno,deus iudex gladium ſuũ vibrauit,arcum ſuum tetendit, & pa
rauit eum.Hoc de occiſione ac vaſtatione eorum, quę per Veſpaſianum ac Titum impleta eſt,cõue
nienter accipitur.Gladius enim & arcus Veſpaſiani & Titi, dicitur gladius & arcus dei, quoniã ex
Ezech.5. diuina ordinatione venerunt ad perſequendum Iudæos. Vnde in Ezechiele dominus gladium regis F
6.7.11. Babylonis nominat gladium ſuum.Et in eo,ſcilicet in arcu ſuo dominus parauit vaſa mortis:& quæ
21.32. ſint vaſa mortis, mox inſinuat : ſagittas ſuas ardentibus effecit . Sagittæ enim dicuntur vaſa mortis,
33.38. quia cauſaliter continent mortem,& ſubito inferunt eam.Has ſagittas deus effecit,ſeu præparauit ar
Lucæ.11 dentibus.i.Iudæis contra Chriſtum furentibus.Ecce parturiuit populus Iudæorum iniuſtitiam, ca-
lumniando opera Chriſti,& dæmoni ea attribuendo: concepit dolorem , quia triſtabantur propter
Iohan.12 gloriam miraculorum Chriſti,& de hoc quod multi credebant in eum. Vnde etiam cogitabant occi
dere Lazarum à Chriſto reſuſcitatum,quoniam propter illum multi credebant in eum . Et peperit
iniquitatem.i.plebs Hebræorum ex dolore quem contra Chriſtum concepit ad grauiſsimã illam ini
quitatem prorupit,qua vnigenitum filiũ dei,ſceleratiſsimis atque ſacrilegis manibus occidit. Lacum
aperuit.i.Chriſto occaſionem ruinę propoſuit,ſeu laqueũ mortis præparauit , & effodit eũ,profun-
dando conſilium quomodo nomen atq; memoriam Ieſu prorſus extingueret:& incidit in foueã quã
fecit,qm̃ Chriſtum occidendo meruerunt occidi, diſpergi, & minorari,ſicut & factũ eſſe cernimus.
Conuertetur dolor eius in caput eius,quia quod populus Iudęorũ Chriſto facere cogitauit,ipſemet
paſſus eſt:& in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.i. peccatum Iudęorũ qui Chriſtũ negabant,
Mat.27 occidebant,atq; clamabant,Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros,deſcendet, prophetia eſt,
quæ modo impleta eſt,deſcendet, inquam.i.redundabit & reuertetur in verticem ipſius.i.in intelle-
ctum populi huius,ita vt penitus obtenebrentur corda ipſorũ,& obſtinẽtur in malo,neq; recedat ab G
Iohan.10 eis iſta malitia,niſi in fine ſeculi,quãdo fiet vnus paſtor & vnũ ouile. Cõfitebor dño ſecundũ iuſtitiã
eius,verba ſunt Chriſti regratiantis deo ſublimi,de omnibus nunc prædictis, cõfitebor (inquit)domi
no.i.deo patri vel ſummæ trinitati,ſecundũ iuſtitiam eius,qua me exaudiuit,liberauit,& ſuſcitauit,at
que incredulos perdidit: & pſallam nomini domini altiſsimi.i.laudẽ dicam deo trino ac ſimplici.

¶ EXPLANATIO tropologica Pſalmi ipſius.

INſuper iuxta tropologicam expoſitionem,talis eſt ſenſus tituli pſalmi iſtius, Pſalmus iſte dirigens
nos in finem.i.in Chriſtum, attribuitur Dauid.i. fideli, cui facta eſt reuelatio myſteriorum Chri-
ſti,quem pſalmum ille fidelis cantauit domino.i.ad laudẽ dei,pro verbis Chriſti.i. pro manifeſta-
tione alti ſilentii,quo Chriſtus dimicauit contra Iudæos , occultans eis myſterium ſuæ paſsionis.
Fidelis igitur deum cupiens exorare primo prætendit meritum,dicens,Domine deus meus in te ſpe
raui,quatenus aures diuinæ pietatis tali præludio attrahat, & in ſeipſo maiorem fiduciam exauditio
nis concipiat.Sperans enim in domino meretur exaudiri ab ipſo. Itaque domine vniuerſorum deus
Iere.17. meus propter ſingularem affectum,& cordis feruorem in te, in te ſperaui. Nam maledictus qui con
fidit in homine , & ponit carnem brachium ſuum . Idcirco ſperaui in te , quia tu ſolus potes ſalua-
re me.Sed vide ô ſerue dei,vt iſta tibi vere conueniant,vide vt is qui eſt omnium dominus, ſit ſpecia H
liter deus tuus,ita vt tota & pura ac integra mente ei adhæreas , omnem affectionem à ſummi boni
amore elongantem abiicias:quoniam vnum eſt neceſſarium, beatus homo qui hoc modo domino di
cere poteſt,deus meus:non eſt hoc omnium,ſed perfectorum duntaxat:ſacratiſsimus enim ille atque
diuiniſsimus Dionyſius in libris ſuis ſcribit,deus: & ſi fas eſt dicere, meus:non audebat abſolute dice
re ,deus meus, quod tamen veriſsime dicere potuit, quia inſtar ferri candentis atq; carbonis igniti in
dei amore mirabiliter ęſtuabat:ſaluũ me fac ex omnibus pſequentibus me,ne tentationibus dęmonũ
vincar,vel carnis illecebris maculer,aut à mundo ſeducar,& libera me à vinculis pctõrum, & à ma-
lis futuris.Ne qñ rapiat perſecutor ac hoſtis vt leo animã meam, alliciendo eam ad cõſenſum pecca
1.Petri.5. ti,aut alio mõ eam fallendo.Vnde prima Petri docemur,Sobrii eſtote & vigilate,quia aduerſarius ve
ſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret,cui reſiſtite fortes in fide. Domine
deus meus ſi feci iſtud,quod ſequitur,nẽpe ſi eſt iniquitas in manibus meis.i.in operationibus & con
1. Ioh.1. uerſatione mea,non q nunquã peccauerim,vel ab omni pctõ immunis ſim (Si enim dixerimus quia
Iohan.15 pctm̃ non habemus,noſmetipſos ſeducimus.Et nemo mundus à ſorde etiamſi vnius diei ſit vita eius
ſuper terram) ſed ideo dico,non eſt iniquitas in manibus meis,qm̃ non intendo alicui nocere:& tibi
ô domine propono fideliter obedire , & de malis præteritis doleo , ſicque me ab omni pctõ mortali

A purum cõfido, præsertim propter id quod sequitur, Si reddidi retribuentibus mihi mala.i.si vindicaui meipsum, si non indulsi proximis meis, si nõ impleui illud apostoli, Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ: decidam merito ab inimicis meis inanis.i.tunc merito præualebit aduersarius meus in me. Si nanq; inuenitur iniquitas in manibus meis.i.cõsensus peccandi, propositumq; nocendi, & si meipsum vlciscor, tũc merear non exaudiri à te, & ita destitutus ope & gratia tua protinus cadã atq; deficiam. Hoc autẽ quod dicitur, decidã merito ab inimicis meis inanis, & persequatur, &c. nõ dicitur imprecando vel desiderãdo, sed veritatẽ pãdendo: si, inquam, reddidi retribuentibus mihi mala, Persequatur inimicus animã meã, & cõprehendat.i. quia tum vtiq; merui vt hanc persecutionẽ patiar, Persequatur inimicus.i.tentator scilicet dæmon vel mũdus, seu fomes peccati, animã meã, conãdo eam ad culpam inducere: & cõpræhendat.i.eam in lege peccati captiuã obtineat: & conculcet in terram vitã meã.i.affectum animæ meæ tẽporalibus terrenisq; rebus subiiciat, & operationes meas infimis ac vilibus rebus agglutinet, quemadmodũ Ieremias ad dominũ ait, Recedentes à te in terra scribentur, & gloriam meã in puluerẽ deducat.i.intellectualẽ animæ meæ portionẽ, per quam à bestiis separor, ac summæ trinitatis imagine ornor, ita obtenebret, vt tanquã irrationabilis existimer, & iumentis insipiẽtibus comparer. Ex his autẽ docetur & cõmendatur nobis patientiæ virtus, ne alicui vel noceamus vel nocere optemus, nullã exigendo vindictã, nec zelum animarũ gerendo ad aliquem, sed cordialiter remittendo: quia nec aliter à domino exaudiri possumus, sed omnibus insidiis inimicorũ nostrorũ nosipsos exponimus atq; patemus: quẽadmodũ sapiẽs inquit, Qui vindicari vult à deo inueniet vindictam: homo homini seruat irã, & à deo quęrit medelã. In hominẽ sibi similẽ non habet misericordiam, quis exorabit pro peccatis illius? Sunt quoq; patientiæ tres gradus. Primus est pro culpa cõmissa illatã pœnam æquaminiter ferre. Secũdus est pœnã iniuste illatã sine tristitia sustinere. Tertius est nõ solum illata gaudẽter tolerare, sed etiã pro malis reddere bona. Horum patiẽtiæ graduum primus est infimus, & de necessitate salutis, de quo ait Saluator, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundus est altior, de quo Petrus in prima sua canonica asserit, Hæc est gratia si propter conscientiã dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Tertius vero gradus est summus, quẽ imitari Christianæ perfectionis est. Post hæc orat fidelis pro resurrectione Christi, quæ sibi diuinitus occulte est reuelata, & poterat ista esse oratio antiquorum sanctorũ dicentium, Exurge domine ô Christe, & rex Messia à mortuis in ira tua iuste derelinquendo obstinatos incredulos, misericorditerq; vocando ad fidẽ electos, & exaltare in finibus inimicorũ meorũ. Hoc in præcedenti expositiõe satis tractatum est. Potest quoq; aliter iste locus exponi, Exurge domine, id est, mihi succurre, & fac me exurgere à torpore pigritiæ, ab omniq; vitio, & exaltare in finibus inimicorũ meorũ.i.per charitatem ac fidem regna & habita in corpore meo, & omnibus membris meis, in quibus viget lex peccati, atq; in viribus animæ meæ, in quibus amplius dominatur originalis culpæ infectio seu fomes. Hæ autem vires sunt appetitus concupiscibilis, & irascibilis, ratio atq; voluntas, in quibus sunt quatuor vulnera animæ. nã in cõcupiscibili est cõcupiscentia, in irascibili infirmitas, in ratione ignorãtia, & in voluntate malitia. In his ergo ô domine exaltare & regna, vitia expellendo, corpus spiritui subiiciendo, vires naturales virtutibus adornando, ne vltra sint fines inimicorũ meorũ.i. ne de cætero regnet in eis dæmon & vitiũ. Et exurge domine deus meus, me exaudiendo & adiuuando in præcepto quod mãdasti.i.dando virtutẽ exequendi, ac implendi præceptũ, quo mandasti nos à carnalibus desideriis abstinere, & sobrie, iuste ac sancte ac pie incedere: & synagoga populorũ circundabit te.i. si dederis mihi hanc gratiã tam sancte viuẽdi, profecto multi exẽplo mei ædificabuntur, & cõuertentur ad te: sicq; cõgregatio populi conuolabit ad te gratiã deprecando, vt dones eis vitã talẽ qualẽ mihi dedisti: & ideo subditur, Et propter hanc.i.synagogæ seu populi fidelis salutẽ in altũ regredere.i. in supremo animæ meæ principare ac præside, omnia opera mea dirigẽdo secũdum diuinæ legis ac rectę rationis imperiũ. Iudica me domine secundũ iustitiã meam. Hæc est oratio viri perfecti, de sua perfectione nõ elati sed domino grati, sciens sua merita esse dei dona: atque bona sua cõmemorantis nõ ad propriã laudẽ, sed ad creatoris honorẽ. Itaq; ait, Iudica me domine .i.discerne ac segrega me à societate malorũ, ne eis actu aut voto cõmunicem: quãuis enim modo cũ eis localiter habitẽ, in vita tamen futura separabis me ab eis loco & gloria, secundũ iustitiã meã qua bona cõmisi: & secũdum innocẽtiam meã, qua à malo declinaui. Cõsumetur nequitia peccatorũ.i.nõ diu duret, sed finẽ accipiat omnis persecutio, atq; tẽtatio malignorũ qui opprimũt iustos. Breue.n.est omne quod nos mõ affligit: sed æterna sunt gaudia quę iustis reposita sunt, æterna quoq; tormenta impiis restãt: & diriges iustum.i.cogitationes eius, affectus, verba & opera ordinabis: & recte perduces ad te, qui es omniũ rerum vltimus finis. Cætera aũt quę restant, exponẽda sunt sicut ante exposita sunt. Sed attẽde tibi ô frater cũ psalmum hunc cantas vel legis, ne os tuũ condẽnet te, videlicet si sit iniquitas .i. mala voluntas, & cor impœnitens in manibus tuis, id est, in viribus operatiuis, & ne velis male facientibus malefacere, sed redde bonum pro malo Et dimitte si quid habes aduersus aliquem, vt & pater cælestis tibi ignoscat. Patientia nempe nobis summe necessaria est, & qui eam non habet, nunquam vel raro quietus erit.

Margin: B; C; D — Ro.12. Iere.17. Eccle. 38 Nota. Lucę. 21. 1.Pet.2. Rom. 7. 1.Pet.2. Rom.8. 1. Thes.5 Rom.12 1.Pet.3. Marc.11.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM VIII.

### EXPOSITIO Tituli.

EST autem titulus psalmi huius, In finem pro torcularibus, Psalmus Dauid.id est, psalmus iste à Dauid cõpositus est, & in finem, id est, in Christũ nos dirigens scriptus, & editus pro torcularibus, id est, pro congregatione fidelium, qui in præsenti multis tribulationibus tanquã qui-

busdam torcularibus molestantur, quatenus expurgati à vitiis deo acceptabiles fiant. Loquens ergo E
propheta ad deum in persona militantis ecclesiæ vel cuiuslibet fidelis, Christi vestigia imitantis ait,

PRECATIO

*Per admirabile nomen tuum in uniuersa terra domine Iesu Christe, per apostolos propagatum perfice laudē uicto riæ tuæ in nobis, qui sumus opera digitorū tuorū, ut destructo inimico, perpetuo gloriæ & honoris coronemur triūpho.*

EXPOSITIO Psalmi literalis.

DOMINE] omnium per vniuersalem præsidentiam [DOMINVS no- 1
ster] per specialem prouidentiam, qua dirigis nos ad vitam æternam, impedi-
1.Tim.6. menta salutis tollendo, atque per fidem & cultum, quibus tibi soli sicut vero
Exo.33, deo singulariter adhæremus [QVAM admirabile est nomen tuum in vniuer-
sa terra] id est, quam imperscrutabilis, incomprehensibilis, & excellens, atq;
magnificus es in vniuersis hominibus toto orbe terrarum diffusis? Deus glo-
riosus & sanctus in se ipso omnino inuisibilis, superessentialis, & prorsus igno
tus est omni mēti humanæ ac viatori, propter quod inaccessibilem lucem in-
habitare censetur, & ad Mosen dixit, Non videbit me homo & viuet. Porro intantum cognoscimus F
eum, inquantum per suos effectus nobis innotescere potest. Duplex vero est dei effectus, videlicet
naturalis & supernaturalis: & quanto effectus dei sunt sublimiores & incomprehensibiliores, tanto
ex contemplatione ipsorum deus mirabilior comprobatur, magnificentiorq; apparet. Supernatura-
les autem effectus qui ad mysteria gratiæ pertinent sublimiores, & multo incomprehēsibiliores sunt
naturalibus effectibus qui spectant ad legem ordinemq; naturæ, & tamen in vtrisq; apparet deus ad
mirabilis, sed in supernaturalibus admirabilior esse ostenditur. Semper igitur & vbiq; fuit deus subli
mis & benedictus admirabilis: quantum ad naturales suos effectus: ex quorum speculatione omni-
bus semper innotescere potuit, quàm incomprehensibilis opifex esset deus. Sed quo ad supernatu-
rales effectus erat deus præcipue admirabilis tempore Mosaicæ legis in terra Hebræorum, sed &
Psal.75 postea dicitur, Notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius. Sed tempore gratiæ atq; euange
licæ legis factus est deus admirabilis, non solum in vna terra, scilicet in Iudæa, imo in vniuersa terra,
Matt.4. vbicunq; prædicatum est euangelium regni dei. Quoniam deus per seruos suos in omnibus finibus
mundi mirabilia magna fecit, atq; hominibus occulta & secreta suæ sapiētiæ demonstrauit, per præ-
dicationem apostolorum reuelando mysterium incarnationis, passionis, resurrectionis ascensionisq;
Christi, & alia mirabilia testimonia legis & fidei Christianæ, ex quibus omnibus valde admirabile,
Rom.11. & penitus imperscrutabile factum est nomen domini in omnibus finibus mundi, quemadmodum G
Apostolus ait, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, & inuestigabiles viæ eius. Præuidens ergo in spiritu beatissimus Dauid supernaturalia opera
dei in Christi aduentu futura, & toti mundo manifestanda, admirando sic ait, Domine dominus
noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et quanuis hoc dici posset ad deum pa-
trem seu quamlibet diuinam personam, specialiter tamen refertur ad filium. Vnde statim causam hu
ius admirabilitatis insinuat. ¶(2) QVONIAM eleuata est magnificentia tua] .i. tuipse qui es ma-
Ephe.4. gnus atq; magnificus exaltatus es [SVPER cœlos] quēadmodū ait apostolus, Qui descēdit ipse est
& qui ascēdit super oēs cœlos, vt adimpleret omnia. Ex hoc eñ quod Christus vsq; ad dei patris cō
Act.10. sessum ascendit, factum est nomen eius admirabile in vniuersa terra, quia ex tunc misit spiritum san-
ctum, & apostolos prædicare præcepit, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum & mor
tuorum. Deniq; Christus secundum vtramq; suā naturam admirabilis est, maxime tamen secundum
Matt.21. naturam diuinam, eleuatio autem competit ei ratione humanæ naturæ. ¶(3) Ex ore infantium &
lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos] Istud melius exponi non potest, quàm ad lite-
Psalm.8. ram de illa laudatione, qua in die palmarum pueri Hebræorū Christo occurentes clamabant, Osan-
1.Co.14. na filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Nam Christus principibus sacer
dotum indignantibus, quod pateretur se ita laudari, respondit, Nunquid legistis, Quia ex ore infan-
tium & lactentium perfecisti laudem: tanquā diceret, Vos qui estis magistri in Israel, merito cogno-
sceretis hoc esse prophetatum de me, & nunc illud impleri in me. ait ergo ecclesia ad Christum, Ex H
ore infantium & lactentium. i. ex ore puerorum atq; simplicium hominum, qui dicuntur infantes,
quia illiterati: & lactentes, quia innocentes, quemadmodum ait apostolus, Nolite pueri effici sensi-
bus, sed malitia paruuli estote: perfecisti ô Christe laudem, quia per inspirationem spiritus sancti qui
procedit à te, instruxisti corda prædictorum puerorum, vt te ita laudarent, propter inimicos tuos, id
1.Cor.1. est propter incredulos confutandos, prout apostolus dicit, Quæ infirma sunt mundi, elegit deus, vt
confundat fortia [VT destruas] id est, in præsenti relinquas à gratia, & in futuro repellas à gloria
[INIMICVM] id est, aduersantem tibi populum Iudæorum [ET vltorem]. id est, eundem populū
te persequentem, qui te velut blasphemum ac legis præuaricatorem occidit, sicq; videbatur sibi, quod
Ioh.9. iniuriam dei vindicaret in te. Vnde alia translatio habet, defensorem. Iudæi nanq; excusabant se à
peccato in Christi occisione, defendentes se per legem quam dicebant non seruari à Iesu. Dicebant
enim, Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Potest quoq; hic locus aliter explanari, vt
sit sensus, Ex ore infantium & lactentium, id est, ex prædicatione & doctrina apostolorum qui nomi
Matt.18. nantur infantes & lactentes, non ratione ætatis, sed propter comparationem ad puerorum proprie
1.Petr.2. tatem, prout ait saluator. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum
cœlorum. Et apostolus, Sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite. Perfeci-

A ſti ô domine laudem.id eſt,promulgaſti euangelicã legem,in qua continetur laus tua. Vt deſtruas.i.
confundas ac reprobes,inimicum,id eſt,omnem mundi huius philoſophum extollentem ſeipſum,&
ſimplicitatem fidei irridentem:& vltorem,id eſt, omnem tyrannum ac perſecutorem fidelium. Ex
hoc enim quòd totus mundus ad tam incomprehenſibilem ac ſupermirabilẽ Chriſti fidem conuer-
ſus eſt per homines illos illiteratos, ineloquentes, paucos, & ſimplices, euidenter probatur fides iſta
eſſe à deo,quia niſi deus ſupernaturaliter per homines illos operatus fuiſſet,nequaquam mundũ cõ-
uertere potuiſſent. Sicq; confunditur philoſophorum inanis loquacitas, atq; tyrannorum ſæuiſſima 1. Cor. 1.
rabies,dum ipſis relictis ac ſpretis,illiterati & ſimplices,à deo electi ſunt,& ad tantum gratiæ culmẽ
promoti,quemadmodum infra de apoſtolis dicitur, Quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati Pſal. 46.
ſunt. ℂ (4) QVONIAM videbo cœlos tuos ]Iſtud dupliciter exponi poteſt, videlicet ſpirituali-
ter ſeu myſtice,ſicq; refertur ad ea quæ dicta ſunt:nam cauſa illorum nunc aſsignatur, vt ſit ſenſus,
Domine dominus noſter,quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. &, Ex ore infantium
& lactentium perfeciſti laudem. Et hoc ideo dico, & ſcio,quoniam videbo,id eſt, ſpiritualiter con-
templabor,& conſiderabo cœlos tuos,id eſt, ſanctos apoſtolos, in quibus quaſi in cœleſtibus habi-
tas[ OPERA digitorum tuorum ] id eſt,creaturas ſapientiæ tuæ,quas ordinatiſsime diſtinxiſti,dan-
do diuerſa munera gratiarum. Et nõ ſolum videbo hos cœlos,ſed etiam conſiderabo[ LVNAM ].i.
B militantem eccleſiam,omne lumen ſuum à ſole iuſtitiæ Chriſto recipiẽtem [ ET ſtellas quæ tu fun-
daſti] id eſt,homines orthodoxos admodum fideles,ſeu ſanctos doctores,qui verbo, vita & ſapien-
tia alios inſtruunt. De quibus Daniel ait, Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ fulgebunt Dan. 12.
in perpetuas æternitates. Has ſtellas tu deus ſundaſti, id eſt,per ſpiritum ſanctũ inſtruxiſti,& in fi-
de fixiſti fortiſsime,ſicut ſtellæ figuntur in orbe. Præterea exponi poteſt hic locus ad literam, ſicq;
refertur ad ea quæ ſubſequuntur:vt ſit ſenſus, Quoniam videbo cœlos tuos,id eſt, ex quo conſidera-
bo & ſciam cœlos eſſe tuos,id eſt,à te creatos. Et videbo lunã & ſtellas,quæ tu fundaſti id eſt,de ni- Gene. 1.
hilo ad ſtabile,ac incorruptibile eſſe perduxiſti: quẽadmodũ ſcriptũ eſt, Dominus ſapientia fundauit Prou. 3.
terram,ſtabiliuit cœlos prudentia. Ex quo(inquam)iſta videbo,propterea aduerto & dico,ô domine
ℂ (5) QVID eſt homo quod memor es eius ]id eſt,ex hoc quod ſcio cœlos,lunã, & ſtellas eſſe ope
ra tua,conſtat quòd homo eſt res tam vilis & modica, præſertim per comparationem ad te, vt mirũ
ſit,quod memor ſis hominis,ſubueniendo ei per pietatem & gratiam,[ AVT( quid eſt) filius homi-
nis] id eſt, Chriſtus,ſecundum quod homo & creatura aliquo modo [QVONIAM viſitas eũ] aſſu-
mendo humanam eius naturam ad diuinæ tuæ naturæ perſonalem vnionem? Hoc enim ô domine
per ſolam gratiam tuam increatam factum eſt,non per merita præuia hominis Chriſti. Porro quod
C iſtud atq; ſequentia de Chriſto ad literam intelligenda ſint,hinc conſtat,quòd apoſtolus per iſtã ſcri Hebre. 2.
pturam oſtendit excellentiam Chriſti præ angelis. Ait nanq;, Non enim angelis ſubiecit deus orbem
terræ. cum vero qui modico quàm angeli minoratus eſt, vidimus Ieſum, propter paſſionem mortis
gloria & honore coronatum. Argumentum autem ex autoritate ſcripturæ non valet, niſi ſecundum
intellectum literalem, vt dictum eſt. ℂ (6) MINVISTI ( ô domine deus) eum ] ſcilicet Chriſtum
hominem [ PAVLO minus ab angelis ] id eſt,quo ad aliquid feciſti eum angelis inferiorem, nempe
quòd fuit paſſibilis & mortalis [ GLORIA & honore coronaſti eum, ] gloria eſt clara cum laude
notitia: Honor vero,eſt exibitio reuerẽtiæ in ſignum virtutis. Deus ergo coronauit,id eſt, vndiq; &
multipliciter adornauit Chriſtum gloria,quatenus reuelauit hominibus maieſtatẽ ipſius, dando eis
claram de Chriſto notitiam:coronauit eum etiam honore,inquantum omnes electos inducit ad ve-
nerationem ipſius. Deus itaq; coronauit Chriſtum honore & gloria,quoniam propter meritum ſuæ
obedientię, paſsionis, ac mortis, ſuſcitauit eum à mortuis, glorificauit in corpore, exaltauit eum ſuper Phili. 2.
omnes cœlos, & collocauit à dextris ſuis. Et hoc eſt quod ait apoſtolus, Chriſtus factus eſt pro nobis
obediens vſq; ad mortem: propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper
omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum[ ET con
ſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum] Denique deus conſtituit eum ſuper opera manuum ſua-
rum,quia prætulit atq; præpoſuit eum omni creaturæ. Nam Chriſtus vt homo etiam ſummos ange-
lorum purgat,illuminat, & perficit ſecundum Dion. Et de plenitudine eius omnes accipiũt. & iſtud
euidentius manifeſtat dicens. ℂ (7) OMNIA ſubieciſti ſub pedibus eius] id eſt non ſolum Chriſtũ
ſecundum quod homo eſt, viſitaſti modo prædicto, ſed etiã omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, id eſt,
totum vniuerſum, viſibilia & inuiſibilia: rationabilia & irrationabilia, intellectualia ac reliqua om- Iohan. 1.
D nia ſubdidiſti potentiæ Chriſti,quatenus homo eſt Omnia enim quæ Chriſtus vt deus creauit, ſibi
vt homini à deo patre ſeu tota trinitate ſubiecta ſunt,ſicut poſt reſurrectionem, Data eſt(inquit)mi- Matt. 28.
hi omnis poteſtas in cœlo & in terra imo à primo incarnationis ſuæ momento,omnia ſibi erant ſub
iecta propter vnionem cum verbo:ſed poſt reſurrectionem,ſubiectio iſta magis innoteſcere cœpit,
quando in nomine Chriſti cœperunt miracula magna ac plurima fieri. Conſequenter quod in com-
muni dixit, magis ſpecificat [ OVES & boues vniuerſas,inſuper & pecora campi ] ℂ (8) VOLV
CRES cœli & piſces maris qui perambulant ſemitas maris ] Quod quibuſdam videtur non debere
literaliter accipi. Sed quamuis congruentius myſtice exponatur, poteſt tamen ad literam exponi de
beſtiis,quæ Chriſto dicuntur ſubiectę,non ſolum vt cæteris hominibus, ſed quia obediunt ei in his
quæ naturalem legem & ordinem rerum tranſcendunt,nempe in miraculoſis effectibus. Vnde Chri
ſtus apoſtolis dixit, Signa eos qui crediderint,hæc ſequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, ſer- Mar. 16.
pentes tollent,& ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Multiſq; ſanctorum animalia huiuſ- Expoſi.
modi in virtute Chriſti ſupernaturaliter paruerunt. Verum myſtice exponendo, per oues intelligũ-

Iohã. 20. tur boni fideles, de quibus ad Petrum dominus, Pasce (inquit) oues meas. Per boues intelliguntur do- A
ctores, qui verbis diuinis corda credentium colunt atq; fœcundant. Per pecora campi intelliguntur
Phili. 3. delitiosi atq; carnales, qui velut pecora pascunt seipsos. Per volucres cœli accipiuntur superbi & ia-
Roma. 8. ctantes seipsos: vel etiam contemplatiui, quorum conuersatio est in cœlis. Nã per pecora accipi pos-
sunt optimi Christiani, qui sequendo Christum dicere possunt, Quoniam propter te mortificamur
Psal. 103. tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Per pisces autem maris intelliguntur qui in rebus mun
danis vagantur & fluctuantur, isti enim perambulant semitas maris, id est seculi huius. de quo postea
dicitur, Hoc mare magnum & spaciosum manibus. Omnia ista hominum genera subiecta sunt Chri
1. Tim. 1. sto. Quia quos vult, saluare potest, & vniuersos & singulos potenter ac iuste iudicabit. Et quoniam
etiam reprobi modo in ecclesia cũ electis coniuncti sunt & Christo per fidem subduntur, aliqui quo-
que malorum conuertuntur ad ipsum per charitatem, & vitæ munditiam, sicut testatur apostolus,
quoniã Christus venit in hũc mundũ, peccatores saluos facere. Postremo ex consideratione horum
mirabilium inflammatus, & spiritualiter exhilaratus sanctus propheta, repetit psalmi huius exordiũ
dicens. ¶ (9) DOMINE dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra ]
In hoc igitur psalmo de duplici natura Christi, videlicet diuina & humana, & de vnitate personæ in B
ipso euidentissime locutus est sanctus Dauid, sicut etiam in psalmo secundo fecit, & infra sæpius fa-
ciet. Quoniam autem psalmus iste ad diuinam pertinet laudem, & ad commemorationem beneficio-
rum ipsius, debemus eum semper cum ingenti cordis lætitia & magno charitatis feruore depromere, quatenus congratulemur domino deo nostro, & grati inueniamur beneficiis eius.

EXPOSITIO EIVSDEM psalmi iuxta sensum tropologicum.

Moraliter autem exponi potest psalmus iste, ab eo loco, vbi dictũ est, Quid est homo, de quo-
libet homine, vt sit sensus, Quid est homo quod memor es eius, assumendo naturam huma-
nam pro eo: aut filius hominis, id est, quilibet de genere Adæ: quoniam visitas eum, non solũ
spiritualiter per gratiæ infusionem, sed etiam corporaliter post incarnationem inter homi-
Baruc. 3. nes conuersando, quẽadmodum Baruch dicit, Qui fecit stellas, hic est deus noster, & post hæc in ter
ris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vel, visitas eum, per apparitionem angelorũ, per ora
cula prophetarum, per prædicationem apostolorum, per operationem signorum. Minuisti eum pau
lominus ab angelis. id est, tam vehementer hominem sublimasti per beneficia ista prædicta, vt videa
tur quasi angelis parificatus, & parum distans à dignitate ipsorum: & hoc clarius probat, gloria (in-
quiens) & honore coronasti eum. id est, fecisti eum spectabilem & honorabilem in mentibus angelo-
rum, ex hoc enim quod deus ita visitauit & benefecit hominibus angeli sancti reputant eos dignos C
gloria & honore, & diligentius eos custodiunt, reuerentialiusq; ipsis ministrant. Vel, gloria & hono
re coronasti eum, id est, imagine sanctę trinitatis ornasti animam eius, propter quod sublimior atq;
præstantior est omni creatura irrationali, & ideo additur. Et constituisti eum super omnia opera
manuum tuarum. Omnia enim elementa & mixta condidit deus propter nos, ordinauitque ea ad no
stram vtilitatem, necessitatem, & vsum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: nõ simpliciter omnia, sed
omnia, de quibus subiungitur, Oues & boues vniuersas, & cætera. non quod omnia ista cunctis homi
nibus ad nutum obediant, nullique noceant: sed quoniam homo naturaliter dignior eis est, quia ad
imaginem & similitudinem dei creatus est. Veruntamen dicere possumus, quod etiam angeli atque
cœlestia corpora aliquo modo sunt subiecta homini, inquantum ei ministrant: quia de angelis ait apo
Hebre. 1. stolus, quod omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter electos. De orbibus
quoque cœlorum & planetis ac astris Moses dicit, Ne oculis eleuatis ad cœlum, videas solem & lunã
Deute. 6. & omnia astra cœli, atque errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit dominus deus tuus in mi-
nisterium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. Siue autem de Christo, siue de quolibet homine expo
natur hic locus, semper ostenditur ex eo error Manichæorum, dicentium, hæc corruptibilia ac cor-
poralia non esse creata à deo lucis. Error etiam quorundam philosophorum ponentium ista variabi
lia atq; irrationabilia diuinæ prouidẽtiæ non esse subiecta: ex quorũ persona in Iob dicitur, An cogi-
Iob. 22. tas quòd deus excelsior cœlo sit, nec nostra cõsiderat, & circa cardines cœli perambulat. Destruitur
insuper ex his Pythagoricorum opinio, qui dicebant esse sacrilegum, bruta occidere & manducare. D

EXPOSITIO EIVSDEM psalmi iuxta sensum anagogicum.

Denique iuxta anagogicum intellectum exponendus est psalmus iste de triumphante ecclesia
seu quolibet beatorum in patria. Ecclesia ergo triumphans (quæ ex angelorum & hominum
societate constat) faciem sanctę trinitatis semper contemplans, nec tamen eam perfecte cõpre
hendere valens, ait, Domine omnium per tuam omnipotentiam, dominus noster per beatam
fruitionem & gloriam consummatam, quàm admirabile est nomen tuum, id est, incomprehensibile,
in vniuersa terra, id est, in omni regione viuorum, in tota terra viuentium, in mentibus vniuersorũ
cœlestium ciuium. Solus nanque deus seipsum perfecte comprehendit, & ideo addunt, Quoniã ele-
uata est magnificentia tua, id est, maiestatis tuę sublimitas exaltata est, super cœlos, id est, super om-
nem capacitatem atque notitiam cœlestium intellectuum. Cũ enim sit deus benedictus & sanctus ve
1. Iohã. 3. re immensus, omnis creati & finiti intellectus capacitatem in infinitum transcendit. Et ideo sancti in
patria, quamuis videant deum, sicuti est, scilicet, per speciem, non tamen cognoscunt deum tam cla-
re & plene, sicut ex seipso cognoscibilis est, propterea dicunt, eleuata est magnificentia tua, non per
motum aut locum cum sit immobilis & illocalis, sed per dignitatem & incomprehensibilitatem. Ex

A ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Hoc beati in patria ad literam dicere possunt ad glo
riam dei de animabus sanctorum innocentium ab Herode interfectorum, imo de spiritibus omnium
paruulorum electorum ante tempus discretionis defunctorum, qui tempore legis naturæ saluaban-
tur fide parentum, tempore legis scriptæ per circumcisionem, sed tempore legis gratiæ per bapti-
smum. Ex horum enim ore, id est, mēte, deus in patria perficit laudem suam, quoniam facit eos incef Matth. 2.
sabiliter laudare seipsum propter inimicos tuos confundendos, videlicet, vt confundas luciferum, &
angelos eius, dum vident animas puerorum sublimari ad gloriam illam, de qua ipsi prolapsi sunt, vt
destruas inimicum, id est, primum illum apostatam humani generis aduersarium, & vltorem, id est,
eundem qui vltor vocatur, quia seduxit primos parentes, & per satellites suos tentare non cessat ge-
nus humanum. Potest quoq; istud exponi de omnibus sanctis in patria, quoniam quantumcūq; sint
sapientes ac magni, tamen per comparationem ad immensam sapientiam, atq; infinitam potentiam
creatoris, sunt quasi infantes atq; lactentes. Vnde ex humilitate sui, & ex reuerētia dei dicūt de seipsis
ad deum. Ex ore infantium & lactentium. id est, ex intellectu humilium angelorum & hominū, per-
fecisti laudem tuam, ostendendo eis essentiam tuam quam intuendo, te semper laudāt, propter inimi
cos tuos. i. vt reprobes superbos angelos & oēs superbiæ filios, vt destruas. i. desiderato fine priues,
æternaliterq; condemnes inimicum & vltorem, id est, aëreas potestates, contra quas est nobis collu
B ctatio iugis. Deinde triumphans ecclesia seu quilibet beatorum, ait ad deum. Quoniam videbo cœ- Ephe. 6.
los tuos opera digitorū tuorum, id est, omnes angelicos ordines, animasq; beatas, in quibus per cha
ritatem fruitiuam & gloriam habitas: & videbo lunam, id est, Christi humanitatem, quæ est vnita so
li iustitiæ, verbo seu filio dei: & stellas, id est, summos quosq; beatorum, qui instar stellarum præ cæ-
teris ex diuini luminis infusa plenitudine radiant, aliosq; illustrant: quæ tu fundasti. i. beatifica tui vi-
sione æternaliter confirmasti. Et quoniā sie est ô domine deus. Quid est homo, ꝙ memor es eius cō-
uertendo eum ad te, atque ad ęternā beatitudinē perducēdo, aut filius hominis, quoniā visitas eū non
solum per gratiā in via, sed etiam per gloriam in patria. Minuisti eum paulo, minus ab angelis, quia li
cet in naturalibus sit inferior angelis, tamen in supernaturalibus similis est. Promittitur enim & da- Matt. 21.
tur hominibus similis beatitudo cū angelis, sicut ait Saluator, quod erunt sicut angeli dei. Gloria & Marci. 12
honore, id est, iucunditate & excellentia sublimasti eū, dando ei felicitatem angelicam, & constituisti
eum super opera manuum tuarū. Nam, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Istud potissime referendū
est ad Christum hominem, quoniam ipse est super omnes angelicas hierarchias exaltatus, omnésque
angeli ipsi ad nutum ministrant. Cætera vero quæ restant, in præcedenti expositione satis videntur
exposita.

## C COMMENTARIVS IN PSALMVM IX.

### EXPOSITIO Tituli.

TItulus psalmi istius est, In finem pro occultis filii, Psalmus Dauid, id est, psalmus iste dirigens
nos in Christum, factus & scriptus est à Dauid pro occultis filii, id est, de duplici Christi iudi
cio, nobis occulto, quia incompræhēsibilia sunt iudicia eius. Primū est iudicium discretionis, Rom. 11.
quomodo quidam vocantur per misericordiam, alii vero relinquuntur per iustitiā. Secūdū autem est
iudicium discussionis & retributionis, quod fiet in fine seculi, quod licet aperte ac visibiliter fiet, ta- Matt. 25.
men dies & hora eius occultæ sunt. Loquitur ergo propheta in isto psalmo in persona ecclesiæ, seu
cuiuslibet fidelis de duplici Christi iudicio, & de iudiciaria potestate ipsius, de multis quoque benefi
ciis sibi collatis, & de malitia ac damnatione Antichristi. Ait igitur,

### PRECATIO

*Refugium pauperum tuorum deus, qui in necessitatibus suis te quærentes non derelinquis, ad te nos in tribulatione clamantes non despicias: sed exalta nos de portis mortis, ut hic & in æternum exultemus in laudibus tuis.*

❡EXPOSITIO Psalmi iuxta sensum literalem.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo]. i. laudabo te integro ac syn-
cero affectu, tanquā totaliter tibi adhærēs, & à rebus vanis omnino me abstra
hens, vel in toto corde meo, id est, ratione & volūtate, ita quod laudis meę cō-
fessio ex sapientia & charitate procedet. Ille quippe in toto corde cōfitetur &
D laudat dominum, cuius cor non est ex aliqua parte rebus caducis inhærēs, ne-
que ad inutilia inclinatū, sed in deo totaliter recollectum [NARRABO] id est
aliis ad laudem tuam intimabo [OMNIA mirabilia tua] Videtur hoc esse con
trarium ei, quod in Ecclesiastico dicitur, Multa sunt abscōdita maiora his. Pau Eccle. 43
ca enim (inquit) vidimus operum eius. Et in Iob, Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & cū vix Iob. 26.
paruam scintillam sermonū eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Sed
& in euāgelio Iohānis ait scriptura, Multa alia fecit Iesus quæ nō sunt scripta, quę si scribātur per sin
gula, nec ipsum arbitror mundū posse capere eos qui scribendi sunt libros. Denique quis hominum
nouit vniuersa mirabilia, quæ deus omnipotens & immensus indesinēter facit in cælo & in terra at- Iohan. 21
que in abyssis? Est igitur sensus, narrabo omnia mirabilia tua, id est, omnia magnalia tua in lege tua
conscripta, vel mihi à te reuelata. & hoc in Ecclesiastico habetur, Nonne dominus fecit sanctos suos Eccle. 43
enarrare omnia mirabilia sua, quæ cōfirmauit dominus omnipotēs stabilis in gloria sua? ❡(2) LAE
TABOR] mentali lætitia [ET exultabo] exteriori gaudio ex interiori lætitia procedēte [IN te] ô do-

mine non in carnalibus & vilibus rebus[PSALLAM]id est,bene operando laudem dicam[NOMI- A
NI tuo] id est,tibiipsi ô [ALTISSIME] cui nullus est similis·vel altissime aduerbialiter.i.excellen-
tissimo modo videlicet exhibendo tibi latriæ cultum seu adorationem tibi soli competentem. Atten-
de ergo qui verba hæc legis, vt secundũ hunc modũ ad deum te habeas confitẽdo ei non vago & sor
dido animo, alibi quàm in deo delectante. ⸿ (3) IN conuertendo inimicum meum retrorsum]id
est, quando ô domine cõuerteris inimicum meũ.s.quemlibet aduersantem saluti meæ retrorsum, ex-
pugnando eum, & dando mihi virtutem vt ei resistam, tunc [INFIRMABVNTVR] id est, debili-
tabuntur[ET peribunt]id est, deficient[A facie tua]id est, à præsentia gratiæ tuæ, per quam eis resi-
stam & præualebo. Primo ait inimicum indeterminate, ponens singulare pro plurali, deinde adiun-
git, infirmabuntur, vbi pluraliter exprimit quod ante singulariter nominauit. Moraliter potest quili-
Rom.8. bet tentatus à dæmone carne vel mundo hunc versum ad deum clamare, tanquam dicat, Ego quidẽ
propria virtute resistere nequeo aduersariis istis, sed ô domine in conuertendo te inimicos meos re-
trorsum deficient. Nam si deus pro nobis quis contra nos? Potest quoque hic versus specialiter esse
verbum ecclesiæ ad Christum, vt sit sensus, In conuertẽdo inimicum meũ retrorsum.i.dum per me-
ritum tuæ passionis superaueris dæmonem, tunc infirmabuntur, id est, infirmati sunt omnes aduersa- B
rii mei. Vel quando in finali iudicio condemnaueris eũ, tunc peribunt omnino à facie tua, quia ibunt
in ignem æternum. ⸿ (4) Quoniam fecisti iudicium meum] id est, discreuisti per tuam iustitiam
inter me & inter aduersarios meos, me approbando, & illos reprobando. hoc nanque iudicium deus
quotidie facit[ET causam meam] fecisti iudicando pro me, & rationem pro qua iudicor commẽdã-
do. Hoc deus semper facit occulte, quia semper boni sibi placẽt, & mali displicent. Fecit etiã hoc per
prophetas atque apostolos, & quotidie facit hoc per ministros ecclesiæ seu prælatos, quorum est bo-
Matt.27. nos laudare & impios reprobare. Vel sic, Quoniam fecisti iudicium meum, id est, sustinuisti iudiciũ
Marc.15. mortis quod ego promerui, quãdo à Pilato iussus es crucifigi, & hoc pro peccatis meis perpessus es,
Luc.23. propter quod additur, & causam meam fecisti, id est, pœnã pertulisti pro culpis meis, propter quas
Iohan.19 ego mortem promerui. Et tunc hoc verbum (fecisti) sumitur quasi passiue. Potest quoq; intelligi de
iudicio extremæ discussionis ac remunerationis, vt sit sensus, Quoniam fecisti, id est, facies, iudicium
meũ in die nouissimo, quando separabis ecclesiam electorum à corpore impiorum loco & præmio.
Et tunc etiã facies causam meam approbando iustitiam meam[SEDISTI super thronum qui iudi-
cas iustitiam] Deus incircũscriptibilis & incorporeus specialiter fertur sedere super thronũ, id est, su
per angelos de ordine thronorũ, qui sunt infimi in prima hierarchia cælesti, quia per eos iudicia sua
discernit, & ipsi familiariter apti sunt ad recipiẽdum deum in se. Vnde in ipsis habitare, eisque præ-
sidere, & super eos sedere dicitur. Sic igitur ait, sedisti, immo & semper sedes super thronũ, id est, su- C
per quẽlibet angelũ de ordine illo. Potest quoque per thronum iudiciaria Christi potestas intelligi,
vt sit sensus, Sedisti ô Christe super thronũ, id est, quiescis & demoraris in potestate iudicandi, quia
Act.10. omniũ constitutus es iudex, & cũ tranquillitate iudicas. Sic enim dicere solemus de aliquo, Ille sedit
ibi tribus annis, id est, fuit, atque moratus est ibi tanto tempore: qui iudicas iustitiam, id est, districte
eã examinas, an sit vera & pura iustitia, & si quid iniustitiæ ei inhæserit, hoc punies. Vnde propter
districtũ istud iudicium Petrus in sua Canonica dicit, Si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi
1. Pet.4. apparebunt? Vel iudicas iustitiam ab iniustitia eã discernendo, ac iuste remunerando. ⸿ (5) IN-
CREPASTI gentes] per prophetas, per teipsum, & per sanctos apostolos, arguendo peccata eorũ
[ET periit impius]id est, peccator ad emendationẽ conuersus est, & ita periit, non per corruptionẽ
Prou.12. naturæ, sed per expulsionẽ culpę, quẽadmodum in Prouerbiis scriptũ est, Verte impios, & nõ erunt.
Iohan.12 Vel, periit impius, id est, diabolus, ex cordibus pœnitentium est eiectus, vt Saluator ait, Nunc iudi-
cium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras,[NOMEN eorum] id est, gentiũ incre-
patarum, & ad Christũ finaliter conuersarum,[DELESTI inæternum & in seculũ seculi,]quia qui
olim dicebantur, & erant idololatræ, infideles filii dæmonũ, post conuersionẽ ad Christũ facti & di-
cti sunt Christiani, id est, filii dei. Vel sic, Increpasti gentes, id est, obstinatos & rebelles iuste damna-
Zach.2. sti. Increpatio enim quandoque in malũ accipitur, iuxta illud Zachariæ, Increpet dominus in te Sa-
tan, & periit impius, id est, ab esse spirituali & ab existentia gratiæ prorsus defecit, & cecidit, & ideo
domine nomen eorũ delesti inæternum; vnde, nisi à libro vitæ & à numero eorũ qui misericordiã cõ
sequuntur? ⸿ (6) INIMICI defecerunt frameæ in finem.]Per frameã, quæ est gladius ex vtraq; D
parte acutus, intelligitur multiformis versutia dęmonũ, quibus homines tentant & superant. frameæ
ergo, id est, deceptiones & laquei inimici.i.dæmonis, defecerunt in finẽ, id est, æternaliter perierũt,
quantum ad electos, per precium sanguinis & meritũ mortis Christi,[ET ciuitates] id est, corda &
corpora impiorũ, in quibus olim regnabat & habitauit diabolus, quasi in ciuitatibus à se possessis,
destruxisti, obstinatos perdendo, & pœnitentes saluando, sicque obstinatos, [DESTRVXISTI,]
ab esse gratiæ, pœnitentes vero ab esse culpæ. ⸿ (7) PERIIT memoria eorum cum sonitu] id
est, maligni, & à gratia dei destituti, traditi sunt obliuioni apud deum, secundum quod dicit, Nescio
Lucæ.13. vos vnde sitis, nõ enim cognoscũtur per approbationem, nec vnquam acquirunt diuinæ pietatis re-
spectum, cum sonitu.i.velociter & quasi repente obliuioni traduntur. Quia quacunque hora pec-
cat homo mortaliter, meretur à deo relinqui, & si in peccato mortali decedit, subito sempiternæ obli
Ezec.12. uioni donatur, omniumque iustitiarum quas fecit, obliuiscitur dominus[ET dominus inæternũ per-
manet]Ipse enim est inuariabilis & æternus. ⸿ (8) PARAVIT in iudicio thronũ suum].i.Chri
stus omniũ iudex ac dominus ordinauit iudiciariam suã potestatem ad iudicandum, vt nihil omnino
indiscussum vel impræmiatum relinquat.[ET ipse iudicabit orbem terræ] .i.habitantes in terra[IN

A æquitate].i.dando singulis secundũ opera sua [ET populos in iustitia] exponit quid dixit orbẽ ter-
ræ.Iudicabit ergo dominus populos in iustitia.Non enim est personarũ acceptor deus,sed in omni Act.10.
gente quę timet deũ & operatur iustitiã,acceptus est illi. ❡ (9) ET factus est dominus refugium
pauperi]id est,Christus qui in morte singulorum & in extremo iudicio est iustus atque terribilis iu-
dex,nunc interim factus est refugiũ nostrũ,id est,aduocatus noster:quemadmodũ Iohãnes in sua Ca 1.Iohã.3.
nonica testatur,Aduocatũ,inquit,habemus ad patrẽ Iesum Christũ iustũ, & ipse est propitiatio pro
peccatis nostris.Ipse quippe ostendit patri latus & vulnera,immo naturam nostrã quã pro nobis as-
sumpsit,sicq; interpellat pro nobis tanquam pro fratribus suis,vt dicit Haymo. Vel dominus.i deus
trinus & simplex,factus est refugium pauperi,quia semper paratus est exaudire orantes, & auxiliari
recurrẽtibus ad ipsum cũ plena fiducia:factus est refugiũ pauperi.i.cõtrito & humili, sicut Isaias ait,
Ad quẽ respiciam,nisi ad pauperculum & contritũ spiritu, & trementẽ sermones meos? Pauper est, Isaiæ vlt.
qui non cõfidit in propriis viribus,nec gloriatur in semetipso de propriis meritis, neque in terrenis 1.Tim.6.
diuitiis inordinate afficitur,sed habens victũ & quibus tegatur,his contentatur.Quomodo autẽ do-
minus factus est refugium pauperi,subdit, [ADIVTOR in opportunitatibus in tribulatione] do-
minus enim factus est adiutor in opportunitatibus conferendo gratiam, & ea quæ ad salutem ne-
cessaria sunt, conseruando videlicet hominem ne extollatur in prosperis, sed gratias referat. & fa-
B ctus est dominus adiutor in tribulatione, dando patientiam in aduersis, & liberando à malis. Indi-
gemus enim adiutorio dei in prosperis & aduersis, quatenus vbique regia via tendamus: secun-
dum quod scriptum est,In die bonorum ne immemor sis malorum,& in die malorum ne immemnr
sis bonorũ. ❡ (10) ET] quoniam sic est,iccirco o domine[SPERENT in te qui nouerunt no-
men tuum]id est,qui ex interna inspiratione,aut scripturarũ eruditione,aut propria consideratione
cognoscũt,quàm bonus,dulcis,fidelis ac pius sit dominus: prout Ieremias in Threnis testatur,Bo- Thren.3.
nus est dominus sperantibus in se,animæ quærenti illum.[QVONIAM non dereliquisti quærẽtes
te domine]si tamen perseueranter ac fideliter pulsent,nec fatigentur quęrendo:dicentes cum sancto Iob.13.
Iob,Etiam si occiderit me,in ipso sperabo. Longanimiter ergo & cum certissima fide expectandus
est dominus,secundũ qꝫ Isaias hortatur,Deus iudicii dominus,beati omnes qui expectant eũ. Quo- Isaiæ 30.
niã ergo tã bonus est dominus,propterea ❡ (11) PSALLITE] bene viuendo,& gratias semper
agendo[DOMINO qui habitat in Sion].i.in sanctis & cõtemplatiuis spiritibus, tam triumphantis
quàm militantis ecclesiæ.Et o Sion,id est,spirituales viri, qui nunc per fidẽ nõ per speciẽ ambulatis
[ANNVNCIATE inter gentes]id est,aliis prædicaret[STVDIA eius]id est,virtuosa opera atq;
beneficia dei humano generi præstita.Potest quoque istud specialiter referri ad apost. & primos euã
C gelii prædicatores,vt sit sensus,annunciate inter gentiles studia eius.i.prædicate euangelicam legem
gentibus,& ne timeatis hoc facere,quia non frustra facietis hoc,sed erit merces operi vestro,& ideo
additur, ❡ (12) QVONIAM requirens sanguinem eorũ recordatus est].i.ipse dominus requi-
rens sanguinem annunciantiũ gentibus studia sua,recordatus est quantũ videlicet annunciatores stu
diorum suorũ laborauerint,& fecerint pro eo:quãta etiam sustinuerint à persecutoribus & tyrannis
propter iustitiam,propter quod ista recordãdo, requiret sanguinem eorũ.i.persecutionẽ ac mortem
quam iniuste perpessi sunt vindicabit,impios affligẽdo[NON est oblitus]dominus [CLAMOREM
pauperũ] id est,prædicationem,laudationem,orationem humiliũ:quia tẽpore suo reddet eis copio-
sam mercedem,quanuis interdũ videatur quasi oblitus:quia diu differt,& sanctos suos tribulari per-
mittit. Post hæc ostendit quis sit iste clamor pauperum,qui etiã esse potest oratio singulorũ mundi
vanitatem spernentiũ. ❡ (13) MISERERE mei dñe] opem ferendo[VIDE humilitatem meã]
id est,considera oppressionẽ & pœnam quam patior,[DE inimicis meis] id est,à persecutoribus &
tyrannis,& hoc oro,non vt illos in æternum condemnes,sed vt in me gratiam augeas,fortitudinem
patientiámq; corrobores.[QVI exaltas me de portis mortis] id est,qui per passionem & sanguinẽ
Christi filii tui liberas me à morte æterna,vel à peccatis mortalibus,quæ sunt via spatiosa ac lata,per Matth.7.
quam multi gradiuntur ad pœnam inferni,quæ est mors æterna. Et ideo o domine exaltas me de por
tis mortis[VT annunciem] id est,regratiando commemorem,aliosque docendo ac inflammãdo de-
cantem[OMNES laudationes tuas].i.sermones ad laudem tuã pertinentes, [IN portis filiæ Sion,]
id est,in fide,spe,& charitate,per quas itur ad regnũ cælorum tanquam per portas filiæ Sion.i.mili-
tantis ecclesiæ,cuius mater est triũphans ecclesia. Omnia enim quæ agimus,in fide,spe,& charitate
agere nos oportet,si meritoria esse debeant. Vel,in portis filiæ Sion.i.in ipsa militãti ecclesia,seu in
D cnnspectu fidelium.Debemus nãque alios ad laudem dei inducere pręedicando,docendo,seu exẽpla-
riter conuersando,secundum quod vniuscuiusq; vocatio exigit,prout ait Saluator,Sic luceat lux ve-
stra coram hominibus,vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Matth.3.
❡ (15) EXVLTABO in salutari tuo].i.in beatitudine mihi promissa à te,in qua nũc gaudeo per
spem,postmodum autem gaudebo in ea per rem: vel exultabo in salutari tuo.i.in saluatione mihi im
pensa à te: vel,in salutari tuo.i.in Christo filio tuo,qui(teste Simeone) est salutare tuum,quod para-
sti ante faciem omnium populorum.In hoc inquam salutari exultabo, contemplando beneficia eius
mihi collata,& expectando eius prnmissa mihi reposita atque parata.[INFIXAE sunt gẽtes in in-
teritu quem fecerunt.] Hoc est quod in septimo psalmo prædictum est, Incidit in foueam quã fecit.
Gentes itaque & impie conuersantes infixæ.i.demersæ & captę sunt in interitu quem fecerunt,id est
in morte quam sanctis hominibus intulerunt.Quia pro morte corporali ac temporali sanctis illata,
ipsi spiritalem atque perpetuam mortem incurrerunt.Multi quoque tyranni propter mortẽ sanctis
inflictam,etiam in præsenti vita miserabiliter perierunt,sicut in Chronicis inuenitur. ❡ (16) IN

laqueo isto quem absconderunt] id est, in malo quod aliis occulte parauerũt [COMPREHENSVS est pes eorum] id est, iuste punitus est affectus ipsorũ, quia malum quod aliis parauerunt ipsi etiam in præsenti passi sunt. vt Aman qui in patibulo, quod Mardochæo præparauit, suspensus est. Et si in præsenti non fiat retributio talis, tamen procul dubio in futuro terribilior fiet, & tunc in laqueo quem absconderunt, compræhẽdetur pes eorũ, quoniã dolus atque malitia ipsorum redundabit in caput eorum, præsertim in die iudicii, propter quod subditur, ¶ (17) COGNOSCETVR dominus A
Lucæ.3. iudicia faciens.] In futuro enim iudicio videbit omnis caro salutare dei nostri, & tunc Christus manifeste apparebit, omnibúsque patebit, quòd ipse sit iudicia faciens, seu omnia iuste iudicãs [IN operibus manuũ suarum comprehensus est peccator] opera enim illorum sequuntur eos. Et ergo quẽ dominus in peccatis decessisse inuenerit, hunc in iniquitate sua cõprehẽdit ac damnat. ¶ (18) CONVERTANTVR peccatores in infernũ] id est, in die iudicii in infernũ retrudentur omnes obstinati in malo, illi videlicet de quibus subiungit, [OMNES gentes quæ obliuiscuntur deum]. i. quæ deum à sua memoria expellunt, non contemplando, nec diligendo ipsum, sed contemnendo aut non curãdo
Apoca.3.
Psal.111. mandata ipsius. ¶ (19) QVONIAM non in finem obliuio erit pauperis] id est, fidelis & humilis homo, quanuis ad tempus videatur derelictus à deo, tamẽ finaliter in memoria ęterna erit iustus, quia in die iudicii saluabitur in æternũ. [PATIENTIA pauperum non peribit in finem] .i. non carebit debito præmio, sed æterna felicitate ditabitur. In sequẽtibus ecclesia loquitur Christo de Antichristi deiectiõe. ¶ (20) EXVRGE dñe] ô Christe iudex tẽpore Antichristi [EXVRGE] fidelibus auxiliando atque ad iudicium properando: quia tanta erit persecutio eius, vt nisi breuiati fuerint dies illi, non fieret salũa omnis caro. [NON confortetur homo] .i. non præualeat contra ecclesiam Antichristus, qui erit pessimus homo, & adeo quidem, vt eius malitiam ferre non poterit humana cõditio. [IVDICENTVR gentes in conspectu tuo]. i. omnes Antichristi satellites ac fautores ei finaliter adhærentes iudicentur iudicio reprobationis à te in extremo iudicio. Interim quoq;, seu ante finale iudicium quod statim sequetur post Antichristi persecutionem, prout in euangelio patet. B
Marc.13.

¶ (21) CONSTITVE legislatorem] id est, Antichristum legem blasphemiis Christi plenã adducet [SVPER eos]. i. super gentes iniustas ab eo fallendas. Aduertendum est autem ꝙ malum pœnæ
Amos.5. est effectiue à deo, sicut per Amos prophetam dicitur, Si erit malum in ciuitate, quod dominus nõ fecit. Malum vero culpæ est à deo permissiue & indirecte, quia non impedit ipsum, quemadmodũ do-
Exod.10. minus dicitur induraſſe cor Pharaonis, & obfirmasse cor Seon regis Amorræorum, & Og regis Ba-
11 & 14. san. Sic quoque dicitur dominus constituere Antichristum super gẽtes, quia permittit hoc fieri pro-
Deuter.4 pter peccata eorum. Vnde de Antichristo loquens Apostolus, Tunc, inquit, reuelabitur ille iniquus,
Num.21. cuius aduentus erit secundum operationẽ Satanæ in omni virtute, & signis & prodigiis mẽdacibus, C
2. Thes.2 & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eo ꝙ charitatis veritatem non receperunt, vt salui fierent, & ideo mittet illis deus operationem erroris vt credant mendacio. [SCIANT] .i. per experientiam pœnæ cognoscant [GENTES] Antichristo credentes [QVONIAM homines sunt] vanitate seducti, non filii dei sicut putabant: nam æstimabant Antichristum esse verum Christũ, & se per fidem eius fieri filios dei. Sed ô domine iuste iudica eos vt se errasse vel in pœnis inferni cognoscãt, qui in præsenti vita vero Christo adhærere noluerunt. [VT quid domine recessisti longe.] Hoc dicit ad Christũ ecclesia ad designandum sæuissimam rabiem persecutionis Antichristi. Tanta equidẽ erit persecutionis illius seueritas, vt videatur deus quodammodo relinquere suos. Quanta enim erit persecutio illa dum pius martyr corpus suum pœnis exponet, & impius persecutor ante oculos patiẽtis miracula faciet, immo ecclesia tũc creditur nõ esse factura miracula, nisi forte Helias & Enoch vel alii pauci. Mirando ergo dicit ecclesia, Vt quid domine recessisti longe. i. ita te habebis ac si lõge abesses [DESPICIS] id est, per modũ despicientis te habebis [IN opportunitatibus]. i. in necessitatibus Christianorũ [IN tribulatione]. i. quam ipsi in persecutiõe illa amarissima sustinebunt: quia enim permittes eos tradi manibus impiorũ, atq; tam grauiter tribulari, vt nũquam fuerit, nec sit, neq; futura sit tribulatio tãta: & ob id apparebit, ac si omnino despiceres oratiões fideliũ. ¶ (23) DVM superbit impius] .i. Antichristus, qui se filiũ dei vocabit, & teste Apost. Extollitur super omne quod dicitur deus, dum (inquã) ita superbiet homo peccati, filius perditionis [INCENDITVR pauper] id est, tunc variis pœnis occidetur populus Christianus, qui tunc multum pauper cõtemptusq; erit. D
Solet autem scriptura per ignem omne genus pœnarum significare. Ad literam etiam accipi potest, quoniam Antichristus multos Christianorum igne comburet, [COMPREHENDVNTVR in consiliis quibus cogitant]. i. Antichristus & eius ministri comprehendentur & capientur seu cruciabuntur à Christo in consiliis quibus cogitant, quia quod ipsi cogitabunt facere Christianis, hoc Chri-
2. Thes.2 stus faciet eis, quoniam attestãte diuo Apost. Iesus interficiet Antichristũ spiritu oris sui, quod Isaias
Isa.11. quoque prædixit, Spiritu, inquit, labiorũ suorũ interficiet impium. i. Antichristum. Deinde ponitur causa confirmans Antichristum in suo errore, ¶ (24) QVONIAM laudatur peccator in desideriis animæ suæ] .i. Antichristus qui est caput malorum, à suis laudabitur in omni suo affectu & opere. Desiderium enim ipsius est vt fidem Christi Iesu omnino euellat, quatenus ipse Christus esse credatur, in hoc autem desiderio à suis laudabitur. [ET iniquus]. i. Antichristus impietatis magister [BENEDICITVR] id est, à suis cultoribus tanquã deus benedicetur. ¶ (25) EXACERBAVIT] id est, vehemẽter offendet [DOMINVM] Iesum [PECCATOR]. i. Antichristus [SECVNDVM multitudinem iræ suæ] .i. secũdum exigentiam multorum peccatorum suorũ, quibus iram dei merebitur [NON quæret] pœnitentiam. s. quoniam obstinatus erit in malo. ¶ (26) NON est deus in conspectu eius]. i. Antichristus non considerabit vindictam sibi à deo paratam & imminentem, neq; ti-

A mebit deű,sed quemadmodum Daniel prophetauit, Aduersus omnem deű,& aduersus deum deorű Dan.7.
loquetur.[IN QVINATAE sunt viæ illius].i.vitiosæ sunt operationes Antichristi[IN omni tēpo-
re].i.à primo instanti quo cœperit vti ratione immo tota vita eius erit peccatű. Diabolus enim Luci-
fer descendet in eum in vtero matris,& diriget eum in omnibus. ❡ (27) AVFERVNTVR iudi
cia tua à facie eius]quia intantű excæcabit eum superbia sua,vt nō putet se iudicandű à deo, & forte
ex admirabili cæcitate putabit se esse verű Christum, eo φ videat sibi omnia ad nutű succedere,nec
deű se de ipso in aliquo vindicare.Non tamen excusabitur de peccato,quia non erit possessus à dæ-
mone,quēadmodű arreptitii & amentes:sed erit cōpos rationis,& si voluerit aduertere,sciet se erra-
re.Auferentur ergo iudicia diuina à facie eius.i.à cōsideratione sui intellectus[OMNIVM inimico-
(t) rű suorű dominabitur].i.omniű sibi nolentiű obedire dñabitur,quia occidet eos,vel fugient & abscō
dent se ab eo.Vnde apud Danielem legimus,Aspiciebā,& ecce cornu illud faciebat bellum aduersus Dan.3.
sanctos,& præualebat eis. ❡ (28) DIXIT enim in corde suo] .i.cogitauit illud quod sequitur,
[NON mouebor à generatione in generationē].i.non deiiciar à potestate ista,& regno & gloria à ge
neratione in generationē.i.vllo tēpore,vel aliqua duratione qua generatiōes sibiinuicē succedere pos
B sunt,quia putabit regni sui nō esse finem venturű quādiu ipse fuerit. Qm̄ enim iudicia dei auferentur
ab oculis eius,cōsequens est,vt non æstimet se ab aliquo superandű, sed quasi perpetuo duraturum.
[SINE malo]hoc profertur ad pronomen,ego,subintellectum:vt sit sensus, Ego sine malo.i.ego vi-
uens & regnās sine omni impedimēto & pœna,non mouebor &c. ❡ (29) CVIVS maledictio-
ne os plenű est].i.blasphemiis contra Christű [ET amaritudine].i.cōminatione austera,qm̄ sibi nō
obedientibus cōminabitur mortē[ET dolo]nā multos blandimentis decipiet: vel dolo.i.subdola ac
fallaci allegatione & expositione sacræ scripturę.Allegabit enim scripturā veteris testamenti pro se,
sicq; eam exponet,vt videatur quasi impleri in eo,ac per hoc Christus esse putetur,immo per hoc à
multis Christus esse putabitur.[SVB lingua eius labor & dolor]quia mente tractabit & ore loque-
tur quomodo sanctis hominibus inferat laborem seruilem & dolcrem mortiferű:non solű per se,sed
& per suos fautores.Vnde subiungitur, ❡ (30) SEDET in insidiis]id est,sedet insidians,modos
nocendi occulte excogitās more latronum[CVM diuitibus].i.cum suis ministris,quos diuites faciet,
quatenus plures sibi alliciat[IN occultis].i.secretis modis fallendi.Nam magnam apparentiā habe-
bunt ea per quæ mundum decipiet,eritque tūc valde difficile inter verum & falsum,& inter bonű &
malum discernere.Decipiet enim mundű variis modis,videlicet per miraculorum operationem,per
scripturarum allegationem,per sanctitatis simulationem,per suorum falsam felicitatem, & per innu
merabilem multitudinem adhærentium sibi.Sedet autem prædicto modo in insidiis [VT interficiat
innocentem] id est,populum Christianum pium & charitatiuum. ❡ (31) OCVLI eius]tam cor-
C dis quàm corporis[IN pauperem]id est,in fidelem Christianű[RESPICIVNT] quatenus vel at-
trahēdo seducat:vel resistentem sibi occidat[INSIDIATVR in abscondito]id est,occulte machi
natur insidias[QVASI leo in spelunca sua.]Leo quippe in spelunca sua animalibus mansuetis insi-
dians est sæuus,& fortis: sic Antichristus piis hominibus erit seuerus & præualens. ❡ (32) IN-
SIDIATVR vt rapiat pauperem] scilicet vt comprehendat Christianum,non in se,sed in domi-
no confidentem,& insidiatur [RAPERE pauperem dum attrahit eum] Hoc dupliciter expo-
ni potest, primo sic, Insidiatur rapere pauperem,id est,vt interficiat eum spiritualiter, auferēdo ei
fidem & gratiam Christi,dum attrahit eum,id est,dum inducit & allicit eum ad legem suam.secūdo
sic,Insidiatur rapere pauperem,quatenus interficiat eum corporaliter dum attrahit eum ad tormen
ta. ❡ (33) IN laqueo suo].i.in deceptionibus,& fraudulentiis suis[HVMILIABIT eű] .i.op-
primet & affliget pauperem & fidelem.Nam persecutio Antichristi non solum erit violēta sicut est
persecutio tyrannorű,nec solum fraudulenta vt hæreticorum:sed erit simul violēta propter secularē
potentiā,& fraudulenta propter vitæ apparentē sanctitatem,& signorű operationē. Vnde de Anti-
christo scriptű est,Habebat cornua duo similia agni.i.mēdacia signa & vitam simulatam. [INCLI- Apoc.13.
NABIT se & cadet cű dñatus fuerit pauperű].i. Antichristus postq̄ hæc omnia fecerit,tūc necessi-
tate cōpulsus inclinabit se.i.humiliabit se nō per verā humilitatē,sed coactè deponet animi sui tumo
rē,quemadmodű figura eius Antiochus,qui cum grauissimo laboraret dolore,non ex vera pœniten- 2.Mac.9.
tia,sed ex pœnarum expetientia dixit,Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sen-
D tire:& cadet.i.occidetur à Christo,cum dominatus fuerit pauperum,scilicet Christianorű. Domina
bitur autem pauperum seu militanti ecclesiæ persequendo opprimēdoq; eam tribus annis cum me- Dan.15.
dio,prout in Daniele prophetatű agnoscimus. Tradentur,inquit,sancti in manus eius vsque ad tem
pus,& tempora,& dimidiű tēporis. Hebręi enim per tēpus intelligūt annű,per tēpora duos annos, Apo.11.
& mediű tēporis mediű annű,& hoc est quod de Antichristo & suis fautoribus dicitur,Ciuitatē san-
ctā calcabūt mensibus 42.i.militantē ecclesiā opprimēt tribus annis cű medio. Nā menses 42 tres Apo.13.
annos cű medio faciunt. Vnde rursus in Apoc.dicitur, Datű est illi os loquēs magna & blasphemias,
& data est illi potestas facere menses 42.Hoc igitur tēpore euoluto cessabit persecutio Antichristi:
quia sicut grauissima erit,ita breuissima fiet.Nā saluatore testante, propter electos breuiabűtur dies Matt.24
illi.Deinde subiűgitur causa casus & mortis Antichristi. ❡ (34) DIXIT enim in corde suo obli
tus est deus].i.non attendit opera mea vt iudicet ea[AVERTIT faciē suā].i.cōsiderationē[NE vi-
deat in finē].i.ne vnquā cōdemnet me.Istud Antichristus in corde suo dicet,vel quia propter excæ-
cationē suæ mentis ita putabit,vel quia ita viuet ac si deű æstimaret non esse iudicē hominum:sed nō
est putandum quòd aperte dicet hæc verba,immo dicet deum omnia iudicaturű,etiā se esse filiű dei,
ac iudicē vniuersorű. sed an hoc dicet ex animi sententia,ita esse putans,vel vt alios sub specie boni

defraudet, non est adeo certũ. ℂ (35) EXVRGE domine deus] Hęc est oratio ecclesię quę orat E
pro Antichristi finali deiectione, fideliũmque plena liberatione. Exurge domine deus, qui diu differendo & non exaudiendo quasi dormiens videbaris: sed nunc exurge auxiliãdo, & per modũ stantis te habendo[ET exaltetur manus tua].i. manifestetur potẽtia tua, occidendo atque damnando Antichristum[NE obliuiscaris pauperũ]id est, ne diutius subtrahas protectionem & opem misericordiæ tuæ a populo tuo. ℂ (36) PROPTER quid].i. quo fructu seu vtilitate [IRRITAVIT].i. offendit[IMPIVS].s. Antichristus[DEVM: dixit enim in corde suo, Non requiret].i. deus nõ exiget rationem de actibus meis, nec vlciscetur sanguinẽ Christianorũ quos occido. Insuper conuertit se ecclesia ad deũ. ℂ (37) VIDES].i. falsum est, ꝙ Antichristus dicit te auertisse faciem tuam ne videas

Heb.4. in finẽ, immo tu vides: nam oculis tuis omnia nuda sunt. & aperta, & hoc patet ex eo [QVONIAM tu laborẽ & dolorẽ cõsideras].i. tu diligẽter attendis laborẽ & dolorẽ quos sancti tui ab Antichristo & suis perpessi sunt[VT tradas eos in manus tuas].i. vt acceptes & gratos habeas laborem & dolorẽ sanctorũ, retribuendo eis æternã quietẽ perpetuamq; lætitiam. Vel, vt tradas eos, videlicet Antichristum & suos in manus tuas.i. in potestatem iustitiæ tuæ, quatenus æternaliter eos condemnes.

ℂ (38) TIBI]o domine[DERELICTVS est pauper].i. populus Christianus, quia nõ est alius, qui pugnet pro eo, nisi tu dñe deus. præsertim tẽpore Antichristi[ORPHANO].i. populo desolato, qui præter te nullũ habet cõsolatorẽ, & est quasi non habens patrẽ auxiliantẽ, aut matrẽ cõsolantem, F quẽadmodũ erit plebs Christiana tẽpore Antichristi[TV eris adiutor] quia redimes eos, nec derelinques electos tuos finaliter. ℂ (39) CONTERE].i. ad nihilum redige[BRACHIVM peccatoris & maligni] id est, potestatẽ Antichristi, qui secundũ Danielis vaticiniũ, tã diu conteret sanctos al-

Dan.7. tissimi, donec conteratur, [QVAERETVR peccatũ illius, & non inuenietur] .i. omnis voluptas & gloria atque malitia Antichristi sic destruetur quasi nunquã fuisset: vel sic, quæretur peccatũ illius & nõ inuenietur, quia post mortẽ Antichristi, quidã de suis obstinatis ministris persistẽt in sua malitia, & quærẽt peccatũ principis sui occisi, desiderãtes delitiari & præuaricari quemadmodũ ille fecit, sed

Luc.21. peccatũ illius nõ inuenietur ab illis. Nã cũ dixerint pax & securitas, tũc Christo testante superueniet

1.Thes.5. eis repẽtinus interitus. ℂ (40) DOMINVS].i. Iesus Nazarenus qui est verus Christus & omniũ

Luc.1. creator ac dominus[REGNABIT in æternũ & in seculũ seculi]quoniã regni eius nõ erit finis: nec etiam fides catholica, per quam regnat in seculo isto, vnquam mũdo durãte in toto deficiet, quanuis tẽpore Antichristi magis quàm ante decrescet. [PERIBITIS gentes] .i. impii, qui Antichristo adhæsistis, nec pœnituistis[DE terra illius].i. de regione viuorũ, quia expellemini à regno cælorum: immo de terra ista inferiori & elementari peribitis, quia retrudemini in infernum: & hoc ideo,

ℂ (41) QVONIAM desideriũ pauperũ].i. orationẽ fideliũ [EXAVDIVIT dñs, præparationẽ cordis eorũ].i. promptitudinẽ, qua tibi in aduersis fideliter adhæserũt[AVDIVIT]o dñe[AVRIS tua].i. acceptauit & remunerauit sapiẽtia tua. ℂ (42) IVDICARE pupillo & humili].i. tale atq; G tã iustũ iudiciũ profer, vt ab omnibus iudiceris.i. iustus cognoscaris & approberis: pupillo & humi-

Psal.50. li.i. ad salutẽ & gloriam pupilli ac humilis: sicut inferius dicitur, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris, videlicet vt iudicãdo salues pupillũ & humilẽ. i. vnũquenq;, terrena ista spernẽtẽ, & seipsum pro nihilo reputantem[VT non apponat vltra magnificare se homo super terram]id est, vt finem accipiat Antichristi superbia, neq; præsumat de cætero velle aliis dominari.

ℂEXPOSITIO tropologica eiusdem psalmi.

Deniq; passus iste qui ad literã de Antichristo expositus est, moraliter posset exponi de membris ipsius, videlicet de persecutoribus ecclesiæ, aliisq; iniustis, quibus vel omnia, vel multa iã prædicta cõueniũt: vt illud, Dũ superbit impius succẽditur pauper. Et, Quoniã laudatur peccator in desideriis animæ suæ. & alia pene omnia. Ea quoq; quæ exposita sunt de ecclesia pro tempore Antichristi, exponi possent de ecclesia, & quolibet iusto pro quolibet tẽpore magnæ persecutionis, sed propter prolixitatẽ vitãdã, & quia expositio moralis faciliter patet, & elici potest ex expositione inducta, idcirco eã omitto. Verũtamen videat sibi quilibet qui se ad Christũ pertinere cõfidit, ne sibi aliquo modo cõueniãt quæ nũc de Antichristo recitata sunt. Videat sibi, ne inueniatur superbus, pauperũmque oppressor, aut irrisor simpliciũ, vel cõtemptor infirmorum. Non cupiat laudari in desideriis vitiosis, H neq; applaudẽtibus ac blãdiẽtibus sibi in malo delectetur: sed cogitet semper dei præsentiã, & iudicẽ Christum penset vbiq;, cõsiderantẽ omnia opera sua, ne ei cõueniat quod de Antichristo expositum est, Non est deus in cõspectu eius, & auferuntur iudicia tua à facie eius. Non sit maledicus, comminator, amarus, dolosus, sed taliter satagat domini Iesu Christi vestigia imitari, quatenus in die nouissimo mereatur ab Antichristo ac eius infelici collegio separari, atque cum Christo altissimo æternaliter in cælestibus triumphare.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM X.

EXPOSITIO Tituli.

Deniq; titulus psalmi istius est, In finẽ psalmus Dauid.i. psalmus iste dirigẽs nos in Christũ seu deũ, est ipsius Dauid, qui loquitur hic in persona confidentis in domino. Aduertendũ autem, quod sicut doctores catholici scripturas veteris testamẽti, quę cõuenientẽr applicãnt cuilibet fideli, & etiã toti cõgregationi fidelium, exponũt ad literam de ecclesia & quolibet vero Christiano. Ita Hebræorum doctores scripturas has exponũt ad literã de synagoga, & quolibet vere Iudæo seu Israelita. Vnde quemadmodũ nostri doctores exponũt Cantica Canticorum de Christo, & de ecclesia, sic Iudæorum doctores exponunt ea de rege Messia & synagoga.

A ¶ Iste itaque Psalmus sicut præcedēs ad literam exponi posset de Dauid & synagoga, & de hæreticis veter is legis, cuiusmodi erant Sadducæi, & alii quidam: & ita exponeretur de ecclesia & quolibet eius membro tropologice, & de Christo allegorice. Breuiter ergo tāgendo primam expositionē Dauid in persona sua, ac cuiuslibet Iudæi sen synagogæ spiritualiter intelligentis, ait.

PRECATIO

*Qui es deus æternus, esto nobis propitius in te confidentibus: tribue nos tuo munere passeribus esse dissimiles, fac nos tua uirtute sagittas maligni extinguere, æquitate gratiæ tuæ uiuere, qua nobis dones tibi in sempiternum cōplacere.*

¶ Expositio psalmi literalis.

(1) IN DOMINO confido] id est, spem salutis meæ in filio dei incarnando, in rege Messia futuro constituo, quia per fidem eius saluari expecto, & quia sic est [QVOMODO] ò Iudæi (legem carnaliter intelligentes) [DICITIS animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer] id est, ascēde & conuola ad legem diuinitus datam, & in monte Sinai primo receptam, constituendo spem tuam
B in ea, quasi sine fide & gratia Christi saluari possem, videlicet per solam obseruantiam legis, quemadmodū multi Iudæi putabant, de quibus scribit Apostolus, Ignorantes dei iustitiam (scilicet quod iustus ex fide viuit) & suam volentes constituere, confidentes in propriis viribus, & exteriori obseruatione legis, iustitiæ dei non sunt subiecti. Exod.20 Rom.10.

¶ (2) QVONIAM ecce peccatores] id est, carnales hæreticique Iudæi [INTENDERVNT arcum] id est, assumpserunt pro suo errore legem secundū literalē ipsius intellectum, de quo ait Apost. Litera occidit. [PARAVERVNT sagittas suas] .i. quasdā allegationes in lege cōscriptas, quæ videntur eorū errori apparentiā facere, [IN pharetra] .i. in ore suo, ex quo proferūt iacula mortis [VT sagittent] id est, peruerse instruāt [IN obscuro] .i. in his quæ difficultatē habēt, qualiter intelligi debeant [RECTOS corde] .i. iustos ac simplices, quibus exponunt obscura talia pro suo errore corroborando. [QVONIAM quæ perfecisti] .i. sacras legis ac prophetarum scripturas à te perfecte & pure inspiratas [DESTRVXERVNT] per expositiones suas extortas [IVSTVS autem] .i. verus Iudæus eorum assertioni non credens [QVID fecit] & respondet. 2.Cor.5. 2.Cor.6.

¶ (3) DOMINVS in templo sancto suo] i. deus per fidem & gratiam habitat in homine iusto, qui templum dei vocatur. Et ergo si quæratur quid fecit iustus, respondetur ꝙ sperauit in domino, quoniam dominus est in eo, sicut in tēplo per fidem & spem [DOMINVS in cælo sedes eius] .i. sedes domini est in cælo, id est in anima iusti, quæ est sedes sapientiæ: vel in cælo empyreo, in quo deus specialiter sedere perhibetur, quoniam ibi excellentius operatur, clariúsque videtur. Incorporeus autem deus materialem sedem nō habet,
C sed sedes eius sunt sanctæ mentes, in quibus quiescit per fidem & gratiam in præsenti, per speciē vero & gloriam in patria. Et quoniam quies atque inhabitatio dei per speciem & gloriā est eminentior quiete & inbabitatione per fidē & gratiam, ideo deus magis proprie excellētiúsque esse, habitare, & sedere dicitur in cælo & comprebensoribus, quàm in terra ab viatoribus. Porro sequentia verba huius psalmi secundum quālibet expositionem satis conformiter, & quasi eodem modo exponūtur, idcirco ipsorum expositionem nunc differo vsque ad principalem psalmi istius explanationem. Sapien.7.

¶ Expositio tropologica psalmi eiusdem in persona ecclesiæ & vniuscuiusque fidelis, qui est vnum membrum ecclesiæ.

PRæuidens igitur sanctus propheta Dauid in spiritu sancto fraudulentos doctores siue hæreticos tempore Christianę legis futuros, ait in persona ecclesiæ. [IN domino confido] id est, in deo pono spem meam, veritatibus sacræ paginæ credo, sanctorum patrum catholicorúmque doctorum expositiones recipio, propterea ò hæretici [QVOMODO] id est, qua ratione [DICITIS animæ meæ: transmigra in montem] .i. ascende propriam rationem, crede proprio sensui, ingenio tuo confide, & scripturam sacram intellige, secundum nostram expositionem, qui propter subtilitatem nostri ingenii montes vocamur: quomodo, inquam, dicitis animæ meę, transmigra de secura & humili simplicitate ad periculosam sublimitatem, & maiestatis prohibitam perscrutationem [SICVT passer] id est, velociter alte volando, in mirabilibus super te ambulando, & terminos à patribus constitutos transferendo. Vana est ista vestra persuasio, quoniā Salomon ait, Qui ambulat simpliciter, ambulat confi- Ecclesi.3 Prou.10.
D denter. Et iterum, Deus protegit gradientes simpliciter. Qui vero scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Consequenter Propheta ostendit ꝙ hæretici istud irrationabiliter dicunt. Prou.2. Prou.25.

¶ (2) QVONIAM ecce peccatores] puta hæretici [INTENDERVNT arcum] .i. disposuerunt ingeniū suum ad male docendum, armando se authoritate diuinę scripturæ quam peruerse intelligunt [PARAVERVNT sagittas suas in pharetra] .i. in promptu habent verba simulata atque fallacia in corde & lingua, quę videntur simplicioribus rationabilia esse ac iusta, sicque sub specie boni decipiūt, præsertim dum authoritate scripturę se muniūt [VT sagittent] id est, sua doctrina corrumpant [RECTOS corde] id est, fide & opere Christianos [IN obscuro] .i. latenter & insidiose. Et in isto grauiter peccāt o domine.

¶ (3) QVONIAM quę perfecisti] .i. diuinas scripturas, patrum sanctorum decreta ac ordinationea subuertūt, introducēdo nouas ac vanas doctrinas. [IVSTVS autē quid fecit] .i. quomodo istis hereticis restitit? & respondet,

¶ (4) DOMINVS in tēplo sancto suo] .i. dominus manet in corde iusti, vt protegat eum à fraudibus peruersorū, & in vera fide ipsum cōseruet, quasi dicat, Iustus quidem non acquiescit hereticis, sed resistit: nō tamē propsia virtute, sed dominus in eo per gratiā habitās dat efficaciā resistēdi, quēadmodū ait Apost. Orate dominū vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Vel dominus in templo sancto suo .i. in congregatione electorū suorum habitat, 2.Thes.3

vt eos ab omni hęreticorum prauitate defendat. [DOMINVS in cælo ſedes eius] Hoc in præcedēti expoſitione ſatis expoſitum eſt. Inſuper locus iſte de quolibet fideli à ſpiritu elationis & vanæ gloriç tētato exponitur. Dicat ergo verus humilis, qui non in ſe, ſed in domino gloriatur, nec cupit prçeſſe aut apparere. In domino confido, à quo eſt omne bonū quod habeo. Quomodo ergo ô tentator diabole, vel homo inanis, vel cogitatio propria, quomodo, inquam, dicitis animç meæ, interius ſuggerendo, aut foris loquendo, aut occaſione ſuperbiendi ſubminiſtrando, tranſmigra in montem. i. extolle teipſum, reputando te aliquid eſſe cum nihil ſis: & hoc ſicut paſſer: non quòd iſti manifeſte dicant animæ, vt erigat ſe ad alta ſicut paſſer, nam ſi hoc dicerent, perſuaſio ipſorum apparentiam non haberet, neque deciperet animam: quoniam paſſer eſt animal petulans, inquietum & leue. Immo ipſi dicūt, Euge, euge, quàm bene feciſti, quàm laudabiliter vixiſti, merito te magnū & ſanctum reputāt homines, ſed quoniam iſta ſuggeſtio tendit ad hoc, vt homo inaniter glorietur & extollatur, atque per hoc paſſeri inquieto conformetur, idcirco homo iuſtus & humilis ponit non verba ſeductorum iſtorum, ſed rem in quo deſignat ſe aduertere calliditatem ipſorum, nec velle cōſenſum præbere: & ideo addit, Quoniam ecce peccatores, videlicet prædicti perſuaſores fallaces intenderunt arcum. i. excogitauerunt nociua conſilia, ex quibus velut ex arcu procedunt verba & actus quibus decipiunt alios: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. i. diſpoſuerunt ſermones adulatorios in ore ſuo, ſeu deceptoria opera in vita ſua, ſcandalizando, tentando, inficiendoq; alios. Vita nāque peccatoris in cathedra peſtilentiæ reſidentis pharetra appellatur, quia per eam vulnerat animā proximi ſui, vt ſagittent, inducendo ad peccatum, in obſcuro proponendo mala ac falſa ſub ſpecie boni & veri. Nam teſte Apoſtolo ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis, ſimiliter & miniſtri ipſius transfigurant ſe in miniſtros iuſtitiæ: rectos corde. i. innocentes ac ſimplices, tales enim faciliter inficiuntur à ſimulatoribus & verſutis, quoniam æſtimant alios tales eſſe quales ipſi ſunt: propter quod ſcriptum eſt, Innocens credit omni verbo. hoc tamen valde cauendum eſt, quoniam ſapiens dicit, Qui cito credit, leuis eſt corde, & minorabitur. Vnde innocentes ac ſimplices diſcretione cautelaque indigent, & bona informatio experti viri eis neceſſaria eſt: immo niſi deus qui protegit gradientes ſimpliciter, protegeret eos, raro vel nunquam euaderent laqueos ſeductorum. Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt, id eſt, verani & immaculatam iuſtitiam diuinorum præceptorum, atque conſiliorum, quam tu domine præcepiſti, cōſuluiſti, & opere impleuiſti, Qui cœpiſti facere & docere: & qui non veniſti ſoluere legem, quantum ad præcepta moralia, ſed implere: deſtruxerunt peccatores prædicti, qui contra charitatē dei ac proximi alios moliūtur ſubuertere. ❡ (5) OCVLI eius] id eſt, miſericordia & prouidentia dei [IN pauperem] id eſt, humilem ſeu terrena deſpicientem ac ſponte egenum, [RESPICIVNT] exaudiēdo preces ipſius, & præſeruando eum à malis [PALPEBRAE eius] id eſt, patientia & longanimitas dei, qua diſsimulat peccata hominum differendo vindictam, qua etiam differt reddere iuſtis mercedem [INTERROGANT] id eſt, examinant [FILIOS hominum] inquirendo & quaſi probādo, ân peccatores omnino obſtinati exiſtant, & an iuſti veraciter iuſti conſiſtant. Nempe ex hoc quod deus ſic differt iudicium, innoteſcit an mali penitus mali eſſe velint, perſeuerando in vitiis, an etiā iuſti conſtanter ſint iuſti, æquanimiter omnia tolerantes. Propter quod in Eccleſiaſte habetur, Quia non cito profertur contra malos iudicium, abſque vllo timore filii hominum perpetrāt mala. Et rurſus ſapientiſsimus Salomon ait, Hoc eſt peſsimum inter omnia quæ ſub ſole fiunt, quia eadem cūctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu. Conuenienter autem per palpebras dei intelligitur longanimitas & patientia eius, nam palpebræ ſunt tegumentum atque operculum oculorum ſeu viſus. Deus vero ex hoc quod tam longanimis patiénſque exiſtit, videtur quaſi non conſiderare atque neſcire opera hominum, ſecundum quod Abacuc, quaſi impatiēs & admirans ad dominum ait, Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non potes: quare non reſpicis ſuper inique agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Dicitur enim deus iniquos non reſpicere, quia non vindicat ſtatim. Ex hoc quoque quod deus permittit iuſtos variis modis affligi, neque in præſenti remunerat eos, ſolent interdum corda infirmorum turbari, & quaſi de prouidentia dei dubitare, atque à virtuoſa conuerſatione deficere. Ex quorum perſona ſcriptum eſt, Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit dominus: & dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit domino, & quòd emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram domino? Sed horum errorem Dauid redarguens addit, ❡ (6) DOMINVS interrogat iuſtum & impiū] id eſt, prædictis modis probat, tentat, & diſcutit homines ſcilicet per tribulationes & hæreſes, atque aduerſa, vt appareat qui vere ad eum pertineant. Propter quod Moſes dixit, Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te dominus deus tuus vt affligeret te, atque probaret, & nota fierēt, quæ verſabantur in corde tuo, vtrum cuſtodires mandata illius, an non [QVI autem diligit iniquitatem] id eſt, qui delectatur in malo & appetit quæ nō licet, odit animam ſuam, id eſt ſeipſum. Nam ſicut amare, aliud nihil eſt quàm alicui bonum velle: ita odire aliud non eſt, quam alicui malum velle. Qui ergo illud deſiderat quod ſaluti animæ ſuæ repugnat, ille veraciter odit ſeipſum. ❡ (7) PLVIT] ſcilicet dominus [SVPER peccatores laqueos] Hic ponitur pœna. ſ. diligētium iniquitatem. Dominus enim pluit. i. effundit, ſuper eos laqueos in vita præſenti, in morte, in futuro iudicio, & in inferno. In præſenti enim conſtringuntur vinculis vitiorum, ita vt nil meritorium agere poſſint, neque ad deum mentem per charitatē erigere: ſed ſeruiunt diabolo, à quo ſecundū Apoſtolū captiui tenentur ad ipſius volūtatem. Propterea Salomon aſſerit, Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorū cōſtringetur. In morte etiā dn̄s pluit laqueos ſuper peccatores, quia poſt mortē nunquā cōuerti poſſunt ad dominū, ſicut nec angeli mali poſt caſum, qm̄ Damaſcen⁹ ait, Quod in angelis eſt caſus

Marginal references: E; F; 2.Cor.11.; Prou.14.; Eccle.19; Prouer.2; Act.1.; Matth.5.; Sap.11.; G; Eccle.8.; Eccle.9.; Abac.1.; Malac.3.; H; Deut.3.; Prou.10.

A hoc in hominibus est mors. Quemadmodũ nanque angeli mali inconuertibiliter à deo auersi sunt &
æternaliter in illo affectu manent, in quo erát quando peccando ceciderũt: sic animæ in mortali pec
cato decedentes inconuertibiliter auertuntur à deo, in æternũq; permanent in illa mentis dispositio-
ne, & affectione in qua erant, dum à corpore exierunt. In futuro autem iudicio pluit deus laqueos su
per peccatores, quoniam tradet eos damnationi æternæ quam euadere non valebunt, sed & in infer
no ligabuntur. proiicientur enim ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores. Et in inferno e-
runt[IGNIS] inextinguibilis[SVLPHVR].i. fœtor horribilis[ET spiritus procellarum].i. intolera Matt.22.
bilis strepitus clamoris ac vlulatus miserorum, aëris intempestas, & variorũ tormentorum grauissi-
mus strepitus[PARS calicis].i. pœnæ[EORVM] tanta enim est pœna ipsorum quod tota explica-
ri non potest, nec plene ac integre cogitari, nam alia multa genera tormentorũ quæ hic enumerata
non sunt, immo quæ nulli hominũ innotescunt in inferno erunt & sunt. Deinde ponitur causa tantæ
damnationis malorum. ¶ (2) QVONIAM iustus dñs & iustitias dilexit] Deus quippe naturali-
ter & substantialiter iustus est. Et sicut diuinus intellectus est mensura, & fons omnis veritatis, ita di
uina voluntas est mensura, causa, & fons omnis iustitiæ. Vnde scriptum est, Cũ ergo sis iustus domi- Sap.12.
B ne, omnia iuste disponis, virtus enim tua iustitię initium est. Quicquid ergo deo iustũ videtur, & quic
quid ab eo procedit, eo ipso quo ei iustum videtur, vel ab ipso causatur iustum est. Et ideo quædã le-
guntur à deo præcepta hominibus quæ alias iusta nõ fuissent, nisi videlicet à deo fuissent præcepta.
Sicut quod Abrahæ præcepit filiũ innocentẽ occidere, & ꝙ in Osee habetur; Principium loquendi Baruc.22
domino ad Osee: & dixit dominus ad Osee, Vade sume tibi vxorẽ fornicationũ, & fac tibi filios for- Osee.1.
nicationum: similitudo autem est causa dilectionis, & ideo dominus qui iustus est, dilexit iustitias.i.
opera iusta propter se, operatores vero iustitiæ propter iustitiam [AEQVITATEM vidit vultus
eius].i. æqualitatem retributionis qua singulis redditur, prout digni sunt, approbauit intellectus diui
nus. Liquet igitur ex præinductis quàm sententiosus & medicinalis atque moralis sit psalmus iste. Et
debes ô frater quando psalmum hunc legis, omnia verba eius ad tuam informationem conuertere,
quatenus assuescas quotienscunque inani gloria aut spiritu elationis tẽtaris, dicere intra te, In domi-
no confido &c. Dum autem peccata impiorum commemoras, attendas tibi, ne inueniãtur in te, quæ
condemnas in aliis. Ita quum dicis, Oculi eius in pauperem respiciunt &c. aduerte prouidentiã dei,
& pensa quomodo ante oculos iudicis cuncta cernentis solicite ambules. Postremo dum dicis, Pluit
super peccatores laqueos &c. concipere debes magnum & sanctum timorem districtæ vltionis dei,
& pœnarum inferni. Et qui ita assueuerit legere psalmos, mirabilem fructum atque saporem in psal
modia reperiet.

C ¶ EXPOSITIO allegorica eiusdem psalmi de Christo.

SAnctus ergo Propheta loquens in Christi persona, In domino, inquit, confido, quemadmodum
postea dicitur, Domine spes mea à iuuẽtute mea, quomodo ergo ô scribæ & pharisæi, dicitis ani
mæ meæ transmigra in montem, id est laude ac adulatione emollitus inaniter gloriare, & quęre Psal.70.
placere hominibus, atque à vera humilitate recede, & dic quę placent hominibus quanuis sint falsa.
Quoniam ecce peccatores videlicet Iudæi prædicti intenderunt arcũ.i. insidias, parauerunt sagittas
suas.i. verba dolosa, in pharetra.i. in corde & lingua, vt sagittent in obscuro rectos corde.i. Christum
& eius discipulos: quibus dicebant, Quare cum peccatoribus & publicanis manducat & bibit magi- Luc.5.
ster vester? Christo quoque blandientes dicebant, Magister scimus, quia verax es, & viam dei in ve-
ritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Ecce quomodo conabantur eum transferre in montem vt Matt.22.
passerem, quatenus laude hac inaniter delectatus, responderet pro voluntate eorum. Quoniam quæ Marc.12.
perfecisti ô Christe.i. vitam tuam perfectissimã optimámque doctrinã, detrahendo ac blasphemãdo
corruperunt: iustus autem.i. Iesus Christus, qui est forma iustorũ, & sanctus sanctorum, quid fecit ad
hæc, & respondet, Dominus.i. verbũ dei humanam naturam assumens in templo sancto suo.i. in hu-
mana Christi natura, tanquam in templo sanctissimo fuit ac mansit conseruãs ac protegens eã vbiq;
& semper. Vnde Christus corpus suũ templũ vocauit, Soluite, inquit, templũ hoc, & in tribus diebus Iohã.2.
suscitabo illud. Dicebat autem de tẽplo corporis sui. hoc tamen intelligendũ non est, quasi vnio ver- Vnio fa-
bi cum humana natura in Christo fuerit solũ accidẽtalis & per gratiæ inhabitationem, & nõ potius cta est in
D personalis atque per duarũ naturarum immediatam vnionem, sicut putabat inimicus dei Nestorius, persona.
qui erat Constantinopolitanus episcopus. Christus ergo secundũ assumptam humanitatẽ dicitur tẽ-
plum verbi atq; totius beatissimæ trinitatis excellentissimo modo, quoniã plenus erat omni charita-
te & gratia, nec vnquam separatus à deo fuit. Dominus in cælo.i. in anima Christi: sedes eius, quia in
ea inseparabiliter requieuit à primo creationis suæ momento, multo excellẽtius quàm in thronis cæ-
lestibus, qui specialiter sedes dei dicuntur. Oculi eius.s. domini in pauperem respiciunt.i. in Christũ, 2.Cor.8.
qui cum diues esset propter nos egenus factus est. Cætera verba psalmi istius satis exposita sunt.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XI.

EXPOSITIO Tituli.

PRæsentis psalmi titulus est, In finẽ psalmus Dauid pro octaua.i. psalmus iste dirigens nos in fi-
nem, scilicet Christum, est Dauid, qui loquitur hic in persona viri perfecti pro octaua.i. aduen-
tu futuri iudicii, cuius diẽ desiderat propter multiplicationẽ malitiæ hominũ, quã destrui cupit.
Dies autem iudicii appellatur octaua, quia post septem mundi ætates adueniet. Loquẽs ergo prophe
ta in persona iusti pro deo zelantis & mundo compatientis ait,

PRECATIO. E

*Tu domine fidelium custos, conserua & custodi nos à generatione prauorum in æternum, & coniunge nos generationi iustorum eloquia tua casta custodientium, ut & in dilectione tua semper maneamus, & tuæ protectionis auxilio perpeti salute gaudeamus.*

¶ EXPOSITIO literalis, psalmi vndecimi.

SALVVM me fac domine] à collegio peccatorũ, à periculo vitiorum, ab omni (1)
Phil.2. malo præterito, præsenti atq; futuro [QVONIAM defecit sanctus]. i. quia nõ
est qui legem tuã custodiat, & ergo multa mihi pericula instant cum sit pericu
losum inter impios conuersari, nec habeo adiutorium proficiendi in mundo,
quia omnes me ad peccandum suo exemplo alliciunt: idcirco peto saluari à te,
ne malitia immutet cor meũ, aut fictio decipiat animã meã [QVONIAM di
minutæ sunt veritates à filiis hominum] Diminuta est enim veritas vitæ, quia
inualuit peruersitas morum: diminuta est veritas doctrinæ, quoniã multiplica
ta sunt documenta errorũ: diminuta est veritas iustitiæ, quia omnes quærũt quæ sua, & nemo quæ Ie
su Christi dicit autẽ vir iustus, Saluũ me fac domine, quoniam defecit sanctus, nõ ꝙ æstimet nullũ es
se sanctum in mũdo præter seipsum, sed quia tam pauci sunt sancti cõparatione malorũ, vt videãtur F
quasi penitus defecisse. Nam quod modicũ est pro nihilo reputatur: sicq; ait Helias ad dominũ, Pro
3.Re.19. phetas tuos occiderũt gladio, & relictus sum ego solus. Propter quod etiam dixit, Tolle animã meã.
quasi diceret, Saluũ me fac domine, quoniã defecit sanctus. Secũdũ hunc quoq; intellectũ dicit apo
Philip.2. stolus, Quia omnes quæ sua sunt quærũt: & nemo quæ Iesu Christi. Consequenter ostendit, quomo
do diminutæ sunt veritates à filiis hominũ. ¶ (2) VANA, inquit, locuti sunt vnusquisque cũ pro
ximo suo] quasi omnes locuti sunt sibi inuicẽ falsa & friuola, decipiendo, inficiendo, & contaminãdo
se mutuo, sicque vnus trahit alium ad mortẽ, cum merito vnus traheret alium suo exemplo & verbo
ad vitam. Ideo autẽ locuti sunt vana, quoniam [LABIA] eorũ sunt [DOLOSA in corde] quia aliud
sonant in ore, & aliud in corde prætendunt, & ita bilingues sunt simulatores & callidi. Vnde subiun
git [ET corde locuti sunt]. i. ex intentione locuti sunt vana & falsa, quod quã vitiosum sit, in Eccle
Eccle.37 siastico scriptum est. Qui sophistice loquitur, odibilis est: in omni re defrudabitur, non est illi data à
domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. Et iterum ait scriptura, Deuotatio pessima su
Eccle. 35 per bilinguem. Et sanctus Iob, Simulatores, inquit, & callidi prouocãt iram dei. Fugiamus ergo hoc
Iob.36. vitium pessimum, quoniam sequitur. ¶ (3) DISPERDAT dominus vniuersa labia dolosa] .i.
tollat seu auferat omnes dolosos de congregatione fidelium [ET linguam magniloquam]. i. hominẽ
præsumptuosum. Hos itaque deus disperdat. ¶ (4) QVI dixerunt linguam nostram magnifica
bimus] id est, magna & præsumptuosa ac mirabilia de nobisipsis loquemur, quatenus ab hominibus G
honoremur [LABIA nostra]. i. eloquentia nostra atque sermonis subtilitas [A nobis sunt] id est, no
bis ascribenda sunt, & nos inde laudãdi sumus [QVIS noster dominus est] Hoc vel aperte dicũt, vel
si ore non dicant, tamen corde ita superbiũt, ac si dominũ nõ haberẽt: queadmodũ ad Pharaonẽ Eze
Ezec.39 chiel, Audi, inquit, Pharao rex AEgypti, draco magne, qui dicis, meus est fluuius, & ego feci meipsũ.
Hoc vero quod dictũ est, Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, &c. dupliciter intelligi põt. Pri
mo, per modũ orationis, videlicet vt dominus donet dolosis gratiã pœnitẽdi ac emẽdãdi, sicq; disper
dãtur quantũ ad culpã, non quãtũ ad salutẽ, videlicet vt nõ sint, quales erãt, sed cõuertãtur & spirita
liter viuãt. Secũdo intelligi potest, per modũ propheticæ denũciationis, ad ostendẽdũ, quod nisi pœ
nituerint æternaliter disperdẽtur à domino & peribũt. Deinde dominus manifestat se exaudisse ora
tionẽ viri perfecti dicentis, Saluũ me fac domine &c. ait enim. ¶ (5) PROPTER miseriã inopũ]
.i. quatenus liberẽ inopes à sua miseria. i. ab imperfectionibus vitæ præsentis à cunctis periculis atq;
à pœnalitatibus quotidianis [ET] propter [GEMITVM pauperũ]. i. propter crebra suspiria affectuo
sasq; preces pauperũ spiritu puta humiliũ, [NVNC exurgã]. i. statim auxiliabor & faciã pro quo ro
gatus [DICIT dominus] ¶ (6) PONAM in salutari]. i. inopes & pauperes collocabo in subsidio
gratiæ meæ, vel in statu salutis stabiliã eos [FIDVTIALITER agã in eo]. i. fideliter protegã eos in
tali subsidio, nec permittã eos à peruersis peruerti. Et ne ô inopes dubitetis de veritate promissionis H
domini, quoniã ¶ (7) ELOQVIA domini, eloquia casta]. i. pura & omni falsitate impermixta,
videlicet sacra scriptura [ARGENTVM igne examinatũ]. i. eloquia domini assimilãtur argento per
ignẽ probato: quoniã sicut tale argentũ est splẽdidũ atq; dulcisonũ, sic sacra scriptura est lucida, deuo
tæq, mẽti suauis & sapida: & eloquia domini sunt argẽtũ [PROBATVM terræ] hoc est, probatũ ab
omni fece terrena [PVRGATVM septuplũ]. i. omni modo mũdatũ. Septenario enim vniuersitas de
signatur. eloquia ergo domini cõparatur argẽto ita probato atq; purgato, quoniã faciũt homines, nõ
terrenã & carnalẽ, sed celestẽ atq; angelicã vitã in hoc seculo ducere: & eos qui ipsis obediunt, faciũt
septẽ donis spiritus sancti impleri. Potest autẽ hic locus aliter & cõueniẽtius explanari, vt sit sensus,
Propter miseriã inopũ. i. ad succurrendũ miseriis paganorũ, qui omni miseria pleni erant, quia nec fi
dẽ, nec gratiã dei habebãt: & gemitũ pauperũ, hoc est, ad cõsolãdũ tristitiã fideliũ aduẽtũ regis Mes
siæ optantiũ in veteri testamẽto: nũc exurgã, mittendo filiũ meũ in mundũ, vt liberet eũ, dicit domi
Lucæ.2. nus deus pater. Ponã auxiliũ ac mũdi salutẽ, in salutari. i. in filio meo incarnãdo, per quẽ omnes ele
cti saluantur. de quo Simeon ait, Quia viderũt oculi mei salutare tuũ. fiducialiter agam in eo, hoc est,
efficaciter & infallibiliter operabor per ipsum mũdi redẽptionẽ. Eloquia domini. i. Christiana doctri
Lucæ.21. na, eloquia casta, id est, syncera atque verissima, quoniã possibilius est cælum & terram transire, quã

A minimũ verbum euangelicæ legis perire. ℂ (8) Tv domine]creator omnipotens[servabis nos] à malo[et cuſtodies nos]in bono[A generatiõe hac]de qua iam dictũ eſt, Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa, ne communicemus malis operibus eius[in æternum] hoc eſt, in præſenti cuſtodies nos ab eorum culpa, & in futuro ab eorum pœna. Et eſt iſtud verbum bonæ ſpei, eſtq; implicite quædam oratio, nam ſenſus eſt, tu domine ſeruabis nos, id eſt, ex charitate & magna fiducia, quã gero ad te domine, ſpero quod ſeruabis nos, immo hoc oro intente. ℂ (9) In circuitu impii ambulant] id eſt, non tendunt, per arctam & rectam viam, quæ ducit ad vitam, ſed in caducis rebus circũquaq; vagantur[secvndvm altitudinem tuam] id eſt, ſecundum maieſtatem ſeu magnitudinẽ potentiæ tuæ[mvltiplicasti filios hominum]hoc eſt, poſteros primorum parentum multiplicando indiuidua ſpeciei humanæ, in qua ſunt tam innumerabilia ſuppoſita, vt ex eorum multitudine clareat, quàm alta ſit potentia creatoris. Vel ſecundũ altitudinẽ tuã.i. ſecundũ quod decet te ſublimẽ ac ſummũ dominũ, multiplicaſti filios hominum, non ſolũ numero, ſed merito : non exterioribus bonis, ſed gratia, fide, donis ſpiritus ſancti, atque vniuerſis virtutibus, quod tempore nouæ legis præſertim impletum eſt, ex quo gratia ſpiritus ſancti copioſiſsime eſt effuſa. ℂ Deniq; pſalmus iſte mo- Matth.7.

B raliter docet nos vitia linguæ totaliter execrari, quemadmodum ſcriptum eſt, Qui moderatur labia ſua prudentiſsimus eſt. Prou.16.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XII

### ℂ Expositio Tituli.

HAbet interea pſalmus iſte hunc titulum, In finẽ pſalmus Dauid, id eſt, pſalmus iſte in Chriſtum nos ducens, aſcribitur ſancto Dauid loquenti hic in perſona fidelium, Chriſti præſentiam vehementer optantium. Et eſt pſalmus iſte carmen ardentiſsimi amatoris, verba ignea atque omni affectu pleniſsima continens, quemadmodum vere deuoto, hũc pſalmum cordialiter decantanti conſtat. Poteſt autem hic pſalmus ad literam exponi de ſynagoga ac ſingulis ſanctis veteris teſtamenti, primum Chriſti aduentum, videlicet incarnationem filii dei toto corde deſiderãtibus. In horum ergo perſona ait propheta.

### PRECATIO

*Omnipotens ſempiterne deus, illumina oculos cordis noſtri lumine ſpiritus tui, ne unquam in peruerſis actibus dormitemus, ſed tua gratia opitulante in præceptis eius iugiter uigilemus, ut ad præmium ſupernæ uocationis Chriſto adueniente tranſeamus.*

### ℂ Expositio Pſalmi iuxta ſenſum literalem.

C VSqveqvo domine obliuiſceris me in finem] id eſt quãdiu ô fili dei, o verbũ patris æterni, coæternũ deo patri, ita te habes circa me, ac ſi omnino oblitus eſſes mei, videlicet tãdiu differendo tuum aduentum [vsqveqvo auertis faciem tuam à me?].i. quouſq; elongas ac ſubtrahis à me præſentiam tuam, non ſolum diuinã, per quam ſemper & vbiq; es: ſed etiam corporalem, quã in fine ſeculorũ induiſti. Hanc nempe Chriſti corporalẽ pręſentiã antiqui ſancti ardentiſsime affectabant, quemadmodum in exordio cantici amoris Salomon in perſona ſynagogæ ſeu antiquorum patrũ loquens demõſtrat, Oſculetur me Cant.1. inquiens, oſculo oris ſui, id eſt, vnigenitus dei coniungat ſe meæ naturæ immediata ac perſonali vnione. Et Iſaias, Vtinam, inquit, diſrumperes cælos & deſcenderes. Abacuc quoq; ait, Vſquequo domi Iſaiæ.64 ne clamabo & non audies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? ℂ (2) Qvamdiv po Abacuc.1 nam conſilia] id eſt, dubioſas inquiſitiones[in anima mea]Nam homo qui aliquid adipiſci vehemẽter deſiderat, multa cõſilia, & varias vias cogitat, quibus poſſit ſortiri quod cupit. Sic veteres ſancti multipliciter cogitabant & inquirebant, quibus obſequiis poſſent efficacius impetrare miſericordiã dei, videlicet miſsionem Chriſti in mundum, & quãdiu ponam [dolorem].i. triſtitiam propter dilationem & morã aduentus Chriſti[in corde meo per diem]hoc eſt, inceſſanter & quolibet die. Nã ſpes quæ differtur affligit animã. ℂ (3) Vsqveqvo exaltabitur inimicus meus ſuper me] Prou.13. hoc eſt, quãdiu præualebit diabolus, & fomes peccati atque reatus originalis peccati, aduerſum me.

D Nam ſine Chriſti aduentu nemo ſanctorũ intrare potuit regnũ cælorũ, ſed deſcenderant omnes in limbũ inferni. Poteſtas quoq; diaboli & fomitis multo maior ac fortior erat ante Chriſti incarnationem ac mortẽ, quàm poſtmodũ. Et ideo inimicus tunc quaſi exaltabatur ſuper ſanctos. Chriſtus vero Lucæ.11. alligauit fortẽ armatũ.i. diabolũ, debilitando eius virtutẽ, & vaſa eius diripuit, faciendo ſibi de hominibus templũ dei qui ante extiterant habitaculũ diaboli. Itaq; ne amplius exaltetur inimicus meus ſuper me[respice & exaudi me dominus deus meus] aſſumendo naturã humanã, & redimendo me de manu omniũ qui oderũt me. ℂ (4) Illvmina oculos] hoc eſt, fide gratia & illuminatione ſpiritus ſancti doce intellectũ meũ, tã ſpeculatiuũ, vt recte cognoſcã: quàm practicũ, vt iuſte viuã. Vel illumina intellectum meũ, apparendo & cõuerſando per incarnationem inter homines, atq; docendo euangelicæ legis perfectionẽ. Quia tu es lux vera, quæ illuminas oẽm hominẽ venientẽ in hunc mũdũ. Et hoc o fili dei ideo fac[ne vnquã].i. vt nunquã[obdormiam in mortẽ].i. ne aliquo tẽpore cadã in mortale peccatũ, in quod cadẽdo obdormio & ſpiritualiter morior, quia à charitate & gratia dei deficio[neqvando]hoc eſt, vt nullo tẽpore[dicat inimicus meus]qui aduerſatur ſaluti animæ meæ[praevalvi aduerſus eũ]inducẽdo eũ ad peccati cõſenſum, vel in dãnationẽ perpetuã. ℂ (5) Qvi tribulãt me]tẽtãdo atq; conãdo vt auertãt me à te[exultabũt ſi motus fuero].i. gaudebũt ſi eorũ peruerſitati cõſenſero, & à te ſũmo & incõmutabili bono per inſtabilitatẽ ce

cidero [EGO autem in misericordia tua speraui] id est, spem victoriæ sumpsi, non de propriis viri- E
bus, sed per gratiam Christi saluari & præualere confisus, & ab omni peccato purgari, à quo per le-
Act.13. gem mundari non potui. Vnde in actibus Apostolorum Paulus ad Iudæos loquens, Per Iesum (in-
quit) remissio peccatorum annunciatur vobis ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Mosi iusti-
ficari. ℂ (6) EXVLTABIT cor meum] spirituali lætitia [IN salutari tuo] hoc est, in incarna-
to filio tuo, ô pater æterne, qui est Saluator & salus omnium hominum. In hac quidem vita exultabo
1.Cor.13. in eo, per fidem ipsum contẽplando: & per spem, ipsum expectãdo. In futuro autem seculo exultabo
in eo per speciem ipsum videndo, videlicet facie ad faciem, quia videbo eum sicuti est, & cognoscam
eum, sicut & cognitus sum. ℂ (7) CANTABO domino qui bona tribuit mihi] hoc est, laudem
dicam & gratias agam, semperque gratus ero filio dei Saluatori meo, qui tanta beneficia contulit mi-
hi [ET psallam nomini domini altissimi] id est, non solum verbo, sed verbo simul & opere laudabo
altissimum deum vnum ac trinum.

ℂEXPOSITIO tropologica eiusdem psalmi.

MOraliter vero exponendo hũc psalmum, propheta in persona cuiuslibet hominis sancti, si-
ue ecclesiæ aduentum Christi in præsenti per gratiam, atque in futuro per gloriam desiderã F
tis ait, Vsquequo domine deus omnipotens, cui proprium est, misereri semper & parcere,
obliuisceris me seruum & pauperem tuum in finem, id est, tam diu, non dando desideratam
vitæ & gratiæ perfectionem in conuersatione præsenti. desidero enim tibi in sanctitate & iustitia de-
seruire. Et oro te quotidie vt des mihi omnes passiones refrenare, ac vitia extirpare, quatinus tibi trã
quilla pura ac stabili mente ministrem, sed non obtineo gratiam istam à te secundũ desideriũ meum.
Et hoc vtique ô domine non est ex defectu tuæ bonitatis, sed propter indignitatẽ meæ conuersatio-
nis, quoniã obicem pono, & meipsum gratiæ tuæ incapacem efficio. Sed ô domine à te est omne bo-
num, & ergo in quocunque vides me ex me deficere, in illo digneris mihi ex tua benignitate succur-
rere. Vsquequo ergo obliuisceris me in finem, non exaudiendo cordis mei affectum, vsquequo auer-
tis faciem tuam à me. i. quãdiu suspendis gratiosam pietatis tuæ præsentiam atque dulcissimã gratiæ
tuæ consolationem à me desolato & sterili, afflicto & arido, qui non gusto quàm dulcis est dominus,
neque proficio sicut opto & teneor. Interdũ enim deus ad tempus suspendit à bonis hominibus gra
tiæ suæ consolationem, non quidem auferendo gratiæ habitum, sed operationem & experimentalem
deuotionem, atque optatam alacritatem: & hoc plerunq; contingit ex dispensatione diuina propter
negligentiam nostram. Quandoq; autem contingit ex dispensatione diuina, videlicet ne inaniter glo
riemur & extollamur dum gratia nobis arridet, & adest: & vt deum ardentius, frequẽtius, ac fiducia-
Philip.1. lius inuocare assuescamus. Deinde exponi potest hic versus de homine amoroso, qui cum Paulo cu- G
Rom.13. pit dissolui, & esse cum Christo. ait itaque homo talis, Vsquequo domine obliuisceris me in finẽ, non
liberando me de corpore mortis huius, & ab incolatu præsentis miserandi exilii: vsquequo auertis fa
ciem tuam à me, hoc est, quam diu denegas mihi beatificam tuæ essentiæ visionem, non transferẽdo
me à fide ad speciem, & de via ad patriam? Quàm diu ponam consilia in anima mea inquirendo, &
Prou.24 anxie cogitando, qualiter tibi perfecte adhæream, atque proficiendo semper complaceam, quomodo
Rom.7. etiam tandem ad beatissimæ tuæ bonitatis fruitionem perueniam: dolorem in corde meo per diem,
id est, quam diu affligam meipsum in animo meo quotidie, propter multitudinẽ imperfectionũ mea-
rũ, & propter absentiam gratiæ tuæ aut gloriæ. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, id est,
quãdiu ero subiectus tentationibus diaboli, carnis ac seculi, propter quorum instantiam sæpius cado,
& seruus peccati efficior. Etsi non mortaliter pecco, tamen prohdolor venialiter sæpins pecco, quia
Rom.7. iustus septies in die cadit, & quantum ad hoc exaltatur & præualet inimicus meus super me, habeo
1.Pet.2. enim domesticum inimicum, de quo ait Apostolus, Video aliam legem in membris meis repugnan-
tem legi mentis meæ. Hæc lex membrorum est fomes peccati & concupiscẽtia carnis. Vnde Petrus
in sua prima Canonica ait, Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desi
deriis quæ militant aduersus animam. Et Paulus, Qui, inquit, in carne sunt deo placere non possunt.
Vt ergo inimicis istis efficaciter repugnem, respice & exaudi me domine deus meus, respice me per H
misericordiam, qui omnia respicis per scientiam. Illumina oculos meos, hoc est, doce & dirige intel
lectum meum atque memoriam quatenus quæ tibi placent, agnoscã & impleam, ne vnquam obdor-
miam in mortem, hoc est, ne vnquam in anima moriar, recedẽdo à te fonte felicitatis ac vitæ. ne mor
taliter peccem: & si mortaliter peccauero, ne saltem in peccato tali permaneã aut finiar moriendo in
eo: nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum, separando eum à deo. Qui tribulãt me, sci
licet dæmones & eius ministri, exultabunt, si motus fuero. Hoc atque sequentia iam in præcedẽtibus
satis exposita videntur.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XIII.

EXPOSITIO Tituli.

TItulus psalmi istius est, in finem psalmus Dauid, id est, psalmus iste in Christum nos diri-
gens est psalmus sancti Dauid. Exponitur autem hic psalmus ad literam de induratis, repro-
bisque Iudæis, illis præsertim qui Christo corporaliter in mundo conuersanti atque miracu-
la facienti credere contempserunt: ait ergo,

A PRECATIO.

*Perpetuam captiuitatem, deus pater à populo tuo auerte: & pacem in illo, qui facit utraque unum, nobis (rogamus) concede: in qua Iacob homo noster exultet in carne, donec effectus Israel mereatur te deum uidere.*

EXPOSITIO iuxta sensum literalem.

(1) DIXIT insipiens in corde suo] .i. infidelis Iudęus Christi (qui est sapientia dei Mat. 13
æterna) doctrinam despiciens, cogitauit, & intra se affirmauit, ac sensit [NON Marc. 2.
est deus] hoc est Iesus iste Nazarenus, cuius mater & fratres apud nos sunt. Luc. 3.
Qui cũ peccatoribus manducat, & sabbatũ non custodit, non est deus, nec fi- Iohan. 9.
lius dei, deo patri consubstantialis ac coæternus, sed potius p̃ctõr atq; blasphe
mus. Hoc nempe Iudæos fuisse dicturos de Christo à Ieremia prophetatum Ierem. 5.
agnoscimus. Vbi sic legitur, Præuaricatione p̃uaricata est in me domus Israel,
& domus Iuda dicit dominus, negauerunt dominum & dixerunt non est ipse.
¶ (2) CORRVPTI sunt] putredine vitiorũ, & cõsuetudine criminosa, & mentis integritatẽ per-
diderunt, propter auersionem à summo vno & vero deo Iesu Christo Iudæi increduli [ET abomi-
nabiles facti sunt in studiis suis] hoc est, contemptibiles facti sunt deo & homini prædicti Iudæi, in
B operibus, verbis & cogitationibus suis, quia cœlestis magistri doctrinã ac fidem spreuerunt, & rebus
tẽporalibus inhęserunt. Nam superbi auariq; erant, & cordibus incircuncisi [NON est qui faciat bo- Abac. 2.
num] Non dicit simpliciter nullũ esse operatorẽ boni, sed non est inquit, qui faciat bonum ex his ita
abominabilibus, & corruptis, quia nullus eorũ fecit bonũ seu opus meritoriũ, quoniam iustus ex fide
viuit, & ideo addit [NON est vsque ad vnũ] .i. tam vere nullus est qui faciat bonũ ex illis, vt nec vnus
reperiatur in eis qui faciat bõnũ, & ita (vnum) ponitur inclusiue. Vnde incredulis Iudæis Christus
dixit, Quomodo potestis bona loqui cũ sitis mali. De quibus Ieremias, Indurauerunt (ait) facies suas Luc. 11.
super petrã & noluerunt reuerti, sed renuerunt capere disciplinã. ¶ (3) DOMINVS] .i. Christus Ierem. 5.
verbũ dei ac deus [DE cœlo] .i. de humanitate assumpta, in qua velut in cœlo habitauit diuinitas eius
[PROSPEXIT super filios hominum] hoc est, attendit & considerauit Iudæos, ad quos specialiter
missus fuit: iuxta illud, Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel [VT videat si est in- Mat. 15.
telligens aut requirens deum] .i. an sit aliquis per fidẽ cognoscens deũ patrẽ, & quẽ misit Iesum Chri
stum. ¶ (4) OMNES declinauerunt] hoc est, nullũ talem inuenit ex illis corruptis, sed omnes de- Iohan. 17
clinauerunt .i. per incredulitatẽ à Christo recesserunt, [SIMVL inutiles facti sunt] quia nec seipsos
possunt saluare, nec digni sunt deum laudare [NON est qui faciat bonũ.] ex illis incredulis [NON est
vsq; ad vnũ.] hoc est, omnino nullus est ex eis benefaciens. Si autẽ quod dictnm est de Iudęis. Non
C est qui faciat bonũ & omnes declinauerunt, &c̃. accipiatur simpliciter absoluteq; dictũ de omnibus,
tunc intelligendũ est per Synecdochen, & per cõparationẽ, quia videlicet maior pars Iudęorum in-
credula mansit, imo tam multi infideles permanserunt, vt cõparatione eorũ cæteri qui crediderunt,
quasi nulli videantur. ¶ (5) SEPVLCHRVM patens est guttur eorum] .i. simile sepulchro paten-
ti, quia quemadmodũ ex tali sepulchro fœtor atq; infectio quædã mortifera profluũt, sic ex cordibus
Iudæorum per guttur linguã & ora ipsorũ verba blasphema, fœtida ac animã occidentia processe-
runt [LINGVIS suis dolose agebant.] Nam sæpe tentauerunt Christũ vt caperent eũ in sermone,
& haberent causam contra eũ. Principes quoq; & scribæ eorũ seduxerunt alios auertẽdo eos à Chri Mat. 22
sto, quia in passione quoq; persuaserunt populo, vt peterẽt sibi dari Barraban, Iesum vero occide- Mat. 27
rent [VENENVM aspidum] .i. verba infectiua & animæ interfectiua [SVB labiis eorum] hoc est, Marc. 15.
in ore infideliũ Iudæorum, qui autorẽ vitę, & mundi saluatorẽ negauerunt, diffamauerũt, & occide- Lucæ. 24
runt. ¶ (6) QVORVM os maledictione] .i. blasphemia contra Christũ [ET amaritudine] .i. con- Iohan. 18
demnatione Christi ad mortem [PLENVM est] dixerunt enim, reus est mortis [VELOCES pedes
eorũ ad effundendũ sanguinem.] Nam mente & corpore parati fuerunt & prompti, vt occiderent Mat. 26
Christum: sicq; ex inuidia cordis etiam pedes corporis festinabant currendo ad Christi occisionem.
¶ (7) CONTRITIO] .i. spiritualis esse cõminutio, charitatis destructio, gratiæ extinctio [ET infe
D licitas] hoc est, omnis beatitudinis priuatio, & à summo bono auersio [IN viis eorum] .i. in conuersa
tione, & studiis peruersorum Iudęorum. Quoniam principem vitæ, fontem gratiæ, & deum salutis
suę persequebantur, idcirco omne spirituale esse gratiæ gratificantis in eis contritũ seu cõminutum
atque confractũ est, propter quod opera eorũ infelicia extiterunt, & ad infernalem miseriã eos duxe
runt [ET viam pacis] .i. Christi doctrinã per quã peruenitur ad pacẽ ęternam [NON cognouerunt]
per approbationẽ & imitationẽ, sed eã spreuerunt. Vel, viam pacis .i. pœnitentiã non cognouerunt,
sed indurati in malo sunt, quemadmodũ Esaias prædixit, Incrassatum est (inquiens) cor populi hu- Esaiæ. 6
ius [NON est timor dei ante oculos eorum] quoniã Christum non timuerunt, nec eius cõminationi-
bus intenderunt, neque miracula de ipso testimoniũ perhibentia curauerunt: sed odio excæcati im- Mat. 23
pleuerunt mensurã patrũ suorum, quia vt illi occiderunt prophetas, sic ipsi Christum regem ac dñm
prophetarum. ¶ (8) NONNE cognoscent omnes qui operantur iniquitatem] .i. prædicti maligni
[QVI deuorant plebem meã] .i. Christũ & eius discipulos in principio nascentis ecclesiæ occiderũt
[SICVT escam panis.] Nonne inquam cognoscent veritatẽ .i. se errare. q.d. non: quia in pręsenti se-
culo non cognouerunt, sed obstinati manserunt, quẽadmodum postea dicitur, Obscurẽtur oculi eo-
rum ne videant. Et Esaias prædixit, Quis cæcus, nisi ad quẽ misi seruos meos? id est, populus Iudæo- Psal. 68
rum. vel sic, Nonne cognoscent omnes, &c. q.d. imo, quia in die iudicii quãdo videbunt in quẽ trans- Esa. 42
fixerunt, tunc per experientiã pœnæ veritatẽ cognoscent. ¶ (9) DOMINVM] .i. deum patrem & Iohan. 19

filium eius vnigenitum [NON inuocauerunt].i.mente per charitatem & fidē atque internū affectum E
non orauerunt [ILLIC trepidauerunt timore, vbi non erat timor].i. vbi merito non debuissent ti-
Iohan. 11. mere. Nam plus timebant homines q̃ deū, & magis timebant tēporalia damna q̃ spūalia detrimen-
ta, & perdere regna cœlestia. vnde dicebant, Quid faciemus, quia hic homo (s. Iesus) multa signa fa-
cit: si dimittimus eū sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locū nostrū & gentem.
sed de hoc ꝙ Christo homines adhærebant, non debebant dolere, nec propter iustitiā persecutionē
timere, cuius rationē propheta assignat. ¶ (10) QVONIAM dominus in generatione iusta est].i.
deus omnipotens in conuentu fideliū & congregatione Christo adhærentium cōmoratur, estque in
eis per charitatē & gratiā. Et ita erat in multitudine corū, qui ex Iudæis primitus Christū sequeban-
Luc. 8. 23 tur, sicut erant apostoli, aliiq; discipuli, & quędā fœminæ religiosæ. Sed ô vos Iudæi increduli [CON
SILIVM inopis confudistis].i. euangelica Christi consilia contēpsistis, nolentes terrena relinquere,
atque cœlestia toto corde appetere. Ideo nanq; vt Euangelista testatur, cum Christus contra auari-
Iohan. 10 tiam disputaret, dixistis astantibus, Insanit: quid eū auditis? Christus vero inops vocatur, quia apo-
2. Cor. 8. stolus ait, Quoniam cū diues esset propter nos egenus factus est. Et cur hoc nisi vt eius tēporalis ac
corporalis inopia fieret nobis spiritualis abundantia, locupletatioque æterna? De hoc inope Christo
Zach. 9 Zacharias ait, Iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascen-
dens super asinā. Ideo autē confudistis consiliū inopis [QVONIAM dominus spes eius est].i. quo- F
niam docuit in solo deo esse sperandum, non in incerto diuitiarū, nec in copia temporalium rerum.
Deinde sanctus Dauid de finali Iudæorū conuersione vaticinans. ¶ (11) QVIS] inquit [DABIT
ex Syon].i. quis procedens ac nascens ex populo synagogę, seu stirpe Iudæorum dabit [SALVTA-
RE].i. redemptionē [ISRAEL] hoc est, Israeliticæ plebi. q.d. quis saluabit eos? Et respondet [CVM
auerterit dominus captiuitatem plebis suæ].i. cum Christus expulerit ex cordibus Iudæorum mali-
tiam eos excæcantem, atq; diabolū in eis regnantem, ipsosque in captiuitate perfidiæ & peccati liga-
tos tenentem, tunc [EXVLTABIT Iacob].i. gaudebit populus ex Iacob exortus vitiorum supplan
tator [ET lætabitur Israel].s. idem populus deū contemplans. tunc enim gaudebunt, quia cognoscēt
verum Messiam, & credent in eū, ministrabunt ei corde iucundo & mente gratissima. Hæc autē eo-
rum conuersio fiet in fine seculi ad prædicationē Heliæ. De quo Malachias dicit, Ecce ego mittā vo
bis Heliam prophetā, antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrū ad
filios, & cor filiorū ad patres. Per hoc nanque quod faciet Iudæos verum Christū recipere, & eū de-
uotissime colere, sancti patres defuncti, qui erant à Iudæis propter ipsorū incredulitatem auersi con
uertentur ad eos & diligent ipsos. similiter filii qui tēpore infidelitatis erant à patribus sanctis auer-
Mat. 17 si, per fidem Christi conuertentur ad ipsos. Propter quod in Euangelio ait saluator, Helias cum ve-
nerit restituet omnia. Quod autem ista scriptura, scilicet vltimus versus psalmi istius congrue expo- G
Roma. 3. natur de conuersione Iudæorum futura, hinc patet, quod apostolus ad Romanos istam scripturam
inducit ad probandum conuersionem Iudæorum futuram.

## ¶ EXPOSITIO tropologica eiusdem psalmi.

DIxit insipiens, id est, diuinorum cognitionē non habens, nec Christum (qui est sapientia dei)
vita & moribus sequens, in corde suo. non est deus, hoc est, non est aliquis qui sit omnium iu-
dex ac dominus, & prouidentiā de actibus hominū habēs. Quanuis enim pauci vel nulli sint,
qui putent Deum absolute non esse, multi tamen fuerunt, qui putabant deū non esse, eo mo-
do, quo fides catholica astruit eū esse, videlicet omniū prouisorem, iudicē, ac remuneratorem. Possit
hic introduci quędā difficultas. s. quomodo aliquis possit dicere in corde suo, non est deus: quum deū
esse sit per se notum, vt ait Anselmus, cui consonat Damascenus, qui primo libro ait, Omnibus natu
raliter inserta est cognitio deū existendi. Thomas vero & Scotus tenent oppositum. Hanc autē dif-
ficultatē omitto, quia in libro de diuina natura eam diligenter tractaui, tenuiq; probabiliter cū An-
selmo, ꝙ deum esse sit maxime per se notū, etiam magis q̃ prima principia. Nec obstat, ꝙ insipiens
dixit in corde suo deū non esse, quia nonnulli Philosophi negauerunt prima principia, quæ nihilo-
minus sunt per se nota. Nunc autē breuiter dico, quod omnis, qui deū inhonorat, cōtemnit, & in vi- H
tiis perseuerat, dicit in corde suo nō est deus. Quamuis enim nec in corde suo affirmet, nec ore pro-
nuntiet, deū non esse, tamen sic viuit, quasi deū non esse putaret. Propterea enim apostolus dicit, Di
cunt se nosse deū, factis autem negant. De quibus propheta subiungit, Corrupti sunt & abominabi-
Titum. 1. les facti sunt in studiis suis. Corruptū & integrum opponuntur, & non nisi in rebus corporeis pro-
prie inueniuntur, in spiritualibus autem transsumptiue, seu similitudinarie accipiuntur. Quemadmo
dum ergo integritas mentis, est eius ad deum perfecta conuersio, sic mentis corruptio est eius à deo
auersio. Itaque peccatores corrupti sunt, id est, mente à deo auersi, & vitiis vulnerati, & abominabi-
les facti sunt in studiis suis, hoc est, in occupationibus interioribus & exterioribus: quoniam creatore
relicto ac spreto in rebus caducis, vanis & turpibus occupantur, quærentes ditari, delitiari, aut do-
minari, non est qui faciat bonum ex illis, sed à minimo vsque ad maximum omnes circa illicita stu-
dent, non est vsque ad vnum, hoc est, nullus est ex eis bene viuens. Vel potest (vsque ad vnum) ex-
clusiue exponi, & illud quod dicitur, non est qui faciat bonum, absolute intelligi, vt sit sensus, non est
Roma. 8. qui faciat bonum, id est, nullus homo ex propriis viribus bene viuit, quia non est volentis neque cur
Osee. 13 rentis secundū apostolum, sed dei miserentis. & in Osee legimus, Perditio tua Israel ex te, in me tan
tummodo auxilium tuum. Sic igitur, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, id est, præter
Roma. 11 vnū. Quoniam vnus est qui propria virtute bene agit, ac naturali proprietate sanctus ac iustus est. s.

A Christus. Et ideo ait apostolus, Conclusit deus omnia sub peccato, vt omniũ misereretur. Dominus
de cœlo .i. qui habitat in cœlo, secundũ modum prædictum, respexit super filios hominũ .i. cõsidera-
uit cogitationes, verba ac opera singulorũ, vt videat, si est intelligens aut requirẽs deum, hoc est, si sit
aliquis intelligens deũ, nõ vtiq; informi & nudo intellectu, sed intellectu formato, & ad operationes
sanctas se extendẽte: aut requirẽs eũ per pœnitentiã, per orõnes feruẽtes, per conuersationẽ solicitã.
Hoc est quod in Ieremia habetur, Fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi, ma- Hiere. 32
gnus consilio, & incõprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt red-
das vnicuique secundũ viam suam. Dicitur autẽ deus de cœlo respicere vt videat, non ꝙ sua cogni-
tio ex aliqua causa dependeat, sed humano modo loquitur scriptura de deo. Vel quod dicitur (vt vi-
deat) intelligendũ est, vt alios videre faciat, quia in die iudicii vniuersis ostendet quis bene vel male
operatus est. Secundũ hunc intellectum scriptũ est, Dixit dominus ad filios Israel (quando videlicet Exod. 33
adorauerunt vitulum) Iam nunc depone ornatum tuũ vt sciam quid faciam tibi .i. vt sciri faciã, debi-
tam pœnam pro culpa infligendo. Omnes videlicet illi corrũpti declinauerunt, à lege dei, & ideo si-
mul inutiles facti sunt, hoc est, inanes ac perditi, non est ex eis qui faciat bonũ, non est vsque ad vnũ:
cum enim charitatẽ, quæ est animæ vita, non habeant, nihil deo viuo ac vero acceptũ agere possunt.
Sepulchrum patens est guttur eorũ, quoniam pestifera proferendo per guttur seipsos occidunt, de-
B uorant, & quasi sepeliunt, aliosque vitiosorũ verborum fœtore cõmaculant. Linguis suis dolose age-
bant, decipiendo alios, imo fallendo seipsos. Nam qui aliũ decipit, primo seipsum seducit, quia vnius-
cuiusque peruersitas primo redundat in seipsum, & prius nocet agenti quàm alteri. Venenũ aspidũ,
id est, rancor nequissimus seu sermo dolosus, sub labiis ipsorũ, vt cum poterunt euomant illũ, & tan-
quam aspis inficiant proximũ. Quorũ maledictione os plenũ est, quia maledicentibus remaledicũt,
& contrà, benedicentibus aut nihil nocẽtibus ediuerso maledicunt, & amaritudine, hoc est, indigna-
tione & zelo amaro contra deũ & proximum: & dolo .i. occultis insidiis. Veloces pedes eorum, hoc
est, cordis affectus, & etiã corporis pedes, ad effundẽdum sanguinem propter causas iniustas. Con- Eccl. 31
tritio .i. gratuiti esse destructio, & infelicitas in viis .i. in operibus eorum, & viam pacis .i. conuersatio-
nem amorosam per quam venitur ad pacem æternã, non cognouerunt, per imitationem, non est ti-
mor dei ante oculos eorum .i. deum non timent. Nam si deũ timerent tot mala non facerent, quoniã
scriptum est, Timor domini expellit peccatũ. Et Salomon ait, Qui timet deum, nihil negligit. Non- Eccl. 5
ne cognoscent omnes qui operantur iniquitatẽ, imo cognoscent quàm male faciant, quia mox vt de
corpore exierint, & ante Christi tribunal peruenerint, scient quid meruerunt, & per pœnas cogno-
scent, quod iam scire cõtemnunt: qui deuorant plebem meã, hoc est, cõtristant, opprimunt, vel occi-
C dunt pauperes spiritu, innocẽtes ac simplices: sicut escam panis, hoc est, tãquam panem qui est esca.
Hanc vero sentẽtiam in Osee inuenimus pulchre expressam. Iudicium, inquit, domino cũ habitato- Osee. 4
ribus terrę, non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra: maledictum, & ho
micidium, & mẽdacium, furtum & adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Deum non
inuocauerunt. Versus iste iam prius satis expositus est. Quoniam dominus in generatione iusta est .i.
inter iustos per gratiam habitat. De quibus æterna sapientia per Salomonem dicit, Deliciæ meæ esse Prouer. 8
cum filiis hominũ. Et in Apocalypsi, Ecce tabernaculum dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Cõ Apoc. 21
silium inopis confudistis .i. increpationem, admonitionẽ, & informationem humiliũ, piorum, ac reli-
giosorum virorũ, ô impii cõtempsistis: quemadmodũ scriptum est, Impius cũ in profundum pecca-
torum venerit, cõtemnit. Et ideo illud spreuistis, quoniã dominus spes eius est, hoc est, quoniã prędi Prou. 18
cat in solo deo spem esse ponẽdam, & omnia carnalia oblectamenta, tẽporales honores, ac seculares
vanitates esse spernẽdas. Quis dabit ex Syon .i. quis cõtemplatiuorũ ac sanctorũ virorũ, ex Syon, hoc
est ex congregatione speculantium deũ procedens tanquam vnus illorũ, pertinensque ad sortem seu
numerum ipsorũ, dabit salutare .i. veram felicitatẽ Israel, hoc est, collectioni fideliũ, deum nunc per
fidem videntium. Et respondet, Cũ auerterit dominus captiuitatẽ plebis suæ .i. cum Christus libera-
uerit Christianos ab omni seruitute peccati, ac iugo diaboli, quod nõ erit vniuersaliter, nisi in die iu-
dicii, tunc exultabit Iacob .i. fidelis, mala supplantans, & vitiis efficaciter iam resistens: & lætabitur
Israel, idem est exultare Iacob & lętari Israel, quia idem est Iacob & Israel: sed fidelis quisq; in præ-
D senti vita dicitur Iacob, quàm diu luctatur cum vitiis: in futuro autem veraciter dicetur Israel, quan-
do videbit deũ facie ad faciem. Iacob equidem interpretatur supplantator, Israel vero interpretatur
vir videns deum. Fidelis ergo qui peccata supplantat est Iacob, & idem est Israel, in quantũ est deũ
contemplans. In die autẽ iudicii Iacob & Israel, hoc est quilibet vere fidelis, lętabitur mente, & exul
tabit corpore, quando audiet iudicem dicentem, Venite benedicti patris mei percipite regnũ, quod
vobis paratum est ab origine mũdi. tunc enim absterget deus omnem lachrymam ab oculis sancto- Mat. 25
rum. Et tunc mortale hoc induet immortalitatem, implebiturque, quod ab Esa. ex persona dei prædi Apoc. 21
ctum est, Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos o impii præ dolore cordis clama- 1. Cor. 15.
bitis, qm̃ obliuioni traditę sunt angustiæ priores. Vñ Malachias de futura glĩa beatorũ sic dicit, Egre Esaiæ. 65
diemini & salietis quasi vituli de armẽto, & calcabitis impios in die quo facio, dicit dñs. Sed attende Mala. vlt.
tibi o frater, q psalmũ hunc cantas, audis, vel legis, ne ea quę in ipso de reprobis scripta sunt, tibi cõ-
ueniãt. Examina & diligẽter scrutare conscientiam tuã, & si horum vitiorũ quippiam in te repereris
pœnitentiã age, & de cætero caue. Non viuas quasi non sit deus, sed reuerenter ac cũ timore coram
dño ambula, in choro quasi deo præsente teq; aspiciente, in omnibus decenter, deuote, ac tremebun
de te habe, cordialiter semper aduertens, quod dictũ est, Dñs de cœlo prospexit super filios hominũ,
vt videat si est intelligens aut requirens deũ. Deniq;, Maledictus hõ qui facit opus dei negligenter. Iere. 48

# COMMENTARIVS IN PSALMVM XIIII E

## ¶EXPOSITIO TITVLI.

TItulus psalmi est, psalmus Dauid .i. psalmus iste est sancti Dauid hic loquentis. Volens nanque propheta nos moraliter informare, quemadmodum vere pertinere possimus ad numerũ electorum in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, deum interrogat.

### PRECATIO.

*Visita nos, quæsumus domine, abs te peregrinantes in corpore, & in tuo sancto seruitio confortare dignare: ut iustitiæ operatione assidue intenti, sine macula inhabitatores æterni mereamur esse tabernaculi.*

### ¶EXPOSITIO psalmi, iuxta sensum tropologicum.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo] .i. quis vere perseuerat in militan (1)
ti ecclesia .s. re & homine tanquã viuum Christi mẽbrum à capite Christo mo
tum ac vitam .i. operationẽ ac gratiam recipiẽs, sicut mẽbra corporalia à pro-
1. Ioh. 2. prio capite. multi enim habitãt in ecclesia solo nomine, vt mali Christiani at-
que hæretici. De quibus ait Iohannes in sua canonica, In nobis erant, sed non
erant ex nobis. Nam si ex nobis fuissent, permansissent vtique nobiscũ, [AVT F
quis] o domine, [REQVIESCET in monte sancto tuo] .i. post præsens exiliũ
laboriosum, æterna requie perfruetur in cœlo empyreo, in quo post vitã hanc
suauiter requiescent qui nunc pro dei amore piis laboribus fatigantur. Insuper propheta quasi eru-
Lucæ. 11 ditus à domino, qui pulsantibus aperit, ad hanc quæstionem respondet. Videtur autẽ hęc quæstio bi-
partita, quia. Primo inquirit, quis habitet in ecclesia militante. Secũdo, quis moraturus sit, seu quietu-
rus in ecclesia triumphante. Sed quęstio ista, est quasi vna aut simplex. Nam quicunque nunc vere &
perseueranter pertinet ad militantẽ ecclesiam, in futuro veraciter pertinebit ad triumphantem eccle
siã. Idcirco ad vtranq; quæstionẽ datur vna respõsio quæ est. ¶(2) QVI ingreditur sine macula]
id est, qui declinat à malo, qui nemini nocet, qui sine mortali crimine conuersatur. Cur potius dixit
propheta, Qui ingreditur, q̃ qui egredietur: cum tamen vtrunq; dici possit saluatore contestante, qui
Iohan. 10 ait, Per me si quis intrauerit, saluabitur & ingredietur & egredietur. Accipit ego propheta hoc loco
Sap. 5. ingressum pro operatione, quæ sine errore ducit ad finem, qui deus est. Multi autem errant à via, &
hi non ingrediuntur sine macula, sed seducuntur in via, ambulantes vias difficiles, & viam dñi igno-
rantes. Quoniam vero non sufficit declinare à malo, propterea addit [ET operatur iustitiam] hoc
est, actum iustitiæ, prout iustitia dicitur virtus cõmunis, & virtualiter est omnis virtus. Vel etiã, prout
iustitia est virtus specialis. ¶(3) QVI loquitur veritatẽ in corde suo] hoc est, in seipso syncerus & G
verus est, & vera intra se cogitans, vt non sit simulator atque hypocrita [QVI non egit dolum in lin
gua sua] hoc est, verbis fraudulentis atque mendacibus alios non decepit. ¶(4) NEC fecit proxi-
mo suo malum] hoc est, nulli Christiano exterius nocuit, sed proximũ diligit tanquam seipsum [ET
opprobrium non accepit aduersus proximos suos] hoc est, verba detrahentiũ, maledicẽtium, & in-
uidorum non aduertit, nec libenter audiuit, sed reprobauit ac repulit detractorem, quemadmodũ in
Prou. 4 Prouerbiis Salomon monet, Labia detrahentium procul sint à te. Et iterum scriptum est, Quasi à fa
Eccl. 21 cie colubri fuge à detractore. Eiusdem enim impietatis est detrahere & detrahenti applaudere, quia
vtrunq; ex suo genere est mortale peccatũ magis quàm furtum. Et si non esset qui audiret, nec esset
qui detraheret. ¶(5) AD nihilum deductus est in conspectu eius malignus] hoc est, peccator in
quantum peccator nullius est reputationis in anima iusti, nec est honore dignus vt peccator, cũ ho-
nor sit exhibitio reuerentię in signum virtutis. Potest tamen malignus honorari, in quantum est su-
perior, seu ad dei imaginẽ factus, quẽadmodũ Petrus pręcipit seruis, vt obediãt dominis suis, nõ solũ
modestis, sed etiam dicolis. Et secundũ hunc intellectum Aristoteles dicit, quod Magnanimus est cõ
1. Pet. 2. temptiuus aliorum. Non q̃ simpliciter alios spernat, sed vitiosos paruipendit, & neminẽ honorandũ
existimat, nisi quem virtus nobilem facit. Quanuis autẽ iustus peccatores contemnere debeat in cõ-
muni, nec tamen iudicare debet de aliis in singulari, nisi in manifestis & certis peccatis, nec sic debet H
contemnere, vt naturã cõtemnat, sed vitium. Pro natura vero offerat charitatiuam precẽ [TIMEN-
TES autẽ dominum] .i. virtuosos [GLORIFICAT] .i. reputat & honorat. ¶(6) QVI iurat pro-
ximo suo & non decipit] .i. qui iurat vbi, quando, & in quibus, & propter quid iurandum est, & iu-
ramentum adimplet atque verificat. Vel, qui iurat .i. firmiter aliquid asserit & proponit, & non deci
pit [QVI pecuniam suam] materialem [NON dedit ad vsuram] quemadmodũ vsurarii faciunt [ET
munera super innocẽtem non accepit] .i. dona nulla accepit, quatenus opprimat inferiorem in iudi-
Deut. 13. cio, aut in alia qualibet causã. Ex hoc igitur versu constat, q̃ vsura nõ erat Iudæis cõcessa, vel præce
24. pta vt licita: sed solum permissa, quatenus erat maioris mali prohibitiua, sicut libellus repudii. Vnde
Mat. 19 Aristoteles naturali ratione instructus affirmat, q̃ vsura est maxime cõtra naturam. Veruntamen in
Marc. 10. Euangelio dominus ait seruo nequam. Oportebat te pecuniam meam dare nummulariis, & ego ve-
Ethic. 4. niens recepissem illam cum vsura, sed ibi pecunia sumitur pro cõmisso talento .i. pro gratia data, &
Mat. 25 specialiter pro cognitiõe sacræ scripturæ, quã qui acceperit, alios instruere debet. Et ita vsura est fru
Lucæ. 19 ctus sciẽtię datę, vel gratię aut beneficii. Ab eo nãq; qui plus accepit, plus exigetur. Hic ergo prophe
ta descripsit virum iustũ attribuendo ei decẽ actus virtutũ. Et subdit, ¶(7) QVI facit hæc nõ mo-
uebitur in æternum.] Porro in præsenti adhærebit domino, & stabilis erit in deo per gratiam, in fu-
turo autem seculo cõfirmabitur in eo per beatitudinem sempiternã. De tali nempe viro seu homine

A dominus in Euangelio dicit, Similabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Matth.7.
Non sunt autem hæc intelligenda, quasi necesse sit hominē iustum nunquā vitia incidisse, semperque his virtuosis actibus fuisse intentum: sed quia nō permanet in peccatis mortalibus, imo redit ad se & studet in his operibus sanctis exercitari, in quibus si vitā finierit æternaliter saluus erit. Ex horū itaque virtuosorum operū, & bonarum proprietatū contēplatione attende tibi o frater, an vere sis mēbrum Christi, & inhabitator ecclesiæ, atque in statu salutis. Vide an sine mortali viuas peccato, an quæ tibi præcepta sunt, impleas: an talis sis foris in verbo & opere, qualis intus in corde: an nulli facias quod tibi fieri non vis: an diuites, potētes, in carne florentes, & in naturalibus eminentes & seculares magis repures, & honores quàm pauperes, debiles, corpore castigatos, gratuitis adornatos, claustrales, ac religiosos. Attende quos amplius diligis, cum quibus libentius conuerfaris ac loqueris, & quorum vitam ac mores studiosius imitaris.

¶ EXPOSITIO allegorica eiusdem psalmi.

POstremo psalmus iste specialiter exponi posset de Christo. Videns enim propheta in spiritu multos esse venturos, qui se Christum assererent, & maxime propter discretionem veri Christi. s. Iesu Nazareni ab Antichristo, interrogat, Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. i. quis omnium horum, quorū vnusquisque dicit se esse Christum, morabitur & permanebit in militan-
B ti ecclesia, tanquam princeps & caput atq; saluator fideliū, aut quis requiescit in monte sancto tuo. i. quis omnium horum ascendet super omnes cœlos, vsque ad dexteram tuam, vt regnet tecum sine fine. Qui ingreditur sine macula. i. nec Antichristus, nec pseudoprophetæ, nec aliquis seipsum exaltās & Christum se simulans: sed Iesus est qui est agnus sine macula, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Quomō autē sequentes actus virtutum Christo vere ac summe conueniant 1.Pet.2.
facile est intueri. Christus. n. impleuit omnē iustitiam, & ideo q̄m ista fecit non mouebitur in æternū. Nam regni eius nō erit finis, quēadmodum Zacharias prædixit, Ecce vir oriens nomen eius (transf- Lucæ. 1.
latio autem Chaldaica habet, Messias nomen eius) & ædificabit templum domino (scilicet militan- Zach.6
tem ecclesiam) & ipse portabit gloriam, & sedebit & dominabitur in solio suo.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XV.

¶ EXPLANATIO TITVLI.

AScribitur autē huic psalmo hic titulus, Tituli inscriptio ipsi Dauid. Hic vero titulus non de Iohā.19.
veteri testamēto creditur sumptus, sed ex Euangelio, vbi narratur, quod crucifixo Iesu Christo, Pilatus posuit causam ipsius scriptam. s. titulum istum in vertice crucis, Iesus Nazarenus
C rex Iudæorum. Hoc enim esse futurum, Esdras spiritu dei reuelante cognouit. Et est sensus tituli. Triumphus ac regnum, quæ per tituli prædicti inscriptionem signātur, attribuitur ipsi Dauid, id est, Christo. nam titulus quem affixit cruci Pilatus, est titulus triumphalis, significans quod Christus per mortem mundum fidei suç subiiceret, dæmonemque foras eiiceret. Christus ergo, secundum q̄ homo & aliquo modo viator, ait ad patrem.

PRECATIO.

*Sperantes in te clementissime deus, tua protectione conserua. notas nobis fac vias vitæ, quas te duce usque in finem constanter incedentes æterna lætitia adimpleri, & vultu tuo delectemur satiari.*

¶ EXPOSITIO iuxta sensum literalem.

(1) CONSERVA me] i. fiat voluntas tua in me, eripe me à periculis, & clarifica Iohan.17
me claritate quam habui, antequam mūdus fieret [DOMINE] pater æterne. Christus vero, quia comprehensor erat & confirmatus in bono, non orauit cō seruari à culpa: nisi intelligatur hoc dicere pro corpore suo mystico, quod est ecclesia, vt sit sensus, Conserua me domine. i. custodi credētes in me, & omnes prædestinatos auerte à malo, eosque conserua in bono. Et decet ô pater vt au-
D dias me [QVONIAM speraui in te] hoc est, omne bonum tibi ascribo, & effectum precum mearū à te expecto [DIXI] ego Christus inquantū homo [DOMINO] deo vni ac trino [DEVS meus es tu] singularissimo modo propter summam reuerentiā atque dilectionē mei ad te, sicut frequenter expositū est, & ideo deus meus es tu [QVONIAM bonorum meorū non eges] quia licet humanitas mea vnita sit verbo, quatenus mundus per eam saluetur, tamen hoc factū non est propter tuam indigentiam, sed propter hominū vtilitatem. Nil enim tibi ô domine perfectionis accrescit ex honore & gloria tibi à creaturis tuis impēsis. Deinde Christus mutans personas, & quasi ecclesiæ loquēs de beneficiis dei patris. ¶ (2) SANCTIS (inquit) qui sunt in terra eius] id est, sanctis apostolis, aliisque prælectis hominibus, qui ad literam erant in terra promissionis, quæ specialiter dicitur terra dei, vel qui in terra sunt eius, id est, quorum conuersatio est in cœlo, quod est in terra viuentiū vita beata, his inquam sanctis [MIRIFICAVIT] i. mira- Philip.3
biliter & copiosissime adimpleuit deus pater [OMNES voluntates meas in eis] i. omnia desideria, omnesque preces meas, videlicet Christi filii sui. sæpe enim accipitur voluntas pro actu siue effectu voluntatis: Christus vero vt homo multa desiderauit à patre pro membris suis, puta fidelibus: vt est illud, Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. & rursus, Ego rogabo patrem, & aliū para Luc.22.
cletum dabit vobis. Et volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. In omnibus vero his & Io.14.16
similibus, exauditus est Christus à patre pro sua reuerentia. Misitq; pater spiritum sanctum, qui de- Hebræ.5
dit apostolis omnia quæ Christus orauit pro eis: propterea Christus precē suā, qua dixit pro mem-

bris suis, Conserua me domine, exauditã declarans, ait, Sanctis qui sunt in terra eius, hoc est, qui sunt E
in regione viuorũ, siue per rem, siue per spem, mirificauit oẽs voluntates meas in eis. ¶ (3) MVLTIPLICATAE sunt infirmitates eorum] hoc est, peccata & defectuositates eorũ, qui per fidem & gratiã sancti effecti sunt, multa erant antequam conuerterentur ad Christum [POSTEA accelerauerunt] hoc est, postquam cognouerant per inspirationẽ diuinam, & sanctã prædicationem, prædictas suas infirmitates, tunc festinauerunt cõuerti ad dominũ, & ad baptismatis gratiã, in quo vniuersa peccata donãtur. Et istud de gentibus cõuersis, præsertim verum ac planũ est, qui antequam conuerterentur, sedebant in tenebris & vmbra mortis, idolis seruiendo, super quo peccato omnis inge-
Roma. 8. miscit natura. ¶ (4) NON congregabo] ego Christus per me & per apostolos [CONVENTICVLA eorũ de sanguinibus] .i. conuentus seu collectiones eorũ qui sunt de sanguinibus .i. viros sanguinum & iniquos non cõgregabo intra ecclesiam electorũ, non ꝙ omnino non cõgregabo eos cum
Lucæ. 19. venerim saluũ facere quod perierat, sed non cõgregabo eos secũdum illorũ malitiã, & quatenus sunt iniqui, videlicet vt maneant quales fuerunt: sed cõuertã impios & erunt boni, qui fuerant mali, erunt diuini & sancti, qui erant carnales & diabolici. Propter quod subditur [NEC memor ero nominum eorũ per labia mea] hoc est, non vocabo eos tali nomine quo antea vocabãtur pagani, cæci, incredu-
Ezec. 18. li, illiterati, abiecti, post cõuersionem suã ad me nominabuntur Christiani illuminati, fideles, docto-
Psal. 76 res gentiũ, & principes populorum. Hoc est quod per Ezechielem dominus ait, Quacunque hora F
Osee. 2. peccator gemuerit pro peccatis suis, omniũ iniquitatũ suarũ nõ recordabor amplius. Et hæc est mu-
Esaiæ. 55 tatio dexteræ excelsi, de qua per Osee dñs, ait, Vocabo non plebem meã, plebem meã. Et Esaias, Ec-
Esaię. 65. ce (inquit) gentem quam nesciebas, vocabis. Et iterum, Seruos suos vocabit dominus nomine alio.

¶ (5) DOMINVS pars hæreditatis meæ, & calicis mei] .i. deus est portio credẽtium in me, qui cœlestia præponunt terrenis, & creatorẽ pręeligunt creaturis: & ipse dominus est pars calicis mei .i. deus est finis & merces passionis meæ, quoniam ideo passus sum, quatenus homines vltimo fini .s. deo beatifice vniantur, & eius visionẽ pro mercede sui laboris ac meę passionis recipiant. Vel sic, dominus pars hæreditatis meę .i. deus est illud bonũ, quod ego Christus vt hõ præ omnibus bonis creatis elegi, dilexi, tenui, & possedi, quasi hæreditariã partem, quanuis ipse me prior elegit atq; dilexit. Hoc
Num. 18. modo deus per Mosen de Leuitis dixit, Non dabis eis possessionem & hæreditatẽ inter filios Israel,
Deute. 10 quia ego possessio & hæreditas eorum. Per Leuitas vero figurantur clerici noui testamenti. Et ideo
Iosue. 13. cum primo tonsurantur, dicunt versiculum istũ, tanquam qui specialiter deputantur ad cultum diuinorum, & quorũ hæreditas deus efficitur. Dicitur enim deus hæreditas nostra, quoniam colimus eũ venerando, & possidemus eum amando siue fruẽdo. Nosque appellamur hæreditas dei, quoniam & ipse colit & alit nos perficiendo, & possidet nos in nobis regnando. & ideo Christus subiungit [TV G
ES] o deus pater [QVI restitues hęreditatem meã mihi] .i. qui per gratiã tuam trahes ad me omnes quos prædestinasti in me, omnesq́ue electos qui sunt hæreditas mea reduces ad me, per meritum passionis & mortis meæ: qui antequam redimerentur à me, erant in captiuitate diaboli, atque sub reatu originalis peccati, propter quod nullus eorum regnũ æternæ beatitudinis ingredi potuit. Hos ergo
Iohan. 6 restitues mihi, quemadmodũ in euangelio dixit, Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. Et
Ephe. 1. rursus, Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Ideo nanque apostolus ait, Elegit nos in ipso (scilicet pater in filio) ante mundi cõstitutionem. & rursus, Gratificauit nos in dilecto filio suo. quod non est intelligendũ quasi aliquid sit causa prędestinationis, prout in deo est, sed quia effectum prædestinationis statuit deus nobis impendere per meritum filii sui. Hanc vtique hæreditatem restituit deus
Act. 15. Christo, quando impletũ est quod in actis apostolorũ Lucas testatur, Crediderunt (inquiens) quotquot præordinati erant ad vitã æternam: imo quotidie restituit eam sibi, vel quãdo peccatores reuertuntur ad gratiam, vel quando iusti ingrediuntur ad gloriã. ¶ (6) FVNES ceciderunt mihi in pręclaris] .i. diuisiones, quibus deus quosdã misericorditer vocauit, & aliquos iuste reliquit, contigerunt
Mat. 20 mihi in præelectis & preciosis, deoque charis hominibus. Cum enim sint multi vocati & pauci ele-
Mat. 22 cti, sors mea cecidit super electos, ita quod ipsi sunt portio mea, in qua æternaliter tanquã in hæreditate regnabo, nunc quidem per gratiam, in futuro vero per gloriam. Ipsi enim sunt benedicti patris
Mat. 25 mei, quibus paratum est regnũ cœleste à mundi constitutione. Loquitur autẽ de funibus metaphoricẽ. Funes nanque dicuntur mensuræ seu termini, quibus hæreditas terrena diuiditur [ETENIM hæ H
Lucæ. 10. reditas mea] hoc est, multitudo prædestinatorum ab æterno de qua in Luca scriptum est, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vobis dare regnũ. hæc (inquam) hæreditas [PRAECLARA] .i. multum dilecta, nobilis, ac pretiosa [EST mihi] Christo, quia animã meã pono pro ea: tamq;
Iohan. 10 pręclara est mihi vt sit sponsa mea, quam redemi sanguine proprio. Insuper Christus vt homo gratias agens deo pro omni sapientia animæ suę collata à primo creationis suæ instanti, in quo etiã vnita est dei verbo, & facta cõtemplatrix diuinitatis per speciem ait. ¶ (7) BENEDICAM dominum qui tribuit mihi intellectum] .i. intellectualem notitiam omniũ prędictorum, & non obstante, ꝙ hoc facturus sum, tamen [INSVPER] .i. vltra hoc [INCREPVERVNT me] hoc est, repræhenderunt, blasphemauerunt & persecuti sunt me [RENES mei] .i. Iudæi & etiam tribus Iuda: de quorũ carne & sanguine incarnatus & natus sum [VSQVE ad noctem] hoc est, vsq; ad terminum vitæ meæ seu mortis occasum, sed frustra conati sunt me subuertere quoniam ego Christus. ¶ (8) PROVIDEBAM dominũ in conspectu meo semper] .i. in prosperis & aduersis in omni causa, loco, & tempore propositũ deum coram oculis cordis mei, & semper actualiter eum aspexi [QVONIAM à dextris est mihi] hoc est, immediate cõiunctus est mihi, & semper de proximo mihi assistit. Nam verbo vnita est mea humanitas vnione personali: toti vero trinitati, quæ est vnus verus simplex deus, vnita est

A beatifica fruitione, iccirco autem à dextris est mihi dñs [NE commouear].i.ne aliquo modo à medio virtutis, à recta ratione, à dei voluntate recedam: ne prosperis eleuer, aut aduersis deiiciar: sed regia via semper incedam. ¶ (9) PROPTER hoc lætatum est cor meum] hoc est, intellectus atque affectus animę meæ de tantis beneficiis gratias deo agẽtes spiritualiter in deo gauisa sunt. Vnde in euãg. dicitur, Exultauit Iesus spiritu sancto, & ait, Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ [ET exultauit lingua mea] hoc est, ex magna exuberantia interioris iucunditatis etiam lingua corporis mei mota est ad iucundã dei laudem, & beneficiorũ suorum delectabilem cõmemorationem [INSVPER & caro mea].i.corpus meum in triduo mortis ab anima, nõ tamen à verbi diuinitate separatum [REQVIESCET in spe] hoc est, in sepulchro iacebit in spe tali, quod tertia die resurget, sed spes illa fuit subiectiue in anima Christi, & ideo subdit, ¶ (10) QVONIAM non derelinques animã meam in inferno] tanquã dicat, iccirco caro requiescet in spe resurrectionis prædictæ tam proximæ: quoniam non derelinques.i.non diu permanere permittes animã meam in inferno. i. in limbo patrum. Nam anima Christi ibi non fuit, nisi vsque ad horam resurrectionis tertio die factæ: statim quippe quando Christus in cruce spiritum tradidit, anima Christi ad limbũ patrum descendit, animasq; sanctorum ibidem beatifica dei visione glorificauit, quia tunc pro reatu originalis peccati, pro quo solo dilationem diuinę visionis patiebantur, satisfactũ fuit: sed non mansit ibi nisi vsque ad tertiũ diem [NEC dabis sanctum tuũ videre corruptionem].i.non desines corpus sanctissimũ filii tui, qui est sanctus sanctorum, corrumpi, incinerari, putrefieri, sed cito suscitabis illud à tumulo. ¶ (11) NOTAS mihi fecisti vias vitæ].i.dedisti mihi scientiã salutarem, per quam actus virtutũ, quæ sunt viæ vitæ impleui, & alios docui. Vel, notas mihi fecisti vias vitæ, hoc est, experimẽtaliter notificasti, & sensibiliter ostẽdisti mihi resurrectionẽ tertia die peractam, & ascensionẽ quadragesima die cõpletam. Per resurrectionẽ nanque & ascensionẽ ad immortalem vitã pertingitur. [ADIMPLEBIS me lætitia cũ vultu tuo].i.cũ per ascensionem vsque ad consedendũ tecũ in dextera tua peruenero, tunc dabis mihi plenam beatitudinẽ, vt non solũ in anima felix sim (quæ nunquã in essentiali præmio profecit) nec solũ in corpore gloriosus sim, in quo glorificatus surrexi: sed etiã super omnes cœlos, super omnes creaturas, super omnes angelicos spiritus exalter, vt omnia impleã, & in nomine meo omne genu flectatur, sicq; in accidentali præmio [CVM vultu tuo] hoc est, in pſentia maiestatis tuæ, quę in cœlo pręcipue esse censetur, perfecte implear. [DELECTATIONES].i.varię & ineffabiles iucũditates [IN dextera tua] hoc est, in fauorabili tua præsentia: tanquam dicat, hi quibus prospere ades, quibus per gloriã pręsens es, quibus per charitatis fauorem assistis, habent delectationes multiplices, tam essentialis quàm accidentalis præmii: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparasti deus diligentibus te vsq; in finem. Vel sic, delectationes, supple sunt mihi Christo, in dextera tua, id est, quod per hoc collocatus sum ad dexteram tuam. Porro quod psalmus iste ad literam de Christo intelligi debeat, hinc constat quod gloriosissimus Apostolici agminis princeps beatiss. Petrus in Actis scripturam psalmi istius inducit ab eo loco quo dictum est (prouidebam dominum in conspectu meo semper) ad probandum quod Christus resurrexit à mortuis.

Lucę.10 Ephe.4 Philip.2. Esa.64. 1.Cor.2 Act.2

(B and C are section letters in the left margin.)

¶EXPOSITIO tropologica seu moralis eiusdem psalmi.

POtest autẽ vnusquisque fidelis hunc psalmum ad suiipsius informationem in propria decantare persona ad gloriã dei, ita vt dicat. ¶ (12) CONSERVA me domine] ne in vitiis iaceam, ne gratiã perdam, sed in omni euentu in te stabilis perseuerem: quoniã speraui in te, non in perfectione aut viribus meis: dixi domino, omniũ per generalem causalitatẽ & prouidentiã: deus meus es tu.i.propter specialem benignitatẽ mihi à te collatam, & cultũ, quo te summe ac vnice colo, tu es specialiter deus meus, in quo omne & totũ bonum meũ constituo, extra quem nihil requiro, & cuius voluntati me totũ offero atq; subiicio: quoniã bonorũ meorũ non eges, in te enim est omniũ bonorum omniumq; pulchrorum ac desiderabiliũ perfecta & immensa perfectio, & ideo merito in te spero, & te solũ in deum mihi constituo, quia sufficis tibi in te, & per te, & solus saluare potes me, qui in nullo indiges me. Deniq; homo in dei amore succensus vehementer desiderat, quatenus honor & gloria dei augeatur in omnibus: ideo addit, Sanctis qui sunt in terra eius.i.electis, qui vel in ecclesia militan
D te adhuc peregrinantur à domino, vel in ecclesia triũphante iam perfruuntur vultu diuino. mirificauit omnes voluntates meas in eis.i.miro modo impleuit in eis quicquid desideraui pro ipsis, quoniã viatoribus sanctis contulit multa copiosaque munera gratiarũ, sanctis vero cõprehensoribus præstitit tantum vt amplius desiderare nõ possint de pręmio essentiali. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Hic versus ex præcedenti expositione satis patet. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus.i.non colligã eos ad numerum beatorũ, neque apponam eos ad patres priores, quatenus sunt conuentus maligni, & de sanguinibus vitiosi, videlicet secundum quod multiplicatæ sunt infirmitates eorum: nec sic memor ero nominũ eorũ per labia mea, vt reputem eos secundum quod tales sunt, pertinere ad sortem sanctorũ: sed secundũ quod postea accelerauerunt.i. secundum quod feruenter ad dominũ conuersi sunt, æstimabo eos ad consortiũ beatorum spectare, quemadmodũ per Zachariam dictũ est, Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos dicit dominus. Dominus est pars hæreditatis meæ, nõ quod aliquid plus velim possidere quàm deũ, ideoque ipse sit non totũ bonum meum, sed pars boni ac hæreditatis meæ: sed dominus est pars hereditatis meę.i.ipse est mea hereditas, quã ex omnibus, & præ omnibus reb⁹ dilexi, quemadmodũ postea dicitur, Deus cordis mei & pars mea deus in æternũ. & calicis mei.i.dñs est illud bonũ, propter quod omnes aduersitates, persecutiones, & pœnitentiales labores libenter sustineo (propter quod tota die mortificor) atq; per ignẽ & aquã incedo: tu es qui restitues hæreditatẽ meam mihi. Ante dixit dominũ esse hæreditatem, nunc autẽ di-

2. Cor.5. Zacha.1. Psal.72 Roma.8. Psalm.65

cit dominũ esse restituturũ sibi hæreditatem suã. Quid ergo est,tu es qui restitues hæreditatẽ meam E
mihi:nisi tu reddes mihi teipsum?Nam peccando deũ amittimus,nec possumus eũ readipisci de con
digno,nisi ipse præueniat nos per suã misericordiã,gratiã infundendo,quam recipiendo deũ acquiri
mus. Vel sic,tu ô Christe es qui restitues hæreditatẽ meã mihi.i.qui per meritũ passionis tuæ recupe
rabis mihi vitã æternam,quæ etiã dici potest hæreditas nostra. Funes.i.partitiones,separationes,vel
sortes bonorum domini,qui aliquibus dat bona terrena duntaxat,quibusdam vero dat bona cœlestia
ac diuina,ceciderunt mihi in præclaris.i.contigerunt mihi in bonis æternis & inuisibilibus,quæ pa-
rata sunt mihi in cœlis,ita ꝙ dominus mihi daturus est bona illa præclara pro parte mea hæredita-
ria. Et hoc ideo spero,etenim.i.quoniã hæreditas mea .i. vita æterna præclara est mihi.i. præ omni-
bus bonis chara & preciosa. Nam propter eius amorẽ omnia tẽporalia bona corporalemq; vsũ con
temno. Nemo vero sine speciali dei reuelatione scire potest,an adepturus sit hanc hęreditatem cœle
stem.sed dũ sentit se hanc præ omnibus rebus desiderare , atque pro ea deo fideliter deseruire: tunc
confidere potest,ꝙ dominus ipsum ad hanc hæreditatẽ elegit,potestq; fiducialiter hunc versum de-
cantare, Funes ceciderunt mihi,& cætera.quemadmodũ ait Hieronymus, Nihil felicius Christiano,
cui promittuntur regna cœlorũ. Verum ei qui magis laborat pro tẽporalibus,quàm pro æternis bo-
nis acquirendis,non est præclara hæreditas ista,nec eã acquirere potest. Benedicã dominum qui tri-
buit mihi intellectũ ad cognoscendum hæc omnia ac cętera beneficia sua, & vt ad eũ conuerterer,& F
gratus sibi efficerer.non enim fecit taliter omni nationi. insuper & vsque ad noctẽ.i. vsq; ad peccati
Psal.147 consensum ,quo anima obtenebratur: Increpuerunt me renes mei.i.restiterunt ac repugnauerũt ra-
Roma.7. tionis iudicio concupiscentiæ,& cæteræ passiones partis sensitiuæ. Propter quod ait Apostolus, Vi-
Iacobi. 4 deo aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Et Iacobus ait, Vnde bella & cõtentio-
nes in vobis,nõne ex cõcupiscentiis vestris?Prouidebam dominũ in conspectu meo semper.i. consi-
deraui deũ iudicem meum , & ideo non acquieui motibus appetitus sensitiui, sed in iudicio rationis
permansi.ideo autẽ prouidebam dominũ,quoniã ipse à dextris est mihi. i. per gratiã suam fauorabi-
liter & prospere mihi assistit,ne cõmouear.i.ne à ratione abducar,ne à deo recedens instabilis fiam,
& vitiis subdar. Propter hoc.i.propter tantã misericordiã & gratiã dei super me, lætatũ est cor meũ
non in se,sed in dño: & exultabit lingua mea: gratias ei agendo. Insuper & caro mea. i. corpus istud
corruptibile:requiescet.i.rationis iudicio stabiliter subiicietur, & animæ ministrabit cum tranquilla
quiete mitigatis motibus eius carnalibus.sic vero requiescet in spe.i.in expectatione felicitatis futu-
rę,quia si modo subiicitur animę in dei obsequio,postea glorificabitur cũ anima in regno cœlorum.
Vel sic, Insuper & caro mea requiescet in spe,post separationẽ eius ab anima in sepulchro,in spe re-
Sapien. 3 surrectionis beatę,quemadmodũ Sapiens dicit, Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt. Quoniã non G
derelinques animã meã in inferno.i.non permittes me mori in peccato mortali , neque æternaliter
condẽnabis me,sed si propter insufficientẽ satisfactionẽ in hac vita factã descẽdero in infernum.i. in
purgatoriũ,non derelinques me in eo,nã debita pœna soluta,statim ad regnũ cœlorũ perduces ani-
mam meã. In scripturis enim aliquando infernus accipitur pro purgatorio . Vnde etiã ecclesia can-
tat, Domine Iesu Christe libera animas fideliũ defunctorũ de pœnis inferni.i.purgatorii. Nec dabis
sanctũ tuum.i.seruum tuũ fidelem videre corruptionẽ.i.experiri mortẽ æternam, quæ est irreparabi
lis atque perfecta corruptio ab omni esse spirituali atque beato. Hæc omnia sunt verba bonæ spei,&
implicite sunt verba orantis sic fieri,ideoque ô domine spero hæc omnia adimpleri in me,quoniam
notas mihi fecisti vias vitæ.i.vitã & mores Christi,cuius doctrinã & vestigia imitando , recte ambu
lo ad vitam æternam: quod si fecero perseueranter,adimplebis me lætitia cum vultu tuo, dando mi-
hi felicissimam tui vultus visionem,qua adepta , nisi amplius desiderare valebo, delectationes puræ
& intellectuales in dextera tua , id est, in potioribus bonis tuis vsque in finem consumantem , & si-
ne fine consumente, videlicet æternaliter: tanquam dicat, delectationes erunt his qui tecũ morabun-
tur in dextera tua.i.in cœlestibus ac inuisibilibus bonis tuis,quæ sunt dotes animæ.s.tentio, visio, &
Psal. 64. fruitio,de quibus infra dicetur,ibi scilicet, Replebimur in bonis domus tuæ. Non est autem incircun
scriptibili deo intelligenda dextera corporalis. Porro beatus homo qui taliter conuersatur, vt psal-
mum istũ in propria persona canere possit,qui ita à reb⁹ terrenis ac vilibus affectũ suum expurgat,
vt veraciter dicat, Dominus pars hęreditatis meæ,qui tam feruenter cupit dissolui , & regnũ possi- H
dere cœleste,vt dicere queat, Etenim hæreditas mea præclara est mihi: quod ei cõpetit qui cũ Apo-
Philip. 3. stolo dicere potest, Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Beatus qui in hac vita do-
3.Reg.17 minũ semper prouidet,ita vt cũ beatissimis illis Helia ac Heliseo veraciter fateatur, Viuit dominus,
4.Reg. 3 in cuius conspectu sto hodie. Huic enim dominus à dextris est,ne commoueatur,quoniam non per-
1.Cor.10 mittit eum tentari supra id quod potest,sed facit etiam cum tentatione prouentum.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XVI.

### EXPLANATIO TITVLI.

PRæterea titulus istius psalmi est, Oratio Dauid. Et quanuis hic psalmus ad literam possit exponi de ipso Dauid, sicut & in sequenti explanatione exponetur de ecclesia, cuius Dauid membrum prænobile est, ac vnoquoque perfectorũ, quorum Dauid nõ minimus est: tamen propter prolixitatem ac tædium euitanda, expositionem istam omitto, præsertim cum ex sequẽtibus facillime innotescat. Igitur exponendo ipsum de Christo sensus tituli est, Oratio Dauid, id est, oratio conueniens Christo significato per Dauid. Christus ergo ratione humanitatis assumptæ, ait ad patrem, vel ad totam trinitatem.

A PRECATIO.

*Mirifica deus misericordias tuas, ut sub umbra alarum tuarum nos protegas, ut pupillam oculi custodias: quo perfectis greßibus nostris in semitis tuis in iustitia tibi appareamus, & satiemur cum apparuerit gloria tua.*

¶ EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

EXAVDI domine iustitiã meã].i. fac illud propter quod iuste vixi, & nunquã à Philip. 2.
vera iustitia recessi, sed vsque ad mortẽ obediens fui. Christus autem omnes iu
stitias vitæ suę fecit non propter propriã beatitudinẽ acquirendã, nec propter
essentiale præmiũ augmentandũ, quoniã semper cõprehensor fuit: sed propter
felicitatẽ nobis adipiscendã omnia fecit, & quolibet vitæ suæ actu vitam nobis
æternã excellentissimo modo promeruit: quoniã quicquid egit, ex ardentissi-
ma dei & proximi charitate processit. Quid ergo orat Christus dũ ait, Exau-
di domine iustitiam meã, nisi da mundo salutem, concede hominibus gratiam,
salua omnes electos, quia ob hanc causam iustitiã feci? Christus quoq; iustitias suas fecit propter ac-
cidentale propriũ præmiũ, in quo profecit, videlicet propter gloriã resurrectionis, ascensionis, iudi-
ciarię potestatis: iccirco orat iustitiã suã exaudiri: pro hac etiã causa. s. vt acceleraretur resurrectio &
B ascensio eius [INTENDE deprecationem meam] id est, intus ac diligẽter aduerte quid deprecor.
¶ (2) AVRIBVS] pietatis tuæ [PERCIPE orationẽ meam] nõ quòd deus aliquid de nouo per-
cipiat: sed percipe, id est, intelligendo adimple. Sæpe reiterat eandẽ sententiam, ad designandũ affe-
ctus sui ardorem pro mundi salute, percipe inquam orationẽ meã [NON in labiis dolosis] effusam, Esaiæ. 29
quemadmodũ de quibusdã Esaias scribit, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe est à
me. Dolosis enim labiis orat, cuius vocalis oratio nõ procedit ex mẽtali affectu, vel qui id orat quod
suæ saluti non expedit. Talis nanque in primis fallit seipsum. ¶ (3) DE vultu tuo iudicium meum
prodeat] id est, à te omnibus manifestetur qualis sim ego. Non enim sic vixi, vt erubescam agnosci:
quia omnis qui facit veritatẽ venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo facta sunt. Chri
stus ergo ait ad patrẽ, De vultu tuo. i. de manifestatione sapientiæ tuæ, iudicium meum. i. cognitio o-
mnium quę assumpsi, feci, ac pertuli pro humani generis redẽptione prodeat. i. per apostolos aliosq;
doctores vniuersis hominibus publicetur, vt omnes sciant q̃ iniuste iudicatus & passus sum [OCV-
LI tui] ô domine pater [VIDEANT æquitatem]. i. intellectus tuus consideret meã iustitiã, & secun
dum illam restituat mihi gloriã corporis, atque pro aliis audiat precem meã. ¶ (4) PROBASTI
cor meũ] secundũ q tentatio tribulationis probat homines iustos: probasti inquã cor meũ. i. per mul
tarũ aduersitatũ patientiss. tolerantiam inuenisti illud probatũ ac rectum coram te [ET visitasti] me
C [NOCTE]. i. per aduersa visitasti me, permittendo me mala pati à peruersis Iudæis [IGNE me exa-
minasti]. i. pœna mortis inquisisti me, sicut Iob ait, Probauit me dñs quasi aurũ quod per ignẽ trãsit. Iob. 23.
Dicit autẽ se Christus probatũ & examinatũ à patre, non q pater ignorauerit filium suũ esse sine o-
mni peccato, sed quia per modũ probantis & examinantis se habuit, dũ filiũ suũ vnigenitũ tot & tan
ta pati permisit, quatenus cunctis constaret quanta esset perfectio & obediẽtia Christi. Et ideo sub-
ditur, [ET non est inuenta in me iniquitas] Christus enim (vt Esaias testatur) iniquitatẽ non fecit. & Esaiæ. 53
istud quod de mea perfectione dixi & dicam ô dñe, dico sine iactantia & gloria vana ¶ (5) VT nõ
loquatur os meũ opera hominũ]. i. sic dixi & dico, vt os meũ nõ loquatur opera hominũ. i. superbiã,
præsumptionẽ, & ingratitudinẽ aliquid scilicet mihi ascribendo, quẽadmodum moris est filiis homi-
num [PROPTER verba labiorũ tuorũ]. i. propter legẽ & prophetias diuinitus inspiratas, vt eas im
plerem. [EGO custodiui vias duras] recipiendo circũcisionem, patiendo famẽ, sitim ac lassitudinem,
& tandẽ moriendo in cruce. ¶ (6) PERFICE gressus meos]. i. ea quæ pro mundi salute cœpi fa-
cere & sufferre, ad felicẽ finẽ perduc, vt per passionẽ meã genus humanũ saluetur. [IN semitis tuis]
id est, sic perfice gressus operationũ mearũ, vt in semitis tuis permaneant [VT nõ moueantur vesti-
gia mea] id est, vt opera mea non fraudentur merito festinatę resurrectionis, & gloriosæ ascensionis.
¶ (7) EGO (Christus) clamaui] ad te feruenter orando [QVONIAM exaudisti me deus]. i. fidu-
ciam clamandi hinc sumpsi, q semper me à te exauditũ experior, iccirco quoque nunc fac sicut huc
vsque fecisti, scilicet [INCLINA aurẽ tuam mihi]. i. misericordiã tuã conuerte ad me [ET exaudi
D verba mea] quæ sequuntur. ¶ (8) MIRIFICA]. i. mirabiles esse declara [MISERICORDIAS
tuas] copiose dando mihi quod opto & reconciliando tibi mundũ per me, atque gratias tuas affluen
ter & mirabiliter tẽpore euangelicę legis præstãdo [QVI saluos facis sperantes in te. ¶ (9) A resi- Mat. 12.
stẽtibus dexteræ tuæ]. i. ab induratis rebellibus Iudæis, q opera gratiosa & miraculosa per me à te fa
cta, dæmonibus ascripserunt, & omnẽ doctrinã meã spreuerũt [CVSTODI me] ne vel ante pręor-
dinatũ tẽpus possint occidere me, vel ne ab eis detinear in sepulchro vltra tertiã diem. & tã diligen-
ter custodi me [VT pupillã oculi] quæ solicite custoditur. Dicitur autẽ Christus ad patrẽ, A resisten Iohan. 3.
tibus dexteræ tuæ: quia qui filio resistit, resistit & patri: & qui nõ honorificat filiũ, nõ honorificat pa
trem qui misit illũ. ¶ (10) SVB vmbra alarũ tuarũ]. i. sub defensione omnipotentiæ atque clemen-
tiæ tuæ [PROTEGE me] secundũ modũ prædictũ [A facie]. i. à dura præsentia & inuidioso aspectu
[IMPIORVM qui me afflixerunt]. s. Iudęorũ ac aliorũ qui me psecuti sunt. ¶ (11) INIMICI mei
animã meã]. i. meipsum [CIRCVNDEDERVNT] tentãdo, explorãdo, capiẽdo, ligando, & occidẽ Mat. 6.
do [ADIPEM suũ cõcluserunt]. i. viscera internę pietatis à me subtraxerunt, non condolendo mihi, 20.
neque parcendo. [OS eorum locutum est superbiam] contra me dicendo, blasphemauit: &, reus est Marc. 2.
mortis: &, nos scimus quia hic hõ peccator est. ¶ (12) PROIICIENTES me, nũc circundederũt Mat. 26

Marc. 14 me] quemadmodũ in euangelio legitur, ꝙ eiecerunt eum extra synagogã, & duxerũt eum ad super- E
Iohan. 9. ciliũ montis, vt præcipitarent eũ, [OCVLOS suos statuerunt declinare in terram] id est, intellectum
Lucę. 4 suũ auerterunt à veritate diuina, & passiones suas secuti sunt respicientes deorsum, non sursum, ne-
Mat. 27 que volentes credere signis quibus pater testimoniũ perhibuit filio suo. ¶ (13) SVSCEPERVNT
Marc. 15. sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis] quando videlicet cohors &
Iohan. 18 tribunus & ministri Iudæorum accesserunt & iniecerunt manus in Iesum, & ligauerunt atque duxe-
Ierem. 12 runt ad Caipham. Quod Ieremias prophetauit de Christo, Dedi (inquit) dilectam animam meam in manu inimicorum meorũ, facta est mihi hæreditas mea, id est, populus Iudæorum quasi leo in sylua dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam. ¶ (14) EXVRGE domine] ad succurrendum [PRAEVENS eum] ita vt prius mihi in adiutorium venias, & illos cæcitate cordis percutias, quàm
Lucæ. 22 ipsi mihi nocere præualeant. Vnde in euangelio legitur, ꝙ apparuit Christo angelus de cœlo confortans eum, passione iam imminente [ET supplanta eum] id est, deiice populum istum Iudæorum me persequentem, ita vt perdant regnum & sacerdotiũ [ERIPE animam meam ab impio] populo isto non derelinquendo eam diu cũ generatione hac pessima, sed tertia die eam corpori impassibili reuniendo [FRAMEAM tuam] id est, potestatem seu gladium quẽ contulisti eis contra me, eripe [AB inimicis manus tuæ] id est, à persecutoribus & crucifixoribus meis, ne mihi de cætero nocere possint. Christus enim Pilato dixit, Non haberes contra me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desu- F
Iohan. 19 per. Et ad Iudæos, Hæc est (inquit) hora vestra & potestas tenebrarum. Hanc Christus orat Iudæis
Lucæ. 22 auferri, ne diutius ipsum persequi possint quàm à deo præfixũ erat. Propter quod passione instante apostolis dixit, Etenim quæ scripta sunt de me finem habent. Vel sic, frameã tuam, id est, animam
Lucæ. 22 meã, quæ dicitur framea, id est, potestas tua & gladius tuus, quia per eã principem huius mundi vicisti, & mortẽ occidisti, ruinam angelorũ reparasti, vniuersum seculũ reparasti, & tuo imperio subdidisti: hanc frameã eripe de inimicis manus tuæ, id est, de potestate Iudæorum reassociando eã corpori immortali. Consequenter orat Christus pro generali Iudæorũ detectione quam desiderat, in quantum se diuinæ voluntati ac æquitati conformat. ¶ (15) DOMINE à paucis de terra diuide eos in vita eorũ] tanquã dicat, ò domine pater diuide eos de terra, id est, expelle eos de terra sancta & per diuersa loca disperge eos, & per gladium, famẽ, ac captiuitatẽ destrue eos, ac diuide à paucis, id est, ab electis fidelibus, qui comparatione reproborum pauci sunt: & hos paucos nõ diuidas, sed in vnitatem ecclesię congrega eos per fidem, spem, & charitatem: illos vero diuide modo prædicto in vita eorum, quẽadmodũ per Vespasianũ ac Titum impletũ est. [DE absconditis tuis] id est, de præcipuis & maximis bonis tuis corporalibus & terrenis, [ET adimpletus est venter eorũ] id est, saturati & diuites facti sunt. Nam terrã omniũ terrarum præcipuã melle & lacte manantem dedisti eis: ipsi vero tibi ingrati fuerunt, & me vnicũ filium tuum occiderunt. Vel sic, de absconditis tuis, id est, de peccatis & concupiscentiis prauis, quę ignorantur à te per approbationem, saturatus est venter eorum, id G
est, carnalis ipsorũ affectus, cui satisfecerunt, quia auari, luxuriosi, & ambitiosi fuerunt. ¶ (16) SATVRATI sunt filiis] quia fœcunditatem carnalis propaginis eis dedisti, multiplicando eos vt stellas cœli. [ET dimiserunt reliquias suas] id est, ea quæ ipsis superfluxerũt [PARVVLIS suis] id est, successoribus. Cõmemorat nanque Christus beneficia dei ipsis collata, vt peccatũ ipsorum amplius aggrauetur. Vel sic, saturati sunt filiis, id est, malis operibus. Opera quippe vocantur filii operantis, quoniam omne agens quale est, tale operatur. Et ita operatio secundũ rationẽ similitudinis ab agen
1. Thes. 2 te procedit, filiatio autem in similitudine consistit. Et dimiserunt Iudæi increduli reliquias, scilicet infidelitatis, maledictionis, ac vitiorum paruulis suis, id est, posteris. Peruenit enim ira dei super eos
Mat. 27 vsque in finem, secundũ Aposto. Et impletum est in ipsis quod coram Pilato de Christo clamabant, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Illi ergo ita peribunt à te. ¶ (17) EGO autem in iustitia apparebo conspectui tuo] id est, semper iuste & sancte ambulabo coram te, & consummato humanæ redemptionis mysterio, post ascensionem apparebo tecum in gloria, sedens à dextris tuis, & interpellans pro electis [SATIABOR] omni iucunditate accidentalis præmii [CVM apparuerit gloria tua] id est, cum manifestata fuerit omnibus sanctis in cœlo & in terra gloria tua, quam mihi dedisti, & quam ego mea passione mũdo promerui. Tunc enim satiabor salute generis humani, pro-
Iohan. 19 pter cuius desiderium in cruce clamauit, Sitio. Tunc quoque satiabor, videns honorem tuum recupe H
ratum per me, muroque cœlestis Ierusalem reædificatos per me.

¶ EXPOSITIO eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum.

SEcundum sensum autem moralẽ hoc quod dicitur, Exaudi domine iustitiã meã, potest esse oratio cuiuslibet hominis perfecti, qui non solum de misericordia dei, sed de propriis meritis confidit: quanuis hæc sua merita sciat esse dei dona, à diuina misericordia sibi concessa: vt sit sensus, Exaudi domine non solum orationem vocalem, sed iustitiam meam, ita vt omne opus bonũ & meritorium quod facio tibi sit placitum, præstesque mihi quod cupio propter vitæ meæ iustitiam. Nam opus bonũ & meritoriũ coram deo est oratio, nec cessat orare qui non cessat laudabiliter viuere. Beatus vero est qui cum secura & humili conscientia allegare potest coram domino vitæ suæ perfectio-
4. Re. 20 nem ac propria merita. Talis plane extitit Ezechias, de quo Esaias ait, Fleuit Ezechias fletu magno,
Esaiæ. 30 & dixit, Obsecro domine memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Denique quàm efficax sit oratio illa, constat ex eo, quòd non solum orationem Ezechiæ deus impleuit, adiiciendo vitæ suæ priori, quæ naturaliter finienda erat, quindecim an-
Esaiæ. 38 nos, sed insuper ad eius instantiam reuersus est sol, decem lineis per gradus quos descenderat in horologio Achas. Potest etiam hoc quod dicitur, Exaudi domine iustitiam meam, esse oratio hominis

A imperfecti,propriam imperfectionem humiliter cognoscentis , tanquam dicat , Exaudi,id est,acce-
ptam habe domine iustitiam meam,non despiciendo eam propter imperfectiones annexas. scio nan
que verum esse quod in Isaia habetur, Quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ , sed sup- Esa.64
pleat domine pietas tua id in quo deficit fragilitas mea,& exaudi iustitiam meam,quæ non est digna
absolute appellari iustitia,sed potius iniustitia:intende deprecationem meam,qua peto mihi mala o-
mnia indulgeri. Auribus percipe orationẽ meam , qua postulo virtutes & gratiam mihi semper do-
nari:orationem,inquam,non in labiis dolosis factam,id est,non mente vaga & intimorata , atque in
peccandi proposito existente effusam. De vultu tuo iudicium meũ prodeat,id est, omne quod iudico
de meipso vel aliis procedat de vultu tuo,id est,dirigatur secundum veritatem tuam diuinam, vt nil
temerarie aut fallaciter iudicem,nec aliquem ex suspitione condemnem,nec contra euangelicam sa-
pientiam de aliquo iudicare præsumam. Vel sic,de vultu tuo,id est,de pio aspectu tuo iudiciũ meũ,
quo à te iudicandus sum prodeat,ne iuste condemner,sed misericorditer saluer, oculi tui videant, id
est,benigne respiciant,ac respiciendo perficiant æquitatem,id est, conuersationis meæ iustitiã. Pro-
basti cor meum per prospera & aduersa tentando & experiendo an tibi in omnibus fidelis perma-
neam,& visitasti nocte,id est,per flagella venisti ad me,adhibendo castigationes paternas, quemad-
modum in Apocalyp.testatus es,Ego quos amo arguo & castigo,igne me examinasti,id est, per im- Apoca.3.
B petuosas & durissimas tribulationes scrutatus es me,probando an vsque ad mortem constans per-
sistam, & non est inuenta in me iniquitas. Hoc dicit ecclesia seu homo iustus,vel quia mortaliter non
peccauit (quod de multis sanctis creditur) vel quia de peccatis pœnituit : vel quia si peccauit,tamen
probationem,visitationem,& examinationẽ præmissas,de peccatis suis purgatus est,sicut in Iob ha-
betur, Beatus homo qui corripitur à domino. Vt non loquatur os meum opera hominum,id est,non
propter inanem gloriam dico ista,prout est moris vanis hominibus,qui opera hominũ, non dei lau-
dem loquuntur:propter verba labiorum tuorum,id est,propter sermones sacræ scripturę adimplen
dos. Ego custodiui vias duras,hoc est,custodiui cor meum,quo nihil laboriosius est,& feci actus vir-
tutum,qui sunt viæ duræ,quia secundum philosophũ, Ars & virtus sunt circa difficilia. & hoc quan 2.Eth.
tum ad incipientes maxime verũ est,quibus pœnale est veteri vitæ renunciare, ab omni illicita con- le.3.
cupiscentia abstinere, & per angustã portam intrare:quantũ vero ad proficientes aliqualiter verum Mat.7
esse videtur,sed quantum ad perfectos verũ est quod ait saluator, Iugũ enim meum suaue est,& onus Mat.11.
meum leue. Et in Ecclesiastico, Nihil inquit dulcius quàm respicere in mandatis eius . Nulla siquidẽ Eccl.23
forma operatur tam prompte atque suauiter sicut amor. Iccirco quãto in diuino amore proficimus,
tanto omnia dura fiunt nobis faciliora ac dulciora,quoniam fortis est vt mors dilectio . Ecclesia er- Can. 8.
go perfectorum,quæ non solum custodiuit dei mandata,sed etiam adimpleuit Christi consilia , ve-
C rissime dicit domino, Propter verba labiorum tuorum , quibus ò Christe dixisti de his, qui implent
consilia,quia centuplum accipient,& vitam æternam possidebunt , Ego custodiui vias duras,id est, Mat.19.
præcepta atque consilia,quæ saltem in principio mihi dura fuerunt:& naturæ dura essent , nisi gra-
tia tua adesset. Sed quoniam nemo est in hac vita tam perfectus,aut mundus,vt non sit magis magis-
que perficiendus,præsertim cum dicat Aposto. Ego non arbitror me apprehendisse,sed quæ priora Philip.3
sunt oblitus,in anteriora extẽdo meipsum: Iccirco adiungit, Perfice gressus meos,hoc est,omnes af-
fectiones & opera mea,quibus tendo ad finem in semitis tuis,id est,mandatorum atque consiliorum
tuorum obseruationibus,vt non moueantur,hoc est, vt non recedant à lege tua vestigia mea , id est,
opera quibus ad te incedo . Ego clamaui voce , quoniam exaudisti me deus , id est, quia orationem
meam mentalem,qua petiui à te,vt inspirares mihi salubrem, tibique placentem orationem , exau-
disti,dando mihi interius quod orarem oretenus. Nam illam orationem exaudis, quam tuipse inspi-
ras. Vel sic, Ego clamaui,nunc te orando,quoniam exaudisti me deus ante seu alias dum orarem,sic-
que ex illa exauditione audaciã sumpsi nunc te orandi. Inclina aurem tuã mihi, id est,benigno fauo-
re mihi approxima,& exaudi verba mea,quæ sunt interni affectus indicia. Mirifica misericordias tu
as,id est,quanto vides me miserabiliorẽ,indigniorem,& indigentiorẽ , tanto amplius subueni mihi
in omnibus,in quibus ope tuę pietatis indigeo,quatenus misericordia tua mirificetur, hoc est mira-
bilis esse noscatur in me,quæ tanto amplius mirificatur in me, quanto ego peior & vilior sum. Itaq; Act.9
domine mirifica misericordias tuas,id est,multas pietatis tuæ gratias ostende in me, vt sim cum san-
D cto Apostolo vas electionis,vas misericordiæ in honorẽ:non vas irę, in contumeliã. A resistentibus
dexteræ tuæ,hoc est,à tentationibus dæmonum,à vanitate seculariũ hominum, & ab omni vitio su-
perborũ resistentium quantum in se est,dexteræ tuæ,id est, iustitiæ tuæ & voluntati tuæ rectissimæ.
Vel dexterę tuæ,id est,legi Christi ac gratiæ per quam peruenitur ad dexterã tuam in cœlis, custo-
di me ne illis consentiã,ne tibi per inobedientiã resistere velim: & non qualitercunque, sed diligẽter
in omni causa,loco,& tẽpore custodi me vt pupillã oculi,quæ diligentissime custoditur. Sub vmbra
alarũ tuarũ protege me,loquitur transsumptiue de deo,sicut ex huius versiculi pręcedẽti expositio-
ne satis clarescit. Sub vmbra inquit alarũ tuarũ.i.sub latitudine bonitatis & multitudine misericordię
tuæ protege me à facie impiorũ,hoc est,ab inuasione mundi,carnis,& diaboli, qui me afflixerũt,ten
tando,persequẽdo,deordinãdo. Nã animus inordinatus sibiipsi afflictio est. Inimici mei,qui me mo-
liuntur à deo abstrahere,animã meã,quæ in medio laqueorũ posita est,circundederunt. Nã dæmo-
nes eam circundant vitia suggerendo,carnales concupiscẽtiæ stimulando, mundus ad illicita attra-
hendo. Adipem suum concluserunt,id est,carnalia blandimenta inter se absconderunt, vt sub specie
boni ad mala me pertrahant delectabilia proponendo,os eorum locutum est superbiam,quia conati
sunt me facere deo rebellem,& ea ausi sunt mihi proponere atq; laudare quæ diuina lege prohibita

ſunt. Proiicientes me nunc, inimici mei iſti prædicti à contemplatione diuina ad curioſitates inanes, E
à ſtabilitate in deo ad euagationem cordis in mundo, à dei amore ad creaturarum inordinatum affe-
ctum, circundederunt me malis conſiliis ac variis dolis: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram,
quia conſiderationes ſuas à cœleſtibus ac diuinis bonis auerterũt, & temporalia atque caduca aman-
do aſpexerunt, aliosque & me ad talia inclinare laborauerũt. Suſceperunt me, quando peccaui, & ſer
uitute ac vinculis vitiorum ligauerunt me, ne ſtatim redirem ad tẹ creatorem ac iudicem meũ. Suſce
perunt inquam me ſicut leo paratus ad prædam, quia ſtatim ſub ſuo dominio redegerunt me, & ſpi-
ritualiter deuorauerunt ac interfecerunt me: & ſicut catulus leonis habitans in abditis, hoc eſt, in lo
1. Petri. 5. cis occultis. Vnde Petrus, Aduerſarius, inquit, veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens
quem deuoret. Exurge domine ad adiuuandũ me, præueni eum. i. ante quàm aduerſarius meæ ſalutis
noceat animæ meę, tu adeſto, gratiam tribue, victoriam præſta, & ſupplanta eum, vt tua ope ei, ſcili-
cet diabolo, mundo, & omni peccato prẹualeam. eripe animã meã ab impio. i. ab omni inimico præ-
Roma. 13 dicto frameã tuam. i. poteſtatem perſequendi, nocendi, fallendi, inimicis à te collatã. Nã omnis pote
ſtas à deo eſt, etiã illa qua impii abutũtur. hanc frameã eripe ab inimicis manus tuæ. i. à dẹmone, mun
do, & carne, qui aduerſari nituntur potentiæ tuæ, ne mihi prẹualeant publice, neque fallant occulte.
Dæmones quoque poteſtate ſibi conceſſa, vti non poſſunt pro libitu ſuo, ſed quantum permittuntur
à deo qui eos per angelos ſanctos coercet, ne quantũ volunt & poſſent hominibus noceant. Orat er F
go fidelis pro coertione poteſtatis diaboli, dum ait, Frameam tuã, &c. Dñe à paucis de terra. i. ab ele
ctis qui ſunt de terra formati, quantũ ad corpus: diuide eos. ſ. inimicos prædictos ſeparãdo eos à iu-
ſtis, in vita ipſorum. i. nũc per iudiciũ diſcretionis, & poſtea per iudiciũ retributionis. Vel ſic, Dñe à
paucis diuide eos de terra. i. ſepara eos de militanti eccleſia, quæ modo peregrinatur in terra: ſepa-
ra, inquit, inimicos & reprobos à paucis. i. electis, in vita ipſorum. ſ. inimicorũ. i. nunc. Nunc enim ſe-
Mat. 25 parat deus malos à bonis voto ac merito: poſtea autẽ ſeparabit eos loco & præmio, quando ibunt hi
quidẹm in vitam æternam, hi autem in ignem æternũ. De abſconditis tuis. i. de peccatis tibi per ap-
probationem ignotis, adimpletus eſt venter eorum. i. immundus appetitus eorũ, in quo velut in ſto-
macho ventris congregantur ſpurcitię vitiorum, fœtores concupiſcentiarũ, ac ſuperfluitates vniuer-
ſorum malorũ: propter quod etiam tibi odibiles ſunt & fœtidi vani, atque miſerrimi reputantur à te.
Iob. 41. Saturati ſunt filiis, quia multos & innumerabiles filios genuerunt per imitationem peccati. Quot
Eccl. 1. enim filios habet dæmon ille nequiſsimus, qui eſt pater ſuper omnes filios ſuperbiæ? Denique ſtul-
torum qui ẹternæ ſapientiæ. ſ. Chriſto, nõ acquieſcunt, infinitus eſt numerus: & hi omnes ſunt filii,
ſcilicet diaboli, carnis, & mundi, propter quod ſaturati dicuntur filiis. Vel ſicut expoſitum eſt, ſatura
ti ſunt filiis. i. malis operibus quæ gignuntur ex vitioſis habitibus intus latentibus, de quibus prædi-
xit, de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum, & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. i. quos
diaboli & homines ſeculares per ſeipſos decipere nequeunt, hos relinquunt poſteris ſuis decipien- G
dos: vel dimiſerunt reliquias ſuas. i. malas ſuarum peruerſitatum memorias & mala exempla & cæte
ra quæ ex vitiis conſequuntur, paruulis ſuis, id eſt, filiis paterna peccata ſectantibus. Ego autem qui
per gratiam tuam ò dñe ad iſtorum ſortem nõ pertineo, ſed tibi feruenter miniſtro, in iuſtitia, quam
feci, apparebo conſpectui tuo, cum fuero tribunali tuo præſentatus: opera nanque ſingulorũ ſequun
2. Cor. 5 tur illos. Et vt ait apoſtolus, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. ſatiabor, id eſt, o-
mni bono replebor, & tanta felicitate ditabor, vt nil amplius cupere poſsim: cum apparuerit gloria
tua, id eſt, cum manifeſtaueris teipſum mihi ſicuti es, vt videam te per ſpeciem, qui te iam cerno per
1. Ioh. 3. fidem. Nil enim ſatiare poteſt rationalem appetitum, niſi bonum infinitum: nec aliquid implere po-
teſt intellectum, niſi veritas æterna. Tunc ergo ſatiabitur deſiderium iuſti, cum diuinæ veritatis clarã
viſionem, atque diuinæ immenſæ bonitatis beatificam fruitionẽ adeptus fuerit. Nihilominus animæ
beatorum in patria expectant & optant gloriam corporis & reſurrectionem futuram, quomodo er-
go nunc ſatiantur? Satiantur vtique nunc, quantum ad præmiũ eſſentiale, quod eſt viſio dei. quia tam
clare deum vident, tamq; ſuauiter eo fruuntur vt deſiderant. Poſt diem autẽ iudicii ſatiabuntur etiã,
quantũ ad præmiũ accidentale, quod tamen tam modicũ eſt cõparatione præmii eſſentialis, vt quaſi
pro nihilo reputari poſsit. Et ideo nunc quoque dici poteſt, quod omnes beati in patria ſatiati ſunt
2. Phyſi. omni bono. Nam teſte philoſopho, Quod modicũ eſt, pro nihilo reputatur. O quanta eſt virtus hu- H
ius pſalmi. O quantæ ac feruidæ orationes continentur in ipſo, quarum ardor dulciter ſapit ei qui
pſalmum hunc pura mente decantat. Specialiter vero tres illi verſus, videlicet, Mirifica miſericor-
dias tuas cum duobus ſequentibus, igne ſpiritus ſancti, & omni ſancto affectu pleniſsimi ſunt, quo-
rum primus maxime competit incipientibus, ſecundùs proficientibus, tertius autem perfectis. Quo-
tiens ergo ò frater miſeriis tuis opprimeris, quotiens tentationibus fatigaris, quotiens vitiorũ ſtimu-
lis agitaris, clama ad dominum, Mirifica miſericordias tuas in me, qui ſaluos facis ſperantes in te. Stu
deamus igitur ſemper, & præſertim tempore orationis animam noſtram taliter ab inutilibus phan-
taſmatibus denudare, vt poſsimus hunc pſalmum intente ac ſaporoſe cantare, orationumque ipſius
effectum copioſe ſortiri.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XVII

### EXPLANATIO TITVLI.

PSalmi huius iſte eſt titulus, In finem puero Dauid dñi, qui locutus eſt domino verba cantici hu-
ius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum ſuorum, & de manu Saul. In libris

A Regum & Paralipomenon scriptum est, quemadmodum Dauid post diuersas victorias sibi diuinitus concessas, atque post mortem Saul cantauerit domino psalmum istum pro gratiarum actione beneficiorum dei. Vnde qui psalmum hunc ad literam de Dauid exponere vellet, expositione tituli parũ indigeret, quia sic titulus planus esset. Sed quia hic psalmus de Christo toto.i. de ipso Christo & corpore mystico, quod est ecclesia, quæ comprehendit omnes electos ab Adam vsque ad finem mundi potius exponendus est, ideo titulus declarandus est. Est igitur sensus tituli, Verba cantici huius dirigentis nos in finem, videlicet Christũ, conueniunt Dauid puero domini.i. Christo filio dei, quæ verba Christus locutus est domino, id est, ad gloriam patris pro se ac suis fidelibus, in die qua eripuit eũ dominus de manu inimicorum suorum, hoc est, in die resurrectionis, quando surrexit à mortuis, liber à potestate Iudæorum, & quando ecclesiam liberauit à captiuitate diaboli, & de manu Saul, id est, de potestate mortis. Nam Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Pro hac itaque spirituali liberatione, Christus deo gratias agens, dicit.

PRECATIO.

*Amoue à nobis domine peccatorum nostrorum obscura, & illumina corda nostra consubstantialis uerbi tui lucerna: eius nos, quæsumus, uirtute præcinge, & uiam nobis in eo immaculatam ostende.*

¶ EXPOSITIO Psalmi iuxta sensum literalem.

B (1) DILIGAM te dñe] & conuenit principiũ huius psalmi Christo homini, atque ecclesiæ, imo cuilibet vere fideli: ait ergo, Diligã te dñe.i. semper amabo te, tũ propter immensam tuã bonitatẽ, propter quam fine mensura amabilis es, tum propter bñficia tua mihi collata, tũ propter promissa tua mihi parata. Amor quippe est primũ & maximũ donũ, & in ipso omnia dona gratuita dãtur. Idcirco non possumus deo pro beneficiis suis, imo nec alicui benefactori aliquid maius aut dignius rependere, nisi amorem. Christus autem vt deus diligit patrem amore simpliciter infinito, sed vt homo diligit deum maiori dilectione quam omnes simul electi. Vnusquisque vero nostrũ tanto ardentius tenetur deũ diligere, quanto plura beneficia ab ipso receperit. Potest quoq; verbũ istud per modũ orationis intelligi, vt sit sensus, Diligam te dñe.i. da vt amem te dñe [FORTITVDO mea].i. causa totius fortitudinis meæ, sine quo nihil possum [DOMINVS (est) firmamentum meũ].i. stabilimentũ meũ, & causa stabilitatis meæ. Nã Christus in omni passione constans, & solidus mansit, nec in aliquo actus rationis vel operationes virtutũ impediebantur aut turbabãtur in ipso, quod valde supernaturale fuit [ET refugium meum] Mat. 26
Nam Christus passione instante ad patrem confugit, dicens, Mi pater si fieri potest, transeat à me calix iste [ET liberator meus] de tentatore diabolo, & de persecutione Iudæorum, qui me frequenter Iohan. 12
C occidere conabantur, quando nondũ venit hora mea. Vel, liberator meus, quia resuscitauit me ad impassibilem vitã. ¶ (2) DEVS meus (est) adiutor meus] in quantum homo sum. Christus enim miracula fecit, non humana aut naturali, sed diuina virtute [ET sperabo in eo].i. expectabo omne bonũ ab eo quod nondũ habeo. Quomodo autẽ Christo conuenit sperare in deo, frequenter dictum est.
¶ (3) PROTECTOR meus].i. deus est defensor humanitatis meæ, defendens eã ab omni malo culpæ [ET cornu].i. excelsa & eminens causa [SALVTIS meæ].i. felicitatis tã corporis, q̃ animæ meę, beatificando me in anima, statim quando creauit eam: & in corpore, quando à mortuis suscitauit me. [ET susceptor meus].i. deus dei filius ad suã personalem subsistentiã assumpsit humanitatem meam.
¶ (4) LAVDANS inuocabo dñm] Frequẽter in euang. legitur Christus patrẽ cũ laude & gratiarũ actione inuocasse, vt apud Ioh. Grãs (inquit) ago tibi pater, qm̃ audisti me [ET ab inimicis meis] Iohan. 11
puta Iudæis [SALVVS ero] per resurrectionẽ à mortuis. Nã & Christus orando meruit, vt tam cito resurgeret, quamuis ex aliis causis debebatur ei resurrectio festinata, præsertim propter vnionẽ suę humanitatis cum verbo. ¶ (5) CIRCVNDEDERVNT me dolores mortis].i. pœnæ atq; tristitiæ mortis: quia in Euãgelio dicitur, Cœpit Iesus pauere, tædere & cõtristari. In cruce autẽ circundederunt eũ dolores mortẽ inferentes, quãdo vndiq; pœnis repletus, dixit, Consummatũ est, & inclinato Lucæ. 22
capite tradidit spm̃ [TORRENTES iniquitatis].i. abundãter multæ iniquitates.i. persecutiones iniustæ mihi à Iudæis illatæ tẽpore passionis [CONTVRBAVERVNT me].i. inferiorẽ animæ partem Iohan. 19
ac corporalẽ naturã à naturali sua dispositione immutauerũt propter acerbitatẽ pœnæ inflictæ: non
D tamẽ turbauerunt vel deordinauerũt actũ rõnis in Christo. Est autẽ quedã cõturbatio bona & spõte assũpta, de qua Ioh. ait, Quod Iesus cõturbauit seipm̃, & infremuit spũ, & fleuit. ¶ (6) DOLORES Iohan. 11
inferi].i. dolores veniẽtes ex cõsideratione dãnationis hominũ in inferno [CIRCVNDEDERVNT me] Nam dũ Christus pẽdens in cruce, dixit, Sitio, significauit se hominũ liberationẽ sitire: & eadem Iohan. 19
hora vehemẽtissimo cordis torquebatur dolore, qm̃ cõsiderauit passionẽ suã tam multis non debere prodesse, sed eos in infernũ propter ingratitudinẽ suam debere descendere. Ideo ait, Dolores inferi circundederunt me.i. animã meã inuaserunt, [PRAEOCCVPAVERVNT].i. præuenerunt [ME laquei mortis].i. deceptiones ad mortẽ ducentes: nõ quod Christo aliquid ex improuiso cõtigit, aut aliquis eũ decipere quiuerit: sed quia infideles Iudæi putabãt eũ nescire cõsilia, quibus tractabãt, quomodo eũ dolo tenerẽt & occiderent, ac nesciẽtẽ, ne fugeret, anticiparent. Est enim mos scripturarũ aliquid enarrare, prout est in opinione multorũ. ¶ (7) IN tribulatione mea].i. passione instãte inuocaui dñm, quia vt scriptũ est, Procidens Iesus in faciẽ suã prolixius orauit, & factus est sudor eius Lucæ. 22
sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram [ET ad deum meum clamaui] quoniam teste apostolo, Christus cum clamore valido & lachrymis exorauit. ¶ (8) ET exaudiuit dominus de tẽplo sancto Hebr. 5.
suo, hoc est, de summo cœlo, vel de corde meo, in quo sicut in electissimo templo habitauit non so-

lum per gratiam, sed etiam per suppositalem vnionem, intelligendo per cor ipsam animã [VOCEM E
meam] id est, orationem quam fudi [ET clamor meus] id est, feruens cordis mei affectus [IN cõspe
ctu eius] id est, coram eo [INTROIVIT in aures eius] hoc est, placuit auribus misericordiæ suæ, vt
Mat.27 exaudiret eum. ❡ (9) COMMOTA est & contremuit terra.] Hoc ad literam in Christo in cruce su
Mat. 28 spenso impletum est, quia tunc terra mota est. Similiter in die resurrectionis angelo ad sepulchrum Christi descendente terræmotus factus est magnus [FVNDAMENTA montium conturbata sunt, & commota sunt.] quoniam tempore passionis terra sancta quæ fertur esse montosa tam valde mo-
Ibidem ta est, vt etiam petræ scinderentur, prout Euangelista testatur [QVONIAM iratus est eis] scilicet dominus, id est, dominus iram suam qua hominibus filium suum dilectum occidẽtibus irascebatur, ostẽdit in elementis turbando atq; mouendo inanimata: vt vel sic rationales creaturæ errorem suum aduerterent, dum inanimata suspenso in cruce sic condolere conspicerent. Vel sic & melius, commota est, per admirationem, & contremuit per timorem, terra, id est, habitantes in terra, videlicet Iudęi, & Gentiles, præsertim in terra sancta, quando videbant Christo moriente solem supernaturaliter ecli-
Mat.27 psari, terram moueri, & Iesum alta voce clamantem expirare. Vnde in Euangelio scriptum est, Cẽ-
Luc.23. turio autem & qui cum ipso erant videntes quæ fiebant, & quia sic clamans expirasset, timuerũt valde, & glorificauit deum Cẽturio, & ait, Vere filius dei erat iste. Hic homo iustus erat. Et omnis multitudo eorum qui aderant ad spectaculum istud, & videntes quæ fiebant, percutientes pectora sua re F
uertebantur. Fundamenta montium, id est, capitanei superborum, videlicet principes sacerdotum Pilatus & Herodes, conturbata sunt, & commota sunt, quia visis prædictis mirabilibus vtriq; ad tẽpus perterriti erant, maxime principes sacerdotum quando videbant velum templi scissum, & custodes sepulchri referre quæ facta erant ad monumentum per angelum. Potissimum quoq; quando mortui
Mat.27 illi qui simul cum Christo surrexerunt, eis vt creditur, apparuerunt. Ideo autem turbati & commoti
Mat.28 sunt, quoniã irat⁹ est eis, scilicet dominus. Ira dei est vindicta diuinæ iustitiæ. Hęc vero vindicta quãtum ad impœnitentes hic incipit, & in futuro æternaliter perseuerat. Prædicta autem fiebãt à deo in vltionem peccati eorum qui Christum interfecerunt, quantum ad eos qui non pœnituerunt, quia ex hoc quod his visis non sunt conuersi grauius sunt dãnati. Idcirco quoniã iratus est eis dominus derelinquendo eos iustissime ob id conturbati sunt & cõmoti sunt, non ad pœnitentiã & fidẽ, sed ad admirationem & obstinationẽ. Vel, fundamenta montiũ, id est, magistri philosophorũ conturbata sunt & commota sunt, hoc est, admirati & obstupefacti sunt Christo patiente propter mirabilissimã solis eclipsim, dicentes vel deus naturæ patitur, aut astra mentiuntur, aut machina mundi peribit. De qua re in epistola ad Polycarpum scribit Dionysius. Consequenter describitur pœna persequentiũ Christum, videlicet, obstinatorũ Iudæorum, qui propter ista & alia mirabilia per Apostolos & Stephanũ aliosque primitiuæ ecclesiæ sanctos facta non sunt conuersi, dum subditur, ❡ (10) ASCENDIT fumus] hoc est, vapor incendii quo Titus combussit Ierusalem ac reliquas vrbes vicinas, [IN G
ira eius] id est, in vltione qua deus pater vindicauit iniuriam à Iudæis Christo illatam, [ET ignis] prædictæ combustionis, [A facie eius] hoc est, à conspectu diuinæ iustitiæ omnia iustissime iudicantis, [EXARSIT] cuncta velociter deuorando [CARBONES] id est, peruersi Iudæi tenebris infidelitatis obscuri & vitiis nigri, [SVCCENSI sunt ab eo] scilicet, deo in combustione eorum. Vel carbones, id est, materia cõbustibilis succensi sunt ab eo, quia deo ordinante & instigante principes Romani succenderunt habitacula Iudæorum. ❡ (11) INCLINAVIT cœlos] ipse Christus, id est, habitantem in cœlo, videlicet semetipsum, descendens à regalibus sedibus in vterũ dulcissimæ vir-
Philip.2. ginis: exinaniuit nanque seipsum formam serui accipiens [ET descendit] in inferiores partes terræ,
Ephe.4 secundum apostolum [ET caligo] hoc est omnis obscuritas tenebrarum ac vitiorum [SVB pedibus eius]. i. longe ab eo, quoniã ipse est lux vera & tenebræ non sunt in eo vllæ secundũ Iohannem. Vel caligo. i. diabolus corda hominũ obscurans, sub pedibus eius, quia Christus diabolum cõculcauit & penitus vicit. Vnde Iohannes in prima sua Canonica, In hoc (inquit) apparuit filius dei, vt destrue-
1.Ioh.2. ret opera diaboli. ❡ (12) ET ascendit]. s. Christus [SVPER Cherubin] hoc est supra ordinẽ illum
1.Iohã.3. angelicũ in die ascensionis [ET volauit] vsque ad dexterã patris. Vel super Cherubim. i. supra oẽm plenitudinẽ creatæ scientiæ, quoniã Christus trãscendit omnẽ capacitatem intellectuum creatorum [VOLAVIT super pennas ventorum] hoc est, super omnẽ speculationẽ rationabiliũ animarũ. Con H
Esaiæ.57 templatio nempe est penna animæ: & anima ventus vocatur iuxta Esaiã, Flatus ego feci, hoc est, animas. Anima nanq; instar venti, velociter mobilis est. ❡ (13) ET posuit tenebras] hoc est, incõprehensibilẽ propriæ lucis plenitudinẽ [LATIBVLVM suũ] hoc est, occultã habitationẽ suã. Nã deus
1.Tim.6. propter immensitatẽ suæ perfectionis ac lucis latet nos. Vnde secundũ Apostolũ lucem habitat inaccessibilẽ, & secundũ sacratissimũ principẽ theologorũ Dion. in epistola ad Caiũ monachũ, Inuisibilis plenitudo diuini luminis appellatur diuina caligo seu tenebrę dei. Hãc ergo caliginẽ seu tenebras istas ponit deus latibulũ suũ, quia propter eas incõprehẽsibilis est. Propterea Dion. Diuinæ (ait) tenebræ cooperiũtur omni lumini, & abscõduntur omni visioni, propter incircũscriptibilẽ & superplenissimã proprii splẽdoris claritatẽ. Vel posuit tenebras. i. formas sacramentales latibulũ suũ, quia sub illis in sacramẽto altaris Christus ineffabiliter occultatur. Vel tenebras, hoc est, carnẽ mortalẽ quã assumpsit, qm̃ diuinitas in ea mirabiliter latuit [IN circuitu eius] hoc est, in his q vndiq; ad eũ accedũt . s. in omnib⁹ sanctis in cœlo & in terra [TABERNACVLVM eius] quia in illis habitat de⁹ qui ad eũ accedunt, & in sanctis terrenis est tabernaculũ eius quod vocatur ecclesia militans: in sanctis vero cœlestibus est tabernaculũ eius, quod dicitur triũphans ecclesia, [TENEBROSA aqua] hoc est ob-
Esaiæ.60 scura scientia est [IN nubibus aeris] hoc est, in sanctis prophetis atq; apostolis: de qbus Esaias dicit,

A Qui sunt isti qui vt nubes volant. Omnis enim cognitio viatorũ obscura est, prout testatur Aposto- 1. Cor. 13
lus, Cognoscimus (inquiens) nunc per speculũ in ænigmate. Et nunc cognosco ex parte. Dicuntur
autẽ Apostoli atque prophetæ nubes aeris, quia præ cæteris hominibus diuinæ lucis illustrationes
prius copiosiusque receperunt, & per contemplationẽ altius volauerunt. Dicuntur autẽ nubes aeris
ad differentiam angelorũ qui nuncupantur nubes cœli secundũ Dion. vltimo cœlestis hierarchiæ ca
pitulo. Non autem tam alte volauerunt, quandiu in terris peregrini & hospites erãt, sicut angeli san
cti, qui recipiunt illuminationes diuinas receptione prima, clara ac immediata, homines vero reci-
piunt eas receptione secunda symbolica ac mediata, quia per angelos deferuntur ad eos secundum
theologum. Potest autẽ verbum istud Psalmistæ specialiter referri ad apostolos ante Christi passio-
(1) nem, quando propter suam ruditatẽ à Christo meruerunt audire, Adhuc & vos sine intellectu estis. Matth. 15
& etiam ante Christi ascensionem, quoniam Iohannes de seipso dicit, pro tempore illo quod non- Iohan. 10
dum sciebat scripturas. s. quod oporteret Christum à morte resurgere, cũ tamen Christus ante pas-
sionem suam hoc frequenter & clare prædixerit. ex quo ostenditur quod Apostoli mirabiliter simpli Matt. 20.
ces erant vsque ad missionem spiritus sancti, in quo vtique fides Christiana immobiliter cõfortaba
B tur, videlicet quod per homines paucos tam rudes ac simplices idololatria extirpata est, & fides tam
supernaturalis per totum mundum diffusa. Hoc enim esse non potuit, nisi quod post Christi passio-
nem supernaturaliter illuminati ac docti fuerunt, quemadmodum Christus ante passionem eis pro-
misit. ¶ (14) PRAE fulgore] hoc est, præ claritate doctrinæ, & propter illuminationem Christi,
quam ipse apostolis tradidit [IN conspectu eius]. i. in beneplacito & in præsentia pñi respectus do-
mini saluatoris [NVBES] hoc est, sancti apostoli [TRANSIERVNT] in vniuersum mundũ præ-
dicare euangeliũ omni creaturæ. tanquã dicat præ claritate sapientiæ, & propter illuminationẽ præ-
fulgidã, quam Christus apostolus in die Pentecostes infudit, ipsi apostoli transierunt in cõspectu do Actu. 2.
mini cuncta cernentis, & exierunt audaces atque securi, qui ante propter metũ Iudęorum clausi con
sederant in conclaui. Est consuetudo scripturæ vt aliquid dicatur fieri coram domino vel in cõspectu
dñi, quando placet domino, sicut dicitur, quod Iesse genuit Dauid qui ambulauit coram domino. Sic Ruth. vlt.
ergo Apostoli transierunt in conspectu domini, quia placuit domino transitus ille. Vel sic, Præ ful-
gore in conspectu eius nubes transierunt, quoniam Christus adhuc inter discipulos in mundo con- Marc. 16.
uersans, misit illos binos & binos ante se in omnem locum quo ipse erat venturus. Vel sic & bene. Lucæ. 10.
Prę fulgore, id est, propter excellentiam perfectionis, claritatis ac sapientię Christi in cõspectu eius.
id est, in comparatione ipsius, nubes. i. omnes sancti transierunt. i. defecerunt, & quodammodo eua-
nuerunt, quoniam quantumcunq; sancti ac docti fuerunt, tamen cõparatione Christi quasi nihil fue-
C runt, in tantum vt de maximo illo gigante Ioh. Bapt. Euãgelista affirmet, Nõ erat ille lux. Vnde Ori Ioha. 1.
genes ait, quod Petrus & Paulus per comparationem ad Christum sunt tenebræ. Potest quoq; quod
dicitur, Prę fulgore, esse vna dictio, vt sit sensus, Præfulgoræ, id est prefulgidę nubes in cõspectu eius
&c, sed conuenientius puto vt duæ dictiones dicantur. Itaq; præ fulgore in conspectu eius nubes trã
sierunt, id est, apostoli qui non solum sunt nubes, sed etiam [GRANDO] dura tormenta impiis com
minando, falsitati fortiter resistendo atque audientium corda per increpationem feriendo [ET] ipsi
sunt [CARBONES ignis] mundum illuminando, & mentes credentium diuino amore accendẽdo.
Vel carbones ignis. i. igne tribulationum exusti, tanquam carbones igniti. ¶ (15) ET intonuit de cœ- Actu. 2.
lo dominus] scilicet Christus in die Pentecostes, quando factus est repẽte de cœlo sonus tanquã ad-
uenientis spiritus vehementis, seditq; spiritus sanctus super singulos eorum, [ET altissimus]. i. Chri Lucæ. 21.
stus [DEDIT vocem suam] quia illo die impleuit quod pauloante apostolis spopõdit: Ego dabo vo-
bis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarii vestri: tunc ergo dedit vocem suam Matt. 10.
quando loquebatur per eos sicut prædixit, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui
loquitur in vobis. Vox enim dei est sacra scriptura. & quoniam scripturarum notitiam dedit discipu
lis, ideo dedit vocem suam. Vel altissimus dedit vocem suam. Nam Christus post resurrectionẽ præ-
sentialiter loquebatur apostolis, cuius vox est grando & carbones ignis, propter causas prædictas.
¶ (16) ET misit] scilicet Christus [SAGITTAS suas]. i. verba sua acutissima per os apostolorũ lo- Hebr. 4.
quendo. Viuus est enim sermo dei, & acutior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionẽ ani-
mæ & spiritus [ET dissipauit eos] separando electos à reprobis, fideles ab infidelibus, bonos à malis
D sicut in die pentecostes Petro loquente verba acuta ac ignea, tria milia Iudæorum cõuersa sunt, aliis Act. 10.
irridentibus [FVLGVRA] hoc est, signa pręclara, ac magna miracula [MVLTIPLICAVIT] per
fideles & sanctos suos, quemadmodum eis prędixit, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse fa
ciet, & maiora his faciet [ET conturbauit] scilicet auditores & inspectores quosdam ad pœnitentiã, Iohã. 14.
quosdam ad admirationem, quosdam vero ad timorem. ¶ (17) ET apparuerunt] per Christi illu-
minationem & Apostolorum prædicationem [FONTES aquarum]. i. riui sapientiæ saliẽtes in vitã
æternam. Hi fontes. i. sacræ doctrinæ apparuerunt. i. manifestatę sunt cordibus hominum, prout sal-
uator disseruit: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquę viuæ [ET reuelata sunt funda- Iohan. 4.
menta orbis terrarum] hoc est, sancti prophetę qui sunt fundamenta orbis terrarum, id est, militan- Iohan. 7.
tis ecclesiæ per totum orbem diffusæ, intellecti & veraces inuenti sunt per Christum & eius discipu
los. Nam ante Christi aduentum verba prophetarum obscura erant, sed per illuminationem spiritus
sancti apostolis missi clarissime intellecta sunt & gentibus esplanata. Christus quoq; in seipso mani-
festauit veritatem prophetarũ implendo in se quod illi de ipso vaticinati fuerunt. Propter quod Ioh.
ait, Lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Hæc autem peracta sunt. Iohan. 1.
¶ (18) AB increpatione tua domine] qua per teipsum & per sanctos prædicatores increpasti

homines quatenus pœniterent,sicq́; ad recipiendum prædictas apparitiones, ac reuelationes idonei E
fierent sacræ scripturæ, & facta sunt [HAEC ab inspiratione spiritus iræ tuæ] .i. ab instinctu spiritus
sancti corda peccatorũ interius perterrẽtis . Spiritus enim sanctus primo salubriter irascitur electis,
in præsenti puniendo eos pœna tẽporali per pœnitentiã : ne irascatur eis in futuro puniẽdo eos pœ-
na ęterna per condẽnationẽ. Deinde spũs sanctus mentibus pœnitentiũ consolationẽ infundit, veri-
tatẽ ostendit, & lumine implet,ita vt eis appareant fontes aquarũ. Primo siquidẽ purgat, secundo illu
minat,tertio ꝑficit. Deinde Christus voce naturæ assumptę,loquẽs ad patrẽ ait, ❡ (19) MISIT].s.
deus pater [DE summo].i.de sinu suo verbũ suum æternũ [ET] verbũ eius [ACCEPIT me] vnien
do suæ personalitati diuinæ & increatæ meã humanitatẽ; & deus pater [ASSVMPSIT me de aquis
multis] hoc est,de variis tribulationibus subleuauit me in die resurrectionis,& ascẽsionis: quando ab
omni passibilitate & iniquorũ cohabitatione assumpsit me ad se. ❡ (20) ERIPVIT me de inimicis
meis fortissimis] hoc est,à principibus sacerdotũ [ET ab his qui oderunt me].i.à cæteris persecuto-
ribus meis,[QVONIAM confortati sunt super me] hoc est,quia permissi sunt ad tempus præualere
contra naturã meã passibilẽ,quã afflixerũt & occiderunt. ❡ (21) PRAEVENERVNT me] multis
accusationibus & fallacibus interrogationibus,vt haberent causam mortis contra me [IN die affli-
ctionis meæ].s.in die passionis, [ET factus est dominus protector meus] ne animæ meæ nocerent,
Mat. 3.17 ❡ (22) ET eduxit me] de angusto sepulchro [IN latitudinem] paradisi. vel eduxit me de angustiis F
mortis in latitudinem gaudiorum [SALVVM me fecit] à morte per resurrectionem [QVONIAM
voluit].i.quia dilexit me. hic est (inquit) filius meus charissimus in quo mihi cõplacui. ❡ (23) ET
retribuet mihi dominus] accidentale præmium,in quo proficere potuit , vtpote resurrectionem fe-
stinatam,corporis glorificationem,ascensionem beatam [SECVNDVM iustitiam meam] .i. secun-
dum exigentiam meritorum meorum. Deus cuilibet tribuit secundũ quod meruit [ET secundũ puri
tatem manuũ mearũ] hoc est,secundũ perfectionẽ operationũ mearũ [RETRIBVET mihi] in die
resurrectionis meæ,sicut modo impletũ est. ❡ (24) QVIA custodiui vias dñi].i.omnes actus vir-
tutũ,præsertim dilectionem dei & proximi adimpleui. [NEC impie gessi,] contra legem diuinã a-
gendo aut recedendo [A deo meo] Et ideo non recessi ab eo. ❡ (25) QVONIAM omnia iudicia
eius] hoc est,oẽ quod ipse dictat esse vel bonũ vel malum [IN cõspectu meo] .i.in cõsideratione ani
mæ meæ sunt vt ea obseruet, [ET iustitias eius,] hoc est,obseruantias mandatorum suorum , [NON
repuli à me,] per inobedientiam,negligentiam,vel contemptum . Vnde Christus in Euangelio ait,
Sicut præceptum dedit mihi pater,sic facio. Et rursus, Quæ placita sunt ei facio semper. Quoniam
Exod. 22 ergo tam iuste vixi,idcirco ❡ (26) ET ero immaculatus] ab omni peccato [CVM eo].i.ipsi firmi-
ter adhærendo,vel cum eo.i.sicut ipse immaculatus est: iuxta quod scriptum est, Sancti eritis sicut &
ego sanctus sum dominus deus vester,[ET obseruabo me ab iniquitate mea.] Christus iniquitatem
nõ fecit nec habuit,quomodo ergo (ait) & obseruabo me ab iniquitate mea? Nisi sic exponatur,ob- G
seruabo me ab iniquitate,quam habere potuissem,nisi me dominus præseruasset . Si enim à Christo
homine gratiam tollas,non est in quo ab aliis differat secundum Augustinum. ❡ (27) ET retri-
buet mihi dominus secundum iustitiam meam,] in die extremi iudicii,quando merito passionis meę
beatificabit omnes electos,de quorum beatificatione aliquid mihi accidentalis præmii adiungetur,
quia congratulabor sponsæ meæ quæ est ecclesia electorum,[ET secundum puritatem manuũ mea-
rum] .s. quam habui [IN conspectu oculorum eius] id est,coram eo omnia conspiciente, supple re-
stituet mihi. ❡ (28) CVM sancto sanctus eris , & cum viro innocente innocens eris.] Cum san-
cto (inquit) id est,cum Christo,qui est sanctus sanctorum & naturaliter atque totaliter sanctus,san-
ctus eris,o quilibet homo fidelis,si ei constanter adhæseris,neque à vestigiis eius recesseris . Et cum
viro innocente,hoc est,cum Christo,qui quantum in se est,nulli vnquam nocuit,sed omnibus sum-
me & maxime profuit,innocens eris,si ipsum fueris imitatus. ❡ (29) ET cum electo] id est,cum
Roma.1 Christo qui ratione naturæ assumptæ vocatur electus: quia secundum apostolum , Ipse prædestina-
Luc.14. tus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Et in Esaia, Ecce, ait, puer meus quem
18. elegi,complacuit sibi in illo anima mea. quod de Christo ad literam dici sequentia verba ostendunt.
Cum hoc ergo electo, si ipsi perseueranter seruieris, electus eris . Non quod aliquis de nouo eliga-
gatur,quoniam omnes electi ab æterno electi fuerunt,sed [ELECTVS eris] id est, beatitudinem ele H
ctorum consequeris: secundum quem sensum ait Augustinus, Si non es prædestinatus, fac vt præde-
stineris.i.si suspicaris te non esse prędestinatũ,noli propterea ab opere bono cessare : sed sic viue,vt
gloria prædestinatorũ dignus habearis [ET cũ puerso].i.cũ eo qui Christũ nõ sequitur [PERVER
TARIS] si mores eius sequaris. Et hæc ideo vera esse constat. ❡ (30) QVONIAM tu] o domine,
[POPVLVM humilẽ saluũ facies,] in præsenti secũ habitando per gratiã, & in futuro per gloriam,
Mat. 5 sicut in euangelio dicis, Beati pauperes spiritu.i.humiles,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et
Luc.14. denuo, Qui se humiliat,exaltabitur: & qui se exaltat,humiliabitur [ET oculos superborũ].i.pręsum-
18 ptiones & æstimationes eorum qui magni sunt in oculis suis, reprobabis,& ipsos superbos [HVMI-
LIABIS] vsque ad profundũ inferni. Omnibus quoque sanctis ostendes, præsertim in die iudicii q̃
abominabiles atque damnandi sint omnes superbi. Vnde & scriptum est, Odibilis coram deo & ho-
Eccl. 10 minibus est superbia. ❡ (31) QVONIAM tu illuminas lucernam meam] id est,rationem meam
quæ est directrix ac domina operationũ mearũ. Nam ratio dirigit volũtatẽ, & cæteras vires: domine
Iesu Christe,qui es lux vera illuminans omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ: & non solũ illumi-
Iohan.1. nans me lumine naturali,sed etiã lumine gratiæ. Et qm̃ sic est o [DEVS meus illumina tenebras me-
as] id est,me tenebrosum vel interiora mea,quę propter magnã imperfectionẽ suã ac vitiorum cali-

A liginem tenebræ nuncupantur, quemadmodum homines multum virtuosi ac eruditi lumina appellā
tur. Itaque domine Christe [ILLVMINA tenebras meas] id est, expelle ab anima mea ignorantiæ
cæcitatem, paſsionum obtenebrationem, peccatorúmque omnium maculam: quatenus illud mihi cō
ueniat, Cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt: & deducet me dominus in lucem, & videbo iu Mich.8.
ſtitiam eius. ❨(32) QVONIAM] ô domine [IN te] id eſt, tua virtute & gratia [ERIPIAR à
tentatione] id eſt, ab omni impugnatione diaboli, ac Iudæorum me perſequētium [ET in deo meo]
id eſt, in virtute & adiutorio dei mei [TRANSGREDIAR murum] .i. vincam omne obſtaculum
quod me à deo retrahere nititur. Vel ad literam, Tranſgrediar murum, quoniam Chriſtus reſurrexit Matt.27.
de clauſo ſepulchro, & introiuit ad diſcipulos ianuis clauſis, ſicque pertranſiuit lapidem monumen- Iohā.20.
to ſuperpoſitum oſtiúmque conclauis, quæ nomine muri intelligi poſſunt. ❨(33) DEVS meus] qui
eſt trinitas ſancta, ac ſimplex diuinitas [IMPOLLVTA via eius] .i. immaculata lex per quam itur ad
eum. Quemadmodum Salomon ait, Viæ domini, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ [ELO Prou.3.
QVIA domini] ſcilicet præcepta, conſilia, teſtimonia, ac tota ſacra ſcriptura [IGNE examinata] id
eſt, claritate ſpiritus ſancti purificata: atque tam pulchra, ac eſſent igne decocta [PROTECTOR eſt]
dominus [OMNIVM ſperantiū in ſe.] Quod ideo verū eſt. ❨(34) QVONIAM quis deus præ-
ter dominum] id eſt, quis eſt verus deus potens in ſe ſperantes ſaluare, & ab omni periculo defenſa-
B re, præter dominum, qui eſt vniuerſorū creator, prouiſor ac princeps. quaſi dicat nullus [AVT quis]
eſt verus [DEVS præter deum noſtrum] id eſt, deum Chriſtianorum, qui eſt vnus in eſſentia, & tri-
nus in perſonis. Qui in Deut. ait, Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius deus præter me. Et rur-
ſus Moſes dicit, Non eſt deus alius, vt deus rectiſsimus, magnificentia eius diſcurrunt nubes, habita- Deut.32.
culum eius ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna. ❨(35) DEVS qui præcinxit me] Chriſtum, ſecū- Deut.33.
dum quod homo ſum [VIRTVTE] .i. omni fortitudine ſpiritus ſancti ad currendam viam, & ad
exequendum ac patiendum inuictiſsime atq; promptiſsime quicquid ad humanæ redemptionis my-
ſterium pertinet, & ad debellandum aëreas poteſtates. Anima enim Chriſti omnibus donis ſpiritus
ſancti, ac omni virtute perfecta pleniſsima fuit [ET poſuit immaculatam viam meam] .i. totam con- Eſaiæ.11.
uerſationem meā, & operationē quam in mundo deduxi. Nam Chriſtus nullo vnquam peccato ma-
culatus eſt. ❨(36) QVI perfecit pedes meos] .i. greſſus & actus meos [TANQVAM ceruorū]
videlicet vt velociſsime & efficaciſsime operarer, ac paterer in mundo quicquid patris voluntati cō-
placuit: ſicque ſitirem hominū ſalutem in omni vita mea, quemadmodum ceruus curſu laſſatus cupit
aquarū fluenta [ET ſuper excelſa] id eſt, in cordibus hominū contemplatiuorū per ſpem in cælis ere
ctorum [STATVENS me] .i. faciens me per gratiā taliū corda inhabitare: ſicut ait Apoſtolus, Fle- Ephe.3.
cto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo, & in terra no
C minatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutē, corroborari per ſpiritum eius in interio-
re homine, Chriſtū habitare per fidem in cordibus noſtris. Vel ſuper excelſa .i. ſuper altitudinem o-
mnium cælorū ad dexteram ſuam ſtatuens me in die aſcenſionis. Vel ſuper excelſa .i. in vertice vni-
uerſarum virtutum ſtatuens me, concreādo animæ meæ omnes virtutes perfectas. ❨(37) QVI
docet manus meas] id eſt, intellectū practicū & voluntatē quæ ſunt duæ principales potētiæ opera-
tiuæ [AD præliū] contra diabolum, & Iudæos, omnéſque aduerſarios humanæ ſalutis. Deinde Chri
ſtus mutat perſonā, & ait ad patrē [ET poſuiſti vt arcū æreū brachia mea] id eſt, virtutes meas qui-
bus mūdum atque diabolum vici. Quemadmodum enim arcus æreus fortiter vulnerat, ſagittamque
feſtinanter valde emittit: ita virtutes Chriſti mortē celerrime occiderūt, quemadmodū ait, Ero mors Oſee.13.
tua ô mors. diabolum vulnerauerunt ac minuerunt, ſicut per eundē teſtatur, Ero morſus tuus infer-
ne. Atque operationes optimas tanquam ſagittas inceſſabiliter produxerunt. ❨(38) ET dediſti
mihi] o pater [PROTECTIONEM ſalutis tuæ] id eſt, protexiſti me protectione ſalubri, per quam
ego ſaluatus ſum quantū ad reſurrectionem & gloriam corporis. Mundus vero per eam ſaluatus eſt
à morte æterna, & beatificatus beatitudine mentis & corporis ſempiterna, quam in die iudicii plene
conſequentur electi [ET dextera tua] id eſt, gratioſa tua præſentia ac felix [SVSCEPIT me] exau-
diendo preces meas, & de omni malo ſeculi huius nequā ac generationis peſsimæ eripiendo naturā
D quam aſſumpſi. ❨(39) ET diſciplina tua] id eſt, paterna ac pia caſtigatio tua [CORREXIT] id
eſt, puniuit [ME in finē] id eſt, vſque ad conſequendam vitā æternā electis. Correxit autē atq; puni- Iſaiæ.53.
uit me non propter propriam culpam, ſed propter mundi tollenda peccata: quemadmodū ſcriptum
eſt, Diſciplina pacis noſtrę ſuper eū, cuius liuore ſanati ſumus: ipſe autē vulneratus eſt propter pec-
cata noſtra. Vnde Apoſtolus, Factus eſt, inquit, propter nos maledictum, vt nos de maledicto libera- Galat.3.
ret [ET diſciplina tua] id eſt, paſsio quā tu domine pater voluiſti me ſubire [IPSA me docebit] per
experientiam compati: ſicut teſtatur Apoſtolus, Debuit, inquit, per omnia fratribus aſſimilari, vt mi- Heb.2.
ſericors fieret. Et iterum, Non habemus, ait, pontificem qui non poſsit cōpati infirmitatibus noſtris. Hebr.4.
❨(40) DILATASTI] id eſt, per charitatē latos, copioſos ac multos feciſti [GRESSVS meos]
id eſt, actus animæ meæ, quibus te honoraui, & mundū ſaluaui, quia à primo conceptionis maternæ
inſtanti vſque ad vltimū vitæ meæ momentum, nunquam ceſſaui ab actuali exercitio operis virtuoſi
[ET non ſunt infirmata veſtigia mea] id eſt, opera mea quę ſunt ſigna atque indicia internę dilectio
nis atque diſpoſitionis meæ: quia non egi ſegniter, nec deſii ab opere cœpto, donec pendens in cru-
ce, dixi, conſummatum eſt. ❨(41) PERSEQVAR inimicos meos] id eſt, diabolos, expellendo
eos de cordibus peccatorum, & templis idolorum. Vnde in Euangelio legūtur clamaſſe ad Chriſtū, Iohan.10
Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus torquerē nos? Hæc autem perſecutio eſt dia
bolo tanto pœnalior, quanto inuidia eius contra homines eſt maior [ET compræhendam eos] vin- Marc.1.

cendo eos atque ligando[ET non conuertar] id est,non redibo neq; cessabo à persecutione dęmo- E
nū[DONEC deficiant] id est,vsque in diem iudicii quando penitus separahuntur ac damnabuntur.
Nā quotidie Christus per angelos sanctos & homines virtuosos,persequitur,cruciat,& vincit diabo
los. ℂ (42) CONFRINGAM illos] hoc est,voluntatē eorū qua nitūtur electos seducere[NEC
poterunt stare] resistendo potentiæ meæ,sed[CADENT] victi[SVBTVS pedes meos] .i.omnino
opprimentur ac supplantabuntur à me.Nā dæmones potestati saluatoris prorsus subiecti sunt. Vel
sic,Persequar inimicos meos,hoc est,Iudæos incredulos per aduentū principū Romanorū propter
quorū metū omnes confugerūt in Ierusalē.Et comprehendā eos.i.intra Ierusalem faciā eos capi,si-
cut & factū est.Et non conuertar ab ira mea donec deficiant, hoc est,donec interficiantur,vendan-
tur,vel dispergantur,& omni priori potestate,gloria & habitatione priuentur. Sed cōfringam illos,
propter obstinatam suam perfidiam[NEC poterunt stare]sicut expositū est. Et hoc est,quod domi-
Osee.2. nus ait,Dies multos sedebunt filii Israel,sine rege,& sine principe,& sine sacrificio,& sine altari, &
Dan.9. sine Ephot,& sine theraphim.Et in Daniele idem clare prædictū est,Post hebdomadas,inquit,sexa-
ginta duas occidetur Christus,&]non erit eius populus qui eū negaturus est, & ciuitatē & sanctuariū
dissipabit populus cū duce vēturo,& finis eius vastitas,& vsque in finem perseuerabit desolatio. Et
quanuis omnia ista modo impleta sint,nihilominus excæcatissimi Iudæi in sua incredulitate perdu- F
rant quatenus prophetæ qui hanc prædixerūt,in hoc quoq; inueniātur veraces. ℂ (43) ET pręcinxisti me virtute ad prælių] Hoc iam prædictū atq; expositū est [ET supplātasti] .i.deiecisti [IN-
SVRGENTES in me] hoc est,persecutores meos[SVBTVS me] id est,sub potestate mea quia eo-
rum Christus constitutus est iudex qui eum diiudicauerunt. ℂ (44) ET inimicos meos dedisti
mihi dorsum] .i.fecisti eos tanquam victos fugere à me.nam qui fugit ab aliquo faciē suā ab eo auer-
tit,& dorsum suum ad ipsum conuertit,& ideo per prophetam de peccatoribus dominus ait, Verte-
Ier.2.32. runt ad me dorsum & non faciem. Tunc ergo inimici Christi.i.increduli facti sunt Christo dorsum
quando à facie Christianorum fugerunt,quod sæpe impletum est.Potestq; in bono exponi vt sit sen
sus,inimicos meos,hoc est Iudæos,qui me aliquando persequebantur,dedisti mihi dorsum.i.subieci-
sti mihi,ita vt tollerent iugū meū super se,& discerent à me quia mitis sum & humilis corde,ferrētq;
Matt.11. pondus diei & æstus super dorsum cordis & corporis sui, sicut de illis octo millibus à Petro conuer
Matth.21 sis,& de Paulo qui supra modum vt ipsemet dolens fatetur persequebatur ecclesiam,patet.De talib⁹
Galat.2. enim Christus ante passionem Iudæis dixit,Cū exaltaueritis filiū hominis,tūc cognoscetis,quia ego
Iohan.12 sum. Verūtamen primæ expositioni magis concordat,quod sequitur[ET odiētes me]hoc est,Iudęos
Iohan.15 de quibus in Euangelio ait Saluator,Nunc autē oderunt me,& patrem meū gratis: hos ergo,domi-
ne pater[DISPERDIDISTI]in persecutione Titi,& postea per totū mūdū dando eos in captiui G
tatē istā vsq; in finē seculi duraturā. Vel,disperdidisti.i.diuersis modis eos perdidisti priuando eos in
præsenti,gratia,& post hāc vitā gloria,ac aliis calamitatibus eos opprimēdo, sicut nūcusq; opprimū
tur,quia nec principē,nec terrā,nec hęreditatē aliquā habēt, sed inimicorū suorū dominio subiciun
tur. ℂ(45)CLAMAVERVNT]prædicti Iudæi quādo vastabātur à Tito, quia vt Iosephus refert
multas preces & hostias pro sua liberatione domino obtulerūt[NEC erat qui saluos faceret] eos ab
illis periculis,quoniā dominus spreuit eos:ipsi tamen clamauerunt, non ad falsos deos, quēadmodū
Annus patres eorū sæpe fecerunt,sed[AD dominū]qui est verus deus [NEC exaudiuit eos]ꝙ filiū suū occi-
quo autor dissent,immo vsque in præsentē diē non audit eos cū iam currat annus domini millesimus quadrin-
hęc cōmē gentesimus 34. Hoc autē esse non posset,nisi aliquo grauissimo peccato obnoxii essent, & tāto gra-
taria scri- uiori peccatis patrū eorū,quanto ista eorū captiuitas maior & grauior atq; prolixior est omni capti-
psit. uitate patrū suorū. Tale vero peccatū esse non potest nisi occisio Christi. Vnde conuincuntur Chri-
stū interemisse:nam pro illo dūtaxat peccato sancti prophetæ prædixerunt eos perpetuo desolādos
vt modo ostensum est,& plenius si dominus dederit ostendetur. ℂ (46) ET cōminuā eos] scili-
cet inimicos meos prædictos[VT puluerem ante faciē venti]priuando eos omni esse spirituali,sicq;
spiritualiter morientur.In gladio quoq; & fame eos corporaliter occidendo,atq; in omnes mūdi fi-
nes ipsos dispergendo,quēadmodū puluis ante faciē venti.i.à pręsentia venti dispergētur[ET lutum
platearū] quod ad aliū locū defertur[DELEBO eos] à terra patrū suorū. Deinceps Christus dicit
ad patrē. ℂ (47) ERIPIES me de contradictionibus populi] Iudęorū,qui Pilato dicenti regē H
Iohā.19. vestrū crucifigā,dixerūt,Non habemus regē nisi Cæsarē. Ab hoc populo cōtradicente Christus per
Isaię 55. resurrectionē ereptus est[CONSTITVES me]ô pater[IN caput gentiū] id est,in ducem & principē
gentiliū ad fidē catholicā cōuersorū:sicut per Isaiam dixisti,Ecce testē populis dedi eū ducē ac præ-
ceptorē gentibus.Nā militantis ecclesiæ ex gentibus præsertim collectæ Christus est caput ac legis-
lator. ℂ (48) POPVLVS quem non cognoui].i.gentiles quos tēpore infidelitatis & vitiorū suo-
Eph.1.& rum per approbationē non sciui [SERVIVIT mihi]fideliter,postquam ad fidē conuersus est [IN
5.& alibi. auditu auris] prompte & statim cum verba mea audisset[OBEDIVIT mihi] implendo diuina mā
Isa.55. data. Hoc est quod Isaias ad dominū clamat, Ecce gentē quam nesciebas vocabis,& populi qui non
Matth.9. cognouerunt te,ad te current. Vel sic,Populus quem non cognoui, id est, peccatores reputati inter
Matt.19. Iudæos,quemadmodum publicani & Samaritani,seruiuit mihi.Quoniam de illis dixit Christus,Nō
Matth.9. veni vocare iustos sed peccatores. Et denuo,Venit filius hominis quærere & saluū facere quod per-
Matt.19. ierat.Ex quibus erant Matthæus,Zachæus,& Magdalena,qui etiam in auditu obedierunt Christo,
Luc.8. prout Euangelistæ testantur. ℂ (46) FILII alieni] .i.solo nomine filii,sicut Pharisæi & Scri-
Matth.8. bæ increduli que Iudæi de quibus Christus asseruit. Filii regni eiiciētur in tenebras exteriores. Qui-
Matt.21. bus etiam aperte dixit,quia publicani & meretrices pręcedent vos in regno cœlorum. Hi ergo filii

A MENTITI sunt mihi]dicentes se regē Mesſiā expectare,& velle in eum credere,me vero regem
Messiam,& verū Christū in præsentia eorū positum abnegantes:hi mentiti quoq; sunt mihi,simula-
toria ac adulatoria verba miscendo,quatenus fallerēt me:& filii alieni[INVETERATI sunt]in vi Ierem.4.
tiis,& obdurati in malis,non enim audierunt illud , Nouate vobis nouale,& nolite serere super spi-
nas [ET claudicauerunt à semitis suis] id est, non fecerunt quod alios docuerunt . Vel claudicaue-
runt à semitis suis,id est,nō recte ambulauerunt in præceptis dei eis cōmisſis . Insuper de conuersio-
ne gentilium ac cæteris beneficiis iam prædictis Christus homo gratias agens deo,ait, ¶ (50) VI
VIT dominus] trinus ac simplex,qui est fons vitæ , & naturaliter ipsa pura ac beatisſima vita to-
taliter & superessentialiter viuens . Itaque de immensa beatitudine vitæ dei congratulans Christus
dicit , Viuit dominus qui hæc omnia operatur [ET benedictus deus meus] id est,in seipso,est san- Philip.2.
ctus,& omni laude dignus, omnisque benedictionis largitor,qui est deus meus secundum formam
serui quam accepi[ET exaltetur deus salutis meæ].i.ab omnibus cognoscatur,diligatur, ac honore-
tur cū omni reuerentia & obedientia.Hoc enim ad veram pertinet charitatem dei ac proximi,vt to-
to affectu optemus deum ab omnibus exaltari,cū hoc sit honor dei & nostra felicitas,quorū primum
exigit charitas dei,secundū vero charitas proximi. ¶ (51) DEVS qui das vindictas].i.prædictas
iustas vltiones atque victorias[MIHI,& subdis populos sub me]dando eis fidem & gratiam,quibus
B conuertuntur ad me,& mihi ministrant[LIBERATOR meus de inimicis iracundis] id est,de Iu-
dæis furentibus contra me quos deiecisti. ¶ (52) ET ab insurgentibus in me] id est,ab infideli-
bus & tyrannis,& maxime ab Antichristo,de quo subditur[A viro iniquo eripies me] quoniam ipse
est homo peccati filius perditionis:ab his inquā exaltabis me destruendo prauitatē eorū,& ostenden
do iustitiam meam.Præcipue autem in die iudicii exaltabis me ab his,quia tunc facies me iustū exer-
cere iudiciū de omnibus illis.Tuncq; illud implebitur quod ait,Ad eū, scilicet Christū, veniēt,& cō Isaiæ.33.
fundentur omnes qui repugnant ei.Et quia sic est, ¶ (53) PROPTEREA confitebor tibi in po
pulis domine].i.per meipsum & per apostolos aliosque discipulos laudabo te coram gentibus & Iu
dæis,quēadmodū modo implenū est[ET nomini tuo]id est,tibiipsi[PSALMVM dicā].i.ore & ope-
re te laudabilem profitebor.Et hoc merito faciam, quoniā ipse est ¶ (54) MAGNIFICANS sa
lutes] .i.magnā faciens felicitatē animæ & corporis[REGIS eius]id est,Christi filii sui[ET faciens
misericordiā Christo suo Dauid] .i.Iesu Nazareno cuius humanā naturā sola pietate assumi fecit à
verbo,omnique gratia adimpleuit,ac tertia die resuscitauit.Solent autē sancti prophetę nomine Da-
uid intelligere Christū, quemadmodū in Ezech.dominus ait,Saluabo gregē meū,& suscitabo super Ezec.34
eum pastorem vnum,qui pascat eum,Dauid seruum meum.i.Christum:& seruus meus Dauid prin
ceps eorum.Et Ierem.Seruient,inquit,Dauid regi suo,id est,Messiæ secundū omnes expositores.Et
C non solum est dominus faciēs misericordiā Christo suo Dauid,sed[ET semini eius].i.populo Chri-
stiano in Christo spiritualiter regenerato[VSQVE in seculum]id est,in æternū.Vnde propter ma-
gnitudinem misericordiæ dei super populum Christianum,tempus euangelicæ legis vocatum est tē-
pus nouæ legis.i.tempus gratiæ:quod in Zacharia pulchre inuenitur vbi habetur, Erit ex eis qui of- Zach.12.
fenderit in die illa quasi Dauid,& domus Dauid quasi dei sicut angelus domini in conspectu eorum:
id est,sicut Dauid post culpā suam magnā misericordiā cōsecutus est, sic qui offenderit ex eis,id est,
ex populo Christiano in die illa.i.tēpore gratię,misericordiā consequetur.Propter quod dicitur ma
iestas dei innotuisse philosophis,æquitas Iudæis,misericordia vero Christianis.De hoc semine scri- Isaiæ.53
ptum est,Si posuerit pro peccato animam suam,videbit semen longęuum.

## ¶ EXPOSITIO eiusdem Psalmi iuxta sensum allegoricum.

PORRO secundū allegoricam explanationē psalmi istius,per Dauid intelligitur ecclesia, & quilibet
fidelis,& ita sensus tituli pręinducti est talis, Verba cantici.i.psalmi huius dirigentis nos,in finē,
id est,in Christum,conueniunt Dauid puero domini.i.ecclesię vel fideli,qui est filius dei per gratiæ
adoptionem:quę verba fidelis quisque locutus est domino.i.ad laudem ipsius,in die qua eripuit eum
de manu inimicorū suorū,hoc est,ab omni molestia tentatorum,& de manu Saul.i.de imperio mor-
D tis.Vnusquisque ergo fidelis beneficia dei sibi exhibita pensans,seque à Christo redemptū cōsiderās,
atque ad bona futurę felicitatis se inuitatum attendens,gratisſima,iucundisſima,ac ardentisſima mē
te domino dicat,Diligam te domine,tibi præ omnibus adhærendo,nec propter aliquod bonū crea- Psal.72.
tum à te recedendo:qui es fortitudo mea,dominus firmamentum meum,istud satis expositum est. &
refugiū meum,ad quod in omni necessitate confidenter recurro,sicut ad fidelisſimum amatorē,inui
ctisſimum adiutorem,& benignisſimum saluatorem,qui vbique & semper apertas habet misericor-
diæ vlnas ad amplexandū confugientem ad se,& liberator meus,quoniam pater misit filiū suū ad li-
berandū me,& filius proprio sanguine me redemit.Deus meus,quem affectuosisſime colo:est adiu- Iohā.1.
tor meus,cooperando mihi per gratiam suam:& ideo sperabo in eum, non in aliqua pura creatura: Rom.8.
nec solum sperabo in eum,non desperando,sed sperabo in eum fideliter operādo quod possum : nec
tamen in meis meritis principaliter,sed in eum sperabo,quia sine eius adiutorio perseuerare nō pos-
sum in bono.Et ipse dominus est,protector meus,ab insidiis dæmonū,à fraudibus hominū,& ab euē
tu omnium periculorum.& cornu.i.reuelator seu insinuator salutis meæ.Nam ipso reuelante cogno Iohan.15
scimus in quo vera salus nostra consistit.Sicq; deus dicitur cornu propter similitudinē.Cornu enim
est instrumentum,cuius sono aliquid insinuari aliis solet.Quoniam ergo per naturalē rationē agno-
scere homo non potuit,in quo vera beatitudo seu salus consisteret, sed per diuinam reuelationē hoc
sibi innotuit,iam deus dicitur cornu salutis nostræ.Alia autem expositio huius verbi præhabita est.

Et susceptor meus.i.exauditor precum mearum, & per misericordiam me amplectẽs. Ponuntur hic E
multa numina, idem realiter significantia, vel se inuicẽ includẽtia, quatenus homo deũ tam variis no
minibus affectuosis exprimẽdo, totaliter inflámetur amore: semperque intellectus nominis posterio-
ris sic suũ affectũ in mente producat, vt prioris nominis affectũ roboret, renouet, atque accẽdat. Vn-
de hic est deuotissimus & efficacissimus modus deum orandi & laudandi, multa nomina amorosa se
mutuo includentia proferre, ac deo ascribere, sicut nunc factũ est. Idcirco subiungitur, Laudans inuo
cabo dominũ, hoc est, multa prædicata cõmendatoria deo attribuã, & illis verba deprecatoria admi-
scebo, dicendo, O deus æterne, omnipotens, immẽse, supergloriose, naturaliter bone, suscipe me, pos
side, perfice, semper & salua me. Cũ enim laudare & orare sint duo nobiles actus latrię, sitque lauda-
re deũ nobilius quàm orare, constat ꝙ actus ex vtroq; cõmixtus sit nobilissimus: & hic est laudando
deũ orare, seu orando laudare: & est hic actus forte remediũ contra omnes tentationes, aduersitates
atque tristitias. Propter quod subdit, & ab inimicis meis saluus ero.i.à tentationibus liberabor. Nec
Iacob.5. aliquid animã meã lædet, quanuis carnẽ affligat. Hinc scriptũ est, Tristatur aliquis vestrũ, oret æquo
animo & psallat. Cum ergo te frater aliquid grauat, laudans inuoca.i.intus & cordialiter voca domi
num in tuũ subsidiũ. quod si perseuerãter feceris, ab inimicis tuis saluus eris. Et merito dico, ab inimi
cis meis saluus ero, quoniã, Circundederunt me, hoc est, vndique vallauerunt & infixi sunt mihi, do-
lores mortis.i.inordinatæ affectiones, ac passiones pœnales, vt ira, inuidia, tristitia, quæ sunt animum F
affligentes, & ad perpetuã mortẽ trahentes. Vel dolores mortis.i.pœnæ ex originali peccato secutæ,
videlicet molestiæ corporis, & viriũ animæ infectiones, torrentes iniquitatis.i.capitalia vitia ex qui-
bus tanquã ex fontibus cætera deriuantur: conturbauerunt.i.inquietauerunt me impugnando, vel ad
consensum trahendo. Vel, torrentes iniquitatis.i.iniquitas tentationũ & persequẽtiũ me instar aqua-
rum magna ac multa conturbauerunt me, recreando ac blandiendo aut simili modo. Dolores inferi,
id est, diabolica mala seu afflictiones tam graues, vt videantur posse comparari doloribus inferorum
.i.pœnis inferni, circũdederunt me miserũ tantis malis expositũ in hac valle lachrymarũ: præoccupa
uerunt, hoc est, possederunt, & ante alia mala inualerunt me laquei mortis.i.originale peccatũ, quod
Anselm°. licet sit vnũ formaliter.s.priuatio originalis iustitiæ debitæ inesse secũdũ Anselmum, est tamen multa
materialiter propter suos effectus, seu quatuor vulnera animæ, quibus infectæ sunt eius potentiæ, si-
Ephe.2. cut prædictũ est. Ideo hoc peccatum appellatur pluraliter, laquei mortis. Capit enim animã suo rea-
tu, & facit nos nasci filios iræ, fuimúsque propter ipsum prius damnati quam nati. Vnde de ipso plu
Psal.50. raliter inferius scriptum est, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. In tribulatione mea.i.tẽpore
tentationis & angustiæ: inuocaui.i.interno affectu vocaui dominũ ad meũ succursum, & ad deũ meũ
in quo totam meam fiduciã fixi: clamaui clamore vocali ex interioris feruoris excessu nascente. Et tu G
ergo ô frater in omni tribulatione & necessitate assuesce dominũ inuocare, quoniam sicut in lib. Pa-
2.Par.20 ralipomenon habetur, Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos
nostros dirigamus ad dominũ. Nec potest inanis esse inuocatio talis, quia subiungitur, Et exaudiuit
(scilicet dominus) de templo sancto suo.i.de loco habitationis suæ, vocem meã. Quẽadmodũ dicitur,
deus esse in templo seu loco, vel in aliqua creatura, sic dicitur agere & exaudire de templo illo & lo-
co seu creatura illa: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, quia vt in Ecclesiastico
Eccle.35 dicitur, Oratio iusti penetrat cœlos. Aliàs, Oratio humiliãtis se, nubes penetrat. Vnde Moses ait, Cũ
Deut.4. quæsieris dominũ deũ tuũ, inuenies eũ: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animę
tuæ. Commota est & contremuit terra, hoc est, incolæ terræ, hominésque terreni audita prędicatio-
ne Christi & apostolorũ, atque fidelium aliorũ mente commoti sunt ad pœnitentiã, & corpore expa
uerunt ad satisfactionem, fundamenta montium.i.tyranni & principes superborum, cõturbata sunt,
propter magna prodigia, quæ viderunt à sanctis ac martyribus fieri, & cõmota sunt, non ad emẽda-
tionẽ, sed ad indurationem, dicentes, miracula illa magica fieri arte: & hoc ideo, quoniã iratus est eis,
Rom.1. id est quia dominus iuste subtraxit eis gratiã, tradens eos in reprobũ sensum. Ascẽdit fumus, hoc est,
Matt.25. lachrymosa oratio, in ira eius.i. ex timore iræ dei seu vltionis peccati, quoniã peccatores audita prę-
dicatione euangelii, quod impii ibunt in ignẽ æternum compũcti sunt corde, & cum lachrymis veni-
am postulauerunt. Et ignis à facie eius exarsit, hoc est, amor diuinus in cordibus prędictorum pœni-
tentiũ accensus est post veniæ impetrationẽ. A facie eius, id est, ab aspectu & miseratione pietatis di- H
uinæ. Nam post lachrymosam pœnitentiam de peccatis, infundere solet pius dominus dulce ac serui
Tob.3. dum desiderium pro gaudiis sempiternis adipiscendis, sicut de eo scriptura testatur, Post tempestatẽ
tranquillum facis. Carbones.id est, AEthiopes, mente & corpore olim nigri, ac alii peccatores vitiis
Rom.5. denigrati: succensi sunt ab eo, hoc est, à deo, diuino amore impleti sunt. Nam vbi superbundauit ini-
quitas, superabundat & gratia. Inclinauit cælos, hoc est, deus misit angelos sanctos, qui oẽs sunt ad-
Heb.1. ministratorii spiritus ad homines custodiendos, vt suo aduentui in cordibus humanis viam pararent
qua parata, & ipse descendit.i.benignitatem gratiæ suæ infudit, atque per fidem & charitatem in mẽ
Zach.2. tibus electorum habitationem sibi constituit, prout in Zacharia propheta habetur, Ecce ego veniam
& habitabo in medio tui, dicit dominus. Non autem descendit deus motu locali, sed dignatione cle-
menti. Porro quæ sequuntur in psalmo isto, vsque ibi, Et intonuit de cœlo dominus, exponẽda sunt si
cut in priore expositione declarata sunt. Et intonnit de cœlo dominus, hoc est, deus pater per filium
Iohan.7. suum incarnatum locutus est mundo, forti & inconsueto ac mirabili modo. Quemadmodũ Iudæi à
principibus suis missi ad Christum redeuntes, dixerunt, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic lo
quitur. Vel sic, Et intonuit de cœlo dominus, id est, de ore apostolorũ, qui cæli dicũtur: locutus est for
Marc.3. tia verba, tanquam tonitrua. Nam & Christus Iohãnem & Iacobum appellauit filios tonitrui, prout

A Marcus euangelista inducit. Deinde ecclesia ait, Misit de summo, id est, deus pater de throno gloriæ
misit vnigenitũ suũ, & accepit me in sponsam gloriosam, non habẽtem rugã aut maculam, & dando
membris meis.i.fidelibus potestatẽ filios dei fieri. Vel accepit me, hoc est, naturã meæ speciei assum- Ephe.5.
psit filius dei missus ad me. Et assumpsit me de aquis multis.i.de morte æterna, plena doloribus, me Iohan.1.
redemit. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderũt me, hoc est, de potestate & ser-
uitute dæmonũ, quibus humana fragilitas nõ posset resistere, nisi gratia dei succurreret. Idcirco sub-
iungitur: quoniã confortati sunt super me, hoc est, fortiores sunt naturali potentia mea, cum sint in-
uisibiles, astutissimi, & infatigabiles. Prçuenerũt me.i.primo inuaserunt me, vendicãdo sibi ius quod-
dã in me, in die afflictionis meæ, hoc est, in die qua in vtero cõceptus sum, vel de vẽtre egressus sum.
Quoniã enim in originali peccato concipimur & nascimur, statim in principio nostri esse dæmones Gene.3.
nocent nobis, quia dæmonis suggestione factũ est, vt primi nostri parẽtes tali peccato naturã infice-
rent. Bene autẽ per diẽ afflictionis intelligitur dies natiuitatis, quia in illa ad dolorẽ & laborẽ, atq; ad
multas miserias nascimur: sed ab huius peccati reatu, & ab aliis malis liberauit nos Christus. Ideo ad
ditur, & factus est dominus protector meus. Et eduxit me de vinculis peccatorũ, in latitudinẽ chari- Tobię.13
ratis. Nã & in baptismo, vbi originale peccatũ dimittitur, fides, spes, charitas, virtutésque cæteræ in-
funduntur: sicq; anima dilatatur, vt deũ recipiat intra se. Saluũ me fecit, non propter merita mea, sed
B quoniã voluit me.i.quia cõplacuit sibi, & quia elegit me, vt apud Ezechielem legimus, Non propter Ezec. 37
vos ego faciã, ait dominus, notũ sit vobis, sed propter nomen sanctũ meũ. Deinde propheta in perso
na hominis virtuosi dicit, Et retribuet mihi dominus, Christus iustus iudex, secundũ iustitiã meam.i. 2.Ti.4.
secundũ exigentiã bonæ cõuersationis meæ. Et secundũ puritatẽ manuũ mearũ, hoc est, secundũ mũ-
ditiam cordis & actuũ meorũ, retribuet mihi, in præsenti gratiã, in futuro gloriã, vt in Apoc. etiam Apoc.22
scriptum est, Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, dare vnicuiq; secundũ opera sua. Quia custo-
diui vias domini &c. hoc est, mandata siue consilia, ambulando per viã angustã. Cum sancto sanctus
eris, quia bona eius exẽpla ad imitationẽ te prouocabũt: & cũ viro innocente.i.nulli malum faciente
innocens eris, sequendo innocentiam eius. Et cũ electo electus eris, hoc est, gloriam electorũ acqui-
res, mores eorũ & vitã sectando: & cũ peruerso peruerteris. Hinc patet quãtũ noceat societas mala,
quantúmq; prosit societas bona. Vitandũ est ergo homini volenti in deo proficere, ne sit socialis, &
maxime, ne sit familiaris ei qui non est syncerus, timoratus, atque solicitus in dei obsequio: quia vt ait
scriptura, Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ex ea. Et Apostolus, Exite (ait) de medio eorũ, & immũdũ Eccl.13.
ne tetigeritis. Denique esse socialẽ ac familiarẽ bomini virtuoso, maxime cõfert volenti spiritualiter 2.Cor.6.
crescere. Propter quod scriptũ est, Cum viro sancto assiduus esto, & quẽcunque cognoueris obseruã Eccl.17.
tem timorẽ dei, cuius anima est secundũ animã tuã. Deus qui præcinxit me virtute.i.animã meam ar
C mauit fortitudine spirituali, quoniã quicquid virtutis in me est, ab ipso mihi donatũ est: & posuit im-
maculatã viã meã, hoc est, conuersationẽ meã à peccatis mortalibus immunẽ seruauit. Vel si talia in-
cidi, per pœnitentiam me purgauit. Qui perfecit pedes meos.i.gressus animæ meæ, scilicet affectus
meos, quibus ad deũ accedo, tanquã ceruorũ, id est, quasi pedes ceruorũ, ita quod sicut ceruus veloci-
ter currit, & alta conscendit: sic anima mea feruenti affectu & corde prõptissimo custodiret & adim
pleret quicquid deu placere cognouit, seruando mandata, vel potius viã mandatorũ currendo.i.con
silia obseruando, quia consilia faciunt hominẽ expeditũ ad seruandũ mãdata. Omnia quoque hæc fa- Psal.118.
cẽret propter gloriã dei & felicitatẽ æternã, non propter tẽporalia cõmoda, aut laudes humanas, ac
per hoc, tanquã ceruus ad alta montiũ, id est, ad mansionẽ cælestẽ aspiraret. Propterea subdit, & su-
per excelsa statuens me.i.per contẽplationẽ & spem in cælestibus collocans me, dando mihi vitã an-
gelicã in carne ducere: sicut ait Apostolus, Nostra conuersatio in cælis est. Hoc conuenit ei, qui illud Philip.3.
implet, Seruite domino corde perfecto atque verissimo. Qui docet manus meas ad præliũ, hoc est, Iosue.22
qui dat mihi discretionẽ spirituũ, & instruit rationẽ meã qualiter singulis vitiis resistendũ sit, quomo
do dæmoni, quomodo mundo, quomodo carni obuiare oporteat, quomodo proprias passiones extir
pare, & omnẽ pigritiã vincere debeã. Qui docet manus meas.i.operationes meas, ad prælium, ita vt
propter nullã aduersariorũ impugnationẽ à bono opere cessem, nec amore, nec fauore emolliar, nec
terrore frangar, nec tristitia aut pusillanimitate deiiciar: sed sic ad spirituale prælium instructus sim,
D quẽadmodũ Iudas Machabæus, cuius verba totius spiritualis prælii formã ostendũt, scientiámq; pu- 2.Mac.15
gnandi præscribunt. De quo legitur, Machabæus autẽ confidebat semper cum omni spe, auxilium si-
bi à domino affuturũ, & hortabatur suos, ne formidarẽt, sed sperarent ab omnipotente sibi futuram
victoriã: & allocutus eos de lege & prophetis, singulos armauit, nõ hasta aut clypeo, sed sermonibus
optimis. Et iterũ, Iudas autẽ, & qui cũ eo erant, manibus quidẽ pugnabãt, cordibus vero dominũ ex-
orabant. sic & nos agere contra tentatores oportet. Manibus.i.bonis operibus pugnãdo contra ma-
lignos: Cordibus autẽ dominũ exorare pro triũpho, quẽadmodũ per Isa. dicitur, Quis ambulat in te- Isaiæ.50.
nebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super deũ suũ. Nihilominus debe-
mus facere semper quod in nobis est. Deinceps in persona viri perfecti ait propheta, & posuisti ô do
mine, vt arcũ æreũ brachia mea.i.virtutes & opera mea, stabiliendo me in omni virtute & sancta vi-
ta quibus vici diabolũ, carnẽ, ac mũdũ, sicut per arcũ æreũ inimicus facile læditur atque occiditur. Et
dedisti mihi protectionẽ salutis tuę, id est, protexisti me in aduersitatibus & tentationibus ad salutem
animæ meæ, quæ est tua salus, quia præstatur à te, & dextera tua, id est, benignitas gratiæ tuæ & pia
præsentia tua suscepit me, confugientẽ ad te. Et disciplina tua, id est, pia vltio qua in præsenti electos
tuos castigas, ne postea grauius punias, correxit me, id est, pro peccatis emendauit atque afflixit me
in finẽ, id est, ad hoc vt adipiscar felicitatẽ æternã, quę est finis noster, quẽadmodum dicis, Ego quos Apoc.3.

amo,arguo & castigo.Cũ enim peccata perseuerare nõ posśint inulta,magna pietas dei est,atq; præ E
Heb.12. cipuũ diuinæ dilectionis indiciũ,dum deus in præsenti seculo peccatorem flagellat.Propter quod ait
Apostolus,Quod si extra disciplinã estis,cuius participes facti sunt omnes,ergo adulteri & non filii
estis.Patienter ergo ferre debemus,quicquid nobis aduersitatis contingit,rogareque dominũ vt tales
momentaneas pœnas reputet nobis pro peccatis nostris,quatenus taliter expurgati,gratiæ eius capa
2.Cor. 4 ciores reddamur in via,& gloriã eius exuberãtius sortiamur in patria. Nam sicut dicit Apostolus,Id
quod in præsenti est mometaneũ & leue tribulationis nostræ,supra modũ in sublimitate æternũ glo-
riæ pondus operatur in nobis.Vel sic,Disciplina tua,id est,disciplinaris instructio tua & illuminatio
salutaris correxit me.i.pro peccatis meis fecit me pœnitere,& pœnam satisfactoriã sponte assumere
atque propter vitã æternã omnia agere: ideo subdit,In finẽ & disciplina tua.i.pœna pie inflicta,ip-
sa me docebit,de cætero à peccatis cauere,meipsum humilitate & aliis posse cõsulere.Vel,disciplina
tua.i.instructio tua,ipsa me docebit,vt cognoscã meipsum & solicite ambulẽ corã te.Disciplina nem
Mich.6. pe dei,expertos nos facit,probatos & exercitatos.Scriptũ est enim,Qui non est tẽtatus,quid scit? Et
Eccl.34. iterũ,Vir in multis eruditus,cogitabit multa. Dilatasti gressus meos subtus me.i.per charitatis feruo
Idem. rem & gratiæ multiplicationẽ fecisti actus meos amplos & copiosos seu multos sub rationis meę im
1.Cor.6. perio,quatenus abũdarẽ in operibus bonis,essentque subiecti rationis dominio passiones & motus,
seu affectiones sensualitatis.Idcirco addit,& nõ sunt infirmata vestigia mea.i.non defecerunt , opera F
mea virtuosa,quibus te sequor,& ad tuã beatitudinẽ proficiscor.Quoniam ergo ô domine tantã mi-
hi gratiã cõtulisti,ideo cõfidenter dico,Persequar inimicos meos, qui conãtur me à diuinæ legis ob-
seruantia impedire:hos persequar oratione deuota,lachrymis pœnitentiæ,moribus bonis,& sancto
affectu.Per hæc enim dæmones maxime affligũtur & eorũ ministri,videlicet homines praui deiiciũ-
tur:& comprehendam eos.i.vincã tẽtationes eorũ,& nõ cõuertar ab isto proposito , donec deficiãt,
victi à me Confringam illos.i.malã voluntatẽ eorũ suo effectu cassabo in me,nec poterũt stare.i.re-
sistere mihi. Cadent subtus pedes meos.i.victi ab operibus meis deficiẽt.Et præcinxisti me virtute.i.
spiritualibus armis,ad bellum contra omnes tentationes:& supplantasti insurgẽtes in me subtus me,
quoniã totã victoriã meam tibi attribuo.Clamauerunt inimici mei.s.homines mali tempore suæ an-
gustiæ pro adiutorio,nec erat qui saluos faceret eos,ab vltione diuinæ iustitiæ, quæ sæpe in præsenti
incipit vindicare peccata reproborum,quæ in futuro æternaliter vindicat Et quoniã nemo adiuuare
poterat,ideo clamauerũt tandem ad dominũ,nec exaudiuit eos, quoniã clamor orationis eorũ non
venit ex pœnitentia cordiali,nec ex diuino amore,sed ex pœnali angustia,atque ex seruili timore,qui
2.Mac. 9 nihil meretur,quemadmodũ de Antiocho scriptum est,Orabat autẽ scelestus dominũ, à quo non es-
set misericordiã cõsecutur*.Et cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ vẽti,hoc est,quod ante iã dixit,Cõ G
fringã illos,nec poterũt stare.Cõminuã,inquit,eos,nõ naturã eorũ sed peruersitati eorũ resistã Pro-
pterea vt lutũ platearũ delebo eos.i.repellã atq; proiiciã eos à meo consensu. Insuper ait ad Christũ
ecclesia,Eripies me de cõtradictionibus populi.i.de perfidia & impugnatione hæreticorum,schisma
Thren.4 ticorũ,omniũmque detrahentiũ mihi.Nam deus in perpetuũ non derelinquit suos electos,sed tandẽ
liberat eos.Constitues me in caput gentiũ.i.facies me in dominã omniũ populorum . Populus enim
Christianus est omniũ populorũ dignissimus atque excellior gẽtibus vniuersis,ad quẽ princeps apo-
1.Pet.2. stolorum sic ait,Vos autẽ genus electũ,regale sacerdotiũ,gens sancta,populus acquisitionis. Vel sic,
Constitues me.i.prælatos & sacerdotes ecclesiæ,in caput gentiũ.i.in rectores & dominos cæterorũ.
Populus quem nõ cognoui.i.peccatores indurati atque increduli,seruiuit mihi,postquam ad pœnitẽ
tiam vel fidẽ conuersi sunt:& tunc in auditu auris obediuit mihi.i.præceptis ecclesiæ.Filii alieni.i.so
lo nomine Christiani simulatores,contumaces,hypocritæ,falsi religiosi,mentiti sunt mihi,quoniam
Matth.7. aliud dicunt,aliud agunt,aliud ostendunt in habitu,aliud agunt in victu.Veniunt in vestimẽtis ouiũ,
intus vero sunt lupi rapaces.Filii alieni inueterati sunt,id est,obdurati in vitiis.Non enim aduertunt
Colos.3. Apostolum Colossenses exhortantẽ,Expoliate vos veterem hominẽ cum actibus suis,& induite no-
Ephe.4. uum qui renouatur in agnitionem dei.Et alibi,Renouamini spiritu mentis vestræ, & estote inuicem
benigni,misericordes,donãtes inuicem,sicut & deus in Christo donauit nobis,& claudicauerũt à se-
mitis suis.i. errauerũt à doctrina & lege dei sibi propositis.Deniq; ecclesia deo regratiando de bene-
ficiis iam cõmemoratis,ait,Viuit dominus,qui versus in præcedenti explanatione satis expositus est. H
Rom.12. Deus qui das vindictas mihi,puniendo persecutores iustorum atque ecclesiæ,quemadmodũ scriptũ
est,Mihi vindictam & ego retribuam,dicit dominus:& subdis populos sub me, conuertendo pecca-
tores ad gremiũ matris ecclesię,& ad obedientiam sanctam.Vel,subiiciendo incredulos potestati fi-
delium,liberator meus de inimicis meis iracundis,vtpote dæmonibus,in quibus (secundum Diony-
sium)est furor irrationalis,amẽs concupiscẽtia,& phantasma proteruum.Quod tamen sagaciter in-
telligẽdum est,cum dæmones incorporei existentes,materiales passiones non habeãt. Et non solum
liberator meus es domine de dęmonibus,sed & ab hominibus iracundis,peruersis & reprobis.Et ab
insurgẽtibus in me,scilicet ab aduersariis qui cõtra me insurgẽt, quãdiu in præsenti exilio viuo,sicut
ait August.Perseuera vsque in finem,quia tentatio perseuerat vsque in finem . Ab his ergo exaltabis
me,dãdo mihi victoriam in pręsenti atque coronam gloriæ in futuro,à viro iniquo, id est à quolibet
homine pestifero eripies me,ne ab eo inficiar.Propterea,id est,propter tanta beneficia tua,confire-
bor tibi in nationibus domine,pędicando & gloriose laudando nomen tuum coram populo,eisque
beneficia tua ac pietatem tuam gratanter & affectuosissime insinuãdo.hoc quotidie agit ecclesia per
prędicatores verbi diuini,& nomini tuo,ô domine,psalmum dicam,ore & opere te laudando . Hoc
vnusquisque per se agere potest & debet,quoniam dominus est. Magnificãs salutes,id est, magnipẽ-

A dens,& multũ apprecians redemptionem ac felicitatem seu duplicem stolam regis eius.i.cuiuslibet Christiani atque electi,qui dicitur rex,quotiã diabolo dominatur,ac proprio animo,sicque fortior est rege,vrbes & castra expugnante. In tantum quippe magnificauit ac magnipendit deus salutẽ no Iohan.3.
stram.i.glorificationẽ corporis & animæ nostræ,vt propter eas recuperãdas vnigenitum suũ mitteret in mundũ. Talem nãq; ac tantũ legatũ nõ misit propter modicam causam . Et tu ergo magnifica & magnipende salutem hanc tuam,noli propter carnalia oblectamenta, propter sensibilia cõmoda, propter temporales honores cã negligere,sed indue virilẽ ac nobilem animũ, & propter æterna atq; inuisibilia bona mereanda paruipende & sperne omnia transitoria,vana ac vilia. Et dominus est,faciens misericordiam Christo suo Dauid,id est,cuilibet homini perfecto spiritus sancti vnctione excellenter vncto,& semini.i.his quos ipse in Christo spiritualiter generat verbo & opere eos docendo,quẽadmodũ de quibusdã ait Aposto. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis: vsque in seculum. Quæ autẽ in præcedentibus duabus expositionibus declarata sunt, hic omittuntur. Postremo quam beatus est qui ista magnifica dona dei ac sublimes perfectiones,de seipso psallere,& domino canere potest ad gloriam eius,qui vero tantam perfectionem nondũ adeptus est, vt ista in propria persona dicere queat,discat ex his quãtũ à vera perfectione distet,quo tẽdere habeat, quid sibi à dño postulandũ sit,studeátq; vitam suam taliter ordinare,ac talẽ perfectionem acquirere,
B vt prædicta omnia de seipso ad dei honorem possit cantare prompto atque gratissimo corde.

# COMMENTARIVS IN PSALMVM XVIII.

### EXPOSITIO Tituli.

PRæscribitur denique psalmo huic titulus iste, In finem psalmus Dauid,id est iste psalmus ascribitur Dauid,respicienti in finẽ.i.in Christum. Nam loquitur hic de primo Christi aduentu,qui factus est in fine seculorum,& in plenitudine temporum. Loquitúrque de prædicatoribus euãgelicæ legis,& de legis Christianæ synceritate,& ait, Galat.4.

### PRECATIO

*Domine adiutor noster & redemptor, iustitiæ tuæ rectæ lætificent corda nostra, occulta nostra uerbi tui gratia emũda: quo nobis a delictis maximis expiatis, placeat in conspectu tuo meditatio cordis, & eloquia oris nostri.*

### ¶ EXPOSITIO psalmi literalis.

(1) C CAELI enarrant gloriã dei] Quod tripliciter intelligi potest. Primo sic, Cœli,id est,sancti Euangelistæ atque apostoli,enarrant gloriam dei i.prędicãt regnum & excellentiam Christi[ET opera manuũ eius] id est,magnalia Christi,scilicet opera eius miraculosa,quæ sunt opera manuum suarum,id est,virtutes diuinæ ac humanæ. Miracula enim Christi diuina virtute facta sunt principaliter,humana vero virtute instrumentaliter. Vnde humanitas Christi comparatur ad naturam eius diuinam,sicut instrumentum coniunctum ac animatũ ad ipsum artificem [ANNVNCIAT firmamentum] id est,ecclesia in qua homines perfecti firmantur,sicut stellæ in cælo figũtur:& ipsa ecclesia in firma petra,quę Christus est, 1.Co.10.
firmiter stabilitur. Dicuntur autem Apostoli & Euangelistæ cæli, propter cõuersationem cælestem, & propter diuinam inhabitationem & propter eminentiam gratiarum,sicque omnes viri perfecti ac spirituales cæli vocãtur,quemadmodũ Moses ait, Audite cæli quæ loquor,& audiat terra verba oris Deut. 32.
mei. Et Isaias, Audite cæli,& auribus percipe terra . Merito quippe cæli dicuntur homines spiritua- Isaię.1.
les,quibus Apost.loquitur, Vos in carne nõ estis,sed in spiritu. ¶ (2) DIES diei eructat verbũ] id est,diuinitus illuminati,sapientésque homines eructant,seu pleno corde pronunciant diei,id est, 1.Cor.2.
spiritualibus ac eruditis hominibus,verbum.i,Christum,secundum ꝙ deus est,prout ait Apost. Sapientiã loquimur inter perfectos. Et rursus, Et si cognouimus Christum, secundũ carnem,tamen iã 1.Cor.9.
D non nouimus[ET nox nocti indicat scientiam].i.homines paruæ scientiæ,vel prædicti viri perfecti assumentes imperfectorũ personam,quẽadmodũ Apost.asserit, Omnibus omnia factus sum infirmis infirmus. docent homines adhuc carnales ac rudes,sciẽtiam.i.notitiam pertinentem ad Christi naturam creatam,videlicet ad humanitatis suæ mysteria quomodo illã sectẽtur,prout rursus dicit apost. 1.Cor.3.
Ego fratres non potui vobis loqui,quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus:quasi paruulis in Christo lac potum dedi, non escam. Secundo exponitur hic locus sic, Cæli,id est orbes cælestes,enarrãt gloriam dei.i.maiestatem & potestatem eius ostendunt. Dicuntur enim cæli enarrare gloriam dei,id est, sicut dicuntur benedicere deo,eúmque laudare,videlicet quoniam præbent intuentibus occasionem atque materiam contemplandi creatoris potentiam,sapientiam,& perfectionem. Propter quod scriptũ est, Leuate in excelsum oculos vestros,& videte,quis creauit hæc? Et simili modo,opera manuũ Isa.40.
eius.i.creaturas diuinæ potentiæ,annunciat firmamentũ.i.sphęra octaua, in qua fixæ sunt stellæ,annunciat quidem opera dei materialiter, quoniam est obiectum contemplandi quàm potenter & gloriose cætera omnia à deo sint condita. Dies diei eructat verbum. Dicitur nãq; tempus facere id quod fit in tempore: sicque dies & nox dicũtur eructare verbum & indicare scientiam,quoniam opera talia facta sunt per temporũ interualla,& de die in diem,atque de nocte in noctem creuit cognitio dei seu prędicatio Christi. Secundum hunc modum legitur lib.1. Machab . Videns Ionathas quia tẽpus 1.Mac.12
eum iuuat. Tertio exponitur passus iste anagogice,vt sit sensus, Cęli.i.angelici spiritus omnésq; bea

ti,enarrāt gloriam dei,quoniā inceſſabiliter laudant deū & opera manuū eius.i.effectus diuinæ vir- E
tutis,annūciat firmamētū.i.Chriſtus qui eſt caput & robur omniū ſanctorū,& ipſe omnes compre-
henſores in patria illuminat de rationibus diuinorum effectuū.Dies diei eructat verbum.i.angeli ſu-
periores de plenitudine ſuæ cognitionis infundūt inferioribus angelis,purgando,illuminādo,perfi-
ciendoque eos ſecundū Dionyſium.Et nox nocti indicat ſciētiam, quoniā dæmones ſæpe peruerſis
hominibus quædam ſecreta reuelant. Quanuis autē magis literalis ſecūda expoſitio videatur: prima
tamen ſecundū veritatem literalis eſt ad intētionē prophetæ & magis conueniēs ,eiq; ſequentia cōſo
Act.12. nant. ❡ (3) NON ſunt loquelæ neque ſermones ].i.nullū eſt genus idiomatis & ſermonis[QVO-
1. Co.14 RVM nō audiātur voces eorum].i.ab eis,puta à cælis prædictis & apoſtolis. Nam apoſtoli omnium
lingua loquebantur. Et Paulus inquit, Gratias ago deo meo,quòd omnium veſtrum linguis loquor.
❡ (4) IN omnem terrā exiuit ſonus eorū] id eſt,apoſtolorū [ET in fines orbis terræ verba eorū]
quia apoſtoli facta diuiſiōe ipſorū per ſeipſos atque per ſuos diſcipulos prædicauerūt euāgeliū Chri-
ſti in quatuor plagis terræ,& in principalibus partibus mundi.Et hoc eſt quod ab Iſaia prędictū eſt,
Iſa.24, A finibus terræ audiuimus laudes,gloriā iuſti.Et rurſus per Iſaiam dominus apertiſſime dicit, Mittā
66. ex eis qui ſaluati fuerint,ad gentes, in mare in Africam,in Lidiam,tenētes ſagittam in Italiā & Græ
Rom.10. ciam,ad inſulas longe,& annūciabunt gloriam meam gentibus. Porro quod dictū eſt,In omnē terrā
&c.allegat Apoſt.ad oſtendendum,ꝙ fides eſt ex auditu,& ex prædicatione apoſtolorū. Vnde cōſe- F
quitur,quòd pſalmus iſte loquatur de Chriſto atque apoſtolis ac prædicatione euangelicę legis.De-
Baruc.3. inde de Chriſti incarnatione ſubiungit. ❡ (5) IN ſole] id eſt,in mūdo inferiori,ſub ſole videlicet
in oculis hominū[POSVIT] filius dei[TABERNACVLVM ſuum] id eſt,corpus aſſumptū,quod
dicitur templum inuiſibilis deitatis,quia vt à propheta dicitur,Ipſe in terris viſus eſt, & cū homini-
bus cōuerſatus eſt,quatenus qui ante latebat in ſinu dei patris,appareret in forma aſſumptæ carnis,
1.Iohā.1. & qui ante habitabat lucem inacceſſibilem,iam per incarnationem exhiberet ſeipſum viſibilem ocu
lis,atque palpabilē manibus.Sicut Iohan.cōteſtatur, Quod vidimus oculis noſtris quod audiuimus,
Zach.2. & manus noſtræ tractauerunt de verbo vitæ.Denique hanc dei incarnationem à Zacharia prędictā
cognoſcimus,vbi ſic dicitur,Lauda & lætare filia Siō, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui
dicit dominus.Per Iſaiam quoque dominus ait,Ecce ego ipſe qui loquebar,aſſum.Et iterum,Primus
.i.deus æternus ad Siō dicet,Ecce aſſum.Vel ſic,In ſole.i.in beata virgine Maria,poſuit Chriſtus ta-
bernaculū ſuū.i.corpus ſuū habitans in vtero eius nouem mēſibus,quemadmodum Ieremias ait,No
uū creauit dominus ſuper terrā,fœmina circūdabit virū . Feliciſſima nāque virgo Maria ſol dicitur,
propter excellentiſſimā diuinarum gratiarū in ea ſplendorem.De qua in Canticis ſponſus ait,Tota
Cant.4. pulchra es amica mea.Et iterū,Pulchra vt luna,electa vt ſol[ET ipſe] Chriſtus [TANQVAM ſpō G
ſus procedens de thalamo ſuo] id eſt,de vtero virginali,in quo carnē induendo deſponſauit ſibi ec-
cleſiam,ſicut ante per prophetas diu & frequenter ſpopondit. ❡ (6) EXVLTAVIT vt gigas ad
currendam viam] .i. Chriſtus lętanter aduenit,& libenter deſcendit in vterum ſuæ chariſſimæ filiæ
amabiliſſimæ virginis[AD currandam viam] .i.ad feſtinanter proſequendum humanæ redemptio-
nis myſterium.Vel,ad currendā viam,id eſt ad cōuerſandum in hoc ſeculo,cuius vita eſt via ad vitā
Iohan.3. beatam.[A ſummo cælo egreſſio eius.] Nam Chriſtus deſcendit de ſinu patris in vterū virginis,de-
ſcēdit à cælo intellectuali in terram ſenſibilem.Ipſe enim ait,Nemo aſcendit in cælū,niſi qui deſcen
Iere.23. dit de cælo,filius hominis qui eſt in cælo.Deſcēdit autem,non locū mutādo, ſed nouiter apparendo:
deſcēdit,nō ratione eſſentiæ,ſed effectus.Ipſe eſt nanque qui per Ieremiam teſtatur, Cælum & terrā
Iohan.16 ego impleo. ❡ (7) ET occurſus eius] .i.Chriſti regreſſus ſiue aſcenſio[VSQVE ad ſummū eius]
id eſt,vſque ad eundē locū vnde exiuit,videlicet ad dexteram patris:ſicut ait,Exiui à patre,& veni in
mundū:iterū relinquo mundū & vado ad patrem: [NEC eſt qui ſe abſcōdat à calore eius] id eſt,ne-
mo ſe excuſare poteſt à Chriſti amore,quoniam iſta beneficia tanta,tamq; patentia ſunt, vt ignoran
Idem. tia nullum excuſet.Idcirco Chriſtū omnes ſuper omnia amare tenētur. Vel ſic,Nec eſt qui ſe abſcō-
dat à calore eius.i.ab operatione ſeu examinatione ſpiritus ſancti,qui eſt ardentiſſimus amor patris
& filii.Chriſtus enim de ſpiritu ſancto prædixit,Cum venerit ille ſpiritus veritatis, arguet mundum
de peccato,& de iuſtitia,& de iudicio. Arguet enim homines de peccato commiſſo,de iuſtitia omiſ-
ſa,& de iudicio quod præconſiderare atq; timere cōtemnunt. Vel quod dicitur.Nec eſt qui ſe abſcō- H
dat à calore eius,ideo dicitur,quia tanta eſt liberalitas gratiæ ſpiritus ſancti tempore nouæ legis , vt
merito nullus ſe abſcondere debeat à receptione ipſius. ❡ (8) LEX domini]id eſt,Chriſtiana re-
ligio & Chriſti traditio[IMMACVLATA]nil habens vitii vel impuritatis admixtum[CONVER-
TENS animas] id eſt,homines. Ponit enim partem pro toto,quia retrahit eum,qui ſibi obedit,à re-
bus illicitis & caducis ad opera ſancta , atq; ad ſummum & incommutabile bonum [TESTIMO-
NIVM domini fidele] id eſt,articuli fidei Chriſtianæ ſunt veri,nō fallaces [SAPIENTIAM præ-
ſtans paruulis]id eſt,cognitionem diuinorum præbēs humilibus,qui ſuum intellectum fidei ſubdūt:
Iſa.7. & quod credunt,opere atteſtātur. Vnde Iſaias ait, Niſi credideritis,non intelligetis. Et Saluator, Cō
Luc.10. fiteor(inquit)tibi pater,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.i.
fide & conuerſatione humilibus. Teſtimonium autem proprie pertinet ad credenda,ſicut præceptū
ad agenda. ❡ (9) IVSTITIAE domini]id eſt diuina pręcepta [RECTAE] & iuſtę ad beatitu-
dinem ſine errore ducentes [LAETIFICANTES corda]eorum,qui per charitatem eas obſeruāt.
Naturaliter enim delectabile eſt virtuoſe viuere,& deo in omnibus obedire.Propter quod (ſecūdum
philoſophum) ſignum virtutis eſt delectatio operationi adiūcta [PRAECEPTVM domini lucidū]
id eſt,clarum ac ſplendidum,tanquam radius diuinę iuſtitię ac lucis æternę[ILLVMINANS ocu-

A los]cordis videlicet intellectũ, & memoriam, ne in tenebris vitiorũ mergãtur, ſed in deo permaneãt.
℄ (10) TIMOR domini ſanctus].i. timor filialis, amicabilis & caſtus, nõ ſeruilis aut humanus, eſt
[PERMANENS in ſeculũ ſeculi]quia hic incipit, & in patria perſeuerat, quãtum ad habitũ, & etiã
quantum ad aliquẽ ſuũ actum manet in patria, ſcilicet quo ad reuerentialẽ ſubiectionẽ. Non aũt ma-
net in patria, quantum ad fugam, quæ pertinet ad timorẽ, quia beati ſciunt ſe à deo non poſſe auerti,
ideo non metuunt malũ futurũ, ſed deo cum reuerentiali timore ſubiecti ſunt, [IVDICIA domini]
id eſt, omne dictamen, & omnis ſententia diuinæ ſapientiæ [VERA] ſunt [IVSTIFICATA in ſe-
metipſa]quoniã eo ipſo quo ſunt dei iudicia, neceſſe eſt ea fore iuſta & ſancta, nec eſt alia ratio requi
rẽda, vel authoritas maior inuocanda, quoniã deus eſt menſura, & ratio omnis veritatis & ęquitatis.
℄ (11) DESIDERABILIA ſuper aurũ & lapidẽ precioſum multũ.]Nihil enim corporaliũ ſen
ſibiliũq; bonorũ tam amabile tamq; optabile eſſe poteſt, ſicut diuina iudicia.i. pręcepta & teſtimonia
legis diuinæ quæ à deo data ſunt & approbata, & ad æternã felicitatẽ perducũt. Vnde inferius dici-
tur, Bonũ mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti[ET dulciora ſuper mel & fauũ].i. in obſeruan Pſal.18.
do diuina iudicia ſeu pręcepta cõſiſtit maior dulcedo quàm in aliqua re carnali ſiue ſenſibili. Spũales
enim delectationes ex ſua natura maiores ſunt delectationibus corporalibus, quãuis interdũ ex parte
B noſtri oppoſitũ accidat propter imperſectionẽ noſtrã, & pronitatem ad mala, ſed viris perfectis, quã Pſal.33.
ſuauis eſt dñs expertis dulciora ſunt diuina quã quæcũq; carnalia, immo quo diuina amplius guſtant 1.Pet.2.
eo ſenſibilia ipſis magis deſipiunt. ℄ (12) ETENIM ſeruus tuus cuſtodit ea]non ſolum per me-
moriam, ſed per charitatẽ & obediẽtiã, quatenus impleat ac ſaciat ea. Nec fruſtra, quia[IN cuſtodiẽ-
dis illis retributio multa]hoc eſt, vita æterna reddetur pro præmio, ei qui diuina iudicia ſeu pręcepta
cuſtodit. Hoc eſt, quod Chriſtus in Euangelio ſuis imitatoribus ſpõdet, Qui reliquerit patrẽ aut ma- Matt.16.
trem &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Centumplum nanq; accipit in præſenti,
quia hic incipit præmium eius. Nam gratiam recipit, Deus eum diligit, mundum & carnem ſuppe-
ditat, virtutibus ſplendet, ſpiritualem delectationem acquirit. ℄ (13) DELICTA quis intelligit] Prou.24.
Hoc eſt, ſingula quæque peccata, quis aduertere poteſt? quaſi dicat, nullus. Iuſtus enim ſepties cadit
in die, & tanta eſt noſtra fragilitas vt quotidianos defectus ſigillatim cognoſcere, deplorare, atq; vi-
tare nequaquam poſsimus. Propter quod in libro Iob habetur, Non iuſtificabitur homo comparatus Iob.9.
deo, & ſi voluerit cum eo contendere, non poterit reſpondere vnum pro mille. Quoniam igitur ita
eſt, oro ô domine[AB occultis meis] id eſt, ab iſtis peccatis latentibus mihi ignotis [MVNDA me]
dando mihi eorum memoriam quantum oportet aut expedit, vel infundendo pœnitentiam in com-
C muni ſufficientem, vel dando ea de cætero quantum poſsibile eſt præcauere, [ET ab alienis] id eſt, à
diabolo & ab aduerſariis meæ ſalutis[PARCE ſeruo tuo] non permittẽdo eos præualere in me per
tentationes nepharias, ſicut quotidie in oratione dominica dicimus, Et ne nos inducas in tentationẽ,
id eſt, in conſenſum illicitum, vel in tentationem tam fortem vt repugnare nõ poſsimus, ſed fac cum Matth.6.
tentatione prouentum. ℄ (14) SI mei non fuerint dominati]ſcilicet hoſtes prædicti non pręua- 1.Cor.10.
luerint aduerſum me rationẽ vincendo[TVNC immaculatus ero]hoc eſt, immunis à labe peccati ad
quod me inducere optant. Tentatio enim cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed virtutis & me-
riti exercitium, ac triumphandi occaſio [ET emundabor à delicto maximo] hoc eſt, à conſuetudine
mala ſeu habitu vitioſo. Ex hoc nanq; quòd ſæpe tentatori ſuccumbimus, generatur in nobis conſue
tudo mala ſeu habitus prauus, à quo emundamur dum tentatori reſiſtimus perſeueranter, quo facto
impletur quod ſequitur. ℄ (15) ET erunt vt complaceant eloquia oris mei] id eſt, ſi talis fuerit cõ
uerſatio mea, vt ſic ab occultis munder, & inimicis præualeam: tunc eloquia oris mei erunt vt cõpla-
ceant tibi.i. tunc tibi placebunt verba mea. Nam cuius vita virtuoſa eſt, eius ſermo gratus eſt tibi. Pec
catori vero dixit deus, quare tu enarras iuſtitias meas?[ET meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſem Pſal.94.
per] hoc eſt, ſi prædictam vitam habuero, tunc cogitatio mea erit ſemper in conſpectu tuo, id eſt, in
approbatione ſeu complacentia ſapientię tuæ cuncta cernentis, & omne bonum approbãtis. Vel ſic, Pſalm.7.
meditatio, &c. hoc eſt, omnis cogitatio mea ſiue ſit bona ſiue mala, eſt cognita tibi, qui omnia conſpi 3.Reg.8.
cis, renéſque & corda ſcrutaris, quemadmodũ Elias ait, Viuit dominus ante cuius conſpectum ſto. Et Iob.14.
Iob loquens ad dominum dicit, Tu quidem greſſus meos dinumeraſti. Quàm cæcus eſt ergo, & quã Heb.10.
D infelix qui ſine ſolicitudine viuit, & coram deo timorate non ambulat. Certe incidet poſt hanc vitã
horribiliter in manus dei viuentis, qui in præſenti negligit honorare vultũ diuinæ præſentiæ vniuer
ſa ſpectantis. ℄ (16) DOMINE] tu es vel eſto deprecor[ADIVTOR meus] cooperãdo mihi per
gratiã[ET redemptor meus]à cunctis periculis qui proprio ſanguine liberaſti me. O quàm gratula-
bundo ac deuotiſsimo animo cantandus eſt pſalmus iſte omni Chriſtiano, in quo Chriſtianæ fidei
fundamenta narrantur, apoſtolorum prædicatio, verbi incarnatio, euangelicæ legis commendatio,
propriæ quoq; fragilitatis recognitio, atque diuinæ miſericordiæ imploratio, mirabiliter continẽtur.
Tanto(ni fallor)vnuſquiſq; fidelis hunc pſalmum dulcius decantabit, præcordialius puriúſq; conci-
net, quanto bonum commune.i. fidem catholicam Chriſtiq; incarnationem ardentius diligit.

## COMMMENTARIVS IN PSAL. XIX.

### ℄EXPOSITIO Tituli.

TItulus Pſalmi præſentis, videlicet, In finem Pſalmus Dauid, ex prædictis ſatis eſt euidens. In
multis enim iã pſalmis, titulus talis expoſit' eſt, Primo aũt exponi poteſt de Chriſto, cui orat
Propheta dari à deo patre, quæ ſpiritu ſancto reuelante nouerat ei eſſe donanda. Ait itaque.

PRECATIO.

E

*Exaudi nos, quaesumus domine, in die tribulationis, & protege nos ab omnibus malis, ut surgentes & erecti stantes prostratis hostibus in te domino deo nostro semper exultemus.*

¶EXPOSITIO psalmi literalis.

EXAVDIAT te] ô Christe[DOMINVS]deus omnipotens [IN die tribulationis].i.in tempore peregrinationis tuę in hoc mundo, in quo tota conuersatio tua tribulationibus plena fuit, & sępe pro mũdi orasti salute. Vel, in die tri-
Luc. 23. bulationis, hoc est, in die passionis, quando pro trãsgressoribus exorasti, dicẽs, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, [PROTEGAT te nomen dei Iacob]hoc est, deus verus, non à malo culpæ, quia nunquam potuisti peccare, sed à malo pœnæ, quod tibi Iudæi sæpe parabant ante tempus. ¶ (2) MITTAT tibi auxilium] non propter tuam indigẽtiam aut necessitatem, sed pro-
Luc. 22. pter dispensationẽ, quemadmodum apparuit tibi angelus de cælo, cõfortans te[DE sancto].i. de seipso. Vel sic, Mittat tibi auxiliũ, hoc est, naturæ tuæ assumptæ cõferat opem & gratiã, ad liberandum genus humanũ: de sancto.i. teipso, secũdum quod deus es. Quicquid enim virtutis in humana Christi natura fuit, à diuinitate verbi profluxit[ET de Sion]hoc est, de cælestibus [TVEATVR te] ab aduersis, sicut prædictum est. ¶ (3) MEMOR sit omnis sacrificii tui].i. omniũ operũ, quæ ei pro salute hominũ obtulisti, prædicando, orando, laborando, ieiunando[ET holocaustũ tuũ]hoc est, natura tua humana, quam in cruce patri totaliter immolasti, igne passionis cõsumptã [PINGVE fiat] id est, efficax atq; exuberans, ad succurrendũ. Hoc orat Propheta, non quod sacrificium & holocaustum F
Exod. 12 Christi, possint esse inaccepta patri æterno, cum ipse sit agnus sine macula, filiúsque dilectus, in quo
Matth. 3, patri complacuit: sed vt deus merito sacrificii & holocausti Christi, mundo subueniat, parcat, & eum
17. saluificet. ¶ (4) TRIBVAT tibi] ô Christe deus[SECVNDVM cor tuum].i. quicquid desideras[ET omne consilium tuum]quo decreuisti mundum redimere[CONFIRMET]hoc est, ad salutarem effectũ perducat, videlicet vt mundus felicitatem acquirat, quemadmodũ in euangelio depre-
Iohã. 17. catus es. Volo pater, vt vbi sum ego, illic sit & minister meus. quibus peractis. ¶ (5) LAETABIMVR] ô pater cælestis [IN salutari tuo].i. in Christo filio tuo saluatore nostro, qui dicitur salutare tuum, quia per ipsum saluasti nos. Vel, lætabimur, ô Christe in salutari tuo, id est, in saluatiõe, qua sal-
Rom. 8. uasti nos[ET in nomine dei nostri].i. in virtute & fide sanctæ trinitatis[MAGNIFICABIMVR] magnitudine spirituali, ita vt simus filii dei, cohæredésque Christi. ¶ (6) IMPLEAT dñs omnes
Iohã. 17. petitiones tuas]ô Christe tã illas quas pro proprii corporis glorificatiõe fudisti, quàm illas, quas pro aliis obtulisti, quàm etiã quibus iam ad dexterã patris sedẽs pro hominibus interpellas, ostendẽdo patri latus & vulnera[NVNC]ego Dauid per spiritũ[COGNOVI, quoniã saluũ fecit dominus Christum suũ]resuscitando eũ à mortuis. Et loquitur de futuro per verbũ de præterito, propter certitudinem prophetiæ. ¶ (7) EXAVDIET illum]scilicet Christũ deus pater[DE cælo sancto suo]hoc G est, de throno gloriæ, seu de cælo empyreo, de quo dicitur deus exaudire, quia in eo specialiter esse & habitare censetur [IN potentatibus].i. in magnis virtutibus seu fortibus dei auxiliis consistit, & est [SALVS dexteræ eius]hoc est, beatitudo seu redemptio hominũ, procedens à dextera eius.i. à benigno dei fauore seu misericordi eius assistẽtia. Salus enim nostra à dei pietate donatur nobis, & in actibus præcipuarũ virtutũ cõsistit, qui mentem corroborant atq; in deo stabiliũt. ¶ (8) HI in curribus]hoc est, quidam secularium in transitoriis, ac volubilibus mũdi bonis cõfidunt [ET hi in equis] id est, quidam eorum in vanitatibus, pompis, honoribus, atque potentia propria sperant[NOS autẽ] qui veraciter Christo connectimur per charitatem & fidem [IN nomine domini dei nostri] .i. per Christum dei filium[INVOCABIMVS]patrem, quemadmodũ ipse in Euangelio docet, Quicquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. ¶ (9) IPSI] in curribus & equis confidentes[OBLI-
Iohã. 14. GATI sunt] vitiis, atque obnoxii facti variorũ peccatorum reatibus [ET ceciderunt] à gratia & bono statu mentis [NOS autem surreximus]per pœnitentiã à peccatis[ET erecti sumus]per contemplationem ad deum. ¶ (10) DOMINE] pater[SALVVM fac regem].i. Christum, imponẽdo breuem finem angustiis eius, & ad immortalem statum eum resuscitando[ET exaudi nos] per Christũ, H scilicet merito eius exaudiri optantes[IN die qua inuocauerimus te].i. in quacunque hora te deprecati fuerimus, nam semper dum te inuocamus, spiritualiter nobis dies est, quoniã Christus qui est intellectualis dies & sol iustitiæ lucet per fidem, & gratiæ claritatem in cordibus nostris, præsertim cũ oratio non sit nisi ascensus mentis in deum.

¶EXPOSITIO tropologica eiusdem Psalmi de ecclesia ac vnoquoque fideli.

Act. 4. QVoniam vniuersos electos charitas dei congregat, & vnũ in domino facit, vt legitur in Actis Apostolorum, quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Idcirco sanctus Propheta charitate vrgente, pro tota ecclesia atque pro quolibet eius mẽbro orat & ait, Exaudiat te o ecclesia dei, & vnusquisq; fidelis in die tribulationis.i. in hora tẽtationis, necessitatis, seu aduersitatis, protegat te nomẽ dei Iacob, sancti videlicet patriarchę ne succũbas, nec pericliteris. Mittat tibi auxiliũ, per quod cõsolationẽ victoriáq; obtineas de sancto.i. de sanctissima liberalitate suæ bonitatis immẽsæ, per quã (teste Iacobo) dat omnibus affluẽter & nõ improperat: & de Sion.i. de ecclesia triũphãte, quæ eũ per speciẽ contẽplatur, tueatur te cõtra aduersa, mittẽdo videlicet angelos sanctos ad tuã custodiã, protectionẽ ac liberationẽ. Memor sit omnis sacrificii tui, hoc est, totius

A obſequii quod ei impēdis recipiēdo illud benigne,& beatitudinē tibi pro eo reſtituendo:& holocau-
ſtum tuum,id eſt,interna illa ac charitatiua oblatio,qua teipſum domino offers & mactas,ſicut infe-
rius dicitur,Quoniam propter te mortificamur tota die,pingue fiat,hoc eſt,bonis operibus adorne-
tur,& copioſa mercede impleatur atq; ditetur. Holocauſtū quippe in veteri lege appellabatur quod
ad dei honorem totaliter cremabatur,ſicut qui ſeipſos totaliter abnegāt,& Chriſti crucē ſuper ſe ba-
iulant,ſeipſos holocauſtū domino offerūt,ſicque per holocauſtū intelligi poteſt ipſa volūtas ſeu ani-
ma,quæ tunc pinguis fit,dū Chriſti amore ſaginatur,diuiniſq; cōſolationibus dilatatur. Vel ſic, Me-
mor ſit dominus,o eccleſia,ſacrificii tui,hoc eſt,ſacramenti altaris,quod eſt ſacrificiū nouæ legis,cu-
ius petit propheta dominū reminiſci.non ꝙ ipſum ſacrificium diſplicere poſsit,ſed ne deus per pec-
cata offerētis offenſus effectū ſacrificii huius nō donet fidelibus.Nam vt ait Apoſt. Quicūq; mādu- 1.Cor.11
cauerit panem hūc,vel biberit calicem domini indigne,reus erit corporis & ſanguinis domini.Vnde
ſacerdos quoq; in miſſa orat,vt ſacramentū corporis & ſanguinis Chriſti acceptū ſit deo,dicens, Su
pra quæ propitio ac ſereno vultu &c.Et holocauſtū tuū,o eccleſia,id eſt,prædictū ſacrificium quod
holocauſtū vocatur,quoniā Chriſtus ſeipſum perfecte ac integre obtulit patri in odorē ſuauitatis ſe-
cundum Apoſtolum,Hoc(inquam) holocauſtū pingue fiat,hoc eſt,recipiētes & offerentes ſpūaliter
B pingues efficiat,dando eis effectus ſacramentales.Tribuat tibi deus,ſecūdū cor tuū.i.ſecūdū rationa-
bile deſideriū cordis tui,& omne conſiliū tuū confirmet,quatenus cōſilia tua in ipſo permaneāt atq;
ab ipſo inſpirentur,dirigantur,& perficiantur.quod fit per hoc quod deus dat animæ donum cōſilii
per quod fit bene mobilis à ſpiritu ſancto in omni inquiſitione cōſiliatiua. Debemus quoque ſemper
dominum inuocare pro dono conſilii,quemadmodū dominus ait apud Eſaiā , Væ filii deſertores,vt Sap.9.
faceretis cōſiliū & non per me,& ordiremini telā,& non per ſpiritū meū.Indigemus nāq; hoc dono
ne decipiamur in cōſulendo,propter variabilitatē rerū humanarū,& varias circūſtātias atq; euētus: Eſa.30.
quæ omnia conſiderare non poſſumus,niſi per ſpiritum ſanctum moueamur in conſulēdo: quia ſcri
ptum eſt,Cogitationes mortalium ſunt timidæ & incertæ prouidētiæ noſtræ. Merito ergo orat pro-
pheta,& omne conſilium tuum confirmet &c . Nunc cognoui quoniam ſaluum fecit dominus Ieſus
Chriſtus Chriſtum ſuum,hoc eſt,quēlibet fidelem vnctione ſpiritus ſancti interius vnctum,ſicut ait
Iohannes,Vos vnctionem habetis à ſancto,& noſtis omnia.Exaudiet Chriſtus illum ſic vnctum de 1.Ioh.2.
cælo ſancto ſuo,in quo ipſe cum patre & ſpiritu ſancto viuit,regnat,ac reſidet,&c.Domine ſaluū fac
regem,hoc eſt,quēlibet Chriſtianorū rectorem,principem,ſeu prælatum. Vel regem.i.vnumquēque
ſeipſum rationabiliter gubernantem ac animo proprio dominantem. Cætera ex præcedenti expoſi-
C tione ſatis clareſcunt.Denique vnuſquiſque dicere poteſt hunc pſalmum pro ſeipſo orans, videlicet
dirigendo ſermonem ad propriam animam,ſicque à ſacerdote celebraturo ſeipſum alloquente con-
uenienter diceretur.Specialiter quoque tres verſus in ipſo contenti videlicet , Mittat tibi auxiliū de
ſancto,cum duobus ſequentibus valde congruenter dici poſſunt ab aſtantibus,quādo ſe vertit ſacer-
dos in miſſa ad populum petens orari pro ſe.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XX.

### EXPOSITIO Tituli.

PRæterea pſalmi nunc exponendi talis eſt titulus,In finem pſalmus Dauid,hoc eſt, pſalmus iſte attribuitur Dauid dirigenti mentis ſuæ intuitum in Chriſtum,de quo & cuius regno , pſalmus hic ad literam exponendus eſt.Primo autem oſtendit glorioſus Propheta beneficia humanitati Chriſti collata à ſua diuinitate, & ait,

### PRECATIO

*Virtutum meritis domine nos exalta, quibus deuote cantemus & pſallamus uirtutes tuas : da nobis benedictionem perpetuam conſequi,& gaudio per æuum cum uultu tuo deſiderabili letificari.*

### ¶EXPOSITIO pſalmi literalis.

D DOMINE]pater,ex quo(ſecundum Apoſtolum)omnis paternitas in cælo & in ter- Ephe.3.
ra nominatur[IN virtute tua].i.in omni potētia tuæ maieſtatis tanquam in obiecto
[LAETABITVR rex].i.dominus Ieſus qui eſt rex regum & princeps regum ter- Apo.19.
ræ.Chriſtus enim vt homo gloriatus eſt de perfectione & poteſtate diuina,per quā
faciebat miracula,& nō lætabatur de ſe ſecūdū ꝙ homo niſi in deo[ET ſuper ſalu-
tare tuum]hoc eſt,de ſaluatione ſui corporis per reſurrectionem,& de omni beati-
tudine ei à te collata , præſertim de perſonali vnione ſuæ humanitatis cum verbo
[EXVLTABIT vehementer]quoniam Chriſtus vt homo tanto vehementius gaudet in deo,quan
to ſe videt magis electum ab eo,pluráque ſalutaria dona ſortitū ab ipſo. ¶ (2) DESIDERIVM
cordis eius tribuiſti ei] exaudiendo eum in omnibus,& beatificando animā eius à ſuæ creationis prin
cipio[ET voluntate labiorum eius] hoc eſt,effectu orationum,inſtructionum,ac aliorum ſermonū
ſuorum[NON fraudaſti eum] ſed exaudiſti eum,eiúſque doctrinam feciſti in cordibus electorū fru
ctificare in vitam æternam:imperioque oris ſui ſubiecisti ſpiritus immundos. Nam ad imperiū Chri Mar.4,8
ſti eiiciebantur dæmonia , quemadmodum euangeliſtæ teſtantur . Ideo autem hæc Chriſto homini 11,15,17.
competunt. ¶ (3) QVONIAM præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis]omni enim gra- Marc.1.
tia excellentiſsime adornaſti animā Chriſti ab inſtanti ſuæ creationis,conſeruando eam ab omni pec
cato originali & actuali immunē,vniuerſiſque donis ſpūs ſancti dulciſsimis eam replendo , & quod

super omnia est beatifica tua visione ipsam felicitãdo,& hoc sine præcedentibus meritis eius. Bene- E
Ephe.3. dictio equidẽ dei,vocatur collatio gratiæ eius. Anima ergo Christi præuenta est benedictionibus dul
cedinis,id est,gratuitis donis diuinæ collationis sine præuijs meritis.[POSVISTI] ô domine pater
[IN capite eius].i.in superiori parte animæ Christi,in qua trinitatis imago cõsistit,videlicet in intel
lectu ipsius[CORONAM] triũphalem,salutẽ,seu victoriosam felicitatem [DE lapide precioso] hoc
est,de perfecta atque firmissima charitate compactã,quoniam beatitudo intellectus per actum chari
tatis perficitur,stabilitur,& immobilitatur. ℂ (4) VITAM].i.resurrectionem festinatã à morte,
scilicet vt tertia die suscitaretur [PETIIT]Christus[A te]domine pater[ET tribuisti ei] resuscitans
eũ tertia die:nec solũ dedisti ei vitã,sed & vitã impassibilem & æternã,quemadmodũ ait Apostolus,
Rom.6. Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur. Ideo subdit,[LONGITVDINEM dierũ in secu-
lum & in seculũ seculi]id est,dedisti ei vitã æternã,cuius duratio omne tempus includit. Et ergo est.
ℂ (5) MAGNA gloria].i.delectatio[EIVS in salutari tuo]hoc est,in salutifera coniunctione ad
te. Gloria enim Christi hominis est in vnione sua beata ad deũ: & tanto est hæc gloria eius maior,
quãto propinquius deo vnitus est[GLORIAM].i.animæ iucunditatẽ de electorũ saluatione ac cæ-
lestis Ierusalẽ reædificatione [ET magnũ decorẽ] hoc est,corporis splendidissimã glorificationem
[IMPONES super eũ].s.Christũ,sicut in die resurrectionis,& ascensionis iam factũ est. Vel sic,glo
riã.i.clarã notitiã,& magnũ decorẽ.i. præclarũ ornatũ impones super eũ,videlicet copulando sibi ec F
clesiam immaculatam sui sponsi claram cum laude notitiam habentẽ,eúmque decorantem, & lætifi-
cantem sicut sponsa ornat & lætificat sponsum suũ.Ideo autẽ hæc facies ô deus pater. ℂ (6) QVO-
NIAM dabis eum]scilicet Christũ [IN benedictionem in seculũ seculi] ita vt non solũ sit in seipso
æternaliter benedictus,sed etiã alii benedicantur per ipsum:prout inferius dicitur, Et benedicentur
Psal.71. in ipso tribus terræ[LAETIFICABIS eũ in gaudio]hoc est,omni gaudio Christũ implebis[CVM
vultu tuo].i.ex aspectu vultus tui, in cuius visione beatitudo cõsistit,ita vt Christus iam tibi præsens
gaudeat non solũ de propria felicitate,sed de omniũ quoq; saluandorũ per ipsum salute. Talis vero
accidẽtalis merces & gloria Christo debetur. ℂ (7) QVONIAM rex].i.Christus[SPERAT in
domino]hoc est,omne bonũ nõdũ adeptũ ab eo expectat,& ei attribuit,neq; creatã potẽtiã sibi suf-
ficere ad felicitatẽ existimat,sed totã fiduciã in deo ponit,[ET in misericordia altissimi non commo
uebitur].i.sperando in misericordia dei nõ derelinquetur,nec à dño separabitur. Nã Christus nunq̃
motus est vel separatus à dño. Cõsequenter agit propheta de reprehensione hostium Christi,& ait,
ℂ (8) INVENIATVR] ô Christe iudex[MANVS tua].i.potestas tua vlciscẽs peccata[OMNI-
BVS inimicis tuis]videlicet,hęreticis,schismaticis & impœnitentibus,ita vt experiãtur in pœnis tuã
Iohã.19. iustitiã,qui noluerũt in via acquirere tuã clemẽtiã[DEXTERA tua] .i.rectissima atq; districta tua
iustitia[INVENIAT] per examinationẽ ac pœnæ inflictionẽ[OMNES qui te oderũt]hoc est,per-
uersos incredulosq; Iudæos,qui te per inuidiã occiderunt. Hos grauior pœna possideat,qm̃ grauius G
peccauerũt. Et ita erit. Nã ℂ (9) PONES eos vt clibanũ ignis]inflãmãdo eos corpore igne sensi
Mar.25. bili,& anima vi doloris ac verme conscientię[IN tẽpore vultus tui].i. in die iusti iudicii,qñ per retri
Iob.10. butionẽ aspicies,quę modo per lõganimitatẽ dissimulas [DOMINVS] Christus[IN ira sua].i.in vl
tione suæ iustitiæ[CONTVRBABIT eos]proiiciẽdo in tenebras exteriores, vbi vmbra mortis &
nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat [ET deuorabit eos ignis] infernalis,nõ vt consumpti
Iudith.16 moriãtur,sed vt miseriis inuoluti ęternaliter cruciẽntur,sicut in libro Iudith legitur, Dñs omnipotens
iudicabit in eis,in die iudicii visitabit illos, Dabit enim ignẽ & vermẽ in carnem ipsorũ vt vrantur,&
sentiant vsq; in sempiternũ. ℂ (10) FRVCTVM eorũ] .i.delectationẽ ipsorũ carnalem ac turpẽ
[DE terra perdes]hoc est,à regione viuorũ separabis,ne gaudeant in cælis cum deo,qui nũc illicite
deliciãtur in seculo[ET semen eorũ].i.opera eorũ perdes [A filiis hominũ] hoc est,à beata societate
eorũ qui in mũdo rationabiliter & humane & pie vixerunt,quemadmodũ scriptũ est , Tollatur im-
Isaiæ.26. pius ne videat gloriã dei. Tota ista sententia quæ inter bonos & malos discernit,etiã per Malac.pul
Malac.3. chre innuitur, Conuertimini,inquit,& videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem
deo & non seruientem ei. Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, &
Malac. 4 omnes faciẽtes impietatem stipula. Et inflãmabit eos dies veniẽs,dicit dñs,quæ nõ derelinquet eis ra
dicẽ. Insuper ista specialiter & cõueniẽter,immo & literaliter exponi possunt de oppressione , occi- H
sione,& cõbustione Iudæorũ per Romanos principes facta: vt sit sensus,inueniatur, ô Christe,ma-
nus tua omnibus inimicis tuis,hoc est,experiantur infideles Iudæi potentiã tuã,ac iustã vindictã. Po
nes eos vt clibanũ ignis,replendo magnis ac variis calamitatibus,in tẽpore vultus tui.i.in die vltiõis
qua per Titũ & suos respexisti vindicare mortẽ tibi illatam: dominus in ira sua cõturbabit eos timo-
re atque dolore,& deuorabit eos ignis.i.magna & vehemẽs pœna cõsumet eos sicut & factũ est. Fru
ctũ eorũ de terra perdes,&c. Nã in prædicta persecutione de terra sua expulsi sunt; & ipsi & filii eo
rum vsque in diem præsentem. Quæ autem sequuntur de prædictis Iudæis optime exponũtur. Sub-
iungit enim causam tãtæ oppressionis,& dicit. ℂ (11) QVONIAM declinauerũt]ô Christe[IN
Iohan.18 te mala] imponendo tibi grandia crimina. Nam corã Pilato clamabant, Si non esset hic malefactor,
Iohã.19. non tibi tradidissemus eum . Et iterum, Tolle tolle crucifige eũ [COGITAVERVNT cõsilia quæ
Luc.22. non potuerunt stabilire]Frequenter nanq; excogitauerunt Iudæi qualiter aliquam occasionẽ con-
tra Christum inuenirent: sed non potuerunt sua consilia stabilire , quia non poterant rationabilem
causam reperire,nec suas accusationes probare aut verificare. ℂ(12) QVONIAM pones eos dor
Iere.32. sum] hoc est, permittes eos excæcari,indurari,& omnino auerti à te,ita vt fugiant à lege,& fide tua,
vertentes ad te dorsum,non faciem mentis[IN reliquiis tuis] id est,in paucis quos tibi elegisti ex il-

A lis, de quibus ad Rom. ait Apostolus, Reliquiæ saluæ fient [PRAEPARABIS] .i. recte dispones, & Rom.9.
ordinabis, [VVLTVM eorũ] hoc est, scientiã legis ac prophetarũ, quã ipsi male atque carnaliter in-
telleaerunt, séque in ea sapientes esse iactabant, sed ita non erat. Verũ Christus per spiritũ sanctũ cõ-
tulit reliquiis suis verum & sanum intellectũ legis ac prophetarũ, sicque in electis suis reliquiis præ-
parauit, seu perfecte parauit vultum vel cognitionem carnaliũ Iudæorum. ¶ (13) EXALTARE
domine] Christe [IN virtute tua] hoc est, propria potestate resurge, ascende, teipsum mundo decla- Iohã.12.
ra, per doctrinã atque miracula apostolorum, principem huius mundi eiice foras, in cordibus fideliũ
regna, & totum mundum tuo imperio subde. Quo facto [CANTABIMVS] voce [ET psallemus]
vita ac moribus [VIRTVTES tuas] id est, sanctitaté, ac perfectionem conuersationis tuæ. Miracula
quoque & cætera quæ ad nominis tui honorem & gloriam pertinent. Statim enim post Christi ascẽ-
sionem, & spiritus sancti missionem cœpit ecclesia publice securáque mẽte cantare, & psallere, præ- Act.2,3,
dicare, & scribere virtutes sui Saluatoris.

## ¶EXPOSITIO anagogica eiusdem Psalmi.

B DEnique secundũ anagogicũ intellectum exponitur psalmus iste de quolibet beatorum in patria.
Nam ecclesia in natalitiis martyrum, magnã partem cantus assumpsit ex psalmo præsenti. Ait
ergo, Domine simplea ac trine, qui es fons vniuersæ sanctæ lætitiæ, in virtute tua, hoc est, in teipso,
qui es virtus tua: vel in virtute tua, id est, in Christo filio tuo, qui teste apostolo est virtus & sapientia 1.Cor.1.
tua, lætabitur rex, id est, quilibet comprehensor in patria, quoniam in visione tua, ac filii tui consistit
beatitudo æterna, quemadmodum vnigenitus tuus testatur, Hæc est, inquiens, vita æterna vt cogno- Iohã.17.
scant te verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Omnes enim beati in patria merito reges vo-
cantur, cum sint prælecti, perfectique filii æterni regis, quẽadmodum in Apocal. scriptum est, Vide- Apoc.22
bunt faciem eius & regnabunt in secula seculorũ, & super salutare tuum, id est, de salutari tui notitia,
seu clara visione tuæ essentiæ, exultabit vehementer, immo ineffabiliter, & omni viatori incõprehen
sibiliter, prout per prophetã dominus ait, Orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ, & sani- Malac. 4
tas in pennis vestris. Salietis quasi vituli de armento & calcabitis impios. Et sacratissimus Apostolorũ
princeps in canonica sua, Videntes (inquit) Iesum, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata repor 1.Petr.1.
tantes finẽ fidei vestræ salutẽ animarũ vestrarũ. Et Paulus, Non sunt (ait) cõdignę passiones huius tẽ-
poris ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis: ideo autem ô domine exultabit sine fine, vehemen Rom. 8.
ter, quoniã desiderium cordis eius, hoc est, bonum desideratum à corde suo, tribuisti ei, dando ei te-
C ipsum in præmium. Vel desiderium cordis eius tribuisti .i. affectũ quo te desiderauit videre pręsen-
tẽ perdxaisti ad actum ostendendo ei teipsum, ac illud euangelicæ veritatis ei dicẽdo, Euge serue bo- Matt.25.
ne, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Proprie au-
tem sumendo desiderium pro affectu boni futuri, sic sancti in patria non habent desiderium respectu
præmii essentialis sed amorem, quoniam amor est de bono præsenti, sed respectu accidẽtalis pręmii
desiderium habent. Nihilominus Petrus loquens de Christo, dicit, quod angeli desiderant in ipsum 1.Pet.1.
prospicere, in quo vtique prospectu præmium essentiale consistit, sed ibi desideriũ sumitur pro amo-
re fastidiũ eacludente, & voluntate labiorum eius, hoc est, desiderio orationum oris sui quibus in via
semper orauit peruenire ad patriam, non fraudasti eum: & hoc ideo, Quoniã præuenisti eum in be-
nedictionibus dulcedinis, id est, quoniã ab æterno elegisti eũ ad hanc gloriã benedictã atque dulcis-
simã, sicut apostolis ait, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Vel præuenisti eũ in benedictionibus Iohã.15.
dulcedinis, id est, virtutes theologicas, scilicet fidẽ, spem, & charitatem, per quas benedicimur, & deo
coniungimur, infudisti ei in via sine præuio merito. Has enim virtutes nullus de condigno meretur,
sed nec habitum gratiæ nouum: sed deus misericorditer præuenit nos secundum ordinem prædesti-
nationis æternæ, prouidens nobis de omnibus necessariis ad adipiscendum vitam æternam. Posuisti
in capite eius, hoc est, in intellectu eius, qui est suprema vis animæ, secundum Thomam: coronam, id
est, essentiale præmium, quod theologi auream nominant, scilicet visionem diuinæ essentiæ: & hãc co
ronam posuisti in capite eius, de lapide precioso, hoc est, de obiecto æterno seu summo bono causa-
D tam, quia ex vnione intellectus ad deum causatur in ipso ista felicitas, sicque corona sanctorum est de
lapide precioso, non sicut de causa materiali, sed sicut de finali, ac efficienti. Nam deus sublimis ac
benedictus est effector, & finis omnis creatæ felicitatis. Hac corona non coronatur, nisi qui legitime
certauerit, & mundo corde deo seruierit. hæc enim corona facit nos deo perfecte similes, seu deifor- 2.Tim. 2
mes, quemadmodum apud Iohannẽ legitur, Charissimi nunc filii dei sumus, & nondũ apparuit quid 1.Ioh.3.
erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Vitã æter-
nam & cælestem petiit à te, dum adhuc peregrinabatur in seculo isto, cuius vita est potius mors di-
cenda quàm vita secundum Gregorium: & tribuisti ei, quod petiit scilicet longitudinem dierum in se
culum, & in seculum seculi, id est, diem æternum qui non causatur à sole sensibili, sed à claritate diui-
na, sicut Iohannes testatur, Ciuitas non eget sole, neque luna: nam claritas dei illuminabit eam & lu-
cerna eius est agnus. Magna gloria eius scilicet comprehensoris cuiuslibet in salutari tuo, hoc est, in Apoc. 21
contemplatione verbi æterni: in Christi enim visione beatitudo reposita est: gloriam & magnũ deco
rem, id est, duplicẽ stolã, videlicet animæ felicitatẽ, & corporis claritatẽ: impones super eũ, in resurre
ctione mortuorũ, quãdo mortale hoc induet immortalitatẽ, & quãdo iusti fulgebũt sicut sol in regno
patris eorũ. Vel sic, gloriã, id est, tres dotes animę scilicet visionem quę succedit fidei, tentionem quę 1. Cor.15
succedit spei, & fruitionem quę succedit charitati: & magnũ decorem, id est, quatuor dotes corporis, Matth.13
vtpote claritatem, impassibilitatem, agilitatem, & subtilitatem, impones super eum. Quoniam dabis

eũ in benedictionem,hoc est,facies eum adhærere benedictioni tuæ,quatenus sit benedictus in seculũ seculi,id est,sine fine:nam quilibet comprehensor est confirmatus in bono: lætificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo,hoc est,ex claro ac immediato aspectu vultus tui:sicut superius dictũ est,Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.Omnia autẽ prædicta bona habet comprehensor vnusquisque in patria,quia in hac vita sperauit in bonitate diuina:ideo subdit,Quoniã rex sperat in domino,nõ in patria,sed in via.In patria enim nõ manent fides & spes,quoniam fides includit obscuritatem notitiæ, spes autem absentiam boni optati,quorum neutrum in patria manet:& in misericordia altissimi non commouebitur,id est, confidendo in deo,& innitendo gratiæ & misericordiæ eius,non cadet, neque damnabitur.Ideo Salomon ait, Turris fortissima nomen domini,ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Et Isaias, Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient. Postremo ecclesia triumphans dicit domino, non orando, sed regratiando,Exaltare domine in virtute tua,secundum magnitudinem tuæ potentiæ,ostende nobis altitudinem tuam immensam,manifestando nobis teipsum sicuti es: sicque æternaliter, cantabimus & psallemus virtutes,hoc est,laudabimus perfectiones tuas,videlicet,sapientiam,iustitiã,omnipotentiam,felicitatem,liberalitatem &c.Vel sic,Exaltare domine in virtute tua, damnando ac deiiciendo aduersarios tuos,omnes videlicet reprobos,sicut in Apoc.habetur,Sub ara dei sancti clamabant,Vsquequo domine non vindicas sanguinem nostrum?quo facto, cantabimus nos & psallemus virtutes tuas,laudando tuam iustitiam atque potentiam.Vnde scriptũ est,Exultate cæli & sancti apostoli & prophetæ,quoniã iudicauit deus iudicium vestrum.Cętera in præcedenti expositione declarata sunt.Ecce audiuimus ex elucidatione præsentis psalmi inæstimabilem beatitudinem electorum, atque horribiles pœnas malignorum.Eligat ergo sibi vnusquisque cum quibus post hanc breuem ac labilem vitam locari ac præmiari desiderat,studeátque illorum nunc opera imitari,cum quibus vult in futuro demorari.Si cum beatis regnare desideramus in cælo, satagamus cum eis cõpati Christo, mundum despicere,passiones immoderatas & vitia abhorrere:atque ordinata,munda,ac stabili mẽte omnipotenti domino deseruire.

[Margin: Psal.15. — Prou.18. — Isaię 40 — Apoc.6. — Apoc.12 — E — F]

# COMMENTARIVS IN PSALMVM XXI.

## EXPOSITIO Tituli.

HVius insuper psalmi iste est titulus, In finem Psalmus Dauid pro susceptione vel assumptione seu ceruа matutina,id est,Psalmus iste in finem nos dirigens,est Dauid,id est,Christi per Dauid figurati,pro assumptione vel susceptiõe matutina,id est,pro sua resurrectione,quæ mane facta est in psalmo isto orantis.Vel pro cerua matutina,id est pro Christi humana natura quæ comparatur ceruæ,quoniam ad similitudinem ceruæ semper per contemplationem alta cõscendit,& terrena transiliit.Quod autem hic psalmus ad literam de Christo sit exponendus,constat ex eo quod beatissimi euangelistæ allegant verba Psalmi huius in Christi passione esse impleta sicut patebit.Dicúntque Hieronymus & alii multi,quod Christus in cruce cecinit totum hunc psalmum cum psalmis sequentibus vsque ad illũ versiculum,In manus tuas commendo spiritum meum, quod satis probabile est.Matthæus enim & Marcus testãtur Christum in cruce dixisse, principium huius psalmi,scilicet Deus deus meus, vt quid dereliquisti me?Lucas vero commemorat, eum dixisse versum illum,In manus tuas commendo spiritum meum.Vnde videtur intermedios quoque versus dixisse.In hebræo nanque psalmus iste sic incipit,Eli,eli,lammahazabatthani. Quod autem adiungitur in nostra translatione,Respice in me,non est in Hebræo,nec in translatione Hierony.iuxta Hebræum,sed à 70 interpretibus additum creditur. Porro Psalmus iste pulcherrimus valde est, & omni deuotione plenissimus:estque cum fideli ac pia compassione Christi cantandus,& qui eum sine affectu promit,nescio si Christo gratus est,eúmve diligat.Non est enim aliquis psalmus qui tam euidenter,determinate,ac proprie Christi passionem describat,sicut hic psalmus, ita vt potius historia videatur,quàm prophetia.Nec recolo in toto veteri testamento tam diffuse & clare descriptã Christi passionem,sicut in hoc loco,& Isa.53.Quanuis etenim Daniel apertissime dixerit Christum occidendum,non tamen ita prolixe ac determinate describit modum & acerbitatem huius occisionis, sicut & Dauid & Isaias in locis prædllegatis.Diligenter ergo & affectuose quantũ dominus dare dignabitur,exponendus est psalmus iste dulcissimus,& mira virtute repletus,cuius singula verba sunt faculæ quædam ignis diuini amoris,qui est spiritus sanctus.O quàm clare & condolenter vidit sanctissimus Dauid in spiritu acerbitatem,horrorem,ac totum processum dominicæ passionis:& quòd Christo patienti compatiendum sit, quando hunc psalmum conscripsit, & quomodo virtus causæ principalis huius psalmi,videlicet virtus spiritus sancti resultat & continetur in hoc suo effectu, scilicet in psalmo præsenti.Ait ergo propheta in persona Christi,vel potius ipsemet Christus ratione humanitatis assumptæ.

[Margin: Psalm.30 — Matt.27 — Marc.15. — Luc.23. — Psal.21. — Dan.2. — G — H]

## PRECATIO

*Deus pater omnipotens qui filium tuum dominum nostrum Iesum Christum ad passionem in mundum mittere, & hominem ligni uetiti gustu seductum, & à paradisi felicitate eiectum, ad cælestia regna reuocare uoluisti: respice nos ad te clamantes, libera nos à uerbis delictorum, & saluos facias in te sperantes inæternum.*

A ¶EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.
DEVS deus meus] repetitio dei, indicium est ferueñtis desiderii. Itaq; deus vni-
uersorum deus meus, specialissimo modo, sicut frequenter expositum est. Vn-
de post resurrectionem Christus Mariæ Magdalenæ, ait, Ascendo ad patrem Iohã.20.
meum & patrem vestrum, deum meum & deũ vestrum. In quo designat, quod
sicut deus est specialiter suus pater ratione diuinæ naturæ, quam per genera-
tionem à patre recepit, sic specialiter est suus deus, ratione humanitatis assum
ptæ: quam pater plus diligit, quàm totum vniuersum: & ipsa quoque deũ plus
diligit quàm totum vniuersum, sicut ostensum est. Ait itaque vnicus atq; aman
tissimus dei filius in crucis patibulo pẽdẽs, & inexcogitabilib⁹ pœnis circũdatus, [DEVS deus meus Psal.68.
respice in me] .i. attende & vide quid pro tuo honore ac mũdi salute sustineo, quomodo sic auertis
vel potius auertere videris faciem tuam à puero tuo, de quo toties asseruisti, Hic est filius meus dile- Mar.3.17
ctus. Respice in me, id est, condole mihi, qui semper respexi in te cum omni reuerẽtia, faciendo quæ Marc.1.
tibi sunt placita [QVARE me dereliquisti?] id est, cur ita te habes circa me, quasi omnino non per- Luc.3,9.
tinerem ad te, sed displicerẽ tibi & essem traditus obliuioni, sicut & illi, de quibus ait scriptura, Ne-
B scio vos. Quare me dereliquisti, in manus impiorum: quare me dereliquisti, subtrahendo patienti na
turæ ac inferioribus viribus solitam diuinæ consolationis dulcedinem, seu consuetam redundantiam Matt.25.
gaudii à superioribus animæ viribus inferiores eius potentias? In hora enim passionis non fiebat ali Luc.13.
qua redundantia felicitatis quam habuit Christus in supremis animæ suæ potẽtiis, per comparatio-
nem earum ad verbum, ad inferiores suas potentias: sed tam graues patiebatur pœnas in corpore, &
tantis in anima afficiebatur doloribus, quasi derelictus videretur à deo: non tamen simpliciter dere-
lictus erat, quia nec personalem vnionem cum verbo, nec beatificam mentis fruitionem in deo ami-
sit, immo intellectus & voluntas animæ Christi tempore passionis erant simul & semel in maximo
gaudio beatæ fruitionis, atque in summo dolore per comparationem ad humanam eius naturã, quæ
tota in afflictionibus fuit, quatenus totam humanam naturã redimeret. Hinc quoque probatur, quod
nunquam aliquis martyrum amariorem pertulit mortem Christo. Martyres nanque in suis passioni-
bus mirabiles habebant consolationes, adeo vt multi eorum quodammodo nõ sentirent tormenta fo
ris illata. Ad insinuandũ igitur acerbissimũ passionis suæ dolorẽ, & vt te quoq; ad piam ac Christia-
nam prouocet compassionem Christus ait, Quare me dereliquisti, ita vt videar omnino contẽptus à Isa.53.
te? Hoc est quod apud Isa. legimus, Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & hu-
miliatum. Denique quod sequitur [LONGE à salute mea] referri potest ad ea quæ dicta sunt, scilicet
C Quare me dereliquisti? Vt sit sensus, quare à corporis sanitate seu corporali salute dereliquisti me,
exponendo me tantis miseriis? Deinde subiungit causam huiusmodi derelictionis, & ait [VERBA de-
lictorum meorum] id est, strepitus vitiorum in auribus dei male sonantium. quæ vitia sunt meorum,
id est, hominum per me liberandorum. Hæc verba sunt causa passionis meæ, quemadmodum Isaias Ibidem.
testatur, Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: sicq;
delictorum & meorum diuisim construenda sunt. Possunt tamen coniunctim cõstrui, ita vt propter
vnitatem Christi & ecclesiæ seu capitis & membrorũ, Christus peccata nostra dicat sua delicta. Po-
test etiam, quod dicitur, longe à salute mea, referri ad id quod sequitur, scilicet verba delictorũ, vt sit
sensus, Verba delictorum meorum quæ sunt longe à salute mea, quoniam diuidunt inter deum & ho
mines sunt causa, quod ita relinquor ac patior, sicut Ierem. fatetur, Spiritus oris nostri, Christus do-
minus, captus est in peccatis nostris. Christus enim passus est, vt mundi peccata auferret. Iuxta illud Isaiæ 59.
Apostoli, Christo confixus sum cruci, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Vnde in Dan. Thren.4
apertissime scriptũ est, dixit Gabriel ad Danielẽ, Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super po Gal.2.
pulum tuum, vt deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia,
& vngatur sanctus sanctorum. ¶ (2) DEVS meus clamabo per diem.] Nam Christus in die pa- Dan.9.
rasceues circa horam nonam clamauit, Eli, eli, lamahazabetthani? sicut iã patuit. [ET non exaudies]
minuendo corporis mei dolorem, animique tristitiam, sed morte amarissima atque turpissima me oc Marc.15.
cidi permittes [ET nocte] clamabo videlicet, ante diem passionis, quando ter oraui eundẽ sermonẽ,
D & dixi, Mi pater, si fieri potest, transfer calicẽ istũ à me, sed nec tunc exaudies, non tamen oratio mea Marc.14
indecens aut reprehensibilis fuit. Vnde subiungitur [ET non ad insipiẽtiam mihi] id est, nec à te, nec Lucæ.22
ab aliquo poterit mihi ad stultitiam seu indiscretionem imputari, quod ea rogaui, in quibus exaudi-
tus non sum. Habent autem ista difficultatem non paruam, apud Iohan. nanque habetur Christũ di- Iohã.11.
xisse, Gratias ago tibi pater, quoniã audisti me: ego autem sciebã, quoniã semper audis me. Quomo-
do ergo nunc ait, Deus meus clamabo per diem, & non exaudies? Ad Hebræos insuper euidẽter ait
Apostolus, quod Christus in diebus carnis suæ preces, supplicationésque ad deum qui possit illum Hebr.5.
saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.
Dicendum ergo, quod sicut Damasc. affirmat, Oratio est petitio decentium à deo. Et secundum Au-
gust. Ea licet orare, quæ licet desiderare. Christus vero nunquã petiuit à deo aliquid indecens aut il-
licitum. Propterea quicquid vnquam absolute orauit, id est quicquid ex deliberata voluntate petiuit
semper obtinuit. Prædictæ vero postulationes in quibus se Christus asserit non exauditum, non erãt
orationes simpliciter fusæ, sed cum quadam conditione, procedebantque magis ex affectu doloris, &
motu sensitiuæ partis, quàm ex rationis pleno iudicio, non tamen contra ordinem rationis. Voluit
autem Christus has orationes effundere, quas sciebat non esse exaudiendas. Primo, vt ostenderet se
veraciter incarnatum, atque passibilem ad confundendum hæreticos, oppositum opinantes. Se-

cundo propter noſtram inſtructionem, videlicet ne fatigemur, nec deſperemus, dum nõ exaudimur E
ſtatim, vel pro voto à domino: ſed exẽplo Chriſti ſubiiciamus, & cõmittamus nos beneplacito crea-
1.Pet.5. toris: certi quoniã ipſi cura eſt de nobis. Quod autem prædictæ orationes nõ erãt ſimpliciter & ab-
Marc.14 ſolute orationes dictæ, conſtat ex hoc, quod dum Chriſtus dixiſſet, Pater transfer calicem iſtũ à me,
Luc.22. protinus ſubdidit, Verũtamen non mea voluntas, ſed tua fiat: non quod Chriſti humana volũtas fue
rit diuinę voluntati contraria, ſed in hoc Chriſtus omnem ſuum appetitum, etiam ſenſitiuum ſubie-
cit voluntati diuinæ. Sicque abſolute loquendo, exauditus eſt pro ſua reuerentia, quanuis non ſit ex-
auditus, quantum ad naturalem ſuæ humanitatis appetitũ ſecundum ſe conſideratum, quoniam na-
turaliter abhorruit mortẽ, ſed tamen quantum ad iſtum appetitũ ad ſuperiorẽ rationem ac diuinam
voluntatem relatum, exauditus eſt, quia finaliter & abſolute optauit mori pro mundi ſalute: propter
Iohan.18 quod poſt trinam ſuam orationẽ proceſsit feſtinãter & intrepide obuiam Iudæis, dicẽs, Quem quæ-
Matt.10. ritis? alias non videretur ipſe perſonaliter impleuiſſe, quòd alios docuit, Nolite (inquiens) eos timere
qui corpus occidunt, animã autem non poſſunt occidere. Sed eum timete qui habet poteſtatẽ & cor
pus & animã perdere in gehennã ignis. ℭ (3) TV autẽ in ſancto habitas] tanquã dicat Chriſtus,
Merito dixi, Et nõ ad inſipientiã mihi reputabitur, quòd non ſum exauditus, quia ex hoc non ſequi-
tur, me aliquo modo eſſe auerſum à te: ſed tu domine pater, in ſancto. i. in me filio tuo ſancto ac prę-
Iohã.17. dilecto habitas, & ſemper in me es ac permanes. Vnde ait Saluator, Tu pater in me, & ego in te, F
Iohã.14. quia dilexiſti me ante mũdi conſtitutionẽ. Et alibi, Verba (inquit) quæ ego loquor, à meipſo non lo-
Iohan.1. quor: pater vero in me manẽs, ipſe facit opera. Tu ergo in ſancto habitas [LAVS Iſrael] id eſt, obie-
ctũ laudis meæ qui ſum verus Iſraelita, in quo dolus nõ eſt, & qui faciẽ tuã ſemper per ſpeciem vidi,
nec vnquã à tua contẽplatiõe ceſſaui. ℭ (4) IN te]. i. in tua benigniſsima bonitate [SPERAVE-
Iudith.8. RVNT patres noſtri] videlicet, patriarchæ, prophetæ, & cæteri iuſti [SPERAVERVNT] nec fru-
ſtra, qm̃ [ET liberaſti eos] Propter quod alia ſcriptura dicit, Memores eſſe debetis, quõ pater noſter
Abrahã tẽtatus eſt, & per multas tribulatiões probatus dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic
Moſes, & omnes qui placuerũt deo per tribulationes tranſierũt fideles: illi autem qui tentationes nõ
receperunt in timore dei & patientia, exterminati ſunt. ℭ (5) AD te clamauerunt] tempore neceſ
ſitatis atq; anguſtiæ [ET ſalui facti ſunt] quantum ad animã, quanuis interdũ permiſsi ſint in corpo-
re grauiter flagellari, lędi, ſiue occidi [IN te ſperauerunt, & non ſunt confuſi] quia quod deſiderabãt
obtinere à te, videlicet vitã beatã, & requiẽ ſempiternã, poſt hanc tẽporalẽ afflictionem ſortiti ſunt,
1.Mac.2. & non ſunt fraudati ſpe ſua. Hoc eſt quod venerabilis ille Matathias commemorat, Abraham nõne
Gene.22 in tẽtatione inuentus eſt fidelis, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã? Ioſeph in tẽpore anguſtiæ cuſtodiuit mã
Iudith.8. datum dei, & factus eſt dominus AEgypti. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonis: & o-
Heb.11. mnes qui ſperant in domino, non infirmãtur. ℭ (6) EGO autem ſum vermis, & non homo]. i. in
Gen.39. paſsione mea tam lamentabiliter, tãq; horribiliter dilaceratus ſum, conculcatus & excruciatus, vt ſi- G
Dan.14. milior viderer vermi, quam homini, immo in tantũ ſpreuerunt me perſecutores mei, ac ſi irrationabi
Iſa.53. le brutũ fuiſſem, ſicut apud Iſa. prophetatum eſt, Non eſt ei ſpecies neq; decor: vnde nec reputaui-
Lucæ. 22 mus eum. Et Lucas ait, Viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes eum, & velauerũt eũ, & per-
cuſſerunt faciem eius, & cœperunt conſpuere in eum, & expuerunt in faciem eius. Ecce quantus cõ-
temptus, ecce quid pertulit dominus maieſtatis, vt ſua confuſio tam pœnalis fieret nobis honor æter
nus ac beatitudo cæleſtis [OPPROBRIVM hominũ] id eſt, factus ſum Iudæorum opprobrium co
Luc.23. ram Pilato dicentium, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram. Et iterũ, Noli ſcribere, rex
Iohan.19 Iudæorũ, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorũ [ET abiectio plebis] ita vt omnibus vilior apparerẽ,
quemadmodum in Euang. narratur, vbi ſic legitur, Tunc appræhendit Pilatus Ieſum, & flagellauit:
& milites præſidis plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circũde
Ibidem. derunt eum, & dicebant, Aue rex Iudæorũ, & dabant ei alapas. Tunc eduxit eum Pilatus, Exiit ergo
Ieſus, portans ſpineam coronam, & purpureũ veſtimẽtũ, & dicit eis, Ecce homo. Illi vero clamabãt,
Crucifige, crucifige eum. Ecce ô Chriſtiane, & corde fideli perpende, quid pro te pati dignatus eſt
Pſal.23. Chriſtus rex gloriæ. Hoc ſpectaculum imprime indeſinenter animæ ſuæ, quemadmodũ in Cãt. Chri
Cant.8. ſtus hortatur, Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ. ℭ (7) OMNES videntes me deriſerũt me.]
Matt.27. non ſimpliciter omnes, quia Nicodemus, Ioſeph ab Arimathia, aliique multi non deriſerũt eum, ſed H
Mar.15. omnes, de quibus prædixit, Factus ſum opprobrium hominũ & abiectio plebis, videlicet, omnes per
Luc.23. uerſi. Vel omnes ſimpliciter, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorũ, non pro ſingulis generũ. Vel
Iohã.19. omnes. i. tã multi, quod cõparatione eorum alii qui non deriſerunt me & affuerunt, quaſi nulli viden
1.Cor.1. tur. Omnes itaq; vidẽtes me deriſerũt me. Tunc itaque oẽs iſti deriſerũt filiũ dei, & ſapientiã patris
Luc.23. æterni, quãdo Chriſtũ ſpreuit Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit (vt ait Lucas) indutũ veſte alba: &
Iohã.19. quãdo Pilatus adiudicauit fieri petitiones eorũ, tradẽs Ieſum flagellatũ voluntati eorũ vt crucifigere
Luc.23. tur: & quãdo baiulãs ſibi crucẽ, exiuit: & quãdo crucifixerũt eũ, & latrones hinc & hinc, medium au-
Iſa.51. tẽ Ieſum. Propter quod prædictũ eſt, Inglorius erit inter viros aſpectus eius. Et Iere. ait, Factus ſum
Thren.3. in deriſum omni populo, canticum eorum tota die. Vnde quemadmodũ S. propheta Ezech. in figu-
Ezec.12. ra Chriſti toties vocatus eſt filius hominis, ſic in figura Chriſti dictum eſt ei à domino, Ego dedi te
Ezec.24 in portentũ domui Iſrael. Hæc dices filiis Iſrael. Ego portentũ veſtrũ. Et iterũ, Ezechiel erit porten
tum veſtrũ [LOCVTI ſunt labiis] multas blaſphemias contra me [ET mouerũt caput] congratulã-
do miſeriis meis, & deteſtando atque vt pſeudoprophetam me ſubſannãdo. Quid autem locuti ſint,
ſubdit. ℭ (8) SPERAVIT in domino] hoc deriſorie aſſerebant, quaſi dicerent, Dixit ſe ſperare
in domino, & ergo [ERIPIAT eũ] de iſtis tormẽtis [SALVVM faciat eũ] ab iſta turpiſsima morte.

A [QVONIAM vult eum].i.quoniã ipse dixit se electũ à deo, & filiũ dei. Sicut enim sacratissimi Euan
gelistæ affirmant, suspenso in cruce domino Iesu, illuserunt ei principes & pharisæi cũ aliis, & dice- Mat.27
bant, Si rex Israel est. Vel, Si hic est Christus dei electus, descendat nunc de cruce. Confidit in deo, li Marc.15
beret cũ nunc si vult. Dixit enim, Filius dei sum. O admiranda concordia euangelicæ historiæ cũ de- Luc.23
nunciatione prophetica. Sed quoniã ista Christo conueniunt propter formã serui, quã pro nobis ac Philip.2.
cepit, ideo addit. ¶ (9) QVONIAM tu] domine pater [ES qui extraxisti me] supernaturali & in-
effabili modo: iuxta illud, Generationẽ eius qs enarrabit? [DE ventre].i.de incorrupto & clauso atq; Esaiæ.53
virgineo vtero Mariæ, nõ obsistẽtibus exitui meo de virginis ventre dimensionibus corporũ [SPES
mea] secundũ quod homo sum [AB vberibus matris meæ] quia Christus vt homo, semper à princi
pio incarnationis sperauit in domino, non per spem, quę est virtus theologica, sed per expectationẽ
seu quandã fiduciam qua bonũ futurum à deo expectauit, & quicquid boni habuit, ei attribuit, sicut
iam sæpe ostensum est [IN te] ô pater [PROIECTVS sum] iactu amorosę adhæsionis ac filialis fi-
duciæ [EX vtero] quia ab instanti, quo Christus de virgine natus est, patri æterno adhæsit, atque in
ipso confirmatus fuit, quemadmodũ infra habetur, Dominus spes mea à iuuentute mea in te confir- Psal.70
matus sum ex vtero. ¶ (10) DE ventre matris meæ deus meus es tu] quẽ incessabiliter colo, sum-
me honoro, ardentissime diligo, indesinenter aspicio, & ideo [NE discesseris à me] derelinquendo
B me penitus. Quod idcirco oro, ¶ (11) QVONIAM tribulatio proxima est].i.quoniam passio mea
iam instat [ET non est qui adiuuet] liberando me de crudelitate volentium crucifigere me. Hoc est
quod apud Esa. Christus inducit, Circũspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuua- Esa.63
ret. Et alibi, Framea suscitare super pastorẽ meũ, & super virũ cohærentẽ mihi, dicit dominus, Percu Zacha.13
te pastorẽ & dispergentur oues gregis: quæ dicta esse de Christo, Euangelista Mat. insinuat. ¶ (12) Mat.26
CIRCVNDEDERVNT me vituli multi].i.persecutores Iudæi, homines instar vitulorum indo- Marc.14.
miti & lasciui [TAVRI pingues].i.magistratus & principes eorum, & etiã gentiles ac serui Pilati,
homines instar taurorũ superbi & duri. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Non te extollas in cogitatio- Eccl.6.
nẽ tua velut taurus: hi ergo [OBSEDERVNT me] Nã Euangelista testante, cum Christus dixisset Mat.26
Iudæis, Tanquã ad latronẽ existis cũ gladiis & fustibus cõprehendere me. Tunc cohors & tribunus, Marc.14
ac ministri Iudæorum accesserunt & iniecerunt manus in Iesum, & ligauerunt eum. Mane quoque Iohan.18
facto, in die parasceues, duxerunt eum in concilium suũ, dicentes, Si tu es Christus dic nobis palam. Lucæ.22
¶ (13) APERVERVNT super me os suũ sicut leo rapiens & rugiens] quando, nisi dũ ante Pilatũ Iohan.19
clamabãt, Crucifige eũ? Et quanto ille magis laborabat eũ eripere, tanto amplius illi clamabãt, Tolle Mat.27
tolle. Et, Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Et inualescebãt voces eorũ. Cũ vero misisset ad He- Iohan.19
rodem Pilatus Iesum, stabant (vt Lucas testatur) principes sacerdotũ constanter accusantes eũ; ipse Lucæ.23.
C vero non respondit vllũ verbũ, quatenus impleretur quod dictũ est per prophetã, Tanquam ouis ad
occisionẽ ducetur, & sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suũ. Et alibi, Ego Esa.53.
quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimã. ¶ (14) SICVT aqua effusus sum].i.toto corpore Iere.11.
exhaustus sum sanguine, propter frequentẽ sanguinis mei effusionem in die parasceues.s.in corporis
dirissima flagellatione, in capitis mei spinea coronatione, præsertim quãdo percusserunt caput meũ Iohan.19
arundine, in pedũ ac manuũ mearũ perforatione [ET dispersa sunt omnia ossa mea].i.à se inuicem Matth.17
disiuncta sunt, & à iuncturis naturalibus dissoluta propter violentissimã corporis extensionẽ in cru Marc.15.
ce. ¶ (15) FACTVM est cor meũ tanquã cera liquescens] Interdũ in scripturis per cor intelligitur Iohan.19
mens ipsa vel voluntas, quemadmodũ Christus ait, Beati mundo corde. Interdũ vero accipitur cor
pro organo corporali partis sensitiuæ, sicut ait Philosophus, quod in animali cor est primũ viuẽs & Matth.5
vltimũ moriens. Primo igitur modo sumendo cor, tunc sensus est, Factũ est cor meũ tanquã cera li-
quescens.i.mens mea præ nimia affectione diuini honoris, atq; humanæ salutis, & etiã præ vehemen
ti dolore patientis naturæ, & prę tristitia propter ingratitudinẽ reproborũ, spiritualiter resoluta est,
mollificata, & defluens quodãmodo à seipsa, quemadmodũ in Can. spõsa ait, Anima mea liquefacta Can.5
est, vt dilectus locutus est. Et ad designandũ horũ affectuũ impetũ & ardorem Christus in cœna no-
uissima discipulis dixit, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ antequã patiar. Si vero Luc.22
D sumatur cor secundo mõ, tunc sensus est, quod sicut cera resoluitur seu liquescit calore ignis, sic cor
Christi corporaliter immutatũ est, & liquefactum prę magna tristitia & afflictione patiẽtis naturæ,
omniumque animæ viriũ. Passiones enim seu affectiones sensitiuæ partis fiunt cum corporali trans-
mutatione. Denique ex magna affectione superioris appetitus.s.voluntatis, sequitur semper immuta
tio aliqua in inferiori appetitu seu corde, & ita cor Christi instar cerę liquefactum est tẽpore passio-
nis, tum propter redundantiã affectionum voluntatis in ipsum, tum propter sensibiles dolores appe
titus inferioris. Videtur tamen hoc loco accipi cor secundo modo, quia subiungitur [IN medio ven-
tris mei].i.in medio interiorum meorum. ¶ (16) ARVIT tanquam testa virtus mea].i. quemadmo
dum fragmen ollæ igne siccatur, atq; arescit: sic fortitudo mea defecit, & aruit propter naturalis har
moniæ corruptionem, sanguinis effusionem, atque vitaliũ humorũ defectũ [ET lingua mea adhæsit
faucibus meis] prę siccitate & siti corporali [ET in puluerem mortis].i.in corruptionem corporeæ
vitæ [DEDVXISTI me] ô domine pater.i.permisisti me in eam induci. Tunc enim corporalis vita
Christi quasi in nihilũ redacta est, quando anima eius separabatur à corpore. ¶ (17) QVONIAM
circundederunt me] in cruce pendentem [CANES multi].i. homines insanientes & furentes aduer Iohan.19
sum me, & sanguinẽ meũ sitientes, ac vndiq; me mordentes verbis blasphemis, irrisionibus inuidio-
sis, & ictibus dolorosis [CONCILIVM malignãtium obsedit me].i.consiliatores maligni, videlicet
scribæ, pharisæi, ac alii, cogitantes quomodo exquisitis tormentis ac morte turpissima occiderẽt me,

Sapien. 2 vt satiarentur angustiis meis. Hi tales vndique vallauerunt me. ℂ (18) F O D E R V N T manus meas E
Iob. 16. & pedes meos].i. clauis magnis, spissis & obtusis perforauerũt, ac cruci affixerunt manus meas & pe
des. O bone Iesu, ô innocens agne, ô sancte fili dei, quanta sustinuisti pro me. Vere, vt ait Apostol.
Roma. 2. Pater cœlestis proprio filio non pepercit, qui te tam horrendæ, tamque pœnalissimæ morti expo-
suit. Hæc autem perfossio pedũ ac manuum Christi, erat vna de grauissimis eius pœnis. Mors enim
confixorũ grauissima est, quoniã loca in quibus configuntur, loca neruorũ sunt, & maxime sensibilia
ac passiua [D I N V M E R A V E R V N T omnia ossa mea].i. dinumerate poterant, quia ob violentam
extensionẽ membrorũ apparebant ossiũ iuncturæ, præsertim cũ Christus nudus credatur suspensus,
Gen. 3. sicut & Adam nudus peccauit. Hæc quoque extensio sacratissimi corporis Christi super omnẽ æsti-
mationẽ pœnalissima fuit. ℂ (19) I P S I vero] persecutores & hostes mei [C O N S I D E R A V E-
R V N T & inspexerunt me] blasphemando, deridendo, & tanto cordialius exultando, quanto me gra
uius viderant pati [D I V I S E R V N T sibi vestimenta mea] quatuor milites crucifixores [E T super
vestem meam].i. super tunicã inconsutilẽ [M I S E R V N T sortem] cuius esset tota, quia nolebãt eam
Iohan. 19 diuidere. Hanc vero scripturã allegat euangelista Iohannes in Christo impletã. Porro his quæ nunc
Iob. 16. de Christi passione inducta sunt, consonant quæ de sancto Iob leguntur, Nunc oppressit me dolor
meus, & in nihilũ redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimoniũ dicunt contra me, & suscita-
uit falsiloquus aduersus faciem meã contradictionẽ. Collegit furorẽ suũ in me, & cõminans mihi in- F
fremuit contra me dẽtibus suis, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me
ora sua exprobrantes, percusserunt maxillã meã, saturati sunt pœnis meis Conclusit me deus apud
iniquũ, & manibus impiorũ me tradidit. Tenuit ceruicem meã, confregit me, & posuit me sibi quasi
in signũ. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. Facies mea intumuit à fletu, &
palpebræ meæ caligauerunt. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. Sapiens autem de Chri
Sapien. 2 sti passione, ac Iudęorum consilio pulchre ac notabiliter scribens, Dixerunt, inquit, impii apud se,
Circũueniamus iustum, quoniã contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis.
Promittit se scientiã dei habere, & filium dei se nominat. Grauis est nobis etiã ad videndũ, quoniam
dissimilis est aliis vita illius. Tanquã nugaces æstimati sumus ab eo, & gloriatur patrẽ se deũ habere.
Videamus ergo si sermones illius veri sint. Si enim est verus filius dei, suscipiet eũ, & liberabit eũ de
manu contrariorũ. Cõtumeliis & tormento interrogemus eũ, vt sciamus reuerentiã illius, & probe-
mus patientiã eius. Morte turpissima condẽnemus eũ. Erit enim respectus ex sermonibus eius. Hæc
cogitauerunt & errauerunt: Excæcauit enim illos malitiã eorum. Denique ex his & aliis multis sacrę
scripturæ testimoniis euidenter ostenditur cæcitas Iudæorum, qui putant Christũ in primo suo ad-
uentu in tanta maiestate & gloria esse venturum, vt totũ mundum sibi subiiciat, etiã gladio corpora- G
li, vniuersaque regna plebi Iudæorũ subdat, deseruireque cogat. Hæc autẽ à vero intellectu prophe-
tarum discordant. Sancti nanque prophetæ loquuntur de duplici aduentu, quorum primus est in hu
militate ac paupertate, vt iudicetur & moriatur. Secundus in maiestate & gloria, & quatenus iudicet
Zach. 9 & regnet. De primo aduentu apud Zachariã legitur, Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus veniet tibi
Iere. 14 iustus & saluator, ipse pauper, & ascẽdens super asinã & super pupillum filiũ asinę. Et Ieremias ait,
Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare venturus
es velut vir vagus, & fortis qui non potest saluare? O quàm notabilia atque pulcherrima sunt verba
hæc beatissimi Ieremiæ. Ex his nanque clarissime demonstratur Christũ esse verum deũ & hominẽ.
Nam ꝙ ista de deo dixerit, qui per incarnationẽ pauper in mundũ venit velut colonus, constat ex eo
Mat. 8 quod paulo ante præmisit, Tibi peccauimus expectatio Israel saluator in tẽpore tribulatiõis. Mox;
Lucę. 9 subiungit, Quare quasi colonus venturus es. cui prophetiæ concordat quod in Euangel. Christus de
seipso testatur, Volucres cœli nidos habent, & vulpes terræ foueas, filius autem hominis non habet
Mat. 8 vbi caput reclinet. Et beatus Apost. loquens de Christo, Propter nos, inquit, factus est pauper cum
Luc. 9 diues esset, vt eius inopia diuites essemus. Nos ergo fratres imaginem crucifixi Iesu cordibus nostris
2. Cor. 8. firmiter imprimamus, singula eius tormenta mentibus nostris indelebiliter infigamus, quatenus cũ
Galat. 2 Apost. singuli dicere valeamus, Christo confixus sum cruci: viuo autẽ iam non ego, viuit vero in me
Christus. Et iterum, De cætero, inquit, nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata domini Iesu por-
Galat. 6 to in corpore meo. Non est enim efficacius remedium vincendi omnes tẽtationes, nec compendio- H
sior via discendi omnes virtutes, quàm Christũ in cruce suspẽsum iugiter contẽplari, affectuose pen-
sare, ac diligenter attendere. Quomõ enim aliquid carnale eũ poterit delectãri, qui non cessat Chri-
sti pro se passi amarissimas pœnas recolere? Et quomodo poterit deũ non amare, vel Christo ingra-
Roma. 8. tus esse, qui considerat deũ propter se proprio filio non pepercisse, filiũ quoque propter se vsque ad
Philip. 2. mortem patri obedisse? Postquã Christus quæ pertulit cõmemorauit, pro gloria resurrectionis orãs,
nobis orandi formã præscribens subiungit. ℂ (20) T V autem domine] pater æterne [N E elonga-
ueris].i. ne diu differas auxiliũ tuũ, sed statim, scilicet tertio die, resuscita me [A D defensionem meam
conspice].i. aspice vt defendas me, non vt non moriar, sed ne in morte detinear, & ne post mortem
Mat. 27 diu derideant me hostes mei, dicendo, Ecce quomõ seductor ille surrexit à mortuis. ℂ (21) E R V E
à framea].i. à morte seu gladio, hoc est, ab omni læsiuo [A N I M A M meã] non ꝙ essentia animæ se-
cundũ se posset lædi aut mori, quippe quæ immaterialis atq; perpetua scitur & creditur, sed ne à cor
pore suo diu permaneat separata. [E T de manu canis].i. de potestate furibundi ac rabidi populi Iu-
dæorũ contra me more canũ latrantium erue [V N I C A M meam].i. animã meã tibi summe dilectã,
quæ sola redẽptore non eget, nec similem habet. ℂ (22) S A L V A me ex ore leonis].i. à deuoratio-
Zacha. 9 ne superbæ plebis, quæ me penitus cõterere voluit, & tanquã falsum prophetam in æternum con-

A fundere [AT à cornibus vnicornum].i.à præsumptionibus atque superbiis malignorũ [HVMILI-
TATEM meã].i.me inter homines pauperẽ, humilem,& abiectum.Ab his inquam salua me,me hu
milẽ exaltando,& illos superbos humiliando.Et bene nomine vnicornis designantur præsumptuo-
si,quoniã vnicornis est animal superbissimũ,quod (vt fertur) ex indignatione moritur,si contra desi
derium suũ teneatur.¶ (23) NARRABO nomen tuũ] domine pater omnipotẽs [FRATRIBVS
meis].s.sanctis apostolis,aliisque discipulis.Nã post resurrectionẽ Christus frequẽter istis apparuit, Mat.28
eosque de patris ac filii diuinitate,totiusque trinitatis gloria informauit, quemadmodum euangeli- Marc.16.
ca docet historia [IN medio ecclesiæ] id est,inter fideles [LAVDABO te] per me atque alios.Chri Luc.24
stus enim per seipsum laudauit patrem ante ascensionem suam, stando in medio discipulorũ suorũ, Iohã.20.
& post misionẽ paracleti laudauit eũ per totũ mundũ per prędicationẽ apostolorum ac cæterorum 21.
fideliũ.Hunc autẽ versum prædictũ esse allegat Apost.de Christo,dum ait,Non confunditur eos vo
care fratres,dicens,Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Vnde Christus ad Mariam magdal. dixisse Hebr.2.
narratur,Vade ad fratres meos,& dic eis,Ascendo ad patrẽ meum . Itaque Christus ad patrem ait, Ioh.20.
In medio ecclesiæ laudabo te.Sic autẽ laudabo,sicque laudans te pronunciabo.¶ (24) QVI time-
tis dominũ] timore casto & sancto [LAVDATE eum] omne bonũ ipsi fontaliter ascribendo, ac o-
mnia ad laudẽ & gloriam eius agendo [VNIVERSVM semen Iacob].i.omnes qui veri filii estis pa- 1.Cor.10
B triarchæ Iacob,non solũ carnis propagine,sed fidei quoq; ac vitæ imitatione,vitia supplantando cũ Gen.35
Iacob qui supplantator interpretatur [GLORIFICATE eum].i.gloriã date nominis eius, non vo
bismetipsis,quoniã & Apost.ait,Soli deo honor & gloria.Et apud Esaiam dñs dicit, Ego dominus, 1.Timo.1
hoc est nomen meũ,gloriam meã alteri non dabo.¶ (25) TIMEAT eũ omne semen Israel].s.oẽs Esaię.42
filii Iacob,qui dictus est Israel,quoniã vidit deũ.Omnes ergo homines contẽplatiui, videlicet mun-
di corde & simplices,atq; quietem amantes sunt semen Israel.i.vita & contẽplatione,sanctum Iacob
secundũ quod Israel dictus est,imitantes.In Genesi enim legitur, Factus est Esau vir gnarus venan- Gen.27
di & homo agricola,Iacob autẽ vir simplex habitabat in tabernaculis. Ideo autẽ omne semen Israel
timeat deũ timore reuerentiali ac filiali,ne sit deo ingratũ de beneficiis,Christo & per cõsequens to-
ti generi humano collatis.Nam subditur,[QVONIAM non spreuit] displicẽtia interiori [NEQVE
despexit] exteriori repulsa [DEPRECATIONEM pauperis] .s. mei filii ipsius, qui pauper vixi in
mundo.¶ (25) NEC auertit faciem suã].i.pietatis suæ respectum [A me, & cũ clamarem ad eũ ex-
audiuit me.] Videtur hoc contrarium his quæ superius dixit, Deus meus clamabo per diem,& non
exaudies.Sed quoniã ibi ostensum est,ꝙ licet Christus non sit exauditus à patre , quantũ ad aliquid,
simpliciter tamen exauditus est.Iccirco quod nunc dicitur prædictis cõsonat,& ea corroborat.Dein
de Christus ait ad patrẽ.¶ (26) APVD te laus mea in ecclesia magna].i laus qua ego laudor,teque
C laudari exhortor,est apud te.i.tibi placet,& refertur ad te in ecclesia magna.i.in ecclesia Christiana, Malach.1
quæ per orbẽ terrarum longe ac late diffunditur, quia per totã plebem catholicã deus pater & filius Esaię.42
eius laudantur.Propter quod dñs ait, Ab ortu solis magnũ est nomen meum in gentibus. Et rursus,
Cantate domino canticũ nouum,laus eius ab extremis terræ [VOTA mea].i.sacrificium nouę legis,
videlicet sacrificiũ corporis & sanguinis mei, [REDDAM] .i.per sacerdotes meos offerri faciã do-
mino [IN conspectu timentiũ eum].i.præsentibus atque cernentibus populis Christianis. Reddidit
quoque Christus vota.i.desideria sua deo patri in conspectu timentiũ eum,dũ post cœnam instante Lucæ.22
iam passione orauit,& orando desideria sua expresit,quæ habuit pro patris clarificatione,suiipsius
glorificatione,& discipulorũ omniumq; electorũ saluatione. Vnde apud Iohannem loquitur, Pater Iohan.7.
venit hora,clarifica filium tuum , vt filius tuus clarificet te.Et rursus,Pater serua eos in nomine tuo
quos dedisti mihi.¶ (27) EDENT pauperes].i.humiles mãducabunt sacramentum altaris,non so-
lum sacramentaliter,sed etiã spiritualiter,ideo [ET saturabuntur].i. mẽtaliter impinguabuntur cha
ritate,gratia,consolatione ac donis spiritus sancti [ET laudabunt dominũ] Iesum Christũ, qui est in
hoc sacramento dator ac donum [QVI requirunt eum] affectu,fide, & opere sequendo vestigia eius
[VIVENT corda eorum] spiritali vita [IN seculum seculi].i.sine fine.Nunc enim viuunt per fidem
& charitatẽ:consummatoq; cursu præsentis exilii,viuent per contẽplationẽ & gloriã. Viuent enim,
D quoniã fontẽ vitę.s.Christũ digne recipiunt,sicut & ipse testatur, Ego sum panis viuus qui de cœlo Iohan.6.
descendi.Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternũ.Insuper S.Dauid totius mundi conuer
sionem ad Christũ pręnuncians ait.¶ (28) REMINISCENTVR].i.delictorum suorũ diuinorũq;
beneficiorum quæ non pensabant,recordabuntur [ET cõuertentur ad dominum] saluatorẽ [VNI-
VERSI fines terræ] audita euangelicæ veritatis prædicatione. Ecce hic conuersio gentiũ apertissi-
me denunciatur,quã & Daniel prædixit sub his verbis,Ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ve Dani.7
nit,& ad antiquũ dierũ peruenit,& dedit ei potestatẽ & honorẽ & regnũ,& omnes populi,tribus,&
linguæ seruient ei.Et Esaias ait,Parauit dominus brachiũ sanctum suũ in oculis omnium gẽtium, & Esaiæ.52
videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. ¶ (29) ET adorabunt in conspectu eius].i. ipsum
dominũ tanquam præsentem adorabunt [VNIVERSAE familiæ gentium. ¶ (30) QVONIAM
domini] saluatoris [EST regnum] cuius non erit finis. Ipsius enim est regnũ militantis ac triũphan Lucæ.1.
tis ecclesiæ,quemadmodũ Ieremias prędixit,Regnabit & sapiens erit [ET ipse] dominus [DOMI- Iere.23.
NABITVR gentium] sibi per fidem obedientiũ. Vnde in Zacharia de Christo habetur, Et loque- Zach.9
tur pacem gentibus.Potestas eius à mari vsque ad mare,& à fluminibus vsque ad fines terræ.¶ (31)
MANDVCAVERVNT] corpus & sanguinẽ Christi sacramentaliter vel spiritualiter [ET adora-
uerunt] ipsum sacramentum.s.Christũ in sacramento contẽtum [OMNES pingues terræ].i. omnes
in gratia dei atque virtutibus diuites:de quibus dominus per Esaiam ait, Delectabitur in crassitudi-

Esaię.55. ne anima vestra. Et in Canticis, Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. [E N conspectu E
Cant.5. eius cadent] id est, Christum deuote colent atque humiliter adorabunt [O M N E S qui descendunt in
terram].i. omnes nascentes ac habitantes in mundo, secundum quod ad Abraham dicitur, In semine
Gen.12. tuo, videlicet Christo, benedicentur omnes cognationes terræ. Istæ vero distributiones intelligũtur
de generibus singulorũ, non de singulis generũ. ℭ (32) E T anima mea illi viuet].i. ad honorem &
gloriam eius totã suam vitã dei obsequio mancipabit [E T semen meum] id est, qui meo exemplo cõ-
uertuntur ad dominum [S E R V I E T ipsi] Hoc ad literam de Dauid accipi potest, quoniam anima
eius deo fidelis fuit, & multi filiorũ suorum deo deuotissimi erant. ℭ (33) A N N V N C I A B I T V R
domino generatio vẽtura].i. populus Christianus dicetur ad Christũ pertinere, & per annunciatio-
nem prædicatorũ conuertetur ad Christum, [E T annunciabunt cœli iustitiã eius].i. apostoli aliique
cœliformiter conuersantes in terra, prędicabunt euangelicã legem [P O P V L O qui nascetur].i. popu
Iohan.3 lo in Christũ credenti [Q V E M fecit dominus].i. quem ex aqua & spiritu sancto regenerauit. Mirabi
lis videtur ista connexio, quia verbo futuri tẽporis, puta nascetur, adiungit verbũ præteriti tẽporis. s.
fecit. Nam quod S. Propheta vidit futurum, quo ad temporalẽ successionem, vidit iam factum secun
dum prædestinationẽ æternam, tamque certissime cognouit futurũ, acsi iam factum fuisset.

ℭ E X P O S I T I O eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum. F

DEnique sancta ecclesia seu vnusquisque fidelium capiti suo se conformans, ac Christi vestigia
cruciformiter sequens, atq; variis tribulationibus grauiter molestatus, cũ Christo clamare po
test ad dominũ, Deus deus meus.i. o creator meus quẽ vnice diligo, cui me totum cõmitto, in
quo plenissime spero: respice in me miserũ & afflictum, non oculis vlciscentis iustitiæ, sed oculis tuæ
paternæ dilectionis, tuæ infinitæ pietatis, tuæ liberalissimæ bonitatis: quare me dereliquisti taliter ca
dere, tam dure tentari, tam dire affligi, in tanta mẽtis ariditate ac desolatione vexari, ita vt videar es-
se longe à salute mea.i. ab interiori vnione cũ te deo ac domino meo? Veruntamen id dico non quasi
Esaiæ.59 existimans aliquid sine rationabili causa fieri vel permitti à te. Vnde perpendo causam huius dereli-
ctionis meæ esse peccata mea, quemadmodũ in Esaia legitur, Ecce non est abbreuiata manus domi-
ni vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserũt
Thren.3. inter deũ vestrũ & vos. Vnde Ieremias ait, Nos inique egimus, & te ad iracundiã prouocauimus, ic-
circo tu inexorabilis es. Idcirco derelictionis suæ causam designans ait fidelis, Verba delictorũ meo-
rum.i. insolentia seu clamor vitiorũ meorũ id exigit: sicut & alibi scriptum est, Nunquid grande est
deo vt consoletur te? sed peccata tua hoc prohibet. Deus meus clamabo corde & ore per diẽ.i. quo-
1.Thes.3 tidie, imo indesinenter sicut ait Apost. Sine intermissione orate, & non exaudies ad votum vel secun G
Iacobi.4 dum desideriũ meum, secundũ ꝙ Iacobus ait, Petitis & non accipitis, eo ꝙ male petatis. Male enim
petitur, quod non in nomine saluatoris rogatur.i. quod ad veram beatitudinem nõ suffragatur. Ego
itaque clamabo ad te more ægri, qui propter doloris molestiam sæpe petit quod sanitati, quã optat,
Lucæ.11 repugnat, sed tu domine more piissimi ac expertissimi medici non exaudies, quoniã diligis me. Ideo
enim non exaudies, quia animæ meæ quod peto: non expedit, exaudies tamen ad salutem, si perseue-
ranter pulsauero: dabis enim mihi quod nosti prodesse ad beatitudinem animæ. Sic indulgẽtissimus
pater filio insipienti negat quod postulat, & præstat ei quod non postulat, vel etiã quod non vult. Et
nocte & nõ ad insipientiã mihi.i. per noctes clamabo ad te, qui non exaudies, sed clamor meus non
imputabitur mihi ad insipientiã, dũmodo intentio bona sit. non enim possumus semper in speciali
2.Cor.3 agnoscere quid nobis expediat. Instruimur ergo hoc loco vt nõ deficiamus, nec pusillanimitate fran
gamur orando, dum nõ exaudimur secundũ desiderium nostrũ, sed dilationẽ & inauditionẽ iniquita
ti nostræ ascribamus, vel etiã interdũ nostræ vtilitati, seu dispositioni diuinæ, credamusque firmis-
sime verbis Christi, prophetarũ, ac apostolorũ, quoniam quicquid à deo petimus, si petimus sicut pe
tendum est. s. perseueranter, salubriter, & pro nobismetipsis, tunc absq; omni ambiguitate sortiemur
à deo quod petimus. Non enim mentiri potest Christus qui ait, Omnis qui petit, accipit: & qui quæ-
rit, inuenit: & pulsanti aperietur. Itaque domine non exaudies, sed non ad insipientiã mihi, propter
id quod subiungitur, Tu autẽ in sancto habitas.i. in his qui tuis præceptis obediunt, qui cum Prophe
Esaiæ.7 ta dicere possunt, Custodi animã meam quoniã sanctus sum. Propter quod alibi scriptũ est, Hæc di- H
cit dominus excelsus & sublimis habitans æternitatem & sanctũ nomen eius, in excelso & in sancto
habitans, & cũ contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humiliũ & cor contritorum. Tu ergo
in sancto.i. in mundo corde habitas per charitatem, fidem, & gratiã, laus Israel.i. quem laudat omnis
Israelita seu homo cõtemplatiuus, qui vitia supplantauit, cuius cum Apostolo conuersatio est in cœ
lis, & reuelata facie gloriã domini speculatur. In te sperauerũt patres nostri, sancti apostoli, marty-
Philip.3 res, Anachoritæ, eremitæ, omnesque viri Christiani adulti sperauerũt, & liberasti eos à præsenti mi
seria, & ab æterna damnatione, atque ab vniuersis animarum saluti contrariis. Ad te clamauerunt cũ
Iob.13 certa, perseueranti ac inconcussa fiducia, quasi dicentes cum Iob, Etiam si occiderit me, in ipso spera
bo: & ideo salui facti sunt, tanquam æternam felicitatem adepti: in te sperauerunt, & non sunt confu
Eccle.2 si, quemadmodum in Ecclesiast. legitur, Respicite filii nationes hominum, & scitote quoniam nullus
sperauit in domino & confusus est: aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Ego autem sum vermis
& nõ homo. Hoc quilibet dicere potest vel propter mala pœnæ, vel propter mala culpæ. Vnde qui
variis pœnis mente & corpore cruciatur ad prouocãdum misericordiam domini, clamare potest ad
eum, Ego autem sum vermis, quia pœnis atque doloribus conculcatus, & non homo.i. nõ similis ho
minibus aliis, sed miserabilior ipsis. Idcirco sum opprobriũ hominũ & abiectio plebis. Nam omnes

A aspernantur, vilipendunt & deserunt me. Ideo subiungitur, Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis contra me, & mouerunt caput, subsannādo illudēdoque mihi, sicque deridendo dixerunt, Sperauit in domino, eripiat eum, hoc homines carnales dicunt dum vident iustos affligi, nō intelligentes ꝙ deus electos suos in pręsenti vita expurgat, quatenus emendatos post mortē statim recipiat. Hinc nempe legitur, Stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et de impiis subdit; Videntes turbabūtur timore horribili, dicentes, Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem sine honore. Vnde & Christus discipulis dixit, Eritis odio omnibus hominibꝰ propter me. Denique quod dictum est, Ego autem sum vermis, exponi potest de homine propter mala culpę, vt sit sensus, Ego autem sum vermis & nō homo, id est, tam irrationabiliter vixi, tantis peccatis subiectus sum, ac tantis culpis oppressus sum, vt dignus non sim homo vocari, sed vermis. Omnes vidētes me, id est, diaboli deriserunt me. Tunc enim nos irrident diaboli, dum seducti ab eis à via dei recedimus, atque eorū suggestionibus consentimus. Ideo autē mundanę mentes deridēt me, sicut & Iob ait, Deridetur iusti simplicitas. Quoniam tu domine es qui extraxisti me de ventre .i. de sacro baptismo renatum in Christo, eduxisti me per tuos ministros. Mater enim nostra est ecclesia, cuius venter dici potest sacrum baptisma, in quo spiritualiter regeneramur. de hoc deus extrahit baptizatos, quoniā gra- Sapien. 5 Mat. 10. Iob. 12

B tia atque virtutibus adornatos educit. Et tu domine es spes mea .i. obiectū, causa, & finis spei meæ ab vberibus matris meæ .i. ab vberibus sanctæ matris ecclesiæ. Vbera autē ecclesiæ sunt sapientia & charitas. Ait ergo homo fidelis ad deū, Spes mea ab vberibus matris meæ .i. in te confisus sum ex eo tempore quo ab ecclesia informatus sum instructione sapientiæ salutaris, atque expertus viscera charitatis tuæ circa me. hoc cōpetit eis qui vestē innocētiæ in baptismo receptā custodierūt immaculatam. De his vberibus in Canticis scriptū est, Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguētis optimis. Et alibi, Gaudete gaudio magno omnes qui lugebatis, vt potemini à lacte, & satiemini ab vberibus consolationis eius. Demum hęc vbera hortatur nos sugere excellentissimus archiapostolus in prima sua Canonica, dicens, Quasi modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Hic igitur iustus, cuius deus sic spes est ab vberibus matris suę, dicere potest quod sequitur, In te proiectus sum ex vtero, hoc est, ex fonte baptismatis coniunctus sum tibi per fidē, spem, & charitatē. Nam in baptismo non solū peccata donantur, sed etiā gratia, virtutes, & dona diuinitus infunduntur. De ventre matris meæ, iam dicto .s. ab ipso baptismo ecclesię, deus meus es tu, per cultū, quoniā interim fide & opere colui te solū vt deū. Dum ista ó peccator dicis vel audis, ingemisce ex cōpunctione cordis tui, ꝙ vestem innocētiæ perdidisti, ꝙ rursus ad vomitū reuersus, ista de teipso dicere nequis, & satage gratiā recuperare amissam, & cura ne recuperatā perdas, sed in ea incessanter Can. 1 Esa. 66. 1. Pet. 2 2. Pet. 2

C proficias, ne discesseris à me gratiā subtrahendo, aut nō exaudiendo. Quoniam tribulatio .i. tentatio multiplex, mundi, carnis, ac dæmonū proxima est mihi, qui in medio periculorum versor ac fluctuo. Ideoque ne discesseris à me, quoniā nō est qui adiuuet .i. adiuuare me possit præter te. Nā si alius me iuuat, hoc facit tua virtute, sicut testatus es, Ego dñs, & nō est alius, deus iustus & saluans, nō est præter me. Circundederūt me vituli multi .i. homines luxuriosi, petulātes, instabiles, qui nituntur me ad vitia inclinare, quibus ipsi sordescunt: tauri pingues, hoc est, superbi vitiis pleni: obsederunt me, quatenus vel minis, vel blanditiis auertāt me à tuo obsequio. Aperuerunt super me os suū, calumniando & persequēdo me, sicut leo rapiens & rugiens, quoniā animā meā conantur spirituali vita priuare. Sicut aqua effusus sum .i. ex molestia tentationū lassatus sum animo, exhaustusque viribus & victus, virtutes & gratiā perdidi, atq; per hoc effusus sum, hoc est, mente euacuatus: & dispersa sunt omnia ossa mea .i. virtutes animæ meæ infirmatæ sunt propter aduersitates insurgentes cōtinuo. Istud vero de sanctis martyribus plane intelligi potest, qui pro Christo sanguinē effuderūt, & corpore lacerati sunt. Factū est cor meum tanquā cera liquescēs .i. præ desiderio futurorum bonorū resolutum est cor meū in te, & præ timore atque dolore variorū malorum mollificatū est tanquā cera in medio ventris mei, hoc est, corporis mei. Aruit tanquā testa virtus mea .i. fortitudo animæ meæ cōfracta est, & quasi præ tædio atque acedia defecit, quando videlicet gratiā tuam atque cōsolationem internā subtra- Esa. 45

D his vel suspendis à me: & lingua mea adhæsit faucibus meis, quoniā propter animæ sterilitatē atque inopiam gratiæ non habui in ore verbū cōsolationis aut informationis, vt aliis possem prodesse. Dū enim spiritus sanctus intus non agit, lingua oris mox deficit. Propter quod ad Ezechielem dominus ait, Linguā tuam adhærere faciā palato tuo, & nō eris quasi vir obiurgans. Quo cōtra per Esaiam dictum est, Dominus dedit mihi linguā eruditam, vt sciā sustentare eū, qui lapsus est, verbo. O quā magnum donū est hoc, atq; prælatis maxime necessariū. & in puluerē mortis deduxisti me, hoc est, charitatē, quæ est vita animæ permisisti extingui aut minorari in me, exigētibus culpis meis. Hæc etiam de martyribus corporaliter intelligi possunt, in quibus tēpore passionis eorundē propter sanguinis exhalationē virtus corporalis exaruit, sicut de Christo ostensum est. Quoniā circundederunt me canes multi .i. detractores, iracundi, furiosi, qui vel blandiendo vel deterrendo conantur animā meam mordere, hoc est, à mansuetudine, humilitate, ac tranquillitate auertere, & suis caninis operibus conformare. De quibus ad Philippenses ait Apostolus, Videte canes, videte malos operarios, videte cōcisionem. Consiliū malignantiū obsedit me .i. homines in cathedra pestilentiæ sedentes, videlicet verbo aut opere alios inficientes vallauerunt me, quatenus decipiāt me. Foderunt manus meas & pedes meos, hoc est, læserunt, corruperunt, seu imperfectos fecerunt, vel penitus impedierunt operationes meas, ac animæ meæ gressus. Frequenter enim peruersi impediunt bonos, ab aliquibus operibus bonis, & tunc manus eorum ac pedes quasi confodiunt, ligant, & immobiles reddunt, dinume- Ezech. 3. Esaiæ. 50 Philip. 3. Psalmo. 1

rauerunt omnia ossa mea, hoc est, opera mea virtuosiora seu firmiora considerauerunt, non vt imi- E
tentur, sed vt male interpretentur, aut occasionē calumniandi scrutētur. Ipsi vero, prædicti homines
mali cōsiderauerunt mente, & inspexerūt oculis corporis me ex inuidia, quatenus noceant mihi. diuī
serunt sibi vestimenta mea. i. exteriora bona mihi abstulerunt, vel animæ virtutes, quibus ipsa spiri-
tualiter adornatur, quantum potuerūt corruperūt in me, & super vestem meā. i. super charitatē quæ
est vestis nuptialis electorū ad cœnam æterni cōuiuii, miserunt sortem, cōsulēdo inter se, quis eorum
Mat.7 tā cautus esset, ꝙ charitatē in me occidere posset, ac per hoc me penitus perdere. Sępenumero enim
homines seculares dum vident aliquē deo fortiter adhærentem, seu omnia relinquentē, atque mona-
sterium introeuntē, diligenter inquirunt seductorem subtilē ac lupū veste ouina obtectū, vt vestē cō
uersi diripiat. i. charitatis feruorem in eo occidat, sicque infrigidatū ad pristinā conuersationē redu-
cet. Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuū à me, in tantis tribulationibus constituto ad defen
sionē meam cōspice. i. vide quibus auxiliis egeo, & sicut indigeo sic semper succurre. Erue à framea,
id est, à peccato mortali quod est ensis & mors rationaliū creaturarum, animā meam, indulgendo mi
hi pœnam & culpā: & de manu canis. i. de potestate & nocumēto eorū, de quibus prędixi, Erue vni-
cam meā, id est, animā meā, quæ non est nisi vna in me, quod est cōtra eos, qui ponūt plures formas
substantiales in vno indiuiduo. Vel vnicā meā. i. animā meā, quā solam prę omnibus rebus creatis cu
Mat.16. stodire, saluare, ac diligere teneor: sicut tu domine in euangelio cōtestaris, Quid proficit homo si lu- F
1.Petri.5. cretur vniuersum mundū, se autē ipsum perdat, & detrimentū sui faciat? Salua me ex ore leonis, hoc
Iob.40 est, à deuoratione diaboli, qui circuit tanquā leo rugiens quærens quem deuoret. De quo scriptū est,
Ecce absorbebit fluuiū. i. animas seculares, & nō mirabitur, & habet fiduciā ꝙ influat Iordanis. i. ani
mæ religiosæ in os eius, & salua à cornibus vnicorniū, hoc est, à perditione & pompa animosorū, hu
militatem meā. i. paupertatē & vilitatem meā, videlicet me vilē & pauperē. Humilis quippe nō hu
milis, sed vilis appellari desiderat. Vnde dū homo pius se humilē nominat, non intendit sibi humili-
1. Reg.18 tatis virtutē asscribere, sed vilitatē & abiectionē suam cupit ab aliis sciri. Quemadmodū Dauid ait,
2. Reg.6. Ego sum vir pauper & tenuis. Et alibi, Ludam inquit & vilior fiam plus quàm factus sum, & ero hu
milis. i. vilis in oculis meis. Narrabo ò domine nomen tuū fratribus meis. i. laudē tuam aliis nuncia-
bo in medio ecclesiæ, hoc est, inter fideles laudabo te, nec erubescā nomē tuū coram hominibus, sed
Lucæ.14 in conspectu eorū confitebor tibi mente, ore, & opere. Quidā narrant, laudant, seu prædicant deum
ore, non opere. quia nō agunt quod docent, & eo ipso quo sic docent mortaliter peccant, quoniā ve
ritatē scripturæ ac spiritus sancti, qui est principalis autor scripturæ intentionē, quantū in se est eua-
cuant. Alii docent vita & fama duntaxat, quemadmodum monachi, & hi bene sufficiēterque agunt,
Esaiæ.16. dūmodo non teneantur ad informationē vocalem, alias intelligeretur de eis illud Esaiæ, Canes mu- G
Dan.12. ti non valētes latrare. Alii docent ore & opere, de quibus dicitur ad Danielem, Qui multos erudiūt
ad iustitiam, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Apud te domine deus laus mea in eccle
sia magna, id est, laus quā ego tibi attribuo in ecclesia Christiana est apud te, id est, in conspectu tuo,
qui omnia vides: & complaceat tibi, vota mea, id est, desideria atque orationes, ac hostias reddam, id
est, diuinæ maiestati offeram in conspectu timentium eū, publice bene agendo, & domino immolan-
Mat.5 do, quemadmodum in euangelio monet saluator. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt
opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quod intelligendum est de his bo
nis, ad quæ ex debito obligamur, & quæ notam singularitatis aut simulationis non continent. Edent
Eccl.15 pauperes, id est, spiritualiter à domino cibabuntur, quemadmodum scriptum est, Cibauit illum pane
vitæ & intellectus, & saturabuntur pietate diuina atque consolatione æterna in præsenti inchoatiue,
& in futuro complete. Cætera ex pręcedentibus satis elucescunt.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XXII.

### EXPLANATIO TITVLI.

AScribitur demum pręsenti psalmo titulus talis, Psalmus Dauid. i. psalmus iste conuenit Da-
uid & significatis per ipsum, videlicet Christo & ecclesiæ, ac singulis vere fidelibus. Exponē
do ergo primo hunc psalmum de ecclesia & vnoquoque fideli, sic ait, H

*Propter nomen tuum domine, deduc nos super semitas iustitiæ: subsequatur nos misericordia tua, ut in sempiternum habitemus in domo tua.*

### EXPOSITIO psalmi literalis.

Sap.2.12 DOMINVS] cui cura de omnibus in huius peregrinationis exilio [REGIT
1.Petri.5. me] hoc est, ad æternā beatitudinē dirigit me de necessariis tam menti quàm
corpori prouidet mihi, & impedimenta perueniēdi tollit à me: regit me, quo-
niam suæ legi ac fidei facit me subditū, & à dominio dæmonū ac seruitute pec
cati defendit me. Quoniā ergo sic regit me [IDCIRCO nihil mihi deerit] eo
Psalm.33 modo quo inferius dicitur, Timete dominū omnes sancti eius, quoniam nihil
deest timentibus eū: non ꝙ simpliciter nihil desit eis, alias essent perfecte bea-
ti, nec aliā vitā optarent, sed nihil deest eis, eorū quæ necessaria sunt saluti, vel
Matth.6. eorum quæ petunt à domino. Vnde dominus in euangelio ait, Primū quęrite regnum dei, & hæc o-
mnia adiicientur vobis. Nihil quoque deest ei, quem deus regit per specialē prouidentiā, quoniā bo-
na futura quæ nondū habet in re, habet in spe, & in propinqua dispositione, imo iam vnum pedem

A habet in cœlo,itaque nihil mihi deerit,ſed vbi?ſubiungit, [I N loco paſcuæ ibi me collocauit,factus
me fidele atq; obediens membrũ eccleſiæ,ita vt ſtando & perſeuerando in eccleſiaſtica vnitate,poſ-
ſim frui prædictis eccleſiæ paſcuis,quibus ſpiritualiter impinguãtur fideles animæ.Iſtud ergo eſt pri
mum beneficiũ gratię dei,ꝙ deus ponit hominẽ in vnitate eccleſiæ,quæ in ſacra ſcriptura frequen-
ter dicitur regnũ dei.Propter quod ait Apoſt.Gratias agimus deo & patri qui nos trãſtulit in regnũ Colo.1.
filiũ dilectionis ſuæ.Et Petrus,Virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lu 1.Petri 2.
men ſuũ.Deinde cõmemoratur ſecundũ beneficiũ dei. ¶ (2) S V P E R aquam refectionis educauit
me] hoc eſt,ſalutari eruditiõe enutriuit me,vt ita poſſim inter bonũ ac malũ diſcernere in virtutib⁹,
& ad ſpiritualis incrementi perfectionem venire. Aqua refectionis eſt diuina doctrina mentẽ conſo
lans,confortans,& alens,iuxta illud Eccl.Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum . Et ad Romanos, Eccle.15.
Quæcunque ſcripta ſunt,ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt,vt per patientiã & conſolationẽ ſcriptura- Roma.15
rum ſpem habeamus.Super hanc igitur aquã educatur homo à deo,quãdo illuminatur à ſpũ ſancto,
vel proprio ſtudio,vel alterius magiſterio intelligit quæ ad interiorẽ profectum reſpiciunt, ſicut mo
net Apoſtolus,Docentes & cõmonentes voſmetipſos in hymnis & pſalmis & canticis ſpiritalibus, Coloſſ.3.
cantantes & pſallẽtes domino in cordibus veſtris ſemper.& Eſaias ait,Haurietis aquas.i. ſpirituales
doctrinas in gaudio de fontibus ſaluatoris.i.de Euangeliis ſeu inſtructionibus Chriſti.Deinde ponit Eſaiæ.12.
B tertium beneficiũ dei [A N I M A M meã conuertit].i.per ſalutarẽ eruditionẽ accendit animã meã di-
uino amore qui vnit mentẽ creatã proprio creatori,quæ vnio amoroſa vocatur cõuerſio mentis ad
deum.Itaque animã meã conuertit à multis ad vnũ,à turbatione ad quietẽ, à creatis caduciſq; rebus
ad increatũ incõmutabileque bonũ.Poſt hæc ſubdit de quarto beneficio. ¶ (3) D E D V X I T me ſu-
per ſemitas iuſtitiæ] Semitæ iuſtitiæ ſunt opera præceptorũ diuinorum.Itaque deduxit me ſuper ſe-
mitas iuſtitiæ.i.gratia ſua auxiliante ac duce fecit me diuina præcepta ſeruare , mãdata charitatis dei
& proximi adimplere:& hoc contulit mihi non propter mea merita, ſed [P R O P T E R nomen ſuũ]
hoc eſt,propter propriã ſuam bonitatẽ & charitatẽ ad gloriã nominis ſui . Quemadmodũ Salomon Prou. 16.
ait,Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt dominus. Vnde per Oſee dñs dicit,Perditio tua Iſrael ex Oſee.13
te,in me tantũmodo auxilium tuum. Nullus ergo lætetur in ſe,nullus de ſua iuſtitia glorietur in ſe- 2.Co.10.
ipſo:ſed vt ait Apoſtolus,Qui gloriatur,in domino glorietur. Attende antẽ pulcherrimũ ordinẽ ho
rum. Primo,educatur anima ſuper aquas refectionis. Secundo conuertitur. Tertio ſuper iuſtitiæ ſe-
mitas ducitur.Primo enim oportet animã illuminari ad cognoſcendũ.Deinde ex veritatis cognitio-
ne inflãmari ad amorẽ boni,tertio ex amore ad exterioris conuerſationis rectitudinẽ tẽdere. Poſſunt
autẽ hæc de populo nouę legis ſpecialiter explanari,vt ſit ſenſus,ſuper aquã refectionis.i.in fonte ba
ptiſmatis hominẽ ſpiritualiter regenerantis,& gratia refouentis educauit me.i. de imperfecto pueri-
C liq; ſtatu ad ſtatũ perfectũ tranſtulit animã meã.Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ.i. euangelica con
ſilia dedit mihi adimplere,& in hoc deduxit me,quoniã ipſe prior impleuit ea, quatenus ego ſequar
veſtigia eius.Inſuꝑ ponitur quintũ bñficiũ quod eſt quaſi ſignũ ꝓdictorũ beneficiorũ. ¶ (4) N A M
& ſi ambulauero in medio vmbræ mortis] hoc eſt,ſi fuero inter magna pericula quæ tã propinqua
ſunt morti vt vmbra caligini [N O N timebo mala].i.nõ timebo incidere malum culpæ,neq; timebo
perpeti mala pœnæ propter fiduciã mentis,& animi fortitudinem quã mihi dediſti. Vnde ſubiungit Roma. 8.
[Q V O N I A M tu mecũ es].ſ.per gratiã. Talis erat Apoſtolus, Certus ſum (inquiens)quia neq; mors
neq; vita neq; angeli neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei.Hoc eſt quod apud Iere Iere.20
miã dicitur,Dñs mecũ eſt quaſi bellator fortis.Idcirco qui perſequuntur me cadent & infirmi erũt.
¶ (5) V I R G A tua].i.paterna tua correctio [E T baculus tuus] hoc eſt,pia ſubuẽtio tua [I P S A me
cõſolata ſunt] quia ex tali viciſſitudine viſitationũ tuarũ cõcepi fiduciam in te,credens me pertinere
ad numerũ filiorũ tuorũ,quos in præſenti vita per virgã præſentis tribulationis emẽdas, atq; per ba
culũ piæ cõſolationis ſuſtentas. Talis quoq; viciſſitudo facit me cognoſcere propriã infirmitatem,&
experiri tuã clementiã.Gaudeamus ergo dũ aduerſis cõcutimur:quia vt Iob ait, Beatus hõ qui corri Iob. 5.
pitur à dño.Et in Apocalypſi dñs,Ego (inquit) quos amo,arguo & caſtigo. & hoc eſt ſextũ benefi- Apoca. 5
ciũ dei. ¶ (6) P A R A S T I in cõſpectu meo menſam].i.cõmunionem corporis & ſanguinis Chriſti
D [A D V E R S V S eos qui tribulãt me] hoc eſt,contra oẽs tentationes hoſtiũ animę meæ. Vel mẽſam.i.
diuinã ſcripturã,in qua tot ſunt fercula quot ſalutares ſenſus cõtinentur in ea. Iſtud quoq; eſt ſepti-
mũ beneficiũ dei. ¶ (7) I M P I N G V A S T I in oleo caput meũ] hoc eſt animã meã ſpirituali iucun-
ditate impleſti:quod eſt octauũ beneficiũ [E T calix meus inebrians].i.ſanguis Chriſti cõtentus in ca
lice benedictionis mentẽ diuino amore inflãmans,& velut ebriã faciens, qm̃ facit eã inferiorũ imme
morẽ ac diuinorũ ſitibundã [Q V A M præclarus eſt] hoc eſt, multũ clarus,ſanctus & nobilis eſt,imo
plus quã dici poſſit,vel credi.Poſtremo ponitur nonũ beneficiũ. ¶ (8) E T miſericordia tua ſubſe-
quetur me omnib⁹ diebus vitæ meæ].i.grã tua quæ me prçuenit ꝑmanebit in me,neq; relinquar à te
donec ad te ſummũ bonũ beatificãdus ꝑuenero,& eſt hoc verbũ bonę ſpei. Omnia autẽ ꝓdicta mihi
ô dñe prçſtitiſti propter id,quod ſeqtur. ¶ (9) E T vt inhabitẽ in domo dñi] hoc eſt,vt poſt prçſen
tem miſeriã demorari merear in regno cœlorũ q̃d eſt domus tua,de qua in Euãgel.ſcriptũ eſt:in do- Iohan.14
mo pr̃is mei mãſiones multę ſunt.Ad hũc etenim finẽ referẽda ſunt omnia dona, & oꝑa vitæ p̃ſtis,
vt inquã inhabitẽ in domo tua nõ modico aut tẽpore finito ſed [I N longitudinẽ dierũ].i.in æternũ.

¶ E X P O S I T I O anagogica eiuſdẽ pſalmi de Chriſto, & de beatis, ſeu cõprehenſoribus.

ALiter reguntur viatores à deo,& aliter cõprehẽſores.Viatores enim reguntur per hoc quod
ad beatitudinẽ nondum adeptam ſeu finem à ſe diſtantẽ dirigũtur. Cõprehenſores vero per
hoc reguntur à deo,quod immobiliter in ipſo fine adepto ſeu beatitudine cõſeruãtur. Chri-

ſtus ergo vt homo ſeu cõprehenſor,ſingulique beati dicere poſſunt in patria cõmemorando beneſi- E
cia dei ad gloriã creatoris,Dominus regit me,quia in nullo ſinit me errare:& nihil mihi deerit, quia
æternaliter contentantur in deo:in loco paſcuæ.i. in ſupercœleſti paradiſo beatiſsimæ voluptatis:ibi
me collocauit,inter angelicos choros.Vel,in loco paſcuæ.i.in affluentia cœleſtium deliciarũ. Super
aqua refectionis educauit me,hoc eſt,viſione clara per ſpeciẽ ſeu beatifica cognition e diuinę eſſentię
Pſalm. 35 aluit me,de qua viſione infra habetur. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Ipſa nanq; viſio dei eſt
omnium beatorũ refectio vniuerſæ iucunditatis plenitudinem cõtinens,& hac viſione anima Chri-
ſti ab initio ſuæ incarnationis excellentiſsime plena fuit:animã meam conuertit.i. inauertibiliter ſibi
coniunxit,confirmãdo eam in ſui amore,ita vt nil inordinate poſsit appetere. Deduxit me ſuper ſe-
mitas iuſtitiæ propter nomen ſuũ.Beati in patria deo attribuũt ꝙ ſaluati ſunt , eique de ſua ſaluatio-
ne regratiantur,dicentes inter ſe,Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, quando adhuc peregrinabar in
mundo,& non dereliquit me falli,ſed propter nomen ſuum perduxit me recto tramite de via ad pa
triam.Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniã tu mecum es.Hunc
verſum beatis cõpetere certum eſt,quoniã nec malũ culpæ,nec malũ pœnæ poſſunt timere. Quan-
uis enim in ipſis permaneat donũ timoris, non tamen quantũ ad hoc ꝙ actus eius eſt fugere malum,
ſed prout actus eius eſt deũ revereri.Virga tua & baculus tuus,quibus in via viſitaſti me,ipſa me con
ſolata ſunt,hoc eſt,ad iſtã conſolationem cœleſtem prouexerunt me. Nam flagella pro peccatis inſi F
cta quæ nomine virgæ ſignantur purgant animã,vt luci diuinæ fiat vnibilis.Conſolationes vero di-
uinæ in hac vita à deo clementer infuſæ animã accendunt ad concupiſcendam perfectã dulcedinem
patriæ.Beati ergo in patria regratiantes deo,ꝙ eos in hac vita tam paterne correxit, atque tam dul-
citer ſuſtentauit,dicunt,Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.Sed videtur, ꝙ iſtud beatis
conuenire non poſsit,videlicet vt recordentur in patria eorũ quæ paſsi ſunt in via, quoniã in Eſaia
Eſa.65. habetur,Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores,& non erunt in memoria.Et reſpondendũ,ꝙ ſan-
cti in patria recordantur malorũ quæ paſsi ſunt in via,quatenus talis memoria eſt ipſis materia gau-
diorum,non autẽ inquantum memoria mali,ſeu pœnę eſt occaſio alicuius triſtitiæ.Nam & Chriſtus
in corpore ſuo glorioſiſsimo ſibi retinuit ſigna quinque vulnerũ , non ſolum vt in die iudicii ingratis
oſtendat quid pro eis paſſus ſit,ſed vt in æternum homines ſancti in patria videant,quid pro ipſorũ
ſalute pertulerit,atque ex hoc inæſtimabili inflãmentur amore ac gratiarũactione.Paraſti in conſpe-
ctu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Iſtud beatis non cõpetit,quoniã nullus tribulat eos,
ſed de Chriſto ſecundũ ꝙ conuerſabatur in mundo, & paſsibilis erat tanquam aliquo modo viator,
expoui poteſt.Ait ergo Chriſtus ad deum, Paraſti in conſpectu meo menſam. i. pane illo pauiſti me
Lucæ.14 ſemper.de quo in Euangelio ſcriptum eſt,Beatus qui manducabit panẽ in regno dei.Illa enim men- G
Lucæ.22 ſa quę modo paratur beatis in patria:de qua dicit ſaluator,Ego diſpono vobis regnũ vt edatis & bi-
batis ſuper menſam meã in regno meo.Illa (inquam) mẽſa animæ Chriſti ſemper parata fuit,quo-
niam ſemper deũ per ſpeciem vidit,ſicut beati. Hæc vero menſa intelligi poteſt ipſa felicitas, in qua
velut in menſa conſtitutæ ſunt omnes delitiæ,quoniã teſte Boethio, Felicitas eſt ſtatus omnium bo-
Boethius norum aggregatione perfectus.De hac itaque menſa ait Chriſtus ad patrẽ, Paraſti in conſpectu meo
menſam,hoc eſt,animæ meæ oſtendiſti ac præſtitiſti felicitatem perfectã, aduerſus eos, qui tribulant
me,puta Iudæos.Hæc ſiquidem menſa in tantũ cõfortauit, & immobilitauit animã Chriſti, ꝙ aduer
ſarios non expauit.Impinguaſti in oleo caput meũ.i.perfecta dulcedine atq; dulciſsima beatitudine,
lętificaſti mentẽ meã.Hoc omnibus cõprehenſoribus conuenit,& calix meus inebrians,hoc eſt,fons
vitæ ad ſacietatem me potans, vel ipſe ſapor æterni fontis me plene reficiens, quàm pręclarus eſt.i.
quàm incõprehenſibiliter omnẽ ſenſibilem delectationẽ excedit?quod nemo nouit niſi expertus . Et
miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.i. lumen gloriæ quod eſt gratia conſum-
mata,& beatitudo cœleſtis quę eſt vita æterna mihi miſericorditer. i. vltra condignum collata in me
perſeuerabunt ſine fine, quatenus ſim ſecurus de æternitate beatitudinis meæ. Et vt inhabitẽ in do-
mo domini,hoc eſt,cœlo empyreo,quod eſt locus beatificæ contẽplationis,in longitudinẽ dierum.i.
per ſecula infinita ſeu in æuo quod eſt mẽſura durationis beatorũ infinitos dies, ſi eſſent,cõplectens.
Ecce in pſalmo iſto breui verbis,ſed non breui virtutibus,cõmemorauit deiformis Propheta multa
& magna atque præcipua dei beneficia. Idcirco decet nos hunc pſalmum tanto cordialius , iucun- H
dius,atque deuotius decantare,quo tantum benefactorem ardẽtius obligamur diligere, eiuſque piiſ-
ſima ac liberaliſsima dona diligentius conſiderare, magnipendere, ac amare:& vtique qui pſalmum
iſtum attente pronuntiat,ipſum promendo vehementer in dei amore incaleſcere poteſt.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XXIII.

### EXPLANATIO TITVLI.

DEnique huius Pſalmi iſte eſt titulus,Pſalmus Dauid prima ſabbati. Prima ſabbati eſt dies do-
minica qua dominus à morte ſurrexit.Iudæi enim propter reuerentiã ſabbati,omnes dies ſe-
ptimanæ appellant à ſabbato.Nã diem immediate ſequentẽ diem ſabbati nominant primam
ſabbati:ſecundo ſequentem ſecundam ſabbati,ſicque de aliis . Gentiles vero vocant dies nominibus
planetarum dicentes dies ſolis,dies lunæ &c.Chriſtiani autem dies nuncupãt ferias, quoniã ſemper
feriandum eſt à peccatis.Eſt igitur huius tituli ſenſus,Pſalmus Dauid.i. pſalmus iſte conſcriptus eſt
à Dauid,pro gloria reſurrectionis Chriſti,quæ facta eſt prima ſabbati valde mane.Ait itaque.

A PRECATIO.

*Domine uirtutum & rex gloriæ, purifica conscientiam nostram, ut innocentes manibus & mundi corde semper existentes, benedictionem & misericordiam æternam à te percipiamus.*

EXPOSITIO Psalmi literalis.

(1) DOMINI] cuius nutui omnia parent [EST terra & plenitudo eius] .i. ipsum
elementũ & omnia in ipso cõtenta, videlicet homines terræ nascentia, & iumẽ
ta, q̃d cõsequẽter clarius exponit [ORBIS terrarũ] hoc est, omnis circũferen
tia partiũ terræ [ET vniuersi q habitant in eo] Omnia ista sunt dñi, sicut crea
toris, gubernatoris & conseruatoris, quẽadmodũ in libro Iob de deo habetur, Iob.34
Quẽ constituit aliũ super terrã, aut quẽ posuit super orbẽ quem fabricatꝰ est?
In quo hæresis Manichæi ac Valentini dicentiũ ista inferiora nõ esse creata à
deo lucis, confunditur. Signũ autẽ huius .s. ꝙ dñi est terra & plenitudo eius, est
id quod subditur, (2) QVIA ipse] dñs [SVPER maria] hoc est, sup aliqua brachia maris ocea-
ni quod terrã cingit & ambit [FVNDAVIT] .i. firmiter collocauit [EVM] .s. orbem terrarũ: non ꝙ
terra simpliciter sit superior aqua, qm̃ terra est centrũ vniuersi. Vnde necesse est ipsam esse in medio
B mundi, & per consequens ab aqua cingi, & in medio eius locari pro maiori sua parte. Dicitur ergo
terra super maria fundata, quia diuina virtute factum est vt nõ sit tota aquis operta, nec mare erum-
pens ipsam operiat, sed pars eius est superior mari quantũ ad partes maris terræ vicinas, quatenus a-
nimalia cõmorari possint in ea. Idcirco subiungit [ET super flumina præparauit eum] .i. fecit orbem
terræ quantũ ad aliqua loca eminentiorẽ ripis fluuiorum præparans habitationi viuentiũ. Et in isto
apparet ineffabilis sapientia, atque omnipotens virtus creatoris, quemadmodũ per Ieremiã ait, Audi Ierem.5
popule stulte qui non habes cor. Me non timebitis qui posui harenã terminũ mari, pręceptũ sempi-
ternum quod non præteribit? intumescent fluctus eius, & non trãsibunt illud. Ad beatum Iob, Quis, Iob.38.
inquit, conclusit ostiis mare quãdo erumpebat quasi de vulua procedens? Circundedi illud terminis
meis, & posui vectes & ostia: & dixi, Hucusque venies, & non procedes amplius. Potest autem hic lo
cus magis spiritualiter explanari. Vt sit sensus, Dñi est terra, hoc est militans ecclesia in terra peregri
nans atque instar bonæ terræ vberes fructus sanctæ conuersationis producens: & plenitudo eius .i.
tota virtus, gratia, atque perfectio fidelium, domino ascribẽda est, sicut datori qui dedit: & fini, pro-
pter quem omnia fieri debent. Orbis terrarũ .i. hæc ipsa ecclesia per totum mundũ diffusa, seu ex po
pulis omniũ finium mundi collecta, & vniuersi qui habitant in eo .i. omnes Christifideles in eccle-
C siastica vnitate, fide & opere stabiles sunt domini Iesu Christi, qui proprio sanguine sibi acquisiuit
eandẽ, secundũ Apostolum, cuius rationem subiungit, Quia ipse super maria, hoc est, super homines Ephe.5.
seculares, tanquã mare fluctuantes de vanitate in vanitatem, & nunquam in dño stabilitos. Vel, super
maria .i. super tribulationes & amaritudines fluctusq; seculi: fundauit eum .i. corroborauit ecclesiam,
non ꝙ prædicta sint fundamenta ecclesiæ, sed quia Christus stabiliuit ecclesiam aduersus prædicta,
ne obruatur, vel penitus superetur ab eis, fecitque ecclesiam firmiorem ac sublimiorem prædictis, su
per quæ fundata asseritur. Propter quod subditur: & super flumina .i. super vitia, tanquã flumen fluen
tia, sicut luxuria atque cupiditas, quæ in bonis delectabilibus & vtilibus, inordinatæ & sine quiete
discurrunt, nec satiant, sed magis accendunt. Super hæc itaq; flumina præparauit eũ .i. ecclesiam, seu
fidelium congregationem, disponendo eam ad bellum contra vitia ista, quemadmodum ait Aposto- 2.Co.10.
lus, In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ uostrę non carnalia,
sed potentia deo. Postquam Propheta testatus est, omnia domini esse, nunc sciscitatur atque declarat
qui ad dominum tantæ maiestatis pertingere possit, & ait, (3) QVIS ascendet in montem do-
mini?] id est, quis de naturalibus peruenit ad apicem gratiæ? quis de seculo nequã intrabit sanctam
religionem? quis de seruitute peccati, ascendet ad obedientiam matris ecclesiæ? quis de imperfectio-
ne ascendet ad perfectionem? quis de hac valle lachrymarum, ascendet ad regnum cœlorum? [AVT
quis stabit in loco sancto eius?] id est, quis vsque in finem perseuerabit, in monte domini iam prædi-
cto atque exposito? Ascendunt enim interdũ & iam reprobi, sed non stant nisi electi. Omnes interro-
D gationes istæ, in idem redire videntur, & omnes per responsionem sequentem soluuntur. Respondet
enim Propheta, (4) INNOCENS manibus] qui alteri operando non nocuit [ET mundo cor-
de] .i. à sorde peccatorũ purgatus [QVI non accepit in vanum animam suam] hoc est, qui non negle
xit implere id propter quod anima sua creata est, corporique infusa. Creata enim & corpori coniun
cta est anima, vt virtutibus adornetur, scientiam salutarem adipisci conetur, domino cum omni obe-
dientia famuletur. Qui igitur ista acquirit & implet, non accepit in vanum animam suam [NEC iu-
rauit in dolo proximo suo] .i. nil promisit, quod nõ soluit, nil firmiter affirmauit, quod verificare nõ
potuit, nil cum iuramẽto asseruit, vt aliũ falleret. (5) HIC] qui ista obseruat [ACCIPIET bene-
dictionẽ] .i. gratiarũ dona, & multiplicationẽ eorum [A dño & misericordiã] .i. indulgentiã, & omne
quod petit [A deo salutari suo] .i. à deo in quo salus sua cõsistit, vel à Christo saluatore. Deinde quod
singulariter dixit, omnibus applicat iustis. (6) HAEC] .i. qui taliter viuunt [EST generatio quæ-
rentium eũ] quia isti sunt renati in domino, pertinentes ad numerum regeneratorum in Christo, &
quærunt dominum per fidem & sancta desideria bonaq; opera. Nec solum quærunt dominũ per fi-
dem, sed hæc est (inquit) generatio [QVAERENTIVM faciem dei Iacob] hoc est, desiderantiũ vi-
dere deũ in patria clare per speciem, in præsenti quęrunt eum contemplari volentes eum sicut nunc
possunt, sed in futuro cupiunt eum cognoscere, sicut & cogniti sunt. Si ergo tu deum quæris, si eum 1.Cor.13
videre, si ei coniungi desideras, fac proximo, quod tibi vis fieri: talem te exhibe fratri, qualem optas, Tobiæ.4

vt se deus exhibeat tibi. Ab omni vanitate, & vili occupatione atq; malitia, purga aciẽ mẽtis, quia deus B
non nisi à purgatissimis mẽtibus cernitur, nilq; vel minimẽ maculæ esse potest in anima, quæ diuinæ luci immediate iũgetur, quia tantũ à deo distamus, quantũ vitiis subiacemus. ℂ (7) ATTOLLITE portas principes vestras.] Hæc est vox angelorũ sanctorũ, cũ Christo ad inferos descẽdentiũ, eumq; præeuntiũ vt famuli dñm, & ad dæmones ita loquentiũ, Attollite.i. aperite, ô principes tenebrarum, portas vestras.i. claustra inferni, seu potestatẽ & ius, q̃d hucusq; habuistis in animas electorũ, propter originalis peccati reatũ, ob quẽ impediebantur ab ingressu regni cœlorũ [ET eleuamini portæ æternales].i. aperiamini prædictę portę, quæ ab origine mundi clausæ fuistis vniuersis, & sine fine clausæ manebitis reprobis, quantũ ad liberationẽ. Vel, eleuamini portæ æternales.i. ad Christi contẽplationem erigite vos ô animæ electorũ, quas Christus mõ ingreditur per beatificã visionẽ, & in æternũ in vobis manebit. Propterea subditur [ET introibit rex gloriæ] quod ad vtrãq; expositionem refertur. Nam infernum.i. limbũ patrum Christus intrauit, mẽtes quoq; animarũ illic captiuarũ ingressus est. Nã statim vt anima Christi à corpore suo gloriosissimo separata fuit, infernũ intrauit, & oẽs animas
Lucæ.11 sanctorum, clara diuinitatis visione beatificauit, quia pro originali plenissime satisfecit, propter cuius reatũ, animæ sanctæ retardabantur à visione beata. Ad hanc vocẽ, admirati dæmones, aiunt. ℂ (8) QVIS est iste rex glorię] qui tam inconsuete, tã gloriose, tamque secure descendit ad nos? Quibus angeli sancti respõdent [DOMINVS fortis] ratione diuinitatis [ET potẽs] ratione humanitatis, per F
cuius passionẽ, mortẽ, ac dæmones superauit [DOMINVS potens in prælio].i. in passione qua principẽ huius mundi alligauit, foras eiecit, & vasa eius diripuit. Hic ergo est rex gloriæ. Porro per hoc, quod isto in versu vocatur Christus rex glorię, atque in versu sequenti dñs virtutũ, manifeste probatur, q̃ ipse sit verus deus. Nulla enim pura creatura dici potest rex gloriæ, aut dñs virtutum, quia authoritatẽ regni, atq; dominii ex seipsa non habet. ℂ (9) ATTOLLITE portas principes vestras] Hæc est vox sanctorũ angelorum, Christũ in ascensione præcedẽtiũ, & cœlestibus ciuibus atq; principibus clamantium, Attollite ô principes, id est, angelicę potestates, portas vestras.i. reserate ingressum regni cœlorum, parantes introitũ filio dei, ac venientibus secũ, quatenus cum reuerentia debita suscipiatis eundẽ [ET eleuamini portæ æternales].i. patefacite vos ianuæ vitæ æternę. Portæ istæ nõ sunt corporaliter intelligendæ, sed facultas, virtus, seu ius ingrediendi vitã æternam, est porta cœlo-
Hebrę.9 rum, [ET INTROIBIT rex gloriæ] sicut ait apostolus. Non in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorũ, sed in ipsum cœlũ, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Interea angeli audiẽtes hanc vocẽ, aspicientesq; Christũ tã gloriose ascendere, inquirunt ab angelis superioribus. ℂ (10) QVIS est iste rex gloriæ?] tanquã à doctoribus cupientes plenius edoceri: quibus angeli cũ Christo venientes respõdent [DOMINVS virtutũ].i. ipsemet deus vnigenitus dei patris, qui est dñs Sabaoth.i. exercituũ atq; vniuersarũ virtutũ cœlestiũ, [IPSE est rex gloriæ].i. princeps lætitiæ, fons felicitatis æternæ, rex tantæ excellẽtiæ, cui secundũ q̃ hõ est, data est omnis potestas in cœlo & in terra. Aduerten- G
Mat.28 dum est hic, q̃ iuxta doctrinã diuini ac magni Dionysii, septimo cœlestis Hierarchiæ capitulo, Christo ascendente, Angeli tres quęstiones fecerunt. Prima fuit inferiorũ, quærentiũ à superioribus cum Christo veniẽtibus, Quis est iste rex gloriæ? Non.n. tã perfecte nouerunt mysteria Christi, vt superiores, quãuis secundum Augustinũ omnes angeli sancti agnouerunt à principio mundi mysterium
Esaiæ.63 Christi, videlicet incarnationẽ filii dei, & hoc saltẽ in generali. Secunda erat quæstio angelorum primæ ac summæ hierarchiæ, quærentium inter se, Quis est iste, qui venit de Edon, tinctus vestibus de Bosra? Edon interpretatur sanguinea, Bosra vero munita. Est igitur sensus. Quis est iste, tam præclarus & candidus, qui venit de mundo sanguineo per peccata, ac munito contra deum per malitiam? Hanc autem quęstionẽ, faciunt angeli summi inter se, non quasi volẽtes à seinuicem edoceri, quoniã omnes immediate illuminantur à deo, sed quærunt sic cõferendo inter se, quatenus ostẽdant se scientiam sanctã appetere, neque audere diuinã in eos processiuã instructionem anticipare, aut præfixos sibi terminos transilire, quasi deliberent. Primo inter se, vt fiant idonei ad illuminationem diuinam.
Esaiæ.63 Vnde & Christus per seipsum eis respondet, Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandũ. Tertia quæstio est, quã angeli summi faciunt Christo, dicẽtes, Quare ergo rubrũ est indumen
Ibidem. tum tuũ, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? Indumentũ Christi est corpus eius, quod fuit suæ diuinitatis templũ atque lambulũ. Est itaq; sensus, Quare sanguine rubricatũ fuit corpus tuum, H
Ibidem. sicut cicatrices testantur, si tam iustus es, & idẽ saluator? Quibus Christus respõdet, Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecũ.i. diabolum, peccata, & mundum solus deuici, & passionem pro omnibus pertuli, nec est aliquis patiens mecũ, pro mũdi sceleribus. Has quæstiones faciunt angeli summi, quia nec ipsi penetrare possunt profunditatẽ incarnationis, ac aliorũ mysteriorum domini saluatoris. Ecce psalmus iste lucifluus, breuiter docuit nos maiestatẽ contẽplari diuinam, cuius imperio vniuersa subduntur, quatenus excitet nos ad reuerentiam, ac sanctũ timorem altissimi creatoris. Docuit quoque qualem esse oporteat eum, qui ad dñm pertinere desiderat, quatenus exhortetur nos ad cordis munditiam. Postremo, docuit nos de Christi felicissima ascensione, quatenus eri-
Col.3. gat corda nostra ad superna, quemadmodum ait apostolus, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXIIII.

ℂ EXPLANATIO TITVLI.

Titulus psalmi est, In finem psalmus Dauid, id est, psalmus iste in finem, perficiẽtem seu consumantem.i. in Christum nos dirigens, est Dauid loquentis hic in persona pœnitentis, per fla-

A gella correcti. Est enim hic Psalmus oratio ecclesiæ, atque cuiuslibet vere contriti, consolationem ac opem quærentis, contra mala culpę & pœnę. Ait itaque.

PRECATIO.

*Memento nostri domine secundum misericordiam & bonitatem tuam, & pedes nostros de laqueo inimicorum euelle: ut qui aliquando ad mala currendo proni existebant, uias & semitas iustitiæ tandem te docente apprehendant, easque constanter & perseueranter incedere non desistant.*

❡ EXPOSSTSO psalmi.

AD TE dñe] Deũ totius salutis meæ summũq; bonũ cordis mei [LEVAVI animã
meã] p fidẽ certissimã te cõtẽplãdo, carnalia ac sensibilia deserẽdo, atq; in te omniũ
rerũ altissimo vertice, mentis meæ intuitũ affectuosissime figendo. quẽadmodũ Esa. Esaię. 52
monet, Excutere de puluere, cõsurge [DEVS meus] quẽ summe ac vnice colo & di
ligo [IN te cõfido] nõ in rebus caducis, Idcirco [NON erubescã]. i. da mihi vt nil di
gnũ erubescẽtia agã, videlicet, vt nõ peccẽ. Est. n. erubescẽtia, timor de aliquo turpi.
Nil autẽ pctõ turpius esse põt. Vel sic, nõ erubescã. i. nõ timeã propria pctã cõfiteri, sed impleã illud,
B Fili mi, da gloriã deo Israel, & cõfitere atq; indica qd feceris. Vel, non erubescã de ope bono, de quo Iosue. 7.
imperfecti sæpius erubescũt, propter aliqd cõsequẽs. s. ꝑpter pœnã, vel irrisionẽ aliorũ. Itaq; nõ eru-
bescã, ne mihi cõtingat, qd tu dñe Iesu in euangelio dicis. Qui me erubuerit & meos sermones, hunc Luc. 9.
filius hominis erubescet, cũ venerit in regno suo. Veruntamẽ est quædã erubescẽtia bona, de qua ait
philosophus, quod sit optima passio. Est. n. timor de aliquo inhonesto. De hac ergo nõ loquitur hic
propheta, imo rogare debemus dñm, vt omnino erubescamus, dũ aliquid vitiosum cõmittimus. Ne il
lud nobis dicatur, Frõs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Nã q in malo habituati Ierem. 3.
sunt, nõ erubescunt. Vel, nõ erubescã. i. nõ cõfundar à te, in die iudicii mei particularis, qñ anima mea
à corpore exiens, statim iudicabitur à te, neq; in die vniuersalis iudicii. Vnde subiũgitur. ❡ (2) NE-
QVE irrideãt me inimici mei]. s. dæmones, qui suos ministros mõ occulte deridẽt, sed in die vtriusq;
iudicii, maxime tñ in die extremi iudicii, eos manifeste irridebunt [ETENIM vniuersi qui sustinent
te]. i. qui nũc omnia, quæ sibi cõtingũt, æquanimiter ferũt, & tibi vltionẽ iudiciũq; cõmittunt, quẽad-
modũ scriptũ est, Mihi vindictã, & ego retribuã, dicit dñs, isti [NON cõfundẽtur) in tẽpore iudicio- Deut. 32.
rum istorũ: sed audiẽt verbũ illud honorificũ atq; dulcissimũ, Venite benedicti pris mei, percipite re Roma. 8.
gnũ, &c. ❡ (3) CONFVNDANTVR oẽs iniqua agẽtes superuacue]. i. pctõres qui inutiliter & va- Mat. 25
C ne malitias ꝑpetrant, cõfundãtur in pñti vita, ad pœnitẽtiã salutarẽ, ne ęternaliter cõfundãtur, quẽad
modũ scriptũ est, Cõfundimini & erubescite super viis vris: dicit dñs. Et hoc mõ qd dicitur, cõfundã
tur, optãdo exponitur. Vel sic, Cõfundãtur oẽs iniqua agẽtes superuacue. i. vituperẽtur à te, in æter- Ezec. 36.
numq; pereant, sicut cõminaris. Dabo, inquiẽs, vos in opprobriũ sempiternũ, & ignominiã æternã,
quæ nunq̃ obliuione delebitur. & ita qd dicitur, Cõfundãtur, intelligẽdũ est prophetatiue, nõ opta- Ierem. 23
tiue, nisi propheta dicat hoc de his, qui obstinati permanẽt, vel cõformando affectũ suũ diuinæ iusti-
tiæ. ❡ (4) VIAS tuas]. i. mandata tua dñe [DEMONSTRA mihi]. i. lumẽ gratiæ tuæ mihi infun-
de, quatenus tua præcepta actualiter pensem, ac diligẽter obseruẽ [ET semitas tuas doce me] Aliud
nihil dicit, nisi qd dictũ est, sed dictũ aliis verbis resumit, propter affectus sui feruorẽ, atque vt corda
nra inflãmet. Vel, semitas tuas. i. vias perfectas, quę sunt euãgelica cõsilia doce me nõ solũ vt ea infor
miter sciã, quod & reprobis cõpetit, sed vt opere & veritate ea perficiam. ❡ (5) DSRSOE me] ad
teipsum, & ad beatitudinẽ sempiternã, vt ad tuũ honorẽ omnia agã [IN veritate tua]. i. in lege diui-
na, quatenus secundũ eius rectitudinẽ & doctrinã, omnia opera mea disponã, ac ordinẽ ad vltimum
finem [ET doce me] vt sciã quid acceptum sit corã te omni tẽpore, sciamq; (prout hortatur Apl's) Sap. 9
quæ sit volũtas dei bona, bñplacẽs, & pfecta. Idcirco autẽ oro doceri à te [QVSA tu es deus saluator Roma. 12
meus] quia animã tuã posuisti pro me, & à peccatis, & à iugo diaboli, à dãnatione æterna redemisti Iohan. 10
me [ET te sustinui tota die]. i. omni tpe, q̃ viuo sub sole præstolatus sum tuã clementiã, & meipsum,
ac omnia quæ mihi euenerũt, tuæ pietati cõmisi, idcirco. ❡ (6) REMINISCERE miserationũ tua-
D rũ dñe, & misericordiarũ tuarũ, quę à seculo sunt. Reminiscẽtia & obliuio, in incõmutabili deo ꝓprie
nõ cadũt, sed p trãssumptionẽ, dicit deus reminisci, dũ exaudit, parcit, succurrit. Obliuisci vero, dum
opposito mõ se habet. Deniq; mĩa prout in deo esse cẽsetur, nõ est nisi bonitas eius piissima. Misera-
tio autẽ dei, est effect⁹ misericordiæ eius. Multæ ergo possunt esse miseratiões dei, qm multa sunt ope
ra pietatis diuinæ, sed mĩa dei nõ est nisi vna quę est diuina essentia. Cur ergo mõ pluraliter ait & mi
sericordiarũ tuarũ, nisi q diuina mĩa, quæ in se vna & simplex est, pluraliter nõiatur, propter diuersi
tatẽ suorũ effectuũ? Igitur dñe, reminiscere miserationũ tuarũ. i. attẽde quantã pietatẽ & grãm priori-
bus sanctis dedisti, & mihi fac, quẽadmodũ illis fecisti, indulgẽdo mihi semp in omnibus. Et remini-
scere misericordiarũ tuarũ, quæ à seculo sunt. i. recorderis pietatis tuæ æternę, quæ ab origine mundi
fuit in te, & effunde benignitatis tuæ effectus in me, clemẽtiæ tuæ abyssum, atq; totius misericordiæ
tuæ pelagus, in æternũ ostẽde in me. ❡ (7) DELSCTA iuuẽtutis meæ]. i. pctã cõmissiõis, facta in
iuuẽtute [ET ignorãtias meas]. i. pctã omissiõis [NE memineris] reseruando mihi pœnã æternã pro
eis, sed in psenti da mihi ea delere. Vel delicta. i. pctã ex malitia, seu electione mali ꝑpetrata. & igno-
rãtias. i. pctã ex infirmitate admissa, ne memineris. Omnis. n. qui peccat, vel peccat ex passiõe & iste
faciliter emẽdatur, quia passiõe cessante, cessat pctm̃. Vel ex habitu malo, videlicet ex certa malitia,
& iste difficulter corrigitur, quia difficile est habitum extirpare. Theologi vero dicunt, pctm̃ proce-
dere, vel ex infirmitate, quod est peccatum cõtra patrẽ, cui appropriatur potentia: vel ex ignorantia,

quod est pctm̃ cõtra filiũ, cui appropriatur sapiẽtia: vel ex certa malitia, quod est pctm̃ cõtra spm̃ san E
ctũ, cui appropriata est bonitas, sed hæc tria reduci possunt ad duo pdicta. ❡ (8) SECVNDVM mi-
sericordiã tuã memẽto mei tu]. i. nõ scdm mea pctã, nõ scdm iustitiæ tuæ rigorẽ, sed scdm miseri cor-
diã tuã fac mihi, pctã ignoscẽdo, gratiã infundẽdo, meq; in omni bono cõseruãdo: & hoc fac [PRO-
PTER bonitatẽ tuã dñe]. i. ,p pter teipm, & nois tui honorẽ. Hoc est q̃d Nehemias ait, Memẽto mei
Nehe. 13. deus meus in bonũ, & ne deleas miserationes tuas à me. ❡ (9) DVLCIS & rectus dñs]. i. suauis in
se, & aliis pius: rectus quoq;. i. iustus, imo, ipse est vniuersæ dulcedinis causa fontalis, cuius dulcedo in
seipso vere, simpliciterq; immẽsa existit [PROPTER hoc legẽ dabit delinquẽtibus in via]. i. homi
nibus q sæpe delinquũt in vita psenti, quæ est pegrinatio & via ad vitã æternã. Triplicẽ legẽ cõtulit
deus hominibus. s. legẽ naturalẽ, legẽ scriptã, & legẽ euangelicã: & oẽs hæ leges, sunt datę hominibus
Eccle. 17 quatenus iuste viuant: & deus propter suã dulcedinẽ & æquitatẽ, præstitit eas hominibus, qm̃ piũ ac
iustũ fuit, vt creator rõnali creaturę legẽ viuendi præfigeret, propter quod in Eccl. dicitur. Ostendit
Matth. 5. deus hominibus bona & mala, & lege vitæ hæreditauit illos. Iustitiã & iudicia sua ostẽdit illis, & di-
xit eis, Attẽdite vobis ab omni iniquo. Quod autem hic dicitur dulcis & rectus dñs, cõuenienter de
Luc 6 Christo accipitur, q legẽ euãgelicã dedit in mõte, vbi octo beatitudines discipulis declarauit. ❡ (10)
DIRIGET] ipse dñs p inspirationẽ, & grãm spũs sancti [MANSVETOS]. i. patiẽtes [IN iudicio]
discretionis, vt seipsos vere discutiãt, iudicẽt, & emendent. Diriget equidẽ eos, qm̃ impatiẽtia, quæ ra F
tionis iudiciũ plurimũ impedit, carẽt, ac per hoc capaces ac digni sunt à dño dirigi per dona spũs san
cti. Nã per donũ sapiẽtię iudicamus de diuinis, per donũ scientię de creatis, p donũ cõsilii de actibus
humanis [DOCEBIT mites vias suas]. i. dñs informabit homines, q iracũdiæ motus vicerũt, opera-
tiones salubres ac sanctas, quia ad omne bonũ dirigit eos. Cõiter accipi solent mãsuetudo & mitiras,
pro eodẽ: sed quia propheta loquitur de eis distincte, idcirco mansuetudo iam sumpta est pro patien
tia, quæ est virtus moralis, refrenans passionẽ tristitiæ, sicut & mititas iram restringit. ❡ (11) VNI-
VERSAE viæ dñi]. i. omnia opera dei sunt [MISERICORDIA & veritas]. i. in omnib⁹ effectibus
dei apparent atq; relucent misericordia dei & iustitia eius. In aliquibus m̃ misericordia dei euidẽter
apparet, vt in electis: & in quibusdã manifestius apparet iustitia, sicut in reprobis. Tamen qm̃ repro-
bi citra condignũ à deo in hac vita relinquuntur, & in inferno torquẽtur, idcirco in eis misericordia
dei apparet. Electi vero vltra cõdignũ præmiãtur, sicq; in eis misericordia locũ habet. & quod istud
est verũ, constat [REQVIRENTIBVS testamentũ eius, & testimonia eius]. i. hominib. qui in hac
vita requirunt legẽ diuinã: & veritates, quæ in ea credẽdæ tradũtur. Possent hic multa dici quomõ in
omni opere creatoris cõmiscentur, misericordia & veritas. De qbus Ansel. in suo prosologion pul-
cherrime tractat, ostẽdens quędã esse iusta ex parte dei, vt q malis miseretur, quia tã bonus est deus,
vt iustũ sit eũ etiã malis benefacere. Quædã vero sunt iusta ex parte dei & nostri, sicut dũ bonis be-
nefacit. Cur vero potius deus iuste eligat misereri vni malo q̃ alteri, à nobis inueniri nõ potest, imo, G
vt ait Aug. Hoc noli inuestigare, si nõ vis errare. Sed de ista materia transeo, & ad Anselmũ studio-
sos remitto. ❡ (12) PROPTER nomen tuũ]. i. propter teipsum, & vt ostẽdas diuitias misericordiæ
tuæ in me [PROPITIABERIS pctõ meo] vt spero [MVLTVM est enim] Nõ q multitudo pec
cati sit causa meritoria indulgẽtiæ dei, sed quia est causa ,ppter quã peccati remissio dici põt ,ppitia-
tio. Ponit autẽ hic singulare, pro plurali, dũ ait, propitiaberis pctõ meo, qm̃ sensus est, propitiaberis o-
mnib⁹ peccatis meis. Vnũ nanq; mortale pctm̃ sine alio, nunquã dimittitur in eo qui plura mortalia
habet, sed vnum veniale sine alio potest dimitti. Interea propheta mutat personã, & subdit. ❡ (13)
QVIS est hõ, qui timet dñm] casto ac filiali timore? hic talis magnus & felix est, qm̃ dñs [LEGEM
statuit ei]. i. legẽ diuinã proposuit ei [IN via quã elegit]. i. in sctã cõuersatione quã sponte assumpsit,
malam conuersationẽ contemnens. ❡ (14) ANIMA eius] qui sic timet dñm [IN bonis demora-
bitur]. i. in præsenti vita perseuerabit in gratia atque virtutibus, & in futuro æternaliter pmanebit in
gloria cum electis: eritq; vtrobiq; diues in Christo [ET semen eius]. i. fructuosa vita sua [HAERE-
DITABIT terrã]. i. in hoc seculo habebit corpus sibi ac rationi subiectũ, in futuroque seculo possi-
debit regnum cœlorum, quod est regio viuorũ seu terra viuentiũ. Et de vtraque hac terra exponi po
test, secundum modũ prædictũ, quod Christus in Euang. dicit, Beati mites, qm̃ ipsi possidebunt ter-
Matth. 5. ram. ❡ (15) FIRMAMENTVM]. i. causa omnis stabilitatis ac perfectionis [EST dñs timentibus H
Hebr. 13. eum] quemadmodũ apostolus, Optimũ (inquit) est gratia stabilire cor [ET testamentũ ipsius]. i. lex
dei ad hoc data est [VT manifestetur illis]. i. quatenus agnoscatur ac impleatur ab ipsis. Seqtur ver-
2. Cor. 3. sus dulcissimus ac saluberrimus. ❡ (16) OCVLI mei semper ad dñm]. i. intentio & contemplatio
cordis mei ad deũ erecta est semp. i. in omni tẽpore debito, vel semper actu aut habitu. Hoc cõuenit
Thren. 3. his qui cũ apostolo dicere possunt, Nos autẽ reuelata facie gloriam dñi speculantes, in eandem ima-
ginem transformamur de claritate in claritatem. Vnde ait Iere. Leuemus corda nostra cum manibus
ad deum in cœlos. Ideo autem, Oculi mei semper ad dominũ, [QVONIAM ipse euellet de laqueo]
liberabit de insidiis inimici, de omni tẽtatione & vitio, quibus anima captiuatur [PEDES meos] id
est, peregrinationem meam, seu actus vitæ meæ in isto exilio, laqueis pleno. ❡ (17) RESPICE in
me] implendo cordis mei affectum in bonis [ET miserere mei, quoniam vnicus] id est, solus & prę-
ter te adiutorẽ ac miseratorẽ non habens [ET pauper] indigẽs gratia tua, & nil boni potens per me
[SVM ego.] Hoc mõ vnica & pauper fuit illa sanctissima Ester, quæ dixit ad dñm, Adiuua me soli-
Hest. 14 tariã, & cuius præter te nullus alius auxiliator est. ❡ (18) TRIBVLATIONES cordis mei multi
plicatæ sunt] quia affligor pro peccatis cõmissis, affligor ,ppter defectũ perfectionis, affligor timore
Prou. 13. pœnarũ, desiderio gaudiorũ. Spes. n. quæ differtur, affligit animã. Affligor molestia tentationũ, com-

A pasſione proximorum. Qm̄ ergo tantis malis nunc tribulor. Ideo oro [DE neceſsitatibus meis erue me].i.ab indigentiis iſtis corporalibus cibi,potus,ſomni, veſtitus, atq; ſimiliū libera me,vt non tam frequenter impediāt animā à contēplatione diuina,ſed vtar eis ſolū quantum oportet,non quantum delectat: nec ſim ſolicitus de craſtino,ſed primo quærā regnum dei,ac per hoc,omnia illa mihi adiiciantur. ℂ (19) VIDE humilitatē meam].i.benigne conſidera vilitatē & contritionē meā, quomō meipſum contēno [ET laborem meū].i.ſatisfactionē pro culpis meis atq; conatū, quo facio quod in me eſt pro gratia acquirenda [ET dimitte vniuerſa delicta mea] quo ad pœnam & culpam. ℂ (20) Matth.6.
RESPICE inimicos meos].i.dæmones reprime,& homines malos conuerte,meque ab eis conſerua [QVONIAM multiplicati ſunt].i.quia propriis viribus eis reſiſtere nequeo, propterea ad tuam pietatē confugio [ET odio iniquo oderunt me] quia ſpūalia bona mihi auferre conantur,& à te deo meo elongare me cupiunt,quod eſt peſsimū odium, & pc̄tm̄ in ſpm̄ ſanctū, quod dicitur inuidentia fraternę gratiæ. ℂ (21) CVSTODIVI animā meam] in profectu virtutū & omni bono. Scio enim Prou. 14
ꝙ vtiliter ſcriptura admoneat, Omni cuſtodia ſerua cor tuum,qm̄ ex ipſo vita procedit. Sed qm̄ non ſufficio per meā virtutem hoc ipſum implere,quia (vt Ieremias ait) nō eſt in homine via eius: idcirco ô dn̄e,cuſtodi tu per continuā gratiā atq; angelicā opem,animā meā ne recedat à te [ET erue me] Iere.10.
B à malis præteritis,præſentib.& futuris [NON erubeſcam,qm̄ ſperaui in te] Hoc in primo huius pſalmi verſu ſatis expoſitū eſt. Deinceps cōmemorat beneficiū ſibi collatū à dn̄o, ſeu fructū ſperandi in deo,& ait ad gloriā creatoris. ℂ (22) INNOCENTES & recti].i.ſimplices, nulli nocentes ſed recedentes à malo,& iuſte facientes bonum [ADHAESERVNT mihi] cordis conſenſu approbando opera mea,& opitulando ſtudiis meis [QVIA ſuſtinui te].i.lōganimiter atq; fiducialiter expectaui in omni euentu. Vnūquodq; enim applaudit ſuo ſimili,qm̄ ſimilitudo eſt cauſa amoris. Ideo boni bonis adhęrent: & hæc ſola eſt vera & ſancta dilectio,quæ in ſimilitudine virtutis ac bono honeſto fundatur. ℂ (23) LIBERA deus Iſrael].i.populū te fideliter contēplantē [EX omnibus tribulationibus ſuis] dādo ei vitā ac requiē ſempiternā,poſt huius ſeculi pegrinationē pœnalē. Ecce q̃ affectuoſiſsimæ & efficaciſsimæ orōnes cōtinentur in pſalmo iſto: & q̃ ſuauiter atq; præclare laudatur deus in eo,tā quo ad ſeipſum q̃ in ordine ad ſuos effectus. Studeamus ergo hūc pſalmū prænobilē, cū cordiali contritione,cū guſtu mētali,cū charitate diuina,cum delectatione diuini præconii,cum ardenti affectu proficiendi cantare,vt deuotæ orationis effectum,diuinæque laudis fructū mereamur ſortiri.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM XXV.

C ℂ EXPLANATIO TITVLI.

BReuis demum eſt titulus pſalmi iſtius.ſ.Pſalmus Dauid. Et dicunt aliqui expoſitores, ꝙ hoc loco per Dauid non intelligitur Chriſtus,ſed quilibet homo perfectus. Veruntamen quicquid ſit de hoc,videtur omnino pſalmus iſte poſſe exponi de Chriſto,etiam aptius quàm de aliquo alio. Chriſtus ergo vt homo,ait ad deum.

PRECATIO.

*Deus innocentiæ author,& rectarū mētium ſanctificator,ure renes noſtros & cor noſtrū caſtimoniæ pacem nobis inſerēdo: nō ſedeamus cū cōſilio uanitatis,ut ſtātibus pedibus noſtris in directo digne in eccleſiis nomē tuū benedicamus.*

ℂ EXPOSITIO literalis.

IVDICA me dn̄e].i. à malis diſcerne & ſepara me,atq; ſecūdū iuſtitiam meā reſtitue mihi accidētale præmiū. Chriſtus enim optauit à malis ſecerni, ad patrem redire,& beatificari in corpore. Vnde in Euāg.ait, O generatio mala & Mat.17.
incredula,quādiu apud vos ero,quādiu patiar vos? Et iterum, Pater clarifica Iohan.17.
me claritate quā habui,antequā mundus eſſet coram te. Deus quoq; iudicauit Chriſtum hominē,iudicio diſcretionis & remunerationis. Ideo autē iudicari peto ô dn̄e [QVONIAM ego in innocētia mea ingreſſus].i. innocenter in omnibus cōuerſatus [SVM,& in dn̄o ſperans non infirmabor] mente, licet in corpore patiar,nā animo ſtabilis ero ac fixus in dn̄o. Chriſtus nāq; à perfecta fortitudine mētis nun
D quā defecit,q̃uis ſpontanea diſpēſatione quaſdā paſsiones animę aſſumpſit. Illæ quippe paſsiones non impediuerūt actū rōnis in ipſo. Nulla.n.paſsio appetitus ſenſitiui,ꝓuenit rationē in Chriſto, ſed ipſe quas voluit,ſponte admiſit. ℂ (2) PROBA me dn̄e].i.pmitte me pati aduerſa ac dura pro mūdi ſalute,vt oēs agnoſcāt me probatū & tibi acceptū. Itaq; proba me.i.p pœnas experire obedientiā meā, nō vt tu aliqd de nouo agnoſcas,ſed vt aliis probationē ac approbationem meā oſtendas [ET tenta mē].i.tentari me ſine à Satana,& à phariſęis ac ſcribis,quatenus mea tētatio fiat aliis cauſa vincendi tentationes: & mea reſiſtētia atq; victoria,fiat aliis forma reſiſtēdi tētatiōibus, ſuperādiq; eas [VRE] igne paſsionis [RENES meos & cor meū].i.naturā ſenſitiuā & appetitū ipſius. Nā tota natura corporea Chriſti vehemēti dolore paſſa fuit,dolor quoq; interior,& timor atq; triſtitia, prout ſunt paſsiones animę afflixerunt cor.i.appetitū ſenſitiuum,animæ Chriſti. Vel ſic, vre,igne ſancti ſpūs renes meos & cor meū.ſ.vt feruor charitatis in voluntate exiſtens,redūdet in inferiorē partem animæ, faciatq; appetitū ſenſitiuū ardenter paratū,ad ſuſtinendū ignominiā mortis pro mundo. Iſtud autē in Chriſto impletū eſt. Nam poſtquā ab oratione ſurrexit, Iudæis intrepidus obuiā iuit,& dixit, Quem Iohan.18
quęritis? ita ꝙ tunc natura inferior prōptiſsime,& ſine pauore ſequebatur appetitum intellectualem ac rationem. Porro ꝙ iſta Chriſto conueniant,patet ex eo quod apoſt.ait, Non habemus pontificem Hebr. 4.
qui non poſsit cōpati infirmitatibus noſtris,tentatū autē per omnia pro ſimilitudine, abſq; peccato.

Et iterum de Christo loquens, Debuit (inquit) per omnia fratribus similari. In quo enim passus est E
ipse & tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari. Ideo etiam Christus orat probari, tentari &
Heb. 2. vri, quia aliter non potuit gloriam suam intrare ac mundum saluare, eo modo quo ipse asserit, Non-
ne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Consequenter rationem assignat, cur
tam secure ista desiderat, & ait ad deũ. ❡ (3) QVONIAM misericordia tua ante oculos meos est]
id est, quia incessanter cõfido in te & in gratia tua, quam mihi misericorditer præstitisti, cõfirmatus
sum, ex quo certus sum nõ me posse deficere [ET cõplacui in veritate tua] .i. in tua iustitia, & secun-
dum exigentiã seu dictamen diuinæ tuę iustitiæ, placui tibi, eo ꝙ nihil vnquã peccati cõtraxi aut fe-
ci. Vnde nil erat in me, vnde displicere tuæ iustitię possem. Hoc est ꝙ euãgelistæ patrẽ dixisse testan
tur ad Christũ, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit. ❡ (4) NON sedi cũ conci-
lio vanitatis] .i. cũ vanis cõsiliatoribus vana & mala quærentib. non feci morã, adiuuando eorũ con-
silia, vel eis cõsensum præbendo [ET cũ iniqua gerentibus nõ introibo] viã iniustã, faciendo quę ipsi
faciunt, vel cõicando operibus eorũ infructuosis. & hoc ideo, quia ❡ (5) ODIVI ecclesiã malignan
tium] .i. congregationẽ eorũ, qui ex proposito peccatis insistunt, hos odio, inquantũ sunt malignan-
Lucæ. 19 tes, non in quantũ sunt homines. Odio igitur in eis non naturã, sed culpã: imo Christus pctõres dile-
xit, instruxit, conuertit, redemit, qm̃ filius hominis venit quærere & saluũ facere quod perierat [ET
Mat. 9. cum impiis] qui peccant in deũ [NON sedebo] mente approbando quæ agunt. Christus tamen (si- F
cut in Euang. scribitur) cũ publicanis & peccatoribus interdũ comedit, bibit, & sedit, non vtique nisi
vt eos ab errore reduceret, sciens ꝙ infirmi medico indigerent. ❡ (6) LAVABO inter innocentes
manus meas] .i. opera mea pura exhibebo, vel me ab omni peccato, quod Iudæi imputant mihi, ve-
raciter me coram te domine excusabo, sicut & omnes innocẽtes, qui false accusantur, facere possunt.
[ET circundabo altare tuũ dñe] .i. charitatẽ qua diligo te & proximũ, vndique adornabo operib. san
ctis, agẽdo & patiẽdo quicquid charitas exigit. Bene autẽ charitas appellatur dei altare, quia necesse
Leuit. 6 est omnia in charitate offerri & facere. Vnde in Leuit. habetur, Ignis est iste perpetuus, qui nunquã
deficiet in altari. Per hunc etenim ignẽ charitas designatur, quæ semp in ara cordis ardere exigitur.
❡ (7) VT audiã vocẽ laudis] .i. propterea circundabo altare tuũ, vt audiam vocẽ laudis, videlicet vt
Psal. 84 mente aduertam, quod mihi deus de sua maiestate per modũ laudis, reuelat. Quemadmodũ infra ha
Esaiæ. 30 betur, Audiã quid loquatur in me dñs deus. Et de Christo apud Esa. legitur, Dominus deus aperuit
mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii. Propter quod subditur hic [ET enarrẽ
vniuersa mirabilia tua] Christus enim prædicando narrauit mirabilia dei hominibus secundũ ꝙ ipse
Iohan. 15. apostolis dixit, Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Omnia enim quæ deus inspira
uit animę Christi, vt ea hominibus manifestaret, illa Christus enarrauit; non tamen simpliciter vni-
uersa mirabilia dei narrauit, quia nec mundus ea capere posset. ❡ (8) DOMINE dilexi decorẽ do-
Sap. 7 mus tuæ] .i. interiorẽ ornatũ animę, seu cordis munditiã, quia hæc docui verbo & opere. Dicitur au- G
tem anima domus dei, qm̃ anima iusti sedes est sapiẽtiæ, & deus per fidẽ habitat in cordibus nostris,
Ephe. 3 teste apost. Vel sic, Dñe, dilexi decorẽ domus tuæ .i. domũ tuã decorã, videlicet ecclesiã militantem,
Ephe. 5. quã mihi elegi in sponsam, non habentẽ maculam neq; rugam: hanc dilexi, quia pro eius salute san-
guinem fudi. dilexi quoq; [ET locũ habitatiõis gloriæ tuæ] .i. ecclesiã triũphantẽ, quia vt ræedificare
tur eius ruina, descendi in mundũ, & pertuli mortem. sed & ego cũ magno affectu ascendi in locum
Heb. 2. illũ cœlestem. Hoc est quod ait Apost. Decebat enim eũ propter quem omnia, & per quẽ omnia, qui
multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ salutis eorũ, per passiones consumari. ❡ (9) NE perdas
cũ impiis deus animã meam] dimittendo eã diutius in inferno, q̃ vsque ad tertiũ diẽ, sicut sæpe præ-
dictũ est, & ne perdas [CVM viris sanguinũ] .i. pctõribus [VITAM meã] corporalẽ, differendo re-
surrectionẽ meã vltra tertium diẽ. ❡ (10) IN quorum] impiorũ [MANIBVS] .i. operibus [INI-
QVITATES sunt] quia opera eorũ sunt vitiosa [DEXTERA eorũ] .i. actio eorũ, quæ iusta videtur
[REPLETA est muneribus] propter quæ à recta via recedũt. Est enim munus à lingua .s. adulatio,
aut fauor humanus: munus à manu, vt pecunia seu res terrena: munus ab obsequio, sicut seruitiũ im-
pensum. Propter hæc munera multorum dextera .i. apparens iustitia, obligatur atque inficitur. Quo-
Exod. 23 niam teste scriptura, Munera obcæcant oculos, etiã sapientium. ❡ (11) EGO autem] Christus filius
Eccle. 20 tuus [IN innocentia mea ingressus sum] quia sine dolo & iniustitia vixi [REDIME me] à malis H
præsentis seculi [ET miserere mei] accelerãdo resuscitationem corporis mei. ❡ (12) PES meus] id
Matth. 7. est, gressus totius conuersationis meæ [STETIT in directo] .i. mansit & stabilis fuit in via arcta &
Iohã. 14. recta, quæ ducit ad vitam. Quemadmodũ scriptum est, Quia diligo patrem, & sicut mandatum de-
dit mihi pater sic facio. Postremo, locus iste de Christo literaliter exponi potest, quod breuiter tãge
re congruit. Ait itaque Christus, Non sedi cum concilio vanitatis .s. Iudęorum, quorum consilio nun
quam intersui, vel consensi, & cum iniqua gerentibus .i. cum scribis & phariseis, legem Mosi carnali-
Apoca. 2. ter intelligentibus & male seruantibus non introibo vt sim particeps prauitatis eorum. Odiui eccle
Psalm. 1. siam malignantiũ, vtpote prædictorum Iudæorũ, quæ potius fuit synagoga satanæ quàm dei. & cum
impiis istis non sedebo in cathedra pestilentiæ, docendo quæ non ago, quẽadmodum ipsi. In his au-
tem verbis tangit Christus causam, ob quam Iudæi inflammati sunt inuidia contra eum, & ipsum oc
Sap. 2. ciderunt. Nam quia vituperauit vitam eorũ, seque ab ipsis subtraxit, idcirco oderunt eum. Quemad-
modũ alio loco scriptũ est, Dissimilis est aliis vita illius, & tanquã nugaces æstimati sumus ab illo, &
abstinet se à viis nostris, tanquã ab immunditiis, & gloriatur se deum patrem habere. Idcirco probe-
mus patientiam eius, & morte turpissima damnemus eum. Lauabo inter innocentes manus meas,
id est, inter apostolos, aliosque meos discipulos, immaculatam vitam agam, & irreprehensibi-

A liter conuersabor,& circundabo altare tuum domine.i.altare templi, quod fuit in Ierusalem,in quo Mat. 21
Christus sæpe intrauit & docuit. Vel altare.i.mensam illam,in qua Christus primã missam celebra- Mat. 11.
uit in die cœnæ. Hoc altare Christus circundedit,quando singulis apostolis corpus suũ sanguinẽque Iohan.13
porrexit. Vt audiã vocẽ laudis,nam in vtroq; horum altariũ, erant aliqui boni deũ laudantes, quorũ Mat. 26
voces Christus libenter audiuit, & enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Ideo.n. Christus altare tẽpli atque
altare cœnaculi circũdedit,quatenus mirabilia dei doceret ac ꝑdicaret:sicut scriptũ est, Venit ad tem Mala,3.
plũ suũ dñator quẽ vos quęritis,& sedebis conflans & emundans,& purgabit filios Leui. Dñe dilexi Mat. 21
decorẽ domus tuę.s.tẽpli in Ierusalẽ,propter quod eieci de illo oẽs vendẽtes & emẽtes,& dixi, Noli- Marc. 11.
te facere domũ patris mei,domũ negociationis. & dilexi locum habitationis gloriæ tuæ,quia in tẽplo
illo deus se velle habitare perhibuit. Ne perdas cũ impijs Iudæis,deus animã meã,dimittendo me in
manibus eorũ,& cũ viris sanguinũ,qui prophetas occiderunt, meq; occidere volunt,ne perdas vitã Mat. 15
meam corporalẽ. Dextera eorum repleta est muneribus,qm̃ pro pecunia procurauerunt à discipulo Zacha.12
meo,vt traderet me,sicut scriptũ est. Dixi,si bonũ est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si
non,quiescite,& appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos. Et dixit dominus ad me,proijce eos
ad statuarium decorum pretium,quo appreciatus sum ab eis. Cętera satis exposita sunt.

B ¶ EXPOSITIO psalmi eiusdem tropologica,de vnoquoque viro perfecto.

DEnique in persona hominis virtuosi loquẽs propheta ait, Iudica me domine. Cum dicat Apo Hebr.10.
stolus Horrendũ est incidere in manus dei viuẽtis. Et Salomõ, Nescit homo,an amore dignus Eccl.9.
sit,an odio,sed omnia in futurum seruãtur incerta. Videtur incautũ ac præsumptuosum,dice-
re domino, Iudica me domine. Verũ quanuis hæc secundũ cõmunem legem ita se habeant,nemoque
nouerit sine speciali inspiratione,aut reuelatione,an placeat deo, tamen si quis veram perfectionem Philip.1
sortitus est,vt cũ apostolo dicere possit, Cupio dissolui. Et iterũ, Quis nos separabit à charitate dei, Roma.8.
quę est in Christo Iesu domino nostro. Et rursus, Ipse spũs testimonium reddit spiritui nostro ꝙ filii Ibidem.
dei sumus: hic talis secure dicit, Iudica me domine.i.secundũ iustitiam meam fac mihi, & à malis diui
de me,nunc merito,atque in futuro diuide me ab eis mercede seu præmio. Ait ergo vir sanctus, Iudi-
ca me,non ex præsumptione meritorũ suorum,sed ex conscientiæ testimonio,& ex charitate diuina,
quoniam cupit soli domino adhærere,nilque cum malis commune habere. Itaque iudica me domi-
ne. Iam nunc iudicio discretionis,ne facias mihi sicut & impijs, quibus gratiam non das,sed eos relin
quis: mihi autem ad gratiarum augmenta, & libera me ab his qui malum merentur. Hoc iudicio,se
priuatum fuisse conqueritur Iob,quantum ad hoc quod sustinuit mala pœnalia. Viuit (inquiens) do Iob.19.
C minus,qui abstulit iudiciũ meũ. Ipsumq; desiderauit pijss. ille Ezechias, qui dixit, Obsecro domine, 4.Re.20
Memento quomõ ambulauerim corã te in veritate & corde perfecto. Vnde causam subiũgit prophe
ta,cur audeat iudicium implorare,qm̃ ego in innocentia mea ingressus sum, per viam mandatorum
tuorum,& conuersatus sine offensa & nocumento alterius. Qm̃ igitur scio,quia qua mensura men- Matth.7.
sus fuero,remetietur mihi: & non sum mihi conscius de iniustitia aliqua, cõtra deum vel proximum,
ideo iudicari non timeo. Hanc igitur perfectionẽ suam fatetur vir bonus, nõ seipsum inaniter iactan
do aut alijs pręferendo,sed deo humiliter gratias agendo. Hoc enim sancti homines sæpe legũtur fe
cisse,sicut Iob ait, Donec deficiam,non recedã ab innocentia mea. Et Ieremias, Diem hominis non Iob.27.
concupiui tu scis. Quid ergo peccauit pharisæus qui dixit, Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæte Iere.17.
ri hominum? Vtique statim constat ex verbis suis ꝙ alios spreuit, nec bona sua syncere deo attribuit, Lucæ.18.
propterea seipsum exaltauit ac alijs prætulit,quo contra scriptum est, Quanto magnus es, humilia Eccle.3.
te in omnibus. Denique ꝙ ista non dixit homo perfectus ex aliqua vanitate aut elatione, aut in sua
virtute confidens,patet ex eo quod subdit,& in domino sperans non infirmabor.i. ideo iudicari de-
sidero,quia in deo confido,& in ipso sperando non infirmabor in anima,id est, nulla tentatione vin
car,nulla aduersitate deijciar,sed de die in diem in omni gratia demorabor atq; proficiam. Propter-
ea adhuc dicere audeo. Proba me domine,per aduersa & prospera, & per correptiones tuas pater-
nas examina me,non vt tu me agnoscas, sed vt me probatum ostendas atque corones, quemadmo-
dum probasti sanctum Iob dicẽtem, Probauit me dominus quasi aurum quod per ignem transit. Sic Iob.23.
D probari opto,quoniam scio quod omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiẽtur.
Et vt ait aposto. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Igitur domine, 2.Tim.3
proba me,quatenus ad illorum societatem pertineam,de quibus dicitur, Tãquam aurum in fornace Act.14.
probauit electos dominus,& quasi holocausti hostiam accepit eos. Ideo nunc additur, & tenta me. Sap.13.
Tentare est experimentum de alio sumere. Deus autem omnia nouit, & ideo proprie non conuenit
deo tentare. Propter quod Iac. ait, Nemo cum tentatur dicat,quia à deo tentatur. Ipse enim neminẽ Iaco.1.
tentat. Sed aduertendũ ꝙ diuersi sunt fines tentationis. Interdũ enim aliquis tentat alium vt noceat
ac fallat. Interdum vero vt sciat,interdum autem vt instruat & succurrat. Primo modo tẽtat dæmon Matth.6.
& mundus,& de hac tentatione intelligitur quod in oratione dominica dicimus, Et ne nos inducas
in tentationem. Secundo tentat ignorans de alio certificari desiderans qualis sit. Tertio tentat deus,
quemadmodũ in Geñ. habetur, Tentauit deus Abraham. An vero debeat aliquis desiderare tẽtatio- Gen. 22.
nes diaboli & mundi,de hoc diuersi diuersimode sentiũt, sed videtur ꝙ perfecti eas desiderare pos-
sunt sine periculo,eo ꝙ gaudeant in aduersis. Desiderãt tamẽ eas cũ moderamine & ꝓsumptione di
uini auxilii. Vre renes meos.i.labore abstinẽtiæ,& afflictione pœnitentiæ reprime & extingue in me
delectationes & culpas carnales: sic vre & cor meũ.i.affectiones & cogitationes inordinatas,ac spi-
ritualia vitia. Vel sic,vre,igne diuini amoris, & flamma charitatis accende renes meos.i. appetitum
sensitiuũ,qui in cõcupiscibilem irascibilemq; partitur: & cor meũ. i. appetitũ intellectualem seu vo-

luntatem,ita ꝙ ignis ſpũſſan.voluntatẽ tam vehemẽter accendat,vt amor ſeu ignis iſte in inferiorem E
appetitum redundet,eumque per omnia rationi ac ſanctæ voluntati ſubiiciat. Vel ſic,vre igne tribu-
lationis in pſenti:renes meos & cor meũ.i. corpus & animã, quatenus ſic in vtroq; expurger à vitiis
in hoc ſeculo,ꝙ aliam pœnã ſuſtinere non cogar in purgatorio,& vt Chriſto mente & corpore com
patiar atque conformer,ſicut decet ſeruũ condolere & conformari domino ſuo. Idcirco autem,ô do
mine,omnia iſta tam fiducialiter peto, Qm̃ miſericordia tua ante oculos meos eſt.i. quia pietatẽ tuã
agnoſco,eã ſemper conſidero,nec ab eius fiducia diſcedere volo, & cõplacui in veritate tua.i. in ve-
ro iudicio iuſtitiæ tuæ.Innocentes enim & iuſti complacent tibi. Ideo autẽ complacui tibi,quia,Non
ſedi cũ conſilio vanitatis.i.conſenſum non præhui,nec opem contuli conſiliariis vanis: idcirco bea-
tus ſum,quia ſuperius dictum eſt, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorũ. & circundabo altare
Pſalm.1 tuum domine: ſecundũ Ambr. Altare dei eſt Chriſtus vt homo,quia in ipſo & per ipſum,omnia ope
ra atque ſacrificia noſtra offerri & fieri debent. Quid eſt ergo circũdabo altare tuũ dñe,niſi filio tuo
Ieſu Chriſto adhærebo,ad eũ accedam,eũ ſequar,& per contẽplationẽ ambiam eum? Altare quoque
dei,eſt mens deuota,in qua deo offertur ſpũs contribulatus. Itaque circundabo altare tuũ domine.i.
ad meipſum redibo,mentem meã diſcutiam,eamque ſanctis affectibus adornabo. Vt audiam auribus
Luc.8 cordis,de quibus in Euang. dicitur, Qui habet aures audiendi, audiat vocẽ laudis.i. doctrinã Chriſti
Iohan.8 ac ſacram ſcripturã: ſicut ſcriptum eſt, Qui ex deo eſt, verba dei audit. Et iterũ, Beati qui audiunt ver F
Lucæ.11. bum dei, & cuſtodiunt illud, & enarrem vniuerſa mirabilia tua .i. vt ea quæ audiui & didici de laude
diuina ac ſacra ſcriptura annuntiẽ aliis,vel ſaltem in ore proprio ea reuoluem laudando, benedicen
doq; dñm,qui tanta mirabilia hominibus fecit,ſicut ſcript. diuina teſtatur, Domine dilexi decorẽ do
mus tuæ.i. proſperitatẽ,profectũ,ac perfectionem fideliũ,quorũ congregatio eſt domus dei, quæ vo
catur eccleſia. Debemus enim bonũ cõmune,& ſpũalẽ profectũ totius eccleſiæ vehemẽtiſsime deſi-
2.Ma.15 derare,orare,atq; diligere, vt nobis cõueniat quod de Onia dicitur, Hic eſt fratrũ amator, qui mul-
tum orat pro populo,& vniuerſa ſancta ciuitate. Vel, Dilexi decorem domus tuæ.i. interiorẽ ſplen-
dorem & ſanctitatẽ animæ meę,deſiderans tibi cordis mei hoſpitiũ immaculatum ac placitũ exhibe
Amos.4. re,ſicut conſulitur mihi, Præparare in occurſum dei tui Iſrael. Dilexi & locũ habitationis glorię tuæ,
1.Cor.5 id eſt,manſionẽ cœleſtem & regnũ cœlorũ. De quo ait apoſt. Scimus, qm̃ ſi terreſtris domus noſtra
huius habitationis diſſoluatur,quod ædificationẽ habemus ex deo, domum non manufactam, æter-
Iohan.14 nam in cœlis. Et ipſe ſaluator, Vado (inquit) parare vobis locũ, & iterum veniã ad vos,& aſſumam
vos ad meipſum,vt vbi ſum ego,& vos ſitis. Hunc locum domine diligo,non propter ipſum locum,
Eſa.33. ſed propter te habitatorẽ ac dominum loci illius,vt videant oculi mei te regem glorię in decore tuo.
Præterea totus hic pſal. ad ſacerdotes ſpecialiter applicari poſſet, præſertim ab eo loco quo dicitur,
Lauabo inter innocentes manus meas. Dicat ergo deuotus ac dignus Chriſti ſacerdos, Lauabo,quan
do ad celebrationem acceſſurus ſum , inter innocentes.i. cum ſanctis ac veris ſacerdotibus nouæ le- G
gis,quorũ eſt nulli nocere,ſed verbis & exemplis cunctis prodeſſe: manus meas nõ ſolũ corporales,
quibus Chriſti ſacramenta tractabo,ſed etiã affectus cogitationes & opera,iſtas lauabo in confeſsio-
ne,qm̃ teſte ſcriptu. Omnia in confeſsione lauantur. Sed & ſacerdos antequã ad celebrandum acce-
dit,digitos,vel potius digitorum extrema lauat. Primo propter reuerentiam ſacramenti. Secundo ad
deſignandũ ſpũalem lotionẽ,quia mẽtem purgari oportet à maculis peccatorũ. Lotio enim extrema-
rum partium digitorũ,ſecundũ Diony. ſignat abſterſionẽ minimarũ culparum. Debet nanque ſacer-
dos non ſolũ mortalia ac grauiora venialia abhorrere,confiteri ac fugere,ſed & minima quęque vi-
tare,vt omnino mundus & mente collectus,affectuque feruens ac ſtabilis deo aſsiſtat , habens Chri
ſtum & paſsionem eius ac cætera beneficia dei,firmiter cordi ſuo impreſſa. Et circundabo altare tuũ
domine,videlicet materiale altare eccleſiæ. In cuius vtroque cornu ac medio ſtabo,dum celebro. Vt
audiã vocem laudis.i. cantũ eccleſiæ,reſponſionẽq; chori. Vel ſaltẽ miniſtri mei , quorum voces deũ
collaudant,vt tanti ſacramenti myſterium digne agatur. & enarrẽ,in miſſa,vniuerſa mirabilia tua.i.
omnia Chriſti admiranda myſteria.ſ. incarnationem,paſsionem,reſurrectionem, & aſcẽſionem. De
quibus fit memoria in officio miſſæ. Domine dilexi decorem domus tuæ.i. deuotionem miniſtrorũ
altaris ac populi , ne indigne celebrando & cõmunicãdo rei efficiamur corporis & ſanguinis Chri-
ſti: & locũ habitationis gloriæ tuæ,qm̃ cupio iam in militante eccleſia Chriſtũ ſub ſacramentorũ ve H
lamine tam reuerenter atque fideliter contrectare,vt poſtmodũ in triumphante eccleſia merear ego
& omnes pro quibus oro ac celebro,ipſum clare cõſpicere,ſicut ipſe digno miniſtro promiſit, Mani
feſtabo ei meipſum. Ne perdas cũ impiis.i. malis ſacerdotibus & ingratis hominibus, deus animam
meã, deſerẽdo eã in præſenti à gratia,repellẽdoque eam in futuro à gloria, & cum viris ſanguinum,
qui corpus Chriſti mãducant,& ſanguinẽ eius bibunt indigne, vel à cõmunione ſacra penitus abſti-
nent propter odium Chriſti,ſeu negligentiã ſui,ne perdas vitã meam , derelinquendo me vitioſe &
1.Cor.11. turpiter viuere,& poſtea in infernũ damnando me. Ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum,am-
bulando in hoc mundo per fidem,ſpem & charitatem. Ideo dñe,redime me, ne incidam culpam, &
perdam innocentiã hucuſq; ſeruatam. Non enim debeo eſſe ſecurus durante huius exilii via, ſed ſo-
Mich.6 licite ambulare cũ dño. & miſerere mei, ignoſcendo imperfectioni iuſtitię meæ, quæ eſt ſicut pãnus
Eſa.64 menſtruatæ, ſi cõparetur ad perfectionẽ diuinæ iuſtitiæ,& ad ſanctitatẽ mentis æternę, ſubſtantiali-
ter,totaliter ac incircũſcriptibiliter ſanctæ. Pes meus.i. cõuerſatio mea qua tẽdo ad te, ſtetit in dire-
cto.i. in obſeruãtia præceptorũ tuorũ,in eccleſiis.i. inter fideles benedicã te dñe,laudando beneficia
tua mihi cõceſſa,& glorificãdo nomẽ tuũ æternaliter benedictũ. Cętera nũc omiſſa,in pręcedẽti ex-
poſitione ſatis elucidata videtur. Ecce ex pſalmo iſto ſentẽtioſo & ſplẽdido, audiuimus qd ad Chri-

A ſtianum perfectum pertineat. Si igitur aliquid horũ in nobis inuenimus, deo gratias referamus, & ad perfectionem feramur. Si autem prædictæ perfectiones viri perfecti longe à nobis ſunt, ingemiſca- Philip.2.
mus, emendemus, atque iuxta verbum glorioſi Apoſtoli, cum timore & tremore, noſtram operemur ſalutem.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXVI.

### EXPOSITIO Tituli.

PReponitur autem huic pſal. hic tit. In finem pſal. Dauid priuſquam liniretur. Pro cuius intellectu ſciendum, ꝙ Dauid in libris Regum deſcribitur ter vnctus fuiſſe. Primo in domo patris ſui in ſi- 1.Re.16.
gnum futuri regni. Secundo in Hebron ſuper tribum Iuda. Tertio ſuper totum populum Iſrael. Si- 2.Re.2,3
militer Chriſtianus ter vngitur. Primo in baptiſmo, in quo accipit pignus ſpiritusſancti. Secũdo in confirmatione. Tertio in extrema vnctione. Hic vero pſalmus intitulatur de Dauid, antequam vngeretur ſecundo. Nam ſecũda eius vnctio ad præſentem pertinet pſalm. Eſt igitur ſenſus tituli, Pſalmus iſte dirigens nos in finem, id eſt, beatam conſummationem & Chriſtũ, eſt Dauid, id eſt, cõuenit cuilibet fideli, antequam liniretur ſecundo, id eſt antequam perueniat ad beatitudinis patriam, in qua o-
B mnes beati perfecte vnguntur à ſpiritu ſancto. Quemadmodum enim Dauid poſt primam ſuam vn- 4.Re.18
ctionem maximas habuit perſecutiones à Saule, & aliquas poſt ſecundam ſuam vnctionem ab Iſbo- 19, & 20
ſeth filio Saul, quaſdam etiam poſt tertiam ſuã vnctionẽ à proprio filio, ſcilicet Abſolone: ſic Chri- 2.Re.2,3
ſtianus poſt vnctionem baptiſmi multas patitur tribulationes à dæmone, mundo, & carne, donec cõ 3.Re.13,
firmationis vnctionem recipiat, qua adepta, adhuc variis tribulationibus fatigatur à ſatellitibus dæ- 16.
monum, filiis ſuperbiæ, vſque ad extremum vitę ſuæ, quo vltimo vngitur, & nec tunc quidem tribulationibus caret, donec ad vnctionem cæleſtem pertingat. In hoc itaque pſalmo demõſtratur, quanta oporteat pati hominem dei in præſenti exilio, contra quæ in exordio pſalm. inducuntur arma fortiſsima, vtpote eleuatio mentis in deum, confidẽtia de bonitate ipſius, atque memoria beneficiorum dei. Ait ergo.

### PRECATIO

*Deus omnipotentiæ, adiutor & protector vitæ noſtræ, protege nos ab hoſtium inſidiis, & ab omnibus periculis animæ & corporis, ut tuæ pietatis dono placitis tibi operibus perſeueranter inſiſtentes, bona tua in terra uiuentium uidere digni inueniamur.*

### ❡EXPOSITIO pſalmi literalis.

C DOMINVS illuminatio mea] id eſt, illuminator animæ meæ, illuminans me lumine naturali atque gratuito, ſeu donis naturæ & gratiæ, illuminans rationẽ ne erret, ne fallatur, ne peccet. Ideo Micheas ait, Cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt [ET ſalus mea] id eſt, ipſe dominus eſt obiectũ & cauſa ſalutis meæ, dator & conſeruator totius perfectionis & gratiæ meæ. Propterea [QVEM timebo?] q.d. nullum, niſi dominum deum meum, quia vt ait Apoſt. Si deus pro nobis, quis contra nos? Si ipſe illuminet, quis obtenebret? Si ipſe me ſaluet, quis cõdemnare me poterit? Ideo Salomon dicit, Iuſtus quaſi leo cõ Rom.8.
fidens, abſque terrore erit. ❡ (2) DOMINVS protector vitæ meæ] id eſt, defenſor ab his qui con Prou.28.
trariantur ſpirituali vitæ animæ meæ, qui etiam per angelorum cuſtodiam protegit nos, ab aduerſitatibus mentis & corporis, & ſi non ab omnibus propter noſtra demerita, tamẽ à multis propter ſuã clementiam. Cum ergo ſit ita [A quo trepidabo?] tanquam dicat, Nec dæmones, nec mundũ, nec carnis impugnationem verebor. Hæc autem intelligenda ſunt de timore inordinato, ſcilicet carnali humano & pure ſeruili. Nam cuius mens in deo fixa eſt, ac dono fortitudinis in ipſo firmata, is nil metuit, ſciens certiſsime, deum ſibi vbique præſentem, ac paratus omnia ſuſtinere, quæ deus ſibi euenire aut infligi iubet vel ſinit, immo in aduerſitatibus gaudet, ſicut Apoſtoli, qui ibant gaudentes à cõſpe- Act.5.
D ctu conſilũ, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nec mirum, cum magnũ ſit donum altiſsimi propter iuſtitiam pati, prout teſtatur Apoſt. Vobis datum eſt à Chriſto, non ſolũ vt credatis in eum, ſed etiam vt patiamini pro illo. Non ergo in aduerſis & improperiis atq; iniuriis Philip.1.
contriſtemur. ❡ (3) DVM appropiant ſuper me nocentes] id eſt, dum contra me inſurgunt maligni [VT edant carnes meas] id eſt, tam inuidioſe & valide me inuadentes, ac ſi carnem meam deuo- Galat.5.
rare deberent. Vnde ait & Apoſt. Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Itaque nec tũc trepidabo, dũ ſic appropiant ſuper me nocentes, & hoc ideo, quia ❡ (4) QVI tribulant me] ſcilicet inimici mei, vtpote dæmones, hominéſque iniuſti [IPSI infirmati ſunt] virtute paſſionis Chriſti & angelorum præſidio, qui dæmones prohibent ne quantum volunt impugnẽt. Homines etiam mali, quanto amplius roborantur contra iuſtitiam, tanto corda eorum magis debilitantur à gratia, ſuntque magis ſubiecti vitiis atque dæmonibus, & ad omne bonum infirmi [ET ceciderunt] id eſt, prædicti inimici mei, per gratiam victi ſunt à me, quoniam tentationibus reſtiti, nec propter aduerſa à deo receſsi. Hunc verſum ad gloriam dei dicere poteſt & debet, qui ſe tentationes ac laqueos aduerſariorum ſuę ſalutis, per gratiam dei viciſſe cognoſcit, ſicque ex priori triumpho fortius ſperans in domino, non expaueſcat de cætero aggredi viam iuſtitiæ, ſed domino auxiliãte, præualere contra tentantes ac perſequentes confidens, dicat quod ſequitur. ❡ (5) SI conſiſtant aduerſum me caſtra] id eſt, dæmonum acies me tentantes ac perſequentes [NON timebit cor meum] vinci

f v

ab eis,vel separari à Christo,propter firmitatem spei & charitatis quam habeo in Christo. Hoc est E
Rom.8. quod dicit Apost.Certus sum,quia neque angeli neq; principatus,neq; virtutes poterunt nos sepa-
rare à charitate dei,quæ est in Christo Iesu. Per angelos autem & reliquos quos inducit,certũ est eũ
intelligere dæmones.Hoc itaque loco per castra,intelligit sancta scriptura dæmones,interdum vero
Gen.32. per castra,intelligit angelos sanctos.Vnde alio loco scriptum est,Fuerunt Iacob obuiam angeli dei,
Iohel.2. quos cum vidisset,dixit,Castra dei sunt hæc.Et Iohel propheta ait, Multa sunt nimis castra domini
fortia,& facientia verbum eius.De quibus castris inferius dicetur,Benedicite domino angeli eius,po
tentes virtute,facientes verbum eius. ¶ (6) SI exurgat aduersum me prælium] id est,persecutio
hominum[IN hoc ego sperabo] id est,in tali casu non deficiam,sed in deo confidam. Ideo etiã Iob
ait ad dominum,Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.Atque in Euangelio Chri-
stus,Cum audieritis(inquit)prælia & seditiões nolite terreri. ¶ (7) VNAM petii à domino]Iuxta
proprietatem idiomatis Hebræorum,adiectiua atque pronomina substantiuantur in fœminino gene
re,quemadmodum apud latinos in neutro. Cum ergo ait,Vnam,sensus est,vnum aliquid,seu vnam
rem.Itaque vnam petii à domino,à quo bona cuncta procedunt[HANC requiram] id est,non ces-
Philip.3. sabo petere,donec pulsanti aperiat.& quæ sit hæc vna res tam præoptata,ostẽdit subiũgens [VT in-
habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ] id est,vt re & nomine sim membrum militan-
tis ecclesiæ,& inter fideles bene viuendo permaneam,perseuerando vsque in finem. ¶ (8) VT vi- F
deam voluntatem domini] id est,vt eius præcepta intelligam & obseruem[ET visitem templũ eius]
id est,ipsam matrem ecclesiam,audiendo diuinum officium. Vel,visitem templũ eius,id est,mente in
cælestibus sim per spem & desiderium,prout ait Apost.Nostra cõuersatio in cælis est. Vel sic,Vt in-
habitem in domo domini.i.regno cælorum post præsens exilium. Vt videam voluntatem domini.i.
perfecte cognoscam,& sine periculo videam quid domino placeat, ita vt in omnibus eius voluntati
perfecte obediam,sicut & angeli sancti nunc faciunt, & visitem templum eius.i.ad ipsum deum in-
cessanter accedam,eúmque sicut amicũ charissimum videam,alloquar,& sine fine possideam. Deus
Apoc.21 enim est templum Ierusalem ciuitatis supernæ,quemadmodum ait Iohan.Templum non vidi in ea,
dominus enim omnipotens templum illius est & agnus.Hæc autem confidenter oro. ¶ (9) QVO-
NIAM abscondit me in tabernaculo suo in die malorum] id est,tempore tribulationis & tentatio-
nis iam currentis,occultauit me in fide & vnitate ecclesiæ ab aduersariis meis,quatenus non inueni-
rent me consentientem operibus suis,vel pertinentem ad numerũ reproborum,quãuis me corpora-
liter inuenirent ad persequendum.Ideo subdit,PROTEXIT me] ab insidiis æmulorũ istorum,sci-
licet dæmonum hominúmq; malorum[IN abscondito tabernaculi sui]id est,in cõmunione ecclesię,
Iacobi 5. scilicet in mutua oratione fidelium pro seinuicẽ,prout Iacobus dicit, Orate pro inuicem vt saluemi- G
ni. Deuota quippe oratio fidelium pro seinuicem ex interna charitate procedens,merito appellatur
absconditum tabernaculum dei,quoniã ex affectu soli deo agnito profluit: & in abscondito fieri de-
Matth.6. bet,quia Christus docuit,Tu(inquiens)cum oraueris,intra in cubiculum tuũ,& clauso ostio,ora pa-
trem in abscondito.Hæc autem oratio fideles multum defendit ac adiuuat. Propterea abhorrendum
est valde excommunicari,immo & in mortali peccato esse,quoniã sola charitas facit cõmunionẽ san
1.Co.10. ctorum. ¶ (10) IN petra] id est,in fide Christi,de qua ait Apostolus,Petra erat Christus[EXAL
TAVIT me]dando mihi per fidem & gratiam Christi ista terrena despicere,& cælestia desiderare,
& diuinis fideliter inhærere[ET nunc]in præsenti vita[EXALTAVIT caput meum]id est,ratio-
nem meam,quę est principalis vis animæ[SVPER inimicos meos]dando mihi victoriam tentatio-
num,& vincere hostes inuisibiles atq; visibiles. Hoc cõuenit bonis fidelibus,illis pręsertim qui pro-
Luc.9. pter Christum omnia reliquerunt,& in claustro regi gloriæ militant,sicut & dominus ait, Qui vult
venire post me,abneget semetipsum,& tollat crucem suam quotidie,& sequatur me.Talibus quippe
Luc.12. denuo Christus,Nolite timere pusillus grex, quoniam placuit patri vestro dare vobis regnum.
¶ (11) CIRCVMIVI, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis]Superius dixit,In
circuitu impii ambulant,nunc vero in persona hominis iusti ait,Circuiui.Est ergo quidam circuitus
malus,& quidam bonus.Circuitus enim est quædam gyratio rerum creatarũ.Sed mali in rebus crea-
tis gyrando versantur,ita quòd in eis quiescunt,amorem,delectationem, & finem sibi constituendo
in ipsis.Boni vero eas contemplando circueunt,referendo amorem,scientiámque earum ad gloriam H
creatoris,quem solum finaliter intendunt ac diligunt.Hoc igitur modo nunc asserit, Circuiui,id est,
omnia ista visibilia circũspexi,quatenus inuisibilia dei ex eis cognoscerem.immo vniuersa creata pro
viribus consideraui,vt ex eis ad cognitionem creatoris pertingerem [ET immolaui in tabernaculo
eius] id est,in cubiculo animæ meæ,vel in ipsa ecclesia[HOSTIAM vociferationis].i.sacrificiũ affe-
Psal.49. ctuosæ seu altæ orationis,sicut infra habetur,Immola deo sacrificium laudis. Et in Osee,Dicite do-
Osee.14. mino,omnem aufer iniquitatem,& reddemus vitulos labiorum nostrorum.i.preces atque præconia
oris nostri immolabimus tibi [CANTABO]ore & laudabo[ET psalmum dicam domino].i opere
ipsum glorificabo & confitebor. Cantare nãq; est sola voce laudare : psallere vero,est bonis actibus
Luc.18. deum venerari ac prędicare. Denique post commemorationem beneficiorum dei & boni propositi
sui,denuo redit ad implorationem pietatis diuinę,quoniã sine cessatione oportet orare: & quãto ho
mo plus proficit,tanto amplius proficere cupit,atque frequentius & dulcius orat, immo orando in-
desinenter accenditur ad orationem.Ait ergo, ¶ (12) EXAVDI domine vocem meam qua cla-
maui ad te] id est,orationem quam ardenti affectu transmisi ad te [MISERERE mei,] dimittendo
peccata[ET exaudi me] desideratam perfectionem præstando. ¶ (13) TIBI dixit cor meum] id
ęst,tecum locutus est intellectus meus,desideriũ animę meæ tibi offerendo, quemadmodum de san-

A ctiſsima Anna recolitur, Porro Anna loqnebatur in corde ſuo, tantũq; labia illius mouebãtur, & vox 1.Reg.1.
penitus non audiebatur. Vnde & Chriſtus ait, Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veri- Iohan.4
tate[EXQVISIVIT te facies mea] id eſt, te ſolũ quęſiuit, & ex aliis te inuenire ac poſsidere opta-
uit mens mea, vel fides mea, quæ eſt vultus & oculus animæ meæ, quoniã omnem ſciẽtiam rerũ crea-
tarum, & omnia opera mea ad te ſicut ad vltimum finem diſpono ac refero, ideo additur [FACIEM
tuam] id eſt, clarã tui notitiam, immo teipſum per ſpeciem intuendum[DOMINE requiram] id eſt,
inceſſanter adipiſci conabor. Hanc faciem Moſes exquiſiuit, qui ait ad dominũ, Si inueni gratiam in Exod.33
conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam vt ſciam te. Hanc ſuperbeatiſsimã faciem, in qua eſt omniũ
delitiarũ plenitudo immenſa, in pręſenti videre non poſſumus, ſicut & Moſi deus reſpondens, Faciẽ Exod.3.
(inquit) meam videre non poteris. Nõ enim videbit me homo & viuet. Propterea requirere & ſem-
per deſiderare debemus hanc faciẽ, & pura mente domino miniſtrare, vt via iſta decurſa mereamur
deũ videre ſicuti eſt: quo ſic viſo, nil erit quod amplius deſiderari poſsit. Sed vt iſta obtineam, domine
rogo. ¶ (14) NE auertas] iam [FACIEM tuam] id eſt, pietatis tuæ aſpectum, ſeu gratię tuæ prę-
ſentiam [A me, ne declines in ira à ſeruo tuo] id eſt, propter peccata mea non recedas à me, gratiam
denegando, cuius denegatio ira vocatur hoc loco. ¶ (15) ADIVTOR meus eſto domine] coope-
rando mihi vt beatitudinem tandem acquiram[NE derelinquas me] in tribulatiõe & anguſtia [NE-
B QVE deſpicias me deus ſalutaris meus] id eſt, deus ſaluans me. Ecce quàm ignita & feruida ſunt o-
mnia verba iſta, quorum tamen vnum includit aliud, immo feruor vnius mentem inflammat ad affe-
ctuoſam prolationẽ alterius ¶ (16) QVONIAM pater meus & mater mea] id eſt, carnales pro-
genitores mei [DERELIQVERVNT me] indignando mihi, eo quòd ſequerer te, & eos derelin-
querem. Vel, pater meus & mater mea .i. primi parentes, videlicet Adam, & Eua, dereliquerunt me, Gen.3.
inducendo ſuper me originale peccatum, & pœnalitates varias ex illo peccato ſequentes [DOMI-
NVS autem aſſumpſit me] per ſuam miſericordiam exaudiendo me, & conſeruãdo in ſe. Vel, domi-
nus aſſumpſit me, induendo naturam meam, factus homo. ¶ (17) LEGEM pone mihi domine in
via tua] Cur petitur hoc? Nonne iam nobis lex poſita eſt quam obſeruemus tam naturalis quàm di-
uina? Quid ergo petit dum ait, Legẽ pone mihi domine, niſi vt lex diuina, quæ omnibus poſita eſt, ſi-
bi ponatur ante oculos cordis ſui, ita ꝙ per gratiã dei eã actualiter penſet ac impleat? Ait ergo, Legẽ
pone mihi domine, id eſt legẽ tuã pone in memoria mea, vt ambulẽ [IN via tua, & dirige me in ſe-
mita recta] id eſt, in obſeruatione præceptorũ tuorũ quæ iuſta & recta ſunt, & hoc fac [PROPTER
inimicos meos] id eſt, occaſione inimicorũ meorũ, videlicet vt euadam inſidias mihi ab eis paratas.
¶ (18) NE tradideris me in animas tribulantiũ me] id eſt, in poteſtatem & malã voluntatẽ diabo-
lorũ ac hominũ malignorũ, vt eis conformer atque conſentiam, & hoc oro[QVONIAM inſurrexe-
C runt in me teſtes iniqui] videlicet tribulatores prædicti, qui inſurgunt in me conando vt ſallant me,
qui ſunt teſtes iniqui, quoniã falſa affirmant, & conſulunt, méq; ſub ſpecie boni decipere ſtudẽt, & ſi
non cõſentio eis, nihilominus me falſe accuſare tentabunt. Veruntamen iſta eorũ iniquitas fallit eos
non me, nam nocet eis: ſed mihi cooperatur ad gloriã dũmodo non cõſenſero eis. Hoc eſt quod ſub-
ditur, [ET mẽtita eſt iniquitas ſibi] id eſt, prauitas eorũ eos ſefellit. ¶ (19) CREDO] fide forma-
ta & inconcuſſa[VIDERE bona domini] quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor concepit
[IN terra viuẽtiũ] id eſt, in regno cælorũ, quod dicitur terra, quoniã eſt locus quietus & permanens,
ſicut & terra inferior quæ nõ mouetur, ſed (teſte ſcriptura) in æternũ ſtat. Propter hãc ſpem & pro-
pter hanc fidẽ omnia æquanimiter fero, ſciens ꝙ non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad glo- Eccle.1.
riam illam. Sed neminem frangat difficultas perueniendi ad beatitudinẽ iſtã, ideo conſolatorie ſub- Rom.8.
dit, ¶ (20) EXPECTA dominum] longanimiter ſperando in ipſo[VIRILITER age] quęcũq; Ierem.31
noueris placere deo, quoniã erit merces operi tuo [ET confortetur cor tuum] per virtutes ac dona
ſpiritus ſancti contra omnia mundi huius aduerſa ac dæmonum tentamenta [ET ſuſtine dominum]
inter proſpera & aduerſa, nec fatigeris animo tuo. Verſus iſte dulciſsimus oẽm militẽ Chriſti, omnẽ
vtique laboratorem, qui deo cum metu & reuerentia deſeruire contendit, ineffabiliter conſolatur ac
roborat. Itaque ô famule Chriſti expecta dominũ. Apparebit dominus in finem, & non mentietur: ſi Abac.2.
D moram fecerit, expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit. Vnde Iacobus admonet, Exemplum Iacobi.5.
accipite longanimitatis, laboris, & patientiæ prophetas. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. ſuf-
ferẽtiam Iob audiſtis, & finẽ domini vidiſtis. Denique viriliter age, quia hortatur Apoſt. Fratres mei 1.Cor.15
dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere domini ſemper, ſcientes ꝙ labor veſter nõ Ioſue.1.
eſt inanis in domino. Confortetur quoque cor tuũ, quia dominus ait ad quendã, Ecce præcipio tibi,
confortare, & eſto robuſtus valde, noli metuere & noli timere, quoniã tecũ eſt dominus deus tuus in
omnibus ad quæcũque perrexeris. Poſtremo ſuſtine dominũ, quatenus dicere queas cum S. Iob, Etiã Iob.13.
ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Verſus iſte acediam fugat, charitatem inflammat, longanimitatẽ in-
ſtruit, ſtabilitatem inducit, omnémque torporem, diffidentiam, puſillanimitatẽ, negligentiã, ac deſpe-
rationem expellit.

¶ EXPOSITIO allegorica eiuſdem pſalmi de Chriſto.

EXponendo inſuper pſalmum iſtum de Chriſto, ſenſus tituli erit, In finem pſalmus Dauid, hoc
eſt, pſalmus iſte Chriſto conueniens, priuſquam ipſe Chriſtus liniretur ſecundo .i. antequã glo
rificaretur in corpore. Prima enim linitio eſt glorificatio animæ eius, quã ab initio conceptio-
nis in virgine habuit. Secunda autem eius linitio, eſt glorificatio corporis eius, quam in reſurrectio-
ne accepit. De qua glorificatione ait Iohan. Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nondũ erat glo- Iohan.7.

rificatus. Christus ergo vt homo sic ait, Dominns.i.deus trinitas, est illuminatio mea.i.causa totius sa E
pientiæ meæ creatæ, & ab instanti creationis animæ meę illuminauit eam lumine gloriæ atq; beatifi
ca visione. Vbi pensandum, quòd in Cbristo erat sapientia increata, quæ est idē quod diuina essentia
ac verbi persona, & per hāc Christus actualiter æternalitérque cognoscit quicquid pater & spiritus
sanctus, immo bæc sapientia est vna in tribus personis. Erat quoq; in Christo sapiētia creata, & hæc
multiplex fuit. Habuit enim sapiētiā patriç seu beatorū, cognoscendo cuncta in verbo per vnionem
diuinç essentię cum intellectu ipsius, per modū formæ intelligibilis copulatæ. Habuit etiam sapien-
tiam inditā seu infusam, qua ab exordio suæ cōceptiōis in matre, cognouit res omnes in propriis earū
naturis, per species intelligibiles sibi concreatas. Præter hanc quidam attribuunt Christo homini sa-
Mar.14. pientiam acquisitam seu experimentalem, in qua profecerit, non tamen ab aliis quippiam discendo.
sed per propriam inuentionē, ita ꝙ per naturale lumen intellectus agentis, abstraxit à phantasmatib⁹
intelligibiles species, eásque in intellectu possibili reposuit, atque per bunc modū scientiā acquisiuit.
Luc.4. Nulla enim naturalis perfectio ant operatio defuisse videtur animæ Christi. Nam vt astruit Dama-
Iohan.6. scenus, nihil eorū Christo defuit quæ deus in natura plantauit. Ob bas scientias animæ Christi col-
Matt.h4 latas ait Saluator, Dominus illuminatio mea, & ipse est salus mea, id est, obiectū felicitatis meę crea-
tæ, quem timebo? Nullum vtiq;, nisi sponte voluero passionē timoris assumere, sicut & passione in-
Mat.26. stante peregi, quando cœpi contristari & mœstus esse, quas vtique passiones, sicut sponte assumpsit, F
sic imperialiter eas deposuit. Dominus protector vitæ meæ, singularissimo ac excellentissimo modo
intus custodiens me à malis culpæ ac periculis animæ, ita quòd talia in me esse nō poterant, & foris
à læsionibus corporis, nisi in quantum bumani generis redemptio exigebat me pati. Nam quādo Iu
dæi quærebant eū præcipitare & lapidare, Iesus abscōdit seipsum, domino ipsum protegente. Quan
Matt.26. do etiam dęmon reliquit eum in monte altissimo, statim angeli accesserunt, & ei ministrabant: à quo
Matt. 10. trepidabo? quasi dicat, nec Iudæos neque gentiles neque tentatorem diabolum formidabo, secundum
modum prædictum. Dū.i. pro eo tempore, quo appropiant super me nocētes.i. Iudæi cum paganis,
me capientes atque ligantes in nocte ante passionē, vt edant carnes meas, id est, vt occidant me. Qui
tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderūt. Hoc iam in Iudæis bostibus Christi vide-
mus impletū. Infirmati sunt, fidem & gratiam amittentes: & ceciderunt, sceptrum & principatum o-
mnémq; legis honorē perdentes. Si consistant aduersum me castra, id est, acies Iudæorum, qui ante
Herodē & Pilatū stabant fortiter proclamantes, Crucifige eū: non timebit cor meum eos qui corpus
occidere possunt, sed animæ detrimentū inferre non præualent. Si exurgat aduersum me prælium, id
est, impugnatio persecutorū, me crucifigere affectantiū, in boc ego sperabo.i. in tali articulo, confidā
in domino, quòd victurus sim scilicet mortē destructurus, peccatū ablaturus, mūdum redempturus, G
dæmones deiecturus, tertio die resurrecturus, atque incredulos iudicaturus. Vnam.i. vnū quoddam
præcipuū petii à domino, hanc requiram perseueranter orando, & hæc vna est, vt inbabitem in do-
mo domini omnibus diebus vitæ meæ.i. vt per gratiam habitem in cordibus bominū, & in militanti
ecclesia regnē per fidē. Christus enim vt homo, frequenter orauit pro mundi salute, videlicet vt deus
aperiret corda hominū ad recipiendū inhabitationem Christi per fidem: immo propter boc passus
est vt habitaret in nobis. Propterea dixit etiā Christus ad Petrum, Ego pro te rogaui vt non deficiat
Lucæ. 22 fides tua. Nos enim sumus domus dei, & Christi filii eius, in qua Christus habitare desiderat. Propter
Hebr.3. quod ait & Apost. Cbristus tanquam filius fidelis erat in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciā
vsque in finē firmam retineamus. Vt videam voluntatem domini, id est, ideo babitare petii in domo
domini, vt videam fideles diuinæ voluntati obedientes. Sæpe enim accipitur diuina voluntas pro ef
fectu & signo voluntatis diuinæ, sicut ait Apost. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra. Et in ora-
Thes.4. tione dominica dicimus, Fiat voluntas tua.i. impleatur præceptum tuum, & visitem templum eius.i.
Matth.6. mentes bumanas per gratiā & consolationē spūs sancti ingrediar, & per sacramēta mea cū homini-
bus maneam. Vnde Christus loquens ecclesiæ, Ecce ait, ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad
Matt.28. consummationem seculi. Vel sic, Vt inbabitem in domo domini, id est, vt ascendam ad cælos, sedeáq;
ad dexteram patris. Sicut enim ostensum est, Christus interdū orauit pro sui corporis glorificatione
& exaltatione. Vt videam volūtatem domini impleri ab omnibus ciuibus cæli, qui omnes deo ad nu-
tum obtemperant, & visitem templum eius.i. vt mittam angelos sanctos de cælo, ad visitandū & cu- H
stodiendū ecclesiā militātem. Vel, vt mittam paracletum spiritū sanctum apostolis aliisq; discipulis,
Iohā.14. quē non mitterem nisi primo ascenderem, quemadmodum apud Iohannem scriptum est, Nisi ego
abiero, paracletus non veniet ad vos. Denique ista rationabiliter oro, Quoniam ipse dominus abscō
dit me in tabernaculo suo.i. in vmbraculo atque custodia suę diuinitatis, in qua sicut in tabernaculo
non manufacto omnes beati morantur, in die malorum, id est, tempore quo me persequebantur Iu-
Iohan.8. dæi, quemadmodū & in euang. habetur, Iesus autē abscondit se, & exiuit de tēplo. Et Lucas, Ipse, in-
Luc.4. quit, transiens, per mediū illorū ibat. Nam ipsa eius diuinitas fecit corpus ipsius inuisibile his, qui eū
lędere conabantur. Protexit me in abscondito tabernaculi sui.i. in seipso, & in intima contemplatio-
Esa.45. ne ipsius. Ipsa enim persona verbi protexit in omnibus hominem quem assumpsit. Deus autem meri
to dicitur absconditum tabernaculi, quoniam de eo apud Esaiam legitur, Vere tu es deus abscōditus,
deus Israel. In petra, id est, in immobili charitate dei & proximi, & in certa fiducia nominis sui, exal-
tauit me ab omni defectu & vitio, stabiliens me in seipso, in quo stabiliri, est maxime exaltari: & nunc
id est, in die resurrectionis, exaltauit caput meum, hoc est, meipsum: ponit enim partem pro toto. su-
per inimicos meos.i. super aëreas potestates, quas vici: & super Iudęos, qui me in sepulchro custodiri
fecerūt. Circuiui, quādo inter homines conuersabar, Iudæam & alias multas terras, prædicando euā-

A gelium regni dei,& sanando infirmos,quemadmodũ de Christo Petrus testatur, Pertrãsiit,inquiẽs, Act.9.
benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo. Et immolaui in tabernaculo eius.i.in synagogis,& in templo in Ierusalem,hostiam vociferationis.i.duræ & altæ increpationis malorum,deuotæ orationis pro eorum conuersione,ac laudis diuinæ. Hanc Christus frequentissime obtulit deo: cãtabo,& psalmum dicam domino,per meipsum,& per meos ministros deum laudando ac venerando. Propterea & apud Iohan.ait Saluator, Ego non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem meũ. Iohan.8.
Exaudi domine pater vocem meam qua clamaui à te,offerendo tibi prędictam hostiam vociferationis & subueni mundo,per gratiã incessantẽ,miserere mei,liberando me à molestiis vitæ præsentis,& exaudi me pro mundi salute. Tibi dixit cor meum.i.mens mea te semper interius allocuta est,cõtemplando atq; laudando te indesinenter,exquisiuit te facies mea,hoc est,tota intẽtio mea semper quæsiuit nominis tui honorem & gloriã, faciem tuam.i.claram atq; beatam tuæ essentiæ visionem domine requiram,non vt eam mihi ostendas,quoniam ab initio vidi eam per speciem tanquam comprehensor perfectus:sed vt eam ostendas electis,pro quorũ salute misisti me. Hoc est quod Christus ait, Pater quos dedisti mihi, volo vt videant claritatem quam dedisti mihi,quia dilexi te ante mundi cõstitutionem. Ne auertas faciem tuam à me,repellẽdo preces istas quas fundo,ne declines in ira à seruo tuo,hoc est,ne propter peccata hominũ differas adimplere quæ peto pro eis:ego,qui secundum Iohã.17.
B formam serui quam accepi,sum seruus tuus,de quo per Esaiã prophetam dixisti, Ecce seruus meus, Esa.42.
suscipiam eum. Et iterũ per alium, Ecce ego adducã seruũ meum orientem,& auferam iniquitatẽ terræ illius,id est,populi sui,in vna die, videlicet in die passionis suæ. Adiutor meus adesto domine pater,cooperando mihi in omnibus,ne derelinquas me in manu impiorũ,vel in sepulchro, neq; despicias me.i.corpus meũ mysticum,pnta ecclesiam,pro qua passus sum,deus salutaris meus,hoc est,salus mea inquantũ homo sum. Quoniam pater meus & mater mea.i.populus Hebræorũ ex quorũ semine natus sum,dereliquerunt me , quoniã noluerunt recipere me,prout in euang.habetur, In propria venit,& sui eũ non receperunt:dominus autẽ assumpsit me , resuscitando me ad immortalẽ statum,& conuertendo gentiles ad me. Legem pone mihi dñe &c. Hũc versum orat Christus pro corpore mystico,quod ita dilexit sicut seipsum. Ne tradideris me in animas tribulantium me,hoc est,in potestate Iudæorũ:non vt penitus non moriar,sed ne in morte detinear. quoniã insurrexerunt in me testes iniqui. Hoc in Christo tẽpore passionis esse impletũ euãgelistæ cõmemorãt,quẽadmodũ apud vnũ eorũ scriptũ est, Cũ multi falsi testes accessissẽt,nouissime surgũt duo falsi testes,dicẽtes, Nos audiuimus eũ dicẽtẽ, Possum destruere tẽplũ dei,& in triduo reædificare illud,& mẽtita est iniquitas sibi.i.falsitas eorũ decepit atq; damnauit eos,& mihi nil nocuit,sed causa magni meriti fuit. Credo videre bona dñi.i.gratiã & dona spũs sancti,in terra viuẽtiũ,hoc est,in ecclesia militãte. Nã propterea Zach.3. Iohã.1. Matt.26.
C pati dignatus sum,vt homines cælestia bona participarẽt,cęliformẽmq; vitã in mũdo deducerẽt. Vel sic, Credo videre bona dñi,hoc est,accidẽtale prẽmiũ recipere in terra viuẽtiũ.i.in patria,& etiã corporali oculo cernere gloriã dei in suis effectibus. In hoc ergo versũ tangit Christus fructum & præmium passionis suæ. Non antẽ conuenit Christo credere per fidẽ,quæ est virtus theologica,quoniã fidem talẽ nõ habuit,sed sumitur credere hoc loco pro quacũq; agnitione,vt sit sensus, Credo videre.i.visurũ me scio. Postremo Christus consolatur & animat fidelẽ suũ imitatorẽ,& ait, Expecta dominum,viriliter age,qui versus cum cæteris nunc transcursis in præcedenti expositione satis declaratus est. Ecce psalmus iste pulcherrimus,quomodo in principio sui mẽtẽ psallentis ad dominũ eleuat,fiduciã excitat,timorẽ inordinatũ excludit. Nos ergo ad consequendũ hæc bona deuotissime cantemus hunc psalmum,videturq; multũ idoneus & fructuosus atq; conueniens ad hoc, quòd à quolibet deuote & intente cantetur contra tenebras,formidines,& insidias noctis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXVII.

### EXPOSITIO Tituli.

D EST autẽ titulus psalmi iam exponendi, Psalmus ipsi Dauid. Dũ dicitur in titulo,ipsi,intelligendus est Christus ad literã. Est ergo sensus tituli, Psalmus iste attribuitur & cõuenit ipsi Dauid, id est, Christo,quem sancti prophetæ frequenter Dauid appellant,sicut ostẽsum est. Quibus iã adiici potest quod Amos scripsit, In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit. Quam scri- Amos.9.
pturam Iacobus apost.spiritu sancto repletus introducit in Act.apost.de Christo sub aliis verbis,videlicet secundum translationem Septuaginta interpretum,sic dicens, Reædificabo tabernaculũ Da- Act.15.
uid quod cecidit,id est,reparabo militantem ecclesiam Christi. Hic itaque psalmus conuenit Christo in passione constituto. Ait igitur Christus homo.

### PRECATIO

*Ad templum sanctum tuum manus cum genubus leuantes inualidas,quæsumus domine,ne tradas cum peccatoribus non te agnoscentibus animas nostras, non nos deseras,non nos cum operantibus iniquitatem perdas: sed nos regendo tecum in cælesti regno extollas.*

¶ EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem. E

AD TE domine]pater æterne [CLAMABO] .i.affectuose orabo,pendens in
Luc.23. crucis patibulo,in quo Christ' affectuosissime dixit,Pater ignosce illis, & alia
multa in cruce orauit intra se quæ scripta non sunt, immo credēdum est quòd
nunquam amorosius orauerit pro mundi salute,quàm tempore quo pendebat
in cruce.[DEVS meus ne sileas à me] .i.ne per modum silentiī & non exau-
dieotis te habeas,sed responde mihi per inspirationē internā verba bona,ver-
ba consolatoria.[NEQVANDO].i.ne aliquo tēpore[TACEAS à me] diffe-
rendo quod peto[ET assimilabor descendentibus in lacum] id est,similis ero
descendentibus in sepulchrum & in infernum,quorum corpora detinentur in terra,& animæ in ge-
Esa.35. henna.Christus enim(vt Esaias ait)cum sceleratis reputatus est,& ipse (secūdum Apostolum) factus
Galat.3. est propter nos maledictū,vt nos maledicto eriperet.Scriptum est enim, Maledictus omnis qui pen-
Deut.21. det in ligno.Ob id igitur Christus asserit assimilari se peccatoribus descendentibus in lacum,non se-
cundum veritatem,sed secundū iniquorum æstimationem,sicut inferius dicit , AEstimatus sum cum
Psal.87. descendentibus in lacum. Vel sic,assimilabor descendentibus in lacū.i.sanctis patribus, qui ante pas-
sionem meam descendebant in limbum inferni.His assimilatus est Christus secundum veritatē,quo-
niam anima eius in hunc limbum descendir statim quādo à corpore emigrauit . Propter quod Apo- F
Heb.2. stolus ait, Debuit per omnia fratribus assimilari. ¶ (2) EXAVDI dñe vocē deprecationis meæ]
.i.cordialem precis meæ clamorē & feruētē affectū [DVM oro ad te] .i.dū oro,vt adipiscar teipsum
quantum ad accidentalis præmii susceptionem. quantum vero ad beatificam visionem Christus ho-
mo ab incarnationis principio deum possedit,nec sic eum adipisci orauit. & intētionē ad te finaliter
dirigo[DVM extendo manus meas] corporales in ara crucis [AD templum sanctum tuum]reędifi-
candum.i.ad redimendum genus humanum,quod est templum dei viui . Hoc est quod ait Saluator,
Iohā.12. Ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipsum. Vel sic,dum extendo manus meas, id est,
desideria cordis mei erigo ad templū sanctum tuum,id est,ad cęlestem patriam,quatenus ego in bre
ui post passionem illuc ascendam:atq; electi mei,pro quibus hæc patior, merito mortis meæ ad eam
perueniant. ¶ (3) NE simul tradas me]potestati malorum[CVM peccatoribus] id est,quēadmo-
dum illos tradis,quos permittis non solum corporaliter occidi,sed etiam in sepulchris putrefieri, &
in inferno teneri,[ET cum operantibus iniquitatem ne perdas me.] Christus qui cōpræhensor fuit,
& confirmatus in bono,nequaquam orauit ne damnaretur aut peccaret.Quid ergo est,& cum ope-
rantibus iniquitatem ne perdas me,nisi corpus meum non permittas in terra corrūpi,vel diu ab ani-
ma separari,sed statim resuscita me?Itaque,Ne simul tradas me cum peccatoribus,id est, cum phari- G
sæis & scribis,cæterisque peruersis Iudæis[QVI loquuntur pacem] id est,verba pacifica fraudulē-
ter[CVM proximo suo] .i.mecū qui sum frater & proximus eorum,quia de eorū genere natus sum,
[MALA autem] id est,inuidia,dolus,affectus me occidendi[IN cordibus eorum] Frequenter enim
vt aiunt euangelistæ,conuenerunt Iudæi vt caperent Iesum in sermone: adulatoria verba promētes,
Matt.21. sed corde fallaciam iotendentes. ¶ (4) DA illis] domine omniū iuste iudex[SECVNDVM ope-
Iohan.6. ra eorum,& secundum nequitiam adinuentionum ipsorum] id est,secundum quod maligna eorū cō
silia promerentur. ¶ (5) SECVNDVM opera manuum eorum tribue eis] id est,secundum actus
eorum interiores & exteriores restitue eis[REDDE retributionem eorum ipsis]tradendo eos in ma
nus principum Romanorum,& in reprobum sensum,& in iram finalem. Eandem sententiam sępius
Rom.1. repetit,ad insinuandum cordis sui affectum pro obseruanda iustitia . Hæc autem Christus dicit,non
optando vindictam simpliciter,sed prænunciando quid eis futurum esset. Vel dicit hæc etiam optati
ue,conformando cordis affectum diuinæ iustitiæ,quemadmodum sancti in patria . Secundum hunc
intellectum apud Ieremiā Christus ait, Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego,
Iere.17. induc super eos diem afflictionis,& duplici contritione contere eos domine deus noster. Dies vltio-
nis in corde meo,annus retributionis meæ venit. Ideo autem sic pereant. ¶ (6) QVONIAM non
Esa.63. intellexerūt opera domini] id est,diuina miracula Christi quæ Christus fecit in nomine domini [ET
in opera manuum eius]id est,opera Christi,humanæ videlicet conuersationis suæ sanctitatem atque
Matt.12. doctrinæ veritatem. Nam miracula eius ascripserunt Beelzebub principi dęmoniorum. Vitam vero H
Matt.11. arguebant dicentes,Homo vorax,potator vini,amator publicanorum,transgressor legis,non custo-
Iohā.10. diens sabbatum. Doctrinam quoque irridentes,dicebant, Insanit,quid eum auditis? Et, Hunc inueni
Luc.23. mus subuertentem gentem nostram. Propterea domine pater [DESTRVE eos] gladio,fame,siti,ac
venditione atque expulsione de terra natali·quæ omnia inducta sunt eis per Titum.[ET non ædifi-
cabis eos] id est,nec intus reparabis eos,ædificādo corda eorum in habitaculū tibi,per fidem ac gra-
tiam:nec foris recuperabis eos reducendo eos ad terram patrum suorum , sed vsque ad finem seculi
deseres eos. Deinde Christus de sua exauditione gratias agit,& ait, ¶ (7) BENEDICTVS do-
minus]pater,seu trinitas deus[QVONIAM exaudiuit vocem deprecationis meæ] iā præmissæ,qua
oraui pro corpore meo vero ac mystico. ¶ (8) DOMINVS adiutor meus ] cooperando mihi in
omnibus per gratiam suam,dandoq; mihi idoneitatem ac efficaciam satisfaciendi pro seculo vniuer-
so. Christus enim vt homo meruit,sed eius humanitas à verbo sibi vnito efficaciam promerēdi præ-
mium tam immensum recepit.[ET ]dominus est [PROTECTOR meus] in aduersitatibus sicut iā
sæpe dictum est[ET in ipso sperauit cor meum] id est,in eius bonitate ac ope semper confisa est ani
ma mea,sciens omne bonū ab ipso procedere. Nec frustra sperauit,nam sequitur [ET adiutus sum]
Iacobi.1. id est,efficaciter prosecutus quicquid ad humanam redemptionem necessarium fuit. ¶ (9) ET re-

A floruit caro mea] quæ tertia die resuscitata est & glorificata, atque impassibilis & inalterabilis facta, [ET ex voluntate mea confitebor ei] id est, ex totis præcordiis laudabo patrem meum cælestem, & deo trino ac simplici gratias agam, quatenus homo sum, de omnibus bonis mihi secundum formã serui ab ipso collatis. ¶ (10) DOMINVS fortitudo plebis suæ] id est, conseruator eorum in bono, & causans in eis quicquid virtutis & perfectionis ac fortitudinis habẽt [ET protector saluationũ Christi sui est.] Saluationes Christi sunt salutares effectus suæ beatissimæ passionis, videlicet liberatio à peccato, infusio gratiæ, apertio ianuæ regni cælestis. Harum Christi filii sui saluationum est deus pater protector, quia defendit electos, ne istis effectibus spolientur à tentatore, & protegit eos finaliter vt saluẽtur. Insuper Christus homo mediator dei ac hominum, pro ecclesia quam redemit precatur,
& ait, ¶ (11) SALVVM fac populum tuum domine] id est, populum fidelem, vel omnem popu- 1.Tim.2.
lum, etiam infidelem, conuertendo eos ad fidem, omnes nanque sunt tui per creationem. [ET benedic] .i. munera gratiarũ multipliciter tribue [HAEREDITATI tuæ] id est, plebi Christianæ, quã tu specialiter colis, possides, & fœcundas [ET rege eos] dirigendo eos in vitam æternam [ET extolle illos] id est, sublimẽ conuersationem, & alta merita præsta eis in præsenti [VSQVE in æternum] id est, tam diu rege eos atque extolle donec ad æternam felicitatẽ pertingãt. Ecce cur metuis, cur pusillanimus es, cur non plenissime speras ô Christiane? Attende quid Christus oret pro te. Vide quo-
B niam creator tuus factus est saluator tuus, deus tuus factus est frater tuus, iudex tuus factus est aduocatus tuus. Qui cum patre & spiritu sancto exaudit, ipse pro te patrem ac spiritum sanctum exorat.
Accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiã in- Heb.4.
ueniamus in auxilio opportuno.

¶ EXPOSITIO eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum.

MOraliter deniq; conuenit psalmus iste cuicunque fideli mente vel corpore, aut in vtroque afflicto, qui pro releuamine clamat ad dominũ, Ad te domine clamabo in omni tribulatione & angustia, non ad aliquem alium, quoniã tu solus es deus totius salutis meæ, in quo solo finaliter immo-
bilitérq; confido, ita ꝙ licet occideris me, nihilominus confiderem in te, sciẽs possibilius esse cælum Iob.13.
& terram annihilari, quàm in tua bonitate sperantem fraudari. Idcirco deus meus ne sileas à me, sed intus instrue me, ne quando taceas à me, dissimulando aut repellendo desideria mea: sed loquere do-
mine, quia audit seruus tuus. Loquere mihi per inspirationem internam, per sacræ scripturæ exhor- 1.Reg.3.
tationem, per deuotorum famulorum tuorum informationem. Consolare ô domine animam meam, abstrahe eam à mundanarum rerum tumultu, & quiescentem alloquere atque illumina, quemadmo-
dum de anima pia testatus es, Ecce (inquiens) ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & lo- Osee.2.
C quar ad cor eius: & assimilabor descendentibus in lacum, hoc est, tot tribulationibus crucior, tot malis afficior, vt similis videar descendentibus in infernum, in quibus est plena miseria. Vel sic, & assimilabor descendentibus in lacum, hoc est, nisi tu preces meas pie exaudias. descendam & ego cũ aliis in lacum, id est, in profundum vitiorũ, in voraginem periculorum, & in foueam carceris infernalis. Exaudi domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te, hoc est, dum adoro te, dum extollo manus meas corporales & spirituales ad templum sanctum tuum, id est, ad patriam beatorum, eleuando manus meas corporeas cum ardentibus desideriis mentis ad triumphantem ecclesiam, salutans eam, &
petens ad eam perduci, quemadmodum Ieremias monet, Leuemus corda nostra cum manibus ad do Thren.3.
minũ ad cælos. Vnde Apostolus dicit, Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira 1.Tim.2.
& disceptatione. Ecce quàm frequenter vir sanctus eandem sententiam orando repetiit. Ardẽs nẽpe affectus mensuram ignorat, nec satiatur orando, sed indesinenter accenditur, & flamma flammã producit, ignisq; amoris ignem affectuosæ orationis nutrit & auget. Etenim diuinarum rerum nulla sa-
turitas est, sed quo magis gustantur, eo amplius appetuntur, quemadmodum scriptum est, Qui edũt Eccl.24.
me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Ne simul tradas me cum peccatoribus, id est, ne permittas me iugo peccati & seruituti diaboli subiici, quibus peccatores subduntur: sicut in euãgelio
habetur, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et qui à diabolo in tẽtationibus vincitur, eius Iohan. 8.
D ditioni infelix subiicitur: & cum operantibus iniquitatem, hoc est, in malo perseuerãtibus ne perdas 2.Pet.2.
me, subtrahendo mihi gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Qui loquũtur pacem cum proximo
suo, mala autẽ in cordibus eorum, id est, qui ore benedicunt, & corde maledicunt, vt sunt adulatores, Psal.61.
mendaces, fallaces. Tales (pro dolor) multi sunt, immo pauci inueniũtur fideles ac integri amici. Pro-
pterea optime dictum est, quod vtinam efficaciter pensaretur. Ait etiã Micheas propheta, Periit san- Mich.7.
ctus de terra, & rectum in hominibus non est. Vir fratrem suum venatur ad mortem. Ab ea quæ dor
mit in sinu tuo custodi claustra oris tui: quia filius contumeliã facit patri, & inimici hominis domesti Philip.2.
ci eius. Nam vt ait Apostolus, Omnes quæ sua sunt quærunt. Da illis secundum opera eorũ. Hic versus cum sequenti ex præcedẽti expositione patescit. Ideo autem redde illis debitas pœnas ô domine. Quoniam non intellexerunt opera domini, hoc est, exempla Iesu Christi, cuius tota vita est informatio nostra, & in opera manuum eius, id est Christi, non intellexerunt, hoc est, iudicia Christi, quibus bonis dat vitam æternam, & malis pœnas perpetuas non considerauerunt. Hæc opera domini non intelligunt mali, quia & si se intelligere asserant, factis tamen negant, & se nescire ostendunt, quẽad-
modum scriptum est, Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierũt, destrues illos ô do Ierem.4.
mine auferendo eis esse spiritale, & voluntatem eorũ priuando bonis cupitis, quando in pœnas æternas deiicies ipsos: & non ędificabis eos, interius per illuminationẽ & gratiam spiritus sancti, nec ordinabis, neque stabilies interiora eorum, sed erũt miseri & caduci. Benedictus dominus, id est, bene-

dictus sit ipse dominus, & benedicatur ab omnibus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meę, si- E
cut ex interna inspiratione iam sentio vel experior per effectum. Interdũ enim deuoti famuli dei an-
Esaiæ 65 tequam orationem suam finiant, se exauditos mox sentiunt. Propter quod dominus ait, Antequã cla
ment, ego exaudiã. Adhuc illis loquentibus, ego audiam. Dominus adiutor meus, in faciendo quæ bo
na sunt, & protector meus in declinãdo ab his quæ mala sunt, & in ipso sperauit cor meum, sine quo
nil boni cogitare, loqui aut facere possum: & adiutus sum, per gratiã eius, nec succubui hostibus ani-
mæ meæ. Et refloruit caro mea, id est, corpus meum quod ante peccatis subiacuit, quod pollutioni-
bus variis commaculatum erat, & iniquitatibus deseruiuit. Hoc modo per adiutorium dei subiectum
est rationis imperio, charitatis obsequio, continẽtiæ flore iam nitet, & castitatis odore nunc fragrat,
Roma. 8. quemadmodum iubet diuinus Apostolus, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, neq; ex-
hibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, & ex voluntate mea .i. sponte
ac prompte, confitebor ei, videlicet domino. Confitebor, inquam, ei mea mala ac vitia, meipsum diiu
dicando, contẽnendo & castigando. Confiteborq; ei sua bona ac beneficia, ipsum laudãdo, venerãdo
atq; amãdo. Dñs fortitudo plebis suæ, hoc est, causa fortitudinis seruorum suorum, quemadmodum
Deute. 1. Moses dicit, Noli timere, dominus deus tuus, qui ductor est tui, ipse pugnabit pro te: & protector sal
uationum .i. conseruator virtutum saluantium, Christi sui est, hoc est, ipse dominus est defensor & cõ
seruator virtutum & gratiarum cuiuslibet Christiani chrismate sacro ac spiritu sancto vncti. Virtu- F
tes enim & gratiæ dei sunt saluationes nostræ, quas necesse est defendi à deo, ne vitiis ingredientibus
expellantur ac pereant. Postremo homo fidelis sui oblitus, communisq; boni accensus amore, pro o-
mnibus orat ex charitate fraterna. Saluum fac populum tuum domine, cuius expositio in præceden-
ti articulo patet. Vere pulcher, suauisq; psalmus qui à singulari charitate orditur, & in cõmuni amo-
re finitur, in quo homo deuotus primo orat pro se, & tandem se exauditum glorians, ac deum collau
dans, tanquam idoneus factus orat pro omni populo Christiano. Et est oratio huius versus admodũ
sententiosa ac feruida, quam debemus quotidie intẽtissima mente effundere, sicut & totum psalmum
debito tempore, quoniam totus fructuosus, consolatoriusque consistit.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXVIII.

### EXPOSITIO Tituli.

1. Para. 15 TItulus psalmi est, Psalmus Dauid in consumatione tabernaculi. Primo libro Paralipomenon
1. Par. 16. legitur, quod arca domini de terra Philistinorum reducta manserit ad tempus in Sylo. Post- G
modum vero Dauid ædificauit ei tabernaculum, in quod cum introduxisset eam, hortatus est
populum ad hostias immolandas. Ab hac ergo historia sumptus est titulus psalmi pręsentis, posséq;
litera eius applicari ad illam historiam, sed multo congruentius exponitur de re figurata, quàm de fi-
gura. Dauid enim est euidens figura Christi, & arca est typus ecclesiæ: Consumatio quoque taberna
culi, ecclesiæ perfectionem designat. Sicut enim Dauid reduxit arcam in tabernaculum suũ, sic Chri
stus reduxit ecclesiam in regnum cælorum. Est igitur tituli sensus, Psalmus Dauid, id est, psalmus iste
ascribitur Dauid hic loquenti. In consummationem tabernaculi, hoc est, cõscriptus est ex perfectio-
nis ecclesiæ præconsideratione. Dauid nanq; in spiritu sancto prænoscens totum mundum ad Chri
sti fidem per apostolos conuertendum, alloquitur hic vniuersalem ecclesiam, quatenus digna deo sa-
crificia offerat. Ait enim.

### PRECATIO.

*A cunctis malis exime nos domine, & tribue nobis cor contritum & humiliatum pro peccatis nostris tibi offerre, vt tua virtute & magnificentia sedatis scandalis, quæ operantur iniquitatem, populo tuo benedicas in pace.*

### EXPOSITIO psalmi literalis.

AFFERTE] id est, ad gloriam creatoris aliquid apportate [DOMINO] cuius
sunt omnia, ô [FILII dei] adoptiui, quibus Christus dedit potestatem filios
Iohan. 1. dei fieri. De quibus scriptum est, Charissimi nunc filii dei sumus, & nondũ ap- H
1. Ioha. 3. paruit quid erimus. Et iterum, Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt
filii dei nominemur, & simus. Itaq; ô omnes fideles in testimoniũ, quod omnia
quæ habetis à deo recepistis, Afferte ei, hoc est, aliquid ipsi offerte. Quẽadmo-
Rom. 14 dum enim omnia quæ habemus à deo recepimus, sic totum quod sumus, possu
Coloss. 3. mus, agimus, & habemus, deo offerre, id est, eius obsequio mãcipare debemus:
quia non sumus nostri, sed eius qui condidit nos. Propterea ait Apostolus, Nemo nostrum sibi viuit.
Deut. 6. Et rursus, Omne quodcunque facitis in verbo, aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Chri
sti facite, gratias agentes deo patri per ipsum. Vnde quod hic ait Psalmist. Afferte domino filii dei.
Moses ita inducit, Non apparebis vacuus ante dominum, sed offeret vnusquisque secũdum quod ha-
buerit. Exterior nãq; oblatio signum est interioris oblationis, quo spiritus semetipsum immolat deo
Eccl. 34. per obedientiam ac reuerentiam. De qua interiori oblatione in Ecclesiastico legitur, Salutare sacrifi
cium est attendere mandatis. Deinde declarat quid filii debeant deo afferre [AFFERTE domino fi
lios arietum] hoc est, vosmetipsos qui estis filii apostolorum, qui arietes appellantur, quoniam duces
sunt ouium Christi, atque fortissimi protectores earum, inducentes easdem in ouile Christi. Nemo
enim aliquid maius afferre potest deo de suis quàm seipsum. Ergo afferte vosipsos, hoc est, corde &

A opere appropinquate, adhærete & ministrate ei. Sed ne quis male intelligat quomodo debeat seipsum deo offerre, velitque seipsum occidere, & more pecudum afferrre, ideo consequenter ostendit, quid sit afferre seipsum. ℂ (2) AFFERTE domino gloriã & honorem] id est, ita afferte vos dño, glorificetis & honoretis dominum, quantum potestis, tam in vobis quàm in aliis, sicut in Euangelio ait Saluator, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent pa- Matth. 5.
trem vestrum qui in cælis est. Hoc est quod quotidie in oratione dominica deprecamur, Sanctificetur in nobis nomen tuum, hoc est da nobis gratiam taliter tibi seruiendi, vt ex puritate & sanctitate Matth. 6.
nostrę conuersationis omnibus innotescat, quàm vere sanctus sis tu domine deus, cui tale obsequium placet. Ergo afferte domino gloriam & honorem, quemadmodum fecit Apostolus, dicens, Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorum. Et Dauid, Tua est domine magnificentia, & potestas, & gloria, atq; victoria, tibi laus, tuę diuitię, tua est gloria, tua enim 1. Tim. 1.
sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi [AFFERTE domino gloriã nomini eius] 1. Par. 29
Gloria est clara cum laude notitia. Quid est ergo, afferte domino gloriã nomini eius, nisi ore & opere manifestate aliis notitiam dei? vt sciant quam sanctus & iustus est dominus, & quomodo omnia nostra bona ac merita sint eius dona, ac per hoc studeant deo in sanctitate & iustitia deseruire, atque

B omne bonum ei cum incessabili ascribere laude? Hoc est sacrificium placitum deo, quod ipse à nobis Luc. 1.
summe requirit, quemadmodum Micheas pulcherrime scribit, Quid dignum offeram domino? Cur- Mich. 6.
uabo genu deo excelso. Nunquid placari potest dominus in milibus arietum? Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, aut quid à te dominus requirat. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum deo tuo [ADORATE dominum in atrio sancto eius] hoc est, in eccle- Matth. 6.
siastica vnitate, vel in cubiculo cordis vestri, orando patrem in abscondito, & in spiritu ac veritate. Iohan. 4.
Spiritus enim est deus, & eos qui adorant, in spiritu adorare oportet. Et spiritus noster est atrium Apoc. 3.
dei, quia in ipso moratur & epulatur altissimus, quemadmodum in Apocalypsi ipse testatur, Ego sto ad ostium & pulso, Si quis aperuerit mihi ianuam & audierit vocem meam, introibo ad illum & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Insuper sanctus Dauid describit constitutionem ecclesiæ, dicẽs, ℂ (3) VOX domini] id est, prædicatio Christi [SVPER aquas] id est, super populum Iudæorũ. De quo in Euangelio Christus ait, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Nam Matt. 15.
illis Christus specialiter promissus fuit, ac missus, & eis primum prædicauit per seipsum & suos di- Psal. 23.
scipulos, [DEVS maiestatis] id est, Christus rex gloriæ [INTONVIT] id est, altissima documenta proposuit, docens ea quæ omnem rationem transcendunt, videlicet deum esse vnum ac trinum, se esse deum ac hominem, carnem suam vere esse cibum. Intonuit quoque, hoc est terribilia edocuit de

C futuro iudicio & pœnis inferni, & in omnibus excellentissime loquebatur, sicut Iudæi ad deum mis- Iohan. 6.
si, redeuntes dixerunt, Nunquam sic loquutus est homo sicut hic loquitur [DOMINVS super aquas Iohã. 17.
multas] id est prædicatio Christi etiã super gentiles effusa est. Quod (vt Euangelistæ testantur) Christus interdum per Tyrum & Sydonem, aliásque terras gentilium ambulauit & prædicauit. Designã Matt. 15.
tur autem per aquas populi, quoniam in Apocalypsi dicitur, Aquæ multæ populi multi sunt. Et Salomon, Mitte, inquit, panem tuum super transeuntem aquam, id est, populum mendicantem. Vel sic, Apoc. 17.
Vox domini, scilicet, patris æterni, super aquas. Nam Christo in Iordane baptizato, vox patris fa- Eccl. 11.
cta est, deus maiestatis, id est, pater cælestis, intonuit, dicens, Hic est filius meus dilectus, dominus Matth. 3.
super aquas multas, hoc est, virtus Christi purgatiua peccati extunc collata est omnibus aquis Chri Marci. 1.
stus enim tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam tribuit omnibus aquis. [VOX domini in Luc. 3, 9.
virtute] id est, prædicatio Euangelii facta est à Christo ac eius discipulis in magna miraculorum Marc. 16.
potentia, quemadmodum in Euangelio scriptum est, Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, [VOX domini in magnificentia] id est, prædicta prædicatio in magna excellentia facta est, tam propter sanctitatem vitæ prædicantium, quam propter magnalia quæ deus per eos effecit, dando eis os & sapientiam, cui non poterant resistere & contradicere omnes aduersarii eorum. Hinc ait diuinus ac sanctus Apostolus, Abũ- Luc. 21.
dantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus ne pereffluamus. Quomodo enim effugiemus, si Hebr. 2.
tantam neglexerimus salutem, quæ in nos confirmata est, contestante deo, signis & portentis, &

D virtutibus, & variis spiritus sancti distributionibus? Nam (vt alibi docet Apostolus) alii per spiri- 1. Cor. 12.
tum datus est sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii genera linguarum, alii prophetia. Propter hæc ergo facta est vox domini in magnificentia.
ℂ (4) VOX domini confringentis cedros] hoc est, sermo Christi, vel ipse Christus, qui est Iohan. 1.
vox, sermo, & verbum patris æterni, confringit superbos, qui instar cedrorum in propriis oculis magni atque sublimes sunt. Hos Christus confringit tripliciter. Primo corrumpendo in eis passiones immoderatas, ac vitia, & extinguendo in eis superbiam. Et ista confractio pia est & salubris: Matt. 11.
Istæ sunt cedri, quæ discunt à Christo, quia mitis est & humilis corde. Secundo, Christus confringit has cedros, subtrahendo vel non dando eis esse spirituale, sed spiritualiter eas occidendo. Tertio, eas confringet in die iudicii, quando æternaliter damnabuntur. Et hoc modo confregit ce- Ezec. 31.
drum altissimam, puta Luciferum. De quo legitur, Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. Sed hoc loco accipitur cedrus in bono, quia per cedros intelliguntur angeli, quorum Lucifer summus fuit. Sæpe enim sumit scriptura cedrum in bono, quemadmodum sapientia dicit, Ego quasi Eccl. 24.
cedrus exaltata sum in Libano. Cedrus nanque est arbor altissima. Sed altitudo quædam est bona, & aliqua mala [ET cõfringet dominus cedros Libani] hoc est, superbos prelatos, ac principes de carnis

claritate ac famę splendore, vel ingenii aut scientiæ eminentia, seu seculari potentia inaniter gloriantes. Libanus enim candidatio interpretatur. Has cedros Libani deus confringit secundum triplicem modum prædictum. Vnde sacratissima atque Christifera virgo Maria, Deposuit, inquit, potentes de sede, & exaltauit humiles. Cui concordat illud Ecclesiastici, Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit pro eis mites. ❡ (5) ET comminuet eas tanquam vitulum Libani,] hoc est, cedros prædictas conteret dominus, sicut conteritur vitulus nutritus in Libano, auferēdo eis vel culpam, vel gratiam, vel salutem æternam. Sicut enim tripliciter intelligi potest cedrorum confractio, ita quoque earum comminutio tripliciter accipi potest, [ET dilectus,] hoc est, humilis, deoque placens erit, [QVEMADMODVM filius vnicornium] id est, non comminuetur vt cedri, sed fortis atque securus erit in domino deo suo, & tanquam pullus vnicornis seu rhinocerontis, qui est fortissimum, grande, atque imperterritum animal. In hoc ergo quod ait, & dilectus quemadmodū filius vnicornium, ponit distinctionē inter superbos & in suis viribus confidentes, & humiles in deo sperantes. ❡ (6) VOX domini intercidentis flammam ignis] hoc est, dominus ipse per rorem gratiæ suæ interrumpit & extinguit in seruis suis ignem seu inflammationem irę, atque luxuriæ, perducendo eos ad refrigerium mansuetudinis & castitatis. Ad literam quoq; Christus sæpe extinxit, & scidit ignem materialem, cui sancti martyres aut fideles ad martyrium præparati iniecti fuerunt. Sicut de sancta Agnete narrat Ambrosius, imo multi sanctorum in igne omnino illæsi manserunt. Christus etiam scidit flammam ignis, quando quosdam Iudæorum contra se furentium misericorditer illuminauit, & quosdam in sua incredulitate iuste reliquit. ❡ (7) VOX domini concutientis desertum] id est, sermo Christi excitat corda infructuosa, pigra, ac arida, concutiendo ea sancto timore ac diuino amore, vt fiant agilia, fructuosa, & feruida. Cor enim peccatoris desertum vocatur, tanquam a deo relictum, & ab humore ac fructu salutis & gratiæ alienum [ET commouebit dominus,] ad pœnitentiā & vitam laudabilem, [DESERTVM Cades, id est, cor electorum & fidem dei habentium. Cades enim immutata vel sancta interpretatur. Electi igitur, quoniam ad tempus errare possunt, sed finaliter perire non valent, commouebuntur a domino ad salutem, antequam moriatur. Posset autem per desertum Cades Iudæa intelligi, quæ legem a deo recepit, & in fine seculi immutanda ad fidem est. Hanc dominus commouebit in fine mundi, vt conuertatur ad Christum, quemadmodum Oseas testatur, Post hæc reuertentur filii Israel & quærent dominum deum suum, & Dauid regem suum, id est, Messiam, vt omnes exponunt. ❡ (8) VOX domini præparantis ceruos] id est Christus per suum sermonem disponit ad currendum velociter viam pręceptorum suorum seruos suos feruentes, & ipse præparauit apostolos dando eis primitias spiritus sancti, vt per totum mundum disseminarent verbum dei, prosequendo velociter onus sibi iniunctum, quemadmodum cerui veloces sunt in actibus suis, [ET reuelabit condensa] id est illuminabit corda ceruorum istorum, vt intelligant abdita scripturarum. Hoc enim Christus in apostolis ac aliis multis effecit [ET in templo eius omnes dicent gloriam,] id est in ecclesia dei omnes fideles deo gloriam ac laudem attribuent. ❡ (9) DOMINVS diluuium] id est, plenitudinem seu exuberantiam gratiarum. [INHABITARE facit] in cordibus electorum, præsertim tempore Euangelicæ legis, quod propter superaffluentem misericordiā dei Christianis exhibitam, nuncupatur tempus gratiæ, [ET sedebit dominus rex inæternum,] id est, æternaliter præsidebit fidelibus suis, & habitabit in eis, modo per gratiā, in futuro autem per gloriam: quemadmodum Zacharias de Christo prædixit, Ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur in solio suo, & erit sacerdos. ❡ (10) DOMINVS virtutem populo suo dabit] vt declinent à malis, & faciant bona [DOMINVS benedicet populo suo] id est, gratiam multā tribuet eis [IN pace] id est, dum tranquilli fuerint & mente quieti. Corda enim turbata & inquieta nō sunt diuinæ benedictionis capacia. Vel, in pace, hoc est ad finem illum, vt veram ac stabilem pacem consequantur. Vel, in pace. i. in seipso. Christus enim (vt ait Apostolus) est pax nostra, quæ facit vtraque vnum.

Lucæ.1. Eccl.10. Osee.3. Psal.128. Rom.8. Zach.6. Ephe.2.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXIX.

EXPOSITIO Tituli.

HVius denique psalmi titulus est, Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid. Psalmus bonam operationem vel laudem cum operatione significat. Canticum vero spiritualem lætitiam. Dedicatio vero domus Dauid, est resurrectio corporis Christi. Sapientia nanque dei ædificauit sibi domum, quando corpus assumpsit humanum. In resurrectione vero dedicauit hanc domum, resuscitans corpus suum ad impassibilem, inuiolabilem ac solennissimum statum. Est igitur tituli sensus, Psalmus cantici, id est, laus operosa, & ad bene operandum nos instruens. Laus, inquam, cantici, id est, spiritualem lætitiam continens, in dedicatione domus Dauid, id est, pro resuscitatione corporis domini saluatoris. Igitur Christus pro sua resurrectione deo patri gratias agens, ait.

Prou.9.

PRECATIO.

*Audi domine preces nostras & miserere nobis, conuerte planctum nostrum in gaudium, & circunda nos letitia salutis: ut pro uniuersis beneficiis tuis tibi cantemus & confiteamur in beata sede æternitatis.*

A ¶Expositio psalmi iuxta sensum literalem.

(1) EXALTABO te domine]pater.i.laudabo te,& alios illustrabo vt te exaltet,&
venerentur,teq; immẽsum agnoscant,& omnibus creaturis incõparabiliter di
gniorem[QVONIAM suscepisti me] in resurrectione ad impassibilem statũ,
& in ascensione ad dexteram tuam [NEC delectasti inimicos meos super me]
hoc est,non permisisti eos finaliter aut diu gaudere de afflictionibus meis. Nã
quanuis Iudæi ad tempus gauisi sunt de Christi occisione,non tamen tãdiu si-
cut putabant.Putabant enim omnino extinguere nomen atq; memoriam eius,
& corpus eius corrumpendum æstimabant in tumulo:sed dũ à custodibus mo
numenti audierunt,quæ facta erant,contristari cœperũt,præsertim propter testimonium illud,quod
mortui cum Christo resuscitati perhibuerunt de Christi resurrectione . Venerunt enim (sicut testa-
tur Matth.) in sanctam ciuitatem,& apparuerunt multis,quod principes sacerdotum non latuit,im- Matt.27.
mo & eis apparuisse leguntur.Maxime autem contristati sunt in die Pentecostes, & postmodũ quan Act.1.
do videbant in Christi discipulis tam manifesta miracula dei,& tot milia conuerti ad Christum.Por-
ro diaboli ad tempus gauisi sunt de tribulationibus Christi.Nisi enim dæmon optasset Iesum occidi,
B nequaquam misisset in cor,vt eum Iudas Simonis Ischariotis traderet. Verũtamen in ipsa nocte vi- Iohan.15
dens admirabilem patientiam Iesu,& alia quædam,ex quibus coniici potuit,Iesum esse verum Chri Matt.27.
stum,cœpit timere,& de eius traditione dolere . Vnde vxorem Pilati solicitauit de nocte per visum,
vt marito consuleret,ne iustum illum occideret.Cum ergo agnouerant dæmones Iesum, cuius mor-
tem procurauerunt,esse Christum,tunc omnis delectatio,quam de eius persecutione habebant,ces-
sauit.Hinc ergo ait Saluator ad patrem,Nec delectasti inimicos meos super me . Et secũdũ hanc in-
telligentiam per inimicos designantur tã infideles Iudæi quàm dæmones. ¶(2) DOMINE deus
meus clamaui ad te]passione instante dum dixi,Non mea voluntas fiat,sed tua.Atque in cruce dũ di Matt.26.
xi,Pater,in manus tuas commendo spiritum meum[ET sanasti me] à læsione mortis reuniendo ani Luc.23.
mam corpori immortali & glorificato. ¶(3) DOMINE eduxisti ab inferno] id est,à limbo pa- Psal.30.
trum[ANIMAM meam]in die resurrectionis,[SALVASTI me à descendentibus in lacum]id est,
præseruasti me,ne essem de eorum consortio qui in infernum inferiorem descendunt.Idcirco hortor
vos ego Christus. ¶(4)PSALLITE domino] deo patri qui tanta bona contulit mihi,ô omnes
[SANCTI eius, & confitemini memoriæ sanctitatis eius,].i.cõfessione laudis enũciate atq; recolite
misericordiã diuinæ sanctitatis,seu sancti dei,per quàm recordatus est vestri,mittendo me filiũ suum
C in mundũ vt redimerẽ vos.Hortatur itaq; Christus vt psallamus domino propter bona quę præsti-
tit sibi,& vt cõfiteamur ei,qui tã benigne recordatus est nostri, qui obliti eramus illius propter bene
ficia quæ dedit nobis per Christũ. ¶(5) QVONIAM ira].i.humani generis perditio seu origina-
lis criminis vltio est [IN indignatione eius].i.ex iusta detestatione diuina,quæ illud peccatũ intantũ
detestata est vt nõ remitteretur,nisi ego pro eo mortẽ subirẽ: imo & ipse pater quodãmodo vltus est
illud peccatũ in me,sicut per Isa.testatur:Propter scelus populi mei percussi eũ[ET vita].i.humanę Isai.53.
naturæ redẽptio ac mea resuscitatio est [IN volũtate eius].i.ex pio beneplacito dei patris procedit.
Deus enim omnia libere facit,quẽadmodũ apostolus ait,Omnia operatur secundũ cõsiliũ voluntatis Ephe.1.
suæ. Et ita ex misericordissima volũtate profluxit,quod per Christi passionem liberatus est mũdus a
morte peccati,& gratiæ vitã sortitus. ¶(6) AD vesperum demorabitur fletus] hoc est,Christo in
cruce iã mortuo magnus planctus,ac vehemẽs dolor fuit in suis discipulis & amicis,imo vt ait Euan
gelista:Centurio & omnis turba eorũ qui aderant percutiẽtes pectora sua reuertebantur [ET ad ma Luc.23.
tutinũ lætitia].i.Christo surgẽte valde diluculo incepit consolatio prædictorũ lugentiũ. Nã in die re
surrectionis Christus quinquies apparebat,& corda suorũ lætificabat.Vel sic,Ad vesperũ, hoc est,tẽ
pore huius exilii quo sedemus in tenebris,& vmbra mortis. Demorabitur fletus.i. Christo condole-
re oportet,& compati,& propter nostrã ingratitudinẽ lachrymari,& ad matutinũ lætitia, hoc est,in
die beatæ remunerationis ac lucis cœlestis,erit exultatio his qui in prædicto vespere lugent, quemad
modũ ait apostolus,Si cõpatimur & conregnabimus. ¶(8) EGO autem dixi in abundantia mea] Rom.8.
.i.ego Christus existens in plenitudine gratiæ & exuberantia consolationis diuinæ,dixi [NON mo- Luc.22.
D uebor inæternum] hoc est,non semper agitabor persecutione hominum impiorum. Vnde & in no-
uissima cœna Christus discipulis dixit,Etenim quæ sunt de me finem habent. Vel, non mouebor in-
æternum.i.ab obedientia patris mei nunquam recedam, nec a rectitudine sanctæ conuersationis vn-
quam deflectar,sed immobilis ero in deo. Christus enim propter abundantiam gratiæ suæ cõprehen
sor fuit,& confirmatus in bono.Propterea dicere potuit,non mouebor inæternum. ¶(9) DOMI-
NE] pater [IN voluntate tua].i.in beneplacito tui amoris ac pii fauoris [PRAESTITISTI deco
ri meo] hoc est,sanctæ & immaculatæ ac splendidæ cõuersationi meæ [VIRTVTEM].i.stabilitatẽ
prædictã in te.Verũtamẽ. ¶(10) AVERTISTI faciẽ tuã a me].i.tẽpore passionis subtraxisti in-
ternã ac solitã consolationẽ ab inferioribus viribus animæ meę,& ita me tractari permisisti,ac inter
latrones suspendi , ac si non fuissem filius tuus dilectus , vnde clamare compulsus sum : Deus meus Matt.27.
deus meus,vt quid dereliquisti me? [ET factus sum conturbatus ] non conturbatione culpę , quia Psalm. 21
superius dixi,non mouebor inęternum: sed conturbatione pœnę seu naturalis vehementisque affli-
ctionis,quemadmodum a Ioh.scriptum est,Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu,& protesta- Iohan. 13
tus est,& dixit,Vnus ex vobis me tradet. Et Luc. ait, Factus in agonia prolixius orabat: & factus est Luc.22.
sudor eius , sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram . Nihilominus post hanc turbationem.
¶(11) AD te domine clamabo] orando in cruce pro crucifixoribus meis totiusque mundi salute Luc.23.

Deinde Christus mutans personā,hoc idē quod dixit ad patrē,dicit ecclesiæ, vt eā ad similia faciēdā E
informet,& ait[ET ad deū meū deprecabor] nō cessando ab inuocatione ipsius propter angustiam
tribulationis acerbitatémq; passionis.Et hoc rationabiliter agonā ¶(12) QVAE vtilitas in sanguine meo] hoc est,quis fructus esset incarnationis & vitæ meæ atq; effusionis sanguinis mei [DVM
descendo in corruptionē?].i.si in sepulchro relinquor,& in cinerē redigor. Christus enim incarnatus,& passus est vt mundū conuerteret.Si autē ipse non resurrexisset,mundus in eū nullatenus credi
1. Cor.15 disset,sicq; nulla videretur vtilitas passionis suæ ac mortis. Propter quod ait Apostolus,Si Christus
Iohā.20. non resurrexit,ergo inanis est fides vestra,inanis est prædicatio nostra . Vnde Christus cōsequenter
probat,quod dixit,subiungens, ¶(13) NVNQVID confitebitur tibi puluis?] hoc est,nūquid caro mea incinerata atq; corrupta erit occasio atq; materia credēdi & confitendi nomini tuo? [AVT]
Luc.24. ipsa sic puluis effecta,[ANNVNCIABIT veritatē tuā]apparēdo apostolis,& ostendendo eis cicatrices,atque dicendo,Palpate & videte:& verificādo prophetarum scripturas,qui omnes concorditer vaticinantur carnē meā,protinus resurrecturā.Ideo enim post resurrectionē Christus discipulis
Ibidem. dixit,Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi,& prophetis,& psalmis de me.

¶(14) AVDIVIT dominus]orationes præmissas[ET misertus est mei] eripiendo me de vniuersis pœnalitatibus vitæ præsentis,[DOMINVS factus est adiutor meus] dando mihi omnē potestatē
Matt.28. in cælo & in terra. ¶(15) CONVERTISTI]ô domine[PLANCTVM meum] .i.tristitiam qua F
Matt.26. dixi,Tristis est anima mea vsq; ad mortem[IN gaudium mihi] quoniam tribuisti pro illa temporali
Mar.24. tristitia sempiternam lætitiam præmii essentialis cunctis electis,& gaudium accidentalis præmii mihimetipsi,transferendo me ab ignominia passionis ad gloriā resurrectionis.Sicut enim testatur Apostolus,Christus cum clamore valido & lachrymis supplicationes fudit ad deum,[CONSCIDISTI
Heb.5. saccum meum]hoc est,corpus meum animæ atque diuinitatis meæ contemptum latibulum,permisisti in passione multis vulneribus lacerari,ita vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non esset in
Esa.1. eo sanitas[ET circundedisti me lætitia] .i. corpus gloriosum reddidisti animæ meæ in resurrectione.
¶(16) VT cantet tibi gloria mea]hoc est,vt ego anima & corpore glorificatus laudem te [ET nō
Rom. 6. compungar]id est,non amplius patiar.Nam Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur [DOMINE deus meus inæternum confitebor tibi]laudando te secūdum quod homo sum sine fine in re-
Hebr.1. gno cælorum,vbi tecum sedeo ad dexteram tuam.

## ¶EXPOSITIO tropologica eiusdem psalmi.

MOraliter autem exponendo hunc psalmum,Per domum Dauid intelligitur ecclesia,vel quicūq; fidelis,in quo deus per fidem & gratiam habitat.Et per dedicationem huius domus intelligitur deputatio seu exhibitio qua exhibemus nosipsos seruire deo vero ac viuo,sicque tituli sensus est,Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid,hoc est, pro exhibitiōe gratiarumactionis atque obsequii, G
quibus corde,ore,& moribus regratiamur altissimo pro beneficiis suis eiúsq; famulatui nosipsos voluntarie exhibemus.Ecclesia igitur vel quilibet Christianus se à multis periculis præseruatum,vel liberatum à deo perpendens , gratias agat & dicat,Exaltabo te domine , meipsum humiliando,& tibi reuerenter obsequendo,tuam altitudinem confitendo,omnem perfectionem,bonitatem , & gratiam tibi attribuendo.Quanto enim nosipsos profundius humiliamus,tanto deum gloriosius exaltamus. Idcirco autem exaltabo te domine,quoniam suscepisti me.i.orationem meam & pœnitētiā ac seruitutem meā grata ac placita habuisti,& non contempsisti,nec repulisti me vilem & pauperem peccatorem,nec delectasti inimicos meos super me,hoc est,nō permisisti homines malos ac dæmones,qui delectantur de aduersitatibus meis,finaliter gloriari super me,sed à pœnis vel vitiis eripuisti animam meam,& ita delectasti angelos sanctos,piosque homines super me,quoniam gaudium est angelis dei
Luc.15. super vno peccatore pœnitentiam agente.Domine deus meus clamaui ad te,pro indulgentia peccatorum infusione virtutum,ac releuamine pœnarum seu persecutionum, & sanasti me,ab interiori læsione peccati,vel etiam ab exteriori tribulatione , seu morbo corporali . Domine,eduxisti ab inferno animā meā,hoc est,à reatu & macula mortalium peccatorum,per quæ homines merētur infernū:liberasti me,saluasti me à descendentibus in lacum.i.non permisisti me perseuerare in malis,quēadmodū illos qui in infernalē foueā,seu vitiorum profunditatē descendunt.Ecce quātum beneficiū dei est H
hoc,quod illis potissimū datur,qui deo inspirante,mundū,& omnia quę in mundo sunt derelinquūt, & Christo in religione fideliter seruiūt.Hi à pristina conuersatione & societate malorū cōuersi,hūc versum verissime dicere possunt,imo cum magna ac deuotissima iucunditate dicere debent.Considerare enim debemus nos qui mundum reliquimus,vel ad veram ac perseuerantem pœnitentiam conuersi sumus,quot propinquorum coætaneorum consortium nostrorum iam infernus absorbuit , qui pauloante nobiscum conuersati sunt,& forte multo meliores nobis fuerunt. Quantū ergo regratiari tenemur deo altissimo, qui illos iam iuste damnauit , & nobis tā pie pepercit,& ad vitam meliorem transuexit. Vnde vir sanctus pro tam ineffabili beneficio digne regratiari deo nequaquam per se solū sufficiens,omnes sanctos qui vel in cælo sunt,siue in terra ad laudem dei & gratiarū actionē inuitans subiungit , Psallite domino sancti eius & confitemini , confessione laudis, memoriæ sanctitatis eius , id est sanctæ memoriæ dei , seu sancto deo nostri misericorditer recordanti , qui à se auersos ac sui oblitos non est oblitus,sed reduxit ad se . Hinc enim dominus ait per Esaiam,Nūquid id obli-
Esa.44. uisci potest mulier infantem suum vt non misereatur filio vteri sui ? Et si illa oblita fuerit,ego tamen non obliuiscar tui.Nos ergo non obliuiscamur misericordiarū domini,qui nos ita præuenit in omni
Esa.63. pietate & gratia.Sed illud Esaiæ intente dicamus,Miserationum domini recordabor, Laudē domini

A super omnibus bonis quæ reddidit nobis dominus, quæ largitus est secundum indulgentiam suam. Illud quoque Ierem. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Quoniam ira, id est effectus diuinæ iustitiæ. s. priuatio gratiæ, vltio culpæ, indictio pœnę est in indignatione eius, hoc est, ex iusto iudicio dei, quo ingratis & impiis indignatur: & vita, id est, viuificatio mentis per gratiam, omnisque effectus misericordiæ dei est, in voluntate eius, hoc est, ex diuinæ pietatis beneplacito oritur & causatur. Ad vesperum, id est, in aduersis, & cõsideratione propriæ tenebrositatis ac imperfectionis demorabitur fletus pro peccatis, & incolatu vitæ præsentis, & ad matutinum, id est, in prosperis, & ex contemplatione diuinæ perfectionis beneficiorúmque dei demorabitur, lætitia, id est, lætabuntur homines boni qui fleuerunt ad vesperum. Ego autem post peccata conuersus ad te, dixi in abundantia mea, id est, in excessiua confidentia feruoris mei, non mouebor ineternum, hoc est, nunquam reuertar ad priora peccata, nunquam desolabor, aut tristis ero, nūquam à semita dei recedam. Solet enim istud contingere nouiter conuersis, vt dum insolitam consolationem & gratiam spiritus sancti percipiunt, statim incaute præsumant & quasi nunquam perdituri sint dulcedinem talem, magna lætanter proponunt, non satis propriam fragilitatem pensantes, sed istud incaute fit. Idcirco subiungit, Domine in voluntate tua, id est, secundum quod tibi complacuit, præstitisti decori meo, hoc est, interiori renouationi animæ meæ, quæ renouatur quotidie de claritate in claritatem: virtutem, id est gratiæ stabilitatem, tanquā dicat, Non sicut ego præsumo & æstimo, sed sicut tibi decens, & bonum videtur, tribuisti mihi gratiæ dona. Propterea non debui tam inconsulte in abundantia mea præsumere. Propter quod subditur, Auertisti faciem tuam, hoc est, piūm consolationis tuæ subsidiique respectum à me: & factus sum conturbatus, id est, tristis & piger tanquam fraudatus spe illa, qua dixi, non mouebor inæternum. Veruntamen pro conuersione vultus tui ad me. Ad te domine clamabo, ardenti affectu, & ad deum meum deprecabor pro omni re qua indiget anima mea. Et merito: nam, Quæ vtilitas in sanguine meo? hoc est, vita mea. Sanguis nanque sedes est animæ à qua vita causatur, dum descendo in corruptionē, id est, dum spiritualiter morior, atq; in anima pereo? quasi dicat, Nulla, immo melius esset mihi non esse, quàm sine gratia esse, quoniam sine gratia tibi placere non valeo. Ideo sequitur, Nunquid confitebitur tibi puluis, hoc est, homo inconstans, superbus atque impœnitens, de quo in primo psalmo præhabitum est, quod erit tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ, aut annunciabit veritatem tuam, homo talis te digne laudando, aut alius efficaciter admonendo? non vtique quoniam nō est speciosa laus in ore peccatoris. Audiuit dominus, ista quæ dixi ad prouocandum & concutiendum viscera misericordiæ suæ, & misertus est mei, liberando me à miseriis multis: dominus factus est adiutor meus, cooperando mihi per gratiam. Conuertisti (ô domine) planctum meum in gaudium mihi, id est, post dolorem de peccatis infudisti mihi de spe veniæ gratiam consolationis, quemadmodum propheta dicit, Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Et alius, Filii, patienter sustinete iram quæ superuenit vobis. Qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis lætitiam sempiternam cum vestra salute: conscidisti saccum meum, id est laboribus pœnitentiæ scilicet abstinentia, vigiliis, disciplinis, macerasti & afflixisti corpus meum, & circundedisti me lætitia, hoc est, spirituali exultatione replesti animam meam post prædictos labores. Qui enim seipsos in labore pœnitentiali digne affligunt, omni consolatione diuina refrigerari idonei fiunt, quemadmodum Apostolus ait, Omnis disciplina in præsenti quidem videtur esse non gaudii sed mœroris: postea autem fructum pacatissimū exercitatis reddet. Idcirco autem circundedisti me lætitia, non vt glorier in meipso: sed, Vt cantet tibi gloria mea, id est, vt omnis gratia, omnisq; gloria, & quicquid boni in me est, sit mihi occasio atque materia laudandi te, & gratias referendi nomini tuo, excelso, & non compungar, hoc est, non stimulet conscientia mala, sed nihil mihi conscius sim, nilque in anima mea remaneat, de quo merito remorsum pati possit mẽs Christiana. Postremo vir sanctus, & domino gratus se offert paratum ad hoc, quod gloria sua cantet deo & ait, Domine deus meus inæternum confitebor tibi, id est, quamdiu fuero, & hoc est verbum bonæ spei ac sancti propositi, non præsumptionis ex abundantia erumpentis, sicut superius dixit, non mouebor inæternum. Confitebitur autem inæternum, quoniam vita contemplatiua ad quam spectat cõfessio laudis diuinæ hic incipit & in futuro æternaliter perseuerat, prout in Apoc. habetur, Requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens.

Margin notes: B (beside "cuit, præstitisti"); C (beside "gratiam. Conuertisti"); D (beside "non habebant"); Thren. 3; Psalm. 1.; Eccl. 15.; Abac. 3.; Baru. 4.; Hebr. 12.; Apoc. 4.

## EXPOSITIO anagogica eiusdem Psalmi.

Anagogice demū per domum Dauid intelligitur quilibet beatorum, in quo deus habitat per gratiam consummatam in genere, charitatem perfectam, ac vnionem immediatam. Per dedicationem quoque huius domus intelligi potest assumptio electorum ad beatificam fruitionem. Secundum anagogicum intellectum sensus tituli est, Psalmus cantici, hoc est, ineffabilis atque cælestis lætitiæ, in ædificatione domus Dauid, id est, pro assumptione electorum ad gloriam. Quilibet ergo comprehensor in patria ait, Exaltabo te domine, qui es obiectum & causa ac fons totius cælestis lætitiæ, quoniam suscepisti me in hæredem ac filium felicitatis æternę: nec delectasti inimicos meos, videlicet dęmones, super me, qui tunc gaudebant de me, quando in mundo iniuste vixi, & in purgatorio affligebar: nunc vero tristantur, quoniā à culpa & pœna ereptus sum, & in cęlo locatus. Porro angeli sancti & animę innocentum, & qui nunquam peccauerunt, vt Christus & virgo beata, dicunt, nec delectasti inimicos meos super me, quia nūquam permisisti me vitio maculari. Nam & dæmones cum sint inuidissimi contristantur, de permanentia & felicitate angelorum sanctorum. Ipsi

vero angeli sancti de sua fixione in bono regratiantur deo,& dicunt,Exaltabo te domine,quoniã su- E
scepisti me,nec delectasti inimicos meos super me.Domine deus clamaui ad te,dum eram in mundo
vel in purgatorio,& sanasti me ab omni tormento.Animæ nãque in purgatorio existentes sciũt se li-
berandas,& vehementissime liberari desiderant:immo dilatio gloriæ est eis ita pœnalis, vt nulla pœ
na sensibilis huius mundi æquari possit pœnæ quam habent propter gloriæ dilationẽ.Iam enim via
in eis finita est,& ergo non retardantur à patria sine amarissima pœna.Istud itaque desiderium earũ
clamor dicitur.Nil tamen clamando proficiunt,& mereri non possunt,nec seipsos iuuare.Veruntamen
men dum ad patriam veniunt,gaudent de euasione pœnarum,& dicunt, Domine deus meus clama-
ui ad te, per meipsam,& per eos qui orauerunt pro me. Deinde homines iam saluati dicunt, Domi-
ne,eduxisti ab inferno animam meam,quia non permisisti me mori in peccato mortali, de quo beati
ineffabiliter domino grati sunt,saluasti me à descendentibus in lacum.i.illis relictis atq; damnatis me
assumpsisti ac beatificasti. Propterea comprehensores cohortantur se mutuo ad gratiarum actionem
ac laudem diuinam dicentes,Psallite domino sancti eius & cõfitemini memoriæ sanctitatis eius,quo-
niam ira,id est vindicta seu pœna quam passi sumus pro culpis nostris,fuit in indignatione eius , hoc
est,ex zelo diuinæ iustitiæ,quæ nil mali impunitũ relinquit.Vel vt verbum istud omnibus beatis cõ-
ueniat sic exponitur,Quoniam ira,id est reproborum damnatio est in indignatione eius,id est ex of-
fensa dei & contemptu quo despiciuntur à deo:vnde nec corrigi possunt,nec pœnitent,quemadmo- F
Eccl.7. dum Salo.ait,Considera opera dei,quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. & vita.i.nostra
felicitas quæ est vita æterna,est in voluntate eius,id est ex diuinæ volũtatis beneplacito & amore no
bis collata est.Ad vesperum,id est in exterioribus tenebris ergastuli infernalis,demorabitur,hoc est,
Matt.13. semper manebit,fletus,sicut in euang.asserit Christus:Ibi erit fletus & stridor dentium,& ad matuti
num.i.in regno cœlorum,vbi lux diuina incessabiliter oritur,demorabitur,lætitia,quoniam ibi est iu
cunditas plena atque perpetua.Ego autem,qui sum comprehensor dixi in abundantia mea, id est in
plena lætitia de qua securitate,nõ mouebor inæternum,hoc est,nũquam à deo auertar.Omnes enim
beati sciunt se confirmatos in bono,ideo secure affirmant,non mouebor inæternum.Domine in vo-
luntate tua præstitisti decori meo.i.beatitudini meæ quæ est summus ornatus mentis,virtutem.i.secu
ram stabilitatem,seu confirmationem in te.Auertisti faciem tuam à me,quando adhuc peregrinabar
in mundo,& factus sum conturbatus pro tempore illo,nunc vero ostendisti mihi faciem tuam, ideo
saluus sum.Ad te domine clamabo,orando pro amicis & familiaribus meis,& his qui implorant suf-
fragium meum,& ad deum meum deprecabor pro resuscitatiõe corporis mei. Sancti enim in patria
resurrectionem futuram desiderant. Quæ vtilitas in sanguine meo,hoc est,quid mihi,quid prodesset
corpori meo quod ita cooperatum est animæ in diuino obsequio, dum descendo in corruptionem.i.
si ipsum corpus maneret corruptum neque resurgeret.Interdum enim aliquid attribuitur toti ratio-
ne partis,quemadmodum Christus dicitur iacuisse in sepulchro,& Maria Magdalene corpus Chri- G
Iohã.2. sti sublatum credens,dixit, Tulerunt dominum meum,& nescimus vbi posuerunt eum. Simili modo
comprehensor ratione corporis quod reliquit in terris ait,dum descendo in corruptionem. Audiuit
dominus,preces has,& misertus est mei,non pro meipso qui miser non sum,sed pro miseris pro quo
rum salute precatus sum,& pro resuscitatione ac glorificatione corporis mei,dominus factus est adiu
tor meus,dando mihi virtutem supernaturalem per quam sibi inauertibiliter adhærebo. Conuertisti
planctum meum in gaudium mihi,hoc est,fletum quem pro peccatis & pro adeptione felicitatis ef-
fudi in terra,commutasti in iucunditatem cœlestem ac sempiternam:quemadmodum scriptũ est,Bea
Matth.5. ti qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur.Vnde in Isa.Christus ait, Spiritus domini super me,vt da
Esa.61. rem lugentibus coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu,pallium laudis pro spiritu mœroris,cõ
Gen.3. scidisti saccum meum.i.corpus meum redegisti in puluerem, quẽadmodum scriptum est, Cinis es &
in cinerem reuerteris:& circundedisti me lætitia,hoc est,æterna felicitate omnifariam adornasti me.
Vt cantet tibi gloria mea.i.vt beatitudo & omnis excellentia mihi a te impartita sit mihi causa,& ra-
tio laudandi te laude perfecta, ac indesinenti, & non compungar.i.nullo dolore de cætero vnq̃ affi-
Apoc.7. ciar,prout in Apoc.dicitur,Absterget deus oẽm lachrymã ab oculis sanctorũ, & mors nõ erit vltra,
neq; luctus sed nec vllus dolor.Dñe deus meus inæternũ cõfitebor tibi.i.incessãter,sine interruptio-
ne,fatigatione,ac tædio,laudabo te deũ sublimem & benedictum.Ecce quàm compendiosus,specio- H
sus ac dulcis est psalmus iste ex diuinæ sapientiæ thesauro emanans,qui tam multipliciter exponi po
test.Hunc ergo ad gloriam creatoris in commemoratione beneficiorum suorũ & resurrectionis glo-
rificationisq; Christi deuotissime concinamus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXX.

### EXPOSITIO Tituli.

PRæscribitur deniq; huic Psalmo titulus talis, In finem Psalmus David pro extasi.i.psalmus iste sancti Dauid qui loquitur hic in persona Christi atq; fideliũ. Psalmus(inquã)dirigẽs nos in finẽ vltimũ.s.deũ,est scriptus,tractãs ac habitus pro extasi.i excessu mẽtis Christi mẽbrorũq; eius. qui excessus cõtingit vel ex pauore tribulationis magnæ imminẽtis, vel ex cõtẽplatione sublimiũ veritatũ in rebus diuinis.Hic itaq; Psalmus de Christi passione,ac fideliũ persecutione conscriptus est, Vnde primo de Christo exponẽdus est,Christ⁹ ergo vt hõ propter passionẽ sibi instãtẽ,ait ad patrẽ.

### PRECATIO.

*Spes & salus fidelium deus,in te sperantes non confundamur inæternum,lapsis nobis te exorantibus aurem clemen-*

A *tiæ inclina propitius, & lexando debita mitis nos iustifica, atque indulta delictorum uenia, salua nos ineffabili miseri-*
*cordia tua.*

## ℭExpositio eiusdem psalmi literalis.

(1) IN TE domine speraui] inquátú homo & aliquo modo viator, videlicet quá-
tum ad naturam passibilem nondú glorificatam. Iam enim toties dictum est,
quomodo Christo côuenit sperare, seu spes vt fastidium pariat, si denuo repe-
tatur. Itaq; domine pater non in mea natura creata sed in te speraui, expectâs
atq; confidens tua virtute & gratia cooperante, redimere genus humanum, à
morte resurgere, omnémque mundi ac dæmonum malitiam superare. Idcirco
ô pater [NON confundar inæternum] id est, nunquam confundar confusione
illa quæ oritur ex aliquo accidenti quod inest ei qui côfunditur, scilicet, ex de-
fectu aut inordinatione naturæ, culpæ, vel pœnæ. Vel, non confundar inæternum. i. quanuis ad tem-
pus in hoc mundo à Iudæis irrideor & confundor ante passioné, in passione, & post passionem : nô
B tamen duret ista confusio inæternú, sed statim resuscita me, per miracula quoq; glorifica me, vt con- Ierem. 17.
fundantur qui me persequuntur, & non côfundar ego de cætero [IN iustitia tua] hoc est, secúdú cen
suram siue dictamé tuæ diuinæ iustitiæ [LIBERA me] à passibilitate corporis & imperio mortis.
Vel, in iustitia. i. propter iustitiam meá mihi à te collatá, libera me. ℭ (2) INCLINA ad me aurē
tuam] impendendo mihi misericordiæ tuæ effectum [ACCELERA vt eruas me] hoc est, cito age
quod rogo, & tertia die resuscita me. ℭ (3) ESTO mihi in deum protectorē] id est, non solum sis
mihi deus meus, eo modo quo es omniú deus, sed per specialem curam ac gratiá esto deus meus, vi-
delicet vt in omni aduersitate defendas me, protegendo corpus meú in sepulchro à corruptione, &
nomen ab infamatione. Hoc est quod apud Ierem. ait Saluator, Tu scis domine, recordare mei, & vi Ierem. 15
sita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. Esto mihi quoq; ô dñe [ET in domum refugii] hoc
est pro domo refugii, quatenus in omni necessitate ad te confugiam, atq; in te securus sim, quemad-
modú homo ab hostibus insecutus ad domum munitam fugit, & in ea tute quiescit: sic oro, & ego in
te quiescere, stabiliri, & imperterritus permanere [VT saluum me facias] à corporis passibilitate, ac
morte corporea. Et hoc ideo oro. ℭ (4) QVONIAM firmamentum meum & refugium meú es
tu] id est, præter te aliud firmamentum non habeo, neq; refugium, sed tu es firmamentum meum, id
est, causa totius stabilitatis meæ, & refugium in quo sicut in vltimo fine quiesco [ET propter nomen Act. 1.
C tuú] hoc est, propter teipsum, seu nominis tui clarificationé ac venerationē [DEDVCES me] à cru-
ce in sepulchrú, à sepulchro ad discipulos in conclaue, & alio ab aliis, vtpote à monte oliueti in re-
gnú cælorum [ET enutries me] transferendo me à nutrimento status mortalis ad alimentum impas-
sibilis status, & à cibo terreno ad cibum cælestem. Vel, enutries me. i. corpus meum mysticum, vide-
licet, congregationé fidelium, dando eis gratiam paulatim proficiendi, ac spiritualis virtuté augmen
ti. Primitiuam quoque ecclesiam deus enutriuit, quoniam de die in diem auxit fideles merito & nu- Act. 6.
mero, sicut in actibus apostolorum Lucas testatur: Verbum (inquiens) domini crescebat & côfortaba
tur valde, & dominus auxit quotidie qui salui fierent. ℭ (5 EDVCES me de laqueo hoc]. i. à mor-
tis periculo, [QVEM] laqueum [ABSCONDERVNT mihi] hoc est, quem putabant Iudæi se mi
hi occulte parare, & me eorum nequitiam ignorare. Putabant nanq; Iudæi Christú nescire studia eo
rú contra se. Ideo autē educes me de laqueo isto [QVONIAM tu es protector meus] sicut pauloan-
te precatus sum, dicens, Esto mihi in deú protectoré. Et quia omnino sic est, idcirco ego Christus pē
dēs in cruce, dico tibi, pater, ℭ (6) IN manus tuas] hoc est, in potestatem & charitaté tuá [COM-
MENDO spûm meú] hoc est, animá meá côm̄édatione gratiarú actionis, & vt eá corpori statim re-
unias, [REDEMISTI me] ab omni pœna in ipsa separatione animę meæ à corpore [DOMINE
deus veritatis]. i. causa, mēsura, & côseruator omnis veritatis creatæ. Ná mors Christi fuit finis suæ
miserię, & principiú suę felicitatis seu glorificatiôis in corpore. In proferédo huius versus principiú
.s. In manus tuas côm̄édo spûm, libēter sequi solēt homines boni qui vere sunt mēbra Christi caput
D suú, vtpote Christú, ita vt ipsi dicát morti iá proximi, In manus tuas côm̄édo spûm meú. Et vtinam
dñe Iesu talē vitá mihi côferre digneris, vt in hora mortis meę, hęc verba dulcissima, digne, fiducialiter
ter atq; affectuosissime promá. ℭ (7) ODISTI] ô dñe [OBSERVANTES vanitates]. i. pctôres
vana sectâtes, [SVPERVACVE]. i. inutiliter. Quô aút deus dicatur pctôres odio habere, cú tamē ni Sapien. 1.
hil corú quę fecit odio habeat, dictú est in expône quinti psalmi, in quo dicitur, Odisti oês qui operá Psalm. 1.
tur iniquitaté. ℭ (8) EGO aút in dño speraui] & nô in me sicut illi qui vanitates obseruát, de quibus Mich. 2.
Mich. ait, Vę qui cogitatis inutile & operamini malú in cubilib. vestris. Idcirco dñe pater [EXVL-
TABO] forinsecus [ET lętabor] intrinsecus [IN misericordia tua] hoc est, contemplando tuá miseri-
cordiá, vel recipiendo eius effectum. Hoc modo exultauit atq; lætatus est Christus in die resurrectio
nis. ℭ (9) QVONIAM respexisti] oculo paternæ dilectiôis ac piæ subuentionis [HVMILITA-
TEM meá]. i. me filiú tuú mitē & humilē [SALVASTI de necessitatib. animá meá]. i. de pœnis quas
necesse fuit me pati propter verificâdas prophetarú scripturas, eripuisti me per resurrectioné beatá.
ℭ (10) NEC côclusisti me in manib. inimici]. i. nô permisisti me côprehendi ac detineri finaliter in
pœnis atq; côuitiis, quę inferebátur mihi ab aduersariis in eis. Vel sic, Nec côclusisti me in manib. ini
micorú. i. nô permisisti me superari & opprimi ab hostibus meis, sed ego potius superaui oppresiq;
eos. Ideo subdit [STATVISTI] in die ascensionis [IN loco spatioso] . i. in regno cælorú [PEDES

Apoc.3. meos] id eſt,meipſum collocando ad dexteram tuam in ſolio maieſtatis tuæ.Hoc eſt quod in Apoc. E
ait Saluator,Qui vicerit,dabo ei ſedere mecũ in throno meo,ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo
in throno eius. Vel ſic,ſtatuiſti in loco ſpatioſo.i.in toto vniuerſo pedes meos.i.virtutem meá ope-
Matt.28. ratiuam,quemadmodũ apud Matth.dicitur,Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Vel ſic,
Rom.8. ſtatuiſti in loco ſpatioſo,id eſt,in latitudine charitatis quæ anguſtiari & coartari nõ nouit pedes me-
os,id eſt opera mea & deſideria. Nam Chriſtus indeſinenter chatitatem habet ad nos & charitatiue
interpellat pro nobis. Vel ſtatuiſti in loco ſpacioſo,id eſt per totum mũdum miſiſti, diſperſiſti ac col
locaſti pedes meos,id eſt ſanctos Apoſtolos alioſque prædicatores deuotos, qui ſunt columna baſis,
ac pedes eccleſiæ. ❡(11) MISERERE mei domine] liberando me in reſurrectione ab iſtis mi-
ſeriis quibus pro hominibus crucior & occidor [QVONIAM tribulor] in paſſione variis pœnis
[CONTVRBATVS eſt in ira oculus meus] Quomodo hoc conuenit Chriſto pẽſandum eſt. Nam
in eo inordinata ira non fuit,nec aliqua paſſio eius intellectum(qui nomine oculi deſignatur) impe-
diuit in actu ſuo aut obnubilauit. Eſt igitur ſenſus,Conturbatus eſt, conturbatione pœnali non con-
turbatione culpabili,in ira.i.propter iram,& irę effectum,videlicet,perſecutionem inimicorum meo
rum Iudæorum,oculus meus,id eſt ratio mea ſeu conſideratio virtutis cogitatiuæ. Iam enim oſtẽſum
eſt, quod tempore paſſionis etiam intellectus atque voluntas animæ Chriſti patiebantur ſecundum
quod erant naturales potentiæ humanitatis Chriſti,quæ tota extitit in dolore. Poteſt quoq; per ocu- F
lum intelligi corporalis oculus Chriſti,quoniam in paſſione propter vehementiſsimam Chriſti pœ-
nam oculi eius corporei obtenebrati,lachrymati,& item euerſi ſunt. ❡(12) QVONIAM defe-
cit in dolore vita mea] id eſt propter acerbitatem pœnarum extincta eſt in cruce vita mea corpora-
lis, [ET anni mei in gemitibus] hoc eſt,tota conuerſatio mea in mundo à natiuitate vſque ad paſſio
nem aduerſitatibus & compaſſionibus proximorum tam plena fuit,quod quaſi defeciſſe,id eſt ab ex-
ultatione & proſperis minorata videtur: Chriſtus enim ſemper elegit quod carni moleſtius eſt,quate
nus imitemur veſtigia eius. ❡(13) INFIRMATA eſt in paupertate virtus mea] id eſt omnipo-
tentia mea ſeu diuina poteſtas eſt infirmata.i.infirmæ ac debili poteſtati ſimilis reputata, & apparen
ter aſſimilata,quoniam actionem ſuam ſuſpendit, & naturam quam aſſumpſit quodammodo dereli-
quit in paupertate,id eſt tempore abiectiſſimæ mortis meæ. Vel Chriſtus ex parte naturæ aſſumptæ
ſic ait,Infirmata eſt,id eſt,variis infirmitatibus naturalibus, atq; defectibus indetrahibilibus ſubdita,
virtus mea,id eſt perſona verbi quod eſt virtus & ſapientia patris,& etiam virtus mea aſſumptá na-
turam fulciens & conſeruans. Hæc virtus infirmata eſt,in paupertate,id eſt in humanitate aſſumpta,
ita quod prædicationes prædictæ conueniunt ei ratione naturæ aſſumptæ,quamuis ipſa ſecundum ſe
propriãq; naturam impaſsibilis ſit. Nam de perſona verbi ſeu filio dei,immo de vero & incommuta
bili deo vere conceditur,quod ſit incarnata,paſſa,ac mortua,& per conſequens infirmata. In Chri-
ſto enim diuina conueniunt homini,humanáque deo,ſed quid,propter quid dicatur intueri oportet G
[ET oſſa mea conturbata ſunt] id eſt,caro mea & tota corporalis natura infirmata eſt, in gemitibus
Pſal.21. propter afflictionum mearũ moleſtiam,ſicut ſuperius dictum eſt, Sicut aqua effuſus ſum & diſperſa
ſunt omnia oſſa mea. Deniq; quod dictum eſt,Infirmata eſt in paupertate virtus mea,exponi poteſt
Ibidem. de virtute ſeu fortitudine Chriſti corporali,humana,& naturali,ſecũdum illum intellectum quo an-
tea dixit, Aruit tanquam teſta virtus mea. ❡(14) Super omnes inimicos meos] id eſt,plus quam
aduerſarii mei[FACTVS ſum opprobrium] hoc eſt,contemptus & vilipẽſus [VICINIS meis] id
eſt,his qui aliquando me ſequebantur,& opera mea laudabant, iámq; videbantur pertinere ad me.
Luc.24. His factus ſum opprobrium,præſertim in paſsione, quando quidam eorum ex inſtructione princi-
Iohã.18. pum ſacerdotum,clamabant coram Pilato,Non hunc,ſed Barrabam dimitte nobis. Factus ſum quo-
Matt.26. que [ET timor notis meis] id eſt,cauſa timoris his qui familiariter mihi adhærebant,videlicet apo-
Iohã.20. ſtolis aliiſq; diſcipulis,qui ex timore fugerunt à me,& poſt paſsionẽ clauſi ſedebant in conclaui pro-
pter metum Iudæorum. ❡(15) QVI videbant me,foras fugerunt à me] hoc eſt,tam horribiliter
& miſerabiliter patiebar,tractabar & apparebam,quod homines ex ſolo aſpectu abominati ſunt me
Matt.27. atque auerſi à me [OBLIVIONI datus ſum,tanquam mortuus à corde] id eſt,ſtatim dum eram ſe-
pultus obliti ſunt mei infideles Iudæi non ſimpliciter,quia fecerunt cuſtodiri ſepulchrum: ſed quan
tum ad hoc,obliuioni datus ſum,quod nihil curabant de me,nec reputauerunt me pro aliquo quaſi H
reſurrecturus eſſem à morte,ſed inter damnatos & reprobos æſtimauerunt computandum. Hoc mo
do vſque in hodiernum diem datus eſt obliuioni in cordibus Iudæorum, non tamen ſimpliciter obli
ti ſunt eius,quia quotidie blaſphemant nomen eius,& orant pro deſtructione Romani imperii atq;
extinctione nominis Chriſtiani. ❡(16) FACTVS ſum tanquã vas perditum] id eſt,ita à Iudæis
contemptus ſum quaſi nulli vtilitati proficuus eſſem,nec aliquid boni continerem in me, ſed eſſem
fraudibus atque blaſphemiis plenus. Reprobi enim dicuntur vaſa perdita, quoniam à gratia vacui
Act.9. ſunt,nilque meritorium continent: electi vero appellantur vaſa febcia,ſicut de Paulo Chriſtus, Vas,
inquit,electionis eſt mihi iſte. Ideo autem ego Chriſtus aſſero me factum tanquam vas perditum,
[QVONIAM audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu] Nam in diebus azy-
morum populi vniuerſæ Iudææ in circuitu Ieruſalẽ habitantes confluxerãt ad ipſam vrbẽ Ieruſalẽ,
& hi pene omnes conſenſerũt in mortem Chriſti vituperantes eum. ❡(17) IN eo] tẽpore [DVM
Iohã.18. cõuenirẽt ſimul aduerſum me] ſ.in die Paraſceues[ACCIPERE animã meã cõſiliati ſunt] .i.occi-
dere vitam meam corporalem conſuluerunt. Nam coram Pilato clamabant, Tolle,crucifige eum.
❡(18) EGO autem in te ſperaui dñe] ſicut in exordio Pſalmi dictũ eſt atq; expoſitũ [DIXI,deus
meus es tu,] .i.corã hoſtibus cõfeſſus ſum,teq; veraciter colui,idcirco falſe accuſor & iniuſte cõdẽnor.

A [IN manibus tuis].i.in virtute ac dispositione tua sunt [SORTES meæ].i.euentus mei vel tempora
mea.q.d.Quicquid mihi contingit,in potestate tua repositum est, & potens me liberare ab illo:nec
aliquid euenit mihi,nisi secundum moderamen sapientiæ tuæ, propterea patienter cuncta sustineo
sciens te nõ sine magna ratione permittere. ¶ (19) ERIPE me] per resurrectionem beatam & ac-
celeratam [DE manu inimicorum meorum].i.de potestate Iudęorum crucifigẽtium me [ET à per-
sequentibus me].i.corpus meum mysticum tuere à persecutoribus suis.Vnde Paulo adhuc sæuienti,
Christus dixit,Saule quid me persequeris?Hoc ergo Christus pro ecclesia orat, quia quod fidelibus Actu.9.
suis infertur,ipse sibiipsi inferri testatur. ¶ (20) ILLVSTRA faciem tuã super seruũ tuum] Chri- Mat.25.
stus à principio sapientia plenus fuit,& comprehensor perfectus: nõ ergo pro illuminatione sui in-
tellectus nunc orat.Quid itaque est,quod ait,Illustra faciem tuam super seruum tuum, nisi quod ali Iohã.17.
bi ait,Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate,quam habui priusquam mundus esset . Orat
igitur Christus,vt lux diuina,corpus suum claritate gloriosa adornet, atque hominibus gloriã suam
reuelet,[SALVVM me fac] à morte & pœnalitatibus corporis [IN misericordia tua] .i.propter te-
ipsum,& nominis tui bonitatem.Quanuis Christus iustissime meruit tertio die resurgere, tamen po
tius quærit exaudiri à patre,propter diuinam bonitatẽ,q̃ humanam iustitiã.In quo præstat nobis ex-
emplum,quatenus quantumcũque profecerimus,aut iusti fuerimus, semper in misericordia dei prin
B cipaliter confidamus [DOMINE non confundar].i.non inueniar falsum dixisse , asserendo me ter-
tio die resurrecturum [QVONIAM inuocaui te] hoc est,interna,affectuosaq; prece,pro hac re,de-
precatus sum te.Itaque non confundar ego,sed potius. ¶ (21) ERVBESCANT impii].i.blasphe
mi Iudæi [ET deducantur in infernum] in æternum damnati. Hoc Christus dicit,vel prædicendo
quod futurum erat,vel se diuinæ iustitię conformando,vel explicando quid reprobi mereãtur [MV-
TA fiant labia dolosa].i.ora Iudæorum,qui me dolose occidere tentauerunt, retundantur atq; clau-
dantur,& comprehendantur astuti in sua astutia. ¶ (22) QVAE loquuntur aduersus iustum iniqui
tatem].i.quæ mihi sancto sanctorum,& iusto filio dei, peccata imposuerunt [IN superbia] qua me
aspernabantur & vilipendebant [ET abusione] qua beneficiis meis abusi sunt, omnia opera mea at-
que miracula dæmoni ascribendo,& meam doctrinã,tanquã seductionẽ reputando: ac per hoc abu-
si sunt bonis meis,quia vnde meliorari debebant,inde peiores effecti sunt.Hinc Stephanus dixit Iu- Act.7.
dæis,Dura ceruice,& incircumcisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto,sicut & pa
tres vestri.Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui annuncia-
runt de aduentu iusti,cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. ¶ (23) QVAM magna mul-
titudo dulcedinis tuæ domine] Hoc nouerunt,qui eam experti sunt,& quoniam nemo eam tam ple-
ne experiebatur in hac vita vt Christus,idcirco nemo tam congruenter dicere potest verbum istud,
C quàm Christus. Deniq; multitudo dulcedinis dei,in suo fonte,videlicet in ipso deo,est vere immen-
sa,imo intensiue atq; simpliciter infinita:sed & multitudo dulcedinis dei, quam ipse charissimis suis
ministris,in præsenti vita sæpe infundit,magna est nimis, & omnem carnalem dulcedinem prorsus
excedens:& ista dulcedo est quoddam præambulum futuræ dulcedinis beatorum [QVAM abscon-
disti timentibus te] Duplex est timor, videlicet filialis atque seruilis,secundum hoc dupliciter potest
exponi hic locus. Primo sic,quam,dulcedinis tuæ multitudinem,abscondisti.i.occultasti,ignotam fe-
cisti,& inexpertam,timentibus te,timore seruili.Tales enim neque digni sunt,neque capaces, degu-
stationis diuinæ dulcedinis,quoniam operantur bona,non amore boni,sed horrore supplicii. Secun
do sic,quam abscondisti.i.occulte ostendisti, & per gustum internum in cordis abscondito declara-
sti,timẽtibus te,timore filiali.Hi enim,quoniam omnem inordinatam lætitiam, omnem corporalem
delectationem,omnemque superfluam consolationem contemnunt,& semper soliciti sunt,ne deum
quem filialiter super omnia diligunt aliquo modo offendant: propterea experiri merentur , quanta
sit multitudo dulcedinis dei. Veruntamen interdum timentes deum timore initiali,sicut nouiter con
uersi ad horam admittuntur ad mensam filiorum,ita vt paululum gustent dulcedinem dei, & clamẽt
ad dominum,Quam magna est multitudo dulcedinis tuæ domine : sed hoc eis præstat sapientia dei
Iesus Christus,quatenus eos sibi alliciat,ab exterioribus reuocet,ad interiora inuitet,in aduersis con
D stantes efficiat,faciatque eos in die malorum, memores esse bonorum. Vnde huiusmodi magna egẽt Eccl.11.
cautela,& discretione præcipua,ne dum prędicta consolatione diutius carent,pusillanimes fiant,vel
eam importune desiderent,imo domino cõmittendum est,quando eam donare dignetur. Hanc diui
næ dulcedinis multitudinem experiri,est edere de micis,quę cadunt de mensa dominorum suorum,
scilicet beatorum comprehensorum,estque ad mensam Christi sedere, ad quam sapientia dei patris
inuitat suos electos,dum ait,Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi.Et, Transite ad me Mat.15.
omnes,qui concupiscitis me,& à generationibus meis implemini:spiritus enim meus super mel dul Cant.3.
cis,& hæreditas mea super mel & fauum.Ad hanc quoque mensam sedit beatiss. Iere. qui diem ho- Eccl.24.
minis.i.delectationem temporalem & corporalem,aut humanam, non concupiuit, quemadmodum Iere.17.
ipse de se in libro visionum suarum profitetur , Factum est mihi verbum tuum domine in gaudium , Iere.13.
& lætitiam cordis mei . Et alio loco , Factus est sermo domini in corde meo, quasi ignis exæstuans, Iere.20
claususque in ossibus meis : & defeci,ferre non sustinens . Hinc ait Apostolus, Sicut abundant pas- 2.Cor.1.
siones Christi in nobis , ita per Christum abundat consolatio nostra. ¶ (24) PERFECISTI
eis,qui sperant in te,in conspectu filiorum hominum] hoc est, prædictam dulcedinis tuæ multitudi-
nem perfecte ostendisti,& gustare fecisti eos,qui non erubescũt nomen tuum coram hominibus, qui
propter spem,quam habent in te,patienter ferunt aduersa,& in omni persecutione atque contẽptu, Luc.9
sperant in te,non erubescentes viam iustitiæ. ¶ (25) ABSCONDES eos in abscondito faciei tuæ,à 1.Pet.4

conturbatione hominum] hoc est, corda eorum, qui dulcedinem tuam degustant, conuertes ad te, & E
ab exterioribus reduces ad interiora, vt ponant se in præsentia vultus tui, per contemplationem syn
ceram, ne ab hostibus conturbati, amittant gustum internum, & tranquillitatē mentis. Absconditum
enim faciei diuinæ, est ipsa contēplatio eius, per quā occulte ad deū conuertimur, vel ipsamet facies
dei, quæ mundanis hominibus abscondita est, quoniā in maliuolam animam non introibit sapientia.
Hoc modo abscondit deus contemplatiuos, ac solitariam vitā ducentes, quorum animabus competit
Osee. 2. quod per Osee dominus dicit, Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor
eius. ¶ (26) PROTEGES eos in tabernaculo tuo] .i. in militanti ecclesia, vel potius in ipso eorum
cordis cubiculo, in quo intra se conuersi, stant in deo securi [A contradictione linguarum] .i. à strepi
tu aduersantium veritati, & ab omni tumultu eorum qui interiorem suauitatem auferre conantur. Ex
quibus ostenditur, quàm sit necesse, eum qui vult diuinam experiri dulcedinem, fugere homines, fu-
gere lites & contradictiones, omnesque seculares tumultus, vt sit corde tranquillus ac stabilis.
¶ (27) BENEDICTVS dominus] id est, laudatus sit deus, & benedicatur, ac glorificetur ab o-
mnibus [QVONIAM mirificauit misericordiam suam mihi] hoc est, mirabiliter magnam gra-
tiam, misericorditer mihi impendit [IN ciuitate munita] .i. in ecclesia militanti ac triumphanti, qua-
rum vtraque firma est, & deo protegente munita. Hoc maxime conuenit Christo, Nam eius huma-
nitas sola misericordia dei assumpta est ad personalem vnionem cum verbo ab omni culpa præser- F
uata, & omni gratia adimpleta, quantū creata potest capere natura. Hanc autem misericordiā contu
lit deus Christo homini, primo in terris, & deinde in cœlis conseruauit, & adimpleuit eandem. Vel,
Benedictus dominus, quoniā mirificauit misericordiam suam mihi .i. ad laudem & gloriam meā, in ci
uitate munita .i. in populo Christiano, dando eis diuersa charismata spiritus sancti, atque ineffabilem
gratiam eius, præsertim in primitiua ecclesia, & in die Pentecostes, dum misit ad instantiam meā spi
Actu. 2. ritum sanctum in igneis linguis. Vnde Christus discipulis dixit, Ecce ego rogabo patrem, & aliū pa-
Iob. 14. racletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest
accipere. ¶ (28) EGO autem dixi in excessu mentis meæ] .i. in magna passione, & cordis mei extasi
quadam, [PROIECTVS sum à facie oculorū tuorum] hoc est, derelictus ab aspectu tuæ pietatis pa
Mat. 27 ternæ. Christus enim in cruce clamauit, Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod qua-
Marci. 15 liter intelligendum sit, in expositione psal. 21. præhabitum est. ¶ (29) IDEO] .i. quia in tanta angu-
stiā inuocaui te [EXAVDISTI vocem orationis meæ, dum clamarem ad te] dicēdo in cruce, Pater
Luc. 23. ignosce illis. Et, In manus tuas cōmendo spiritum meum. Idcirco. ¶ (30) DILIGITE dominum
Ibidem. omnes sancti eius] .i. qui immaculatā vitam ducitis, & sine reprehensione atque querela domino ser-
uitis [QVONIAM veritatem requiret dominus] .i. iustitiam exiget, & pro me, qui tanta patior sine G
propria culpa iudicabit, nilque indiscussum relinquet [ET retribuet abundanter facientibus super-
Iob. 20. biam] quia pro culpa temporali infliget eis pœnā æternam: quemadmodū scriptum est, Si ascenderit
vsque ad cœlū superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, luet,
quæ fecit omnia, nec tamen cōsumetur, iuxta multitudinē adinuentionum suarum sustinebit. Idcirco
Apoc. 18. in Apoc. habetur, Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.
Soph. 1. Et apud Soph. dñs ait, Visitabo super omnē qui arroganter ingreditur. ¶ (31) ¶ VIRILITER
agite] præcepta suæ cōsilia Christi [ET cōfortetur cor vestrū] in gratia dei, sicut ait apostolus, Opti
Hebr. 13. mum est gratia stabilire cor [OMNES qui speratis in dño] Qui enim in seipsis cōfidunt, deficient.

¶ EXPOSITIO eiusdem psalmi iuxta sensum tropologicum.

PORRO ecclesia, quilibetq; fidelis, persequutionibus, tētationibus, & variis pœnis lassatus, in seipso
quoque deficiens, ad deū confugiat, & corde deuotissimo dicat, In te domine speraui, non in vi-
ribus meis, ideo, non confundar in æternum .i. non cadam à spe mea, nec priuer effectu ipsius, nec à
tentationibus vincar, atque æternam confusionē incidam post vitam præsentem: in iustitia tua, quæ
est ipsa essentia tua: in hac iustitia qua sperantes in te saluas, & præsumētes de se atque malignos re-
linquis, libera me, à tentationibus, & omni periculo interioris salutis. Vel, in iustitia tua, hoc est, pro-
pter meritum iustæ conuersationis, quam mihi dedisti, ita vt sperarem in te: libera me, nō permitten-
do me tentari, affligi, & concuti super id quod possum sufferre, sed faciendo cum tentatione prouen-
1. Cor. 10 tum, sic vt omnia cooperentur mihi in bonum. Inclina ad me aurem tuā .i. misericordiam tuā effun- H
Roma. 8. de super me, & preces meas pio fauore prosequere. Satis autē dictum opinor quomodo in deo non
sunt corporeæ aures, sed misericordia per quam exaudit, & sapientia per quam vniuersa cognoscit
deus, sunt aures eius, accelera vt eruas me .i. cito & immediate succurre, quoniam vehementer indi-
geo. Esto mihi in deum protectorē .i. sis tu deus protector meus, & in domū refugii, hoc est, saluator,
ad quem semper fiducialiter fugiam: vt saluum me facias .i. eruas me ab omni peccato cordis, oris, &
operis. Propter nomen tuum deduces me, in isto exilio, ostendendo mihi viam bonā, per illumina-
tionem internā, deducesque me, de via ad patriam, & enutries me, dando mihi panē quotidianū, pa-
nem sacramentalē, panem gratiarū, panem lachrymarū, & ab omni imperfecto animalique statu, ad
Matth. 6. statum spiritualem atque perfectū me transferendo. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt
mihi .i. ab insidiis omnium aduersariorū meorum, præcipue dæmonum, quorū laquei tanto sunt pe-
riculosiores, quo inuisibiliores, saluabis me. Ab his laqueis educit nos deus per angelorum custodiā,
per sanctorum suffragia, per orationum merita, gratiam conferens, per quam illuminamur, robora-
mur, & vitiis reluctamur. In manus tuas cōmendo spiritum meum, tam in corpore existentem q̄ de
corpore egredientem, vt in omni loco, tempore, atque negotio eum paterne custodias. Tu es enim

A creator meus fidelis, amator præcipuus, saluator piissimus. Ideo sequitur, Redemisti me deus ve-
ritatis. Domine Iesu Christe qui pretioso sanguine tuo liberasti animã meam. Ego autẽ in dño spera
ui.i.in bonitate & misericordia Christi, & in virtute ac merito passionis ipsius, sperans ab eius mise-
ricordia adipisci quicquid mihi salubre est, per sanguinis sui pretiũ mortisque meritum, atque per di-
gnitatẽ & sanctitatẽ totius conuersationis suæ in seculo isto: exultabo & lætabor in misericordia tua,
id est, in contẽplatione tantæ pietatis ac beneficentiæ tuæ. Quoniã respexisti humilitatẽ meam.i. pie
considerasti paupertatẽ, vilitatem, paruitatẽque meã, & subuenisti mihi egeno & fragili. Nam salua-
sti de necessitatibus animã meam.i.de malis quæ euadere nequeo, vt sunt mala venialiũ peccatorum,
de quibus saluat nos Christus per pœnitentiã, mala naturalium passionũ atque hostiliũ persecutio-
num, de quibus saluat nos Christus per patientiã: mala quoq; corporaliũ indigẽtiarum, de quibus sal
uat nos Christus per temperantiã. Ab his necessitatibus iam saluati sumus in spe, & in futuro saluabi
mur de eis in re, quãdo mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile incorruptionem. Vnde
Apost. Spe (inquit) saluati estis. Et Esaias, In silentio, ait, & spe erit fortitudo vestra. Nec conclusisti 1. Cor. 15
me in manibus inimici.i.non permisisti me superari & rapi ab hostibus meis, nec dãnasti me dum di Roma. 8.
gnus eram dãnatione in mortali peccato viuendo: sed statuisti in loco spacioso, hoc est in ipsa eccle- Esaiæ. 30
sia quæ per orbẽ terrarũ longe ac late diffunditur, pedes meos.i.meipsum & opera ac desideria mea,
B subiiciendo me præceptis ac monitis sanctæ matris ecclesię. Miserere mei domine misericorditer in-
dulgendo, celeriter succurrendo, & fortiter triumphando, quoniã tribulor concupiscẽtiis malis, ten-
tationibus variis, pœnis diuersis: conturbatus est in ira oculus meus.i. passio iræ interdũ immodera-
ta fuit in me perturbans rationis iudiciũ. Vel sic, conturbatus est in ira oculus meus.i. propter pecca
ta mea tam iratus fui mihiipsi, sicque vltus sum ea in me, vt oculus meus tam interior q̃ exterior ali-
qualiter turbaretur, non tamen vitiose: nam & ira per zelum rationẽ aliquo modo perturbat, ira ve-
ro per vitiũ eam excæcat. Vel, conturbatus est in ira.i.propter iram aduersariorũ meorum cõtra me
oculus meus: anima mea.i.vita mea sensitiua ac animalis, & vẽter meus.i.corpus ipsum. Passio enim
iræ fit cũ corporali transmutatione, & ita conturbat & afficit totam naturã irascentis. Per ventrẽ ta-
men intelligi potest memoria, quæ est velut venter & locus specierũ & cogitationum. Quoniã defe
cit in dolore vita mea.i.tantis miseriis, angustiis, pœnis atque tristitiis plena fuit, ꝙ ad defectum siue
interitum multũ appropinquauit. Passiones quippe, præsertim passiones pœnales, vt odiũ, ira, tristi-
tia, timor & dolor corporalẽ vitam vehementer abbreuiant, & nõnunquã omnino extinguunt pro-
pter innaturalẽ transmutationem, quam corpori inferunt: & anni mei.i. conuersatio mea, per annos
exacta defecit in gemitibus & singultibus, quibus affligor, & gemo propter mala quibus mundũ re-
pletum conspicio, quibus & ego afficior ac diuersimode crucior. Infirmata est in paupertate virtus
C mea, hoc est perfectio cordis mei & exercitatio bona frequenter interrumpitur, ac debilitatur pro-
pter carnis fragilitatẽ & necessitudines corporales: & ossa mea.i. fortiores virtutes animæ meæ con
turbata sunt.i.ab actione sua suspensæ, impeditæ ac motæ: quoniam passiones interiores & exterio-
res frequenter impediunt actũ virtutum, eo ꝙ anima circa vnius potentię operationẽ intenta minus
queat vacare operationi alterius potentiæ: super omnes inimicos meos.i magis q̃ omnes hostes mei,
non ꝙ ego odio habeã eos, sed quia odiunt me, factus sum opprobrium vicinis meis.i.conchristianis
& proximis seu carne propinquis valde, ita vt multũ abhorrent ac spernunt me propter aduersa &
mala, quæ mihi contingunt, & timor notis meis.i.tantis miseriis & afflictionibus sum repletus, vt fa-
miliares mei me viso timerent, meque relinquerent, ne similia mala inciderent. Iste versus cũ tribus
sequentibus maxime conuenit ecclesiæ vehementer oppressæ à tyrannis, hæreticis, schismaticis &
persecutoribus, sicut erat primitiua ecclesia, & sicut erit ecclesia tẽpore Antichristi, vnicuique quo-
que fideliũ cui multum successus aduersi eueniunt, & qui infortunatus videtur, atque præ cæteris sibi
propinquis ac notis contẽptus, qualis erat beatissimus Dauid author psalmi præsentis, quando Saul
eũ persequebatur. Nã & occasione illius persecutionis creditur fecisse hunc psalmum. Vnde & psal- 1. Regum
mus iste facile de eo exponi posset, si deuotionẽ importaret. Præcipue ergo cõpetunt verba ista san- 18.19.20
ctis martyribus & iustis hominibus à toto mundo contẽptis. Talibus nãque Christus in Euang. ait, 1. Regum
D Trademini autẽ à parẽtibus & propinquis & amicis, & eritis odio omnibus hominibus propter no 21.24.
men meũ. Et, Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autẽ gaudebit, vos autẽ con- 26.
tristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Prædictis deniq; conuenit quod sequitur, Qui vi- Lucæ. 21.
debant me ita afflictũ & miserũ, foras fugerunt à me ne fierent participes pœnarũ mearũ, vel ne vi- Iohan. 16
derentur consentientes mihi, atq; ob hoc associarentur mihi in pœnis. Hoc est quod sanctus Iob ait, Iob. 6.
Fratres mei elõgauerunt à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me: obliuioni datus sum tanquã
mortuus à corde.i.prædicti vicini ac noti mei obliti sunt mei, nil curãdo de me, nec cõpatiendo, ne-
que succurrendo miseriis meis. Factus sum tanquã vas perditũ, hoc est, omnino vilis & inutilis repu
tatus sum, quasi ad aliud nihil valens nisi ad conculcationẽ, quoniã audiui vituperationẽ multorum
cõmorantiũ in circuitu.i.vicini & noti mei inter quos habito, vituperant me, detrahendo, calũnian-
do, & persequendo. In eo, casu, conuentu, negotio, vel tẽpore, dum cõuenirent simul aduersum me,
facti concordes ad infestandũ virum innoxiũ, accipere animã meã consiliati sunt, id est, consiliũ ha-
buerunt intra se vt vitã meã extinguerent, lęderent, aut suæ voluntati peruersæ subiicerent, conan-
tes me à via recta subuertere, & suis iniustitiis conformare. Ego autem in te speraui domine, confi-
dens tua pietate pręseruari ac triumphare, dixi ex corde & animo, deus meus es tu, quem singulari-
ter colo & diligo, & cui æternaliter adhęrebo. Eripe me de manu inimicorũ meorum.i. de potestate
aduersariorũ meorũ, ne eis in malo consentiam & à persequentibus me, ne vitã meã corrũpant ma-

lo exemplo,fraude,aut ſimili modo.Illuſtra faciem tuã, hoc eſt,radium tuæ notitiæ ac lucem ſapien E
tiæ tuæ effunde ſuper me ſeruum tuũ,illuminando fidẽ, dirigendo in omnibus rationẽ & cœleſtium
contẽplationem intellectui infundendo,ſaluũ me fac in præſenti ab omni pctõ per gratiã in miſeri-
cordia tua,hoc eſt,propter bonitatis tuæ clementiã.domine non confundar propria peccata confite
ri.tuam legẽ ſeruare,nec cõfundar,repellar,ſeu reprober à te,præſertim cũ fuero tuo tribunali obla-
tus,quoniã inuocaui te.Erubeſcant impii.i.confuſione digni appareant, & deducantur in infernum
poſt vitã præſentẽ.Hoc dicit Chriſtianus fidelis de impiis eo modo,quo Chriſtus videlicet prędicẽ-
do quid reſtat, vel inſinuando quid mali merentur,vel conformando ſe diuinæ iuſtitiæ:muta fiant la
bia doloſa.i.fraudulenta verba proferre prohibeantur à te, & ceſſent detrahere, vel iam per pœni-
tentiam, vel in futuro per pœnã.Quæ loquũtur aduerſus iuſtũ,quicunq; ſit ille,iniquitatem,cũ men
daciter criminando,in ſuperbia.i.ex proprii cordis tumore & abuſione,hoc eſt,ex peruerſa interpre
tatione,qua vitã iuſti ex ſimulatione ſeu vana intentione procedere aſſerunt, & ſic abutuntur bono
exemplo iuſtorũ:nam inde inuidia inflãmantur vnde ædificari debebant. Benedictus dominus.i.gra
tias ago deo,& laudo eum,quoniã mirificauit, hoc eſt magnã fecit miſericordiam ſuam mihi,dando
mihi gratiã magnam,indulgẽtiam integrã,profectum in bono,& alia dona mihi indigniſsimo contu
lit,in quo conſtat q̃ mirabiliter magna ſit miſericordia eius.Hanc autẽ miſericordiam ſuã mirificauit
mihi in ciuitate munita.i.in anima mea quæ eſt ciuitas regis cœleſtis,quando virtutũ conſonantia ve F
nuſtatur.Vel,in ciuitate munita.i.in congregatione deuota,ſeu clauſtro.vel certe in ipſa eccleſia, fa-
ciens me viuum fideléque membrum ipſius.Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ,hoc eſt,ex abun-
dantia tribulationum,& ex quadam alienatione cordis mei à ſeipſo, quæ accidit ex dolore, timore,
ſeu acerbiſsima aliqua afflictione,proiectus ſum,id eſt derelictus ſum a facie oculorum tuorum,id eſt
Pſal.29. ab effectu tui piiſsimi reſpectus,videlicet à gratia & miſericordia tua. Superius dixit, ex abundantia
diuinæ conſolationis & gratiæ:Non mouebor in ęternum,nunc dicit,ex abundantia tribulationis &
miſeriæ proiectus ſum à facie oculorum tuorum, & videtur vtrunque eſſe incautum, quoniam inter
proſpera & aduerſa ſemper regia debemus incedere via,ne in proſperis extollamur,aut nimium glo
riemur, nec in aduerſis deiiciamur, quemadmodum ſcriptum eſt,In die bonorum ne immemor ſis
Eccl.11. malorum,& in die malorum ne immemor ſis bonorum.Et ſapientiſsimus Paulus, In omnibus exhi-
2.Cor.6. beamus nos ſicut dei miniſtros in multa patientia, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Quæ au-
tem iam expoſita non ſunt,ex præcedenti expoſitione ſatis innoteſcunt. Ecce quàm præclarus, my-
ſterialis, affectuoſúsque pſalmus, in quo tam ardentiſſimæ preces continentur, in quo verba bonæ
ſpei abundant,in quo Chriſti paſſio explicatur,in quo diuinæ dulcedinis copia commemoratur, in
quo dei beneficia deſcribũtur,in quo humanæ infirmitatis fragilitas reſeratur, & quid nos pati opor G
teat,ſi Chriſti veſtigia ſequi optamus, oſtenditur. Cum quanta ergo ardentiſſimæ dilectionis deuo-
tione,cum quanta ſpei fiducia,& orationis feruore cantare nos decet pſalmum tam ſplendidum,pręſertim in completorio,vſque ad illum verſum,In manus tuas commendo ſpiritum meum, quem ver
ſum dicendo, recommendare debemus noſipſos totaliter fideli creatori noſtro cum ingenti affectu
ac plena fiducia,contra omnes noctis moleſtias.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXI.

### EXPLANATIO TITVLI.

PRæterea pſalmus nunc exponendus hoc titulo prænotatur, Intellectus Dauid, id eſt,cognitio veraciter pœnitentis.Docet enim hic pſalmus quid neceſſe ſit intelligere peccatorem vere pœnitere volentem,ſcilicet vt expurgatos à vitiis beatos exiſtimet,ſéque ad eorum ſtatum perduci deſideret:quod quoniam fieri nequit,niſi propria confiteatur atque deplangat peccata & diuinę pietati ac gratię totaliter innitatur.Iccirco docet hic pſalmus propriorum humilem confeſſionẽ, ac fiduciale ad miſericordiam dei refugium.Dauid ergo in perſona pœnitentis loquens,ait.

### PRECATIO.

*Domine Ieſu Chriſte ſapientia dei patris,da nobis intellectum,& inſtrue nos de præceptis tuis,firma ſuper nos ocu los tuos in uia qua gradimur: ut te ductore ad te,qui es uia,ueritas,& uita ſine errore perueniamus.* H

### EXPOSITIO pſalmi.

BEATI quorum remiſſæ ſunt iniquitates] id eſt quibus deus omne peccatum (1)
dimiſit,per pœnitentiam ſalutarem,gratiam baptiſmalem,aut ſimili modo.
[ET] beati ſunt [QVORVM tecta ſunt peccata] hoc eſt,per emendationem
& gratiam ita deleta quaſi nunquam fuiſſent,ſic quòd deus ea ignorat,quoniã
non commemorat nec vindicat ea de reliquo,quanuis eius agnitionem nil la-
teat.Realiter vero idẽ ſunt iniquitatis remiſſio,peccatiq; tectio. (2) BEA-
TVS vir] id eſt felix homo,felix inquam in ſpe & gratia,futurus felix in re &
gloria. [CVI non imputauit dominus peccatum] id eſt qui diuino iudicio re
putatur à peccato immunis & abſolutus.Deus enim non fallitur,ſed homo decipi poteſt. Iccirco nõ
propterea beatus cui homo non imputauit peccatum:ſed multum beatus eſt,cui deus peccatum non
imputauit,præſertim egredienti de corpore [NEC eſt in ſpiritu] id eſt in intentione & voluntate
[EIVS dolus] hoc eſt,ſimulatio, falſa confeſſio, palliata excuſatio: ſed ex intimo corde peccata ſua
deplangit,confitetur,emendat.Hi ergo beati ſunt,ſed ego infelix & miſer ſum. (3) QVONIAM

A tacui] abscondi vitia mea, iccirco [INVETERAVERVNT omnia ossa mea] id est vetustate prauæ consuetudinis & diuturnitate peccati consumptæ sunt virtutes animæ meæ meæ, mihi in baptismo aut postmodũ infusæ seu acquisitæ. Peccata enim non confessa neque contrita charitatẽ & gratiam omnesque virtutes mortificant & expellunt. Inueterauerunt itaque omnia ossa mea [DVM clamarem tota die, ] id est dum incessanter loquerer vana, & magna de meipso præsumerem, aliísque aspernarer. Non ergo celemus vitia nostra, nec veterascat peccatum in mentibus nostris, sed attendamus illud Ieremiæ, Vsquequn morabuntur in te cogitationes noxiæ? Illud quoque Iob, Si abscondi Ierem. 4.
quasi homn peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam. ❡(4) QVONIAM die Iob. 31.
ac nocte] id est indesinenter. [GRAVATA est super me manus tua] hoc est, aduersitates & pœnę, quæ infliguntur à tua iustitia pro peccatis, multiplicatæ & aggrauatæ sunt in me, ità vt castigans castigasti me flagellis diuersis, quatenus redirem ad te, quod etiam feci. Nam sequitur, [CONVERSVS sum in ærumna mea] id est propter afflictiones, aduersitates, atque miserias, quæ mihi tuo moderamine euenerunt, attendi peccata mea, & discussi conscientiam meam, intellexique mihi tanta aduersa contingere propter peccata mea quibus offendi te, iccirco in hac ærumna conuersus sum ad te [DVM configitur spina] hoc est, dum ærumna seu miseria mea variis doloribus atque pœnarũ puncturis afficitur. Hoc conuenit his qui compelluntur intrare, qui quàm diu prosperantur deũ con Lucæ. 14
B temnunt: sed cum aduersitatibus fatigantur incipiunt seipsos attendere. Hæc autem aggrauatio manus dei super peccatores in vita præsenti, ad magnam misericordiam pertinet. Electos nanque solet
deus in hoc seculo castigare & tribulare, ne æternaliter pereant. Vnde hanc castigationem Ieremias Ierm. 10
desiderans, Cotripe (inquit) me dnmine, verum in iudicio, & nõ in furore, ne forte ad nihilum redi-
gas me. Hinc & apud Micheam habetur, Iram domini portabo, quia peccaui ei. Et per Osee domi Mich. 8.
nus ait, Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria. Et apud Ieremiam, Castigabo te Ose. 2.
in iudicio, vt non tibi videaris innoxius. ❡(5) DELICTVM meum] id est peccatum omisionis Ierem. 30
[COGNITVM tibi feci] humiliter confitẽdo, non quod deus aliquid nesciat, sed loquitur ad deum humano more, secundum quem dicitur aliquid alteri notificari dum publice reuelatur. [ET iniustitiam meam non abscondi] id est peccata commissionis confessus sum. Debemus enim non solũ nosipsos discutere, iudicare, damnare, corrigere propter mala quæ fecimus, sed etiam propter bona quæ omisimus: quia non solum arbor faciens fructum malum in ignem mittetur, sed & illa quæ non facit
fructum bonum, excidetur & comburetur. Superius dixit beatos, quorum tecta sunt peccata, nunc as Matth. 3.
serit se peccatum suum publicasse domino, & non abscondisse: in quo innuit quòd illorum peccata deus tegit, & dæmon accusare non valet, qui sua peccata integre confitentur, nec abscondunt: ideo subditur, ❡(6) DIXI] id est mente proposui [CONFITEBOR aduersum me] id est meipsum
C non alios accusando, & inculpando [INIVSTITIAM meam domino] id est ad gloriam dei quẽ offendi. Sic tu confiteri debes peccata tua, omne malum tuæ ignauiæ, malitiæ, seu fragilitati attribuẽdo, non teipsum excusando, & alios criminando, alias timendum est tibi quod dominus ait, Ecce ego
iudicio contendam tecum, eo quòd dixeris, Non peccaui. Et iterum, Arguet te malitia tua, & auersio Ierem. 2.
tua increpabit te. Itaque, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, nec frustra, quoniam sequitur: [ET tu] domine [REMISISTI impietatem peccati mei] id est impium peccatum meum. Ecce quanta benignitas dei, qui naturaliter bonus est, essentialiter clemens, cui proprium est
misereri semper & parcere. Mox quippe vt dixit se confessurum domino, dnminus ei indulsit. Quo- Ezech. 18
cunque enim momento peccator gemuerit pro peccato, iudicium & iustitiam fecerit, deus protinus ei ignoscit. Nihilominus debet Christianus cum opportunum fuerit confiteri vicario dei, alias propter inobedientiam damnaretur. Nec confessio coram deo meretur nunc remissionem peccati, nisi aliquo modo includat propositum confitendi presbytero, si possibile fuerit, ideo propositum executioni mandandũ est. Debet autem confessio non ex solo seruili timore procedere, sed etiam ex charitate, alias meritoria non esset de condigno: tamen si facit peccator quod in se est, dominus gratiã statim infundit, sicque confessio & pœnitentia ex charitate emanare incipiunt. ❡(7) PRO hac] re, id est, pro remissione peccati [ORABIT ad te omnis sanctus] id est omnis viator quantumcunq; per
D fectus [IN tempore opportuno] id est determinato & cõgruo tempore, non semper. Quãuis enim Prou. 18.
iustus in principio accusator sit sui, & veniæ implorator, tamen vir iustus, perfectus, sanctus diutur-
nius atque feruentius occupare se debet in altioribus actibus, scilicet in contemplatione diuinorum, 3. Reg. 18
in actuali diuinitatis amore, in meditatione passionis dominicæ, in studio perfectionis maioris acqui Eccle. 9.
rendæ. Verũtamen quoniam (Salomone attestante) non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet, icirco omnis sanctus in tempore opportuno orare indiget pro remissione peccati. Qui vero adhuc passionibus languet, & ad vitia pronus est, neque de transactis criminibus condignã pœnitentiam egit, quasi continuo orare debet pro remissione peccati, & tali tempus opportunum orãdi pro remissione peccati, est totum tempus vitæ suæ, donec ad perfectionem deductus in diuinioribus exercitiis occupare se queat. ❡(8) VERVNTAMEN in diluuio aquarum multarum] id est homines in fluxu luxuriæ, & superfluitate gulæ, ac cęteris vitiis carnalibus seu spiritualibus perseue-
rantes [AD eum] scilicet deum [NON approximabunt] quoniam peccata eorum diuidunt inter Isaiæ. 59.
eos & deum, & quandiu in peccati proposito atque in actibus vitiosis perdurant, in regione dissimilitudinis sunt, & longe à deo non loco, sed voto: non conditione, sed dilectione: non natura, sed gra-
tia: non conseruatione, sed cultu. Ideo scriptum est, Scimus quoniam peccatores deus non audit, sed Iohan. 9.
si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Itaque si vis deo appropinquare, propositum peccandi relinque: si vis ei proximior fieri, serua mandata: si vis ei proximus esse, imple consi-

lia. Denique pœnitens post confessionem peractã, ampliorẽ ad deum sumens fiduciã ex peccati re- E
missione & gratiæ infusione, confidenter & amorose ad deũ confugit, & ait, ❨ (9) TV es refugium meum].i. is in quo solo spero saluari: [A tribulatione].i. persecutione, tẽtatione, & pœna [QVAE circundedit me].i. multipliciter & vndiq; insurgit & oritur in me à suggestione dæmonis, à persuasione seu molestatione mũdi, & à lege peccati, quę viget in mẽbris meis: & tu domine [EXVLTATIO mea].i. obiectũ interioris lætitiæ meæ, causa gaudii mei spiritualis, & finis totius gloriationis meæ, ideo [ERVE me à circundantibus].i. libera me ab his, qui prædictas tribulationes inferunt mihi, videlicet ab hostibus visibilibus & inuisibilibus. Insuper misericors deus ostendens se recepisse preces pœnitentis, consolatorie ait ad eum, ❨ (10) INTELLECTVM tibi dabo].i. intellectualem notitiam. [ET instruã te] vt cognoscas & penses tuã miseriam, defectibilitatẽ, malitiã, & omnia quæ expedit tibi scire de rebus creatis. Et item vt cognoscas & contẽpleris meam bonitatẽ, perfectionẽ, misericordiam & gratiã, & beneficia cuncta quæ tibi donaui [IN via hac qua gradieris].i. in peregrinatione huius exilii, [FIRMABO super te oculos meos].i. per sapientiã meam prouidebo tibi de necessariis ad salutẽ, & per misericordiã meam erigã te labentem, ac semper custodiam, ita vt dicere possis

Psal. 39 quod infra habetur, Dominus solicitus est mei. Ecce charissimi quàm fructuosa atque salubris est vera & humilis peccatorũ confessio, quæ tantam gratiæ plenitudinem promeretur, videlicet vt pœnitenti dicatur à domino, quod versus iste proposuit, quàm vere beatus ac tutus est quem deus ita illu- F
minat & custodit. Sed quoniam charitas fraterna deposcit, vt quilibet nostrum gratiam sibi diuinitus datam aliis communicare conetur, secundum quòd status suus permittit: iuxta illud, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Iccirco pœnitens misericordiam consecutus, tanquam à deo illuminationem sortitus, conuertit se ad aliorum exhortationem, & ait. ❨ (11) NOLITE] ò peccatores [FIERI sicut equus] hoc est, ne sitis superbi & rebelles lumini [ET mulus].i. ne sitis ad diuina pigri, [QVIBVS] scilicet equo & mulo [NON est intellectus] id est, ratio potens passiones appetitus sensitiui refrenare: imo vos cũ sitis rationales creaturæ, nolite irrationabiliter viuere, sed per rationem passiones refrenate, & humiliter atque feruenter confessionem peragite. Nam homo peccator decies millies peior est bestiis. Verum, quia oratio interdum plus proficit quàm exhortatio, ideo pœnitens iste ex abundantia charitatis orat pro aliis, vt suam admonitionẽ adimpleat, & ait ad deum, ❨ (12) IN chamo & freno] id est, per varias aduersitates, & per magnas ac paruas afflictiones [MAXILLAS eorum constringe] hoc est, linguam & ora retunde, claude, compesce, eorum inquam [QVI non approximant ad te] id est, superborum, præsumptuosorum, & confiteri nolentium, quatenus eruditi verberibus & doloribus castigati, cõuertantur ad te. ❨ (13) MVLTA flagella peccatoris] hoc est, variæ sunt peccatoris pœ- G
næ eius præsertim, qui perseuerat in vitiis. Nam in præsenti à deo relinquitur, & in futuro æternis pœnis torquebitur. [SPERANTEM autem in domino] id est, effectus pietatis diuinæ [MISERICORDIA circundabit] quoniam anima eius implebitur gratia, virtutibus, & consolatione spiritus sancti, & angeli dei custodient eum, eritque incessanter sub vmbra alarum sui creatoris securus. Postremo de tantis beneficiis misericordissimi dei cupit pœnitens iam perfectus & iustificatus, omnes lætificare, & sui gaudii participes facere, atque ad gratias deo referendas inducere dicens, ❨ (14) LAETAMINI in domino] non in rebus carnalibus, vanis & transitoriis [ET exultate] hoc est, signa interioris lætitiæ foris ostendite deum vocaliter collaudando, ceremoniis honorando, atq; exteriori latriæ cultu hilariter ministrando, ò [IVSTI] qui redditis vnicuique quod suum est, sicut hor-

Rom. 13 tatur Apostolus, Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis [ET gloriamini omnes recti corde] id est, in deo, non in vobis: in cruce Christi, non in vanitate seculi læti estote omnes, quorũ corda sunt recta, id est, ad nullum vitium obliquata, ad nihil illicitum inclinata; sed diuinę legi in omnibus subdita, ita vt deus dicere possit vnicuique vestrum, quod dixit ad huius psalmi authorem, Inue-

Psal. 88 ni hominem secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Ecce iste est pœnitentialiũ psal-

Act. 13 morum secundus, paruus quantitate, sed magnus virtute, instructiuus valde & accensiuus pii pœnitentisque cordis, quem decet nos cum profundissima cordis contritione humilitate & affectione depromere, quatenus in primis indulgentiam consequi, deinde spem magnam in domino adipisci, tertio ab eo in omnibus dirigi & custodiri, sicque ad cœlestem beatitudinem promoueri mereamur. H

# COMMENTARIVS IN PSALMVM. XXXII

## EXPOSITIO Tituli.

SEcundum beatum Hieronymum in prologo libri psalmorum, multi sunt psalmi, videlicet decẽ & septẽ, qui apud Hebræos titulis carent, videlicet psalmus primus, psalmus quoque secundus, & iste nunc exponendus, alii quoque nonnulli sequentes. Veruntamen communiter intitulatur in Bibliis & expositionibus Latinorum, quibus conformari me decet. Est igitur titulus eius, In finem psalmus Dauid, id est, psalmus iste in deum nos dirigens ascribitur Dauid, qui hic in persona deuoti ac feruidi amatoris, laudat deũ super excellentia suæ potentiæ, & misericordiæ, & de operibus creationis ac recreationis. Ait ergo,

## PRECATIO.

*Verbum patris æterni Christe quo cœli firmati sunt, munere spiritus oris tui nos illustra, & in opere bono cõfirma: ut fide trinitatis & operatione tibi placita iusti simus, & cũ populo in hæreditatẽ tibi deputato, in æternũ glorificẽdi.*

A ¶ EXPOSITIO psalmi literalis.

EXVLTATE iusti in domino] hoc est, toto & exuberanti affectu gaudete in primo vniuersorum principio. Gaudium autem est diffusio animi in conceptu boni, & oritur ex vnione potentiæ cũ obiecto conuenienti. Consequitur enim aliquam operationẽ connaturalẽ seu virtuosam, iccireo impiis non conuenit, quoniam operationes eorũ sunt innaturales & vitiosæ. Peccatum enim est recessus ab eo quod est secundũ naturam & ordinẽ secundum Dionysiũ & Damascenum. Vnde scriptum est, Non est gaudere impiis dicit dominus. Et Philosophus ait, ꝙ signũ virtutis est delectatio operis. Operationes vero quibus rationalis creatura immediate coniungitur deo tanquã obiecto, sunt operationes intellectus & voluntatis, videlicet contemplatio veritatis, & dilectio bonitatis. Exultatio itaque mentis in deo procedit vel ex contemplatione, vel ex sancta & ordinata dilectione, vel ex aliis actibus virtuosis, qui a ratione & voluntate imperantur, causantur & diriguntur. Quid ergo est, exultate iusti in domino, nisi considerate deũ eiusq; opera, & diligite eũ, ac facite ea quæ deo sunt placita, & in his cordialiter exultate, non in vobis tanquam propriis viribus bona agatis, aut aliquid à vobismetipsis habeatis, sed in domino à quo est omne donum optimum, & omne datũ perfectum? Interdum autem accipitur exul- Esa.57.
B tare, gaudere, lætari magis communiter atque improprie pro gestire, & ita scriptura diuina tribuere Iacobi.1.
solet iniustis prædicta, secundum ꝙ Salomon ait, Lætantur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Et Iob, Gaudent ad sonum tympani. [RECTOS decet collaudatio] hoc est, iustũ & condecẽs Prou.2.
est vt recti deum collaudent. Primo quoniã ipsi digni sunt laudare deum. Secundo quoniã dona ma- Iob.21.
iora à deo receperunt. ¶ (2) CONFITEMINI domino in cythara, in psalterio decem chordarum psallite ei.] Ad literam S. Dauid hortabatur ministros templi in his musicis instrumentis domino laudes offerre: sed secundum spiritualem intelligentiã per cytharam intelliguntur misericordiæ opera, & per psalterium custodia præceptorũ. Cythara enim aperturam habet inferius, & ab inferiori reddit sonum, habetq; sex chordas vel septem secundũ quosdam, per quas sex opera misericordiæ intelliguntur, quæ circa corporalem necessitatẽ versantur. Psalterium vero 10. habet chordas. & à superiori sonum causat, per quæ intelliguntur diuina præcepta quę de cœlestibus profluxerunt, atque sublimẽ ac cœliformem melodiam in auribus dei efficiunt. Itaque confitemini domino in cythara, hoc est, laudate eũ per opera misericordiæ: in psalterio decem chordarũ psallite ei, id est, per diuinorum obseruantiã præceptorum glorificate dominum, nõ tam ore quàm opere. ¶ (3) CANTATE ei] corde deuoto & ordinato [CANTICVM nouum] id est, laudem ex recenti feruore & nouo affectu manãtem. Feruida nanque dilectio fatigari non potest in laude dilecti, sed noua semper præ- 2.Par.15.
C conia suggerit, & mille modis in laudẽ dilecti accenditur & prorumpit. [BENE psallite ei in vociferatione] id est, sic laudate deum ore seu vocibus, vt vita cõsonet verbis, idque obseruetis in moribus quod vocibus prædicatis. ne vobis conueniat quod per Esaiam dominus ait, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe est à me. Ideo autem debetis bene psallere, ¶ (4) QVIA rectum Esa.28.
est verbũ domini] id est, sacra scriptura, & omnis sermo diuinus iusti sunt, veri & sancti [ET omnia opera eius in fide] id est, fidelia & irreprehensibilia sunt, nihil habentia de admixtione fallaciæ. Vel, omnia opera eius in fide, id est, quicquid deo placet & meritorium esse debet, necesse est in fide fundari, & ex ea procedere, quoniam teste Aposto. Quicquid non est ex fide peccatum est. Et Abacuc, Rom.14.
Ecce qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. Iustus autem in sua fide viuet. ¶ (5) Abac.2.
DILIGIT dominus misericordiam] id est, mutuã atque fraternam cõpassionem, subuentionem, & celerem offensæ remissionem. Hoc est quod in euang. ait saluator, Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Et intantum dominus misericordiam diligit, vt in die iudicii de operibus Mat.5
misericordiæ, præsertim perhibeat se inquisitionem facturũ. Propterea monet nos diuinus Aposto. Mat.12.
Induite vos sicut electi dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam patientiam, Colos.3
supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit nobis. Hinc de immisericordi homine alibi scriptum est, Homo homini seruat irã, Eccl.28.
D & à deo quęrit medelam. In hominẽ sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum. Quis exorabit pro delictis illius? Itaque dominus diligit misericordiam [ET iudicium] hoc est, actum iustitiæ, scilicet vt iudicet homo seipsum & alios sibi cõmissos cũ diligenti examinatione, & iusta correctione. Propter quod Apost. ait, Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Denique hanc sententiã per Zachariã dominus præcepit, Iudicium (inquiens) 1.Cor.11.
verũ iudicate, & misericordiã & miserationes facite, vnusquisque cum proximo suo. Et Micheas, In- Zacha7.
dicabo tibi ô homo quid sit bonũ, & quid dominus requirat à te, Facere iudiciũ & diligere misericordiam. Veruntamen est quoddã iudiciũ temerarium, quo homo incerta iudicare præsumit, vel suum superiorẽ, vel sibi non commissos, de quo Christus, Nolite, inquit, iudicare & non iudicabimini. Et Mich.6.
Apost. Tu quis es qui iudicas alienũ seruum? Suo domino stat aut cadit. Et, Tu quid iudicas fratrem Luc.6
tuũ? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Diligit quoq; dominus iudicium remunerationis, Rom.14.
quod duplex est, scilicet particulare in morte singulorũ, & generale in die nouissimo, hoc vtrunque iudicium dominus diligit, facit, aut faciet, [MISERICORDIA domini plena est terra] hoc est, beneficiis dei, gratia Christi, & variis donis spũs sancti repleti sunt homines Christiani in terra peregrinantes: imo omnes homines aliquo modo pleni sunt misericordia dei, quoniam deus omnes longanimiter expectat, & omnibus, quantum in se est, gratiam suã offert, atq; vbiq; terrarũ euangelium regni prædicari disposuit. ¶ (6) VERBO domini] hoc est, per sapientiam patris æterni, quæ est Iohan.1.

Chriſtus dominus [COELI] id eſt, orbes cœleſtes [FIRMATI ſunt] hoc eſt, fundati & ſtabiliti. E
Colo.1. Omnia enim per ipſum facta ſunt, quemadmodũ ait Apoſtol. Gratias agimus deo & patri, qui nos
tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ,
Hebræ.1. quia in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Et ad Hebræos loquens
de filio dicit, Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtu-
tis ſuæ, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. [ET ſpiritu oris eius] hoc eſt, à ſpiritu ſancto, qui eſt
ſpiritus patris ab ore, id eſt, à voluntate patris procedens, ab hoc ſpiritu eſt [OMNIS virtus eorum]
hoc eſt, omnis poteſtas & decor cœlorum. Virtus autem cœlorum in ſtellis atque planetis præſertim
Iob.26. conſiſtit. Vnde alibi ſcriptum eſt, Spiritus eius ornauit cœlos. Vel ſic, Verbo domini cœli, id eſt, ſan-
Iohã.15. cti apoſtoli firmati ſunt. Nam illis Chriſtus dixit, Sine me nihil poteſtis facere. & ſpiritu oris eius, id
eſt, ſpiritu ſancto, qui à filio quoque procedit, omnis virtus eorũ, id eſt, tota poteſtas faciendi miracu
Act.2 la, efficaciterque loquendi. Vnde ſcriptum eſt, Cœperunt Apoſtoli loqui variis linguis, prout ſpiri-
tus ſanctus dabat eloqui illis. Denique ipſe dominus eſt. ¶ (7) CONGREGANS ſicut in vtre a-
quas maris] hoc eſt, ipſum elementum aquæ ſeu mare oceanum, quod ambit & cingit terram, domi-
nus claudit & ſeruat in vno loco, ſicut homo claudit aliquam partem aquæ in vtre, id eſt, in vaſe de
Iob.26. corio facto. Hoc eſt quod Iob inducit, In fortitudine illius repente maria congregata ſunt. Et Salo-
Prou. 28. mon, Certa lege & gyro vallauit abyſſos. [PONENS in theſauris abyſſos] id eſt, locans ac retinens F
ipſum mare, quod appellatur abyſſus, id eſt, ſine termino propter inæſtimabilem ſuam profundita-
Eccl.24. tem. Propter quod ſapientia dei, ſcilicet Chriſtus vnigenitus filius patris æterni ait, Gyrum cœli cir-
cuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui. Itaque dominus locat ac retinet abyſſos in theſauris. i. in-
Iob.33. ter ripas ſecretas receptaculorum ſuorum, quemadmodum ad Iob loquens aſſerit, Quis concluſit
oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius.
& caligine illud quaſi pannis infantiæ inuoluerem? Circũdedi illud terminis meis & poſui vectes &
oſtia, & dixi, Hucuſque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.
Quoniam ergo tanta eſt maieſtas dei, & tanta excellentia atque omnipotentia creatoris in operibus
ſuis, iccirco ¶ (8) TIMEAT dominum] hoc eſt timore filiali & caſto [OMNIS terra] id eſt, vni-
uerſi incolæ eius. Vnde his qui creatorem ex conſideratione effectuum ſuorum prædictorum non ti
Ierem.3. ment, ipſemet per Ieremiam ait, Audi popule ſtulte qui non habes cor, me non timebitis qui poſui
arenam terminum mari, præceptum ſempiternum quod non præteribit? [AB eo autem] id eſt, ex cõ
ſideratione diuinæ potentiæ [COMMOVEANTVR] ad pœnitentiam ac ſalutarem conuerſionem
[OMNES inhabitantes orbem] id eſt, ſphærã ſeu circulum terræ. Hoc eſt, quod alio loco ſcriptũ eſt.
Non eſt ſimilis tui domine. Magnus es tu, & magnũ nomen tuũ in fortitudine. Quis non timebit te, G
Iere.10. ô rex gentium? ¶ (9) QVONIAM ipſe] deus omnipotens [DIXIT] id eſt, intra ſe practico intel-
lectu, intellectualiter, protulit producenda [ET] ſtatim [FACTA ſunt, ipſe mandauit] id eſt, per vo
luntatem imperialiter voluit, vt quæ non erant, eſſent [ET] mox [CREATA ſunt] Ex quo innote-
ſcit, quod deus eſt cauſa rerũ per intellectum & voluntatem. Nam dicere pertinet ad intellectũ, man
dare ad volũtatem. Ad intellectum pertinet ordinare, diſtinguere, ſpecificare. Ad voluntatẽ exequi,
quæ ad intellectum diſpoſita ſunt. ¶ (10) DOMINVS diſſipat conſilia gentium] hoc eſt, confun-
dit, deſtruit, diſperdit, & ab effectu optato impedit, inquiſitiones & ſtudia idololatrarũ, & etiã Chri
ſtianorum gentiliter conuerſantiũ. Horum conſilia dominus diſſipat finaliter, quamuis interdum ad
tempus permittat eos regnare & proſperari [REPROBAT autem cogitationes populorũ] non o-
Eſa.55. mnium, ſed infidelium & malorũ. De quibus apud Eſaiam teſtatur, Sicut exaltantur cœli à terra, ſic
exaltatæ ſunt cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & viæ meæ à viis veſtris [ET dominus re-
probat cõſilia principũ] qui tales ſunt, quales gentes & populi nunc deſcripti videlicet iniquorum,
non autem principes boni, de quibus habetur, Princeps ea quę digna ſunt principe cogitabit. Vnde
Eſa.32. ait & alia ſcriptura, Deus potentes non abiicit, cum & ipſe ſit potens. ¶ (11) CONSILIVM autem
Iob.36. domini in æternum manet] Conſilium proprie ſumptũ non cõpetit deo, nam conſiliũ eſt inquiſitio
de agendis, inquiſitio autem ignorantiã præſupponit, & ideo Damaſcenus dicit, quod conſilium eſt
ignorantis naturæ. Veruntamen ſacra ſcriptura, frequenter attribuit deo conſilium, ſed tunc ſumitur
conſilium ſecundũ id perfectionis, quod in eius ratione includitur. Aſcribitur nanque deo cõſilium, H
non inquantũ includit inquiſitionem dubioſam, ſed inquantũ excludit improuidã determinationem
Deus enim nil agit fortuito, ſed ſecundum æternas atque incõmutabiles rationes omnia agit. Itaque
Sap.12. Conſilium domini in æternũ manet, quoniam nullus ei reſiſtere poteſt, ſed ſubeſt ei quando voluerit
Eſa.46 poſſe, quemadmodũ ipſe ait, Conſilium meũ ſtabit, & omnis volũtas mea fiet [COGITATIONES
Malac. 3. cordis eius in generationẽ, & generationẽ] Nihil. n. volubile, nihil inſtabile, nihil mutabile eſſe po-
teſt in deo æterno, qui etiam alibi dicit, Ego dñs, & non mutor. Ideo nõ eſt in deo viciſſitudo, aut va
riatio conſilii, aut cogitationũ, præſertim cum quicquid in deo ſit, ſit ipſemet deus ſublimis & benedi
Zach. 8. ctus. Sed videtur obuiare, quod Zachar. ait, Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum me ad iracundiam
prouocaſſent patres veſtri: ſic conuerſus in diebus iſtis, cogitaui vt bene faciam Ieruſalem, & domui
Iere.18. Iuda. Et alio loco, Repente loquar aduerſus gentem & regnum, vt eradicem & deſtruã illud. Si pœ-
nitentiam egerit gens illa ſuper malo quod fecit, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogita
ui vt facerem ei. Sed hæc atque ſimilia, non ſunt intelligenda quaſi aliquid in deo varietur, ſed pro-
pter diuerſitatem effectuũ dicitur deus conuerti & pœnitere, ſeu aliter aliterque ſe habere, per quæ
deſignatur mutatio in creatura non in creatore. Quicquid enim deus operatur circa creata, hoc ipſe
ab æterno ſe acturum pręſciuit atque decreuit, ſicque ab inuariabili & æterna volũtate ſummi opifi-

cis, procedere possunt temporales ac recentes effectus, sine omni mutatione ipsius: quoniã quicquid deus operatur in mundo, hoc prouidit se acturum in illo momento, in quo fit, secundum omnẽ modum & circunstantiam sui effectus, & circa hoc quidam philosophi grauiter errauerunt. Vnde Gregorius asserit, ꝙ deus non mutat consiliũ, quanuis mutat sentẽtiã: non illam quę exprimit ęternam diuinæ sapientiæ dispositionem, sed illam quæ explicat naturalium seu proximarũ causarum ordinem, sicut prædixit Ezechiam moriturum, & Niniuẽ subuertendam, quia vtrũque futurum erat secũdum proprias causas, scilicet secundum infirmitatem Ezechiæ, & crimina Niniuæ: sed diuina ordinatio, 4.Re.20
quæ omnes causas secundas cõplectitur & excedit, aliter præagnouit, & illius consiliũ non est mutatum. Ioni.1.
❡(12) BEATA gens] nunc per gratiã & spem [CVIVS est dñs] omnium [DEVS meus] speciali modo, videlicet per fidem & cultum. Et merito dicitur, gẽs talis beata, qm̃ ipsa est [POPVLVS quem elegit dominus in hæreditatem sibi] ita quod ipse vult eum possidere per prouidentiam singularem, & gratiam consumatam, ne pereat in æternum, sed ad cœlestem beatitudinem perducatur. Propterea scriptum habetur, Beati sumus nos, quoniam quæ deo placita sunt, manifesta sunt nobis. Baruc.4.
❡(13) DE cœlo respexit dñs] .i. dñs, qui specialiter dicitur in cœlo esse & habitare, simili modo dicitur de cœlo respicere: respexit ergo dñs de cœlo, quoniam ipse est omnium prouisor, rector, iudex,

B

considerator, ac testis, quẽadmodum per Ieremiã ait, Ego sum testis & iudex [VIDIT] .i. intellexit, Iere.29.
& ab æterno cognouit [OMNES filios hominũ] .i. totam posteritatẽ Adæ ac Euæ. Non enim nomine filii, exclusæ sunt filiæ. ❡(14) DE præparato habitaculo suo] .i. de summo cœlo, quod ipse sui ipsius & beatorum habitationi aptauit [RESPEXIT super omnes] homines [QVI habitant terrã] vt reddat vnicuiq; quod meretur, imo & indignis misereatur. Propter quod in Ecclesiastico dicitur, Eccle.23
Oculi domini multo plus lucidiores super solem, circũspicientes omnes vias hominũ. Domino enim deo antequã crearentur, omnia sunt cognita. Et per Ieremiã ipse ait iterũ, Putasne deus ẽ vicino ego Iere.23.
sum dicit dominus, & non deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis suis, & ego non videbo eum, dicit dñs. ❡(15) QVI] dñs [FINXIT] .i. creauit [SIGILLATIM] .i. singulariter & seorsum [CORDA eorũ] .i. animas hominũ. Anima enim creando infunditur, & infundendo creatur. Per hoc ergo quod Propheta asserit animas sigillatim produci, destruitur error ponentiũ omnes animas rationales simul creatas à principio mundi cum angelis [QVI intelligit omnia opera eorum] Dñs enim agnoscit omnia opera hominũ interiora & exteriora. ❡(16) NON saluatur rex per multam virtutem] .i. nec corporalẽ salutem, puta victoriã, neq; interiorem salutẽ, vtpote beatitudinem consequetur propriis viribus aut per fortitudinem sui exercitus, sed secundũ diuinæ prouidentiæ ordina-

C

tionem datur victoria per virtutẽ diuinã: secũdum quod Salomon ait, Equus paratur ad diem belli, dñs autẽ salutem tribuet. Et sine gratia non potest adipisci felicitas. Vnde Ionathas ait, Non est dño Prou.21
difficile saluare in multis vel in paucis. Et sæpe diuina virtute, pauci multos vicerunt, [ET gygas nõ 1.Reg.14
saluabitur in multitudine virtutis suæ] hoc est, nec corpore præualebit, nec corde beatus erit sua naturali virtute, nisi inquantũ deus ei præstiterit, qui vtique potest hominẽ mediocrem gygãtẽ deiicere, sicut deiecit Goliã per Dauid. ❡(17) FALLAX equus ad salutẽ] .i. insufficiens est suo sessori ad 1.Reg.17.
saluationem, imo decipiet eũ, si in ipso sperauerit [IN abundantia autẽ virtutis suæ] .i. in magna potentia equi [NON saluabitur] sedens in equo. Propterea dominus ait, Nõ glorietur sapiens in sapien Ierem.9.
tia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. ❡(18) ECCE oculi dñi] .i. sapientia prouidens, & misericordia parcens [SVPER iustos, & aures eius] hoc est, pietas ac liberalitas, per quã exaudit & donat [IN preces eorũ.] ❡(19) VT eruat à morte] .i. à peccato quod mentẽ occidit [ANIMAS eorum] Vel à morte etiã corporali, interdũ quando expedit bono cõmuni, vel animæ iusti [ET alat eos in fame] hoc est, mentes eorũ sitientes iustitiam, impleat gratia, & corpora si necesse fuerit, nutriat pane. Vnde saluator in Euangelio asserit, Primum quærite regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Matth.6.
❡(20) ANIMA nostra sustinet dñm] .i. æquanimiter ac longanimiter expectat eum, sperans sibi semper à dño gratiam & misericordiã affuturam, nec in aduersis recedit ab eo, desperando vel diffi-

D

dendo de bonitate ipsius [QVONIAM adiutor] in bonis [ET protector noster est] à malis est ipse dñs. Nam ipse per gratiam cooperatur atque defendit. Et signũ huius ꝙ ipse est adiutor, protectorque noster est, quod sequitur. ❡(21) QVIA in eo lætabitur cor nostrum] .i. cõtemplatione atque dilectione ipsius, atque de omni opere bono ac beneficiis eius nõ in nobis, sed in domino lætabimur. [ET in nomine sancto eius sperabimus] Hoc autem nequaquã possemus, nisi ipse dominus nos adiuuaret. Et istud est verbũ bonę spei ac sancti propositi, non præsumptionis aut confidentiæ propriæ perfectionis. Qm̃ ergo, ô dñe, in te sperabimus, ideo. ❡(22) FIAT misericordia tua domine super nos] .i. effectũ misericordiæ tuę .s. opẽ & gratiã, & dona spũs sancti nobis infunde [QVEMADMODVM sperauimus in te] .i. tam copiose & cito, sicut de tua bonitate confidimus. Et tu ergo cum hunc versum dicis, attende quomodo aut quantũ speres in dño, & ante orationem hanc, prępara animam tuã, ne sis sicut homo tentans deũ. Si enim mente vaganti hæc dicis, non actualiter speras in dño. Ec Eccle.2
ce quàm gratæ atq; pulcherrimæ laudes altissimi continentur in psalmo isto, & primo omnium hortatur omnes generaliter ad laudẽ diuinã: deinde preconia dei prosequitur, & tandem saluberrimam ponit doctrinam, ostendens in solo deo esse salutem Et tu igitur dum ais, Rectos decet collaudatio, vide vt recta sit anima tua cum deo, ne inueniaris indignus dei laudator. Denique ex contemplatione magnificentiæ dei atque mirabilium operum eius, concipe reuerentialẽ timorem ad ipsum, & age quod psallis, dum ais, Anima nostra sustinet dominum. Et, In eo lætetur cor nostrum, Nam quàm fructuosum sit dominum sustinere, ostenditur vbi scriptum est, Eruis sustinentes te, & liberas eos de

Eccle.51. omni angustia, domine deus noster. Postremo contemplandum est, q̃ euidenter tangatur Trinitas su E
Eccles. 1. perbenedicta in versu illo, Verbo domini cœli firmati sunt. Nam nomine verbi exprimitur filius, de
Iohan.1. quo alio loco habetur, Fons sapientiæ verbum dei in excelsis. Et iterum, In principio erat verbum.
Nomine autem domini, intelligitur pater. Et per spiritũ oris eius, accipitur spiritus sanctus, qui procedit à patre & filio, sicut ab vno principio, vno spiratore, ac vno supersplendidissimo fonte.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXIII.

### EXPLANATIO TITVLI.

ASsignatur demum psalmo iam exponendo titulus talis, Psalmus Dauid cũ mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eũ, & abiit. Primo regum narratur, quemadmodum sanctus Dauid persecutionem Saulis perpessus, venit ad Achis regẽ Geth, qui alio nomine appellatur Abimelec, vt saluaretur in terra ipsius. Philistæi vero famuli Achis agnoscentes ipsum Dauid, di
1.Reg.22 xerunt ad regem, Nonne iste est Dauid rex terræ: hoc est, futurus rex. Quasi dicerent, Expedit nobis interficere eũ, ne promotus ad regnum, impugnet, & opprimat terram nostram. Quo audito, voluit eum rex occidere. quod sentiens Dauid & resistere nequiens simulauit amentiam, & ferebatur manibus suis, & impingebat in portam, decurrebantque saliuæ ex ore ipsius. Quo viso, ait Abimelec F
seruis suis, vidistis hominem insanum? Ad quid adduxistis eum, vt fureret me præsente? Fecit ergo eũ expelli, & ita saluatus est Dauid. Vnde ad literam fecit hunc psalmum, pro liberatiõe ista gratias referens deo. Sed secundũ spiritualem ac mysticũ intellectum, per Dauid intelligitur Christus, & per
Matth. 8. Abimelech, qui interpretatur regnum patris mei, intelliguntur Iudæi, de quibus in Euangelio ait sal
Mat.15. uator, Filii regni eiicientur in tenebras exteriores. Venit ergo Dauid ad Abimelec, hoc est, Christus
Luc.20. ad Iudæos secundum, quod ipse ait, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quẽ
Iohan.11. cum vidissent Iudæi, dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, id est,
Mat.26 ne veniant Romani, & tollant nostrum locum. Dauid autem simulauit amentiam cum voluissent eũ
Lucæ. 22 occidere, sic & Christus nihil respondit Herodi. Propter quod reputauit eum insanum, fecitque eum tanquam fatuum, alba veste indui atque illudi. Abimelec quoque dixit de Dauid ad seruos suos, Vi-
Iohan.10 distis hominem insanũ: & Iudæi dixerunt de Christo, Insanit. Et Caiphas, Audistis (inquit) blasphe
Marc.14. miam, quę est insania maxima. Dauid autem liberatus à rege iniquo, & populo eius, gratias egit deo, & cecinit psalmum præsentem: sic & Christus in resurrectione liberatus de principibus sacerdotum & malitia Iudæorum, gratias retulit patri, secũdum quod ante dixit, Narrabo nomen tuum fratribus
Psalm. 21 meis in medio Ecclesiæ laudabo te. Hic itaque psalmus conuenit Christo, imo cuilibet Christiano à variis tribulationibus liberato, & inde gratias domino referenti. In horũ ergo persona loquens Propheta, volensque vniuersos accendere ad deum laudandum, ait. G

### PRECATIO.

*Propiciator omnium deus fac nos declinare à malo & facere bonum: da nobis pacem semper inquirere & sectari, per quam suauitatem tuam gustantes & uidentes præueniente clementia tua, beatificemur in te sperantes.*

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

BENEDICAM dominum] hoc est, bona de domino dicam eumque laudabo, (1)
& omne bonum ipsi attribuam [IN omni tempore] opportuno & ad actualẽ laudem mihi conuenienti seu deputato. Vel, simpliciter, omni tempore benedicam dñm non ore, sed opere, vel cessatione ab opere, scilicet somno, quoniã omnia ordinabo ad gloriã dei, [SEMPER laus eius in ore meo] Repetit quod prædixit, ad designandum amoris sui feruorem, quem habet ad hoc, vt sit domino gratus. Nil enim aliud est dominum benedicere, quam esse laudem eius semper in ore. Nam sicut est benedictio mentalis, & benedictio vocalis, ita est & os interius seu mentale quo angeli colloquuntur, & quo verbum cordis profertur. Est quoque & os exterius seu corporale, quo verbum sonans ac transiens dicitur, & de vtroque intelligi potest quod ait: semper laus eius in ore meo. Vnde scriptum est, Laudabit vsque ad mortem anima mea do
Eccle.51. minum. Et Tobias ait, Omni tempore benedic deum, & pete ab eo, vt viam tuam dirigat, & omnia H
Tobiæ.4 consilia tua in ipso permaneant. Et Apostolus, Cantantes, inquit, in cordibus vestris domino sem-
Coloss.1. per. Semper ergo, ô frater, sit laus dei in ore tuo, fac tibi consuetudinem bonam, & nullam des requiem labiis tuis, assuesce indesinenter psalmos in ore reuoluere, domino psallere, in laudibus dei gaudere, & quanuis ad tempus sit tibi laboriosum hoc continuare, tamen si constanter laboraueris in hoc ipso, fiet tibi in breui leue ac dulce, quod ante fuerat graue atque pœnale. Consuetudo nanque seu habitus, est altera natura, & ideo delectabiliter agit. Cogita quàm miserabile sit, tempus infructuose expendere, & quod nulla sit occupatio vitæ præsentis diuinior atque præstantior, tamque angelica ac cœlestis, vt deum laudare, & ex hac consideratione, noli fatigari in laudibus dei, quo-
1. Reg.2. niam ipse ait, Ego glorificantes me glorifico. Porro domino saluatori, sicut & comprehensoribus, versus iste primus perfecte semper conuenit, ita quod Christus vt homo à primo suæ maternæ conceptionis instanti, actualiter omni tempore dominum benedixit, & laudem eius suo ore, saltem interiori reuoluit. Non enim somnus, cibus, collocutio & similia, vnquam animam Christi ab actuali diuinitatis contemplatione, amore, aut laude suspenderunt aut impedierunt. (2) IN domino laudabitur anima mea] hoc est, si quis velit me laudare propter virtutes quas videt in me, non
1.Cor.4. in me ipso, sed in domino laudet me, quoniam ab ipso est omnis perfectio mea. Nec aliquid ha-

A beo,quod non aliunde acceperim,idcirco nec volo,nec debeo in meipſo laudari.Nemo itaque adu-
letur mihi, nemo mihi applaudat, ſed domino gratias referat de omni virtute & bonitate in rebus
creatis repertis,quemadmodum ait Apoſtolus,Soli deo honor & gloria. Volentibus vero in ſeipſis 1. Tim.1.
laudari, Dominus per Ieremiam dicit,Populе meus,qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt,& viam Eſaiæ.1.
greſſuũ tuorum diſsipant. Quotieſcunque ergo palpari te ſentis tentatione inanis lætitiæ ſeu motu
elationis propter bona quæ habes,reſponde,In domino laudabitur anima mea [AVDIANT man-
ſueti] hoc quod dixi:nam ipſis ſapit quod dictum eſt,Iracundi enim indignabundi, atque ſuperbi,in
ſeipſis,non in domino volunt laudari. Manſueti vero qui iram & per conſequens indignationem, ſu
perbiamq́ue vicerunt,quia ex ſuperbia oritur indignatio, & ex indignatione impatientia : ex impa-
tientia vero ira. Manſueti itaque in domino ſolum laudari deſiderant, & dum laus eorum aliis cedit
ad ædificationem,& deo ad gloriam, tunc libenter audiunt ſua præconia, imo ob hanc cauſam ali-
quando pandunt propria bona,quemadmodum Paulus in epiſtolis ſuis frequentiſsime facit, Nihil
(inquiens) arbitror me minus feciſſe ab his, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli. Et, Abundantius illis 2.Cor.12
omnibus laboraui. Et,Scio hominem in Chriſto raptum vſque ad tertium cœlum. Et,In faciem re- Gala. 2.
B ſtiti Cœphæ, hoc eſt, Petro archiapoſtolo, quia reprehenſibilis erat, multaque alia. Itaque au-
diant manſueti, quod dixi, in domino animam meam deberi laudari [ET lætentur] id eſt, gratiæ
mihi collatæ congratulentur,meumq́ue deſiderium imitentur, quærentes in domino ſolum laudari,
ſicut Sophonias ait,Quærite dominum omnes manſueti terræ,qui iudicium eius eſtis operati. Dein Sopho. 2
de vir ſanctus non ſufficiens per ſe dominum ſufficienter laudare alios incitat ad dei præconia, di-
cens, ℂ(3) MAGNIFICATE dominum mecum] hoc eſt,magnitudinem dei, videlicet immen
ſam eius perfectionem agnoſcite,confitemini,honorate ſicut & ego [ET exaltemus] id eſt,reueren
ter veneremur [NOMEN eius in idipſum] id eſt,concordi affectu & ſimili fide prout monet Apo- Col. 3.
ſtolus,Idipſum dicatis omnes docentes & commonentes voſmetipſos in hymnis,& pſalmis,& can- Eſaiæ. 55
ticis ſpiritualibus. ℂ(4) EXQVISIVI dominum] quemadmodum Eſaias hortatur, Quærite
dominum dum inueniri poteſt,inuocate eum dum prope eſt. Et ſi interrogas quando eſt hoc,reſpon
det Apoſtolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nunc enim prope eſt domi- 2.Cor.6.
nus. Nam omnis qui quærit,inuenit. Et ipſe in Apocalypſi teſtatur. Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo. Matth.7.
Sic ergo exquiſiui dominum fideliter contemplando,ardenter amando,bene viuendo, & affectuoſe Apoc.3.
orando, [ET exaudiuit me] ita quod repperi eum & vnitus ſum ei per charitatem & gratiam [ET
C ex omnibus tribulationibus meis eripuit me] vel omnino auferendo eas à me, vel dando mihi gra-
tiam patienter ſuſtinendi. Chriſto quoque iſtud conuenit:nam & ipſe deum orando exquiſiuit,& in
die reſurrectionis deus eum ab omnibus tribulationibus eripuit. Vt ergo & vos ô fratres & proximi
mei eandem gratiam obtineatis. ℂ(5) ACCEDITE ad eum] non corporis motu,ſed cordis af-
fectu,non pede ſed fide,non ſolo verbo,ſed opere & veritate [ET illuminamini] id eſt, ſi ſic acceſſe
ritis,tunc vtiq; illuminabimini intus in anima lumine gratiæ,& ſapientiæ claritate atq; decore iuſti-
tiæ. Vnde beatus Iacobus inquit, Si quis indiget ſapientia poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter Iacob.1.
& dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Et apud Malachiam dominus ait, Orietur vobis Malac. 4
timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ [ET facies veſtræ non confundentur] id eſt, intellectus veſtri,
ſeu corda non fraudabuntur ſpe ſua,nec patebunt contemptui,ſed certiſsime adipiſcẽtur quod quæ-
runt,& hoc conſtat ex eo. ℂ(6) ISTE pauper] ſcilicet Chriſtus qui cum diues eſſet, propter nos
egenus effectus eſt: vel iſte pauper, ſcilicet Dauid qui.1. Regum de ſe aſſerit, ego ſum vir pauper & 2.Cor.8.
tenuis. Vel,iſte pauper.i.quicunq; humilis & paruus in oculis propriis, qui imperfectũ ſuum atten-
dit. Itaq; iſte pauper [CLAMAVIT] ardẽti affectu,& prece deuota,pro miſericordia dei impetran-
da [ET dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus] mentis & corporis [SALVAVIT
eum] in præſenti vita per releuamen & ſpem, & poſt vitam præſentem per omnimodam amotionẽ
malorum,ſecundum quod ſcriptum eſt, Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorũ ſuo-
rum. ℂ(7) IMMITTET angelus domini] adiutorium ſuum [IN circuitu timentium eum] ſcili-
D cet dominum,id eſt,ex omni parte proteget eos,arcendo ab eis dæmonum impugnationem, mundi
pericula,atque interius eos ad bonum perſuadendo ac illuſtrando. Quidam nanque angelici ſpiritus Dani. 12.
præſunt cõmunitati,ſicut archangeli,& horũ vnus defendit,& adiuuat multos,vt Michael,qui nunc
tuetur eccleſiã,ſicut in veteri teſtamento tuebatur ſynagogã. Alii vero angelici ſpiritus ſingulis præ-
ſunt hominibus,vt angeli infimi ordinis,& horũ ſinguli ſingulos protegunt. Vnde ſi de his intelliga
tur quod ait,Immittet angelus domini &c. tũc ponitur ſingulare pro plurali, quemadmodũ in Exo. Exod.8.
ſcriptũ eſt,Venit muſca grauiſsima in domũ Pharaonis [ET eripiet eos].ſ.angelus homines à multis
malis. Nullus enim tã impius eſt quin angelus ſanctus cuſtos ipſius à multis peccatis eum præſeruet.
ℂ(8) GVSTATE & videte] .i.taliter viuite tam ſancte pure atque interne domino adhærete, vt
gratia tanta vobis præſtetur per quam certo & experimentaliter agnoſcatis quod ſequitur [QVO-
NIAM ſuauis eſt dñs] Deũ nanq; eſſe ſuauẽ omnes ſciunt per intellectũ,ſed non omnes ſapiunt per
affectũ. Per naturalẽ rationem dei dulcedo cognoſcitur,ſed per gratiã deguſtatur. Nil autẽ dulciter
ſapit,niſi ametur:idcirco amor eſt cauſa ſaporis. Ad hoc ergo,ꝙ homo diuinã dulcedinẽ experiatur,
oportet vt deum feruide diligat,quod eſſe non poteſt niſi excludat à ſe quæ charitatem diminuunt.
Charitatis autẽ venenum & diminutio eſt cupiditas,ſeu amor priuatus, & ad ſe inordinate reflexus.
Incrementũ vero ſeu profectus charitatis eſt priuati amoris minoratio. Perfectio autẽ charitatis eſt
priuati amoris mera expulſio, qñ videlicet hõ diligit ſe pure in deo, vtpote nihil deſiderãs, nihilque
amans,niſi deũ ꝓpter ſe,& ſe in ordine ad deũ,& alia inquantũ ꝑ ipſa ad deũ ꝑducitur. Qui ergo ita

diligit deum,omnes corporales delicias,omnes delectationes carnales, omnes temporales honores E
& vniuersa caduca & vana contẽnit & fugit,quoniã per talia elongatur à deo. Porro carnis macera
tionem,mundi contemptũ,irrisionem,aduersa,& dura,sacras vigilias,continuas orationes, atque si-
milia,amat quia per talia deo coniungitur.Qui itaque talis est gustare potest, quoniam suauis est do
minus.Vere enim suauis est dñs,& fons vniuersæ dulcedinis, à quo omnia dulcia dulcedinẽ sortiun
tur,est ipse deus excelsus & benedictus essentialiter dulcis est,& dulcedo separata, immensa, super-
substantialis,atque fontana omni creaturæ,quãtum ad suam plenitudinem inexperta Et vere omni-
no dignissimum est,vt qui hanc diuinæ bonitatis dulcedinẽ gustare desiderat,omnẽ indignam & vi-
lem ac transitoriã delectationem abhorreat,& cũ omni mentis custodia,charitate,ac reuerentia,deo
ministret.Hæc enim degustatio est futuræ beatitudinis certa ac supernaturalis prælibatio, quam ne-
mo philosophorum,aut superborũ theologorum,vnquã gustauit:sed mites & humiles corde,qui to-
Luc.10. tum suum affectũ in illo vno quod solum necessariũ est figunt,eam sapere promerẽtur. Hanc autem
Esa.26. dulcedinem gustauit sacratissimus Esaias dum verba illa super mel & fauum suauia dixit.Nomen tu-
um & memoriale tuum domine in desiderio animæ.Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiri-
Iere.22. tus meus in præcordiis meis,de mane vigilabo ad te.Ieremias quoque dum ait, Factus est sermo do-
mini in corde meo quasi ignis exæstuans,claususque in ossibus meis: & defeci ferre non sustinens.Vn
de alio loco scriptum est,O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus nobis in omnibus [BEA- F
Sap.12. TVS vir qui sperat in eo] Hoc iam frequenter expositũ est. Denique vt gustare mereamini dulcedi-
nem dei.¶(9) TIMETE] timore filiali,amoroso,& sancto [DOMINVM omnes sancti eius] qui
adhuc peregrinamini in terra,& aspiratis ad patriã [QVONIAM non est inopia timentibus eum.]
Nã in spiritualibus & corporalibus bonis prouidet eis dñs sufficienter, imo & in bonis interioribus
dat eis quotidianum augmentũ,& copiam magnã,quemadmodum in Euangelio ait saluator, Haben
Mat.25 ti.i.grato & coram domino solicite ambulanti,dabitur & abundabit.¶(10) DIVITES eguerunt]
Lucæ.19. id est,in diuitiis huius mundi gloriantes,vel eas superflue desiderantes,eguerunt gratia & virtutibus
Luc.1. animæ.Nam vt ait Christifera virgo,Deus diuites dimisit inanes.i.à spiritualibus gratiis vacuos [ET
Eccl.10 esurierunt] non vtique iustitiã & regnum dei,sed opes mundanas:quoniam sicut in Ecclesiastico di-
citur,Auarus non impletur pecunia.quanto enim plura acquirunt diuites isti,tanto plura desiderant
Matth.5 [INQVIRENTES autem dñm].i.esurientes ac sitientes iustitiã [NON minuẽtur omni bono] imo
Eccle.31. incessanter proficient,donec æternam beatitudinẽ euolantes inueniant. ¶(11) VENITE filii au-
dite me].i.in domũ disciplinę congregate vos,& informationẽ meam percipite auribus cordis [TI-
MOREM domini docebo vos].i.ostendam vobis quid pertineat ad dei timorem,& quomodo acqui
ratur,conseruetur,ac perficiatur. Et debetis libenter audire me,quoniã instructio mea valet ad obti-
nendum vitã ęternã,quã quia diligitis,expedit vobis acquiescere mihi,ideo sequitur.¶(12) QVIS
est homo qui vult vitam] religiosam,spirituale,& sanctam [DILIGIT dies videre bonos?] id est, G
quis est qui cupit acquirere vitam æternam?ille aduertat quod dicam. ¶(13) PROHIBE linguam
tuam à malo] hoc est,cohibe teipsum ab omni sermone illicito [ET labia tua ne loquantur dolum]
Eccle.21. id est,teipsum cõpesce ne aliquem fallas. ¶(14) DECLINA à malo].i.recede à peccato,quemad
modum alibi scriptum est,Quasi à facie colubri fuge peccatum [ET fac bonum] id est,serua manda
ta,& quæ deo sunt placita [INQVIRE pacem] id est, stude & satage in mente tranquillitatem ha-
bere,atque cum proximis tuis concordiam,maxime vero omnia age ac ordina, quatenus ad cœlestis
patriæ pacem merearis perduci [ET persequere eam] hoc est, perfecte & infatigabiliter sequere
eam,amplectendo & operando quæ proficua sunt ad pacem acqurendam ac conseruãdam,ea quo-
que vitando quæ pacem corrumpunt videlicet lites,propriæ sententiæ defensionẽ pertinacem, ver-
ba pungitiua,& derisionem.Hinc enim dicit Apostolus , Si enim fieri potest,quod in vobis est,cum
Rom.12. omnibus hominibus pacem habere. Et iterum ait, Quæ pacis sunt sectemur , & quæ ædificationis
Rom.14 sunt,in inuicem custodiamus.Et ad Coloss.Pax Christi exultet semper in cordibus vestris. Præterea
Coloss.3. in eo quod ait Psalmista,Declina à malo & fac bonum,tangit duas partes iustitiæ, in quarum obser-
uatione totius perfectionis summa consistit,& has duas iustitiæ partes Christus in euangelio tangit,
Luc.12. dum ait, Sint lumbi vestri præcincti,id est,abstinete à malo,& lucernæ ardentes in manibus vestris,
id est,facite bonum.Patet quoque ex his quam magna sit virtus, linguam refrenare ab omni sermo- H
Prou.13 ne nociuo.Iccirco Salomon ait,Qui custodit os suum,custodit animam suam: qui autem inconside-
ratus est ad loquendum,sentiet mala.Et alibi,Vidisti hominem velocem ad loquendum,stultitia ma
Prou.29. gis speranda est quam illius correctio.Et rursus scriptum est , Qui multis vtitur verbis, lædit animã
Eccle.20 suam:qui vero moderatur labia sua,sapientissimus est.Et Iacobus ait , Si quis se putat religiosum es-
Iacobi.1 se,non refrenans linguam suam,huius vana est religio. ¶(15) OCVLI domini super iustos] id est,
aspectus diuinæ pietatis expansus est super eos qui deo obediunt,vt eos conseruet & dirigat [ET au
RES eius] id est,miseratio & liberalitas dei [IN preces eorũ] vt eas exaudiat. Nam oratio humilian-
Eccle.35 tis se,nubes penetrabit.¶(16) VVLTVS autem domini] hoc est,aspectus diuinę iustitiæ [SVPER
facientes mala,vt perdat de terra memoriã eorum].i. excludat eos à regno cœlorum, quod est terra
viuentium vita beata,ita vt nullus sanctorum in cœlo sit memor eorum in bonum, videlicet condo-
lendo eis,aut intercedendo pro ipsis.¶(17) CLAMAVERVNT iusti] orando feruenter pro diui
no auxilio [ET dñs exaudiuit eos,& ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos] vel in præsenti
vita,vel certe post vitã præsentem,dando eis requiem sempiternã,sicut patet in sanctis martyribus.
¶(18) IVXTA est dñs] per gratiã & misericordiã suam [HIS qui tribulato sunt corde].i. qui pro-
pter iustitiam tribulantur,aut bono dolore,scilicet pro peccatis afficiuntur,aut aduersitates propter

A deum æquanimiter ferunt, imo & omnibus tribulatis prope est, quãtum ad hoc quod citius inclinatur ad miserendum, indulgendũ, succurrendumque eis quàm aliis, loquendo in genere, & cæteris paribus, quoniam (teste apostolo) abiecta & infirma mundi elegit deus vt confundat fortia. Vnde Ba- 1. Cor. 1.
ruch ait, Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficien Baruc. 2.
tes dãt gloriam & iustitiam tibi domino. Nam in eis relucet diuina iustitia, & ideo, quoniã in hac vita torquentur, deus pronus est vt misereatur eorum [ET humiles spiritu saluabit] quemadmodũ in Matth. 5.
euangelio dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. ❡ (19) MVLTAE tribulationes iustorum] Nam corde & corpore affliguntur variis modis, & propter causas diuersas, scilicet propter propria crimina, propter perfectionis carentiam, propter proximorum errorem, & propter dei inhonorationem, ac similes causas, [ET de omnibus his liberabit eos dominus] partim in hoc seculo per consolationem spiritus sancti, & perfecte in seculo futuro quando beatitudinẽ plenam possidebunt. Propter quod ait scriptura, Bonus dominus & confortans in die tribulationis, &
sciens sperantes in se. ❡ (20) CVSTODIT dominus omnia ossa eorum].i. dominus conseruat vir Numer. 1.
tutes iustorum, quæ sunt robur & fixio ac fulcimẽtũ cordis in deo [VNVM ex his nõ cõteretur] hoc
B est, nulla virtus iustorum peribit, sed domino conseruante, in tẽtatione seruabitur, ne vitio obruatur. Hoc verum est de electis & perseuerantibus vsque in finem. Vel sensus est, quod eorum quorũ virtutes cõseruãtur, nõ ab ipsis, sed à domino custodiuntur. Potest quoq; exponi de ossibus corporis, quæ licet in passione, vel post mortem conterantur & corrumpantur, custodiuntur tamen à domino, neque finaliter manebunt contrita, sed resuscitabuntur, & animæ copulabuntur, sicut & caro in die no
uissimo. Secundum hunc modum Christus in euangelio ait, Capillus de capite vestro non peribit. Luc. 21.
❡ (21) MORS peccatorum pessima] quoniam ipsa est via ad mortem æternam, & non potest esse reparatio gratiæ post eam [ET qui oderunt iustum, delinquent.] Nam odium iusti est magnum peccatum, & maius quam odium peccatoris, cum tamen vtrumque sit mortale peccatum, sicut & odium inimici. ❡ (22) REDIMET dominus animas seruorum suorum] indulgendo eorum peccata, & de via huius exilii transferendo eos ad patriam, [ET non delinquent omnes qui sperant in eo] non quod nunquam peccabunt, sed quoniam pœnitentiam agent, nec in peccato finaliter perseuerabũt.
Secundum hunc intellectum alio etiam loco scriptum est, Qui natus est ex deo, non peccat, quoniã 1. Iohã. 3.
semen eius manet in eo, & non potest peccare, sed generatio dei conseruat illum. Ecce quam admirabilis est virtus huius psalmi, & quam consolatorium est atque iucundum attente depromere psal-
C mum hunc ipsum. Primo omnium cõtinet laudes altissimi. Deinde excitat omnes ad laudem ipsius, narrat quoq; varia beneficia dei, & ad diuinæ dulcedinis gustum nos inuitat. Exhortationem etiam saluberrimam, & præcepta perfecta proponit. Postremo inter iustos & impios præclare distinguit, & secularium hominum vanitatem ostendit, ipsumq; omnium creatorem asserit singulos intueri vt vel sic studeant homines viuere timorate coram deo omnia cõsiderante. Studeamus ergo cum omni stabilitate, attentione, atq; feruore, cantare hunc psalmum: quod si fecerimus mirabilem suauitatem, in ipso experiemur, ad proficiendum accendemur, & ad mundi contemptum erudiemur.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XXXIIII

### EXPOSITIO Tituli.

HAbet autem psalmus iam exponendus hunc titulum, Psalmus ipsi Dauid, id est, Psalmus iste à Dauid compositus cõuenit Christo per Dauid præfigurato & membris ipsius. Primo igitur exponẽdus videtur de Christo, Deinde de membris ipsius. Christus ergo vt homo, passione iam ingruente, ait ad patrem ęternum, seu totam superfelicissimam trinitatem.

### PRECATIO.

*Deus potens & fortis, apprehende arma & scutum, & contra nos impugnantes exurge nobis in adiutorium, &*
D *ab eorum malignitate fragilitatem nostram ubique defende, ut in te exultantes & letantes te semper tuti magnificemus, & tota die perennitatis laudes tibi decantemus.*

### ❡EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

IVDICA domine nocentes me] hoc est, profer sententiam tuę iustitiæ contra
(1) Iudæos me persequentes, [EXPVGNA impugnantes me] id est, vince, deiiçe, & potestate, regno ac patria priua Iudæos me verbis atque verberibus inuadentes. Hoc impletum est in Iudæis per principes Romanorũ, qui eos grauissime vastauerunt, expugnauerunt, expulerunt, aut occiderunt. ❡ (2) APPREHENDE arma & scutum].i. armis & scutis muni, ac robora principes Romanorũ, videlicet Vespasianũ ac Titũ cũ populo suo aduersus Iudæos, [ET exurge in adiutoriũ mihi] hoc est, per manũ illorũ debella aduersarios meos. ❡ (3) EFFVNDE frameã].i. extrahe gladiũ, multiplica vltionem, emitte vindictã, [ET conclude aduersus eos qui persequuntur me].i. omnia mala ista pœnalia induc super Iudæos, & trade eos in manum inimicorũ suorum, propter peccata quę cõmiserunt in me. Vel sic, & spiritualius, Apprehende arma & scutum.i. accipe virtutem tuam diuinam ac omnipotentem, per quam in teipso fortis es & quasi armatus, aliosq; potens defendere. Hæc virtus dei est ipsemet deus omnipotens, sed dum deus hac potestate non vtitur, vtpote desinens homines iustos tribulari à malis, tunc videtur quasi deponere ar-

Ahac.2. ma sua & scutum, id est, virtutem suam secundum quod propheta alius inquit, Quare non respicis E
contemptores domine, & taces conculcante impio iustiorem se? Dum autem deus potestatem suam
exercet, bonos eripiens, impiosque affligens, tunc accipere dicitur virtutē suam, hoc est, arma & scu-
Apoc. 11. tum. Iuxta hunc sensum scriptum est, Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, qui es, & qui
eras, qui accepisti virtutem tuam magnam & regnasti. Quamdiu enim permisit idololatriam ita in-
ualescere, & dæmones hominibus præualere, quasi deposuit suam virtutem, sed cum incarnatus ve-
nit in mundum exultans vt gigas ad currendam viam, aëreasque potestates expugnans ac homines
redimens, tunc accepit suam virtutem & regnauit in his, in quibus ante regnauit diabolus. Sic ergo
Psalm. 18 ait Christus homo ad deum patrem, Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi, id
Ephe.2. est, à mortalitate redime me per resurrectionem beatam [DIC animæ meæ] hoc est, vitæ meæ cor-
porali [SALVS tua ego sum] hoc est, tertio die reparabo te, & immortalem te faciam, vniendo ani-
mam corpori immortali. In his itaque precibus Christus orat pro resurrectione corporis sui. ¶ (4)
CONFVNDANTVR] id est, cōfusione digni appareant, & pœnā suæ peruersitatis incurrant [ET
reuereantur] id est, pœnā sibi infligendam formident [QVAERENTES animā meam] id est, extin
guere cupientes vitam meā. Hoc modo confusi atque reueriti sunt Iudæi in præsenti vita, & post eā.
Nam modo ab omnibus contemnuntur & opprimuntur, & post hanc vitam cadunt in pœnā æter-
nam. ¶ (5) AVERTANTVR retrorsum] hoc est, mentis cæcitate obtenebrentur & non conuertan F
tur ad te, sed per obstinationem recedant à te [ET confundantur] id est, per experientiam tormen-
torum erubescant de suis malitiis, in hoc seculo, vel in inferno [COGITANTES mihi mala] .i. qui
mala concipiunt contra me cogitantes, quomodo possint me capere in sermone & accusare atq; oc-
Iohan. 11 cidere. ¶ (6) FIANT tanquam puluis ante faciē venti] .i. Iudæi prædicti tam facile superentur ab
hostibus suis, & per totum mundum dispergantur, priuati proprio solo, quàm facile puluis à vento
Dan. 12 impellitur, & per aera dispertitur [ET angelus domini coartans eos] .i. Michael qui erat aliquando
princeps atque protector synagogæ, iam deserat eos vastari & coartari per populum Romanum in
obsidione Ierusalem à Tito. Potest quoque per angelum intelligi angelus malus, cuius cooperatione
tam atrociter coartabantur, & interficiebantur Iudæi in vltionem sanguinis Christi. ¶ (7) FIAT
via] hoc est, vita seu operatio illorum, scilicet Iudæorum [TENEBRAE] id est, excæcata ac priua-
ta lumine fidei, agnitionisque Christi [ET lubricum] id est, vaga atque inconstans, ita vt in propriæ
habitationis terra stare non possint, nec alicui stabili fundamento innitantur, eo quòd Christum
negauerint qui est solum & verum fundamentum omnium electorum, quemadmodum ait Aposto-
1.Cor.3 lus, Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod est Christus Ie-
sus [ET angelus domini persequens eos] id est, angelus sanctus desinat eos persecutionibus fatiga-
re. Vel, angelus malus persequatur eos detinendo corda eorum in obstinatione perfidiæ, suisque ten
Iohan. 15 tationibus eos fallendo. Et ista eis contingant. ¶ (8) QVONIAM gratis absconderunt mihi interi G
tum laquei sui] id est, sine culpa mea tetenderunt insidias, & fecerunt consilia contra me quomodo
mortem mihi inferrent. Mors nanque hoc loco vocatur interitus laquei, hoc est, laqueus interimens.
Iudæi enim dolosissime & quidem occulte tractabant inter se, quomodo Christum occiderent [SV-
PERVACVE exprobrauerunt animam meam] id est, superflue & inutiliter imposuerunt mihi cri-
Mat. 11. mina multa, atque contumeliis affecerunt me, dicentes, Homo vorax, seducit populum, insanit atque
Luc. 23. similia. ¶ (9) VENIAT illi] hoc est, populo me persequēti [LAQVEVS quem ignorat] .i. tribu-
Iohan. 10 latio improuisa morsque incerta [ET captio quam abscondit] id est, cōprehensio, tentio seu ligatio,
quam inter se proponebant mihi inferre, ac intulerunt in nocte passionis meæ, dum cohors & tribu
nus ac ministri Iudæorum iniecerunt manus in me [APPREHENDAT eum] hoc est, fiat eis cau-
sa, meritum, & occasio qua ab aduersariis suis capiantur, ligentur ac detineantur [ET in laqueum ca
dat in ipsum] hoc est, captio ista quam absconderunt, fiat eis nociua & laqueus mortis, mihi vero nō
noceat, sed causa honoris & gloriæ fiat mihi. Hoc totum in Iudæis & Christo impletum videmus.
Porro hæc omnia dicit Christus non imprecando seu optando aduersariis suis mala, imo (vt infra
habetur) ipse orauit pro eis, sed conformando se diuinæ iustitiæ, & futura prædicendo ac insinuan-
do, quid culpa illorum promeruit. Veruntamen quod dictum est, Confundantur & reuereātur quæ-
rentes animam meam, &c. exponi posset in bono, & per modum orationis, ita vt Christus intelliga- H
tur desiderasse conuersionem Iudæorum, & castigationem eorū in præsenti ne æternaliter puniren-
tur, quemadmodum patebit in sequenti expositione. ¶ (10) ANIMA autē mea exultabit in dño.]
Anima enim Christi semper erat in actuali gaudio beatificæ fruitionis [ET delectabitur] interiori
lætitia [SVPER salutari suo] hoc est, de omni beatitudine quam dñs præstitit ei. ¶ (11) OMNIA
ossa mea] .i. tota fortitudo mea, & omnes virtutes animæ meæ [DICENT, domine quis similis tui?]
q.d. Nullus, quoniam tu omnia in infinitum excedis in omni nobilitate & gloria. Vel sic, Omnia os-
sa mea dicent, hoc est, ossa corporis meis signis & gestibus deuotis declarabunt interiorem lętitiam,
quam habeo in te ex consideratione tui ac beneficiorum tuorum. Magna nanque hilaritas cordis re-
dundat in corpus & facit in eo gestus iucundos, internam lætitiam demonstrantes, domine quis si-
Lucæ.9 milis tui? ¶ (12) ERIPIENS inopem] id est, me Christum adeo pauperem, vt non haberem vbi
caput reclinarem [DE manu fortiorum eius] id est, de potestate & rabie Iudæorum, qui quantum
ad hoc visi sunt fortiores me fuisse, quòd permissi sunt præualere in me mortem corpori inferendo,
& eripiens in die resurrectionis meę [EGENVM] in temporalibus bonis, qui de aliorum facultati-
bus viui [ET pauperem] hoc est, abiectum & humilem [A diripientibus] .i. crucifigentibus eum.
¶ (13) SVRGENTES testes iniqui] in nocte passionis meæ in domo Caiphæ [QVAE ignorabā]

A per approbationem, hoc est, quæ non cõmisi [INTERROGABANT me] id est, per modum in-
quirentium obiiciebant mihi, exigentes responsionem à me. Vnde Matthæus dicit, Principes autem Mat.26
sacerdotum & seniores, & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum
morti traderent, & non inuenerunt cũ multi falsi testes accessissent. ❡(14) RETRIBVEBANT
mihi mala pro bonis] quia pro prædicatione, oratione atq; miraculis, quibus eos ad fidẽ conuertere
volui, persecuti sunt me vsq; ad mortẽ. Vnde Christus dixit Iudæis, Multa bona ostendi vobis ex pa Iohan.10
tre meo, propter quod horũ vultis me lapidare? Et apud Ieremiam prophetam, ait, Attende domine Ierem.18
& audi voces aduersariorũ meorum: nunquid redditur pro bono malũ, quia foderũt foueam animæ
meæ? Itaq; retribuebant mihi mala pro bonis, scilicet [STERILITATEM animæ meæ] .i. bonorũ
infœcunditatem, seu vitia, quæ sunt sterilitates animæ, imposuerũt mihi. ❡(15) EGO autẽ cum mihi
molesti essent] .i. dũ me persequerentur Iudæi, præsertim tempore passionis [INDVEBAR cilicio.
❡(16) HVMILIABAM in ieiunio animã meam] Ad literã non legimus, Christũ vsum fuisse ci-
licio, sed ieiunasse. Quid ergo per ciliciũ, nisi carnis infirmitas, & similitudo carnis peccati significa-
B tur? Itaq; Christus in persecutione & passione sua cilicio induit se, hoc est, sub mortalis carnis tegu-
mento diuinitatẽ abscondit, ita vt potius videbatur vermis quàm deus. Propter quod ipse in Euãge- Matth.11
lio ait, Beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me .i. qui propter humilia & abiecta quæ corporali-
ter ago, aut patior, nõ abnegat in me confiteri diuinitatis naturã. Et Esaias de Christo inquit, Quasi Esa.53
absconditus vultus eius & despectus. Humiliabã in ieiunio animam meam, hoc est, corporali ieiunio
me afflixi maxime in deserto, vbi quadraginta diebus ac noctibus sine omni cibo vixi [ET oratio
mea] quã fudi pro his qui noluerunt conuerti, dicendo in cruce, Pater ignosce illis, & alias sæpe pro Matth.4
Iudæis orando [IN sinu meo] hoc est, ad meipsum [CONVERTETVR] id est, effectus & meritum
orationis redundabit in me. Sed videtur huic sententiæ repugnare, quod iam sæpe inductũ est, puta Luc.23
Christum semper exauditũ à patre, quemadmodum ipse testatur, Pater gratias ago tibi, quoniã au- Iohan.11
disti me. Ego autẽ sciebam, quoniã semper me audis. Sed huius dilutionem satis arbitror posse pate-
re ex his quæ dicta sunt in expositione psalmi. 21. vbi dictum est atque expositũ ex persona Christi,
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. ❡(17) QVASI proximum, quasi fratrem nostrũ,
sic complacebam.] Hoc dupliciter exponi potest. Primo sic, Quasi proximum, quasi fratrem nostrũ,
subaudi arbitrans populum Iudæorum & vnumquemque eorum sic complacebam, id est, sic de eo-
rum profectu & prosperitate gaudebam. Vel sic, Quasi proximum, &c. hoc est, tanquam de proxi-
C mo & fratre sic complacebam, id est, sic mihi in eis complacui, & de eorum affinitate gaudebam, at-
que pro eis tanquam pro charissimis propriam animam posui, qui mihi (sicut prædictum est) retri- Iohan.10
buebant mala pro bonis, & me tandem crucifixerunt [QVASI lugens] oculis corporis [ET con-
tristatus] compassione pii affectus [SIC humiliabar] id est, sic meipsum pro eorum salute humilia-
ui atque afflixi. Vnde scriptum est, Videns Iesus ciuitatem fleuit super eam, id est, super populũ eius. Luc.19
Et rursus, Contristatus est (inquit) Iesus super cæcitate cordis eorum. Et vtique quanto populus il-
le sibi propinquior fuit, tanto de eorum ingratitudine atque duritia amplius doluit. Denique ingra-
titudinem Iudæorum Christus consequenter insinuat, dicens, ❡(18) ET aduersum me lætati sunt] Luc.22
id est, de aduersitatibus meis ex odio gauisi sunt, quemadmodum in Luca habetur, Abiit Iudas & lo-
quutus est cum principibus sacerdotum, quomodo illum traderet eis, & gauisi sunt, & pacti sunt pe-
cuniam illi dare, [ET conuenerunt] hoc est, consilium contra me adinuicem habuerũt, sicut Iohan-
nes testatur, Collegerunt pontifices & pharisæi consilium, & dicebant, quid facimus, quia hic homo Iohan.11
multa signa fecit? Et Mattheus, Congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi, & consi- Mat.26
lium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent [ET congregata sunt super me flagella] hoc est,
persecutiones & pœnæ, præsertim in die parasceues, quando satiati sunt pœnis meis [ET ignoraui] Iob.16
hoc est, per modum ignorantis me habui, qui non fugi. Vel, ignoraui, id est, de causa tantarum pœ-
narum, videlicet de culpa, mihi conscius non fui. Vel, ignoraui, secundũ ęstimationem eorũ & etiam
Iudæ. Secundum hunc sensum apud Ieremiam scriptum est, Ego quasi agnus mansuetus, qui por- Ierem.11
D tatur ad victimam, & non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia. ❡(19) DISSIPATI
sunt] hoc est, cordibus dissoluti ex pauore mirabilium, quę tempore passionis fiebant, quando vide- Mat.27
licet aspiciebant terrã moueri, solem obscurari, & velum templi esse conscissum [NEC cõpuncti] .i. Mat.15
de peccato suo nequaquam pœnituerunt, sed in incredulitate manserunt. Vel sic, Dissipati sunt, hoc
est, ab inuicem dispertiti, & per totum mundum dispersi nec compuncti .i. ex tanta sua pœna nõ ad- Mat.22
uertunt se propter peccatũ in me cõmissum à deo relinqui [TENTAVERVNT me] dicẽdo, Magi
ster scimus quia verax es: ac aliis modis, vt aliquid reprehẽsionis inuenirẽt in me [SVBSANNAVE
RVNT me subsannatione] quãdo me in cruce pendẽte illudendo dixerunt, *Si rex Israel est*. Vel, *Si
hic est Christus dei electus*, descendat nunc de cruce [FRENDVERVNT super me dentibus suis] Iohan.19
id est, furibundo rancore stridebant in me, sicut dũ caput meũ spinis punxerunt, arundine percusse- Iob.16
runt, & coram præside clamabant Iudæi, Si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Vnde sanctus Iob,
Aperuerunt (inquit) super me ora sua, exprobrantes percusserunt maxillam meã, & satiati sunt pœ-
nis meis. ❡(20) DOMINE] pater cœlestis [QVANDO respicies?] hoc est, quando oculo pater-
næ subuentionis te ista videre ostendes? [RESTITVE animã meam] suo corpori per resurrectionẽ
[A malignitate eorum] hoc est, de persecutione Iudęorum eam saluando [A leonibus] .i. à Iudæis
superbis ac feris restitue seu libera [VNICAM meam] .i. animam meam tibi summe ac vnice præ
dilectam. Vel, vnicam, hoc est, vnam solam in corpore meo existẽtem. Nam in vno corpore anima-
to non est nisi vna anima. ❡(21) CONFITEBOR tibi] deo patri [IN ecclesia magna] .i. in plebe

catholica per meipsum & meos ministros, quando restitueris animam meã à malignitate eorũ, tunc E
quoque [I N populo graui].i.in populo Christiano, probitate morum honesto atque maturo [L A V-
Psalm. 21 D A B O te] Hoc est quod superius dictum elucidatumque est, Narrabo nomen tuum fratribus meis,
in medio ecclesiæ laudabo te. Est autem & aliud genus populi grauis, in quo Christus patrem non
laudat. De quo dicitur, Væ populo graui iniquitate, dereliquerunt dominum, blasphemauerunt san-
Esaiæ.1. ctum Israel. De quo in Apocalypsi ait Iohannes, Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed sunt syna-
Apoca. 2 goga Satanæ. Veruntamen in hoc quoque populo Christus aliquo modo laudat patrem, in quãtum
per seipsum, suosque discipulos verbũ salutis prædicauit, atque misericordiam dei ac beneficia eius
ipsis patefecit. ¶ (22) N O N supergaudeant mihi].i.ô domine pater & si permittis Iudæos gandere
de pœnis meis vsque ad crucis patibulum, tamen non supergaudeant mihi, hoc est, post passionẽ nõ
diu, neque superflue gaudeant de meo interitu, quasi omnino extinctus sim nec resurrecturus [Q V I
aduersantur mihi inique].i. Iudæi qui sine culpa mea quærunt opprimere, & prorsus delere nomen
Ierem. 15 ac memoriam meã, quemadmodum scriptum est ex persona eorum, Mittamus lignum in panẽ eius,
hoc est, morte crucis cibemus eum, & eradamus eum de terra viuentiũ [Q V I] Iudæi [O D E R V N T
me gratis) hoc est, sine demerito meo, quia nil nocui eis [E T annuunt oculis] id est, inter se gestus
irrisionis fingunt, quibus se mutuo cohortantur ad deridendum me. Hanc autem scripturam allegat
Iohan.15 Christus, dicens, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberẽt: nunc au- F
tem viderunt, & oderunt & me & patrem meũ: sed vt impleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est,
quia odio habuerunt me gratis. Ex quo apparet, quòd psalmus iste ad literam sit de Christo expo-
August. nendus, quoniam allegatio seu probatio non valet nisi ex sensu literali, secundum Augustinum. Pro-
pterea expositio huius Psalmi de Dauid ad literam non placet, quanuis litera possit applicari ad Da
uid, sicut ad cæteros iustos, quemadmodũ in sequenti expositione introducam. Quidam vero nimis
inhæret literæ in psalmorum expositione. Porro non solum psalmũ præsentẽ, sed & alios plurimos
psalmos, qui manifeste loquuntur de Christo & eius passione atq; mysteriis, exponit ad literam de
Dauid, nullã de Christo mentionem inducens, quos tamen psalmos sancti atque catholici doctores,
Hierony. videlicet Hieronymus, Augustinus, Cassiodorus, & Hugo, de Christo exponunt. Præterea psalmum
August. præhabitũ, scilicet tricesimũ, cuius exordium est, In te domine speraui, qui euidenter de Christo per-
Ps 30.21 tractat, non exponit nisi de Dauid, cuius defectus ex suo argumento ostenditur. Psalmũ enim. 21, cu-
ius principiũ est, Deus deus meus respice in me, probat ad literã exponẽdũ esse de Christo, per hoc
q Christus pendens in cruce protulit principiũ huius psalmi, tanquã dictum ex sua persona. Si ergo
Luc.23. ob hanc rationẽ psalmus ille explanatur de Christo, pari ratione & psal. 30. ad literam exponendus
Iohã.15 erit de Christo, quoniã Christus pendens in cruce, protulit prosecutionẽ illius psalmi, vtpote ver-
sum illũ, In manus tuas cõmendo spiritum meũ, tanquã dictũ ex sua persona. Pariformiter & de psal
mo præsenti argui potest, in quo ait propheta, Oderunt me gratis: quod Christus apud Iohannem G
clare fatetur de se prophetatũ, alias non dixisset, vt impleatur sermo, &c, quia si de ipso Dauid hoc
ad literã dictum fuisset, tunc vtiq; sermo ille diu fuisset impletus ante Christi aduentũ. Deinde Chri
Mat.22. stus ait. ¶ (23) Q V O N I A M mihi quidẽ pacifice loquebantur.] Iudæi increduli, hoc est, verba quę
Iohan.8 videbãtur esse amorosa atque pacifica, sicut ex euangeliorũ patet decursu, vt est illud, Magister quod
Mat.21. est mandatũ magnum in lege? Et de muliere in adulterio deprehensa, Magister (inquiunt) quid tibi
videtur? Et, Magister volumus à te signum videre [E T in iracundia terræ] hoc est, ex ira, orta ex vi-
tioso amore rei terrenæ [L O Q V E N T E S] inter se, & etiã mecum [D O L O S cogitabant] videlicet vt
possent me reprehendere, tanquã transgressorẽ legis. Iudæi enim terrena inordinate amabant, vide-
licet diuitias, honorem, & gloriã temporalẽ: & qm̃ Christus reprehendit eos, de hoc inuidiã conce-
Iohan. 7. perunt contra eũ, atq; ex ira cordis loquuti sunt secũ verba dolosa. Et ideo ait saluator in euangelio,
Me odit mũdus, quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. ¶ (24) E T dilata
Lucæ.23. uerunt super me os suum].i. lato ore deriserunt, vituperauerunt, & blasphemauerunt me, maxime tẽ
Iohan.10 pore passionis, tuncq; [D I X E R V N T, Euge, euge] hoc est, valde bene iã accidit, qm̃ captus es [V I-
Iohan.19 D E R V N T oculi nostri] hoc est, nosipsi vidimus mala quę tibi imponimus, scilicet quod seduxisti po
pulum, & legẽ transgressus es, dicendo te Christum esse. Hoc est quod Iudęi coram Pilato dicebant,
Nos legẽ habemus, & secundũ legem debet mori, quia filiũ dei se fecit. Sæpe autẽ in scripturis acci- H
pitur visus pro quolibet sensu cõmuniter. ¶ (25) V I D I S T I dñe] pater omnia mala mihi iniuste
illata [N E sileas].i. profer sententiã approbando meã iustitiã, & reprobando illorũ malitiã [D O M I-
N E ne discedas à me].i.à natura humana quã assumpsi, sed da mihi tertio die resurgere, & quadrage
simo die ascendere. ¶ (26) E X V R G E] hoc est, per modũ surgentis te habe, mihi assistendo, & suc-
currendo, quantũ ad corporis glorificationẽ [E T intende iudicio meo] hoc est, considera iudicium,
Iohan. 1. quo tam iniuste & ignominiose adiudicatus sum morti, & pro illo iudicio da mihi iudiciariã potesta
Act.10. tem, quo ad manifestationẽ, vt sim iudex viuorũ, & mortuorũ per executionẽ. Hanc enim potestatẽ,
hocque actiuũ iudicium meruit Christus, eo quod iudiciũ iniquum passus sit. Itaque intende iudicio
meo, & iudica me iudicio prædictæ remunerationis [D E V S meus &] tu qui es [D O M I N V S meus]
secundũ quod formã serui accepi intende [I N causam meã] hoc est, respice ob quã rationẽ ista susti-
neo, videlicet propter tuũ honorẽ ac mundi salutẽ, & non propter aliquã culpã meã, quemadmodũ
Mat.17. latrones, inter quos ad mortẽ ducor, atq; in cruce suspendor. Hoc est quod in libro Iob scriptũ est,
Iob.26. Causa tua quasi impii iudicata est, causam, iudiciumq; recipies. ¶ (27) I V D I C A me] iudicio remu
nerationis, quantũ ad præmium accidentale [S E C V N D V M iustitiam tuam] id est, secundum dicta-
men tuæ diuinę iustitiæ. Vel, secundum iustitiam meam, mihi à te collatam, [D O M I N E deus meus]

A Hoc Christus secure rogauit, quoniam sine omni malitia fuit, & se esse filiũ dei, in quo patri summe Sap.1.
complacuit, nouit [ET non supergaudeant mihi] Hoc iam semel in psalmo præsenti expositũ est.
¶ (28) NON dicant in cordibus suis] id est, non cogitẽt amplius [EVGE euge animæ nostræ] hoc
est, quam delectabiliter contigit nobis, quod ita potuimus turpissima morte occidere istum, qui erat
nobis grauis ad videndũ [NEC dicant, deuorabimus eum] id est, nomen atque memoriam eius, & o- Act.3.
mnes eius sectatores extinguemus: sed per miracula demõstra me resuscitatũ à mortuis. Vnde Petrus
cum sanasset claudũ ex vtero, dixit Iudæis, Viri Israelitę, deus patrũ nostrorum glorificauit filiũ suũ,
hoc est, viuum & gloriosum ostendit, per istud miraculum, propter cuius miraculi euidentiam nõ au
debant Iudęi in Apostolos mittere manum, cessabántq; aliquo modo Iesum reputare inter iniquos, Act.5.
nam & volebant quasi immunes videri à morte ipsius, dicentes apostolis, Ecce replestis Ierusalẽ do-
ctrina vestra, & vultis super nos inducere sanguinem hominis huius. Hinc quoque Christus subiun-
git. ¶ (29) ERVBESCANT] Iudæi increduli de peccatis cõmissis in me, & morte mihi ab ipsis
inflicta [ET reuereantur simul] hoc est, pariter timeant diuinæ iustitiæ vltionẽ [QVI gratulantur ma
lis meis] hoc est, qui de pœnis meis lætati sunt ex mera inuidia. Eandẽ autẽ sententiã sequens versus
sub aliis verbis includit. ¶ (30) INDVANTVR confusione & reuerentia] hoc est, mente & cor-
pore confundantur, & expauescant, atq; totaliter operiantur erubescentia, & timore, quemadmodũ
B homo tegitur vestimento [QVI maligna loquuntur super me] hoc est, qui crimina grauia mihi impo
nunt. ¶ (31) EXVLTENT] exteriori lætitia [ET lætentur] mentali delectatione, [QVI volũt iu-
stitiam meam] .i. qui amant, approbant, & sequuntur doctrinam, vitam, & passionem meam [ET di-
cant, semper, magnificetur dominus] hoc est, incessabiliter laudent deum [QVI volunt pacem serui
eius] id est, qui adipisci desiderant, vel adeptam affectuose custodiunt pacẽ Christi, qui est seruus dei,
quẽadmodum per Zachariam dominus ait, Ecce ego adducam seruum meum orientem. Orat itaque Zach.3.
Christus vt filii pacis, qui pacem veram affectant, deum collaudent, quoniã digni sunt deum laudare
tanquam filii eius, vt Christus ipse testatur, dicens, Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Pax Matth.5.
Christi alia est à pace mundi, vt idem ipse affirmat, Pacem, inquiens, relinquo vobis, pacem meã do Iohã.14.
vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis. De pace autẽ mundi iterum ait, Non veni pacẽ mit Matt.10.
tere sed gladium. Itaque pax Christi in interiori homine sita est. Est enim trãquillitas mẽtis seu quies
à perturbatione peccati, consistens in hoc, quod caro perfecte obedit spiritui, sensualitas rationi, &
ratio legi diuinæ, vt sit homo fixus in deo & mente tranquillus, nil habens amaritudinis contra ali-
quem. Porro pax mundi est quieta fruitio temporalium bonorum, exclusis his quæ carnalem delecta Esa.50.
tionem, transitoriásque delitias auferunt siue diminuũt. Hęc pax non est vera pax, sed pessima quies,
quia non est pax impiis dicit dominus. Hanc ergo Christi pacem quæramus, diligamus & conserue-
C mus, si volumus esse idonei laudatores altissimi. ¶ (32) ET lingua mea meditabitur] hoc est, ex in-
teriori meditatione loquetur [IVSTITIAM tuam] ô pater cælestis, docendo euãgelicam legẽ quæ
est lex perfectæ iustitiæ [TOTA die laudem tuam] id est, indesinenter atque quotidie laudabit te.

¶ EXPOSITIO tropologica seu moralis eiusdem psalmi, De quocunque iusto atque ecclesia.

MOdo videndum est, quomodo quilibet nostrum possit ac debeat psalmum istum in propria per-
sona cantare, ipsumq; intelligere de Christi ecclesia, quæ capiti suo ac sponso semper cõforma-
ri desiderat. Fidelis ergo Christiformiter viuens, & variis tribulationibus circũseptus, atq; cõsiderãs
se propriis viribus præualere non posse, clamet ad deum, Iudica domine nocentes me. Totus hic lo-
cus quo petitur auxilium contra hostes vno modo exponi potest de inuisibilibus hostibus, vt sit sen-
sus, Iudica domine, hoc est, iuste condemna, nocentes me .i. dæmones me tentantes, meq; à profectu
frequenter impedientes, immittendo mihi phantasmata inutilia tempore diuinorum. Sed cum dęmo
nes iam iudicati sint, & irreparabiliter condemnati, quid necesse est orare vt iudicentur? Sciendũ er-
go, ꝙ dæmones nondum habent omnem pœnam quam habituri sunt, imo frequenter de nouo auge-
tur pœna eorum. Quanuis enim sint in termino, tamen sicut angeli sancti merentur præmium acci-
dentale, homines custodiendo: sic dæmones promerentur augmentũ miseriæ accidentalis, videlicet
D pœnam sensus, homines pios tentando: sed quantum ad essentialem miseriam (quę est auersio à sum-
mo bono, seu diuinæ visionis carentia) sunt omnino in termino, & quãtum ad eam, nec merẽtur, nec
demerentur, sicut nec animæ in inferno iam existentes. Dum ergo ait, Iudica domine nocentes me,
scilicet dæmones, sensus est, Argue & affige eos. Et iuxta hunc sensum in Zacharia scriptũ est, Incre Zach.3.
pet dominus in te Satan, & increpet dominus in te. Expugna impugnantes me, hoc est, aëreas pote-
states me tentationibus variis molestantes, aliosque ad me persequendum incitantes debella, præ-
stando gratiam mihi per quam eorum suggestioni efficaciter resistam: & aduersa quæ mihi ex eo- Rom.16.
rum machinatione contingunt, patienter sustineam. Vnde Apostolus ait, Deus pacis conteret Sa-
tanam sub pedibus vestris velociter. Appræhende arma & scutum, id est, potestatem tuam exer-
cendo assume, méque per eam conforta, & protege, & exurge in adiutorium mihi, ne tentatio-
ni succũbam, ne concupiscentiam sequar, ne infirmitate deiiciar. Effunde frameam, hoc est, increpa-
tionem, & pœnam super tentatores prædictos, & conclude aduersus eos qui persequuntur me, id est,
fac bonam ac triumphalem conclusionẽ pro me, & contra illos, ita vt eorũ malitia reuertatur in ca-
put ipsorũ, & mihi non noceat. Dic animæ meæ, per spiritus sancti instinctũ, seu reuelationem inter-
nam, atq; per experientiam misericordiarum tuarum, Salus tua ego sum, hoc est, causa salutis tuę, &
saluabo te de periculis istis. Hoc est quod ait Apostolus, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui no- Rom.8.
stro, quod filii dei sumus. Itaque oro ô domine, dic animæ meæ, Salus tua ego sum, id est, dic mihi per

Mich.4. inspirationem secretam, verba illa bona, verba consolatoria, quæ apud Michæam scripta sunt, Nunc E quare mœrore contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia compræhendit te dolor, sicut parturientem? Saluabo te, & liberaberis, noli timere. Confundantur, hoc est, confusibiliter à me repellantur, ac superentur, & se victos erubescant, atque à te æternaliter confundantur in die nouissimo, & reuereantur. i. me timeant impugnare de cætero. Dum enim dæmones à sanctis vincuntur, tunc metuunt eos, nec sine formidine eos inuadunt. Itaq; reuereantur, hoc est tantá virtutem ac gratiá mihi concede ô domine, quatenus dæmones à cōspectu meo, quasi perterriti fugiát,
Gen.32. dicentes, Castra dei sunt hæc, Fugiamus Israelē, quoniā dominus pugnat pro eo, quærentes animam meam. i. diaboli, qui quærunt eā à deo auertere, & suo infelici collegio sociare. Auertantur retrorsum hoc est, victi cadant ac fugiát & confundantur, sicut iam dictū est: cogitantes mihi mala, hoc est, dæmones intra se cōsiliantes, quomodo animā meā decipiant, & pœnam æternam ei procurent. Fiant tanquam puluis ante faciē venti. i. tam cito, tamq; facile cōmoueantur ac repellantur à me, sicut mouetur atq; impellitur puluis à vento, ita vt nequaquam eis aperiā ianuā cordis mei seu portam cōsen
Ephe.4. sus, quemadmodū docet Apostolus, Nolite locū dare diabolo. & angelus domini coartás eos, hoc est sanctus angelus dei, qui custos est animæ meæ, reprimat malignitatem eorū, & à me reiiciat eos. Fiat via illorū. i. machinatio tentatoria, tenebræ & lubricū, hoc est, obscura & vacillans, sic, vt non pertin gat ad consensum meū sub specie boni, sed agnoscatur falsitas dæmonū à me: ad quod necessariū est F
2.Co.11. donū discretionis spirituū. Nam Satanas transfigurat se in angelū lucis, apparétque via eius luminosa, sed dū per illuminationē diuinā aduertimus eius fallacias, tunc via eius fit tenebræ & lubricum: & angelus domini persequēs eos. i. angelus bonus prælietur pro nobis, & eos affligat. Vehemēter enim diaboli affliguntur dū per adiutoriū angelorum sanctorum vincuntur à nobis. Quoniam gratis, hoc est, sine iusta & rationabili causa absconderunt mihi diaboli. i. in occulto præparauerunt interitū laquei sui. i. mortem tentationū suarum, seu tentationes mortiferas animā occidētes: superuacue exprobrauerunt animā meam. i. infructuose insultauerūt mihi. Interdū enim tentat nos dæmon, improperando nobis peccata præterita, quatenus in desperationem nos pertrahat, vel rursus ad secularē vitam reducat. Vnde quibusdā peccatoribus magnis, efficacissime pœnitētibus dæmones visibiliter apparuerunt, dicentes, Ecce postquam tāto tempore in omni spurcitia & iniquitate vixisti, & nobis in omnibus paruisti, nostrisque voluptatibus satiatus es, iam ad Christū conuerti vis, nosq; relinquere,
Hierony. prout S. Hieronymus refert, Veniat illi, hoc est, dæmoni seu dæmonū congregationi, laqueus quem ignorat. i. improuise ac subito coartetur ab angelo sancto, & captio quā abscondit. i. captiuitas seu nocumentū quod mihi occulte parauit, appręhendat eum. i. noceat ei, eúmq; in inferno liget captiuum: & in laqueum cadat in ipsum, hoc est, captio ista quam mihi abscōdit, fiat ei laqueus damnationis, & G causa tormenti. Præterea totus hic locus de visibilibus quoque hostibus. s. hominibus impiis exponi potest, vt sit sensus, Iudica domine nocētes me. i. homines me iniuste persequentes, & à tuo obsequio impedire conátes, discerne, distingue, & separa à me, nūc quidem affectu & merito (quod pertinet ad iudicium discretionis) & in futuro loco & præmio, quod pertinet ad iudiciū remunerationis. Hęc autem atque similia orat ecclesia seu fidelis quicunque non appetitu vindictæ, sed zelo iustitiæ, præser-
Cassiod. tim nisi pœniteant: & est potius prænūciatio futuri, quàm imprecatio mali. Propter quod Cassiodo-
Matth.5. rus affirmat hūc locum & similes passus scripturæ, in quibus videtur oratio fieri pro damnatione seu
Rom.12. pœna inimicorū, non debere exponi de visibilibus hostibus, sed de dæmonibus, maxime cum iubeamur inimicos diligere atq; aduersariis benefacere. Sed quicquid sit, omnino videtur, ꝙ loca huiusmodi possint exponi etiā de hostibus visibilibus, quantum ad pœnas temporales, videlicet vt in præsenti emendentur ne æternaliter pereant. Sic quod dictū est, Iudica domine nocētes me, intelligi potest de iudicio remunerationis quo deus plerūq; in præsenti vindicat & castigat peruersos, vt vel sic cessent à malis. Possumus quoq; eorū deiectionem & afflictionē, quátum ad mala temporalia. s. damna & pœnas vitæ præsentis appetere, qui aduersantur bono communi & fidei Christianæ, ac vnitati ecclesiæ, inquantum per hæc coercentur à malis. Propter quod subditur, expugna impugnantes me, id est, pugna pro me & vince aduersarios meos. Hoc maxime orat ecclesia contra infideles, & tyrānos, hæreticos, schismaticos, quorum interdū corporalē mortem licite optat, quia eorū saluti aliter prouidere non valet. Appræhende arma & scutū. Hoc iam satis expositū est, & exurge in adiutoriū mihi, H hoc est, paratus & facilis esto vt mihi succurras, ne hominum impiorum mala exempla, fallacia blandimenta, minæ hostiles, infectiuæ doctrinæ seu persecutiones tyrannicæ, me à tua voluntate ac lege abducant, scandalizent aut superent. Effunde frameam, hoc est, emitte castigationes & adhibe flagella paternæ correctionis, & conclude aduersus eos qui persequuntur me, hoc est, induc ea super homines malos me tribulantes, ac per hoc restringe & cohibe malignitatem eorum, ne sint de cætero potentes vt faciant mala, sed infirmitatibus corporis atque doloribus animæ castigati discant bene agere. Confundantur, de irrationabili studio suo & vita iniusta, & reuereantur. i. pœnas sibi imminentes expauescant, quærentes animam meam subuertere vel vitam meam perimere. Auertātur retrorsum, hoc est, à proposito malo cessent, & ab opere inchoato recedant, & confundantur quod tam inhoneste egerunt, cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti, hoc est, faciliter moueantur ad pœnitentiam, nec obdurentur vt lapis, sed sicut puluis sequitur impetum venti, sic isti sequantur internam directionem angeli sancti. Ideo sequitur, & angelus domini sit coartans eos, hoc est, à malo retrahat eos, & si opus est per tribulationem compellat. Fiat via eorum tenebræ & lubricū, id est, operatio eorum similis fiat tenebrosæ ac lubricæ semitæ, vt sicut homo in tali semita sæpe offendit, cadit, lassatur, nec ad finem faciliter pertingere potest, sed redit: sic in operatione sua iniusta im-

A pediantur, fatigentur, nec ad effectum peruenire ſinantur, ſed conuertantur & viuant, & angelus do
mini perſequens eos, hoc eſt, angelus ſanctus puniat vel puniri permittat peccata eorũ in ſeculo iſtn,
nec deſinat eos exequi deſideria ſua mala. Hoc enim multum deſiderabile eſt, quemadmodũ in ſecun
do libro Machabęorum habetur. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia age- 2.Mac.6
re, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficii eſt indicium. Hęc antẽ mala eueniant eis in vita pręſenti.
Quoniam gratis, hoc eſt ſine cauſa, abſconderũt mihi interitũ laquei ſui, id eſt, deceptiones atq;
inſidias præparauerunt aduerſum me, ſuperuacue exprobrauerunt animam meam, hoc eſt, inutiliter
contumeliis, maledictis & inſultationibus affecerunt me. Hunc verſum ſicut & præcedentes pręſer-
tim dicit eccleſia de hæreticis, ſchiſmaticis, infidelibus & tyrannis. Veniat illi, hoc eſt, vnicuiq; eorũ
laqueus quem ignorat, id eſt tribulatio improuiſa qua corrigatur: & captio quam abſcondit, hoc eſt,
malum quod mihi inferre occulte tentauit, appręhendat eum, hoc eſt reuertatur in ipſum, ſic quod
ipſe ſeipſum pro peccato ſuo caſtiget, & in laqneum cadat in ipſum, hoc eſt, in iugum Chriſti
portandum ſuper ſe conuertatur eidem, videlicet vt ex conſideratione peccati ſui ardentior fiat, &
iugum Chriſti perfectius tollat, quatenus vbi abundauit delictum ſuperabundet & gratia. Porro ſi ea Rom.5.
quæ dicta ſunt ab illo verſu, Effunde frameam, exponantur quantum ad damnationem perpetuã, ſen
quantum ad iuſtam vltionem diuinæ æquitatis in peccatores (quæ expoſitio literæ magis concordat,
B ſicut & in præcedẽti expoſitione declarata ſunt) tunc intelligenda ſunt hæc non optando, ſed pręnũ-
ciãdo, quemadmodum ſępe oſtẽſum eſt. Anima autem mea exultabit in domino, hoc eſt, in miſericor
dia eius reſpirabit, & ex conſideratione paſſionis Chriſti conſolationem recipiet, imo & libenter o-
mnia ſuſtinebit, quatenus cõformetur domino ſuo, & delectabitur delectatione mẽtali ac intellectua
li ſuper ſalutari ſuo. i. de ſaluatione qua me redemit, & de beatitudine quam promiſit: ſicut ait Apo-
ſtolus, Gloriamur in ſpe adoptionis filiorũ dei. Et Eſaias, Ecce deus noſter, exultabimus & lætabi- Rom.5.
mur in ſalutari eius. Et tu domine es eripiens inopem. i. me pauperem & afflictum de manu fortiorũ Eſa.25.
eius, hoc eſt, de poteſtate & perſecutione inimicorum viſibilium ac inuiſibilium, quibus propria po-
teſtate reſiſtere nõ valerem. Quis enim ſua induſtria ſubtilitati dęmonũ reſiſtere poſſet? Et tu es eri-
piens egenum & pauperem. i. quemlibet temporalia contemnentem, & ſpiritu pauperem à diripien
tibus, hoc eſt infeſtantibus, deprædantibus, ſeu occidentibus eum, quẽadmodũ in Eſaia habetur, Do-
mine deus meus exaltabo te, quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione ſua. Surgentes
teſtes iniqui quæ ignorabã interrogabãt me, hoc eſt, quæ nõ feci obiecerunt mihi. Hoc quilibet Chri Eſa.25.
ſtianus falſorũ teſtiũ accuſatione ſeu conteſtatione grauatus dicere poteſt, qualis erat Naboth Iſrae-
lita, quem Ambroſius in libro de officiis ſanctum ac martyrẽ vocat. Retribuebant mihi mala pro bo
nis. Hoc conuenit eccleſiæ atq; vniuerſis fidelibus & bonis corde qui pro aduerſariis orant, & ab in- 3.Re.21.
C gratis odium pro dilectione ac maleficia pro beneficiis recipiũt: ſterilitatem animæ meæ, ſubaudi re-
tribuebant pro fœcunditate: tanquam dicat, Ego quãtũ ad eos eram in benefaciendo fœcundus: ipſi
autem quantum ad me ſteriles erant nil boni reddẽtes, nec in ſpiritualibus nec in tẽporalibus me di-
tare optantes. Ego autem cum mihi moleſti eſſent homines impii & ingrati, induebar cilicio, hoc eſt
veſte pœnitẽtiali. Humiliabam in ieiunio animam meam. i. abſtinentia me afflixi, quatenus impetrarẽ
illis veniã, & mihi ſubſidium. Iſtud frequẽter agit eccleſia, dum hæreſes aut ſchiſmata oriũtur, aut bel
la grauiſſima imminent, ſicut Ioſaphat rex Iuda & omnis populus eius feciſſe legũtur. Similiter ſan- 2.Par.20
ctiſſima illa Eſter & venerabilis Iudith feciſſe ſcribuntur. Et nos ergo horum exemplo ita agamus, Eſter. 4.
dum nobis peruerſi fiunt moleſti atq; ingrati: patientiam ſeruemus gloriantes in hoc, quod domino Iudith. 8,
Saluatori conformari meremur. Talia enim pati eſt donum dei, quemadmodum ait Apoſtolus, Vo- 9.
bis datum eſt à Chriſto non ſolum vt credatis in eum, ſed etiam vt patiamini pro illo. Et oratio mea Philip.1.
in ſinu meo conuertetur, hoc eſt, oratio quam pro aduerſariis & reprobis aut damnatis ſeu indignis
fundo, mihiipſi meritoria erit & ſatisfactoria pro propriis culpis. Quãuis enim illis non proſit pro-
pter indignitatem vel incapacitatem eorũ, non tamen ob hoc infructuoſa manebit: imo omnis actus
ex charitate procedẽs eſt meritorius vitæ æternæ. Quaſi proximũ, quaſi fratrẽ noſtrum reputamus
vnũquẽq; fidelem, etiam inimicũ, ſic complacebam. i. ſic de eius profectu ac proſperitate gaudebam,
D quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar, hoc eſt, ſic de eius aduerſitate afflictus ſum. Hoc eſt quod
ait Apoſtolus, Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Hoc modo ſanctus Euangeliſta Io- Rom.12.
hannes ſibi in filiis ſuis complacuit, qui ait, Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam fi- 3.Ioh.2.
lios meos in veritate ambulantes. Non ergo de aduerſitate inimici lætemur, ſed eius profectui cõgra
tulemur, quatenus cũ ſancto Iob dicere mereamur, Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & Iob.31.
exultaui quod inueniſſet eum malũ. Et iterum, Flebam (inquit) quondam ſuper eo qui afflictus erat,
& cõpatiebatur anima mea pauperi. Iſta perfectio ad prælatos maxime pertinet. Ego igitur tãta bo- Iob.30.
na feci illis, ſed quid illi? Sequitur, Et aduerſum me lætati ſunt, hoc eſt de meis infortuniis & pœnis
ac malis gauiſi ſunt, & conuenerunt, quatenus me multitudine vincerẽt, quem per rationem ſupera-
re non poſſunt: congregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui. i. improuiſe acciderunt mihi perſecu-
tiones hominum, tentationéſque dæmonũ. Diſſipati ſunt, hoc eſt aduerſarii mei prædicti à vera con
ſtantia fracti ſunt, & à charitate diuiſi, nec compuncti. i. de malo ſuo non pœnituerunt. tẽtauerũt me
terrendo, blandiendo, torquendo, cogendo, ſubſannauerũt me ſubſannatione. Hebraici idiomatis cõ
ſuetudo eſt, talem facere replicationẽ ſeu repetitionẽ eiuſdẽ, quemadmodũ Zacharias dicit, Iratus eſt Zach.1.
dominus patribus veſtris iracundia. Ait ergo eccleſia ſeu vnuſquiſque vir iuſtus, Subſannauerunt me
ſubſannatione. i. inimici mei quibus non nocui: ſed benefeci, inſultauerunt illuſeruntq; mihi. Hoc eſt
quod dicit Apoſtolus, Maledicimur & benedicimus, blaſphemamur & obſecramus. frenduerunt ſu- 1.Cor.4.

1.Cor.4. per me dẽtibus suis,quasi ex feruore rancoris & impetu passionis deuorare me vellẽt. Domine quã- E
do respicies?id est,quasi diu dissimulasti & dereliquisti me tribulari , sed nunc respice,restitue animã
meam in pristina pace & gratia tua,à malignitate eorum ereptam:à leonibus vnicam meam.i.à dæ-
monibus,qui tanquam leones rugientes circueunt,atque superbis hominibus,qui opprimũt innocẽ-
1.Pet.5. tes quemadmodum ouẽ leones,restitue vnicam meam.i.animam meã,quã tam vnice custodire indi-
Matt.16. geo, vt non prosit mihi si vniuersum mundum lucratus fuero,& eam perdidero.Consequenter ait fi
Marc.8. delis,Cõfitebor tibi.i.ad gloriam tuam confessione tuæ laudis,& item confessione meę iniquitatis,in
Luc.9. ecclesia magna,Christiana,apostolica, atque catholica . Non supergaudeant mihi.i.de ruina animæ
meæ & seductione ipsius noo superflue gaudeant,qui aduersantur mihi inique,hoc est,dæmones &
homines perfidi ac pestilentes,qui mihi spirituale damnum inferre nituntur, de quibus superius di-
Psal.12. ctum est,Qui tribulant me exultabunt si motus fuero,qui oderunt me gratis, hoc est , sine demerito
meo,& annuunt oculis.i.sibi mutuo me ostendunt ad persequendum ac illudendum . Quoniam mi-
hi quidem pacifice loquebantur.i.dæmones sub specie boni suggesserunt mala mihi,& homines frau
2.Reg.2. dulenti verba concordiæ locuti sunt mecum in dolo,sicut Ioab cum Abner & Amasa, & in iracũdia
2.Re.20 terræ loquentes dolos cogitabant.Dæmones loquuntur nobis interius in iracundia terræ,hoc est,ex
ira quam habent contra nos,eo ꝙ possessuri sumus terram viuentium,quam ipsi per superbiam per-
diderunt,& cogitant dolos,videlicet vt inducãt nos ad amorem sensibilium atq; carnaliũ rerũ,sicq; F
amittamus regnum cælorum.Homines vero mali loquuntur iusto in iracũdia terræ, hoc est ex ira cõ
cepta contra eum propter amorem terrenorum bonorum: sicut dum homines seculares inuident &
irascuntur religiosis,eo ꝙ temporalia bona possideant.Et dilatauerunt super me os suum,hoc est la-
to ore locuti sunt contra me id quod sequitur. Dixerũt,Euge,euge.i.bene,bene,viderunt oculi nostri
malum quod accidit tibi,& ergo gaudemus. Vidisti domine ista,qui omnia nosti:ne sileas à prolatio-
ne sententiæ,sed iudica pro me,& loquere mihi per inspirationem occultam . Domine ne discedas à
me cõsolationem & gratiã subtrahendo. Exurge & intẽde iudicio meo deus meus, hoc est diligenter
considera quale iudicium merear qui tanta mala sustineo propter iustitiam . Hoc secure oro,quoniã
Matth.5. scriptum scio,Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnũ cælo-
rum.Et tu qui es dominus meus intende in causam meam,hoc est vide iustitiam meã pro qua ab im-
piis iudicor velut iniustus:nam propter bona quæ facio odiunt me.Iudica me secũdum iustitiã tuam
domine deus meus.i.secundum iustitiam quam per gratiam tuam operatus sum redde mihi. Semper
tamen admisce misericordiam tuam iudicio meo,& non supergaudeant mihi sicut nunc dictum est.
Non dicant de cætero in cordibus suis,Euge,euge animæ nostræ,id est,quàm iucunde accidit nobis
ꝙ seduximus istum,& pœnis eum afflíximus:nec dicant,Deuorabimus eum, occidendo in eo chari- G
tatẽ dei ac proximi & cętera dona spiritus sancti.Erubescant & reuereantur simul &c.Hoc est quod
in principio psalmi dictũ est,Confundantur & reuereãtur quærentes animã meam . Exultent & læ-
tentur in te domine deus,& tibi gratias agant,qui volunt iustitiam meã,hoc est,quibus placet profe-
ctus meus in spiritualibus rebus,qui cooperantur mihi in bono,& dicant, Semper magnificetur do
minus,qui volunt pacem serui eius.i.qui desiderant me famulum Christi veram ac stabilem pacẽ ha
bere.Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam,hoc est,legem tuam loquetur, & alios informabit to
ta die in laudem tuam,id est,omne bonum tibi semper ascribet. Cætera ex præcedẽti expositione pa
tent.Ecce quàm sententiosus quàmque diuersimode exponibilis est psalmus iste,quàm late describit
mysteria Christi,quàm euidenter instruit charitatem, docet patientiam atque ad omnem perfectio-
nem informat fideles.Cum omni itaque attentione eũ legamus,talitérque viuamus,vt quæ in eo scri
pta sunt nobis vere conueniant.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXV.

### EXPOSITIO Tituli.

AScriptus est deniq; psalmo huic talis titulus,In finem seruo domini psalmus Dauid,hoe est,
psalmus iste in finem.i.in deum nos dirigens,ad quem per humilitatem ascenditur, est psal-
mus sancti Dauid seruo domini,id est,ad instructiooem cuiuslibet famuli dei.Vel est psalmus
Dauid seruo domini,id est conueniens ipsi Dauid seruo domini,intelligendo per Dauid quęcunque H
vere fidelem.Docet enim hic psalmus superbiam abhorrere,humilitatem amplecti,totámq; spem in
domino figere,ac omne bonum ei ascribere.Ait itaque.

### PRECATIO.

*Confugientibus ad te domine, misericordiam nobis pretende,ut spiritu humilitatis uncti & sanctificati,pedem superbiæ à nobis remoueamus,& eodem spiritu ducti humili pede gressus nostros rectos faciamus.*

### ¶EXPOSITIO psalmi literalis.

Philosop. DIXIT iniustus]id est,apud se statuit,& fixe proposuit[VT delinquat in semet
ipso] hoc est,quòd ex deliberata ratione & ex pleno consensu faciat malũ. Vt
enim Philosophus dicit,dupliciter peccat homo,videlicet ex passiõe,& ex ha-
bitu malo,quod theologi ita dicũt,quia vno modo peccat homo ex infirmita-
te,alio modo ex certa malitia.Idem autẽ est dicere ex habitu malo,ex certa ma
litia,ex deliberata ratione,& ex pleno cõsensu peccare . Qui vero ex passione
seu infirmitate peccat,cito pœnitet & emendat:nam passiooe cessante,quę nõ
est nisi actualis motio appetitus sensitiui,ex appręhensione boni vel mali sen-

A ſibilis,ceſſat peccatũ,vt patet de incontinẽte:ſed qui ex habitu malo peccat difficulter corrigitur,nec Ibidem.
ceſſat faciliter:imo ſecundũ Philoſophũ,quaſi incorrigibilis eſt,eo quòd ratio peccandi videlicet ha-
bitus vitioſus,ſit radicata in ipſo,vt patet de intemperato. Verũtamen per gratiã dei ſubito tales fre-
quenter conuertũtur,& virtuoſiſſimi fiũt:gratia enim dominatur naturæ. Hoc itaque modo propo-
nit peccare iniuſtus.i.qui habituatus eſt in malis,& ex conſuetudine legem tranſgreditur diuinã. Bo
ni vere ita non peccant,ſed ex infirmitate & paſsione. Virtuoſi quoque non cito deueniunt ad tãtum
lapſum,vt ex electione & habitu peccent. Vnde Origenes in Periarchon dicit, Nemo eorum qui in
perfecto ſummoq; gradu extiterint ſubito euacuatur,ſed paulatim atque per partes neceſſe eſt eũ de-
ficere. Conſequẽter tangitur cauſa,cur iniuſtus ita delinquit: quoniam [NON eſt timor dei ante ocu-
los eius.] hoc eſt,timorẽ domini non habet,nec oculis cordis conſiderat ea quæ ad timorẽ dei indu-
cunt,vtpote deum iudicẽ omnia cernere,nil mali inultum relinquere,& pœnas æternas non timenti
infligere. Timor autẽ domini(vt ait ſcriptura)expellit peccatum. Et iterum ſcriptum eſt, Qui timet Eccl.1.
deum nihil negligit. Quod vero timor dei non ſit in conſpectu iniuſti,hinc conſtat. ❨ (2) QVO- Eccl.7.
NIAM doloſe egit in conſpectu eius] hoc eſt,deo præſente, vidẽte ac prohibẽte auſus eſt fallaciter
agere,ac dolum in proximum ſuum committere [VT inueniatur iniquitas eius ad odium] hoc dici-
tur non cauſaliter ſed cõſecutiue. Non enim ideo agit doloſe vt inueniatur iniquitas eius ad odium,
B id eſt,vt malitia ſua ſit deo ac omnibus ſanctis odibilis,ſed hoc conſequitur ad id quod eſt non habe-
re timorem dei,ſed doloſe agere coram eo. ❨ (3) VERBA oris eius iniquitas & dolus].i.iniqua
& fraudulẽta[NOLVIT intelligere vt bene ageret] id eſt,nõ acquieuit ſanctæ doctrinæ, nec voluit
ſcire teſtimonia ſcripturarum,quæ docẽt quanta tormẽta immineant malis. Multi enim ſunt,qui vt
ſecurius & delectabilius peccẽt,nolunt aduertere,ſcire aut diſcere veritatem ſcripturæ. De quibus S.
Iob ait, Dixerunt deo, Recede à nobis,ſcientiam viarum tuarũ nolumus. Iſti ex habitu vitioſo pec- Iob.21.
cant,& vt dictũ eſt difficillime emẽdantur,ſicut de talibus in Ieremia legitur, Si mutare poteſt AE- Ierem.13
thiops pellẽ ſuam,& pardus varietates ſuas,& vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Si er
go vis declinare à malo & facere bonum,diſce ſcripturas,audi verbũ ſalutis, veritatem ama atq; in-
tellige. Hinc enim hortatur nos ſermo diuinus, Erudire ait domin⁹, ne forte recedat anima mea à te. Ierem.6.
Et rurſus, Interrogate quæ ſit via bona,& ambulate in ea,& inuenietis requiem animabus veſtris. Et
Apoſtolus, Attende lectioni,exhortationi,doctrinæ. Omnis nãq; ſcriptura diuinitus inſpirata (teſte 1.Tim.4
eodem diuino Apoſtolo) vtilis eſt ad docendũ,ad arguendum,ad corripiendum,ad erudiendũ in iu- 2.Tim.3.
ſtitia,vt perfectus ſit homo ad omne opus bonum. Verũtamen multi ſunt qui volunt intelligere,non
vt bene agant,ſed vt ſapientes appareant: volunt ſcire non propter virtutẽ,ſed propter vanitatem.
De quibus Eſaias ait, Sapientia tua & ſcientia tua deceperunt te. Et denuo, Væ qui ſapientes eſtis in Eſa.47.
C oculis veſtris,& corã vobiſmetipſis prudẽtes. Hi infelices ſunt & omni damnatione digniſsimi,quia Eſaiæ.5.
vt Petrus ait, Melius erat non cognoſcere viam iuſtitiæ,quàm poſt agnitionem retrorſum reuerti. 2.Pet.2.
❨ (4) INIQVITATEM meditatus eſt] iniuſtus [IN cubili ſuo] hoc eſt,in corde ſuo, & hanc
meditationẽ ad effectum perduxit,quoniam [ASTITIT omni viæ non bonæ] id eſt,omni opera-
tioni iniquæ adhæſit.[MALITIAM autem]hoc eſt peccatum[NON odiuit.]ſed dilexit. Nõ tamen
diligitur malitia ſub ratione malitiæ,ſed ſub ratione boni apparentis,inquantum eſt delectabilis pec-
catori. Vnde ſecundum Dionyſium,nullus reſpiciens ad malum,malum operatur. ❨ (5) DOMI-
NE in cælo miſericordia tua.] hoc eſt,in electis, videlicet in angelis ſanctis ac bonis hominibus,qui
ſunt ciues cæli,maxime apparet ac ſplendet miſericordia tua, ſicut in reprobis iuſtitia. Electi enim Rom.9.
ſunt vaſa miſericordiæ in honorem,& reprobi ſunt vaſa iræ in interitum. [ET veritas tua vſque ad
nubes].i.illuminatio tuæ veritatis ad prædicatores ſanctos pertingit,& eos illuſtrat. De quibus Eſa.
admirando dicit, Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? Dionyſius autem ait,per nubes in ſacra ſcriptura Eſa.60.
intelligi angelos ſanctos,quoniam ſicut nubes materiales prius & copioſius illuminãtur à ſole quàm Diony.c.
terra,ſic angeli prius ac plenius illuſtrantur à deo quàm homines. Poteſt ergo de eis exponi quod di 15.angeli.
citur, Et vſque ad nubes veritas tua,vt ſit ſenſus, Veritas tua,hoc eſt Chriſtus,qui eſt ſapientia,ver- Hierarc.
bum,ac filius tuus. Vſque ad nubes.i.vſque ad angelicas mentes radios ſuæ illuminationis expãdit ac 1.Cor.1.
D influit. Nam Chriſtus(etiam vt homo talis)omnes angelos illuſtrat multo excellentius,quàm aliquis
angelus ſuperior inferiorem. ❨ (6) IVSTITIA tua ſicut montes dei,iudicia tua abyſſus multa.]
Quemadmodum iudicia dei comparantur abyſſo multæ,id eſt,pelago quantum ad nos infinito, ita
diuina iuſtitia comparatur montibus dei. Sicut enim montes altiſsimi quantum ad noſtrum intuitum
infinitæ altitudinis ſunt,ita vt viſus noſter aſpicere nequeat cacumen eorum,nec menſurare quàm al
ti ſint: ſic diuina iuſtitia noſtri interioris oculi aſpectum excedit,nec compræhẽdi poteſt à nobis. Si-
mili modo ſicut abyſſus,hoc eſt,mare magnum,propter ſuam latitudinem ac profunditatem à nobis
taliter videri non poteſt,nec menſurari: ſic diuina iudicia propter ſuam profunditatem incompręhẽ
ſibilia ſunt,prout clamat Apoſtolus, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,quàm incõprę- Rom.11.
henſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius. Iudicium autem eſt actus iuſtitiæ. Vnde per iu-
dicia intelligi poſſunt electio bonorum,& reprobatio malorum, actiue videlicet, prout in deo ſunt,
iuxta illud quod dominus dicit, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Vel per iudicia intelligũtur oc- Malac.1.
culti effectus diuinæ iuſtitiæ,ſcilicet prædeſtinatio,vocatio,obſtinatio paſsiue acceptæ. Cum ergo iu
dicia dei ſunt abyſſus multa,non præſumamus diſcutere ea,quia vt Salomon dicit, Sicut qui multum Prou.25.
comedit mel,non eſt ei bonum: ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Propter quod Rom.2.
ait & Apoſt. O homo,tu quis es qui reſpondeas deo? ❨ (7) HOMINES & iumenta]hoc eſt, Iu-
dæos & Gentiles,vel ſpirituales & animales.[SALVABIS domine] Nam pro omnibus mortuus 2.Cor.5.

2.Cor.5. est Christus,& omnes sua morte saluauit, & per gratiam suam peccatores conuertit, ac de animali- E
bus spũales facit[QVEMADMODVM multiplicasti misericordiã tuã deus] id est,sicut copiose ac
Luc.14. mirabiliter effudisti super genus humanũ benignitatem ac gratiam tuam,omnes tibi reconcilians, &
Psal.14. quasi intrare compellens.Potest quoque quod dicitur:& iumenta, exponi de brutis,quæ deus saluat
quantũ ad vitam corporalem,dans eis necessaria vitæ,sicut inferius dicitur, Qui dat(inquit)iumen-
Iob.15. tis escas ipsorum.Et in libro Iob,Quis præparat coruo escam,quando pulli eius clamant ad deũ,va
gientes eo q non habeant cibos?Et in Euangelio ait Saluator,Respicite volatilia cæli,non laborant,
Matth.6. nec congregant in horrea,& pater vester cælestis pascit ea. ¶(8) FILII autem hominum] id est
posteritas primorum parentum,seu ecclesia militans,& maxime homines nõ bestialiter,sed humane
& pie rationabiliterq; viuentes [IN tegmine alarum tuarum] id est,in defensione misericordiæ tuæ
atq; potentiæ[SPERABVNT] nõ in propriis meritis aut viribus.Propterea ¶(9) INEBRIA-
Gal.4. BVNTVR ab vbertate domus tuæ] domus dei intelligi potest ecclesia militans vel triũphans. Vber
tas militantis ecclesiæ,est affluentia gratiarũ spiritus sancti,quibus deus implet electos in vita præsen
ti,quemadmodum ait Apostolus,Misit deus spiritum filii sui in corda nostra. Vbertas autẽ triũphã-
tis ecclesiæ,est beatitudo sanctorũ.Itaq; filii hominum in tegmine alarum dei sperantes inebriabun-
tur.i.ram copiose implebuntur affluentia gratiarũ spiritus sancti, vt à seipsis abstrahantur ac alienen
1.Iohã.3. tur,& in deum absorbeantur per charitatis feruorem in via.In patria vero beatitudine implebuntur F
tanta,vt sine interruptione & sine perfectissime transformẽtur in deum per assimilationẽ deiformẽ:
iuxta illud,Similes ei erimus,quia videbimus eum sicuti est.[ET torrente voluptatis tuæ]hoc est te-
Iohan.17 ipso,qui es fontalis torrens & prima origo totius puræ & internæ voluptatis [POTABIS eos] hoc
est,irrigabis ac fœcundabis corda hominum prædictorum, ostendendo eis teipsum,in qua ostensio-
ne consistit felicitas mentis creatæ,quæ vtiq, felicitas est riuus tuæ increatæ voluptatis, & potus quo
Esa.66. potas & inebrias omnes beatos.Hoc est quod dominus per Esaiã ait, Ecce ego declino in eos vt flu-
1.Cor.2. men pacis,& vt torrens inundans gloriæ.Vnde & Apostolus ait, Oculus non vidit,nec auris audi-
uit,nec in cor hominis ascenderunt,quæ præparauit deus diligentibus se. Quid enim liberalissimus
ac superdulcissimus deus præparauit amatoribus suis nisi seipsum ? Ipse nãq; est immediatũ obiectũ,
Deut.30. & proxima causa vniuersæ gloriæ electorum,queãdmodum Moses asserit, Ipse dominus est vita tua
& longitudo dierum tuorum.Ipse quoq; est cibus & potus,ad quorum spiritualem gustum ac sobriã
ebrietatem ipsemet electos inuitat dicens,Comedite amici & bibite,& inebriamini charissimi, Ecce
quanta est electorũ felicitas. Sed quàm immaculatam ac sanctam esse oportet intellectualem creatu-
ram,quæ immensæ pulchritudinis fonti atque infinitæ sanctitatis ac syncerissimæ voluptatis torren
ti,deo excelso & benedicto tam vnice & intime copulatur?Certe oportet eam tam immunem & pu- G
Can.5. ram existere ab omni reatu & vitio,vt audire mereatur à domino,Tota pulchra es amica mea,& ma
Cant.4. cula non est in te.Si ergo cupis deum videre,stude cor mundum habere, quoniam tanto clarius eum
conspicies,quanto affectum tuum magis purgaueris . Proter quod ipsemet per Prophetam ait, La-
Ierem. 3. ua à malitia cor tuum vt salua fias. Sic autem o domine potabis inebriabisque homines in via in-
choatiue,& in patria consummatiue. ¶(10) QVONIAM apud te est fons vitæ] hoc est in teipso
est fontana indeficiẽsque origo omnis vitæ,videlicet vitæ naturæ,vitæ gratiæ,& vitæ gloriæ:imo tu
ipse es prima superessentialis atque incommutabilis vita & beatitudo creata, quæ est quædam parti-
cipatio tuæ beatissimæ vitæ. Quoniam ergo tu domine es vita per essentiam , & fons vitæ per com-
muninnem,iccirco potes inebriare electos,sicut ostensum est. [ET in lumine tuo videbimus lumẽ]
Hoc tripliciter potest exponi.Primo sic,O deus pater in lumine tuo, id est,in verbo incarnato quod
est lux vera,illuminans omnem hominem, videbimus in patria lumen, id est,totam supergloriosissi-
Iohan.1. mam Trinitatem,quæ est vnum infinitum ac simplicissimum lumen, in cuius visione consistit felici-
tas. Dicuntur enim beati omnia videre in verbo , quoniam verbo appropriatur sapientia . Secundo
sic,In lumine tuo,id est per diuinam essentiam,per modum intelligibilis formæ vnitam,videbimus ô
1.Iohã.3. deus trine & simplex lumen,id est teipsum qui es purum perfectũmq; lumen. Non enim potest intel
1.Cor.13 lectus creatus deum videre per speciem,& sicuti est,seu vt ait Apost.facie ad faciem per aliquam for
mam creatam,quoniam omnis forma creata in infinitum distat à perfectione diuina. Propterea eam
repræsentare nõ potest sicuti est, necesse est ergo vt ipsa diuina essentia vniatur mentibus beatorum H
per modum intelligibilis speciei seu formæ:non quod sit forma inhærens,sed illustrans. Cum autem
hoc modo viderimus deum,erimus ei veraciter similes,& cognoscemus sicut & cogniti sumus,vt ait
Apostolus.Nam sicut in deo sunt idem,quod videt,& quo videt(deus enim videt se per se)sic in no-
bis tunc idem erunt,quod videmus & quo videmus,quia videbimus deũ per seipsum. Sed quoniam
vnio ista mentis creatæ cum diuina essentia est omnino supernaturalis,ideo indiget mens creata ali-
qua dispositione supernaturali, per quam eleuetur & apta fiat ad hanc vnionem deificam:& ista dis-
positio appellatur lumen gloriæ,cuius luminis est gratia viæ inchoatio quædã.Vnde de lumine glo-
riæ tertio modo exponitur,In lumine tuo,hoc est,mediante lumine gloriæ menti infuso,videbimus
lumen diuinum,quod est totius felicitatis obiectum. ¶(11) PRAETENDE]ô domine [MISE-
RICORDIAM tuã scientibus te ] id est,his qui te iam per fidem toto corde perquirunt,in te solo
Psalm.9. sperantes:de quibus superius dictum est,Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum. [ET iustitiam
tuam his qui recto sunt corde] hoc est,iustis auge iustitiam,dando eis pro bonis operibus gratiarum
augmenta in via,& vitam æternam in patria. ¶(12) NON veniat mihi pes superbiæ]hoc est affe-
ctus elationis non oriatur in corde meo,qui affectus vocatur pes,quia per eum incedit homo ad in-
fernum.Vel sic,Non veniat mihi pes superbiæ,hoc est,homo superbus & persecutor tyrannicus nõ

A superueniat mihi, nec opprimat me. [ET manus peccatoris] id est, potestas dæmonis seu operatio hominis mali [NON moueat me] ab obseruatione legis diuinæ, sed maneam fixus & rectus in te domine deus meus. ❡ (13) [IBI] hoc est in affectu superbiæ [CECIDERVNT] à statu salutis ac gratiæ in statum damnationis ac mortis æternæ [OMNES qui operantur iniquitatem] id est, qui de peccato suo non pœnitent. In omni enim peccato includitur superbia, quia in omni peccato contemnitur deus dum violantur & paruipenduntur eius præcepta. [EXPVLSI sunt] prædicti iniqui à deo, à charitate, à societate humilium. Nam per superbiam à deo auersi sunt, & charitate amissa ad societatem bonorū non pertinent. [NEC potuerunt stare] in via salutis: non ꝙ penitus non potuerūt, sed Iohan.8.
quoniam voluntatem suam subiecerūt peccato, & facti sunt serui peccati. Ecce psalmus iste breuis in verbis quàm mirabiliter virtuosus est, sententiosus, & inflammatiuus. Primo enim describit virū iniquum, vt eius malitia euitetur. Secundo commendat deum ratione suæ misericordiæ apparētis in cælo, ratione suæ veritatis pertingentis ad nubes, ratione suæ iustitiæ assimilatæ montibus, ratione suorum inscrutabilium iudiciorum abysso similium. Tertio commemorat beneficia dei, & bona promissa fidelibus, quatenus corda nostra accendat diuino amore. Postremo deuotissime ac compendiosissime orat, ne à tantorum bonorum adeptione impediatur. Semper ergo cum reuerētia, affectu, ac stabili mente decantemus hunc psalmum.

B

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXVI

### EXPOSITIO Tituli.

BReuis autem & planus est titulus psalmi istius, videlicet, Psalmus ipsi Dauid. i. psalmus iste cōuenit sancto Dauid, tanquam authori, qui hic loquens in persona Christi siue ecclesię, pulcherrime disputat contra temporalem prosperitatem malorum, ostendens felicitatem secularium hominū vanam esse ac falsam, nec appetendam: neque debere aliquem scandalizari aut infirmari ex consideratione prosperitatis impiorum, vel ex cōsideratione aduersitatis bonorum. Solent nanq; pusilli ac debiles, qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam, mirari, affligi, tristari, & scandalizari dū vident impios prosperari, atq; innocētes opprimi. Ex quorum persona in Ieremia scriptum est, Iustus
quidem tu es domine, si disputem tecum. Verūtamen iusta loquar ad te, Quare via impiorū prospe- Ierem. 12
ratur, & bene est omnibus qui præuaricantur? Perfectos autem istud non mouet, quoniam intelligūt
quod ait Apostolus, Omnes qui volūt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Et ipse deus, 2.Tim.3.
Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Instruens ergo Propheta pusillos ne scandalizentur in tali Apoc.3.
C euentu ait.

### PRECATIO.

*Concede, quæsumus, misericors deus, ut in te sperantes bonitatem iugiter faciamus, in qua consumati habitationem terræ uiuentium obtineamus, in qua tua gratia largiente æternis diuitiis pascamur.*

### ❡EXPOSITIO psalmi literalis.

NOLI æmulari in malignantibus] AEmulari interdum significat amare, sicut
dum ait Apost. AEmulor vos dei æmulatione. Interdum significat imitari, vt 2.Co.11.
cum idē ait Apostolus, AEmulamini charismata meliora. Quādoq; vero signi 1.Co.12.
ficat inuidere, & vicissim inflari. Hic vero accipi potest pro inuidere & imitari, vt sit sensus, Noli torqueri inuidia propter malignantium prosperitatē, nec imiteris eos. [NEQVE zelaueris facientes iniquitatem.] hoc est, non afficiaris amorose iniqua agētibus. Zelus ex amore causatur. & sicut amor est duplex
.s. diuinus & priuatus, sic zelus est duplex. s. bonus & spūalis. De quo ait Elias, 3.Re.19.
Zelo zelatus sum pro dño exercituū. Et inferius Christus dicit, Zelus domus tuæ comedit me. Alius Psal.68.
est zelus inordinatus, priuatus, carnalis, secūdū quem viri zelātur suas vxores, & superbi superbos, ne
D vn⁹ impediat excellētiā quā alius amat: & de isto zelo nūc loquitur psalmus, deinde subiūgit causam
suę doctrinæ. ❡ (2) QVONIAM tanꝗ fœnum velociter arescent] hoc est maligni qui prospe-
rantur ad tempus, subito à prosperitate sua deficient, quemadmodum fœnum quod hodie est, & cras Matth.6.
in clibanum mittitur. Vnde Esaias ait, Vere fœnum est populus, [ET tanquam olera herbarum cito Esa.40.
decident] id est, sicut herbæ virentes quæ nunc florent in terra, & statim eradicātur atq; marcescūt: sic impii dum florere & prosperari videntur, cito labuntur ac pereunt. Sed apparet oppositum, quo-
niam impii sæpe longo tempore regnant, & pręualent bonis, sicut & Saul diu persequebatur Dauid. 2.Re.18,
Et respondendum ꝙ licet temporalis prosperitas impiorū interdum apparet diuturna, tamen in cō- & 20.
paratione miserię quæ eam consequetur, est velut momentanea, & hoc modo Apostolus dicit tribu- 1. Reg.21
lationem iustorum in hoc seculo momentaneam fore, quę tamen frequēter durat vsque ad mortem. 24,26.
Vnde dicit, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pō-
dus operatur in nobis. Secundo dicendum est, ꝙ impiorum prosperitas cito decidit, quoniam inces- 1.Co.4.
sabiliter breuiatur donec penitus terminetur. Hinc enim Mathathias ait, A verbis peccatoris ne ti- 1.Mac.2.
mueritis, quia gloria eius stercus & vermis. Hodie extollitur, & cras non inuenitur: quoniam cōuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit. ❡ (3) SPARA in domino] secundum quod alibi le-
gitur, Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo. [ET fac bonitatem] id est, laudabiliter viue. quasi Prou.3.
dicat, Nō sic speres in deo vt negligas facere quod in te est, quemadmodum homines vani qui sic de

misericordia dei præsumunt, ac si iustitia in eo non esset. Spera ergo in domino non spe informi, sed E
Eccl. 9. formata, hoc est sperando fac opera bona, secundum quod Salomon dicit, Quicquid potest manus
tua instanter operare. Non enim ignauis, sed feruidis: non dormientibus, sed vigilātibus prouenit re-
Iosue 24 gnum cælorum. Propter quod Iosue inquit, Timete dominum & seruite ei corde perfecto atque ve-
rissimo. [ET inhabita terram] hoc est, per obedientiam & fidei puritatem permane in vnitate eccle
siæ. Vel, inhabita terram, hoc est, posside & subiectū habe proprium corpus, ne caro dominetur ani-
mæ & sensualitas rationi. Vel, inhabita terram, hoc est, per desideriū & spem demorare in regno cæ-
Matth. 5. lorū, quod est terra viuentium. Et hoc vtroque modo intelligi potest quod ait Saluator, Beati mites,
quoniam ipsi possidebunt terram. [ET pasceris in diuitiis eius] id est, anima tua aletur & impingua-
bitur gratiis Christi, consolationibus spiritus sancti, sacramentis ecclesiæ, & præsertim preciosissimo
corpore & sacratissimo sanguine filii dei. Hæ sunt diuitiæ sanctæ matris ecclesiæ, de quibus scriptum
Zach. 9. est, Quid bonum domini, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinās vir-
gines? ℂ (4) DELECTARE in domino] hoc est, prompto & hilari animo famulare ei, atq; in
consideratione ac delectatione bonitatis diuinæ, beneficiorúmque eius exulta, quemadmodum apud
Tobię. 13 Tobiam legitur, Ego autem & anima mea in deo lætabimur. Non ergo lętemur in rebus sensibilibus
& rebus caducis neq; in aliqua creatura, nisi in quantum per ea manuducimur & adiuuamur in via
perueniendi ad deum. Si hoc egeris, experieris quod sequitur, [ET dabit tibi petitiones cordis tui.] F
hoc est, orationes tuas exaudiet. Oratio autem est petitio, non quarumlibet rerum, sed decentium se-
cundum Damascenum, vt spiritualia bona propter seipsa petātur, corporalia in ordine ad spiritua-
1. Tim. 6. lia, nec magis quàm ad spiritualia sunt necessaria, sicut ait Apostolus, Habentes victum & quibus
tegamur his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tētationes & laqueum diaboli.
ℂ (5) REVELA domino] qui omnia nouit, [VIAM tuam] hoc est, cor tuum fiducialiter coram
eo effunde, peccata tua accusa, indigentias tuas expone, de imperfectionibus tuis conquerere, & to-
tam vitam tuam coram deo, sicut coram fidelissimo amico, recole & pertracta, [ET spera in eo] hoc
est, sic faciendo, confide certissime, quod quicquid desideras impetrabis, dummodo constanter quæ-
sieris. Ideo subdit [ET ipse faciet] quod tu cupis, videlicet vitia indulgendo, gratiam conferendo, cō
solationem præstando. ℂ (6) ET educet quasi lumen iustitiam tuā] hoc est, vitam tuam aliis ma-
Matth. 5. nifestabit ad ædificationem ipsorum, ita vt impleatur in te, quod scriptum est, Luceat lux vestra corā
Ibidem. hominibus. Et iterum, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, [ET iudicium tuum tan-
quam meridiem,] hoc est, dominus prædicto modo educet iudicium tuæ discretionis, quo teipsum
iudicas & Christo obsequi eligis, tanquam meridiem: hoc est, sicut clarum lumen. Dum enim diuina
ordinatione contingit, vt homo iustus & humilis, qui semper latere ac sperni desiderat ab omnibus, G
iustus esse cognoscitur, honoratur & aliorum rector efficitur, tunc vtique dominus educit iudicium
eius tanquam meridiem. Educit enim illud de occulto ad publicum, secundum quod Christus in
Ibidem. euangelio mystice loquitur, Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: sed super can-
Iohan. 5. delabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Lucerna est homo iustus, quemadmodum de Iohā-
ne Christus testatur, Ille erat lucerna ardens & lucens. Hanc lucernam Christus diuino amore ac-
cendit & lumine gratiæ suæ illuminat, non vt sub modio occultetur, sed vt aliis luceat, vita, fama, seu
documento, & dum homo talis in veritate & iudicio constans permanserit, tunc dominus educit iu-
dicium eius tanquam meridiem, ponens eum super candelabrum, id est in sede prælationis, vel in
alta opinione aliorum, sic vt impleatur in eo quod per Esaiam dictū est, Omnes qui viderint eos co-
gnoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus [SVBDITVS esto domino] id est, serua
mandata [ET ora eum] quoniam illorum oratio placet deo, quorum vita consonat preci, quēadmo
Esa. 65. dum in Ecclesiastico asseritur, Oratio humiliantis se, penetrat nubes. ℂ (7) Noli æmulari] hoc est,
inuidia torqueri, vel imitari quod vides [IN eo qui prosperatur in via sua] non in via dei, videlicet
Eccl. 33. cui temporaliter bene succedit, vtpote [IN homine faciente iniustitiam] qui sequitur & implet pro-
priam voluntatem, non legem diuinam. ℂ (8) DESINE ab ira] per vitium, non ab ira per ze-
Psalm. 4. lum, quæ cooperatur iustitiæ, de qua superius dictum est, Irascimini & nolite peccare. Itaque desine
ab ira, id est, cessa ab appetitu vindictæ, & ignosce proximo tuo, & errantibus fraterne condole, [ET
derelinque furorem] hoc est, inflammatam iracundiam, rationis iudicium penitus perturbantē [NO- H
LI æmulari] hoc est, imitari seu affici [VT maligneris] id est, vt malus efficiaris & nequiter agas, in
te & in proximum tuum. ℂ (9) QVONIAM qui malignantur] hoc est, qui maligna operantur
& aliis nocent [EXTERMINABVNTVR,] à grege ouium Christi, & à regno cælorum, quemad-
Philip. 3. modum scriptum est, Tollatur impius ne videat gloriam dei [SVSTINENTES autem dominū]
id est, qui in aduersis eum longanimiter fiducialitérque expectant [IPSI hæreditabunt terram] hoc
est, hæreditate possidebunt regnum cælorum, & etiam corpus proprium in resurrectione sanctorum
Esa. 26. quando implebitur illud Apostoli, Christus reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū cor-
pori claritatis suæ. Tunc nanque anima habebit corpus sibi vnitum, vnione perpetua, gloriosa atque
beata, ideo tunc veraciter hæreditabit terram, id est proprium corpus. ℂ (10) ET adhuc pusil-
lum] id est, modicum præstolare & parum patienter expecta [ET non erit peccator] id est, non sub-
sistet in vita præsenti. Iam enim dictum est, quod malignantes tanquam fœnum velociter arescent.
[ET quæres locum eius, & non inuenies] Locus enim proprius, de quo hic loquitur, & locatū sunt
simul secundum philosophum, quoniam locus est vltima superficies corporis continentis. subtracto
ergo locato, locus eius non manet. Itaque quæres locum eius & non inuenies, hoc est, si quæres non
reperies. Vel, quæres locum eius, hoc est, vsum quem habet in rerum natura, qui vsus est, vt innocē-

A tem exercitet. Sic ergo peccator & locus eius ac opus cito deficiunt. Propter quod scriptum est, Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Velut somnium auolans non inuenietur: transiet quasi visio nocturna. Vnde & impii deprehensi in pœnis libro Sapientiæ dicunt, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Trãsierunt omnia illa tanquam vmbra & tanquam nuncius præcurrens, sic & nos nati continuo desiuimus esse, & in malignitate nostra consumpti sumus. ℭ (11) MANSVETI autem] hoc est, homines qui iræ impetum vincere didicerunt [HAEREDITABVNT terram] sicut iam dictum atque expositum est de sustinentibus dominum [ET delectabuntur in multitudine pacis] hoc est, in pace Christi, quæ omnem sensum exuperat, copiose fruentur, nunc quidem interdum per gratiam, in futuro autem indesinẽter per gloriam. Maxime enim mãsueti cordis pacem iam habent, & in seipsis suaues sunt, quoniam dictum est, quod pax est tranquillitas ordinis. Hanc vero tranquillitatem nil impedit, nisi turbatio. Ira autem & vitia, quæ ex ea nascuntur, maxime generant turbationem in animo, & faciunt hominem irrationalibus similem, sicut Ecclesiast. dicit, Ira in sinu stulti requiescit. Propterea mansueti seu mites, quoniã iram superauerunt, ampliorem dulciorem, ac stabiliorem pacem sortiuntur. Et est mansuetudo magna atque amabilis virtus, redditque hominem non solum deo, sed cunctis quoque hominibus diligi-

Iob. 20. Sapien. 5 Philip. 4 Eccle. 3.

B bilem, quemadmodum ait scriptura, Fili, in mansuetudine opera tua fac, & super hominum gloriam diligeris. Dionysius quoque mansuetudinem vehementer commendat, affirmans, Mosen & Ioseph ac Dauid, aliosque nonnullos idcirco maximam gratiam apud dominum inuenisse, quoniam mãsueti erant. Si ergo desideramus perfrui pace Christi, audiamus & impleamus exhortationem, imo preceptum eius quo ait, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde in vitis patrum scriptũ est, quod iracundus quanuis mortuos suscitet, deo tamen non placet. Et iterũ, Sicut fumus expellit hospitem, sic ira expellit à corde spiritum sanctum. ℭ (12) OBSERVABIT peccator iustum] hoc est, opera eius explorabit intentione nocendi [ET stridebit super eum dentibus suis] ex crudelitate animi & furore. ℭ (13) DOMINVS autem irridebit eum] id est, confusione dignum ostendet, sicut in psalmo secundo habetur? Qui habitat in cælis irridebit eos, quod illic plenius pertractatũ est [QVONIAM prospicit quod veniet dies eius] hoc est, ipse dominus nouit diẽ futuræ vltionis atq; iudicii, in quo peccatori reddet quod meruit, in quo die implebitur quod ipse apud Esaiam testatur, Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. ℭ (14) GLADIVM euaginauerunt peccatores] Est quidam gladius linguæ, de quo inferius dicitur, Lingua eorum gladius acutus. Hunc gladium euaginare est, verba comminatoria, pungitiua, fallacia, cõtumeliosa pro-

Eccle. 3. Matth. 11 Psalm. 56

C ferre. Alius quoque est gladius, de quo Christus Petro dixit, Conuerte gladium tuum in vaginã. Hũc gladium euaginare, est armis alium impetere, & vtrunque gladium euaginauerunt peccatores [INTENDERVNT arcum suum] id est, insidias, vel arcum materialem [VT decipiant pauperem] hoc est, humilem & in temporalibus indigentem, [ET inopem,] hoc est, aliorum auxilium non habentem, [VT trucident rectos corde] hoc est, vt iustos corporaliter vel spiritualiter occidant. Gladio oris atque insidiis volunt decipere, gladio manus & arcu corporali volunt occidere. ℭ (15) GLADIVS eorum intret] id est intrabit, [IN corda ipsorum] Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. Non quod gladius materialis ingredi possit mentem seu animam. Vel, quod omnes qui gladium accipiunt, gladio pereant, sicut nec latro cum Christo suspensus, nec Petrus. Sed ideo dicitur in corda euaginantium intrare, eosque interimere, quoniam malitia eorum, primo nocet eis, & animas eorum spiritualiter occidit, quàm noceat aliis. Vnde quod ait Saluator, Qui acceperit gladium, gladio peribit, aliud nihil est, nisi quod vniuscuiusque malignitas in proprium caput redũdat, & amplius nocet agenti quam patienti. Hoc modo gladius introiuit in corda tyrannorum, & æternaliter eos occidit. Intrauit autem in corpora martyrum, & eos in cælestibus coronauit [ET arcus eorũ cõfringatur,] hoc est, insidiæ eorũ frustrẽtur effectu optato. ℭ (16) MELIVS] hoc est, vtilius, iucundius, & magis sufficiens [EST modicum] id est, tantum, quantum necessarium est victui [IVSTO] qui temporalia ad spiritualia ordinat [SVPER diuitias peccatorum multas] hoc est, quã

Matt. 26. Matt. 26. Luc. 23. Matt. 26.

D multa bona temporalia, mobilia, immobilia, auaris & impiis. Iustus enim dum necessaria habet, domino gratias agit, quiescit, contentus est, & spiritualiter proficit: peccatores vero auari non satiantur diuitiis, nec omnium largitori deo grati sunt, atque ab ipsis suis diuitiis demerguntur in profundũ inferni. Propterea scriptum est, Auaro nihil scelestius. Et rursus, Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim animam suam habet venalem. Et iterum, Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? ℭ (17) QVONIAM brachia peccatorum conterentur] id est, fortitudo & robur atque diuitiæ impiorum ad nihilum deducentur, ita vt ad salutem nihil eis proficient, nec à morte æterna eruent eos [CONFIRMAT autem iustos dominus] per gratiam spiritus sancti, sicut ait Apostolus, Optimum est gratia stabiliri cor. ℭ (18) NOVIT dominus dies immaculatorum] hoc est, conuersationem eorum, qui sine mortali peccato sibi deseruiunt, approbat, sicut ait Apostolus, Firmum fundamẽtum dei stat habens signaculum hoc: Nouit dominus qui sunt eius [ET hæreditas eorum inæternum erit] id est, merces sancto rum seu beatitudo quam à deo percipient, tanquam hæreditarium bonum, nunquam finietur. Cum enim iusti sint filii dei, sequitur, quod sint & hæredes: hæredes quidem dei, cohęredes autem Christi. ℭ (19) NON confundentur in tempore malo] id est, in seculo isto, de quo ait Apostolus, Redimẽtes tempus, quoniam dies mali sunt. Vel in tempore malo. i. in diebus aduersitatis & tribulatiõis, sed tunc sperabunt in domino, & ipse proteget eos, ita vt in aduersis lętentur, quemadmodũ monet Iacobus in sua canonica, Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis,

Eccl. 10. Ibidem. Esaiæ. 5. Heb. 8. 2. Tim. 2 Rom. 8. Eph. 5. Iacobi. 1.

& in diebus famis saturabuntur] Duplex est fames. Vna est corporis, quo cibus & potus appetũtur, E
& in hac fame, seu tempore caristiæ saturabũtur iusti, quoniam dominus eis de necessariis prouide-
Matth. 5. bit, quemadmodum Christus in euangelio repromittit. Alia est fames mentis, de qua dominus dicit
Amos. 8. per Amos prophetam, Ecce ego mittam famem in terra, non famem panis neque sitim aquæ, sed
audiendi verbum dei: & in huius famis diebus saturabantur iusti à deo spirituali pinguedine, atque
Psal. 33. multiplici gratia spiritus sancti, sicut prædictum est, Inquirentes autem dominum non minuentur o-
Matth. 5. mni bono. Et in euangelio Christus, Beati (inquit) qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satu
rabuntur [QVIA peccatores peribunt] hoc est, signum eius quod dictum est, scilicet quod iusti non
confundentur in tempore malo, &c. est, quod peccatores peribunt, id est, propter suam ingratitudi-
Matt. 25. nem confundentur, præsertim dum audient, Ite maledicti in ignem æternum. ℂ (20) INIMI-
CI vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati] id est, dum rebelles & impii, in præsenti vi-
ta honorem, famam, & dignitatem, aut dominationem adepti fuerint, [DEFICIENTES quemad-
modum fumus deficient] hoc est, tam repente marcescere incipient & incessanter deficient, quemad
Iaco. 4. modum deficit fumus, qui est euaporatio velociter transiens. Hoc est quod ait alia scriptura, Quę est
vita vestra? Vapor est ad modicũ parens, & deinceps exterminabitur. ℂ (21) MVTVABITVR
peccator] hoc est, multa talẽta à domino recipiet, scilicet dona naturalia atque gratuita, & quicquid
est & habet, à deo per modum talenti recepit, vt tempore debito rationem de omnibus reddat, & in- F
terim illis bene vtatur ad gloriam dei propriámque salutem: quemadmodum Christus in euangelio
Luc. 19. iubet, Negociamini dum venio [ET non soluet] hoc est, deo gratus non erit, nec rationem dare va-
lebit, quoniam donis dei abutitur [IVSTVS autem miseretur & tribuet] .i. animo indigentibus con-
Lucæ. 6. dolet, eisque pro posse succurrit, prout Saluator noster hortatur, Omni petenti te tribue. Viscera ve
Prou. 12. ro impiorum crudelia. Et tu ergo ô frater deiformem proprietatem assume, quatenus sicut deo pro-
Iacobi. 1. prium est misereri, & sicut ipse dat omnibus affluenter, ita & tu omni indigenti compatiaris, & pro
Tobiæ. 4 possibilitate tua adiutorium præbeas. Hinc nanque scriptum est, Quomodo potueris, ita esto mise-
ricors. Si multum habueris, abundanter tribue, si vero paucum, modicum libenter impartire. Hęc au
tem omnia agit iustus ad laudem & gloriam dei. ℂ (22) QVIA benedicentes ei] hoc est, qui ore
& opere domino gratias agunt & laudes offerunt, [HAEREDITABVNT terram,] sicut nunc sæ
pe expositum est, [MALEDICENTES autem ei] videlicet, infideles, obstinati, blasphemi, [DIS-
Apoc. 21 PERIBVNT,] quoniam æternaliter damnabuntur, quemadmodum in Apocalypsi inducitur, Ti-
midis & incredulis, & execratis & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne &
sulphure, quod est mors secunda. ℂ (23) APVD dominum] id est, coram domino, & in conspe-
ctu ac beneplacito eius, [GRESSVS hominis] rationabiliter conuersantis, id est, vita seu actio iusti,
DIRIGETVR] quoniam ratio hominis illuminata fide, & gratia spiritus sancti, dirigit opera sua
3. Re. 17. secundum diuinæ legis tenorem, seu iuxta præcepta atque consilia Christi. Hoc modo gressus suos G
4. Reg. 3 direxerũt Elias & Eliseus, qui loquũtur, Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Vnde & Abra
Gen. 17. hæ dominus dixit, Ambula coram me, & esto perfectus, [ET viam eius] hoc est, operationem iusti,
Gen. 15. [VOLET] hoc est, approbabit, præmiabítque dominus, quemadmodum ait Abrahæ deus, Ego pro-
tector tuus sum, & merces tua magna nimis. ℂ (24) CVM ceciderit non collidetur,] hoc est,
cum iustus ex humana fragilitate peccauerit, & gratiam dei amiserit, non collidetur, id est, non peni-
tus peribit in anima, nec perseuerabit in malo. [QVIA dominus supponit manum suã] hoc est, per
misericordiam suam sustentat & erigit eum, præbens ei aliquam occasionem per quam se aptat ad
gratiam, quo facto dominus gratiam ei infundit. Quemadmodũ patet in Petro, & Dauid. ℂ (25) IV-
NIOR fui] quàm nunc sum, [ETENIM senui] sicut iam patet in me [ET non vidi iustum dereli-
ctum] à deo finaliter, quod de iusto prædestinato intelligendum est, [NEC semen eius quærens pa-
nem.] Hoc literaliter de filiis carnis, & pane ventris exponi non potest, quoniam sicut in Genesi le
Gen. 42. gitur, Filii Iacob bis descenderunt in AEgyptum, vt emerent escas ne morerẽtur. Et Apostolus in-
2. Cor. 11. ter alia sua incommoda annumerat famem & sitim. Quid ergo per semen, nisi imitatores iusti intel-
liguntur, qui spiritualiter generantur ab ipso, sequendo doctrinam, vitam, & mores ipsius, prout di-
Gala. 4. cit Apostolus, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis? Hoc ergo semen H
non quærit panem, id est, gratiam atque iustitiam dei, tanquam aliud extra se, & tanquam careant pa
Psal. 33. ne isto, cum dictum sit, Nihil deest timentibus eum, quærunt tamen vt magis abundent. Vel sic, nec
semen eius quærens panem, hoc est, non vidi opera iusti priuari mercede. ℂ (26) TOTA die]
hoc est, omni hora conuenienti ac debita, iustus [MISERETVR & commodat,] hoc est, com-
patitur & succurrit proximis suis, [ET semen illius in benedictione erit] hoc est, opera eius be-
nedicta erunt à deo. Imitatores quoque ipsius benedicẽtur à deo, in præsenti per gratiam & pro-
Prou. 10. fectum, in futuro autem per gloriam & quietem, secundum quod scriptum est, Benedictio domi-
ni super caput iusti, ideo dedit illi hæreditatem. ℂ (27) DECLINA à malo] id est, à pecca-
tis recede per pœnitentiam [ET fac bonum] id est, operare virtutes. Non enim sufficit à malo
Matth. 3. recedere, sed oportet etiam facere bona: quoniam omnis arbor, quæ non facit fructum bonum
excidetur, & in ignem mittetur, [ET inhabita in seculum seculi] id est, vsque in finem perseue-
ra in fide & vnitate ac obedientia sanctæ matris ecclesiæ. ℂ (28) QVIA dominus amat iudi-
cium] discretionis, quo quilibet discernit & iudicat semetipsum [ET non derelinquet sanctos suos]
id est, electos [IN AETERNVM conseruabuntur] in amore & gratia dei. Nam hic temporaliter cõ-
seruantur, donec vitam in bono finiant, ac per hoc confirmentur in bono, quoniam qui in gratia
moritur, statim in bono confirmatur, & in tali statu anima æternaliter manet, in quali à corpore

A ſuo diſceſsit, quemadmodum Salomon ait, Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit. ℭ(29) INIVSTI Eccle.11.
punientur] in præſenti remorſu conſcientiæ & priuatione charitatis ac gratiæ, in futuro autem igne
æterno [ET ſemen impiorum peribit,] hoc eſt, opera eorum ac ſectatores vitæ ipſorum æternaliter
damnabuntur. ℭ (30) IVSTI autem] qui perſeuerant in bono, [HAEREDITABVNT terrā]
viuentium, ſicut in Apoc. dominus ait, Eſto fidelis vſque ad mortem; & dabo tibi cotoronā vitæ [ET Apoc.2.
inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam] hoc eſt, ſine fine manebunt in regno cælorum, ſecundum
quod Saluator iterum promittit, Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo ſicut & ego vici, Apoc.3.
& ſedi cum patre meo in throno eius. ℭ (31) OS iuſti] id eſt, intellectus eius, quo interius verbū
profertur [MEDITABITVR ſapientiā] id eſt, diuinorum cōtemplationem cum ſaporoſa affectus
dulcedine ruminabit, ſpeculando cæleſtia: ſicut ait Apoſtolus, Nos autem reuelata facie gloriā domi 2.Cor.3.
ni ſpeculātes. Vel ſic, Os corporale, iuſti, meditabitur, hoc eſt, ex interiori meditatione loquetur. Vel
meditabitur, non cogitando ſed agendo, ſicut de quibuſdā ab Apoſtolo ſcriptum eſt, Dicunt ſe noſſe Titum.1.
deum, factis autem negant [ET lingua eius loquetur iudicium] hoc eſt, diſcretionem ſeu diſtinctionē
inter verum & falſum, bonū & malū, docens & affirmans bona eſſe, quæ deo placent: mala autē, quę
diſplicent ei. Hoc eſt quod Salomon ait, Veritatem meditabitur guttur meū, & labia mea deteſtabun Prou.8.
B tur iniquum. ℭ (32) LEX dei eius in corde ipſius] hoc eſt, lex diuina eſt in memoria iuſti vt im-
pleat eam, ſicut prædictum eſt. Et in lege ipſius meditabitur die ac nocte [ET non ſupplantabuntur
greſſus eius] hoc eſt, operationes iuſti non ſubuertentur, nec præmio priuabuntur, imo ſi forte ad tē- Pſalm.1.
pus errauerit iuſtus electus, & opera eius bona mortificata fuerint per peccatum, dominus cito con-
uertet eum ad ſe, & gratiam reddet, ſicq; opera dudum mortificata viua fient, & non ſupplantabun-
tur nec conculcabuntur, neque finaliter extinguentur per aliquē. ℭ (33) CONSIDERAT pec
cator iuſtum] non vt imitetur, ſed aduerſetur. Ideo ſubdit, [ET quærit mortificare eum] vel corpus
occidendo, vel animā ad peccandum alliciendo, vel variis tribulationibus ipſum iuſtum afficiēdo, ita
vt nonnunquam tædeat eum vitæ ſuæ, quemadmodum ait Apoſtolus, Supra modum grauati ſumus, 2.Cor.1.
ita vt tæderet nos viuere. ℭ (34) DOMINVS autem non derelinquet eū in manibus eius] hoc
eſt, non permittet iuſtum finaliter opprimi violenta poteſtate iniqui, quāuis ad tempus deſinat eum
affligi. Nam poſt hanc vitā temporalem, æternaliter eū eripiet ab omni anguſtia, nec in præſenti vi-
ta derelinquit eum penitus in manus impii: quoniam licet impius poſſit corpus eius violenter vexa-
re, non tamen poteſt animam eius ad vitia cogere, vel à via iuſtitiæ flectere: ſicut ait de ſanctis Gre-
gorius, Occidi poſſunt & flecti nequeunt, idcirco ſunt iudicante robuſtiores, & occidente fortiores.
C [NEC damnabit eum cum iudicabitur illi] id eſt, in die quo dominus proferet iudicium remunera-
tionis, illi ſcilicet iuſto ad gloriam eius: vel illi, id eſt, peccatori ad pœnam, tunc non damnabit iuſtū,
ſed ſaluabit eum. Iuſtis enim in die iudicii dicturus eſt Chriſtus, Venite benedicti patris mei percipi-
te regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Vnde & Abraham ait ad dominum, Nunquid Matt.25.
perdes iuſtum cum impio? Non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Quoniam ergo ita eſt. Gen.18.
ℭ (35) EXPECTA dominum, & cuſtodi viam eius.] Hoc eſt quod circa principium pſalmi iſtius
dictum atque expoſitum eſt, Spera in domino, & fac bonitatem. Nil enim aliud eſt deum expectare
quàm in ipſo ſperare, quoniam ſpes eſt expectatio futuræ felicitatis, [ET exaltabit te] deus qui humi Luc.18.
les exaltat [VT hæreditate capias terram,] id eſt, in æternum poſsideas regnū cælorū [CVM perie-
rint peccatores videbis] quoniam in præſenti vita videbis eos areſcere, & in extremo iudicio aſpicies
eos in infernum humo opertos deſcendere. ℭ (36) VIDI impium ſuperexaltatum] .i. vltra mē
ſuram ſublimatum, dignitate, honore, poteſtate, gloria, atque diuitiis [ET eleuatum] in iſtis [SICVT
cedros Libani] hoc eſt, tam eminenter alios excellere in tēporalibus, proſperitatis candore & ſubli-
mitate, quantum cedri Libani .i. arbores creſcētes in monte qui Libanus appellatur, alias arbores ex-
cellunt in decore ac ſitu. Libanus enim candidatio interpretatur. Propterea impii qui temporaliter
proſperantur ac florent, cedris Libani comparantur, quoniam ſicut cedri tales à vento impelluntur
ac deiiciuntur, ſic impii omni flatu vanitatis & impetu paſsionum circūferuntur atque labuntur.
D ℭ (37) ET tranſiui,] hoc eſt, vitam protraxi, animo omnia perluſtraui, à terrenis ad cæleſtia men
tem erexi [ET ecce non erat] hoc eſt, impius iam defecit, quia non diu durat gloria eius, quemadmo
dum Sapiens in perſona impiorum dicit, Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum [ET quæſiui eū] hoc Sapien.1.
eſt, inquiſiui vbinam eſſet. Vel quæſiui eum, id eſt, conditionem & proprietatem eius ſcrutatus ſum,
apud me conſiderando quanta eſſet vanitas eius [ET non eſt inuentus locus eius] Hoc eſt quod pau
loante aſſeruit, Quæres locum eius, & non inuenies, quod illic expoſitum eſt. Et hoc eſt quod Sapiēs Sapien.5.
quidam commemorat, Spes impii eſt tanquam lanugo, quę à vento tollitur, & tanquam ſpuma gra-
cilis, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei. ℭ (38) CVSTODI innocētiā] id eſt, ab omni ma
lo declina [ET vide ęquitatem] hoc eſt, conſidera, & conſiderando operare iuſtitiam. Hoc eſt quod
in Actibus apoſtolorum ſcriptū eſt, quia docebat eos Paulus de continentia & iuſtitia, [QVONIAM Act.18.
ſunt reliquię homini pacifico] .i. magna bona reſtant, & in cęlis parata ſunt amantibus ſeu facienti-
bus pacem vel in proprio corde, vel inter alios, quemadmodū Chriſtus teſtatur, Beati pacifici, quo- Matth.5.
niam filii dei vocabuntur. Vel ſic, quoniam ſunt reliquię homini pacifico, id eſt, innocentia & æqui-
tas appropriantur, debentur, ac conſeruantur pacificis, qui omnia tranſitoria ſpernunt, quatenus in
vera pace deo adhæreant. Dum enim omnia exteriora atque caduca amittunt, tunc innocentia & æ-
quitas remanent eis. Cum enim pacem integro corde deſiderent, nulli nocumentum inferunt, nec
alicuius bona apud ſe retinent, ſed paci ſeruandę totaliter vacant. Innocentia quippe diſponit ad pa
cem, iuſtitia vero eam cuſtodit, quoniam tollit obſtacula pacis. Propterea in Eſaia ſcriptum eſt, Erit Eſa.32.

opus iustitiæ pax,& cultus iustitiæ silentium & securitas,vsque in sempiternum : & sedebit populus E
meus in pulchritudine pacis,& in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta. Veruntamen quoniam
directe ac proprie pax est charitatis effectus,quoniam charitas parit concordiam , propter quod in-
Psal.118. fra habetur,Pax multa diligentibus nomen tuum. Dicitur tamen pax opus iustitiæ,inquantum iusti-
tia aufert impedimenta pacis. ℂ (39) INIVSTI autem disperibunt] quoniam æternaliter mise-
Iob.4. ri erunt.Hinc enim in libro Iob scribitur,Recordare obsecro te,quis vnquam innocens periit ? quin
potius vidi iniquos domino flante perisse [SIMVL reliquiæ impiorum interibunt] id est,semen eo-
rum,opera eorum,imitatores eorum,gloria atque memoria ipsorum,à domino reprobabũtur,à san-
Iob.7. ctis derelinquentur,& ab omni beato esse deficient:sicut scriptũ est,Sicut consumitur nubes & per-
Psal.48. transit,sic qui descendit ad inferos non ascendet.Et hoc est quod in sequentibus dicitur , Quoniam
cum transierit non sumet omnia. ℂ (40) SALVS autem iustorum à domino,] hoc est , quicquid
1.Cor.4. perfectionis & gratiæ habent in mente & corpore, à deo profluxit & datum est . Quid enim habes
quod non accepisti?[ET protector eorum] hoc est,iustorum est dominus [IN tempore tribulatio-
nis] tentationis,infirmitatis ac mortis. ℂ (41) ET adiuuabit eos dominus] confortando natura-
lem virtutem auxilio gratiæ[ET liberabit eos] à vinculis vitiorũ [ET eruet eos à peccatoribus] hoc
est,à tentationibus atque molestiis hominum impiorũ,ac dæmonum [ET saluabit eos] in regno cæ-
lorum,post huius seculi cursum atque exilium:sed quibus meritis?subdit [QVIA sperauerunt in eo] F
hoc est,omne bonum ab eius misericordia expectauerunt,nil propriis viribus ascripserunt, sed tota
mente in deo cõfisi sunt,facientes nihilominus quod in se fuit,quia spes vera,salubris,& perfecta,est
certa expectatio futuræ beatitudinis ex misericordia dei,& propriis meritis nascẽs,idcirco actus spei
formatæ ex charitate procedit. Hęc quoq; diffinitio potius datur de actu quàm de habitu spei,quo-
Eccle.9. niam spes secundum se,est habitus infusus non adeptus,neque causatus propriis meritis. Sed quoniã
nullus scit sine speciali reuelatione,an sit dignus amore,quomodo potest homo habere certam expe
ctationem felicitatis futuræ?Sciendum ergo,quod spes principalius innititur misericordiæ dei quàm
propriis meritis.Certitudo igitur conuenit spei , quantum ad hoc quod diuinæ misericordiæ inniti-
tur.Certum est enim,quod defectus salutis non erit ex parte misericordiæ dei : non autem conuenit
certitudo spei ex parte propriorum meritorum, nisi forte quis sciret se confirmatum in gratia , sicut
erant Apostoli post aduentum paracleti.Itaque dominus saluabit iustos,quia sperauerũt in eo,quem
Iere.39. admodum ipsemet apud Ieremiam testatur, Eruẽs liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem,quia
in me habuisti fiduciam,ait dominus. Ecce quàm moralis & consolatorius est psalmus iste,quem de-
cet nos diligenter aduertere,vt discamus cuncta transitoria paruipendere,& sola cælestia semper mã
sura,feruenter optare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXVII. G

### EXPOSITIO Tituli.

PORRO titulus Psalmi istius est,Psalmus Dauid in rememoratione sabbati. Sabbatum requiem æternitatis significat,quam peccando amittimus,atque peccata commissa pœnitentialiter recolendo recuperamus.Est igitur tituli sensus,Psalmus Dauid,hoc est,psalmus iste ascribitur Dauid tanquã authori,& hic in persona pœnitentis loquenti in rememoratione sabbati,hoc est,pro cõmemoratione & indulgentia peccatorum,quæ commemoratio assumitur desiderio veniendi ad requiem beatorum,& ad eam finaliter ordinatur . Loquens ergo propheta Dauid in persona cuiuslibet magni peccatoris,cordialiter pœnitentis,ait.

### PRECATIO.

*Aurem pietatis tuæ quærentes supplices deprecamur,ne nos domine deus noster derelinquas, nec à nobis discedas, præsta ut quod in natura fragilitatis nostræ possibile non habemus,per tuam gratiam nobis subministrari sentiamus.*

### ℂ EXPOSITIO psalmi literalis. H

DOMINE ne in furore tuo arguas me.] Versus iste in exordio sexti psalmi dili (1)
genter expositus est, ideo lectorẽ illuc remitto. ℂ (2) QVONIAM sagit-
tæ tuæ infixæ sunt mihi] hoc est,idcirco precor non argui in furore tuo,quo-
niam sagittæ tuæ , hoc est, vindictæ seu pœnæ quas pro peccatis infers,infixæ
sunt mihi,id est,profunde penetrant me. Quemadmodum enim originalis iu-
stitia,erat quoddam retinaculum animę,quo caro spiritui,sensitiua pars ratio-
ni,& ratio deo in omnibus subdita fuit: sic pœnæ pro huius iustitiæ amissione
inflictæ,totum occupant hominem,quoniam corpus infirmitatibus necessita-
tique mortis subiacet,sensitiua pars animæ inordinatissimis passionibus & cõcupiscentiis vitiosis im
pletur. Intellectiua quoque portio animæ ignorantia,instabilitate,& malitia vulneratur. Nam igno-
rantia est in ratione , instabilitas in memoria , malitia vero in voluntate . Omnia autem hæc ma-
la , sunt sagittæ humano generi inflictæ , propter originale peccatum , & istud est graue iugum
Eccl.4. quod teste scriptura inductum est super omnes filios Adæ , à die natiuitatis eorum , vsque in diem
mortis ipsorum . Sunt autem & aliæ sagittæ , quæ pro actualibus peccatis singulis infliguntur , si-
cut comminatio dei , timor iudicii , remorsus conscientiæ , dolor de culpis præteritis , aduersita-
tes, difformnia , suspensio consolationis & gratiæ dei,ac alia multa præsentis vitæ flagella,de quibus

A S. Iob ait, Sagittæ domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores domini Iob. 6.
militant contra me. Et Eccleſiaſt. Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per no- Eccl. 2.
ctem mente quieſcit. Et denuo, Peccatori, inquit, dedit deus afflictionem & curam ſuperfluam [ET Ibidem.
confirmaſti] ô domine [SVPER me manum tuam] hoc eſt, prædictas ſagittas ac pœnas fortiter im
primis mihi, & continuas eas in me vſque ad mortem, vt patet de pœnalitatibus corporis, ſicut ſunt
fames, ſitis & cætera ineuitabilia mala. ℂ (3) NON eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ] hoc
eſt, non eſt in corpore meo ſanitas, ſtabilis, integra, & perfecta, propter animaduerſionem ſeu aſpe-
ctum tuæ iuſtitiæ, quæ peccata mea conſiderat atque prædictis ſagittis ea vlciſcitur, implens carnem
morbis ac aliis pœnis diuerſis. Hæc autem tormenta debemus patienter ſufferre, quatenus vitia no-
ſtra purgentur, quemadmodum in Michea habetur, Iram domini portabo, quia peccaui ei, donec in
dicet cauſam meam. Et Ierem. ait, Dixi plane hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam [NON eſt pax Mich. 8.
oſſibus meis à facie peccatorum meorum] hoc eſt, prædictæ vindictæ diuinæ iuſtitiæ vſque ad inte- Ierem. 10
riora carnis meæ pertingunt, & eius oſſa perturbant atque affligunt. Nam carnes & oſſa morbis &
pœnis torquentur, ſicque totum corpus pœnis afficitur, à facie peccatorum meorum, id eſt, propter
peccata quę me conterunt, & de quibus mihi conſcius ſum. Vel ſic, Non eſt ſanitas in carne mea, id
B eſt, ego carnem meam in pœnitentiali labore ita afflixi, à facie iræ tuæ, id eſt, propter conſideratione͂
tuæ iuſtitiæ, quam penſaui mihi terribiliter imminere, quia non eſt in ea ſanitas derelicta, ſed abſti-
nentiis, orationibus, diſciplinis, ſeu ictibus atque vigiliis attenuata, exhauſtáque eſt: non eſt pax oſſi-
bus meis, id eſt, oſſa quoque corporis mei pelle & carne quaſi nudata ſunt, propter laborem quem aſ
ſumpſi, à facie peccatorum meorum, id eſt, ex conſideratione offenſionum mearum in te. Et merito
tam dure afflixi me. ℂ (4) QVONIAM iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum] id eſt,
vitia & concupiſcentiæ meæ excæcauerunt, vicerunt & oppreſſerunt, lumen rationis meæ, & capti-
uus ductus ſum in legem peccati, ſicut & Daniel dicit, Species decepit te, & cõcupiſcentia ſubuertit Dan. 13.
cor tuum. Quo contra Paulus ait, Noli vinci à malo. Et iterum, Non regnet peccatũ in veſtro mor- Rom. 12.
tali corpore, vt obediatis cõcupiſcentiis eius. Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis pec- Rom. 6.
cato [ET ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me] hoc eſt, per conſuetudinem malam & negligen-
tiam ſeu obſtinationem, multæ & magnæ factæ ſunt iniquitates meæ, & tam grauiter trahunt affe-
ctum meum ad inferiora ac vilia appetenda, ſicut pondus trahit corpus leue ne aſcendat. Peccata er-
go noſtra à cæleſtium nos contemplatione impediunt, rationis iudicium opprimunt, ad alia quoque
vitia ſuo pondere nos inclinant, & tandem in inferis animam non pœnitentem demergunt. Propter
C quod Ieremias ait, Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. ℂ (5) PVTRVERVNT & cor- Ierem. 5.
ruptæ ſunt cicatrices meæ] id eſt, reliquiæ ſeu ſanationes culparũ mearum redactæ ſunt ad priſtinũ
languorem peccati, quoniam vitia per pœnitentiam mihi indulta reiteraui, & priorem animæ mor-
bum incurri. Putrefactio autem ad corruptionem diſponit, & cogitatio ſeu conſenſus ad opus. Dum
ergo in peccata præterita iterum conſentimus, cicatrices animæ noſtræ putreſiunt. Dũ vero ad opus
procedimus, tunc penitus corrumpuntur [A facie inſipientiæ meæ] id eſt, recidiuatio iſta peccati cõ-
tigit mihi ex inſipientia mea, videlicet quoniam non penſaui quàm periculoſum, mortiferum, atque
ingratum eſt addere malum malo, & iterum vinculis priſtinis irretiri, quemadmodum ſcriptum eſt in
Eccleſiaſtico, Peccator adiiciet ad peccatum. Quo contra in eodem libro ſcriptum eſt, Fili, ne adii- Eccl. 3.
cias peccatum ſuper peccatum & dicas, Miſeratio domini magna eſt. Nam ſecundum multitudinem Eccle. 5.
miſericordiæ eius, ſic & multitudo iræ illius. ℂ (6) MISER factus ſum] id eſt, peccando gra-
tiam perdidi, & omnibus ſpiritualibus bonis priuatus ſum, atque euangelicas octo beatitudines amiſi
[ET curuatus ſum] id eſt, à rectitudine iuſtitiæ obliquatus ſum, & viam veritatis reliqui [VSQVE in
finem] hoc eſt, vſque ad conſenſum mortalis peccati, quod eſt mors animæ & finis ſpiritualis vitæ
præhabitæ. Vel ſic, Miſer factus ſum, id eſt, meipſum miſerũ eſſe cognoui & humiliaui ſpiritum me-
um, qui ſe in malis putauit beatum, & curuatus ſum vſque in finem, hoc eſt, iugo dei ſuppoſui hume
rum meum, & cœpi portare onus Chriſti & crucem ipſius vſque in finem, id eſt, perſeueranter. Vel
D ad hoc quod deum, qui eſt omnium vltimus finis, acquiram. Iſta curuitas bona eſt. Nam de ea ſcri- Baruc. 2.
ptum eſt, Anima quæ incedit curua, dat gloriam tibi domine [TOTA die contriſtatus ingrediebar] 2. Cor. 7.
hoc eſt, propter peccata mea indeſinenter triſtabar bona triſtitia: de qua ait Apoſtolus, Quæ ſecun- Eccle. 7.
dum deum eſt triſtitia, pœnitentiam ſtabilem operatur in ſalutem. Et Eccleſiaſtes, Cor ſapiẽtum vbi
triſtitia, & cor ſtultorum vbi lætitia. Dolor autem de peccatis in principio debet eſſe magis frequens
& quaſi continuus, ſed in proceſſu dũ pœnitens ad altiora profecerit, non oportet vt ſit tam frequẽs
atq; continuus, imo tunc debet ſe talis in actibus diuinæ charitatis & ſublimioribus exercitiis occu-
pare, contemplando bonitatem diuinam & beneficia ac promiſſa ipſius. Viciſsim vero & maxime in
principio ſui actus debet ſeipſum humiliare, & peccata ſua recolere, ac per hoc humilime ad deum Prou. 18.
accedere: ideo ait ſcriptura, Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. ℂ (7) QVONIAM lũbi mei im-
pleti ſunt illuſionibus] hoc eſt, ego, in cuius lumbis viget motus luxuriæ, carnali voluptate pollutus
ſum, & delectationibus luxurioſis ſeductus. Dicuntur autem delectationes & actus luxuriæ illuſiões,
quoniam intellectum maxime obruunt, hominemq; omnino decipiunt. Iſtud autem de gratia dei nõ 2. Re. 10.
conuenit omnibus: non enim competit eis qui corde & corpore virgines ſunt: ſed Dauid qui cum 3. Re. 11.
vxore Vriæ tantum peccauit: Salomoni quoque, de quo legitur, Inclinaſti fœmora tua mulieribus, Eccle. 27.
& dediſti maculam in gloriam tuam. Cui ergo iſtud non conuenit, non vane glorietur nec intume-
ſcat, ſed gratias dño agat, & tanto ardentius quãto donũ hoc maius eſt [ET non eſt ſanitas in carne
mea] nã vt ait Apoſt. q fornicatur, peccat in corpus ſuũ. ℂ (8) AFFLICTVS ſum] pro pctis meis ca 1. Cor. 6.

stigatione diuina, & pœnitentia salutari [ET humiliatus sum nimis] hoc est, afflictiones has pro pec E
catis meis illatas humilime toleraui, imo irrationalibus creaturis viliorem me reputaui [RVGIEBAM à gemitu cordis mei] hoc est, ex magnitudine interioris tristitiæ de peccatis, in exteriorē singultum & gemitum magnum prorupi, quemadmodū Iob dicit, Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquæ, sic rugitus meus. Ex his autem docemur qualis esse debeat pœnitentia vera, videlicet vt cordialissime compungamur atque totaliter ingemiscamus, flagellemur, & humiliemur.

Iob.3.

❡ (9) DOMINE ante te omne desiderium meum] id est, ô domine tu vides cor famuli tui, & omnem eius affectum cognoscis, & cernis quia nil aliud quæro, nisi te [ET gemitus meus à te non est absconditus] id est, tu conspicis, quod non seculariter tristor, nec propter temporalia gemo, sed quia offendi te. ❡ (10) COR meum cōturbatum est] id est, ratio mea vitiis deordinata est, & veram tranquillitatem amisit. Vel cor meum conturbatum est, conturbatione salubri & bona, videlicet ad pœnitentiam, ad fletum, ad timorem futuri iudicii, & ad quandam admirationem ingratitudinis meæ, ita vt considerando meipsum displicui mihi, & propter magnitudinem peruersitatis meæ obstupui [DERELIQVIT me virtus mea] hoc est, naturalis potestas mea fuit mihi insufficiens ad salutem. Vel dereliquit me virtus mea, hoc est spiritualem profectū, quem fui adeptus, peccādo amisi. Dereliquit me etiam [ET lumen oculorum meorum] id est, gratia habitualis & actualis illuminatio spiritus sancti, recessit à me quando peccaui [ET ipsum non est mecum] id est, lumen gratiæ nō F
est in me quamdiu in peccatis permaneo. Vel sic, Dereliquit me virtus mea, id est, pro peccatis meis condignam pœnitentiam facere non potui, & lumen oculorum meorum, id est, grauitatem peccatorum meorum plene comprehendere non valui propter enormitatem eorū. Quanto enim homo copiosius illuminatur à spiritu sancto, tanto amplius ponderat, aggrauat, & abhorret scelera propria, ita vt quæ aliis parua & pene nulla apparēt, ipse grauissima reputet, & tali homini sapit hic psalmus nec alicui alteri. & ipsum non est mecum, id est, adhuc deficio in consideratione malitiæ meæ, nec capere possum quàm miser ac miserabilis factus sum, eô præsertim quod præterita mala reiteraui.
Ierem.2. Hinc enim scriptum est, Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Præterea, quæ sequūtur, ad perfectionem pertinent pœnitentis, & post conuersionem atque inchoatam pœnitentiā sibi conueniūt.

❡ (11) AMICI mei & proximi mei] hoc est, qui aliquando erant fautores mei, quando videlicet consensi voluntati eorum, seculariter conuersando, & mundi delitias, atque honores amando [ADVERSVM me appropinquauerunt & steterunt] id est, post conuersionem meam aduersati sunt mihi & in malitia perseuerauerunt cōtra me, eo quod vita mea dissimilis sit vitæ eorum, & ea relinquā
Luc.21. ac reprobem, quæ ipsi quærunt & approbāt. Et hoc est quod Christus talibus in Euāgelio ait, Trademini à parentibus & propinquis & amicis, & morte afficient ex vobis. ❡ (12) ET qui iuxta me erant] tempore prosperitatis meæ [DE longe steterunt] hoc est, mente auersi sunt à me, quando fla
Eccle.6. gellis pœnitentiæ conteror, variisque aduersitatibus patienter affligor. Istud in sancto Iob euidentissime patet. Vnde & in Ecclesiastico habetur, Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & nō permanet in die tribulationis [ET vim faciebant] hoc est, violentiam mihi intulerunt [QVI quærebant animam meam] id est, qui conabantur me à deo auertere, & rursus ad mundanam conuersationem allicere. Vel quia conati sunt vitam meam extinguere, eo quod noluerim eis acquiescere. ❡ (13) ET qui inquirebant mala] hoc est, qui mundum & ea quæ in mundo sunt, diligunt. Vel, qui consilia deceptoria excogitauerunt [MIHI locuti sunt vanitates] id est, rationes inanes & persuasiones inutiles mihi proposuerunt, quatenus ab arrepta pœnitentiæ semita me reuocarent & pristinis me vanitatibus implicarent [ET dolos tota die meditabantur] id est, adulationibus comminationibus, & variis fraudibus nisi sunt fallere animam meam, videlicet vt temporalem prosperitatem atque mundanam felicitatem appeteret. Istud autem potest pœnitens & conuersus contra dæmones dicere ab illo loco. & vim faciebant, &c. Nam & ipsi frequenter cum violento quodam impetu tentant nos, & gaudia mūdi sub magna apparentia nobis ostendunt, vt ad eorum amorem inclinent nos. Sed iam audiamus quid in tanta persecutione atque molestia pœnitens fecit. ❡ (14) EGO autem tanquam surdus non audiebam] id est, cousensum non præbui, vel me audire dissimulaui, vel omnino non audiui, quia auerti aurem meam & abii [ET sicut mutus non aperiens os suum] hoc est, nihil respondi, verbis contendere nolui, contumelias patienter & cum silentio toleraui, vana consilia & tentationes diaboli in tantum contempsi atque abhorrui, vt nec responsione digna ea putarem. Hanc autem sentētiam sequens versus clarius pandit. ❡ (15) ET factus sum sicut homo non audiens] id est, tam æquanimiter verba malignantium passus sum, ac si mihi dicta non essent, quemadmodum surdus verbis irritari non potest quæ non audit [ET non habens in ore suo redargutiones] id est, factus sum sicut homo qui arguentem redarguere nescit, qui maledicentem non remaledicit, & stulto secundum suam stultitiam non respondet. Vnde scriptura hortatur, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facitô ostia, & seras auribus tuis. Porro in his duobus versibus tangitur optimum remedium ad vincendum tentationes spiritus blasphemiæ. Dæmon enim blasphemiæ melius vinci non potest, nisi per hoc quod omnino auertit se à consideratione suggestionis quam patitur non disputans neque confabulans cum tentatione pestifera, neque contristans seipsum propter impugnationem huiusmodi, sed ad alia fructuosa exercitium suum conuertens, & spiritualibus viris tentationem suam manifeste aperiens. Hoc enim præsertim debilitat potestatem diaboli. Quidam vero propter verecundiam malam & inexperientiam talis tentationis, reuelare non audent quod sustinent, quod valde periculosum consistit. Veruntamen non expedit cuicunque

G (1) H Prou.26. Eccl.28.

A indifferenter tentationem talem reuelare, sed erudito atque experto, qui nouit consolationem pro-
tinus adhibere. Si ergo tentationem hanc sentis, dic ex corde prædictos versus, & releuamẽ mox sen
ties. Dæmon nanque cum sit superbus, ferre non potest, quod ita contemnitur, & ergo recedit. Ni-
hilominus (vt Cassianus docet) est quædam taciturnitas mala, qua aliqui interdum plus turbãt & cõ
citant fratrem & proximum suum, quam si ei aperte resisterent: talis enim taciturnitas, non ex humi-
litate, sed ex elatione & alterius paruipensione oritur, & per duritiam cordis nutritur. Dum ergo po
tes proximum tuum dulci verbo sanare aut pie instruere, noli tacere: si vero respondẽdo magis eum
inflammes quam mitiges, tace. Hinc enim scriptum est, Est tacens non habens sensum loquẽdi, & est
tacens, sciens tempus aptum. ℂ (16) QVONIAM] inter tot mala [IN te] solo domino, qui mu Eccl.20.
tas tristia in læta [SPERAVI] propter te prædicta sustinendo, & remedium à te expectando. Salu- Iohã.16.
taris medicina est in malis sperare, & non deficere. Ideo merito spei [TV exaudies me dominus deus
meus] Si ergo exaudiri desideras, spera in deo: & quantum speras tantum impetrabis, si tamen instã-
ter & digne petieris, & in nomine Iesu, id est, ea quæ ad veram beatitudinẽ pertinẽt. Beatitudo quip-
pe est finis noster, & ergo per se appetenda, speranda, implorandaque est, cætera vero in ordine ad
eam, & nec magis nec minus quam ad beatitudinem adipiscendam proficiunt. Ecce quam fiducíale
B verbum est hoc, tu exaudies me dñe deus meus. Quid autẽ exaudiri desiderat, subdit. ℂ (17) QVIA
dixi] in oratione qua allocutus sum te [NEQVANDO supergaudeãt mihi inimici mei] hoc est, nũ-
quam superflue gaudeant de ruina animæ meæ aut de victoria contra me, homines mali seu dæmo-
nes, qui meo spiritali profectui inuident. Et hoc est quod scriptura dicit, Domine pater, & domina- Eccl.23.
tor vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio eorum, & incidam in conspectu aduersario-
rum meorum, & gaudeat inimicus meus, [ET dum commouentur pedes mei] hoc est, dum deside-
ria mea & opera, quibus vel ad infernum vel ad cælum incedo, à rectitudine deflectuntur & deuiant
[SVPER me magna locuti sunt] hoc est, magnifice iactauerunt se, quia vicerunt me, & ex prę̨sum-
ptione gauisi sunt. Hoc est quod superius dixit, Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Ideo ô Psalm. 12
domine exaudies me. ℂ (18) QVONIAM ego in flagella paratus sum] hoc est, virgam corre-
ptionis tuæ & pœnam pro culpa libenter sustineo, imo quicquid aduersitatis mihi contigerit pro cul
pis meis, vel pro gratia impetranda mihi accidere puto, propterea omnia libentissime fero [AT do-
lor meus in cõspectu meo semper] hoc est, tristitia quam merito pro peccatis assumere debeo, omni
tempore conuenienti est in consideratione animæ meæ, ita vt penso quantum mihi tristandum est
quod deum meum tam dire offendi. Et quod ita sit patet ex eo. ℂ (19) QVONIAM iniquitatẽ
C meam annunciabo] accusando me coram te, & confessionem faciendo vicario tuo presbytero [ET
cogitabo pro peccato meo] id est, diligenter considerabo vt omnia peccata mea recordet, confitear
veniámque de eis obtineam. Vnde in libro Iob legitur, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse Iob.13.
erit Saluator meus. Et alibi, Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit & Prou. 27
reliquerit ea, misericordiam consequetur. ℂ (20) INIMICI autem mei viuunt] non vita gra-
tiæ, sed naturæ & tẽporaliter florent [ET confirmati sunt super me] hoc est, fortiores facti sunt me,
nec possum eis naturali potentia præualere, omnes eorum molestias, tẽtationes & suggestiones vin-
cendo, sed gratiæ tuæ ope indigeo, sicut Iob inducit, Ecce non est auxilium mihi in me [ET multi- Iob.6.
plicati sunt qui oderũt me inique] id est, hostes mei visibiles atque inuisibiles multi sunt, qui ex odio
pessimo quærunt peruertere animam meam. ℂ (21) QVI retribuunt mala pro bonis] hoc est,
ingrati [DETRAHEBANT mihi] male interpretando opera mea, & crimina quæ non cõmisi mi-
hi imponendo, ne alii ædificarentur per pœnitentiam meam, & sequerentur vestigia mea. Vnde sub-
iungitur [QVONIAM sequebar bonitatem] hoc est, ex eo quod recessi à malo & secutus sum opera
virtuosa, mori sunt inuidia & detrahebant mihi. ℂ (22) NE derelinquas me domine deus meus]
id est, ne omnino deseras me gratiam subtrahendo [NE discesseris à me] id est, elonges te à me qua
si incipiendo me derelinquere gratiam minorando, sed ℂ (23) INTENDE in adiutorium meũ]
hoc est, considera, quibus indigeo & illa pie infunde, conserua, & perfice [DOMINE deus salutis
D meæ] id est, deus in cuius potestate tota est felicitas mea, & qui es obiectum causáque totius beatitu-
dinis meæ. Denique locus iste, qui ad laudem pœnitentis pertinet, de Christo conuenienter exponi-
tur, vt sit sensus, Amici mei & proximi mei, id est, Iudæi, qui videbantur esse amici mei, dicentes se di Iohan.8.
ligere deum & expectare filium eius Christum, qui erant proximi mei, quoniam ex semine Abrahæ Iohan. 11
nati erant, sicut & ego, aduersum me appropinquauerunt & steterunt, quando videlicet collegerunt
consilium quomodo occiderent me, & quando coram Pilato clamabant, Tolle crucifige eum. Et qui Matt.26.
iuxta me erant, hoc est, qui aliquando erant discipuli mei, sed abierunt retrorsum dicentes, Du- Iohã.19.
rus est hic sermo, de longe steterunt, id est, omnino alienauerunt se à me, imo apostoli quoque qui Iohan.6.
ante passionem iuxta me erant, quasi parati mori mecum, fugerunt à me: & vim faciebant qui quę̨re-
bant animam meam, id est, Iudæi atque ministri Pilati, qui desiderabant occidere me, manus violen-
tas iniecerunt in me compræhendendo, ligando, colaphizando, perforando, & crucifigendo. Et Iohã.18.
qui inquirebant mala, hoc est, Iudæi quærentes contra me aliquam occasionem, mihi locuti sunt
vanitates. i. verba adulatoria, dicẽdo, Magister scimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & Matt.22.
non est tibi cura de aliquo: & dolos tota die meditabãtur, cogitando & inquirẽdo quomodo possent
me capere in sermone, & blandiendo ad hoc inducere, vt magis dicerẽ ipsis placẽtia quã iustitiæ con
sona. Ego autẽ tanq̃ surdus nõ audiebã. Christus vt homo aure corporis nõ omnia audiuit, quę̨ dice-
bantur aduersus eũ, multa tamen pręsens audiuit, sed nõ audisse se asserit vana & mala, quæ sibi dice
bãt Iudę̨i, qm̃ omnia patiẽtissime pertulit, & tanq̃ surdus ad oĩa dissimulauit. & sicut mutˀ nõ aperiẽs

os suum. Christus enim in passione, nec Pilato, nec Herodi respondit, ita vt miraretur Pilatus vehe- E
Matt.27. menter & diceret, Mihi non loqueris? Et factus sum sicut homo non audiens. Nam vt Lucas attest.
Luc.23. Herodes interrogauit Iesum multis sermonibus: Iesus vero non respondit ei ad vllum verbum: & nõ
habens in ore suo redargutiones, hoc est, in passione ita me habui, sicut qui se non excusant, nec ali-
Matt.27. os accusant, sed penitus tacent. Propter quod Pilatus dixit, Non audis quanta aduersus te dicant testi
Esa.53. monia, nec respondes quicquam? Hoc est quod de Christo per Esaiam dictum est, Tanquam ouis ad
occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se, sic obmutescet. Et Pet. de Christo loquens,
Cum pateretur (inquit) non comminabatur, cum malediceretur non maledicebat. Quoniam in te do
1.Pet.2. mine, pater, speraui, secundum ꝙ homo & aliquo modo viator, tu exaudies quicquid ex deliberata ra
tione absolute petiero. Quia dixi, in oratione, nequando supergaudeant mihi inimici mei, id est ne Iu
dæi, qui vsque ad diem Pentecostes gaudent de occisione mea, quasi omnino extinctus sim & in in-
ferno detentus, vltra hoc tẽpus nõ gaudeant ita de me, sed tunc per missionem paracleti, per prędica
tionem apostolorum, per signa & prodigia magna clarifica nomen meum in conspectu eorũ, & de-
monstra me resuscitatum, glorificatum, & super cælorum altitudinem eleuatum, quatenus confundã
tur & contristentur qui supergaudebant mihi. Et dum commouentur pedes mei, hoc est, dum clauis
perforantur, & cruci affiguntur: super me magna locuti sunt, improperando, deridendo, ac blasphe-
mando, atque dicendo, Euge euge, quomodo rex Israel coronatur. Quoniam ego in flagella paratus F
sum. Christus enim paratissimus fuit ad patiendum omnia quæ de ipso prophetata fuerunt. Propter
Matt.26. quod patri dixit, Fiat voluntas tua. Et ipse per Esaiam prophetam testatur, Corpus meum dedi per-
Esa.50. cutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus
in me: & dolor meus in conspectu meo semper, hoc est, passio quam pro mundo sustinui, incessanter
inest memoriæ meæ, vt eam patri offeram atque merito eius hominibus semper succurrã. Vnde Apo
Heb.2. stolus, Debuit, inquit, per omnia fratribus similari, vt misericors fieret. Versum autem sequẽtẽ Chri-
stus non dicit in propria persona, sed in persona membrorum suorum seu corporis mystici, scilicet,
Quoniam iniquitatem meam annunciabo, &c. Inimici autem mei viuunt, hoc est, Iudæi tunc tẽpo-
raliter viguerunt, & confirmati sunt super me, quantum ad hoc quod me occidere potuerũt: & mul-
tiplicati sunt, numero atque malitia, non virtute & gratia, qui oderunt me inique videlicet Iudæi, qui
Iohã.15. oderunt & me & patrem meum gratis, dicentes, Hic est hęres, venite occidamus eum. Qui retribue-
Matt.21. bant mala pro bonis, hoc est, ingrati Iudæi, quibus multa beneficia præstiti docendo, miracula faciẽ-
Luc.23. do, detrahebant mihi, dicendo inter se, Seducit turbam. Insanit, Homo vorax, quoniam sequebar bo
Iohã.10. nitatem, hoc est, quoniam iuste in omnibus vixi, & vitia eorum non tacui. Vnde Christus dixit ingra
Matt.11. tis Iudæis per prophetam Michæam, Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui tibi? responde
Mich.6. mihi. Ne derelinquas me domine deus meus, hoc est, corpus meum non deseras in sepulchro, sed ter
tio die viuifica illud, ne discesseris à me, hoc est, animam meam in inferno non derelinquas vltra ter- G
tium diem. Intende in adiutorium meum, id est assiste & cooperare mihi vt sanctos omnes de limbo
inferni educam, atque cum eis in cælos conscendam domine deus salutis meæ, hoc est, ô deus trine &
simplex, qui es causa totius salutis meæ creatæ. Ecce quàm affectuosus est psalmus iste, & quàm præ-
clare instruit, qualem esse oporteat veraciter pœnitentem, videlicet vt peccata sua vehementer exag
geret, humiliter referet, omnémque pœnam pati paratus sit. Quoniã vero psalmus iste est vnus psal (t)
morum pœnitentialium debemus specialiter laborare, vt eum clare intelligamus (aliqualiter enim
obscurus est) & deuote legamus. Quidam enim exponunt eum ad literam de Dauid, quæ expositio
minus fructuosa videtur, quoniam non declarat, qualiter vnusquisque in propria persona eum lege-
Cassiod. re possit. Cassiodorus vero exponit eum in persona Iob.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XXXVIII

### EXPOSITIO Tituli.

PRænotatur interea Psalmus iste hoc titulo, In finem canticum Dauid pro Idithum. Quẽadmo-
1.Pet.25. dum in primo libro Paral. scribitur, sanctus Dauid instituit cantores ducentos octoginta octo, H
vt canerent in domo domini laudes diuinas in vicibus suis. Præfecitque eis tres principales can
1.Par.16. tores, videlicet Asaph, Heman & Idithum. Fecit quoque Dauid psalmos, qui ab his cantoribus cane
rentur. Hic ergo psalmus erat ab Idithum, & sibi subiectis cantandus. Idithũ vero interpretatur trãsi
liens eos: per quem designantur fideles & vere Israelitæ, non litera sed spiritu, non carnis propagine
sed fidei firmitate, qui derelictis terrenis, ad cęlestia per contemplationem volant. Sensus igitur tituli
est, In finem canticum Dauid, id est psalmus iste qui dicitur canticum, quoniam spiritualem lætitiam
continet, & de æterna beatitudine agit, ascribitur Dauid tanquam authori: canticum inquam dirigẽs
Apoc.22 nos in Christum, qui est Alpha & ω, principium & finis: & factum pro Idithum, id est, conueniẽs vi
Rom.7. ro perfecto temporalia transilienti, qui cum Apostolo dicere potest, Infelix ego homo, quis me libe-
Philip.3. rabit de corpore mortis huius? Et iterum, Nostra conuersatio in cælis est. In persona ergo ecclesiæ,
seu hominis virtuosi ardenti desiderio proficere cupientis, loquens propheta ait.

### PRECATIO.

*Expectatio te diligentium domine, ab omnibus iniquitatibus nos erue, & continua quiete in te fac exultare, ut tua munitis protectione immobiles tibi semper ualeamus adhærere.*

A ¶ EXPOSITIO psalmi literalis.

DIXI] hoc est cõstanter proposui,& corde ac ore asserui [CVSTODIAM vias meas] hoc est,ab inordinatione & culpa p̄eseruabo cogitationes meas,affectiones,& opera mea,quæ dicuntur viæ,quia per eas tendo ad terminũ quendam,videlicet ad felicitatem cœlestem, vel ad miseriam infernalem [VT non delinquam in lingua mea] .i.ad hunc finem statui custodire vias meas,vt non offendam in verbo,sed in omnibus temperem labia mea. Ecce quàm notabilis sententiosus,& instructiuus est versus iste. Tria enim vtilisima tanguntur in eo,Primo tangit propositum bene agendi , dum ait , Dixi. Secundo tangit ad quid bonũ propositũ tendere debeat,dũ subiungit,custodiã vias meas.Tertio tãgit in quo perfectionem suam quantũ ad exteriora constituat,cum subdit, vt nõ delinquam in lingua mea. Tu ergo si ad linguæ moderationem & ad verã perfectionem pertingere cupis,primo firmum fac tibi propositum in corde tuo feruenter proficiendi,& nunquã à lege diuina recedendi, quale erat propositum sancti Iob,dicentis,Donec deficiam,non recedã ab innocentia mea.Et Petri,qui dixit ad Christũ, Etiam si Iob.27.
oportuerit me mori tecum,non te negabo. Sed vide ne in proponẽdo innitaris propriis viribus, sed Mat.29
gratiæ misericordissimi creatoris humiliter innitaris,considerans illud Ieremiæ , Scio domine, quia Ierem.10
B non est hominis via eius,nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos.Illud quoque Apostoli, Non Roma.9.
volentis,neque currentis,sed miserentis est dei.Secundo satage custodire in omnibus vias tuas,sagaciter considerando testimonio scripturarum & exemplo sanctorum quid placeat deo , quid bonum, quid melius,quid optimũ.Hinc enim Apostolus monet,Videte quomodo caute ambuletis. Et iterũ, Ephe.5.
Cum timore inquit & tremore vestram salutẽ operamini. Vnde Salomon asserit, Beatus homo qui Philip.2.
semper est pauidus.Hoc modo custodiuit vias suas Iob qui testatur,Verebar omnia opera mea,sciẽs Prou.28.
quod non parceres delinquenti.Tertio denique imple quod perfectum est scilicet, vt non delinquas Iob.9.
in lingua tua.In hoc beatitudo modo quodam consistit: iuxta illud Eccles. Beatus homo qui non est Eccle.14
lapsus in verbo ex ore suo.Et Iacobus ait,Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir. Ad hoc Iaco.3.
autem ꝙ non delinquat homo in lingua sua multa sunt obseruanda . Primo ne loquatur illicita,quoniam teste Apost.Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et ad Timot. Sermo (inquit) vaniloquorum vt cancer serpit.Secundo obseruare oportet,vt loquamur de bonis ac licitis, sicut ait apost. 1.Cor.15 1.Tim.2.
In loquere quæ decent sanam doctrinã. Primo enim in regimine linguæ oportet à malo recedere, 1.Tim.3.
deinde ad bonum accedere.sed quia bonũ opus bene fieri debet , videlicet cũ circunstantiis debitis, quæ ad actũ virtutis requiruntur,idcirco in loquendo de bonis, primo videndũ cui loquamur,quare nus & proportionemus sermonẽ nostrum,secundũ exigentiã, cõditionem & qualitatem eius cũ quo
C loquimur,ne forte præsumamus sapientiorẽ docere,seniorem increpare,vanũ laudare , inexpertum consulere,obstinatũ corripere,contemptorẽ instruere, simplicioribus alta proponere,vel inter insipientes verba effundere.Hinc enim Eccle.dicit,Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit.Si bis interrogatus fueris,habeat caput responsum tuũ. Et iterum, Loqui in medio magnatorum Eccle.28 Ibidem.
non præsumas,& vbi sunt senes non multũ loquaris: & vbi non est auditus, nõ effundas sermonem. Salomon quoque,In auribus insipientium ne loquaris,ne forte despiciant doctrinam eloquii tui.Secundo pensandũ est quando,seu debitũ tempus loquendi: quoniam tempus est tacendi,& tempus loquendi.Dum enim nulla ex sermone nascitur aut speratur vtilitas,tempus est tacendi. Dum autẽ fructus salubris verisimiliter sperari potest,tempus loquẽdi est. Vnde alibi scriptum est,Homo sapiens tacebit vsque ad tempus.Lasciuus autem & imprudens non seruabit tẽpus. Tertio pensare debemus vbi loquendum sit,scilicet non in ecclesia,nec in locis prohibitis. Quarto , quantum,videlicet non plus quàm oportet aut expedit.Propter quod Salomon dicit, In multiloquio non deerit peccatum, qui autẽ moderatur labia sua,prudẽtissimus est.Et iterũ,Totum spiritũ suum profert stultus, sapiens vero differt & reseruat in posterum.Vnde alibi habetur,Verba prudentium, statera ponderabũtur. Sit ergo sermo noster sale discretionis ornatus,quemadmodũ ait Apostolus, Sermo vester in gratia semper sale sit conditus,vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respõdere. Quinto,pensare de- Prou.23. Eccle.3. Eccle.20 Prou.10. Prou.29. Eccle.21. Colosſ.4
D bemus,qualiter sit loquendum,videlicet modeste,mansuete,suauiter.Vnde Salomon ait, Responsio mollis frangit iram,sermo durus suscitat furorem.Et Eccl.Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos,& lingua eucharis in bono homine abundabit.Et ideo apost.monet, Noli verbis contendere,ad nihil enim vtile est,nisi ad subuersionem audientium. Sexto autem & vltimo,atq; præcipue considerare debemus,cur.i.qua intentione loquamur,& generalis quidem finalis ac summa intentio esse debet honor dei.Aliæ autem intentiones secundariæ & proximę multæ & variæ esse possunt,videlicet vt aliũ instruamus,vel ab alio instruamur, vel propter recreationem vel similem causam,& secundũ modum finis intenti cõsiderare debemus,an is cũ quo loqui volumus sit talis, quod ex collocutione secum habenda adipisci possumus finem intentum. Si itaque ista pensemus & obseruemus,tune non delinquemus in lingua nostra,quod nemo naturali virtute valet implere secũdum Prou.15. Eccles.6. 1.Tim.2.
quod à Iacobo dictum est,Linguã nullus homo domare potest.Sed per gratiam fieri potest,quemad- Iacobi.3.
modum in Prou.legitur,Hominis est animum præparare,& domini gubernare linguã. Inuocemus Prou.16.
igitur gratiam Christi,& dicamus quod infra habetur,Pone domine custodiam ori meo,& ostiũ circunstantiæ labiis meis.Porro quod nunc dixi , Dixi custodiam vias meas , postea elarius dicetur,vbi ait Psalmista,Iuraui,& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. ¶ (2) POSVI ori meo custodiam] ne incaute aut malitiose aliquid loquerer [DVM consisteret peccator aduersum me] intendens me verbis prouocare aut fallere.Non ergo reddamus verbum malum pro verbo malo,quemadmodũ Salo- Psal.140 Psal.118. Prou.20.

mon iubet, Ne dicas, reddam malũ pro bono: expecta dominũ, & liberabit te. (3) OBMVTVI] E
non ex indignatione, sed ex patientia atque prudentia, videns me loquendo nihil proficere [ET humiliatus sum] .i. in corde meo cogitaui me dignum esse contumeliis, & verbis malis mihi illatis [ET silui à bonis] sermonibus, quoniã qui mihi male loquebãtur, excusationem, satisfactionem, seu rationabilem responsionẽ recipere noluerunt. Propterea melius reputaui omnino tacere, quàm contemptoribus veritatis sermonem bonũ proferre [ET dolor meus renouatus est] quoniam dum pœnas atque iniurias ab alis patior, de nouo recolo peccata mea, quibus iram merui, & ita quasi receter do
Iere. 30 leo, quod peccaui. Pœnæ enim & aduersitates peccatori inflictæ, reducunt ei ad memoriã mala quæ fecit. Iuxta illud, Castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius. Vel, dolor meus renouatus est .i. sicut ante tristabar de propriis culpis, sic modo contristor de proximorũ peccatis ac variis mundi erroribus. Talis autem tristitia ex charitate procedit, & est multum meritoria ac placita deo, quam
Ierem. 9. Ieremias se habuisse insinuat, quum ait, Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Et si piũ est plorare, interfectos corpore, quanto benignius est plorare interfectos in anima? Denique hunc etiam se habuisse dolorem fatetur Apo
Roma. 9. stolus, dum ait, Tristitia mihi magna est. & continuus dolor cordi meo. Optabam ego ipse anathe-
Mich. 1. ma esse à Christo pro fratribus meis Iudæis. Vnde & sanctus dei propheta Michęas in tantũ Israeli, cui futuras pœnas prædixit condoluit, vt diceret, Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. Vides ergo quàm ineffabiliter vigeat fraterna sanctorum dilectio, etiam pro F
Exod. 32 ingratis & impiis? Hinc nanque Moses ait ad dominum, Aut dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de lib. quem scripsisti. Veruntamen ad prælatos præcipue pertinet ista compassio.
(4) CONCALVIT cor meum intra me] hoc est, dum ita obmutui, atq; recenti dolore afflictus sum, anima mea ardenti affectu accensa est, quatenus sibipsi perfectionem gratiæ acquireret in præsenti, & ad lumen gloriæ citius perduceretur ac proximorum errori succurreret, atque indigentibus
Philip. 4 subueniret. Ecce quam sancta calefactio cordis. Nonne hoc modo cõcaluit cor Pauli intra se, qui ait, Fratres mei dilectissimi, gaudium meũ & corona mea sic state in domino [ET in meditatione mea exardescet ignis] hoc est, ex consideratione bonitatis beneficiorumque dei, & ex consideratione periculorum & vitiorũ, quibus homines implicantur, inflãmabitur in me amor dei & proximi, quatenus iniurias dei impediam, fratrumque saluti succurrã, increpando, instruendo, exhorrando. Necesse est enim prędicatorẽ & doctorem verbi dei ex charitatis feruore impleri omni constãtia & fortitu-
Miche. 3. dine mentis, quemadmodũ Michæas de seipso testatur, Ego, inquiens, repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & virtute, vt annuntiẽ Israel peccatum suũ. Propter quod dicit & Apost. Prædi-
1. Tim. 4 ca verbum, insta oportune, importune. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia. Quod vtique ad G omnem animarũ curam habentem, certũ est pertinere. (5) LOQVVTVS sum in lingua mea] .i.
1. Reg. 1 in ore meo, videlicet secrete orando, quemadmodum. 1. lib. Reg. de matre Samuelis inducitur, Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Quid autem in orationẽ locutus sit, subiungit [NOTVM fac mihi dñe finẽ meum] Finis noster consumens, est mors: finis vero consumans, est deus seu vita æterna. Nam deus est finis obiectalis extrinsecus, beatitudo autẽ seu vita æterna, est finis noster intrinsecus. De vnoquoque igitur finium horum exponi potest, quod ait. Notum fac mihi domine finem meũ, vt sit sensus, quantum ad finem consumentem. Notum fac mihi domine finem meũ, id est, da mihi considerare mortem mihi quotidie appropinquantẽ, vt meditatio mortis assidua fiat mihi à peccatis abstractio fortis & vigilatio diligens,
Eccles. 7. quemadmodũ Ecclesiasticus dicit, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ
Mat. 25 non peccabis. Et in Euangelio Christus. Vigilate (inquit) quia nescitis diem neque horam. Secundo sic. Notum fac mihi domine finem meũ, hoc est, teipsum, vt considerẽ me creatum propter te: & ita inquietum fit cor meũ, donec perueniat ad te, ne alteri q̃ tibi inhæreat. Tertio sic. Notũ fac mihi domine finem meũ, id est, da mihi attendere cœlestem illã beatitudinem, ad quã creasti animã meam, ne in aliquo bono caduco creato, sed in te solo semper finẽ sibi constituat anima mea. Ideo nanque ait Apostolus, Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, id est, vt sciatis quæ sit res speranda, ad quam vocauit vos. Res autẽ speranda est beatitudo æterna, quæ est finis noster. Hanc ergo petimus nobis reuelari, dum dicimus. Notum fac mihi domine finem meum, H
Notum quoque fac mihi [ET numerũ dierum meorum quis est] Hoc dupliciter intelligi potest. Primo de diebus vitæ præsentis, vt sit sensus, Da mihi actualiter aduertere & diligenter pensare, quam breues & mali ac miseri sunt dies, quibus in hoc mundo victurus sum, quatenus sic præsenti vita con
1. Cor. 7. tempta, ad futuram toto corde aspirem: sicut ait Apostolus, Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam
Hebr. 4. non vtentes. Et iterum, Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus. Secundo intelligitur de diebus futuri seculi, qui appellantur dies æternitatis, & est sensus, Da mihi per fidem cõtemplari durationem illã innumerabilium dierũ lõgitudinem cõplectentem, videlicet æuũ illud quo beati in patria sine fine regnabunt, vt hanc semper desiderem. Hæc duratio beatorũ vocatur numerus dierum nostrorum, qui est, id est, qui nõ habet successionem corruptionem & terminum, sed vere est quia stabiliter manet. Numerus vero dierum huius vitæ quasi non est, quoniam dies isti non stant, & nihil habemus de tempore nisi nunc, quod tamen nõ est tempus nec pars temporis, sed suo fluxu causat tempus. Vnde ista æui duratio dici potest dies multi seu numerus dierum, quoniã omne tempus includit, & vna dies quia realiter nõ multiplicatur. Idcirco de ea scriptum est, Erit dies vna, quæ nota est domino, non dies neq; nox: & in die illa erit dominus rex super omnem terram. Et ad
Zach. 14 designandum interminabilem permanentiam huius durationis atque diei, Esaias ait de ea, Erit mẽsis

A ex mense,& sabbatũ ex sabbato.Itaque domine,notum fac mihi numerum dierũ meorum [VT sciam Esaiæ.66
quid desit mihi] hoc est,quatenus diligenter agnoscã quantũ mihi desit perfectionis & gratiæ ad in-
grediendũ dies illos æternos.Vel vt ex consideratione breuitatis dierum, quibus in hoc seculo viuã,
solicite pensem quid mihi desit de spirituali processu ac interiori profectu, ac per hoc tanquam mo-
dico tempore hic mansurus,festinanter tendam ad patriã omni tempore excluso seruenter tibi defer
uiam.Ideo etiam dicit Apostolus,Festinemus ingredi in illã requiem. ¶ (6) ECCE mensurabiles] Hebræ.4
hoc est breues ac facile numerabiles [POSVISTI dies meos] quibus secundũ tuam ordinationẽ in
hoc mundo victurus sum.Vnde inferius scriptum est clarius, Dies annorũ nostrorũ in ipsis septua- Psal.89
ginta anni.Et Iob,Breues dies hominis sunt,numerus mensium eius apud te est. Constituisti termi- Iob.14.
nos eius qui præteriri non poterunt [ET substantia mea tanquam nihilũ ante te].i.egoipse subsistẽs,
qui aliquid esse videor,cõparatione tuæ immensæ maiestatis magis sum nihil quã aliquid, quoniã fi-
niti ad infinitũ nulla existit proportio . Propter quod apud Esaiam legitur , Ecce gentes quasi stilla Esa. 40
situlæ,& quasi momentũ stateræ reputatæ sunt ei.Omnes gentes quasi non sint,sic sunt coram eo,&
quasi nihilũ & inane reputatæ sunt ei.Hinc quoque Nabuchodonosor maiestatẽ dei expertus humi-
liter dixit,Ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlũ leuaui & altissimo benedixi, & viuentẽ in se- Dani.4
cula seculorum glorificaui,quia potestas eius potestas sempiterna, & omnes habitatores terræ apud
B ipsum in nihilum reputantur. ¶ (7) VERVNTAMEN vniuersa vanitas] .i. non solum substantia
mea est tanquam nihilũ apud deum,sed & omnia,maxime inferiora & corruptibilia vanitas sunt, id
est,modica,instabilia,infelicia,& caduca,quemadmodũ Ecclesiastes dicit, Vanitas vanitatum, & o- Eccle.1.
mnia vanitas.Et Apostolus,Vanitati (inquit) creatura subiecta est [OMNIS homo viuẽs] id est,nõ Roma. 8.
solum irrationalia,sed etiam omnis homo viator & peccator est vanitas,id est,mutabilitati subiectus
multisque miseriis.Vel sic,Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, hoc est, tanta est mi-
seria & defectibilitas hominum propter mala culpæ, mala pœnæ, & mala naturæ, quæ in ipsis sunt,
quòd omnis homo secũdum communem legem dici potest vniuersa vanitas,id est,totaliter vanus ac
vanitatibus plenus.Propter quod Paulus de apostolis loquens,Nos (inquit) intra nos gemimus,qui
primitias spiritus accepimus,reuelationem gloriæ filiorũ dei expectãtes. ¶ (8) VARVNTAMEN
in imagine pertransit homo].i.quanuis homo sit adeo vanus,vt dici possit vniuersa vanitas , tamen
in imagine pertransit,id est,in imagine sanctæ trinitatis in anima insignitus temporaliter viuit & ad
finem currit.Vel sic,In imagine pertransit homo,hoc est,tam cito vita eius fluit & deficit, sicut ima
go apparens in speculo,& vmbra quæ apparet in terra,quemadmodũ dicit & Iob, Sicut vmbra dies Iob 8.
nostri super terrã.Et alibi,Omnes morimur,& quasi aqua dilabimur in terrã [SED & frustra cõtur- 2.Re. 14
batur] id est,vltra hoc ꝙ tam breuis est vita præsens,ipse homo turbatur & anxiatur vbi non debe-
C ret anxiari aut turbari,videlicet pro tẽporalibus congregandis seu perditis, & ita solicitudinibus se-
culi implicatur,quasi nũquã relicturus esset hoc seculũ.Ideo sequitur. ¶ (9) THESAVRIZAT]
id est,temporales diuitias congregat [ET ignorat cui congregabit ea] Nam cum mors incerta sit,nõ
potest scire an ipse diu vtetur diuitiis suis.Et simili modo ignorat, an filii sui seu alii, quibus propo-
nit bona sua relinquere,diu eas possidebunt.Hæc ergo thesaurizatio vana est. Vnde hoc modo the- Luc.12.
saurizanti,& in diuitiis suis delitiari proponenti atque dicenti illud,Anima habes multa bona repo-
sita in annos plurimos,requiesce,comede,bibe, epulare. Dixit deus,Stulte, hac nocte repetunt ani- Baruc. 9.
mam tuam à te,quę autem parasti,cuius erunt?Hinc quoq; ait alia scriptura, Vbi sunt principes gen
tium,& qui dominantur super bestias terræ,qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant &
aurum in quo confidunt homines,& non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt,& ad infe-
ros descenderunt,& alii in loco eorũ surrexerunt.Est tamen alia thesaurizatio bona, de qua ait salua Luc. 12.
tor, Facite vobis saeculos qui non veterascunt,thesaurum,non deficientem in cœlo.De cuius thesau Esa.33.
rizationis possessione ac fructu apud Esa.scriptum est,Diuitiæ salutis sapientia & scientia,timor do
mini ipse thesaurus eius. ¶ (10) ET nunc est expectatio mea, nonne dominus?] Ecce hic ostendit
exauditam esse precem quam superius fudit ad dominũ,dicens,Notum fac mihi domine finem meũ, Matth.6.
id est,finale bonũ quod vltimate ac summe appetere debeo.Ait ergo, Et nunc, hoc est, dum alii sibi
D thesaurizant in terra,vbi erugo & tinea demolitur,& fures effodiunt & furantur,quæ est expectatio
mea,id est,quę est res à me finaliter expectata & summe optata?Et respondet,Nonne dominus?q.d.
Vtique ipsemet deus gloriosus & sanctus est quem finaliter expecto , atque ad quem omnia ordino.
Deus enim est omne bonum nostrũ,& ipse est omnia nostra,& vnũ (quod est ipse) est necessarium. Luc.10.
Propterea ab Esaia dicitur,Dominus iudex noster,dominus legifer noster, dominus rex noster ipse Esa. 33.
saluabit nos [ET substantia mea apud te est.] Substantia interdũ pro diuitiis seu possessione accipi-
tur,quemadmodũ de patre filii prodigi scribitur,Diuisit illis substantiã.Sanctorũ autem diuitiæ sunt Luc.15.
opera virtuosa,charitasq; & gratia & alia spiritus sancti dona. Hæ vero diuitiæ sunt apud deũ, quo-
niam placent ei,& remunerationẽ ab eo recipiunt: iuxta illud Ieremiæ, Quiescat vox tua à ploratu, Iere. 31.
quia est merces operi tuo.De his ergo diuitiis ait,substantia mea,id est, interiores meæ diuitiæ, scili-
cet merita & præmia apud te est,id est,in beneplacito tuæ memoriæ . Superius vero dum dixit, sub-
stantia mea,tanquam nihilũ ante te,sumpsit substantiã pro essentia vel pro exterioribus bonis. Pos-
set autem & nunc pro essentia accipi.Dicuntur nanque esse apud deum quæ in deo sunt , sicut de fi- Iohan. 1.
lio dicitur,Verbum erat apud deum.i.in deo,secundum ꝙ filius loquens ad patrem testatur, Tu pa- Iohan.17
ter in me,& ego in te.Et hoc modo substantia nostra, imo cuncta creata sunt apud deum , quoniam
omnia in ipso sunt.Quod factũ est,id est,omne quod non est deus, videlicet omnis creatura in ipso Iohan . 1.
vita erat,Omnia nanq; viuunt deo,& omnia sunt in eo vitaliter.Propter quod dicit Apost.Ex ipso, Roma.11.

& per ipsum,& in ipso sunt omnia. ℭ(11) A B omnibus iniquitatibus meis erue me] indulgẽtiam E
dando,& gratiam infundendo [O P P R O B R I V M insipienti dedisti me] id est, ab indoctis,diuina &
æterna non contẽplantibus,me derideri permisisti propter iustitiam,qua tibi soli adhæsi. Deridetur
Iob.12. enim iusti simplicitas. Et Salomon dicit, Ambulans recto itinere, & timens deum, despicitur ab eo,
Prou.14. qui infami graditur via. Vnde alio loco scriptum est, Ezechiel erit portẽtum vestrum. ℭ(12) O B-
Ezec. 24 M V T V I,&] pro id est [N O N aperui os meum] cum sustinerẽ aduersa [Q V O N I A M tu fecisti] hoc
est,aduersa mihi inferri permisisti,vel præcepisti,vlciscendo culpam meã, per pœnas tẽporales. Sic
& nos facere debemus dum improperia toleramus,ascribentes hæc nostris excessibus,& submitten-
Eccle. 22 tes nos diuino iudicio. Quam enim salubre sit hoc,ostẽditur in Eccles. vbi sic legitur, Quis dabit ori
meo custodiam,& super labia mea signaculũ certum,vt non cadã ab ipsis, & lingua mea me perdat?
[A M O V E à me plagas tuas] hoc est,rigorem vindictæ tuæ,qua me castigas,mitiga,aufer,ignosce,&
non secundũ exigentiam vitiorũ meorum facias mihi,nec potestati inimicorum meorum me tradas.
2. Cor. 2. Vnde & Paulus ter rogauit dominum,vt auferret à se stimulũ carnis,qui vtiq; habuit in eo rationem
Dan. 9. plagæ seu pœnæ,nõ culpæ. Et Daniel orauit,Exaudi domine,placare domine, auertatur obsecro ira
Iob. 13. tua. Et sanctus Iob ait,Manũ tuam longe fac à me,& formido tua non me terreat . Itaque,dñe amo-
ue à me plagas tuas. Quod ideo oro,Nam ℭ(13) A F O R T I T V D I N E manus tuæ ego defeci in
increpationibus ] hoc est,à potentia vltionis tuæ,qua me flagellasti,succubui, non potens sufferre F
increpationes tam duras,quoniã tentor & crucior supra vires. Non tamen ô domine arguo te,quo-
niam iuste hæc patior propter peccata mea,ideo subditur [P R O P T E R iniquitatẽ corripuisti homi-
1. Cor. 10 nem] peccatorem. Sed videtur hoc obuiare,quod ait Apostolus , Fidelis deus, qui non patietur vos
tentari supra id quod potestis. Et respondendum,quod deus nõ sinit nos tẽtari supra id quod pos-
sumus pati per gratiam. Et ergo qui ad gratiam eius non confugiunt,diuinam inuocando auxilium ,
Matth. 6. superantur : qui vero ad ipsum confugiunt dicentes , Et ne nos inducas in tentationem , non vin-
cuntur. Dum ergo afflicto atque tentato apparet , quod vltra vires tentetur , ac succumbere debeat,
si tunc clamat ad dominum,dicens, Amoue à me plagas tuas, tunc dominus adiuuat eum , nec sinit
Roma. 8. eum vltra vires affligi , quia inspirat ei affectum orandi . Quid enim oremus sicut oportet , nesci-
mus:sed ipse spiritus postulat pro nobis,id est,postulantes nos facit. Hæc vero inspiratio spiritus san
cti est primũ adiutorium dei,ad quod sequitur aliud adiutoriũ,quod est effectus seu meritum oratio-
nis. Denique cõstat ex his ꝙ interdũ orare potest homo deuotus pro mitigatione vel ablatione ad-
uersitatum & afflictionũ,quas patitur,siue sint naturales,siue ex dispositione diuina, & in hoc quili-
bet agat secundũ ꝙ se posse ferre cognoscit. Imperfecti enim tantũ ferre non valent,quantum perfe-
1. Cor. 12 cti,quibus cum Paulo dicitur, Virtus in infirmitate perficitur [E T tabescere fecisti sicut araneam ani G
mam eius] Aranea est animal rapax & nocens, de facili tamen lædi occidique potest. Est igitur sen-
sus,sicut aranea facile infirmatur & læditur,sic per flagella tuę iustitiæ tabescere fecisti,hoc est,humi
Iob. 16. liasti & afflixisti ac deiecisti animã hominis seu hominem ipsum. Vnde & sanctus Iob flagella exper-
Iere. 46. tus,atque eorũ rigore oppressus ait,Ego quondam ille opulentus repente cõtritus sum. Et Ieremias
taliter tabefactus clamat, Væ mihi misero,quia dominus addidit dolorẽ dolori meo : laboraui in ge-
mitu meo,& requiẽ non inueni. Ideoq́ue iterum clamauit,O mucro domini,vsquequo non quiescis?
Iere. 47. [V E R V N T A M E N vane conturbatur omnis homo] id est , quamuis tanta sit instabilitas ac miseria
vitæ præsentis (vt dictum est) adhuc omnis homo,id est,pene omnes:vel,omnes,id est, aliqui de o-
mni conditione seu genere hominum,conturbatur solicitudine temporaliũ & curis seculi,vane .i. su-
Esaiæ. 1. perflue. Secundum hunc sensum apud Esa. habetur, Omnes diligunt munera, sequuntur retributio-
nes. Et alibi,A minori vsque ad maiorem,omnes auaritię student. Sed ne ego tam vane conturber .
Ierem. 6. ℭ(14) E X A V D I orationem meã domine] qua veniã quero [E T deprecationẽ meam] qua gratiã
peto [A V R I B V S percipe lachrymas meas] .i. clementer ac diligẽter aduerte affectum animę meæ,
ex quo lachrymæ profluunt:sed & ipsas lachrymas respice propter fontem,ex quo manant , quoniã
lachrymæ sunt signa affectus,& vim orationis participant,etiam si nec desiderium cordis nec oratio
oris directe & immediate ad dominũ dirigantur: sed loquatur homo cum seipso,& intra se lugeat ex
remorsu conscientiæ,vel ex desiderio patrię:sicut scriptum est,Loquar in tribulatione spũs mei, con
Iob. 7. fabulabor cum amaritudine animę meæ. ℭ(15) N E sileas] id est,ne ab effectu orationis quiescas,ne H
Psal. 34 à pia inspiratione ab interna respõsione taceas:sed dic animæ meæ,Salus tua ego sum [Q V O N I A M
aduena ego sum apud te] hoc est,viator & de exilio ad patriam veniens. Alia litera habet, quoniam
incola ego sum,id est,de potestate inimici translatus in regnum Christi,& de statu damnationis posi
tus in statu salutis:sicq́ue factus sum ecclesiæ incola, qui aliquando eram diaboli verna, & seruus pec
Col. 1. cati. Vnde & apost. ait, Gratias agimus deo & patri,qui nos transtulit in regnum filii dilectionis suæ
[E T peregrinus sicut omnes patres mei] hoc est , sicut omnes sancti defuncti erant in hoc mundo
peregrini non habentes hic locum manentem,aut patriam finaliter concupitã:sic & ego peregrinus
Hebræ. sum coram te,quoniam aliam vitã & patriam credo,spero,imo & quęro. Propterea ait Apost. Expe
10. 11. ctabat Abraham fundamenta habentem ciuitatem,cuius artifex & cõditor deus. Et de omnibus an-
Ibidem. tiquis sanctis loquens idem apost. Iuxta fidem (inquit) defuncti sunt hi omnes, non acceptis repro-
missionibus,sed à longe eas aspicientes,& salutantes & confitentes, quia peregrini & hospites sunt
super terram. Qui enim hæc dicunt,significant se patriam inquirere. Hinc quoque sanctiss. patriar-
Gen. 47 cha Iacob interrogatus à pharaone. Quot sunt dies vitæ tuæ? Respondit, Dies peregrinationis vitæ
meæ super terram. 130. annorum sunt parui & mali:& nõ peruenerunt vsque ad dies patrum meo-
rum,quibus peregrinati sunt super terram. Ecce quomodo omnes sancti antiqui se peregrinos agno-

A uerunt,& nos ergo hunc mundum,& omnia quæ ad eum pertinent cõtemnamus, & ad patriã illam Ephe.2.
cœlestem,sicut prudentes peregrini properemus, omni ornatu mundi & gaudio abiecto. Veruntamen obuiare videtur prędictis,quod ait apost.Iam non estis hospites & aduenæ , sed estis ciues sanctorum.Et respondendum,quod apost.dicit hoc ad distinguendum fideles ab infidelibus, qui omnino extranei sunt à deo.Dicitur ergo aliquis aduena & peregrinus seu hospes dupliciter. Primo quia inhabitat per spem & fidem,nondũ per rem & speciem, & hoc modo omnes viatores sunt peregrini & aduenæ,secũdum illud Apostoli,Dum sumus in hoc corpore,peregrinamur à domino. Per fi- 2.Cor.5.
dem enim ambulamus,non per speciem . Secundo dicitur aliquis peregrinus & aduena , quasi non pertinens ad locum in quo est,& ad quem merito tenderet. Sicque infideles & mali quorum conuersatio non est in cœlis,sunt peregrini. ℭ(16) REMITTE mihi] ô domine omne peccatũ & debitam pœnam [VT refrigerer] id est,quatenus in misericordia tua respirem,& anxietatem conscientiæ temperem, ac dolorem in me renouatum, per consolationem spiritusſ. depellam [PRIVSQVAM abeam] id est,antequam moriar,[ET amplius non ero] id est, post mortem in statu promerendi nõ remanebo,nec ad statum huius mundi redibo.Si habes ergo ô homo aliquem singularem amicũ periculose conuersantem,ante mortem ora pro eo,imo omnibus quibus speciali iure astringeris, subueni quantum vales,priusquam abeat.Potes enim ante mortem gratiam ei impetrare , non autem post
B mortem.Idcirco quanto maius est animam eripere de pœnis inferni, quàm de pœnis purgatorij,tanto quodammodo maius est peccatori in hac vita gratiam conuersionis acquirere , quàm defuncto in purgatorio existenti veniam remissionis procurare.Ecce quàm admiranda atque præclara est virtus psalmi istius.Studeamus igitur documenta eius implere,transitoria transilire , cœlestia ardenter appetere,& psalmum ipsum cum omni deuotione decantare.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XXXIX.

### EXPOSITIO Tituli.

HVius denique psalmi iste est titulus,In finem psalmus Dauid.i. Psalmus iste qui est psalmus Dauid sicut authoris,dirigit nos in finem,id est, in Christum , de quo psalmus iste ad literã loquitur,quia apost.ad Heb.magnam partem huius psalmi allegat de Christo prædictam , Hebr.10.
& in Christo impletam,sicut patebit.Doctores ergo catholici exponunt hunc psal.de toto Christo, scilicet de capite & membris,ita vt quædam conueniant Christo,quædam ecclesiæ. Veruntamen satagendum est,vt quantum fieri potest,totus hic psal.exponatur de Christo,& totus de ecclesia.Christus ergo vt homo ad ædificationem ecclesiæ ait.

C

### PRECATIO.

*Deus infinitæ misericordiæ manum tuam porrige lapsis,& educ nos de lacu miseriæ & de luto fecis: ut per te directis greßibus nostris hymnum tibi laudis & placationis incessabili uoce persoluamus.*

ℭEXPOSITIO Psalmi iuxta sensum literalem.

(1) EXPECTANS expectaui dominum] id est,sperans speraui in domino deo vero & viuo. Cum enim spes diffiniatur,ꝙ sit certa expectatio futuræ beatitudinis,constat ꝙ idem sit dominum expectare,& in ipso sperare. Quomodo vero conueniat Christo spes,sæpe ostensum est.Christus itaque expectauit dominũ dum pateretur,dum pendebat in ligno,dum orauit, quatenus à mortuis suscitaretur, & in corpore glorificaretur. Propter quod ait, Nunc anima mea turbata est.Et quid dicam?Pater saluifica me ex hac hora [ET intendit mihi] id Iohan.12
est,respexit & diligenter aduertit desiderium spei meæ, & expectationẽ meam longanimem. ℭ(2) ET exaudiuit preces meas] Nam quicquid Christus absolute & deliberata ratione orauit,obtinuit [ET reduxit me de lacu miserię] id est,de limbo inferni eduxit animam meam. Vel,de lacu miseriæ,id est,de valle lachrymarum seu mundo hoc miseriis pleno, eduxit me in die re-
D surrectionis & ascensionis [ET de luto fecis] hoc est,de sepulchro eduxit corpus meum,& à putrefactione illud eripuit,ne corruptionem videret. ℭ(3) ET statuit supra petram pedes meos] id est, supra omnipotentem ac diuinam suam virtutem collocauit me ab omni aduersitate me defendendo, & impassibilitatem corpori meo in resurrectione præstando,meque immobiliter in seipso firmãdo. [ET direxit gressus meos] id est,omnes operationes meas ordinauit , & animam meam de corpore exeuntem,de limbo redeuntem,ad cœlos ascendentẽ direxit recto itinere. ℭ(4) ET immisit in os Ioan.20.
meum canticũ nouum] Christus enim euangelicã legem edocuit,nouum testamentum fundauit, post Ibidem.
resurrectionem suã inaudita atque recentia gaudia intra se habuit, & aliis intimauit , sicut cum dixit, Luc.24
Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum.Et, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis . Et, Ego mittam promissum patris mei in vos [CARMEN deo nostro] id est,canticum nouum quod dominus misit in os meum,est carmen, id est, laus deo nostro,id est,ad honorem ac gloriam dei. Vnde Christus dixit,Si ego glorifico meipsum,gloria mea nihil est. Christus enim vt homo, omnia sua ad Iohan. 8.
dei honorem finaliter retulit. ℭ(5) VIDEBVNT multi] id est,omnes ad fidem conuersi,oculo fidei cernent mysterium meæ incarnationis,passionis, & resurrectionis [ET timebũt] me,ne mihi in- Prou.29.
grati sint & condemnentur à me,timebunt non hominem: quia scriptum est, Qui timet hominẽ,cito Mat.10.
corruet,sed time eum qui potestatẽ habet & corpus & animã perdere in gehennam ignis [ET sperabunt in domino] deo patre æterno,qui proprio filio non pepercit,sed pro omnibus tradidit illum: Roma.8.

Hoc credendo fideles sperant in domino. Si enim consideremus quæ, qualia, & quāta deus pater fi- E
lium suum dilectū pro nobis assumere, operari ac pati voluit, desperare nō possumus: sed certissime
1.Pet.5. confidimus, quoniam ipsi cura est de nobis, nec vult perire peccatorem, sed magis vt conuertatur &
Ezec. 18. viuat, quemadmodū scriptura testatur, Non vult deus perire animam sed retractat, cogitans ne peni
2.Re.14. tus pereat qui abiectus est. Sperabunt ergo in domino, & hoc valde salubre est, qm̄ ¶ (6) BEATVS vir, cuius est nomen domini spes eius] hoc est, felix est homo cui ipse dominus est obiectum &
causa spei, ita vt in domino, non in rebus vanis confidit, nec aliud finaliter sperat nisi dominum [ET
non respexit in vanitates] id est, rebus caducis, transitoriis atque carnalibus non intendit, neq; inhæ-
sit [ET insanias falsas] id est, fallaces doctrinas, irrationabiles motus, falsos deos non est secutus ne-
que intuitus, sed totū suum affectū in deo finaliter fixit, & in ipso omnia bona inuenit, habet ac pos-
Luc. 10. sidet, sciens verum esse quod veritas asserit, vnum est necessariū: perpendens quoque quod per Iere
Ierem. 2. miam dominus ait peruersis Iudæis, Quid iniquitatis inuenerunt in me patres vestri, quia dereliquerunt me, & abierūt post vanitates, & vani facti sunt? Deinde Christus vt homo ait, ¶ (7) MVLTA
fecisti tu dn̄e deus meus mirabilia tua] in me & per me. Deus enim per Christū hominem omnia mi
racula fecit, & in ipso mirabilia maxima egit, coniungendo naturā humanam personę verbi, ipsamq;
animam Christi beatifica fruitione felicitans à primo suæ creationis instanti, & alia multa superna-
turalia in ipso egit. Natura autem Christi humana erat diuinitatis sibi vnitæ instrumentum coniun- F
ctum, animatum, ac proprium. Actio vero instrumenti magis est ascribenda principali agenti quàm
Iohan.14 instrumento, idcirco Christus vt homo deo attribuit mirabilia, quæ ipse diuina virtute effecit. Vnde
Iohan. 3. Dionysius operationem Christi appellat theandricham, id est, dei virilem. Propter quod Christus
ait, Pater in me manens, ipse facit opera. Et item, Non potest filius à se quicquam facere, nisi quod vi
derit patrē facientem. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, [ET cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi] hoc est, nulla mens creata comparari potest in profunditate
cogitationum, in præscientia futurorum, in immensitate sapientiæ, aut in plenitudine misericordiæ
menti diuinæ. Quæ autem sunt cogitationes dei, quibus assimilari nullus potest, nisi imperscrutabi-
lis altitudo diuini consiliū, quo deus in seipso inuenit modū saluandi genus humanū, ita vt nec dero-
Zach. 6 garetur iustitiæ, satisque fieret misericordiæ? De his enim cogitationibus per Zachariam dominus di
Esa.53. cit, Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et alio in loco, Nō enim cogitationes meæ, co
gitationes vestræ dicit dominus, Quia sicut exaltātur cœli à terra, sic exaltatæ sunt cogitationes meæ
Sap.9. à cogitationibus vestris. Et Sapiens, Quis hominū poterit scire dei consilium, aut quis poterit cogi-
tare quid velis deus? Porro quæ sequuntur, de Christo ab omnibus exponuntur. ¶ (8) ANNVNTIAVI & locutus sum] Christus enim primo per patriarchas & prophetas, deinde per seipsum do G
cuit homines mirabilia dei, & per seipsum atque apostolos vniuerso mundo proposuit euangelicam
Esaiæ. 2. legem. Vnde post resurrectionem Christus dixit apost. Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria,
Act.1. & vsq; ad fines terræ. Quod ergo nūc Christus ait, Annuntiaui & loquutus sum, hoc de ipso Esaias
prædixit, Docebit (inquiens) nos de viis suis, & ambulabimus in semitis eius [MVLTIPLICATI
sunt super numerum] qui per annuntiationem seu prædicationē mei ac ministrorū meorū ad fidem
2.Tim.3. conuersi sunt. Quanuis enim non sit omnium fides, & pauci dicantur electi cōparatione vocatorū,
Mat.21. absolute tamen loquēdo valde multi sunt electi, sicut inferius legitur, Dinumerabo eos, & super are-
Psal.138. nam multiplicabuntur. Et legitur in Apocalypsi de electis, Vidi turbam magnā, quam dinumerare
Apoc.7. nemo poterat. ¶ (9) SACRIFICIVM & oblationē noluisti.]. Hic Christus ostendit veteris le-
gis & sacrificiorum eius cessationem, & nouæ legis ac sacrificii eius institutionem, promulgationem,
ac perpetuationem. Sacrificia enim veteris legis ad tempus bona & licita erant: sed quoniā figurati-
ua erant Christi, & immolationis eius in cruce quemadmodū de agno paschali præcipue patet, idcir
co veritate exhibita, id est, Christo per apostolos hominibus nuntiato cessare debebant. Volens ita-
que Christus significare insufficientiam sacrificiorū legalium & necessitatem immolationis suæ, ait,
Sacrificium & oblationem veteris testamenti noluisti, quia in se gratiā non continebant, nec pecca-
ta auferre valebant, neque per se accepta & meritoria erant, sed ex offerentium deuotione dūtaxat.
Quanuis ergo deus sacrificia legalia ad tempus placita habuit; finaliter tamen & perpetuo sibi non
placuerunt, quoniam Christo veniente & agnito cessare cœperunt. Hanc autem scripturam allegat H
Hebr.10. Apost. de Christo ad Hebræos, dicens, Impossibile est sanguine hircorum & vitulorū auferri pecca-
ta. Ideo ingrediens mundū vnigenitus scilicet dei per carnem assumptā, dicit, Hostiam & oblationē
noluisti, corpus autem aptasti mihi. Et magnā verborū sequentiū partem inducit Apostolus in Chri
sto impletam, quanuis in verbis sit quædam diuersitas: quoniā Christus atque apostoli interdum ma
gis allegant sensum prophetarū, quàm verba. Porro secundum hunc sensum intelligenda sunt verba
prophetarū quæ videntur passim reprobare sacrificia veteris legis, sicut est illud, Holocausta arietū
Esa.66. & adipem pinguiū nolui. Et rursus, Qui immolat bouem quasi qui interficiat virum. Qui mactat pe
cus quasi qui excerebret canem. Et alibi, Nunquid offerā domino holocaustomata? nunquid placari
Ierem.11. potest deus in millibus arietū, aut in multis millibus hircorū pinguium? Propter quod apud Ieremiā
legimus, Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ aufe
rent à te malitias tuas? Ait itaque Christus vt homo ad deū patrem, vel ad totā superbeatissimā trinī
tatem, Sacrificiū quod fiebat de brutis & auibus, & oblationē quæ fiebat de rebus inanimatis, nolui-
Philip. 2. sti, hoc est per se accepta non habuisti, nec auferre peccata poterant mundi [AVRES autem perfe-
Hebr.10. cisti mihi] hoc est, aures obedientes dedisti mihi, quoniam factus sum obediens vsque ad mortem. Et
in idem redit quod ait Apostolus, Corpus autē aptasti mihi, id est, corpus aptum passioni, & his quæ

A necessaria erant redemptioni generis humani, mihi donasti. ℂ(10) HOLOCAVSTVM] hoc est,
sacrificium quod totum cõburebatur quasi omnino incensum, quia offerebatur deo ad reuerentiam
suæ maiestatis ac bonitatis [ET pro peccato] id est, hostiam pro delicti culpa oblatam, quę media cõ Leuit. 47
burebatur & media à sacerdotibus comedebatur [NON postulasti] tanquam sufficiẽtia ac perpetuo
duratura: ad tempus tamen deus præcepit sibi talia immolari. Quocirca sciendum, ꝙ vna ratio sacri-
ficiorum legalium fuit, quatenus Iudæi per sacrificia talia deo exhibita, retraherẽtur à sacrificiis ido-
lorum: & ideo deus non dedit præcepta sacrificiorũ, nisi postquam ad idololatriam declinauerunt.
Vnde apud Ieremiam dominus ait, Non sum locutus patribus vestris, nec præcepi eis de verbo ho-
locaustomatum in die qua eieci eos de terra AEgypti. Et alibi, Nunquid hostias & sacrificiũ obtuli- Ierem. 3
stis mihi in deserto annis quadraginta domus Israel? [TVNC dixi, Ecce venio] id est, postquam co-
gnoui sacrificia legis non esse accepta, nec posse delere mundi peccata, tunc ego filius dei incarnatus
dixi deo patri, Ecce venio ad pasionẽ & immolationem meipsius in cruce, quemadmodũ ait apost.
Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem Ephe. 5.
& hostiam deo in odorem suauitatis. ℂ(11) IN capite libri scriptum est de me] Hoc tripliciter ex-
ponitur. Primo sic, In capite libri .i. in primo psalmo, qui est caput huius libri, scriptũ est de me [VT
facerem voluntatẽ tuam] hoc est, vt tibi obediam. Illic enim scriptũ est, In lege domini volũtas eius:
B & secundũ hoc primus psalmus ad literã exponendus esset de Christo. Cum autẽ Dauid hunc psal.
conscripsit, primus psal. nondũ editus fuit, quoniam Esdras creditur eum fecisse, oportet ergo secun-
dum hanc expositionẽ asserere, ꝙ Dauid in spiritu pręuidit hunc psal. ab alio cõponendum, & huic
libro per modũ prologi præponendũ. Secundo exponitur sic, In capite libri, id est, in exordio Geñ.
scriptum est de me. Ibi enim habetur, In principio, id est, in verbo, creauit deus cœlum & terram, o-
mnia nanque per ipsum creata sunt. Et vt apost. ait, In ipso condita sunt vniuersa in cœlo & in ter-
ra. Tertio sic. In capite libri, id est, in supremo libri diuinæ prædestinationis, scriptum est de me. In Coloss. 1.
diuina enim prædestinatione continetur quicquid ad salutem pertinet electorum, & quanto aliquid
magis pertinet ad hanc salutem, tanto principalius scriptũ dicitur in prædestinatione diuina. Quo-
niam ergo mysteriũ incarnationis, passionisque Christi præcipue pertinet ad liberationem huma-
nam, idcirco scriptum dicitur in capite libri, id est, in principali apice eius, vt facerem voluntatẽ tuã,
hoc est, præceptum tuũ, quod est signũ tuæ increatæ volũtatis quam nemo facere potest. Hinc enim
Christus ait, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et alibi, Descendi (inquit) de cœlo, non vt Ioh. 146
faciam voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me [DEVS meus volui] sicut tu vis [ET legẽ
tuam in medio cordis mei] hoc est, euangelicam legem in intimo cordis mei secreto retinui, sicut su-
perius dictũ est, In lege eius meditabitur die ac nocte. ℂ(12) ANNVNTIAVI iustitiã tuam] hoc
C est, præcepta atque consilia nouæ legis, in quibus consistit plenitudo iustitiæ [IN ecclesia magna] id
est, in templo quod erat Ierusalem, in quo frequenter prædicauit, quemadmodũ Malachias testatur, Malac. 3.
Statim veniet ad templũ suum dominator, quem vos quæritis. Vel, in ecclesia magna, id est, in popu
lo Christiano, quem per meipsum & meos discipulos erudiui [ECCE labia mea nõ prohibebo] nec
prohiberi permittã, quin veritatẽ annuntiem. Hoc est, quod Christus asseruit, Ego in hoc natus sum, Iohan. 18
& ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeã veritati [DOMINE] pater [TV scisti] hoc est,
ab æterno me sic facturum præcognouisti. ℂ(13) IVSTITIAM tuã non abscõdi in corde meo]
Sed sicut prędictum est annuntiaui eã in ecclesia magna [VERITATEM tuam] hoc est, adimple-
tionem seu verificationẽ scripturarũ veteris testamenti in me [ET salutare tuum] .i. salutẽ & gratiam
quam confers per me credentibus in me dixi cunctis audire volentibus. Vnde in Euang. legitur, Gra Iohan. 1.
tia & veritas per Iesum Christũ facta est. Et Zacharias ait, Loquetur pacem gẽtibus. ℂ(14) NON Zacha. 9
abscondi misericordiam tuam] quam per me conferre dignatus es toti mundo [ET veritatem tuam]
hoc est, iudiciorũ tuorum æquitatem qua noluisti peccata mundi inulta manere [A cõsilio multo] id
est, ab ecclesia magna, sed omnibus publice annuntiaui misericordiam patris qua per me mundũ vo-
luit redimere: & iustitiam eius, qua in tantũ abhorret peccatum vt mihi filio suo dilecto non parce-
ret, sed pro omnibus morti me traderet. Vel sic, Non abscondi misericordiã tuã & veritatẽ tuã à con Roma. 8.
D silio multo, hoc est, ab Anna, Caipha, cæterisque scribis ac pharisæis, magistratibus ac sacerdotibus,
qui summo mane in die Parasceues interrogauerunt me, dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Illis Matt. 26.
enim confessus sum me esse Christũ & iudicem seculi, eisque cernentibus vẽturum in nubibus cœli, Luc. 22.
vt iudicem mundũ. Vnde apud Iohannem legitur Christus respondisse Annæ, Ego semper docui in Iohan. 18
templo & synagogis, vbi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Veruntamen his
quæ nunc de Christo dicta sunt repugnare videtur, quod apud Esaiam de ipso inducitur, Non cla- Esaię. 42
mabit, nec audietur foris vox eius. Quomodo ergo publice annuntiauit iustitiam dei? Et responden-
dum, ꝙ Propheta non intendit manifestã prædicationem à Christo auferre: nam pauloante præmi- Ibidem.
sit, Iudicium gentibus proferet: sed inordinatũ clamorem, & ideo subdit, Non erit tristis nec turbu-
lentus. ℂ(15) TV autem domine ne longe facias miserationes tuas] hoc est, misericordiæ tuæ effe-
ctus [A me] sed statim tertia die resuscita atq; glorifica me [MISERICORDIA tua & veritas tua]
id est, tuipse qui es misericors & verus, imo misericordia sempiterna & veritas increata [SEMPER
susceperunt me] hoc est preces meas semper exaudierunt. In omni enim opere dei cõueniunt & mi-
scentur misericordia & veritas eius, sicut superius dictũ est, Vniuersæ viæ domini misericordia & ve
ritas. Ideo autem oro, ne longe facias miserationes tuas à me. ℂ(16) QVONIAM circundederunt Psal. 24.
me mala, quorũ non est numerus] hoc est, innumerabiles pœnę animæ & corporis, maxime tempo-
re passionis, quando à planta pedis vsque ad verticem capitis non remansit in me sanitas, & singulæ

Esaię.1. vires animæ propriis cruciabantur doloribus [COMPREHENDERVNT me iniquitates meæ] id E
est, peccata corporis mei mystici puta ecclesiæ quæ ego accepi super me, me comprehendi fecerunt,
Esa.53. & vinculis tormentorũ ligari, quemadmodũ per Esa. dominus ait de me, Propter scelus populi mei
percussi eum [ET non potui vt viderem] pœnas mihi instantes, id est, per modum non præuidentis
seu nescientis me habui, quia non fugi sicut in expositione psalmi. 34. patuit, vbi scriptum est, Congregata sunt super me flagella, & ignoraui, plenius explanatum est. ❡ (17) MVLTIPLICATI
sunt super capillos capitis mei.] Iudæi & Gentiles in die Parasceues contra me insurgentes. Modus
loquendi est hyperbolicus ad designandũ multitudinem aduersariorum Christi [ET cor meũ dereliquit me] id est, cor ipsum corporale quod est primum viuens & vltimum moriẽs in passioue amisit
naturalem vigorem, & ab anima mea est separatũ. ❡ (18) COMPLACEAT tibi domine vt eruas
me] de manibus Iudęorum, & de limbo inferni educas animã meam, ac de sepulchro corpus meum,
sicque anima corpori reunita ab omni passibilitate eripias me [DOMINE ad adiuuandum me respice] hoc est, humanitati meæ assumptæ per diuinam tuã virtutem & gratiam in omnibus cooperare,
quatenus opera diaboli destruam, sanctosque de limbo educam, & eum illis in cœlos ascendam.

❡ (19) CONFVNDANTVR & reuereantur simul.] Hic versus cum duobus sequentibus in psalmo tricesimoquarto, quasi sub eadẽ forma verborum habetur, & ibi prolixe ac diligenter ostensum
est, quomodo tales locutiones tripliciter exponi possunt, idcirco propter tædium vitandũ ad expositionem psalmi illius lectorem remitto. ❡ (20) EXVLTENT & lætentur super te omnes quærentes te] hoc est, corde & corpore gaudeant in te, non in rebus illicitis, omnes qui te per fidem requirunt, & tibi per charitatẽ adhærent, & in te syncere confidunt [ET dicant semper, magnificetur dominus] id est, semper magnificent, & ab aliis magnificari desiderent dominũ [QVI diligunt salutare
tuum] hoc est, vitã æternam, quæ est beatitudo & salus mentis createç. Vel me Christum filium tuum:
qui sum salutare tuũ, id est, saluator, per quem & in quo saluare dignatus es genus humanũ. ❡ (21)
Luc.8. EGO autem mendicus sum] Nam Euangelista testante, Susanna & aliæ quędam mulieres à Christo
sanatæ, & ipsum sequẽtes de facultatibus suis ministrabant ei [ET pauper] Christus enim adeo pau-
Lucæ.9 per fuit, vt diceret, Filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Vnde Ieremias vehementer
Iere.14 admirans Christum in tanta paupertate venturũ, sic eum alloquitur, Quare quasi colonus venturus
es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ? Quare venturus es velut vir vagus [DOMINVS
solicitus est mei] deus singularissimã prouidentiam habuit de Christo secundũ quod homo est. Vn-
Ioh.8.16 de ipse in Euang. ait, Et non sum solus, sed ego & qui misit me pater. ❡ (22) ADIVTOR meus] id
est, cooperator humanitatis meæ [ET protector meus] id est, defensor eiusdem à malis [TV es] domine deus. In bonis enim semper cooperabatur virtꝰ diuina Christo homini, propter quod ipsemet G
Iohan.5 testatur, Non possum ego à meipso facere quicquam. Sed & ab omni malo culpæ deus præseruauit
Lucæ.4 animam Christi, sicque protexit eum, imo interdum à malis pœnæ defendit eũ, sicut dum Iudæi vo-
Iohan.10 luerunt eum præcipitare & lapidare [DEVS meus ne tardaueris] exaudire has preces. ❡ DILIGENTISSIME autem considerari opto ab omnibus quod dicam, Ecce psalmus iste in quo aliqua continentur, quę secundũ se non cõueniunt, scilicet, Cõprehenderunt me iniquitates meæ, Apostolica autoritate probatur, de Christo ad literam exponendus: saltem pro magna parte, ergo multo
amplius psalmi illi in quibus nil continetur quod Christo proprie non conueniat, de ipso exponendi sunt, quanuis nullus apostolorũ & euãgelistarũ eos de Christo alleget, ideoq; nõnulli satis superficiales sunt in expositione psalmorum, multos psalmos de Dauid vel aliis quibusdam ad literã exponentes, qui tamen propriissime atque verissime Christo conueniunt.

❡ EXPOSITIO tropologica eiusdem Psalmi de Ecclesia seu vnoquoque fideli.

QVilibet ergo fidelis Christi aduentũ spiritualem desiderans, quo quotidie venit per gratiam
in mentes fidelium, dicere potest, Expectans expectaui dominum, id est, cum interiori & cordiali affectu dei præsentiam præstolatus sum, quatenus mansionem in corde meo con-
Iohã.14. strueret: & intendit mihi, id est, oculum suæ pietatis conuertit ad me taliter expectantem. Et exaudiuit preces meas, veniendo ad me quemadmodũ amorose expectanti promisit in Euang. dicens, Pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & mansionem apud eũ faciemus: & eduxit me de lacu mise- H
riæ, id est, de corpore isto in quo habito quod est plenum miseriis, eduxit me per contemplationem,
Philip.3 & spem futurorum bonorũ, ita vt conuersatio mea incipiat esse in cœlis, & in carne viuens, non se-
Roma.8. cundum carnẽ ambulem, sed secundum spiritum, merearque audire illud apostoli, Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Qui enim in carne sunt (inquit) deo placere non possunt. Vel, de lacu mi-
Prou.18 seriæ, hoc est, de consuetudine mala, quæ est fouea profunda & misera, de qua Salo. dicit, Impius cũ
in profundum peccatorũ venerit contẽnit, eduxit me per gratiam conuersionis, & pœnitentiã salutarem. Vel de lacu miseriæ, hoc est, de inferno, in quem incidissem, & adhuc tandẽ inciderem nisi misericordia dei succurreret. Vel, de lacu miseriæ, id est, de mundo isto, de quo eduxit me auertens affe-
1.Iohã.2. ctum meũ ab amore seculi, quemadmodũ Iohan. in sua canonica monet, Nolite diligere mundũ neq;
ea quę in mundo sunt. Vnde & alibi scriptum est, Nescitis quia amicitia huius mũdi inimica est deo?
Iacob.3 Quicunque voluerit amicus huius seculi fieri, inimicus dei constituetur: & de luto fecis, hoc est, de
carnali concupiscentia seu fœtore luxuriæ animam turpissime deformantis, eduxit me, & gratiã con-
Tim.2. tulit adimplendi illud Apostoli, Sobrie & caste & pie viuamus in hoc seculo. Specialiter autẽ exponi potest hic locus de synagoga antiquorum patrum à Christo de limbo inferni liberatorum. Horũ
igitur vnusquisque deo gratias agens de aduentu regis Messiæ & propria liberatione ait, Expectans

A expectaní dominum. Affectuosissime enim antiqui sancti præstolabantur Christi aduentũ. Vnde ait Gen. 49.
Iacob, Salutare tuum expectabo domine. Et Mich. Ego, inquit, ad dominum aspiciam, & expectabo Mich. 7
deum & saluatorem meũ. Audiet me deus meus. Hinc quoque apud Esa. scriptum est, Vtinã disrum- Esa. 64
peres coelos & descenderes. Propter quod Moses dixit, Obsecro domine, mitte quem missurus es: & Exod. 4
intendit mihi, hoc est Christus filius dei descendit per incarnationem in mundum, sicut optaui. Et
exaudiuit preces meas, omnia faciendo & patiẽdo quæ de ipso scripta erant & humanæ redemptio-
ni necessaria, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis, id est, de limbo inferni, quemadmodum
Zach. alloquens Christum prophetauit, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos Zach. 9
de lacu in quo non est aqua. Et statuit supra petram pedes meos, id est, in Christi amore stabiliuit &
confirmauit dominus desideria mea, ita vt dicere possim illud Apostoli, Quis nos separabit à chari- Roma. 8.
tate Christi, & direxit gressus meos, hoc est, opera mea in sua lege disposuit secũdum quod Salomon Prou. 16.
attestatur, Cor hominis disponit viam suam, sed dei est dirigere gressus eius. Et immisit in os meum
canticum nouum. i. nouam laudem & gratiarum actionem de prædictis beneficiis suis mihi collatis,
quemadmodum dicit Apostolus, Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribula- 2. Cor. 7.
tione. Et alibi, Vetera transierunt. Quod enim antiqui in vetere testamento cum anxio desiderio & 2. Cor. 5.
B afflictione animi propter dilationẽ cantabant futurũ, hoc in euãgelica lege seu nouo testamento can
tant Christiani cum hilari grataque mente iam factum. Et ideo in Apoca. de Christo ait Iohannes, Apoc. 21.
Dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia, carmen deo nostro, hoc est, canticũ istud est car
men ad honorem & gloriam dei cantandum. Videbunt multi, id est, fide & gratia Christi illumina-
buntur, & mirabilia eius considerabunt, sicut ab Esaia prædictum est, Populus qui ambulabat in te- Esaiæ. 9.
nebris, vidit lucem magnam: & timebunt deum, ex cõsideratione eorũ quę per fidẽ agnoscunt: time-
bunt quoq; poenas inferni, & sperabunt in domino, quod per gratiam eius euadent tormenta infer-
ni, & adepturi sint gaudia coeli. Deinde ecclesia seu quilibet Christianus ait ad Christum, seu totam
Trinitatem, Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua. Multa enim & magna fuerunt Christi
miracula. Vnde in euangelio scriptum est, Virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Et iterum, Quot- Lucæ. 6.
quot tangebant fimbriam vestimenti eius sanabantur. Et Christus dixit discipulis Iohannis, Euntes Marc. 6
renunciate Iohanni quæ vidistis, Cæci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, claudi ambulañt, Matth. 11
mortui resurgunt. Et hæc mirabilia in aduentu Christi fuisse perpetrãda Esaias de Christi aduẽtu lo Esa. 29.
quens ita prædixit. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorum patebunt: tunc saliet quasi cer-
uus claudus, & lingua balborũ velociter loquetur. Hæc mirabilia Christi narrat ecclesia, quemadmo
C dum in Eccles. habetur, Nonne dñs fecit enarrare omnia mirabilia, quę confirmauit dominus omni- Eccl. 42.
potens stabilis in gloria sua? Quam desiderabilia sunt opera eius, & quis satiabitur videns gloriam
eius? Præterea ecclesia ex persona Apostolorum & prædicatorum atque doctorum ait, Annunciaui
primo Iudæis, deinde Gentilibus, & quotidie prædico cunctis fidelibus ô domine Iesu Christe vi-
tam & mirabilia tua, & locutus sum, proponendo eis doctrinam Euangelicam: multiplicati sunt su-
per numerum, qui per prædicationem meã ad fidem conuersi sunt, quoniã numerari à nobis nõ pos-
sunt, quamuis non sint simpliciter infiniti. Vnde per Mala. dñs ait, Ab ortu solis magnum est nomen Mala. 1.
meũ, quia rex magnus ego sum, dicit dñs, & nomen meũ horribile in gentibus. Hanc autẽ apostolorũ
annunciationem & fideliũ multiplicationem deus pater loquens ad Christũ filiũ suum per Esa. eui-
denter prædixit, Parũ est (inquiens) vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob. Dedi te in lucem gentiũ Esa. 49.
vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Sacrificium & oblationem, hoc est, legalia sacrificia nolui
sti, tẽpore nouæ legis, aures autem, cordis, de quibus in euang. dicitur, Qui habet aures audiendi au- Lucæ. 8.
diat, perfecisti mihi. i. perfectas dedisti mihi, ita vt prompte obedirem tibi in omnibus, sicut superius
de me testatus es, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Has au- Psalm. 17.
res populus Iudæorum non habuit, de quibus per prophetam dominus ait, Quis cæcus nisi seruus Esaię. 42.
meus? Et quis surdus nisi ad quẽ nuncios meos misi? hoc est, prophetas. Holocaustum, legale, & pro
peccato, id est, hostiã pro peccato immolatã, non postulasti, tempore euangelicæ legis. Consideran-
D dum est nanq; quod triplicia erant præcepta veteris testamẽti. s. moralia, iudicialia, & ceremonialia.
Præcepta autẽ moralia manent tẽpore nouæ legis, cum sint de lege naturali, & perficiuntur à Chri-
sto per consilia in euangelio tradita, & ad ista præcepta pertinent mandata decalogi. Præcepta vero
iudicialia, sine periculo obseruari possunt in noua lege, si ab aliquo cuius est legẽ condere, instituan-
tur. Præcepta autem ceremonialia ad quę pertinent præcepta sacrificiorũ, tempore nouæ legis, mor
tifera sunt, cũ sint solum figuralia, & ideo ea seruare, esset realiter dicere, quod Christus nondum ve-
nisset. De his præceptis intelligendum est, quod per Ezech. dominus asserit, Dedi eis præcepta non
bona, & iudicia in quibus non viuent. Et quod apostolus ad Hebr. introducit, Vmbram habens lex Ezec. 20.
futurorũ bonorum, non ipsam imaginem rerum, nunquam potest accedentes perfectos facere. Et ali Hebr. 10.
bi, Nihil, inquit, ad perfectum adduxit lex. Hanc autem legalium sacrificiorum cessationem atque Hebr. 7.
vnius veri sacrificii institutionem ac perpetuam durationem, per Malach. spiritus sanctus prædixit, Malac. 1.
ad Iudæos sic loquens, Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra.
In omni enim loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, videlicet corpus & sanguis
Christi, quod est sacrificium finale per se intentum, omnibusque sacrificiis legis succedens. De his
autem triplicibus præceptis veteris legis in prima secundæ elegantissime atque pulcherrime loqui-
tur gloriosus & sanctus doctor beatus Thomas, tunc, id est, iam tempore gratiæ quando cessant sacri
ficia legis, dixi, ego Christi vestigia sequẽs, seu ego ecclesia Christi sponsa, Ecce, domine Iesu, venio
ad fidem & gratiam tuam, & in te sperando spero saluari, nec in lege salutem constituo. Venio quo-

que vt offeram tibi meipsum diuinis obsequiis me totaliter mancipando, & propter te me quotidie E
mortificando. Quod ideo facio, quoniam, In capite libri, hoc est, in secundo versu primi psalmi scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam deus. Ibi enim dictum est, In lege domini voluntas
Psalm. 1. eius. Deus meus volui, tibi in omnibus obedire, & legem tuam, scilicet, Euangelicam legem in medio cordis mei, infixi, abscondi, ac memoriter tenui. Et istud est sacrificium tibi placens teque sum-
Esaiæ. 58 me honorans, quemadmodum ab Esa. pulchre inducitur, Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, si glorificaueris dominum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudinem terræ, dicit dominus. Et hoc est, quod in Euangel. Christus ait volentibus se cruciformi-
Lucæ. 9. ter imitari atque seipsos quotidie immolare, Qui vult (inquiens) venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, id est, in toto populo Christiano, quia in omnem terrã exiuit sonus Apostolorum, & in fines orbis terræ ver-
Psal. 18. ba eorum. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, sed publice eam prædicaui, quoniam audiui te
Luce. 9 domine, in Euang. terribiliter comminantem, Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius ho-
Actu. 3. minis erubescet, cum venerit in regno suo. Et ideo Petrus principibus sacerdotum dixit, Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus non loqui. Non ergo abscondenda est iustitia dei, id est, doctrina Christi, sed instruendus est proximus. F
Eccle. 20 Nam sapientia abscondita, & thesaurus occultus quæ vtilitas in vtroque? Vnde de ignauis & abscon
Esaiç. 50. deotibus iustitiam dei apud Esa. scriptum est, Speculatores eius cæci omnes, canes muti non valentes latrare, videntes vana & dormientes: quod contra negligentes & indoctos prælatos præcipue dicitur: veritatẽ tuam, in sacra scripturam contentam, & salutare tuum, hoc est felicitatem fidelibus in
Psal. 118. cœlo paratã, dixi, proximis. Sed quomõ nunc ait, Iustitiam tuam non abscõdi in corde meo, cum inferius dicat, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi? Et respondendum est, quod sacra doctrina est in corde meo abscõdenda, & non abscondenda. Est.n. abscondenda, ne obliuioni tradatur, aut per præsumptionem, seu iactantiam aperiatur & amittatur: sed non est abscondenda ne proximis communicetur, & infructuosa permaneat: sic enim seruus piger & nequã increpatur à do-
Mat. 25 mino, quia abscondit talentum sibi commissum in terra. Non abscondi misericordiam tuam, hoc est, beneficia tua nos clementer exhibita seu pietatem ac liberalitatem tuæ bonitatis, & veritatem tuam à consilio multo, id est, à populo Christiano consilium requirenti, qualiter possit veram beatitudinem adipisci. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me, sed tolle peccata, gratiam tribue, virtutes conserua, & consumationem felicem concede, misericordia & veritas tua semper susce-
Matth. 7. perunt me, quando perseueranter oraui. Sicut enim veritas tua in Euangelio promittit, dicens, Petite & dabitur vobis, sic misericordia tua exaudit, & præstat quicquid salubriter atque constanter rogatur. Maxime tamen exaudit deus preces totius communitatis seu multitudinis. Et ideo fiducialiter G
Mat. 17. confidendum est, generalia consilia dirigi à spiritu sancto propter id quod ait saluator, Si duo ex vobis consenserint de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: quantomagis si omnes consentiunt atque conueniunt exaudientur, & Christum in medio sui habebunt? Propterea quoque rationabile est maio-
Psalm. 33 rem esse autoritatem consilii generalis quàm alicuius quatuor doctorum. Quoniam circundederunt
Prou. 24 me mala, pœnæ & culpæ, quorum non est numerus mihi certus. Multæ enim sunt tribulationes iustorum. Et in medio laqueorum positi sumus. Et iustus septies in die cadit: & venialia nostra peccata quæ cogitando, loquendo & operando committimus vel per omissionem incurrimus, adeo multa sunt, vt numerum excedere videantur: comprehenderunt me iniquitates meæ, id est, in legem peccati me captiuum duxerunt, & iugo peccati ac seruituti diaboli subiecerunt vinculisque malitiæ liga-
Iohan. 8. uerunt. Vnde ait saluator, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: & non potui vt viderem, id est, omnia mala prædicta quibus circundatus sum, determinate, & sigillatim cognoscere non potui. Ecce quanta est miseria nostra, & quantum nos timere oportet diuinum iudicium. Quot enim in die iudicii nostri consurgent contra nos vitia iam ignorata, quæ quasi de insidiis erigent se contra nos?
1. Pet. 5. Humiliemur igitur sub potenti manu dei, dicentes sicut prædictum est, Ab occultis meis munda me H
Psalm. 18 domine, & defleamus & emendemus saltem in generali quæ in speciali deflere nequimus, studeamusque vltra debita nostra aliqua, imo & multa bona agere contra peccata ista ignota, ne dæmon ea contra nos inducat in die iudicii nostri. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, iniquitatum mearum excessus, præsertim quãtum ad venialia mala: & cor meum dereliquit me, id est, intellectus meus defecit in consideratione multitudinis peccatorũ meorum. Quoniam enim numerum & capillos capitis mei transcendunt, certũ est quod singula à corde meo pensari nõ possunt. Dicamus ergo
2. Par. 36 ex totis præcordiis cũ magna humilitate quod Manasses ille rex Iuda ait, Peccaui super numerũ arenę maris, multiplicatæ sunt iniquitates meę, & incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi: quia excitaui iram tuã statuens abominationes, & multiplicans offensiones. Et nũc flecto genua cordis mei, rogans te dñe, remitte ne simul perdas me cũ iniquitatibus meis, neq; inæternum
1. Esdr. 9. reserues mihi mala. Hinc quoque Esdras ait, Deus meus cõfundor & erubesco leuare faciẽ meam ad te, qm̃ iniquitates nostræ multiplicatę sunt super caput nostrum, & peccata nostra creuerunt vsque ad cœlum. Denique tunc cor nostrum derelinquit nos cum aufertur à nobis. Tunc vero aufertur à nobis cum vsus rationis vitiorum caligine impeditur obtenebratur aut fallitur. Propter quod Osee
Osee. 4. dicit, Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Quotiescunque ergo per impetum passionis à medio rationis abducimur, quoties peccato consensum præbemus, quoties à summo bono auersi

A ad infructuosa & vana conuertimur,& relicto vno illo quod solum necessarium est, per diuersa vagamur,toties cor nostrũ relinquit nos: & istæ sunt fornicationes cordis humani,quibus fornicatur à deo,& propter quas à deo contemnitur,sicut dominus per Ezechie. ait, Contriui cor eorum fornicans & recedens à me. Homini quoque cor tale habenti, ait alibi sermo diuinus, Noli lætari Israel quia fornicatus es à deo tuo. Omni ergo custodia custodiamus cor nostrum,maxime in diuinis, quia ex ipso vita procedit,si bene custodiatur:sin autem, tunc vtique mors ex eo procedit, sicut in Euangelio Christus ait, De corde exeunt cogitationes malæ,furta,ac cætera mala. Complaceat tibi domine vt eruas me,à malis omnibus. Ecce quàm blanda,dulcis,affectuosa,ac reuerentialis oratio, Complaceat,inquit,tibi domine,quasi dicat,Non quod ego volo, sed quod tu. Et hoc est quod in oratione dominica quotidie dicimus,Fiat voluntas tua,domine ad adiuuandum me respice , id est,ad hoc intende in me vt pie succurras mihi propter tuam clementiam,non vt me iuste abiicias propter meã malitiam.Ego autem mendicus sum:nam quotidie & indesinenter in oratione dominicã clamo, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quanuis corporalem panem hostiatim non quæro, spiritualem tamen panem, videlicet panem lachrymarum,panem salutis & gratiæ, de quo Christus affirmat,Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei: panem quoque Eucharistiæ incessanter men-
B dico,idcirco sum & pauper, id est, in spiritualibus imperfectus,& in omnibus defectuosus. Propter quod Dauid ait,Ego sum vir pauper & tenuis: dominus sollicit⁹ est mei. Ipsi enim cura est de omnibus,quanto magis de rationalibus creaturis? Propterea scriptum est, Tu domine, pater noster, redemptor noster,nos vero lutum,& fictor noster tu,& opera manuum tuarum omnes nos. Contemplandum autem quam industriosa sit ista oratio. Vocat enim se mendicũ & pauperem, quatenus misericordiam prouocet,non iustum,sicut pharisæus qui dixit , Non sum sicut cæteri hominum. Et tu igitur si misericordiam dei prouocare desideras,si copiosam à deo eleemosynam,& pinguem panem recipere cupis,si spiritualiter ditari ac satiari peroptas,fac coram deo sicut agunt mendici huius seculi coram diuitibus à quibus eleemosynam petunt. Si corpore læsi sunt,vlcerosi,hydropici,paralytici,aut simili ægritudine languidi , vestem à loco infirmitatis deponunt, indigentiam suam proclamant,se pauperes profitentur. Nos ergo vulnera animæ nostræ deo ostendamus , paupertatem nostram humiliter referemus.& opem misericordiæ dei affectuosissime inuocemus: & quãto miseriam nostram cum præcordialiori ac profundiori humilitate professi fuerimus , tanto pleniorem à deo gratiam acquiremus ¶Postremo pensandũ,quantæ excellentiæ & speciositatis sit Psalmus iste præclarus ac nobilis, in quo primum exhibetur deo gratiarum actio pro beneficiis suis , præsertim pro
C incarnatione filii sui.Secundo Christus alloquitur patrem,& declaratur legalium sacrificiorum euacuatio,& veri sacrificii,quod est Christi passio,necessitas : docetque Christus hoc deo summe placere,vt obediatur voluntati ipsius , quemadmodum Samuel protestatur, Nunquid vult dominus holocausta ac victimas,& non potius vt obediatur voci eius? Melior est enim obedientia quàm victimæ,& auscultare magis quàm offerre adipem arietum:quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare,& quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Declaratur quoque in psalmo isto institutio Ecclesiæ per prædicationem Christi. Deinde ponitur efficacissima ad deũ oratio atque humillima peccati confessio. Studeamus itaque semper cum condecenti ac debita deuotione hunc psalmum depromere. Quæ autem iam exposita non sunt ex dictis in præcedenti expositione liquent.

Luc.10. Ezech. 5. Osee.9. Prou.4. Mat.15. Matth.6. Ibidem. Iohan.4. 1.Reg.18 1. Pet 5. Esaiæ. 33 Lucæ.18. 1.Reg.15.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XL.

### EXPOSITIO Tituli.

PRæponitur denique psalmo iam declarãdo titulus talis, In finem intellectus filiis Chore. Chore qui propter suam ambitionẽ in lib. Num. perisse legitur, interpretatur Caluaria,quod est nomen loci,in quo crucifixus est Christus. Filii vero Chore spiritualiter dicuntur filii crucis, seu imitatores Christi crucifixi. Et propter hanc interpretationem fit sæpe in psalmorum titulis mentio
D de filiis Chore, Ipsi enim patris sui peccatum secuti non sunt,propter quod à Dauid in ministerium templi assumi meruerunt. Est igitur sensus tituli, Intellectus huius psalmi tendens in finem, id est, in Christum nos dirigens,attribuitur filiis Chore,id est,imitatoribus passionis Christi competit, quatenus ex prophetia & sensu huius psalmi perfectius conuertantur ad Christum , & eius passionibus conformentur. Porro quod psalmus iste ad literam de Christo loquatur, patet ex hoc quod Christus allegat scripturam huius psalmi de se prædictam in cœna nouissima dicens, Sed vt impleatur scriptura, Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me: quod secundum omnes expositores catholicos in hoc psalmo scriptum est his verbis, Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos. Christus enim interdum magis allegat sensum quam verba prophetarum . Doctores ergo communiter exponunt hunc psalmum partim de Christo, & partim de ecclesia, sicut patebit, sed satagendum est, vt quantum fieri potest totus de Christo exponatur. Decet enim Christianum libenter audire & loqui de Christo, nec vnquam fatigari in hoc ipso. Ait ergo propheta.

Num.16. Mat. 27 1. Para.15 Iohan. 13

PRECATIO.

*Quæsumus deus clementiæ, pater indulgentiæ, qui solus hominum potens es peccata relaxare, nostri deprecantium miserere, & animas tibi peccantium sanare digneris: resuscita nos de tumulis vitiorum, & in die mala libera nos propter nomen tuum.*

EXPOSITIO psalmi literalis. E

BEATVS qui intelligit super egenum & pauperem] hoc est, ipse Christus qui
pio intellectu respexit, & misericorditer considerauit genus humanũ damna-
tioni obnoxium propter originale pc̃m̃, est beatus. Nã inquãtum est deus, est
essentialiter beatus, sed inquantũ homo, fuit beatus in anima à primo instanti
conceptionis suæ in virgine matre. Pie.n. intellexit Christus super egenum &
pauperẽ hominẽ, qñ per Iere. prædixit, Ego cogito cogitationes pacis & non
Iere.29 afflictionis. Et p Zacha. Ecce ego venio & habitabo in medio tui. Et p Mich.
Zach.2 Prope est salus tua saluabo te, noli timere. Et per Esa. Ego ipse qui loquebar,
Esaiæ.52 ecce adsum. Quæ omnia in Christo iam incarnato scimus impleta, sicut & ab alio scriptũ est, Qui fe
cit stellas, hic est deus noster, & post hæc super terrã visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Deni
Baruch.3 que pie intellexit Christus super genus humanũ egenũ & pauper, qñ ipsemet in Euang. ait, Non ve-
Iohan. 3. nit filius hominis vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et rursus, Venit filius homi-
Luc.16. nis quærere & saluũ facere quod perierat. Et iterum, Animã meam pono pro ouibus meis. Piissime
Iohan.10 vero intellexit dñs Iesus super egenum & pauperem, quando passione instante dixit, Pater, si nõ po
Mat. 26. test hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et quando in cruce suspensus, clamauit, Si-
Marc.14 tio. Quid vtique nisi mundi salutem. Superpiissime autem intellexit super egenũ & pauperem, quan F
Luc.22. do pro transgressoribus, suisque crucifixoribus rogans, Pater, inquit, ignosce illis. Et vt oratio sua ex-
Iohan.19 audibilior fieret, adiunxit excusationem pro impiis, dicens, Quia nesciunt quid faciunt [IN die ma-
Luc.23. la] hoc est, in omni tempore quo persecutionem passus est Christus, & maxime crucifixionis suæ,
Lucæ.4 [LIBERABIT] & iam liberauit, [EVM dominus] deus omnipotens. Liberauit enim eum quando
Iohan.10 Iudæi volebant eum præcipitare & lapidare, & quanuis interdum permisit eum cõtumelias pati, &
tandẽ occidi, semper tamen liberauit eum, qm̃ Christus semper per patientiam vicit, & sibi coronam
accidentalis præmii totique mundo coronã essentialis præmii meruit. In passione quoque liberauit
eum quantũ ad hoc quod passio illa fuit finis totius passibilitatis persecutionisque suæ. Quæ autem
sequuntur magis prophetando & congaudendo quã orando dicuntur. (2) DOMINVS conser-
uet eum] Deus enim pater præseruauit Christũ hominem ab omni malo culpæ, quia præuenit eum
Psal. 20. in benedictionibus dulcedinis, & confirmauit animã eius in bono à principio suæ creationis, sed &
à malis pœnę præseruauit eum, quo ad hoc quod pœnæ illæ nõ ei nocuerunt spiritaliter, sed profue-
runt, [ET viuificet eum] id est, à mortuis tertia die eum resuscitet [ET beatum faciat eum in terra]
hoc est, beatitudinem eius manifestet hominibus per prædicationem atque miracula Apostolorum
Esaię.52. & aliorum sanctorum, quemadmodum deus per Esaiam de Christo loquens, testatus est, Ecce intel-
liget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Super ipsum continebunt reges
Zach.9 os suum. Vnde & alibi de Christo inducitur, Potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus G
Dan.7. vsque ad fines terræ. Et Daniel ait, Aspiciebam, & ecce filius hominis veniebat, & vsque ad antiquũ
dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ
seruient ei. Hoc modo sciens beatissima virgo & mater beatificandum in terra Christum, seque à cre
Lucæ.1. dituris in filium suum beatificandam, prophetice cecinit, Beatam, inquiens, me dicent omnes gene-
rationes. Vel sic, beatum faciat eum in terra, id est, gloriosum faciat Christũ in corpore & super cœ-
los eleuet ipsum, sicque in terra viuentium beatificet eum beatitudine accidentali, quæ cõsistit in re-
bus creatis ad deum relatis, videlicet in bono vsu earum secũdum quod vna creatura alteri domina-
tur, vel in ea lætatur aut ea perutitur [ET non tradat eum in animam inimicorum eius] hoc est, deus
pater non derelinquat Christum finaliter in potestate Iudæorum, nec eorum voluntati subiiciat eũ.
Iohan.10 Hoc Christus in se impletum ostendit, dum ait, Potestatem habeo ponendi animã meã, & potestatẽ
Ibidem. habeo iterũ sumendi eam. Et denuo, Nemo, inquit, tollit animã meam à me, sed ego pono eã, & iterũ
Esaię.53. sumo eam. Propter quod Esa. de eo inquit, Oblatus est quia ipse voluit. Et hoc clarissime patet ex eo
Iohan.18 quod apud Iohan. dicitur, Interrogauit Iesus Iudæos, dicens, Quem quæritis? Responderunt, Iesum
Nazarenũ. Dixit eis Iesus, Ego sum, Vt ergo dixit, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in ter-
Rom.8. ram. Quomõ ergo ait apostolus, Proprio filio suo nõ pepercit deus, sed pro omnibus tradidit illũ? Et H
respondendũ, quod deus pater tradidit illũ ita vt permisit eum à malignis occidi, non autẽ quod ipsi
maligni aliquid possint inferre tormenti Christo inuito, sed Christus sponte tradidit se in mortem,
Esa.35. quemadmodum Esaias ait, Tradidit in mortem animam suam. Et ad Galatas Apostolus asserit, In
Galat. 2 fide viuo filii dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Aliter ergo tradidit Christum Iu-
das, & aliter pater. (3) DOMINVS opem ferat illi super lectum doloris eius] Lectus doloris
Lucę. 9. Christi fuit patibulum crucis, in quo tamen non habuit puluinar super quod caput lassum & spinis
confixum paululum repausaret. Super hunc lectulum contulit deus opem Christo homini, quoniam
conseruauit eum in bono, & cooperabatur ei in redemptione generis humani, & in debellatione
mortis atque diaboli. Tota nanque efficacia meriti Christi erat ex diuinitate vnita. Quanuis enim
Marc.13. Christus dixerit, Deus meus deus meus vt quid dereliquisti me? videlicet, subtrahendo inferioribus
2.Cor. 5. viribus ac patienti naturę solitã redundãtiã beatitudinis, quã in anima habuit, nõ tamen penitus erat
relictus, sed deus erat in eo mundũ reconcilians sibi secundum Apostolum [VNIVERSVM stratũ
eius] hoc est, totum patibulum crucis Christi vel potius totum Christum in cruce suspensum, vt po
natur continens pro contento [VERSASTI] id est, frequenter seu multipliciter conuertisti [IN
infirmitate eius] hoc est, in passione ipsius Christi. Versatus est enim Christus in cruce non loco,
Marc.15. sed voto, videlicet diuersis affectibus, nunc propter amaritudinem passionis, clamando, Vt quid de-

A reliquisti me?quasi inuitus pateretur. Non tamen patiebatur inuitus, sed libentissime tanquam arden
tissimus hominum amator, atque paterni honoris zelator: nunc propter desiderium humanæ salutis
dicendo, Sitio, quasi libenter pateretur: nunc quasi oblitus proprii doloris de matre solicitus fuit di- Iohan.19
cẽdo Iohãni, Ecce mater tua. ℂ (4) Ego dixi dñe miserere mei] Hæc oratio nõ cõpetit Christo, ni godem.
si pro corpore suo mystico, & in sequẽti expositione versus iste tractabitur. ℂ (5) Inimici mei]
videlicet Iudæi, persequẽtes me [Dixervnt mala mihi] hoc est, ad ignominiã & cõtumeliã meã,
quid autẽ dixerunt, cõtinuo pandit [Qvando morietur]. i. qñ occidetur iste à nobis [Et peribit no
men eius?] hoc est, quando fama atq; memoria eius penitus extinguetur? Hoc est quod Iohã. inducit
dixisse sacerdotes & pharisæos dicens, Videtis quia nihil proficimus? Ecce totus mundus abiit post Iohan.12
eum. Et rursus apud Matthæum ait scriptura, Congregati sunt principes sacerdotum & seniores po Mat.26
puli in atrium principis sacerdotum & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent.
ℂ (6) Et si ingrediebatur] Frequenter in psalmo isto sicut & alibi mutat propheta personã & nu-
merum, nunc singulariter, nunc pluraliter, nunc in tertia persona, nunc in secunda loquens. Nunc er
go singulariter loquens ait, Et si ingrediebatur inimicus meus, scilicet Iudas proditor cũ aliis aposto
lis mecũ in domum cœnaculi, & in domum Marthæ [Vt videret] id est, vt obseruaret & exploraret
B quid essem acturus [Vana loquebatur cor eius] quoniã dixit intra se, ꝙ ego nescirẽ propositũ suũ.
Vana quoque & falsa ac simulata verba dixit corde & ore, quando indignabatur Mariæ Magdal. eo Mat.26
quod fudit super caput meum alabastrum vnguenti preciosi, & dixit, Ad quid perditio hæc? Poterat Marc.14
enim hoc vnguentum venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Hoc autem dice- Iohan.13
bat, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & ea quæ mittebantur furabatur, sicut
Iohan. enarrat [Congregavit iniquitatem sibi] hoc est, Iudas accumulauit sibi peccata diuer
sa. Nam ex auaritia inuidebat, & indignabatur Mariæ Magd. proposuitque Christum vendere, & in
mortẽ hostibus suis exhibere. ℂ (7) Egrediebatvr foras] ipse Iudas à me quarta feria ante
passionem meã, intrans domum, in qua sciuit congregatum esse concilium Iudæorum aduersum me
[Et loquebatur in idipsum] id est, in toto illo concilio dixit, Quid vultis mihi dare, & ego eum vo- Mat.26
bis tradam? Hoc ipsum Euangelistę clare testãtur. Vel, egrediebatur foras in hora cœnæ, quemadmo Iohan.13
dum Ioh. testatur, dicens, Dixit Iesus Iudæ, Quod facis fac citius. Cum ergo ille accepisset buccellã,
exiuit cõtinuo. ℂ (8) Adversvm me susurrabant omnes inimici mei] videlicet, principes sacer-
dotum & magistratus templi cum vniuerso concilio qui latenter & detractorie cõsulebant inter se,
quomodo crucifigerent me [Adversvm me cogitabant mala mihi] hoc est, tormẽta multa & ma
C gna proposuerunt mihi inferre, sicut in libro Sap. habetur, Morte turpissima condemnemus eum. Sap.2.
Hæc autem Ieremias qui vaticiniis & passionibus apertissime præfigurauit Christi passionem fre- Ierem.11.
quenter prænunciauit. Ait enim in Christi persona, Tu domine demonstrasti mihi studia eorum, &
cognoui, & cogitauerunt super me consilia dicentes, Venite, mittamus lignum in panem eius. Et ali
bi, Foderunt, inquit, foueã animæ meæ. ℂ (9) Verbvm iniquũ constituerunt aduersum me]. i. Iu Ierem.18
dæi sermonẽ malignum firmiter conceperunt contra me. Quis autẽ sit sermo iste subiungit [Nvn-
qvid qui dormit non adiiciet vt resurgat?] hoc est, nunquid iste qui se dicit resurrecturũ à mortuis
veraciter resurgere poterit, cũ in morte dormierit, & in sepulchro clausus iacuerit? quasi dicant, Nõ.
Et hoc est quod à Matth. dicitur, Dixerũt principes sacerdotum ad Pilatum, Dñe recordati sumus, Mat.27.
quia seductor ille dixit, adhuc viuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum, &c.
Putabant nẽpe Iudæi Christũ ita occidere, quod nec ipse resurgeret, neque memoria eius permane-
ret, quemadmodũ Ierem. prænunciauit, dicens, Eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non Iere.11.
memoretur vltra. Et quid mirũ est, si Iudæi hęc agant? ℂ (10) Etenim homo pacis meæ, in quo
speraui]. i. Iudas discipulus meus, cui ego pacificus fui, & cui signa pacis ostendi, & ad quẽ tam chari
tatiue me habui, ac si de eius adiutorio multũ sperassem. Nã & procuratorem meũ ipsum cõstitui, &
loculos tulit [Qvi edebat panes meos] qñ sæpe mecũ comedit, & de eleemosynis mihi datis pariter
vixit, atq; in cœna duplicem panẽ de manu mea suscepit, videlicet, panẽ intinctum, per quem ostẽdi
D Iohanni, quod ipse traditor esset, & buccellã sub qua erat corpus meum, de qua à Iohan. dicitur, Et Iohan.13
post buccellam introiuit in eum satanas [Magnificavit super me supplantationem] hoc est, Ibidem.
magnifice induxit super me aduersarios meos, qui me supplantauerunt & occiderũt. Vnde & S. Iob Iob.19.
in figura Christi ait, Quem maxime diligebam aduersatus est mihi. ℂ (11) Tv autem domine mi-
serere mei] liberando me à pœnalitatibus corporis [Et resuscita me] tertio die [Et retribuam eis]
hoc est, iustam vltionem super Iudæos induxeam, excæcando corda eorũ, & manus Romanorum eos
tradendo, atque incredulos æternaliter condemnando. Vnde per Esa. Christus ait, Calcaui eos in fu Esaię.63
rore meo, & conculcaui eos in ira mea. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meę ve
nit. Et simile quiddam Iere. scribit, dicens, Tu dñe Sabaoth, qui iudicas iuste & probas renes & cor- Iere.11.
da, videam vltionem tuã ex eis Tibi enim reuelaui causam meam. ℂ (12) In hoc cognoui] ô domi
ne pater. i. experimentaliter didici, [Qvoniam voluisti me]. i. quod dilexisti me, & tibi complacui,
[Qvoniam non gaudebit inimicus meus super me] hoc est, quia populus Iudæorum aduersans
mihi & membris meis, non diu neque finaliter exultabit de me, vtpote quasi omnino extinxerit no-
men meum, & quasi non resurrexerim de sepulchro: sed cõfundentur atque dolebunt cum viderint
miracula fieri in nomine meo, & per apostolorum prædicationẽ multa milia ad fidem conuerti, sicut
iam videmus impletũ. ℂ (13) Me autem] Christum filiũ tuum dilectum [Propter innocẽtiam
suscepisti]. i. propter immaculatam ac iustam vitam meam exaudisti in precibus quas tibi iam obtuli,
& in die resurrectionis suscepisti me ad impassibilem statũ: in die quoq; ascensionis suscepisti me ad

dexterá tuã.[ET confirmaſti me in conſpectu tuo in ęternum].i.in throno gloriæ & in cœlo empy E
reo firmiter & ſine fine collocaſti me,ſicut ad Hebræos dicit Apoſt. Chriſtus eo ꝙ maneat in æter-
num,ſempiternum habet ſacerdotiũ,vnde & ſaluare poteſt in perpetuum, accedens per ſemetipſum
ad deum ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Poſtremo de omnibus his laudat Chriſtus ho
mo deũ trinum ac vnum,& ait. ℂ(14) BENEDICTVS dñs deus Iſrael].i.ab omnibus benedica-
tur,laudetur,& honoretur,deus trinitas,qui eſt deus Iſrael.i.Iacob qui dictus eſt Iſrael. Vel Iſrael.i.
populi per fidem cœleſtia contemplantis [A ſeculo & in ſeculum].i.per omne ſeculũ, & à primo ſe-
culo.ſ.à mundi principio vſque in ſeculum illud futurũ,quod nunquã finem habebit. [FIAT,fiat].i.
ita ſit,ita ſit. Replicatio verbi eſt magni affectus indicium. Ecce q̃ euidentiſsime atque pleniſsime lo
quitur pſalmus iſte de paſsione Chriſti,& quanta myſteria Chriſti Dauid cognouit,& q̃ ſpecioſa ac
fulgida eſt conſonantia huius propheticæ prænunciationis cum euangelica hiſtoria. Porro ſecũdum
eos qui diuidunt librum pſalmorũ in quinque libros partiales,hoc loco primus liber finitus eſt.

ℂEXPOSITIO tropologica eiuſdem pſalmi.

TRopologice autem exponẽdus eſt pſalmus iſte de membris Chriſti, ſeu vnoquoq; fidelium.
Ait ergo, Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem,quod dupliciter exponi poteſt, Pri-
mo ſic, Beatus qui intelligit.i.per ſpem felix eſt homo, qui Chriſtum in carne mortali quon- F
dam paſsibilem ac indigentem ſapienter cognoſcit,ita vt in ipſo duplicem contẽplatur naturam,vi-
delicet diuinam & humanam,nec propter diuinitatis inſignia negat in eo veram humanitatem, nec
propter humanitatis humilia & abiecta negat in eo veram diuinitatẽ. Et hoc eſt quod ait Saluator.
Poſtquam enim diuina ſua miracula enarraſſet,adiecit. Et beatus eſt homo qui non fuerit ſcandali-
zatus in me,tanquam diceret, Beatus eſt qui propter humanam infirmitatem & paſsionem quam vi
det in me non denegat mihi diuinitatem ineſſe. Multi quippe hæretici conſiderantes humilia & in-
digna quæ de Chriſto leguntur,abhorruerunt veram diuinitatem in ipſo fateri. Alii vero cõſideran-
tes ſublimia quæ de ipſo ſcribuntur,renuerunt aſſerere veram in eo humanitatem conſiſtere. Nos au
tem vtrunque in ipſo intelligimus,& diuina & humana Chriſto aſcribimus: ſed quid propter quid
ei conueniat prudenter penſandum eſt. Secũdo exponitur ſic, Beatus qui intelligit ſuper egenum &
pauperem,id eſt,qui membris Chriſti,videlicet indigentibus miſericordem oculum exhibet, opem
impendit,eleemoſynam ſpiritualem aut corporalem cõmunicat. Nam vt Chriſtus teſtatur quod vni
ex ſuis fit,ſibi fit. In die quoque iudicii dicturus eſt eis qui hoc modo ſuper egenum intelligunt, Eſu-
Mat.25. riui & dediſtis mihi manducare,ſitiui & dediſtis mihi potum, nudus fui & veſtiſtis me. Vnde alibi
Eſa.58. ſcriptum eſt, Frange eſurienti panem tuum,& egenos vagosque induc in domum tuam, Tunc erum
Eccle.11. pet quaſi lumen iuſtitia tua. Et alibi, Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas,& poſt multa tem-
Lucæ.11. pora inuenies eum. Atque in euangelio Chriſtus, Quod ſuper eſt (inquit) date eleemoſynam, & o- G
Iob.29. mnia munda ſunt vobis. Hinc quoque Iob de ſeipſo teſtatur dicens, Oculus fui cæco, & pes claudo.
Iob.31. Pater eram pauperum,& cauſam quam ignorabam diligentiſsime inueſtigabam. Et rurſus ait, Si co-
medi buccellam meã ſolus,& non comedit pupillus ex ea,quia ab infantia mea creuit mecum miſe-
ratio,& de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori
patuit. Si autem tam ſalubre eſt corporalem eleemoſynam atque exteriora miſericordię opera exer-
cere,quanto ſalubrius atq; ſublimius eſt ſpiritualem eleemoſynam agere,docendo ignorantẽ, incre-
pando errantẽ,conſulendo ambiguo,orando pro impio, diſciplinando peccantẽ, cõſolando mœren
Tob. 4. tem? Faciat ergo vnuſquiſque eas eleemoſynas,in quibus magis abundat, ſicut Tobias conſuluit filio
ſuo dicens, Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec à te auertatur facies dñi.
Quomodo poteris ita eſto miſericors. Itaque, Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperem,& hoc
ideo,qm̃ in die mala.i.in die tẽtationis & perſecutionis ac aduerſitatis liberauit eũ dñs ne tentatione
vincatur,ne in perſecutione per impatientiã ſuperetur,ne in aduerſis frangatur. Liberabit etiã eum
à peccatis pręteritis,& à reatu peccati,qm̃ ſicut aqua extinguit ignẽ,ita eleemoſyna extinguit pct̃m.
Dan.4. Propter quod Daniel regi Nabuchodonoſor dixit, Peccata tua eleemoſynis redime,& iniquitates tu
as miſericordiis pauperũ. Si ergo vis præſeruari à malis,eſto miſericors, condole proximis,ſuccurre H
Mat.5. egenti. Ideo enim Chriſtus ait, Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã conſequentur. Et Salomon
Prou.3. exhortatur, Miſericordia & veritas nõ te deſerãt,& inuenies gratiã corã deo & hominibus. Sed qua-
Theſſ.5. tenus ſuper ſpũaliter egenos & paupes ſpũaliter intelligamus,curemus implere illud Apoſtoli, Cor
ripite inquietos,conſolamini puſillanimes,ſuſcipite infirmos,patientes eſtote ad omnes. Dñs cõſer-
uet eũ in bono,& ſtabiliat cũ in ſemetipſo,& viuificet eũ in præſenti per gratiã,& in futuro per glo-
riam,& beatum faciat eum in terra, hoc eſt in peregrinatione huius ſeculi, in carne mortali, in ec-
cleſia militanti faciat eum beatũ in ſpe & in ſufficientia temporalium rerum,atque in cordibus pro-
ximorum ſuorum,ita vt omnes beatificent eum tanquam hominem pium deo placentem. Omnino
enim hæc concomitantur miſericordem in vita præſenti,quemadmodum ſcriptum eſt, Benefacit a-
Prou.11. nimæ ſuæ vir miſericors. Et rurſus, Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur. In terra autem vi
Prou.22. uentium,& in triumphanti eccleſia faciat eum dominus beatũ,in re,& in omnium bonorum pleniſ-
ſima poſſeſsione,& non tradat eum in animam inimicorum eius.i. ab aduerſariis ſuis non permittat
eum ſpiritualiter lædi, vinci, aut opprimi, ita vt animæ eius nil noceant inſidiæ inimici. Dominus
opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.i.in loco & tempore infirmitatis ac indigentiæ ſuæ, & ma-
xime in hora mortis,quatenus tunc miſericordiam conſequatur,quando amplius miſericordia indi-
get, vniuerſum ſtratũ verſaſti in infirmitate eius,id eſt,corpus eius,in quo anima quaſi in ſtrato iacet

A multipliciter conuertisti à grauamine ad releuamen, à dolore ad respirationem, atque interdum ab ęgritudine ad sanitatem. Vel, versasti stratum eius, id est, eum in strato iacentem consolationibus tuis internis refocillasti. Solet enim deus homines misericordes tempore infirmitatis frequẽter & pie fouere ac roborare. Ego dixi, corde & ore considerando meipsum, domine miserere mei, hoc est, misericordiæ tuę effectum mihi infunde, & quasi condolendo succurre: sana animã meam à læsione peccati, & à carentia gratiæ. Quod ideo rogo quia peccaui tibi, i. ad iniuriam tuã. O quàm affectuosa & sententiosa ac efficax est oratio huius versiculi, quã vtinam dicamus non ore tantum, sed intimo corde & pœnitentia humili. Inimici mei dixerunt mala mihi, illa videlicet quæ sequuntur: quando morietur, & peribit nomen eius? Hoc primitiua ecclesia maxime dicere potuit, quãdo omnis qui interficiebat Christianũ, arbitrabatur obsequiũ se præstare deo. Nam & Diocletianus ac alii quidam tyranni intendebant Christianum nomen omnino auferre de terra, & fidem Christi penitus eradicare. Iohan.16
Quilibet quoque Christianus persecutionẽ vsque ad mortem propter iustitiam passus, dicere potest versiculũ istum: sed & de inuisibilibus hostibus potest quilibet nostrum hic dicere. Dæmones enim quotidie inter se dicunt de nobis: quando morietur? id est, quando inducemus eum ad mortale peccatum, quod est mors animæ, & peribit nomen eius, de libro vitæ, & de memoria beatorũ ac misericor
B diæ dei, videlicet vt nobiscum æternaliter condẽnetur? Et si ingrediebatur ad me Christi ecclesiam, seu hominem iustũ aliquis insidiator, hæreticus, schismaticus aut peruersus, vt videret, quid crederẽ, sperarem, amarem, & agerem, vana loquebatur cor eius. i. dolos cogitauit, proponens aduersari fidei orthodoxæ, aut vitæ virtuosæ ac iustæ, cõgregauit iniquitatem sibi. i. ad propriã suam damnationem multiplicauit sibi peccata, varias vias nocendi excogitando. Egrediebatur foras ad maliciæ suæ fautores ac socios, & loquebatur in idipsum. i. eis exposuit quid contra me concepit. Istud dicere potest ecclesia & quilibet iustus de falsis fratribus & exploratoribus atque hypocritis aliisque peruersis, de quibus Iohannes in suo Canonica scribit, Ex nobis prodierunt, & non erant ex nobis. Nam si ex nobis fuissent, permansissent vtique nobiscum. Deinde ecclesia ait de his. Aduersum me susurrabãt, hoc est occulte & malitiose loquebantur, omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi, videlicet quomodo possent affligere me. Vnde Iohannes ait, Nolite mirari si odit vos mũdus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quia diligimus fratres. Verbum iniquum constituerunt, id est, posuerunt aduersum me dicentes, Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? hoc est, nunquid est alia vita & beatitudo sicut Christiani dicunt, in qua post hanc vitã viuent & regnabunt ipsi, quos nos modo occidimus? aut nunquid futura est resurrectio mortuorum? Hæc dicebant infideles
1.Iohã.2.
1.Iohã.3.
C contra Christianos, præsertim in primitiua ecclesia. Etenim hõ pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, hoc est, qui videbantur esse domestici fidei & filii ecclesiæ atque propinqui & proximi mei, qui sacramentum corporis Christi quandoq; cum aliis acceperunt, magnificauit super me supplantationem, hoc est, tales excitauerunt persecutionem & aduersitatem magnam aduersus me. Hoc dicit ecclesia maxime cõtra hæreticos, qui ad tempus erant in ecclesia, sed exeuntes sectas perditionis introduxerunt. Quilibet etiam qui specialem habuit ac familiarẽ amicum, si amicus ille recedit à se, & opponit se ei verbis & factis, reuelando quoque quæ tempore familiaritatis & amicitiæ in fide recepit, talis dicere potest versiculum istum. Talis vero qui ita ab amico recedit, & ei resistit ac detrahit, grauissime & plus quàm mortaliter peccat, quoniã non solum cõtra charitatem, sed etiã contra magnã charitatem atq; iustitiã directe agit, & adhuc grauius erit peccatũ, si fuerit inter eos pactum seu fœdus amicitiæ, quod sine mortali peccato solui non potest secũdum Thomã quarto Sententiarũ. Vnde scriptũ est, Qui dissoluit pactũ nunquid effugiet? Grauissime igitur peccant, qui amicis pristinis tam molesti infideles q; fiunt, & in secreto dicta propalant. Propter quod in Ecclesiast. dicitur, Qui denudat arcana amici, fidem perdit. Denudare enim amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Salomon quoque ait, Qui ambulat fraudulẽter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici cõmissum. Deinde ecclesia orat, Tu autẽ dñe miserere mei ita afflictæ, & resuscita me. i. ruinam occisorum fidelium repara per multiplicationem credentium. Vel resuscita me, à somno pecca
Ezec.17.
Eccl.27.
Prou.11.
D ti, sicut hortatur Apostolus, Surge qui dormis. Et iterũ, Tempus est iam nos de somno surgere. Vel resuscita me, resuscitatione beata in die nouissimo, quando omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: & retribuam eis, hoc est hostibus meis iustam vindictã retribuam, vel in præsenti eos excõmunicando, vel in die iudicii tecum eos diiudicando, quẽadmodum alio loco scriptum est, Iudicabũt sancti nationes. Et sicut affirmat Apost. Nescitis quia sancti de hoc mũdo iudicabunt? In hoc cognoui ô domine quoniam voluisti me, hoc est, quod à te electa sum, & tibi cõplacui, quoniam non gaudebit inimicus meus super me, id est, nec visibiles nec inuisibiles hostes mei æternaliter exultabunt de aduersitatibus meis, quanuis ad tẽpus permittas me ab eis affligi. Nam ad minus post hanc vitã cessabit eorum lætitia, & conuertetur in æternam tristitiam, sicut & mea temporalis tristitia conuertetur hac vita finita in æternam lętitiam. In die quoque iudicii, quando stabo in magna constantia aduersus eos qui me iam angustiis premunt, ipsi videntes me turbabuntur timore horribili, gementes præ angustia spiritus. Hinc enim per Esaiam dominus ait ecclesiæ electorum, Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis meæ abscondi parumper faciem meam à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Me autem propter innocentiam suscepisti, hoc est, exaudisti & approbasti. Elegit enim Christus sibi ecclesiam gloriosam, non habentem maculam neque rugam secundum Apostolum. Hanc tamen innocentiam ecclesia à Christo sortita est, nec ideo electa, quoniam innocens & immaculata: sed ideo innocens & immaculata, quia electa: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum, hoc est, in fi-
Ephe.5.
Rom.13.
1.Cor.15
Sap.3.
1.Cor.6.
Esa.54.
Ephe.5.

de roboraſti me vſque in finem ſeculi, ſicut repromittis, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus E
Mat.18. vſq; ad cōſummationē ſeculi. Et Alibi, Sponſabo te mihi in ſempiternū, & ſponſabo te mihi in fide.
Oſee.2. Non enim deficiet eccleſia deī in toto, quàmdiu durauerit generatio hominū. Poſtremo eccleſia gratias agit deo, & ait, Benedictus dominus deus Iſrael, qui verſus in præcedenti expoſitione expoſitus eſt. Ecce pſalmus iſte pulcherrimus miſericordiæ opera vehementer cōmendat, & quantæ ſint perſecutiones iuſtorum euidenter demonſtrat, aſſerens impios ſuſurrare contra innoxios. Quocirca cōſiderare vtile eſt, quid ſit ſuſurratio, & de grauitate huius peccati. Sciendum ergo quod ſuſurrator & detractor conueniunt in materia & forma loquendi: vterque enim malū de alio loquitur, & hoc occulte, ſed differunt in fine, quia detractor intendit famam alterius denigrare: ſuſurrator vero intendit inter amicos diſcordiam ſeminare, mutuamque dilectionem extinguere. Vnde in ſcriptura habetur,
Prou.26. Suſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt. Icirco ſuſurro non ſemper intendit malum de alio dicere, ſed quicquid putat poſſe concordiam amicorū deſtruere. Loquitur enim vtrique ſeorſum quod æſtimat vnicuique eorum in alio diſplicere, & ideo ſuſurro & bilinguis idem ſunt. Contumelioſus autem intendit honori alterius derogare. Ex quibus patere poteſt quod horum vitiorum ſit grauius. Peccatum enim, præſertim quod cōmittitur in proximum, dicitur quoniam nocet: quanto ergo peccatum maius nocumentū infert, tanto eſt grauius. Amicitia vero eſt maius bonum, quàm honor aut
Eccle.6 fama: iuxta illud, Amico fideli nulla eſt comparatio. Honor quoque maius bonum videtur quàm fama, propterea ſuſurratio eſt maius peccatum, quàm contumelia vel detractio. Contumelia quoque F
peior eſt detractione, & detractio eſt grauior furto, quoniam maius bonum aufert quàm furtū, videlicet bonam famam, quæ maior eſt & appetibilior exterioribus rebus: iuxta illud, Curam habe de bo-
Eccle.41 no nomine. Hoc enim plus proderit tibi, quàm mille theſauri magni & pretioſi. Furtū tamen ex genere ſuo eſt mortale peccatum, quoniam contrariatur iuſtitiæ. Si ergo furtum eſt mortale peccatum, & ſi detractio eſt grauior furto, & detractione contumelia, atque ſuſurratio peior quàm contumelia,
Eccle.21 conſtat quod mortalis atque peſtifera ſit ſuſurratio. Propter quod in Eccleſiaſtico habetur, Suſurro
Eccle.28 & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes. Et iterum, Suſurro coinquinat animam ſuam, & in omnibus odietur. & deuotatio peſſima ſuper bilinguem. Frequenter autem ſuſurratio & detractio pro eodem ſumuntur, ſicut & in pſalmo præſenti. Fugiamus ergo chariſſimi quaſi baſiliſcum & colubrum vitia iſta tam venenoſa atq; mortifera, diſcamusq; ex pſalmo iſto miſericordiam veram ac patientiam ſtabilem.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XLI.

EXPOSITIO Tituli.

Aſsignatur inſuper pſalmo nunc explanando titulus talis, In finē intellectus filiis Chore, hoc G
eſt, intellectus iſte in finem ſeu vitam æternam nos dirigens, competit filiis Chore, hoc eſt, imitatoribus Chriſti crucifixi, qui terrena deſpiciunt, cupientes diſſolui & eſſe cum Chriſto.
Philip.1. Hieronymus autem affirmat hunc pſalmum à filiis Chore, vel potius ab vno eorum cæteris excellentiore compoſitum. Vnde ipſe in tranſlatione ſua, iuxta Hebræum, talem ponit titulum, In finem intellectus doctiſsimi filiorum Chore. Auguſtinus vero qui omnes pſalmos à Dauid editos aſſerit, dicit hunc pſalmum aſſeribi filiis Chore propter ſpiritualem interpretationem, ſicut in præcedentis pſalmi tituli expoſitione oſtenſum eſt, vel quia cantabatur ab eis in templo. Loquens ergo author
Cant.2. pſalmi huius in perſona ardentis amatoris, qui dicere poteſt illud, Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, ait.

PRECATIO.

*Appareat in nobis domine uirtus tua, ne deſperando pro offenſis anima noſtra nimia abſorbeatur triſtitia: ſed tranquillitate indulgentiæ tuæ præcepta, deſideremus quotidie te deum, ſicut ceruus ad fontes aquarum.*

¶ EXPOSITIO pſalmi literalis

QVEMADMODVM deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus.] O verbum dulciſsimum, ô ſermo ignitus, ô ſcintilla ex diuino H
Deut.4 igne emiſſa, etenim deus noſter ignis eſt. Et quid dicā ego infelix & tepidus,
Apoca.3. ac per hoc euomi dignus? Verbum enim iam recitatum exhortatione eget, nō expoſitione. O vere beatus homo qui verbum iſtud veraciter de ſeipſo dicere poteſt, cuius anima à charitate vulnerata eſt, qui vniuerſum affectum ſuum in diuinitatis amore pure & immobiliter fixit, ita ꝙ cū Apoſt. dicere queat, Viuo
Gala.2. autē iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Talis autē nemo eſſe, aut fieri valet, niſi ſuipſius priuati amorem prorſus euulſerit, omneſq; animæ affectiones ſedatas ac ordinatas habuerit, totumq; vniuerſum velut nihilū ſpreuerit, quatenus ſoli dulciſsimo deo ſyncere & affectuoſiſsime inhærere, immergi, inuiſcerariq; poſsit, omnia arbitrans vt ſtercora, vt Chriſtū lucrifaciat, ac
Philip.3. deum poſsideat. Tanto enim perfectius inhæret affectus vni alicui bono, quanto minus per diuerſa diſpergitur. Ait ergo, Quemadmodū deſiderat, hoc eſt, ſicut ceruus ab inſequētibus atq; venantibus fatigatus, aquarum fluenta ardentiſsime cupit, & ad ea velociſsime currit: ita ô creator & deus ac dominus meus, anima mea huius vitæ miſeriis laſſa, tentatiōibus moleſtata, variiſq; impedimētis humanæ fragilitatis à tua contēplatione ac dilectione ſæpius impedita deſiderat ad te, hoc eſt, deſiderium ſuum extendit ad te ſummū atque incōmutabile bonum, ſumme ac vnice finaliterq; deſiderans ad te venire, deſiderans te amplecti, tua dulcedine frui, tuam pulchritudinem intueri, tibi inaucrtibiliter

A ac beatifice,intime ac proxime vniri desiderãs.Tu enim ô domine sanɫe,ô deus benediɫe, ô gloriose creator es thesaurus meus,iccirco vbi tu es,ibi est cor meum.Tu es totũ bonum meũ,& tu solus es omnia mea,cupio dissolui,cupio ingredi gaudiũ domini mei,cupio cognoscere sicut & cognit⁹ sum. Et quia in hac vita mortali nõ queo te perfeɫe diligere,incessanter laudare,clare agnoscere,atq; totaliter honorare:propterea sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum , ita desiderat anima mea ad te deus. Non vtique principaliter intuitu proprii præmii ac felicitatis,sed amore diuini honoris ac bonitatis,quatenus perfeɫe te diligam,incessabiliter laudẽ,faciẽ ad faciem videam,& integraliter venerer.Tu es enim bonũ æternũ & infinitum,in quo est omnium bonorum & pulchrorũ & desiderabilium perfeɫa possessio.Deniq; tria sunt quæ nos ad dei amorẽ inducere debẽt.Primũ est ipsamet bonitas & charitas dei,quæ sicut omnẽ bonitatem & charitatem creatã in infinitum excedit:ita præ omnibus bonis creatis in infinitũ extat desiderabilis atq; amabilis: ideoq; debemus deum in infinitum plus amare quàm nosipsos,aut aliquid bonum creatũ,seu omnia simul.Secundũ est consideratio beneficiorum dei,videlicet naturaliũ gratuitorúmq; donorum,& ad hanc vtrãq; causam referri potest quod Iohannes ait,Charissimi,diligamus deum,quoniã ipse prior dilexit nos. Tertium est consideratio promissorum dei,videlicet beatitudinis quam nobis in cælis promisit ac præparauit,quẽadmodum ipse Saluator ait,Vado parare vobis locũ,& assumã vos ad meipsum,vt vbi sum ego & vos sitis. 1.Iohã.4 1.Cor.13. Iohã.14.

B Porro desideriũ ex amore procedit.Nullus enim desiderat nisi quod amat,amor vero est tam absentiũ quàm præsentium.Nam tam viatores quàm comprehensores deũ amare dicũtur. Desiderium autem proprie sumptũ,est tantũ absentium,ideo versus iste proprie Christo nũquam conuenit,quoniam anima eius à sui principio semper deo præsentialiter fruebatur:nec comprehensoribus conuenit,nisi sumatur desiderium pro amore fastidium excludente,secundum quẽ modũ Petrus in sua Canonica ait,q̃ in Christum desiderãt angeli prospicere.In quantũ tamen Christus aliquo modo viator erat,& corporis sui glorificationem atque in cælos ascensionem optauit,sic ei versus iste cum sequentibus competere potest.Vnde & ipse in euãgelio dicit,O generatio peruersa & incredula,quãdiu apud vos ero,quamdiu patiar vos?In quo palam declarat se desiderasse reuerti ad patrẽ per corporis glorificationem,quod etiam ostendit loquẽs discipulis , Si diligeretis me,gauderetis vtiq;,quia vado ad patrem.Et iterum loquens ad patrem,Clarifica(inquit)me tu pater apud temetipsum claritate,quam habui priusquam mundus fieret. Vehementer denique desiderauit ad patrem, quando in cruce pendens & moriens dixit,Pater in manus tuas commendo spiritum meum . Amor autẽ est omnium virtutũ finis & vertex ac domina.Propter quod Moses scribit, Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit à te,nisi vt diligas eum & seruias ei in toto corde tuo & in tota anima tua? Propterea amori correspondet præmiũ essentiale in patria,scilicet visio dei. Tanto enim clarius atq; iucundius 1.Petr.1. Marci.9. Iohã.14. Iohã.17. Lucæ.23. Deut.10.

C deum videbimus,quanto nunc eius visionem ardentius desideramus,quoniam amor viæ desiderium causat.Desideriũ vero patefacit & aperit affeɫum amantis ad recipiendũ amatum: imo quid est desideriũ,nisi apertio appetitus ad receptionem dileɫi disponens ? Quàm gloriose ergo,clare ac intime deũ videbit in patria,qui nunc ad eũ ita desiderat sicut ceruus ad aquarũ irrigua . Amemus igitur & affeɫuosissime desideremus deũ sublimẽ & sanɫum patrẽ luminum , fontẽ dulcedinis,principiũ omnis decoris,in quo est pulchritudo immẽsa,felicitas infinita,pax superdulcissima, voluptuosissima vita,interminabilis sapiẽtia,omniúmq; desiderabiliũ copia sine mẽsura : & omnia ista non sunt in eo nisi simplicissimũ esse & vnitas pura,atq; supersubstantialis & superignota subsistentia.Deinde Propheta cõuertit sermonẽ ad nos,quatenus sui exẽplo ad deũ amãdũ nos prouocet,subdẽs, ¶ (2) SITIVIT ]id est,ardẽter & calida affeɫione concupiuit[ANIMA mea ad deum fontem] & omnipotentem[VIVUM]& omnis vitæ fontale principium,à quo est vita naturæ,vita gratię,& vita gloriæ. Cuius fortitudinẽ expertus Darius rex ait,A me constitutũ est vt omnes timeãt deum Danielis,quia ipse est deus viuens.Appellatúrque deus viuus ad differentiã eorum qui putãtur dii & immortales, sed corpora eorũ sunt putrefaɫa,& animæ damnatæ,videlicet Iouis,Saturni,Martis,Mercurii.Melius quoq; est vt scribatur deũ fortẽ viuũ,quàm fontẽ viuum . Nam in Hebræo habetur fortem viuũ. [QVANDO veniam]de corpore mortis huius ad impassibilem statum, de exilio isto ad regnũ,& de Dan.14.

D peregrinatione viæ huius ad patriam.[ET apparebo ante faciẽ dei] ita vt ipse mihi appareat & seipsum mihi per speciẽ manifestet?Tunc enim satiabor cũ hoc modo apparuerit gloria eius.Per faciẽ enim dei intelligẽdus est ipsemet deus,vt præsens,& agnitus. Hoc modo sitiuit anima Pauli ad deũ, qui clamat,Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Moses quoq; qui ait ad dominum,Si inueni gratiã in conspeɫu tuo,ostende mihi faciẽ tuam vt sciam te. ¶ (3) FVERVNT mihi lachrymæ meæ panes die ac noɫe] hoc est,non solũ fuit mihi consolatio,recreatio,atque refeɫio mentis ad deũ sitiẽtis,q̃ præ desiderio dei interim lachrymari & ingemiscere potui die ac noɫe, hoc est,certis tẽporibus diei ac noɫis.Spes enim quæ differtur affligit animã,similiter desideriũ cruciat ardenter amantẽ donec vniatur dileɫo.Vndę qui deũ & patriã vere ac feruide diligit,non parũ affligitur ex mora dilationis: propter quod pallor & macies sunt signa amoris . Dolor autẽ interior per exteriores lachrymas mitigatur,quia per fletũ affliɫio mẽtis, quæ ante in se clausa fuit erumpit, sicq; minuitur,præsertim quoniam cordis intentio ad plura diffunditur,& ita interior tristitia minoratur,& ergo lachrymæ panes sunt animæ gemebundæ & amorosæ,eámq; dulciter cõsolantur,abũdanter reficiũt,& in gratia dei pinguẽ efficiunt. Vnde inferius scriptũ est,Cibabis nos pane lachrymarũ.Tunc autẽ fuerunt mihi lachrymæ meæ panes[DVM dicitur mihi quotidie ] ab infidelibus & peruersis:[VBI est deus tuus?] in quo speras,& quem ita desideras? Quasi dicãt,Inanis est fides tua, & vana faɫa est spes tua.Hoc primitiua ecclesia dicere potuit,quãdo persecutores occiderũt & irri- Psal.16. Rom.7. Exod.33 Prou.13. Psal.79.

ſerunt fideles, Chriſtiq; nomen blaſphemauerũt dicẽtes, Vbi eſt Chriſtus veſter? Iuuet & liberet vos E
modo ſi poteſt. ℂ (4) HAEC] videlicet dilationem præſentiæ dei atq; irriſiones malorũ. [RE-
CORDATVS ſum, & effudi in me animã meã] id eſt, ab exteriorib⁹ & ſenſibilibus meipſum abſtra
xi, conſiderationem meam ad interiora mea conuertens, & de rebus ſalutaribus cogitans, ſicut Iere-
Thren.3. mias dicit, Bonũ eſt præſtolari cũ ſilentio ſalutare dei. Et iterũ, Sedebit ſolitarius & tacebit, quia le-
uabit ſe ſuper ſe. Itaque effudi in me animã meã, quatenus ab exterioribus & inutilibus abſolutus, di-
uinis rebus libera mente vacarẽ: quod facere nequit, qui rerũ tumultibus implicatur. Et hoc eſt quod
Eſa.30. dominus ait per Prophetam alium, Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilẽtio enim & ſpe erit
fortitudo veſtra. Ideo autem effudi animã meam in me [QVONIAM tranſibo in locum tabernaculi
admirabilis vſq; ad domum dei.] id eſt, quia ſpem habeo ꝙ hac peregrinatione completa ingrediar
domum non manufactã æternam in cælis, videlicet regnũ cæleſte, cælum empyreum, quod eſt taber
2.Cor.5. naculũ beatorũ, ac triumphantem eccleſiam, quę eſt domus dei. Vnde ait Apoſtolus, Scimus quoniã
ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædificationem habemus ex deo, domum
non manufactã æternã in cælis. Et ad Hebræos, Habentes, inquit, fiduciam in introitu ſanctorũ per
Hebr.10. ctorũ per ſanguinẽ Chriſti, accedamus cum corde vero in plenitudinem fidei, aſperſi corda à cõſciẽ
tia mala. Quod vero nũc dixit in pſalmo: tabernaculi admirabilis, cõſtrui põt diuiſim & coniũctim.
Nã & cælũ eſt locus tabernaculi, quod in ſe mirabile eſt, & hoc ipſum tabernaculũ eſt admirabilis, F
Pſal.67. hoc eſt, dei, qui ſumme mirabilis eſt, de quo infra habetur, Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Interim ve-
ro, dũ ſcilicet in hoc corpore manere cõpellor, tranſibo quotidie in locum tabernaculi huius per cõ
2.Cor.3. templationem & ſpem, ſicut ait Apoſtolus, Nos autẽ reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, &
promiſsiones cæleſtes, ſeu bona tabernaculi huius admirabilis à longe aſpiciam & ſalutabo, confite-
borq;, quoniã peregrinus & hoſpes ſum ſuper terram, atque per hoc adimplebo quod hortatur diui-
Hebr.4. nus & ſanctus Apoſt. Feſtinemus (inquiens) ingredi in illã requiem, vt non exiſtimetur aliquis ex no
bis deeſſe. Hoc modo ingrediebatur quotidie tabernaculũ illud cæleſte ſponſa, quæ ait ſponſo virgi-
Cantic.1. neo, Trahe me poſt te, curremus ſimul in odorem vnguentorũ tuorum. ℂ (5) IN voce exultatio
nis & confeſsionis ſonus epulantis.] Hoc explanatur dupliciter. Primo de viatoribus: vt ſit ſenſus, ſo
nus epulantis .i. verbum ſeu ſermo eius, qui in præſenti guſtat & experitur quàm dulcis eſt dominus,
1.Pet.2. & panem filiorum in menſa Chriſti manducat, fit in voce exultationis .i. in commemoratione iucun
Lucæ.11. da bonitatis, beneficiorum dei, & confeſsionis, hoc eſt in cõmemoratione lugubri propriæ ingratitu
Col.3. dinis & iniquitatis. Dum enim ſecundũ exhortationẽ Apoſtoli epulamur non in fermẽto veteri .i. in
obſeruantiis ceremonialibus legis, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, gloriãdo in malis, & exultã
do in rebus peſsimis, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, tunc ſimul recordari debemus diuinę bo G
nitatis & largitatis, noſtræ quoque prauitatis & peruerſitatis, ſicq; cõtemplando dei miſericordiam,
Ierem.10 prorumpet ſonus noſter in vocẽ exultationis, dicendo illud Ieremiæ, Nõ eſt ſimilis tui domine, Ma-
gnus es tu. Quis non timebit te, ô rex gẽtium. Contemplando autem noſtram miſeriam, prorumpet
Iob.13. ſonus noſter in vocem confeſsionis, dicendo illud Iob, Vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe
erit Saluator meus. Secundo exponitur ſic, Sonus epulantis .i. diuinam dulcedinem in ſuo fonte gu-
ſtantis, & deo feliciter in patria perfruentis, eſt in voce exultationis, hoc eſt exuberantiſsimæ hilari-
tis ex contemplatione diuinitatis, & confeſsionis .i. diuinæ laudationis, quemadmodũ apud Eſaiã di-
Eſa.51. citur, Gratiarũ actio inuenietur in ea & vox laudis. Cum ergo tanta ſint tibi bona promiſſa atq; pa-
rata. ℂ (6) QVARE triſtis es anima mea] ſeculari & mala ac inordinata triſtitia propter tem-
porales aduerſitates atque malitias [ET quare conturbas me.] conturbatione actum rationis impe-
diente, & ex ſuperfluarũ cogitationũ tumultu naſcente? Eſt enim quædã inordinata triſtitia, quæ in vĩ
Prou.12. ro iuſto locum non habet, ſecundum quod Salomon aſſerit, Non contriſtabit iuſtum quicquid ei ac-
Eccle.31. ciderit. Et in Eccleſiaſt. Iucũditas cordis hæc eſt vita hominis. Triſtitiã vero longe expelle à te, quo-
niã multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Et de iſta triſtitia intelligendũ eſt quod de Chri-
Eſa.42. ſto ab Eſaia inducitur, Non erit triſtis neq; turbulentus. Contra hanc triſtitiam ordinatur patientia,
Hebr.10. ſicut contra iram manſuetudo, de qua ait Apoſtolus, Patientia vobis neceſſaria eſt, vt volũtatem dei
facientes reportetis repromiſsionẽ. Hęc ergo triſtitia contemplatione & ſpe futurorũ bonorũ peni-
tus extirpanda cõſiſtit, & de ea potiſsime pſalmus nunc loquitur. Eſt autem alia quædam triſtitia bo H
na, quæ eſt actus virtutis procedens ex conſideratione propriæ imperfectionis & culpæ, vel dilatio-
ne gloriæ, ſeu ex cõtemplatione errorum ac vitiorũ quibus homines implicantur, de qua triſtitia ſcri-
Eccle.7. ptum eſt, Cor ſapientum vbi triſtitia, & cor ſtultorũ vbi lætitia. Itemq;, Per triſtitiã vultus corrigitur
animus delinquentis. Et iſta triſtitia fuit in Chriſto, quemadmodum dictum eſt ab Euangeliſta, Con
Mar.3. triſtatus eſt Ieſus ſuper cęcitate cordis eorũ. Et ipſe, Triſtis eſt (inquit) anima mea vſque ad mortem.
Matt.26. Hęc aũt triſtitia moderãda eſt, ne (vt ait Apoſtolus) abſorbeatur quis abũdantiori triſtitia. Talis enim
2.Cor.2. triſtitia quamuis in ſe bona ſit, tamen per accidens nocere poteſt propter corporalis læſionem natu-
Prou.17. ræ, ſecundum quod Salomon profitetur, Animus gaudẽs ætatẽ floridã facit, ſpiritus triſtis exiccat oſ-
ſa. Vnde quod iam ait, Quare triſtis es anima mea? de hac quoq; triſtitia aliqualiter accipi poteſt. De
inde datur conſilium optimum contra triſtitiam. ℂ (7) SPERA in deo quoniam adhuc confite-
bor illi] hoc eſt, confide quòd per gratiam dei euades tandem omnes cauſas triſtitiæ, & confiteberis
domino confeſsione laudis perfecta atque perpetua. Quod enim ſpes expellit triſtitiam liquet ex eo
quod ait ſcriptura, Qui timetis dominũ, ſperate in illo, & in oblectationem vobis veniet miſericor-
Eccle.2. dia. Confitebor itaque domino qui eſt [SALVTARE vultus mei] id eſt, obiectum & cauſa beatitu-
dinis animæ meæ, tam in præſenti quàm in futuro, quemadmodũ ſcriptum eſt, Salus populi ego ſum

A dicit dominus. Et per Osee, Extra me nõ est saluator. Qui etiam est & deus meus, à cuius causalitate Osee.1.
dependeo, & cuius prouidentiæ subdor. ¶ (8) Ad meipsum anima mea turbata est] id est, ex
inordinata conuersione mei ad meipsum, & ad inferiora ac sensibilia bona, perturbationem incur-
rit anima mea. Nam peccata veram tranquillitatem & pacem impediunt, confusionémq; & pertur-
bationẽ inducunt. Dum vero ad deum conuertimur, pacem sortimur. Propterea quod ab Osee dicitur,
Conuertere ad dominũ deum tuũ, quoniã corruisti in iniquitate tua, propterea memor ero tui de ter Osee.14.
ra Iordanis. In Iosue historia scribitur, quemadmodũ aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum, ambu Iosue.3.
lauerúntque filii Israel per arentem alueum. Hæc autẽ ambulatio per Iordanem, figurauit intinctio- Lucæ.3.
nem fidelium in baptismo, præsertim cum Christus legatur in Iordane baptizatus. Est itaq; sensus,
Memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim, hoc est, de mirabilibus, seu propter mirabilia quæ
fecisti in terra seu fundo Iordanis, & in terra Hermoniim, quæ sita est iuxta Iordanẽ, & nomen acce
pit ab Hermon monte paruo iuxta Iordanem locato. Memor inquam, ero tui, recordando videlicet
miraculorum quæ tempore filiorũ Israel in hac terra fecisti. Et maxime decet nos memores esse do-
mini Iesu de terra Iordanis.i.propter opera eius in Iordane, quatenus recordemur illius ineffabilis
dignationis atq; incomprehensibilis humilitatis, qua ipse rex gloriæ, sanctus sanctorum, & deus, in- Matth.3.
carnatus inter cæteros peccatores venit ad Iohannem in Iordanẽ, vt baptizaretur ab eo, & quomo- Luc.3.
B do illic tactu suæ mundissimæ carnis omnibus aquis vim regeneratiuã donauit, qualiter insuper my
sterium supersanctæ trinitatis illic ostensum est, quãdo filius apparuit in carne, spiritus sanctus in co
lumba, & pater in voce, & quemadmodum Iesu baptizato apertũ est cælũ, in signũ quod in baptismo
omnia peccata donantur. Vel sic, Memor ero tui de terra Iordanis.i.de fonte baptismatis, & Her-
moniim, id est, de abrenunciatione diaboli seu anathematizatione peccati. Iordanis quippe interpre
tatur descensio eorum, Hermoniim autem anathema, à monte modico.i.à cognitione mei ipsius quã
per gratiam mihi dedisti, in qua propriam paruitatem, humilitatẽ, recognosco. Est igitur sensus, me-
mor ero ô domine quãtã misericordiam in baptismo sortitus sum, quomodo ibi Christum indui, vir-
tutes accepi, operibus dæmonis abrenunciaui, atq; altũ superbiæ montem deponens, montẽ modicũ
me cognoui. Deniq; de terra Iordanis ita exposita.s.de baptismo, cuius semper reminisci debemus,
quatenus innocẽtiæ vestem illic receptam custodiamus, aut perditã reparemus, sicut scriptum est, In
diebus illis erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem, in ablutionẽ peccatoris & men Zach.13.
struatę. ¶ (9) Abyssus abyssum inuocat] Abyssus dicitur quasi sine fine. Vnde & mare pro-
pter suã profunditatẽ appellatur abyssus. Quid autẽ in rebus creatis tã sine fine, sicut ignorãtia no-
stra, sicut miseria nostra, sicut malitia nostra? Quid autẽ in deo tã sine fine, sicut sapiẽtia eius, cuius nõ Psal.146
est numerus, sicut misericordia eius cuius nullus est terminus: sicut bonitas eius cuius nullus est finis?
C Est igitur sensus, Abyssus nostræ cæcitatis & ignorãtiæ, inuocat dñe deus abyssum tuæ sapiẽtiæ, di-
cẽs, Illustra faciẽ tuã super seruũ tuũ. Abyssus quoq; nostræ miseriæ & indigẽtiæ, inuocat abyssũ tuæ Psal.30.
misericordiæ & sufficiẽtiæ. Postremo, abyssus nostrę prauitatis, inuocat seu exorat abyssum tuæ mise
ricordię & sufficiẽtię bonitatis, & hoc [In voce cataractarũ tuarũ].i.in sermone & documẽtis sacræ
scripturæ, quæ est vox cataractarũ tuarum.i.doctrix ac nũcius tuæ bonitatis, misericordiæ & charita
tis. In sacra enim scriptura discimus quàm pius sit dominus, quàm pronus ad indulgendum, quàm li
beralis & bonus ad dandum, & quàm amorosus ad opera manuũ suarum, præsertim ad rationalem
creaturam. Ex hac autem notitia incitamur ad implorationem misericordiæ dei, sicque abyssus orat
abyssum, dicens illud Danielis, Propter temetipsum deus meus inclina aurem tuam & audi. Neque Dan.9.
enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciẽ tuam, sed in miserationibus tuis mul
tis. Porro cataractæ propriæ nominantur aquæductus aquarum, seu ostia fluuiorum, & fenestræ seu
nubes, ex quibus pluuia oritur. Vnde in Genesi legitur, Quãdo inundauit diluuiũ, aperti sunt omnes Gen.7.
fontes abyssi magnę, & cataractę cæli apertę sunt. Et apud Malachiam dominus ait, Inferte omnem Malac.3
decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea & probate me super hoc, si non aperuero vo-
bis cataractas cæli, & dedero vobis pluuiam. Cũ ergo sapientia & misericordia, seu bonitas atq; potẽ
tia dei, sint maxime principia omniũ emanationũ dei à dextra. (Nam in scire, posse, & velle est vnũ-
D quodq; perfectum ad operandum, secundũ Platonem) idcirco, sapientia, bonitas, & potentia dei dici
possunt cataractæ ipsius, quia ex eis causantur & fluunt dona diuina, sicut ex aquæductu oritur aqua.
¶ (10) Omnia excelsa tua] hoc est, alta & inscrutabilia iudicia tua [Et fluctus tui] hoc est, pœ
næ ac tribulationes reprobis præparatæ, vel iustos in hoc seculo expurgantes [Super me transie-
runt] hoc est, in consideratione animæ meæ fuerunt, eiúsque acien reuerberauerũt & superauerũt,
quia in contemplatione iudiciorũ tuorum deficio, & pœnas inferni satis formidare nõ valeo. De pœ
nis quoq; præsentibus, nescio an sint futurarum pœnarum exordia, an potius vitiorum meorũ reme
dia: eo quod scriptum sit, Omnia in futurum reseruantur incerta, quoniam vniuersa æque eueniũt iu Eccle.9.
sto & impio, mundo & immundo. ¶ (11) In die mandauit dominus misericordiam suam] id est,
in tempore prosperitatis, gratiæ, atq; lętitiæ præcipit deus omnia bona suæ pietati ascribi, quatenus
qui gloriatur, in domino glorietur: & qui proficit, deo profectum suũ attribuat, quoniã omnis suffi-
cientia nostra ex deo est, & qui peccatorum indulgentiam recipit, non suo labori, sed deo gratias re-
ferat: secundum quod dominus per Esaiam dicit, Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me [Et 2.Co.10.
nocte canticum eius] id est, tempore aduersitatis & afflictionis, suspensionisq; gratię ac consolatio- 1.Cor.3.
nis diuinæ, mandat deus canticum suum, id est, humilem gratiarum actionem & patientiam ac diuini Esa.43.
nominis benedictionem, quatenus nec in prosperis, nec in aduersis à deo recedat cor nostrũ, sed im-
pleat illud, Misericordiam & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. Hoc cãticum cãtauit Iob Osee.12.

Iob.1. domino,in tenebrosissima illa nocte suæ incomparabilis tribulationis,dum dixit,Dominus dedit,do E
Iob.13. minus abstulit,sicut domino placuit ita factum est:sit nomen domini benedictum. Et alibi,Etiã si oc
Tob.1. ciderit me,in ipso sperabo . Tobias quoque de quo scriptum est,Non est Tobias contristatus contra
deũ,quod plaga cæcitatis euenerit ei,sed immobilis in dei timore permãsit, agens gratias deo omni-
bus diebus vitæ suæ.Propter quod ipsemet ait,Benedico te domine deus Israel,quoniam tu castiga-
Tob.11. sti me.Nos ergo studeamus sanctorũ sequi vestigia,& in afflictionibus gloriari,pensantes illud Apo-
2.Cor.1. stoli,Sicut abundant passiones Christi in nobis,ita per Christum abundat consolatio nostra.Scitote
enim quoniam sicut socii passionum estis,sic eritis & consolationis. ¶ (12) APVD me oratio deo
vitæ meæ] hoc est,in corde meo non vago,sed in seipso collecto,est oratio quam offero deo , qui est
principiũ totius vitæ meæ tã naturalis quàm meritoriæ.Non enim corde à seipso diuiso & vago, sed
interna & stabili mente ,exorandus est deus[DICAM deo] cũ magna fiducia [SVSCEPTOR meus
es] qui me deficientem sustentas,cadentem erigis,orantem exaudis,stantem conseruas,atq; ad visce-
ra misericordiæ tuæ confugientem paterna ac dulcissima pietate amplecteris, sicut in euãgelio testa-
Iohan.6. ris,Eum qui venit ad me non eiiciam foras.Et apud Ierem.Conuertimini ad me,& sanabo auersio-
Ierem.3. nes vestras.Cum ergo sit ita. ¶ (13) QVARE] ô domine [OBLITVS es mei] hoc est,cur dif-
fers succurrere,& ita te habes circa me quasi oblitus esses inopiæ meæ?[ET quare tristis incedo]hoc
est,dolens & sine consolatione[DVM affligit me inimicus?] id est,dum me persequitur mundus,sti- F
mulat caro,& tentat diabolus? ¶ (14) DVM confringuntur ossa mea ] id est,dum corporaliter
conteror,premor,vel occidor aut spiritualiter vincor,& gratiam atq; virtutes,quæ sunt ossa animæ,
perdo [EXPROBAVERVNT mihi] & insultauerunt ac irriserunt[QVI tribulãt me inimici mei]
videlicet tyranni,seu dæmones,hæretici,& peruersi.Hi enim ex odio gaudent de aduersitate iustorũ.
Hos versus dicamus ad dominum,quando graues tentationes & magnæ tristitiæ irruunt super nos,
Ionę.2. quemadmodum Ionas ait,Cum angustiaretur in me spiritus meus,domini recordatus sum.Subleua-
bis de corruptione vitam meã domine deus meus. ¶ (15) DVM dicũt mihi per singulos dies,vbi
est deus tuus?] Hoc est quod superius dictum est atque expositum.Fuerunt mihi lachrymæ meę pa-
nes die ac nocte,dũ dicitur mihi quotidie,vbi est deus tuus?[QVARE tristis es anima mea, & qua-
re conturbas me?] quasi dicat , Propter illorũ exprobrationẽ & persecutionẽ ac irrisionẽ non debes
tristari ac conturbari,sed patienter & æquanimiter ferre atq; in aduersis gaudere, Perpendẽdo illud
Esa.51. Esaiæ,Nolite timere opprobrium hominũ & blasphemias eorũ.Quis es tu vt timeas ab homine mor
2.Cor.4 tali & à filio hominis,qui quasi fœnum arescit?Illud quoque Apostoli , In omnibus tribulationẽ pa-
timur,sed non angustiamur.semper mortificationem Iesu in corpore nostro circũferentes,vt & vita
Iesu manifestetur in carne nostra mortali. ¶ (16) SPERA in deo] Versus iste iam satis elucida- G
tus videtur.Ecce quam gloriosum & sacratissimum psalmum audiuimus,& nonne vtique ferro & la
pide durior est,qui psalmum istum dulcissimũ sine affectu pronunciat?Obsecro te domine deus ama
tor æternus & ignis innocue ardens,vt quoties primum versum psalmi istius profero,toties tuæ dile
ctionis flamma animam meam vehementer accendat,ita vt totum hunc psalmũ affectuosissime can-
tem.Deniq; psalmus iste singulariter applicari potest sacerdotibus celebraturis,imo & omnibus cõ-
municaturis.Debet enim Christi sacerdos cum magno cordis feruore,ad superdignissimum sacramẽ
tum altaris consecrandũ,tractandum,offerendũ,& manducãdum anhelare,sitire,ac festinare. Dicat
ergo deuotissimus Christi sacerdos mox celebraturus . Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes
Iohan.6. aquarum:ita desiderat anima mea ad te deus.Ad te domine Iesu Christe,qui es verus deus & vita æ-
terna,cuius caro vere est cibus,& sanguis vere est potus,qui in hostia sacra vere & essentialiter con-
tineris,adoraris,ac sumeris deus & homo.Sitiuit anima mea ad deum fortem viuũ,hoc est,ad Chri-
stum,qui est virtus & sapientia patris:quando veniam,ad altare,& apparebo ibi ante conspectũ dei,
id est,coram patre æterno,vt in officio missæ offeram ei filium suũ dilectum,& stem ibi tanquã me-
diator dei ac populi?Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.Debet enim sacerdos,si domi
nus dederit,lachrymas exuberantes & calidas ante celebrationem effundere,ex desiderio Christi,'&
ex dolore sui peccati.Hæc,scilicet ꝙ Christum in altari sumpturus sum,recordatus sum, & effudi in
me animam meam,considerando tam inæstimabilia beneficia dei,& indignitatem ac ingratitudinem
atque peccata animæ meæ,considerando etiam quid offeram,cui offeram, & propter quid offeram. H
Omnia enim hæc consideranda sunt sacerdoti,non cursorie,sed cum diligentia magna summoq; stu
dio:quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis,id est,in ecclesiam Christi , quæ est domus
dei.In voce exultationis & confessionis,sonus epulantis, hoc est,sermo & omnis locutio sacerdotis
in missa,Christi corpus & sanguinem dulciter atq; fideliter manducantis,debet esse in voce exulta-
tionis,hoc est,in commemoratione lætissima beneficiorum,mysteriorúmque Christi ac laudis diui-
næ,& in voce confessionis,vt oret pro sui ac populi ignorantia . Hæc nanq; duo præcipue in missæ
officio frequentantur.Quoniam ergo tanta bona in celebratione sumpturus sum, quorum dignitati
totus mũdus comparari nõ potest,Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me?Merito enim
in tantum gaudere debes de tantis beneficiis Christi,quod nulla afflictio temporalis posset te contri
stare.Spera in deo,& non in meritis tuis,nec te putes dignam ad ministeria tam diuina , sed spera in
bonitate diuina in merito Christi,& ita procede.Cætera ex his facile patent.Nouissime quoq; pen-
sandum,ꝙ ceruus senectute grauatus,renouari desiderans,serpentem narium flatu haurit , & extra-
hit de cauerna,quo occiso ac deuorato veneno accẽsus,ad aquam ardentissime currit,qua hausta pi-
los cornuáque deponit.Sic peccator,& præsertim sacerdos, vitiorum veneno infectus,ad Christum
fontem ęternum feruido appetitu accedere debet,quatenus hauriat aquas gratię, fluenta misericor-

A diæ, pluuiam ſapientiæ de fontibus Saluatoris, ac per hoc interius renouetur, quẽadmodũ dicit Apo- Eſa.12.
ſtolus, Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diẽ. 2.Cor.4

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLII.

### EXPOSITIO Tituli.

HAbet autem hic pſalmus titulum breuem ac plannm, videlicet, In finem pſalmus Dauid, id eſt, pſalmus iſte in Chriſtum nos dirigens, conuenit viro fideli, à malis hominibus ſeparari & inter iuſtos annumerari optanti. Ait ergo.

### PRECATIO.

*Fortitudo noſtra deus, emitte lucem & ueritatem tuam in cordibus noſtris, quibus contemplata dulcedine maieſtatis tuæ ad infinita uiſionis tuæ gaudia tota mentis intentione feſtinemus peruenire.*

### ¶ EXPOSITIO pſalmi literalis.

B IVDICA me deus] in pręſenti ſeculo iudicio diſcretionis, vt gratiam mihi in-
fundas, & in futuro iudica me iudicio beatæ remunerationis, vt gloriam præ-
ſtes. Itaque iudica me, id eſt, ſecundum iuſtitiam tuam fac mihi, dando deſide-
rio meo ſalubrẽ effectum, ita vt aſpicias affectum & ſtudium cordis mei, quo-
modo quæro te, & tibi ſoli placere deſidero, agens quod in me eſt. Tu ergo iu-
dica me, hoc eſt, fac quod ego non poſſum, & ſicut promiſiſti quærentibus te,
ꝙ ſtatim ſubuenies eis, dũmodo fecerint quod in ſe eſt, vtpote applicando mẽ
tes ſuas, quemadmodũ Samuel monet. Præparate corda veſtra domino, & li-
berabit vos: ſic peto ô domine vt facias mihi. Non enim ſic peto iudicari vt putem me eſſe ſine pec- 1.Reg.7.
cato, aut cupiam examinari à te vitia mea, eo quod dicat ſcriptura, Quid eſt homo vt immaculatus
ſit, & iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli nõ ſunt mũ Iob.15.
di in conſpectu eius. Et Salomon ait, Quis poteſt dicere mundum eſt cor meũ, purus ſum à peccato?
Vnde quod dictum eſt, Iudica me deus, conſequenter exponitur [ET diſcerne cauſam meam de gen Prou. 20
te non ſancta] id eſt, vitam meam diſtingue & ſepara à vita malorum, ne ſimul cum illis tibi diſpli-
ceam & condemner [AB homine iniquo] manifeſte nocente [ET doloſo] occulte nocente [ERVE
me] imo erue me à meipſo, qui iniquus, doloſusq; fui, ne ſim de cætero qualis eram, ſed muter in aliũ
C virum, & vocer à te nomine alio, ita vt dicas mihi illud, Meus es tu, & ego dilexi te. Ideo autem peto Eſa.43.
erui à te. ¶ (2) QVIA tu es deus fortitudo mea] hoc eſt, cauſa totius fortitudinis meæ [QVA-
RE me reppuliſti] differendo auxiliũ gratiæ tuæ, & permittendo me repelli ac ſeparari à te per ten-
tationes diaboli aut alio modo? Hoc eſt quod in Eſaia habetur, Ecce domine tu iratus es, & peccaui-
mus & facti ſumus vt immundi omnes nos [ET quare triſtis incedo dũ affligit me inimicus?] hoc eſt, Eſa.64.
cur conſolatione tua me priuas, dum dæmon aut mundus me tentat & grauat? Hoc autem dicit vir
ſanctus, non quod ſine rationabili cauſa aliquid à deo fieri aut permitti exiſtimet, ſed quatenus per
amoroſam ac fiducialem querelam, diuinæ bonitatis miſericordiam prouocet. ¶ (3) EMITTE lu
cem tuam,] hoc eſt, radium tuæ æternæ increatæque lucis, influe animæ meæ. Hic autem radius eſt
gratia dei, quæ eſt ſupernaturalis participatio diuinæ eſſentiæ. Emitte quoq; [ET veritatem tuã] hoc
eſt, teſtimonia ſcripturarum miſericordiam tuam petentibus promittentium imple, & vera oſtende
in me quatenus apoſtoli & prophetæ, qui dicunt inuocantem te non poſſe perire, fideles inueniantur. Itaque emitte lucem tuam, hoc eſt, gratiam ac ſapientiæ claritatem mihi infunde, & veritatẽ tuã,
hoc eſt, fac me miſericordiã tuã experiri, ſicq; cognoſcere veram eſſe ſcripturã, quæ te miſericordem
eſſe pronunciat [IPSA] videlicet lux gratię tuę, & veritas ſcripturarum [ME deduxerunt] per vias
rectas [ET adduxerunt in montem ſanctum tuum] hoc eſt, in militantem Eccleſiam, quia per fidem
D & gratiam factus ſum verus eccleſiæ filius [ET in tabernacula tua] hoc eſt, in manſiones cæleſtes, de Iohã.14.
quibus dicis, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Et iterum, Facite vobis amicos de mãmona Luc.16.
iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Hæc autẽ tabernacula, ſunt diſtin 2.Cor.6.
ctæ congregationes ſanctorum, quemadmodũ Apoſtolus profitetur, Vos eſtis templum dei viui, ſi- Leui.26.
cut dicit dominus, Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorũ deus. Per gratiam autẽ
& veritatem ac fidẽ, iam introducti ſumus actualiter ſeu per rem in eccleſiã militantẽ, hoc eſt, in ſo-
cietatẽ fideliũ, ſed in futura atque ęterna tabernacula introducti non ſumus per ea, niſi per contem- Sap.9.
plationem & ſpem nondũ per rem. Deniq; huius verſiculi ſenſum ponit author libri Sapientiæ ſub
aliis verbis, Mitte (inquit) illam de cælis ſanctis tuis, vt mecum ſit, & mecũ laboret, vt ſciam quid ac-
ceptum ſit coram te, ſcit enim illa omnia, & deducet me ſobrie. ¶ (4) ET introibo ad altare dei]
hoc eſt, ad Chriſtũ dei ac hominũ mediatorem, per quẽ, & in quo omnia noſtra ſacrificia offerre de-
bemus, quatenus per meritũ eius fiant accepta. Super ipſum etiã omne quod agimus fundare & col- Heb.4.
locare debemus. Vnde Apoſtolus ad Hebreos hortatur, Adeamus cum fiducia ad thronũ gratię eius,
vt miſericordiam cõſequamur, & gratiã inueniamus in auxilio oportuno. Vel introibo ad altare dei,
quod eſt in eccleſia materiali, & manufacta, quatenus ſacramenta Chriſti recipiam oblationemve fa
ciam, nec ſubſiſtam in ipſo altari, ſed introibo mentis affectu & debito cultu [AD deum qui lætificat
iuuentutem meam] non corporalẽ & exteriorem, ſed ſpiritualem ac interiorem, quæ non veteraſcit

Col.3. cum corpore, sed indesinenter virescit per gratiā donec ad patriam anima sancta transferatur. Pro- E
pter quod iubet Apostolus, Expoliate vos veterem hominē cum actibus suis, & induite nouū qui re-
nouatur in agnitionē dei, secundū imaginē eius qui creauit illū. Hęc ergo iuuentus est spiritualis pro-
fectus in gratia dei, hanc deus lætificat, dum anima corde iucundo & feruido domino seruit, dicens,
Psal.118. quod infra habetur, Viā mandatorū tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. ¶ (5) CONFITE-
bor tibi] hoc est, laudabo te [IN cithara] id est, in obseruatione & obedientia mandatorum cęlestiū,
quæ obseruatio dum tribulationibus admiscetur, per citharam designatur, quemadmodum in exposi
tione psalmi tricesimisecundi plenius dictum est, vbi sic legitur, Cōfitemini domino in cithara. Sic er
go in aduersis laudabo te [DEVS deus meus, quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me?] Istud
cum versu sequenti, in præcedenti satis expositum arbitror. Porro hic psalmus sicut præcedens ad sa
cerdotes præcipue pertinet, quorum vita tanto debet esse excellentior vita populi, quāto ipsi ad deū
vicinius accedunt, altiorisque gradus consistunt. Sacerdos ergo celebraturus, singularē à Christo gra
Esa.22. tiam postulans dicat, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta, secundū sensum
Osee.4. præinductum, ne impleatur in me, quod per Esaiam & Osee prædictum, Et erit sicut populus sic
sacerdos.

¶EXPOSITIO allegorica eiusdem Psalmi de Christo.

SOlus denique Christus, omni macula carens, & omni gratia plenus tutissime dicere potuit pas- F
sioni iam proximus, & in ea consistens, Iudica me deus, trinitas, id est, secundū tuam iustitiam &
merita vitæ meæ retribue mihi, non derelinquendo animam meam in inferno, nec corpus in se-
pulchro, nec sanctos patres, pro quibus mortem patior, diutius esse permittas in limbo: & discerne
causam meam, hoc est conuersationis meæ iustitiam, propter quam Iudæorum inuidia me occidit, di
uide & distingue loco & præmio, de gente non sancta, me crucifigente, dando mihi secundum iusti-
tiam meam, & ostendendo quod falsa mihi imponunt, ab homine iniquo & doloso, hoc est, à Iudæis
Iohan.5. qui me interdum occulte, & nunc publice persecuti sunt, erue me, per resurrectionem beatam. Quia
tu es deus fortitudo mea, secundū quod homo sum: sic enim non possum à meipso facere quicquam.
Nam inquantum sum homo, ab aliis hominibus sola gratia differo: quare me reppulisti, hoc est, cur
Matt.27. me in cruce ita dereliquisti vt clamarem, Deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod quo-
modo intelligendum sit, in expositione psalmi vicesimiprimi patuit: & quare tristis incedo dum affli
Matt.26. git me inimicus? Christus enim in nocte cœnæ, cum discipulis exiens à Ierusalem trans torrentē Ce
dron, dixit eisdem, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Tunc nanq; inimicus, hoc est, Iudas eum
afflixit, quia ministros Iudæorum secum adduxit. Emitte lucem tuam, id est, clarifica me sicut & ego
Iohan.17 clarificaui te, manifestando nomen tuum hominibus, & veritatem tuam, hoc est, sicut per prophetas G
dixisti te resuscitaturum me tertio die, sic age & omnia de me prophetata adimple, mittendo aposto-
Iohel.8. lis spiritum sanctum, sicut Iohel prædixit, conuertendo quoque mundum ad fidem. Ipsa me deduxe-
runt & adduxerunt in montem sanctum tuum, hoc est, ad thronum gloriæ, vt sedeam tecum ad dex-
Psal.109. teram tuam: & in tabernacula tua, id est, in congregationes cælestium ciuium, vt sicut in terra visus
Baruc.3. sum, & cum hominibus conuersatus sum: ita à beatis comprehensoribus in cælis videar, & inter eos
lætus recumbam. Per gratiā enim dei assumpta est Christi humanitas, seu Christus vt homo, ad thro
num gloriæ super omnes cælos, vt veritas scripturę impleretur. Et introibo ad altare dei, hoc est, arā
crucis, in qua meipsum offeram patri, ascendam: deinde introibo, ad deum qui lætificat iuuentutem
Luc.24. meam, ascendēdo ad cælos. Oportuit enim Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Vel sic, Et
introibo ad altare dei, &c. hoc est, in ipsum cælum ingrediar, quod est altare dei, in quo angeli san-
cti offerunt deo preces & vota viatorum, & in quo ego pro mundo rogaturus sum patrem, quem-
Heb.9. admodum ait Apostolus, Non in manufacta sancta Iesus introiit, sed in ipsum cælū, vt appareat nūc
vultui dei pro nobis. Confitebor tibi in cithara, id est in obedientia & patientia, faciendo semper &
patiendo quæ tibi sunt placita, deus deus meus. Hoc modo Christus confessus est patri confessione
Matt.26. laudis non culpæ: dum dixit, Fiat voluntas tua. Et iterum, In manus tuas commendo spiritū meum:
Luc.23. quare tristis es anima mea, tristitia naturali non inordinata, propter naturalem horrorē pœnarum ac
mortis, & quare conturbas me, ita vt in agoniam fierem? Quomodo autem turbatio erat in Christo
sæpe dictum est. Spera in deo, in quantum viatrix es atque passibilis, quoniā adhuc, scilicet tertia die H
post passionem, confitebor illi, laudando eum coram illis, quibus post resurrectionem apparui. Vn-
Psal.21. de superius dictum est, Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Itaq; cō-
fitebor ei, qui est, salutare vultus mei, id est, beatitudo intellectus mei creati, & causa salutis ipsius, &
Act.10. deus meus. Deus enim qui omnium deus est, singularissimo modo est deus Christi hominis, secundū
quod eum incomparabiliter prælegit, prædilexit, assumpsit, & glorificauit. De hac expositione velo
citer transeo, quoniam ex præinductis vbertim facile innotescit.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLIII.

¶EXPOSITIO Psalmi.

TItulus denique psalmi istius est, In finem filiis Chore ad intellectum. Hic autem titulus in ver
bis & sensu idem ac similis est titulo psal. 41, idcirco ad locum illum lector recurrat. Commu
niter vero exponunt commentatores hunc psalmum, partim de populo synagogæ, & partim
de populo ecclesiæ, scilicet de vtroque commixtim. Sed satagendum est, vt de vtroque populo seor-
sum atque totaliter exponatur. Literaliter enim conscriptus est de populo veteris legis. Moraliter au

A tem intelligi poteſt de populo Chriſtiano. Loquens ergo propheta in perſona ſynagogæ ſeu cuiuslibet fidelis ſub veteri teſtamento, ait

PRAECATIO.

*Quæſumus omnipotens miſericordia, propter delicta noſtra ne declines ſemitas noſtras de uia tua, ſed ſic tas iuſte & pie uiuendo teneamus, ut à te mandatas ſalutes Iacob in æternum obtineamus.*

❨Expositio Pſalmi literalis.

DEvs] patrũ noſtrorũ, qui per Moſen dicis, Hęc dices filiis Iſrael, Deus pa Exod. 5.
trũ veſtrorũ, deus Abrahã, deus Iſaac, & deus Iacob miſit me ad vos. Hoc
nomẽ mihi eſt in æternũ, & hoc eſt memoriale meũ in generatione & gene
rationẽ. Itaque, Deus[ avribvs noſtris audiuimus] Vti tali replicatione
eiuſdẽ nomine vel re, modus eſt linguæ Hebreæ, ſicut per Eſaiã dicitur, Au Eſa. 9.
ditu audietis & nõ intelligetis. Et iterũ, Diſſipatiõe diſſipabitur terra, cõmo Eſa. 24.
tiõe cõmouebitur terra. Nec talis modus loquẽdi ſuperfluus æſtimetur, quo
niã per ipſũ aliquid ſerioſius ac diligẽti⁹ inſinuatur. Eſt igitur ſenſus, Deus
auribus noſtris nõ ſolũ corporis, ſed etiã cordis diligẽter audiuimus atq; ad-
B uertimus. Et merito, qm̃ [patres noſtri annũciauerũt nobis] videlicet Moſes, Ioſue, aliq; pro-
phetæ. Quæ enim à patribus referũtur, diligenter auertere decet. Propter quod in Eccle. habetur, Sa Eccl. 39.
piẽtiã omniũ antiquorũ exquiret ſapiẽs, & in prophetis vacabit. Et in Ecclesiaſte, Quę per magiſtro Eccle. 12.
rũ conſiliũ data ſunt, à paſtore vno, his amplius fili mi ne requiras. Quid autem auditum atq; narra- Exo. 7, 8,
tum ſit ſubdit. ❨ (2) Opvs quod operatus es in diebus eorũ] hoc eſt, mirabilia quæ feciſti in ter 9, 10.
ra AEgypti, in mari rubro, in deſerto, atque in terra promiſsionis [et in diebus antiquis] id eſt, mi- Exo. 14,
rabilia quæ feciſti à principio mũdi vſque ad tẽpora Abrahæ ſeu Moſi, quomodo ſcilicet mundo im- 16.
piorum diluuium induxiſti, vniuerſæq; carnis labium confudiſti, atque pentapolim vtpote Sodomã, Ioſ. 6, 8.
Gomorram, Adama, Soboim, & Segor, igne & ſulphure ſubuertiſti. ❨ (3) Manvs tua gentes Gene. 7.
diſperdidit] .i. virtus tua omnipotẽs habitatores terræ promiſsionis, videlicet Chananæos, Iebuſęos Gen. 11.
&c. diuerſimode perdidit & occidit, ſcilicet per lapides grandinum & manum filiorũ Iſrael [et plã Gene. 19.
taſti eos] id eſt, patres noſtros in terra promiſsionis firmiter radicaſti, & habitare feciſti [affli- Ioſue. 9.
xisti populos] Chananæorum timore & deſperatione, quoniam ſicut in libro Ioſue ſcriptũ eſt, Ioſue. 10.
Non remanſit in eis ſpiritus præ timore, cũ audiſſent filios Iſrael tranſiſſe Iordanem [et expuliſti
eos] de terra ſua per mortem & fugam. ❨ (4) Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram] hoc
eſt, patres noſtri virtute armorũ nõ ſunt terram prædictam adepti [et brachium eorũ non ſaluauit
C eos] id eſt, naturalis eorũ potẽtia non eripuit eos de manibus inimicorum ſuorum, quoniã multo de-
biliores eis fuerunt, penſando dũtaxat vires humanas. Vnde Moſes dixit populo Hebræorum, Ne di Deut. 8.
cas in corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia mihi præſtiterũt: ſed recordare do-
mini dei tui, quod ipſe tibi vires præbuerit. Vnde ſubiungitur. ❨ (5) Sed dextera tua] ô domine,
id eſt, proſpera & iucunda ſubuentio tua [et brachium tuũ] hoc eſt, poteſtas tua [et illuminatio
vultus tui] id eſt, directio qua per gratiã infudiſti eis bona ac recta conſilia. Hæc inquam ſaluauerunt
eos, [qvoniam complacuiſti in eis] hoc eſt, propter propriam bonitatem tuam, qua eos ele-
giſti, & eos tibi placentes feciſti, præſtitiſti eis hæc bona non propter eorum iuſtitiam. Et hoc eſt
quod Moſes dicit, Ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me dominus in terram Deut. 9.
hanc, cũ populus duriſsimæ ceruicis ſis. ❨ (6) Tv] deus patrum noſtrorũ [es ipſe rex meus] qui
ſingulari prouidentia gubernaſti filios Iſrael, tanquam populũ tibi peculiarem [et deus meus,] qui
me ſpecialiter colis, vitia extirpando, & gratias infundendo, quem & ego ſpecialiter colo credendo,
ſperando, amando, ac miniſtrando [qvi mandas ſalutes Iacob] hoc eſt, qui per prophetas bona an-
nuncias, victoriámq; promittis ſemini Iacob. Vnde Moſes profitetur, Te elegit dominus deus tuus, Deut. 7.
vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram: non quia cunctas gentes nume
ro vincebatis, cum ſitis omnibus populis pauciores, ſed quia dilexit vos dominus. ❨ (7) In te] ſpe
D rando, & in tua potentia confidendo [inimicos noſtros ventilabimus] id eſt, in omnem vẽtum
& terram diſpergemus [cornv] id eſt, clamore deuotæ orationis, ac humilis confeſſionis [et in
nomine tuo] ſperando [spernemvs] id eſt, non reputabimus, neq; timebimus [insvrgan-
tas in nobis] quoniam credimus verum eſſe, quod Moſes ait, Perſequetur vnus ex vobis cẽtum, & Leuit. 26
decem ex vobis mille, & nullus vobis reſiſtere poterit. Propter quod in. 2. lib. Paralip. dicitur, Domi 2. Par. 14
ne non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus. ❨ (8) Non enim in
arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me] hoc eſt, in nullo genere armorũ aut humani au- 2. Par. 14
xilii ponam ſpem meam, nec aliquid borum de hoſtibus meis defendet me. Hinc enim ſcriptum eſt,
Adiuua nos domine deus noſter, in te enim & in nomine tuo habentes fidutiam, venimus contra
hanc multitudinem. ❨ (9) Salvasti enim nos de affligentibus nos] ſicut in libro Iudi-
cum frequentiſsime ſcribitur [et odientes nos confudiſti] id eſt, eos qui præſumpſerunt, quód
vincerent atque occiderent nos, vinci & occidi feciſti à nobis, aut in fugam eos vertiſti, aut alio mo-
do confuſione dignos oſtendiſti. Propter quod in libro Iudicum ſcriptũ eſt, Flectebatur dominus mi Iudicũ. 1.
ſericordia, & audiebat afflictorũ gemitus, & liberauit eos de cæde vaſtantiũ. ❨ (10) In deo lauda
bimur tota die] hoc eſt, victoria, ſalus, & excellentia noſtra deo aſsidue aſcribetur, & laudabimur de
bonis à deo nobis collatis non in nobis: quaſi nõ acceperimus, ſed in deo, ne vani, ſuperbi, atque in-
grati inueniamur [et in nomine tuo] domine [confitebimvr in ſeculum] id eſt, ad honorẽ

Ierem.13. gloriam nominis tui confitebimur indefinẽter, & tua bona, tuamq́; laudem & nostra mala, ac nostrã E
miseriam, quemadmodũ apud Ieremiam dicitur, Nolite eleuari, sed date domino deo vestro gloriam
antequam contenebrescat, & antequam offendãt pedes vestri ad mõtes caliginosos. ¶ (11) TVNC
autem] ô domine, scilicet tẽpore captiuitatis Babylonicæ & Machabæorũ, & sæpe post mortem iu-
dicũ [REPVLISTI nos] id est, tuo auxilio priuasti nos [ET confudisti nos] tradendo nos in manus
Baruc.1. inimicorũ nostrorũ. Propter quod Baruch dicit, Domino deo nostro iustitia, nobis cõfusio faciei, si-
cut est hodie [ET non egredieris in virtutibus nostris] id est, non eris dux nostri exercitus, nec pu-
gnans pro nobis, neq; ostendens potestatem tuã in nobis, deiiciendo aduersarios nostros, sicut fuisti
2.Par.13. dux & egressor ac propugnator patrũ nostrorũ, quemadmodũ in. 2. lib. Paralip. scribitur, In exerci-
Exod.33. tu nostro deus dux est. Et Moses ait ad dominum, Si non tu ipse præcedes nos, ne educas nos de lo-
co isto. In quo scire poterimus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum?
¶ (12) AVERTISTI nos retrorsum] id est, in fugam nos cõuerti permisisti [POST inimicos no-
Iosue.8. stros] ita quod conuertimus dorsa nostra hostibus nostris, quemadmodũ Iosue ait, Mi domine quid
Baruc.2. dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem. Baruch quoque, Facti, inquit, sumus subtus &
non supra, quia peccauimus domino deo nostro [ET qui oderunt nos, diripiebant sibi] id est, nosipsi
& possessiones nostræ factæ sunt prædæ inimicorum nostrorũ. ¶ (13) DEDISTI nos tanquam
oues escarũ] id est, permisisti nos deuorari ac opprimi ab hostibus nostris, quemadmodũ oues, quæ F
Esaiæ.9. sunt escæ, deuorantur à lupis, & ab hominibus comeduntur, sicut & Esaias prædixit, Deuorabũt (in-
quiens) Israel toto ore. Hoc sæpe in Iudæis impletum est, maxime tamen tempore obsidionis Ierusa
Thren.4 lem a rege Babylonis, quãdo in tantũm angustiati sunt, vt Ierem. testatur, Manus mulierũ misericor-
diũ coxerunt filios suos, facti sunt cibi earũ [ET in gentibus dispersisti nos] scilicet permittens nos
expelli à propria terra. ¶ (14) VENDIDISTI populum tuũ sine precio] id est, tam bono fo-
ro eos vẽdi permisisti, quod precium illud quasi pro nihilo reputari posset [ET non fuit multitudo]
pecuniæ seu emptorũ [IN cõmutationibus] id est, venditionibus eorũ, sed pauci erant ementes, &
2.Mac.5. modicũ precium respectu eorũ qui vendebantur. Propter quod 2. lib. Machab. legitur, Erant autem
in Ierusalem toto triduo octoginta milia interfecti 40 milia vincti, non minus autem venundati.
¶ (15) POSVISTI nos opprobriũ vicinis nostris] i. cõteptibiles & abiectos corã circũiacẽtibus
& circũmorãtibus populis. Posuisti quoq; nos [SVBSANNATIONEM & derisum] i. subsannari
naso rugato ac irrideri ore lato nos permisisti ab his [QVI sunt in circuitu nostro] videlicet à Sama
Nehe.2. ritanis & Moabitis ac Amonitis. Vnde Nehemias, audi deus noster quia facti sumus despectui.
¶ (16) POSVISTI nos in similitudinẽ gentibus] id est, in exemplum maledictionis: nam tantam
induxisti super nos afflictionẽ, vt dum quis voluerit maledicere alteri, dicat, Sic fiat tibi, quemadmo- G
dum contigit populo illi [COMMOTIONEM capitis in populis] id est, ita nos vastari passus es, vt
omnis qui audierit, moueat caput suum, vel ex admiratione, vel ex congratulatione seu compassione
Ierem.23 sicut per Ieremiam prædixisti, Derelinquam vos & ciuitatẽ quam dedi patribus vestris, & dabo vos
in opprobrium & ignominiam. ¶ (17) TOTA die verecundia mea contra me est] id est, rubor.
seu erubescentia qua erubesco propter peccata quæ feci, & pœnas quas patior, incessanter affligit me
[ET confusio faciei meæ] qua in meipso confundor [COOPERVIT me] id est, tam magna, tãtaque
fuit, quòd per modum vestimenti obtexit me, & ex omni parte impleuit me. Sicut peccatoribus per
Ezec.36. Ezech. dicitur, Confundimini & erubescite super viis vestris. Vnde scriptum est, Vniuersa domus Ia
1.Mac.1. cob induit confusionem, videlicet tempore Antiochi regis pop. Israel affligentis. ¶ (18) A voce
exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis] id est, verecundia atque confusio mea
inducta est mihi ab his qui exprobrabant, detrahebantque mihi, & ab his qui me persequebantur, vi-
delicet à gentilibus, legem Mosi atque obseruantias Iudaismi spernentibus ac reprobantibus.
¶ (19) HAEC omnia] mala iam dicta [VENERVNT super nos, nec obliti sumus te] recedẽdo
à fidẽ [ET inique non egimus in testamẽto tuo] hoc est, mandata legis diuinę transgressi non sumus.
¶ (20) ET non recessit retro cor nostrum,] derelinquendo te summum & incommutabile bo-
num, & bona caduca ac vana sectando. Sed cum deus non inferat pœnam nisi pro culpa, & præser-
tim per Mosen atq; prophetas promiserit se ab omni hostili incursu defensurum filios Israel, mirum
apparet cur tantas super eos pœnas induxerit, si ipsi tam innocentes ac iusti fuerunt. Et respondẽdũ, H
ꝙ psalmus iste loquitur in persona diuersorum. Nunc enim ponit ea quæ bonis conueniunt, nũc ve-
3.Re.19. ro quæ malis. Quamuis ergo quidam filiorum Israel peccauerunt, pœnásque illatas meruerũt, aliqui
Rom.11. tamen in fide & cultu creatoris stabiles permanserunt, & in horum persona locutus est iam prophe-
ta. Vnde ait deus ad Heliam, Derelinquam mihi septem millia virorum, quorum genua nõ sunt cur-
uata ante Baal [ET declinasti semitas nostras à via tua] Hoc dupliciter exponitur. Primo, vt dicatur
in persona bonorum, eritque sensus, & declinasti. i. per gratiam tuam fecisti vt nos declinaremus, &
auerteremus cogitationes nostras carnales & malas ac vitia, à via tua, id est, à præceptis tuis per quę
Matth.7. itur ad te, ita quòd nos abiecimus atque reliquimus proprias vias, latas, & spatiosas, & ingressi su-
Eccl.18. mus viam tuam quæ est arcta & angusta salutisque ianua, & ita impleuimus illud cuiusdam Sapien-
Ionæ.3. tis, Post concupiscentias tuas non, eas & à voluptate tua auertere. Illud quoque propheticum, Reuer
tatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorũ. Vnde de his viis seu semitis huma-
Esa.53. næ adinuentionis apud Esaiam scriptum est, Omnes nos quasi oues errantes vnusquisque in viã suã
declinauit. Secundo, & vt videtur magis ad literam exponitur, vt sit dictum in persona malorũ, & est
sensus: declinasti semitas nostras. i. opera nostra permisisti esse erronea ac recedentia à via tua, id est,
Esa.63. à lege diuina, gratiam non apponendo, sicq; corda nostra in suis erroribus dimittendo. Secundum

A hunc ſenſum ſcriptum eſt, Quare nos errare feciſti de viis tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus
te? ℂ (21) QVONIAM humiliaſti nos in loco afflictionis] hoc eſt, in terra captiuitatis ſeu per-
ſecutionis noſtræ ſubieciſti nos poteſtati inimicorum noſtrorum qui nos contẽpſerũt [ET cooperuit 1. Re. 20.
nos vmbra mortis] id eſt, tanta tribulatio quæ propter ſuam vehementiam dici poteſt imago mortis, 1. Iohã. 2
morti propinqua ac ſimilis vndique venit ſuper nos. Vnde Dauid vehementer tribulatus, ait, Vno
tantummodo gradu ego & mors diuidimur. Tales autem fuiſſe interdum tribulationes Iudæorũ, ex Titum. 1.
libro Iudicum & Regum, ac Machabæorum clariſsime conſtat. ℂ (22) SI obliti ſumus nomen Sap. 1.
dei noſtri] id eſt, ſi neglexerimus obſeruare diuina præcepta & contemplationem legis diuinæ abie-
cimus. Negligit enim, imo & ignorat nomen dei, qui eius præceptis non paret, quemadmodũ in epi-
ſtola Iohan. habetur, In hoc ſcimus quoniam cognouimus deum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui
dicit ſe noſſe deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Et de inobedientibus deo Paulus teſta
tur, Dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. Ideoque alia ait ſcriptura, In maliuolam animam nõ Phil. 3.
introibit ſapientia [ET ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum] hoc eſt, ſi adorauimus ſiue Iob. 31.
coluimus alium quàm verum deũ, ſi potius ſeruiuimus creaturæ quàm creatori: ſi venter noſter deus
noſter eſt: ſi in auro ſperauimus, aut obryſo diximus fiducia noſtra: quaſi dicat, Nõ, Omnis enim qui
B magis colit ac diligit creaturas quàm creatorem, creaturam ſibi in deum conſtituit, & manus ſuas, id
eſt, deſideria ſua ad deum alienum extendit. ℂ (23) NONNE deus requiret iſta?] imo vtiq;: nam
ipſe eſt iudex iuſtus, cuncta diſcutiens, vniuerſa iuſte diſponens, ſecundum quod S. Iob aſſerit, Non-
ne deus cõſiderat viam meam, & omnes greſſus meos dinumerat? Et denuo, Verebar (inquit) omnia Iob. 9.
opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti [IPSE enim nouit abſcondita cordis.] Nã omnia Hebr. 4.
nuda & aperta ſunt oculis eius ſecundum Apoſtolum. Propter quod alibi ſcriptum eſt, Si occultabi- Iere. 23.
tur vir in abſconditis, & ego non videbo eum dicit dominus? ℂ (24) QVONIAM propter te
mortificamur tota die,] hoc eſt, propter iuſtitiam perſecutiones continuas patimur multiſq; flagel-
lis atterimur, eo quòd fidem ac legem tuã relinquere nolumus [AESTIMATI ſumus ſicut oues oc-
ciſionis] id eſt, ſicut oues quæ occiduntur, ad nihil vtiles æſtimantur, niſi vt occidantur & manducẽ-
tur, ſic nos ab infidelibus & malignis reputati ſumus vita indigni. Iſtud autem tempore Machabæo-
rum præſertim impletum videtur, quando Antiochus iuſsit vt omnes qui legẽ Moſi obſeruabant tru 1. Mach. 1
cidarentur. Vnde ſcriptum eſt, Parati ſumus magis mori quàm patrias dei leges præuaricari. Et ite-
rum, Rex mundi deus defunctos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſtre- 2. Mac. 7
mo orat propheta pro liberatione à malis prædictis, ℂ (24) EXVRGE] id eſt, per modũ à ſeſ- Ibidem.
C ſione ſurgentis te habe & ſuccurre [QVARE obdormis domine?] id eſt, cur ab adiutorio ceſſas, &
preces ſeruorum tuorum audire diſsimulas? [EXVRGE] protinus ſuffragando [ET ne repellas in
finẽ] id eſt, noli nos diu ſeu omnino relinquere, quãuis ad tẽpus ſuccurrere differs. ℂ (26) QVA-
RE faciem tuam] id eſt, pietatis tuæ aſpectum atque auxilii gratiam [AVERTIS] non ſtatim ſubue
niendo nobis ita afflictis? [OBLIVISCERIS inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ] hoc eſt, ita te
habes, ac ſi non attenderes paupertatem, quam propter te incurrimus, & tribulationem quam pro-
pter te patimur. Hoc dicitur, non ſimpliciter aſſerendo, quia ſuperius dictum eſt, Iuxta eſt dominus Pſal. 33.
his qui tribulato ſunt corde, ſed dolentis animi affectum explicando, pietatiſque aures prouocando, Iob. 30.
iuxta quẽ modum S. Iob ait ad dñm, Clamo ad te, & non exaudis me: ſto ad oſtiũ, & non reſpicis me: Abac. 1.
mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Vnde & Abacuc, quaſi impa-
tiens factus propter dilationem exauditionis diuinæ, ita exorſus eſt, Vſquequo domine clamabo &
non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? Eſaias quoque propheta, Multitudo
(inquit) viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum ſuper me continuerunt ſe. In tali ergo caſu non Eſa. 63.
debemus deficere, nec ab oratione deſiſtere, ſed immobiliter credere, poſsibilius eſſe cælũ & terram
perire, quàm in domino confidentem ac perſeueranter pulſantem relinqui. Ideo nanque ait Salua-
tor, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et, Oportet ſemper orare & non deficere. So Matt. 24
let enim nonnunquam deus tãdiu differre vt probet conſtantiam noſtram, atque vt noſtra deſideria Luc. 18.
dilatione creſcant, ac per hoc gratiam exuberantiorem obtineant. Propter quod Moſes ait, Recorda
D beris cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus, vt affligeret te atque tentaret, & nota fie
rent quæ verſabantur in corde tuo, vtrum cuſtodires mandata eius an non. ℂ (27) QVONIAM Deu. 8.
humiliata eſt in puluere anima noſtra] hoc eſt, noſipſi humiliauimus nos coram te, proiiciendo pul-
ueres ac cineres ſuper capita noſtra [CONGLVTINATVS eſt in terra venter noſter] id eſt pro-
ni in terram cecidimus, & totum corpus noſtrum ad honorem tuæ maieſtatis proſtrauimus, quate-
nus miſericordiam conſequamur. Sic enim facere tempore neceſsitatis erat conſuetudo Iudæorum.
Vnde dicitur, Ioſue cecidit pronus in terram coram domino vſque ad veſperam. Sequitur oratio ve
re deuota & efficax atque ignita. ℂ (28) EXVRGE domine adiuua nos] quorum præter te nul Ioſue. 7.
lus eſt auxiliator [ET redime nos] à malis pœnæ & culpæ, cunctiſque periculis [PROPTER no-
men tuum] id eſt, propter teipſum ac propriam bonitatem atque ad nominis tui honorem, quemad-
modum per Ezechielem dixiſti, Non propter vos ego faciam notum ſit vobis, ſed propter nomen Ezec. 36.
ſanctum meum.

ℂ Elucidatio Tropologica ſiue moralis eiuſdem pſalmi.

PORRO moraliter conuenit pſalmus iſte eccleſiæ Chriſti multipliciter tribulatæ, ſeu vnicuique
Chriſtiano afflictiõibus mentis ſeu corporis pleno, & maxime ſanctis martyribus. Horum ergo
vnuſquiſq; priſtina beneficia dei cõmemorãs, propriãq; perſecutionẽ corã deo proponẽs atque ab Luc. 8.
ea liberari deſiderãs, ait, Deus, dei vnigenite, aurib. noſtris audiuimus. Auribus vtiq; cordis, de quibus Deut. 29

Luc.8. in Euangelio dicitur,Qui habet aures audiendi,audiat:quas non habent Iudęi,quibus Moses dixit, B
Deu.29. Vos vidistis vniuersa magnalia quæ coram vobis dominus fecit:& non dedit dominus vobis cor in-
telligens,& oculos videntes,& aures quæ posśent audire vsque in præsentem diẽ.De quibus & Esa.
Esa.13. testatur,Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt:patres nostri,videlicet san-
cti Apostoli & Euangelistę,annunciauerunt nobis sermonibus & scripturis.Opus quod operatus es
in diebus eorum,id est,miracula quæ coram eis fecisti ante pasśionẽ & post pasśionem , & in diebus
Iudę.1. antiquis,id est,mirabilia quæ fecisti tempore Mosi.Vnde Iudas apostolus ait,Iesus populum saluans
de terra AEgypti,secundo eos qui non crediderunt,perdidit.Manus tua,id est potestas tua,ô domi-
ne Iesu omnipotens gentes,id est tyrannos & persecutores ecclesiæ,populúmq; Iudæorum,qui pri-
Act.4. mitiuam ecclesiam penitus extinguere proponebant,quemadmodum narratur in Actis,ꝙ principes
sacerdotum pręceperũt apostolis ne omnino loquerentur in nomine Iesu.Has itaque gentes manus
tua disperdidit,quoniam multi eorum in præsenti vita pesśima morte consumpti,& omnes ęternali-
ter perierunt.Sæpe etiam gladio Christianorum principum gentiles disperdidisti,videlicet Theodo
Mich.3. sii,Caroli Magni,& Godefridi de Bolonia.Vnde per Mich.de Christo prædictum est,Egressus eius
ab initio à diebus æternitatis,& magnificabitur in medio vniuersæ terræ. Et apud Esaiam pater æ-
Esa.53. ternus ait de Christo, Dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia . Et Zacharias loquens de
Zach.14 Christo,Egredietur(inquit) dominus & præliabitur contra gentes,& stabunt pedes eius super mon F
Psal.44. tem oliuarum:& plantasti eos,scilicet patres nostros apostolos constituendo eos principes super o-
mnem terram,sicut in psal.sequenti dicetur,afflixisti populos,infideles secundum modum prędictũ,
& expulisti eos.Nam Iudæos de terra promisśionis eiecisti,& in ea Christianos habitare fecisti: mul
tas etiam regiones olim gentilibus subditas,Christianis dedisti.Nec enim in gladio suo posśederunt,
patres nostri Christifideles,terram.i.orbem terrarum,quem fidei subiecerunt & Christianis imple-
uerunt.Apostoli enim pauci & idiotæ fuerunt,nec humana eloquentia prędíti.Vnde ait Apostolus,
1.Cor.2. Prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis fuit,sed in sapientia spiritus & vir-
tutis:& brachium eorum,id est,naturalis eorum potentia,non saluauit eos de periculis,à quibus fre-
Act.5. quenter saluati sunt.Nam cum apostoli in custodia positi essent,angelus eos eduxit. Paulum quoque
tertio naufragantem,Christus de pelago liberauit,Iohannem ex feruentis olei dolio sanum eripuit.
Sed dextera tua,id est,pia custodia tua & brachium tuum,id est,operatio miraculorũ & illuminatio
Act.2. vultus tui,id est,sapientia quam eis dedisti,præsertim in die Pentecostes, mittendo eis spiritum san-
ctum qui docuit eos omnem veritatem ac futurorum præscientiam contulit eis. Per hæc enim insti-
tuta aucta & stabilita est Christi ecclesia,ita vt Christiani qui sunt semen & filiĳ apostolorum posśi-
2.Cor.12 dent terram,& ab hostibus inuisibilibus visibilibúsque saluantur.Hinc ait Apostolus, Signa aposto-
Heb.2. latus mei facta sunt super vos in signis & prodigiis & virtutibus.Et ad Heb.apertius ait,Quomodo
effugiemus,si tantam neglexerimus salutem,quę in nos confirmata est,contestante deo,signis & por G
tentis & virtutibus & spiritusſ.distributionibus? De illuminatione quoque vultus sui super apostolos
Luc.21. Christus prædixit,Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere oẽs
Matt.28. aduersarii vestri.Deniq; de dextera sua,id est,gratiosa sua præsentia ac pia custodia ait, Ecce ego vo
biscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.Per hæc itaque salutem mẽtis & cor-
poris Christiani sortiti sunt,quoniam ô Christe,complacuisti in eis sicut in euãgelio protestaris,Nõ
Iohan.15 vos me elegistis,sed ego elegi vos.Vnde Petrus credentibus scribit, Vos genus electum,regale sacer
1.Pet.2. dotium,gens sancta,populus acquisitionis,vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit
in admirabile lumen suum.Ideo Christiani ad fidem Christi ac interiorem salutem perducti sunt ab
exordio prædicationis apostolorum,quia à Christo electi fuerunt.Hinc nanque Paulus Atheniensi
Act.17. bus dixit,Tempora prioris ignorantiæ despiciens deus,nunc annunciat hominibus vt omnes vbiq;
Ephe.3. pœnitentiam agant,eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate in viro quem sta-
tuit.Ad Ephesios quoque,Secundum reuelationem ( inquit ) notum mihi factum est sacramentum,
quod aliis generationibus non est agnitum,sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius in spiritu,
esse gentes cohæredes & concorporales,& comparticipes promisśionis dei in Iesu Christo, imo in
Christo omnes fideles & prædestinati ab æterno electi sunt,quemadmodum Apostolus rursus fassus H
Ephe.1. est,Deus elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in con-
August. spectu eius.Vnde secundum Augustinum in libro de prædestinatione sanctorum, Christus est præ-
clarisśimum exemplar & causa prędestinationis omnium electorum.Quocirca pensandum,quòd in
prædestinatione duo considerantur,videlicet ipse actus prædestinantis : sic autem nec Christus,nec
aliquid est causa prædestinationis,quoniã prædestinatio sic accepta est deus prædestinans, sicut crea
tio actiua est deus creans.Secundo consideratur in prædestinatione , gratia prædestinantis , quæ est
prædestinationis effectus. Prædestinatio enim est præparatio gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro:
sic vero Christi prædestinatio est exemplar & causa prædestinationis sanctorum . Deus enim præ-
ordinauit mundum saluare per Christum , & merito eius conferre hominibus gratiam. Ideoque
Ephe.1. Apostolus ait , Deus prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secũdum pro-
positum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ,in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.Et ali
Rom.2. bi , Quos præsciuit(inquit) & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui,vt sit ipse primogeni-
tus in multis fratribus.Deniq; Christus causam illuminationis humiliũ asśignãs, cõplacentiam volũ
tatis diuinæ pro causa inducit,dicens,Confiteor tibi pater dñe cæli & terrę , quia abscondisti hęc à
sapiẽtibus,& prudẽtibus,& reuelasti ea paruulis. Etiã pater,quia sic placuit ante te.Vnde & deus ad
Luc.10. Mosen aptisśime ait,Miserebor cui voluero,& clemẽs ero in quẽ mihi placuerit.Ex quo concludit sa

A cratissimus noster philosophus, ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Hæc autem introdu
cta sunt contra inimicos gratiæ dei, videlicet contra Pelagianos, & ne aliquis vnquã in semetipso glo Exod.33.
riari præsumat, sed sciat totum bonum nostrum, id est, merita & præmia esse dei dona, soláque gratia Rom.9.
nos esse saluatos. Ideo enim Apostolus loquitur, Deus qui diues est in misericordia propter nimiam
charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo cuius Ephe.2.
gratia estis saluati: gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex operibus: dei enim donũ est, non Rom.3.
ex operibus ne quis glorietur. Deinde ecclesia quilibetq; fidelis ait, Tu, domine Iesu, es ipse rex meus, Esa.33.
de quo scriptum est, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet Ierem.23
& saluabit nos. Et, Suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit. Et, Ecce rex tuus Zach.9.
veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam. Christus.n. ecclesiam regit, co-
lit, purgat, perficit, atque ad vitam æternam perducit. Vnde de Christo alio loco scriptum est, Stabit Mich.5.
& pascet in fortitudine domini & conuertentur ad eum. Et dominus per Ezechielẽ ait, Saluabo gre Ezec.34
gem meum, & suscitabo super eum pastorem vnum, qui pascat eum seruum meum Dauid. Ego do-
minus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps eorum. Per Dauid autem, secundum omnes
doctores etiam Hebræorum intelligitur rex Messias seu Christus. Tu quoq; domine Iesu Christe es,
B & deus meus. Tu enim es vnigenitus dei deo patri consubstantialis, coæqualis, & coæternus. Vnde
Iohannes ait, Simus in filio dei Iesu Christo. Hic est verus deus & vita æterna: qui mandas salutes Ia 1.Iohã.5.
cob, hoc est, qui gratiam & misericordiam tuam gratis impendis ac offers ecclesiæ, & supplantatori-
bus vitiorum qui in euangelio dicis, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refi- Matt.11.
ciam vos. Et iterum, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. In te inimi Matth.7.
cos nostros, scilicet dæmones, ventilabimus cornu, superando tentationes eorum per gratiam tuam. Luc.11.
Apostolus enim, Omnia (ait) possum in eo qui me confortat. Christus quoq; discipulis ait, Ecce de- Philip.4
di vobis potestatem super omnia dæmonia. Principes etiam Christianorũ frequenter Christi virtute Lucæ.10.
visibiles hostes superauerunt: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis, non formidãdo eos Matt.10.
qui corpus occidunt, sed implendo quod tuipse dicis, Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini Luc.12.
ab his qui corpus occidunt, sed eum timete qui habet potestatem, & corpus & animam perdere in Ibidem.
gehennam ignis. Et rursus, Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro, dare vo- Iohã.14.
bis regnum. Et alibi, Non turbetur cor vestrum neque formidet. Hoc beatissimi martyres excellen-
tissimi impleuerunt, qui tyrannos deriserunt atque spreuerunt. Et de primis nostris principibus, sci-
licet de sanctis apostolis scriptum est, Ibant gaudentes á conspectu cõsilii, quoniam digni habiti sunt Act.5.
C pro nomine Iesu contumeliam pati. Et Paulus testatur, Ego non solum ligari, sed & mori paratus
sum pro nomine domini Iesu Christi. Non enim in arcu meo, hoc est, in naturali industria aut subti-
li consilio, aut adinuentionibus fraudulentis, sperabo. Saluasti enim nos de affligentibus nos, id est, de Act.1.
persecutoribus & tyrannis, quia per mortem corporalem quam nobis intulerunt æternam vitã ade-
pti sumus: & odientes nos confudisti, quia prædictos aduersarios fidei atque ecclesiæ æternaliter cõ
demnasti. Potest quoque exponi hic versus de dæmonibus nos tentantibus, & concupiscentiis ma-
lis nos impugnantibus, contra quos viri sancti continuum bellum habent, sed in nomine Christi ho
stibus omnibus præualent. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in seculum.
Versus iste in præcedenti expositione satis expositus est. Quod autem ecclesiæ Christi præsertim
conueniat, patet ex eo quod ait scriptura, Omnes qui credebant erant pariter, & erant illis omnia Act.2.
communia, & sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis: & collaudabant deum haben
tes gratiam ad omnem plebem. Nunc autem, videlicet quando hæretici, schismatici, pagani, tyranni
& impii deuastant ecclesiam orthodoxam martyrésque occidunt, repulisti ô domine Iesu, id est, po-
lum tuum affligi permisisti & confudisti nos, permittens nos ab impiis subsannari ac despici, sicut ait
Apostolus, Spectaculum facti sumus deo, & angelis & hominibus: & non egredieris in virtutibus no 1.Cor.4.
stris, hoc est, de tribulationibus, pœnáque mortis in præsenti seculo non eripies nos. Auertisti nos
retrorsum post inimicos nostros. Frequenter enim fideles nondum parati ad martyrium fugerunt,
& propria loca reliquerunt timore persecutorum, & captiui ducti sunt atque post terga hostium vin
D cti venerunt, ac trahebantur, & qui oderunt nos, diripiebant sibi, terras, ciuitates, & omnia nostra,
quæ reliquimus fugientes seu capti. Temporibus quippe martyrum, diripiebant sibi tyranni quæ-
cunque martyrum erant. Dedisti nos tanquam oues escarum, hoc est, tam copiose, támque pro Iohã.16.
nihilo nos occidi permisisti, sicut oues mactantur, vt manducentur. Implesti enim in nobis domi- Lucæ.21.
ne Iesu, quod in Euangelio prædixisti, Venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium
se præstare deo. Et iterum, Trademini à parentibus & propinquis & amicis, & morte afficient ex
vobis, & in gentibus dispersisti nos. Vsque in hodiernum diem multi fideliũ inter infideles moran
tur sub graui tributo atq; pressura, quemadmodũ inter nos cõmorantur Iudæi. Vendidisti populum
tuũ sine precio. Eodem modo & multo amplius contigerunt frequenter Christianis mala, seu pœnæ
quæ in isto versu, ac duobus sequentibus recitantur, quomodo acciderunt populo veteris testamenti,
idcirco expositio patet ex præcedenti expositione, Tota die verecundia mea contra me est. Erubuit
enim ecclesia Christi, vel propter mẽbra sua infirma, quæ interdum ex horrore pœnarũ in martyrio
defecerunt, vel fugerũt aut se absconderũt. Vel quia videbant legẽ dei sui contemni & cõculcari. Vel
quia Christiani ab omnibus aspernabantur velut insensati & magi, atq; phantastici, sicut de eis dictu
ri sunt infideles in die iudicii, Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, & in similitudinẽ impro- Sapien.5
perii, nos insensati vitã illorũ ęstimabamus insaniã, & finẽ sine honore. Quõ ergo cõputati sũt inter
filios dei, & inter sanctos sors illorũ est? Vñ & S. Iob ait, Deridetur iusti simplicitas. Hęc omnia, tor-

menta & dura, venerũt super nos, martyres tuos & seruos domine Iesu Christe, nec obliti sumus te, E
fidem tuam negando, & inique non egimus in testamento tuo, id est, propter persecutiones nequa-
quam reliquimus viam iustitiæ, & non recessit retro cor nostrum, te derelinquendo, & rebus trãsito-
Luc.9. riis inhærendo. Quoniã propter te, id est, amore tuo, & propter spem vitæ æternæ, mortificamur to
ta die, in labore pœnitentiæ, in ieiunio & fletu & planctu, in vigiliis & castigationibus mentis & cor
poris, atque omnimoda abnegatione propriæ voluntatis, baiulando quotidie crucem Christi, & se-
Hebr.12. quendo vestigia eius, quemadmodum monet Apostolus, Deponentes omne pondus & circunstans
nos peccatum per patientiam curramus propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei,
& consummatorem Iesum, vt nõ fatigemur animis nostris: æstimati sumus sicut oues occisionis. Hoc
& cætera nunc omissa in præcedenti expositione satis elucidata videntur. Hunc autẽ versiculum al-
Rom.8. legat Apost. tanquam de se ac sibi similib⁹ dictum, quos nulla aduersitas à dei amore auertere potest,
1.Cor.13 sic nempe inducit, Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio,
an fames, an gladius? Sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die. æstimati sumus
vt oues occisiõis. Et alibi ait, Quotidie morior propter vestrã gloriam fratres, quàm habeo in Chri
sto Iesu domino nostro.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLIIII. F

### ℂ EXPOSITIO Psalmi.

PSalmus iam elucidandus tali titulo prænotatur, In finem pro his qui commutabuntur filiis Cho
re, ad intellectum canticum pro dilecto. Psalmus iste gloriosus ac nobilis de duplici Christi natu
ra ac diuina generatione ipsius, & de vnitate personæ ipsius, de coniunctione quoque Christi sponsi
& sponsæ suæ ecclesiæ, seu virginis gloriosæ, aut fidelis animæ excellenter euidẽterq; tractat, & ideo
appellatur epithalamium, id est, carmen thalami, nuptias sponsi ac sponsæ collaudans. Sensus ergo
tituli talis est. Canticum in finem, id est psalmus iste, qui dicitur canticum, tendens in Christum, qui
est principium nostræ creationis, & finis nostræ recreationis: Canticum, inquam, scriptum pro his
qui commutabuntur, hoc est, pro electis, qui non solum resurgent, sed etiam immutabũtur, id est, bea
Matt.27. tam immortalitatem adipiscentur, videlicet pro filiis Chore, id est, imitatoribus Christi in loco Cal-
Lucæ.3. uarie crucifixi. Chore enim interpretatur Caluaria. Pro dilecto, hoc est, canticum istud etiam scri-
ptum est pro Christo, ad quem pater dixit, Tu es filius meus charissimus. Sic ergo cãticum istud est
pro Christo & fidelibus eius, id est, de sponso ecclesię, & ipsa ecclesia loquitur. Ad intellectum, id est
quatenus Christifideles sapienter intelligant Christum & eius mysteria, scilicet incarnationẽ & con
iunctionem cum ecclesia fideliter contemplentur. Hieronymus autem in translatione sua, iuxta He-
bræum, ponit hunc titulum. Victori, pro liliis filiorum Chore, eruditionis canticum amantissimum, G
& redit in idem cum titulo præinducto. Per lilia enim intelliguntur fidelia Christi membra quę sunt
filii sponsæ. Porro exordium psalmi huius, videlicet primi duo versus dupliciter exponuntur. Primo,
vt sint verba dei patris, in cuius persona loquens propheta ait.

PRECATIO.

*Fac nos quæsumus deus pater æterne, speciem & pulchritudinem unigeniti filii tui diligere, ipsumq; speciosum forma præ filiis hominũ toto corde desiderare, & ut uncti oleo sancti spũs ipsius gratia semper tuis in oculis placeamus.*

### ℂ EXPOSITIO Psalmi literalis.

ERVCTAVIT cor meum verbum bonum] hoc est, mẽs mea paterna, seu ego
ipse qui aliud nihil sum, nisi mens paterna simplicissima atque purissima, vel
intellectus meus æternus, siue memoria mea fœcunda, de plenitudine suæ infi
nitæ fœcunditatis ac bonitatis, & de ipso fonte meæ essentiæ infinitis diuitiis
pleno, intellectualiter protuli, æternaliter dixi, vereque genui, vnicum filiũ mi
hi consubstantialem, qui est verbum bonum. De quo scriptum est, Fons sapiẽ-
Eccle.1. tiæ verbum dei in excelsis. Et, In principio erat verbum, & verbum erat apud H
Iohan.1. deum, & deus erat verbum. De quo superius dictum est, Verbo domini
Psal.32. cæli firmati sunt. Sapiens quoque, Dum quietum silentium tenerent omnia,
Sap.18. & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus domine de cælo exiliens à rega-
libus sedibus venit [DICO ego] pater æternus [OPERA mea] hoc est, quæcunque ago [RE-
GI] hoc est, Christo filio meo amantissimo, qui est rex regum, & dominus dominantiũ. Hoc est quod
Apoc.19 Christus ait, Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Quicquid enim pater in se-
Iohan.5. ipso cognoscit, hoc in verbo suo exprimit, ita vt quicquid in patris essentia continetur, hoc plane re-
splendet in filio. Ipse nanque vnigenitus est mentis paternæ verbum æternum, intelligentiæ dictio,
& sapientię eius plena expressio. Denique quicquid pater in ordine rerum à principio condidit hoc
æternaliter in verbo suo dixit, atque per ipsum congruo tempore fecit. Propter quod Iohannes testa
Iohan.1. tur, Omnia per ipsum facta sunt. Et iterum, Quod factum est in ipso vita erat. Deinde ait pater
Ibidem. æternus. ℂ (2) LINGVA mea calamus scribæ, velociter scribentis] id est, intellectus meus simi-
lis est stilo hominis cito scribentis. Et hoc propter duo. Primo quoniam verbum quod stilo scri-
bitur, non est sonans ac transiens, sed silens, firmum ac permanẽs, sic verbũ dei patris non est trãsiẽs,
sonans, atque instabile, sed secretum, firmum, immobile, & æternum. Secundo, quoniam sicut sti-
lus velociter scribentis sine labore ac mora notabili verbum exarat, sic intellectus diuinus ad in-

A tra loquens, vel deus pater sine motu, labore, & mora verbum suum produxit in ipso æternitatis momento, quemadmodum sapiētia æterna, quæ est verbum ac filius dei, ait, Dominus possedit me initio viarū suarum antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Secūdo exponi potest hic locus, vt sint verba prophetæ, eritq; sensus, Eructauit cor meum verbum bonum, id est, ex plenitudine diuinæ illuminationis, & ex abundantia prophetalis notitiæ intellectus meus protulit, intra se dixit & ore expressit psalmum præsentem qui est verbū bonū & salubre, ac optimus sermo: dico ego opera mea regi. i. scripturā istam & alia cūcta quæ ago, dico, canto, & scribo ad gloriam regis Messiæ, de cuius nuptiis in hoc psalmo tractabo. Lingua mea calamus Scribæ, velociter scribentis. i. lingua oris mei in scribēdo hunc psalmū fuit, calamus, stilus, pēna, seu graphium scriptoris cito scribentis, id est, meūpsius qui psalmū istum sine proprio studio scripsi & sine labore secundum quòd spiritus sanctus me docuit. Lingua enim prophetæ fuit instrumentum animæ suæ, quemadmodum penna instrumentum est manus scribentis. Scripsitq; propheta hunc psalmum velociter, sicut apud Ieremiam habetur, Dixit Baruch ad principes Iudæ, Ex ore suo loquebatur Ieremias, quasi legens omnes sermones istos ad me, & ego scribebam in volumine atramento. Vel sic, Lingua mea calamus fuit scribæ velociter scribentis, id est, spiritus sancti, Prou.8. Iere.36.

B qui quos ad scribendum inspirat, velociter scribere facit. Nescit enim tarda molimina spiritussan. gratia, teste Ambrosio. Et huic sensui consonat quod Dauid alio loco fatetur, Spiritus domini locut' est per me, & sermo eius per linguam meam. Prima autem expositio horum versuū melior est atq; profundior, & ei concordat, quod per Esaiam ait deus pater, Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur. Illud quoque cuiusdam Sapientis, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Non solum autem dixit, Eructauit cor meum verbum: sed, verbum bonum: ad insinuandum, quòd verbum istud sit verus deus. Nam Christo testāte nemo bonus, nisi deus. Ipse enim deus est naturaliter atque quomodolibet bonus: & secūdum Dionysium, Natura eius est bonitas, primūmque dei nomen est bonum. Consequenter prorumpit propheta in laudem regis istius, & primo commendat eum propter pulchritudinem, dicens, ❨ (3) SPECIOSVS forma præ filiis hominum] Triplex speciositas in Christo fuit. Vna æterna, diuina, & infinita: quæ conuenit ei ratione diuinæ naturæ, estque essentialiter idem cum diuina essentia atque in tribus personis vna ac indiuisa. Et de hac pulchritudine Christi, qui est sapiētia patris: scriptum est, Sapientia emanatio quædam est omnipotentis dei syncera. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et Apostolus, Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, sedet ad 2.Re.23. Esa.45. Eccl.24. Marc.10. Sap.7. Hebr.1.

C dexteram maiestatis in excelsis. Vnde sanctus Hilarius appropriata diuinarum personarū designās, Aeternitas (inquit) est in patre, species in imagine, vsus in munere. Quid autem est species in imagine, nisi pulchritudo conuenit filio tanquam per omnia simili deo patri? Propter quod filius contestatur, Qui videt me, videt & patrem. Hoc enim ait, non propter identitatem personæ, vt asserebat inimicus sanctæ Trinitatis Sabellius, sed propter omnimodam similitudinem vtriusque, secundum quod ait Apostolus, Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. De hac increata pulchritudine dei Dionysius pulcherrime loquitur, Propter hanc quoque speciositatem ait de Christo Petrus apostolus, In quem desiderant angeli prospicere. Alia est speciositas Christi creata, & spiritualis quæ consistit in perfectione suæ sapientiæ, in excellentia gratiæ, & in eminentia suæ charitatis atque virtutum: & ista speciositas Christi summa & incomparabilis fuit, imo & maior quàm omnium simul electorum, quia scriptum est, Non ad mensuram dat deus spiritum, subintelligēdum est, Christo homini. Tertia autem speciositas Christi fuit creata, & corporalis quæ consistit in debita proportione, situ & quantitate membrorum, & incongrua superfusione viuacis coloris, & ista pulchritudo Christi magna ac vehemens fuit. Primo quoniam nulla naturalis perfectio defuit ei. Secundo, quia decebat vt anima illa sanctissima atque pulcherrima proportionatum sibi corpus, vt pote pulchrum ac nitidum sortiretur. Tertio, quoniam corpus Christi sumptum erat ex purissima materia, scilicet ex mundissimis sanguinibus dignissimæ virginis. Quarto, quia formatum compactúmque fuit ab agente infallibili non errante, puta à spiritu sancto. Verum, an ista corporalis spe- Iohā.14. Coloss.1. 1.Petr.1. Iohan.3.

D ciositas Christi fuerit simpliciter maior quàm aliqua vnquam alterius hominis speciositas fuerit, de hoc diuersimode dicitur. Ego autem pie credo, quòd dominus meus Iesus Christus etiam quantum ad corporalem pulchritudinem cæteros omnes, imo & Absolonem excesserit propter rationes prædictas. Non tamen semper (vt arbitror) æque pulcher in vultu apparuit, quoniam ea quæ pulchritudinem corporalem ornant atque conseruant, non curauit sed spreuit. Pulchritudo autem eius spiritualis semper æqualis fuit, quia in gratia non profecit: pulchritudo vero corporis sui, tempore passionis in tantum euanuit, vt de ipso ab Esaia dictum sit, Non est ei species, neque decor: & vidimus eū, & non erat ei aspectus. De hac autem multiplici pulchritudine sponsi cælestis, ac regis Messiæ, ait sponsa, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Et, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Sic ergo (ô Christe) tu speciosus es forma præ filiis hominum. Quod enim idipsum ad literam de Christo dicatur, patet ex translatione Chaldaica, apud Hebræos autentica, quæ sic habet, Pulchritudo tua rex Messia maior quàm filiorum hominum. Porro in libris Annalibus Romanorum legitur, quòd Christus fuit staturæ proceræ, mediocris & spectabilis, vultum habens venerabilē, quē possent intuentes diligere & formidare, capillos habēs coloris nucis auellanę præmaturę, planos fere vsq; ad aures, ab aurib. cincinnos crispos aliquātulū ceruliores & fulgētiores ab humeris vētilātes, discrimen habēs in medio capitis iuxta morē Nazareorū, frontē planā ac serenissimā sine macula ac ruga, quā rubor moderatus venustauit, nasi & oris nulla prorsus reprehēsio, barbā his co- 2.Reg.4 Esa.5. Cant.5. Cant.1.

piosam capillis concolorem, non longam, sed in mento parum bifurcatam, aspectum simplicem & maturum, oculis glaucis, variis & claris existentibus. In increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris seruata grauitate: aliquando fleuit, sed nunquam risit, statura corporis propagatus & rectus, brachia vero & manus visui delectabiles, alloquio grauis, rarus & modestus, talis vtique per opera vt merito diceretur, Speciosus forma præ filiis hominum. E

¶ Hæc ex epistola Publii Lentuli, quam tẽporibus Octauiani Cæsaris Senatui scripsit Romano desumpta videntur. Cuius quidem epistolæ infra omnem seriem & integritatem, cum alia quadã quæ Pontii Pilati ad Claudium dicitur, ex antiquissimo quodam eoq; manu scripto libro adiicimus.

¶ Publius Lentulus Se. Ro. Salutem.

APparuit temporibus nostris, atq; adhuc nobiscum est homo magnæ virtutis, quem eius discipuli filium dei vocant suscitans mortuos & languidos sanans. Homo quidem statura procerus mediocris & spectabilis: vultum habẽs venerabilem, quem intuentes possunt & diligere & formidare: capillos in modum coloris nucis auellanæ præmaturæ, planos fere vsq, ad aures, ab auribus vero vsq; ad humeros cincinnos & crispos, aliquantulũ ceruliores & fulgentiores ab humeris ventilantes. Discrimen habet in medio capitis, iuxta morem Nazareorum, frontem planam & serenissimam, cum facie sine ruga aut macula aliqua, quam rubor moderatus venustat. Nasi & oris nulla prorsus est reprehẽsio. Barba copiosa & capillis cõcolor, non lõga sed in medio bifurcata. Aspectus simplex & maturus, oculis glaucis variis & claris existentibus. In increpatione est terribilis, in admonitione blãdus, amabilis & hilaris, seruata vbique maturitate. Hic nũquã visus est ridere, flere autẽ persæpe. Statura corporis propagatus & rectus, brachia vero & manus visui delectabiles. In colloquio grauis rarus & modestus ac speciosus inter filios hominũ, Iesus Christus Mariæ filius &c. F

¶ Pontius Pilatus Claudio Tiberio Cæsari Salutem.

NVper accidit, quod & ipse probaui, Iudæos per inuidiam in se suosq; posteros crudeli damnatione arsisse: Nam cũ promissum haberent patres eorum quod deus ipsorum illis in terras vnicum suum per virginem nasciturũ mitteret filium, qui eorum Rex merito diceretur & Messias. Iste me præside Hebræorũ deus cum venisset, & vidissent eum cæcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones ex hominibus fugasse, mortuos suscitasse, ventisq; imperasse, ac siccis pedibus super vndas maris ambulasse, multaque alia miracula fecisse, vnde cum omnis populus hunc filium dei diceret, inuidiam contra eum passi sunt sacerdotes sacerdotumque principes, & mihi eum occidendum tradiderunt. Aliiq; aliis mentientes dixerunt eum magum esse, & omnia contra ipsorum agere legem. Ego ita esse credens eundem flagellatum & coronatum tradidi arbitrio eorum. At illi crucifixerunt eum, & sepulchro eius custodiam fortissimam adhibuerunt. Ille vero, militibus meis sepulchrum custodientibus, cũ tertia die a mortuis resurrexisset in tantum nequitia exarsit Iudæorum contra Christum, vt copiosam custodibus darent pecuniam, quatenus populo dicerent, quia discipuli eius nocte venientes corpus ipsius rapuerunt. Verum milites mei cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat tacere non potuerunt: Nam & illum resurrexisse publice coram omni populo testati sunt, & se a Iudæis accepisse pecuniam vt silerent quod factum fuit. Hæc ideo tibi scripsi, ne quis aliter mentiatur aut mendaciis credas Iudæorum, qui de Christo omne malum mentiuntur, Vale.

Esa. 49. Deinde Christus laudatur ab eloquentia. [DIFFVSA est gratia in labiis tuis] hoc est, fructuosa &
Iohã. 7. efficax eloquentia data est tibi. Vnde per Esaiam Christus ait, Posuit dominus os meũ quasi gladium
Luc. 4. acutum. Et ipsi quoque aduersarii Christi compulsi sunt dicere, Nũquam sic locutus est homo, sicut
Matth. 7. hic loquitur. Sed & de ipso apud Lucam legitur, Mirabantur omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. Efficaciam autem Christi in loquendo pandit Euangelista dum ait, Erat docens sicut virtutem habens, non sicut Pharisæi & Scribæ. Sciendum quoque quòd Christus habuit donum G
Matth. 15 linguarũ, sicut & cæteras gratias gratis datas, nõ tamẽ legitur vsus hoc dono, quia nõ prædicauit nisi in Hebræo. Vnde ipse ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Denique sicut manus est organum intellectus practici, sic lingua est organum seu instrumentum intellectus specu-
Cant. 5. latiui. Quemadmodum ergo Christus habuit summam sapientiam, sic decuit eum habere summã eloquentiam. Ideo de gratia labiorum Christi sponsi sui ait sponsa, Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est [PROPTEREA benedixit te deus in æternum] benedictio dei est collatio seu infusio gratiæ dei ac diuinorum donorum, & multiplicatio eorũdem. Christus autem in gratia nõ profecit, nec sibiipsi aliquid de essentiali præmio meruit, sicut vbertim præhabitum est. Quomodo ergo propter gratiam labiorum suorum benedictus à deo asseritur? Et respondẽdum quòd benedictio ista intelligenda est quantum ad accidentale præmium Christi. Nam per prædicationem suam sanctissimã meruit sibi corporis sui glorificationem & ascensionem. Potest quoque benedictio ista referri ad fructum eloquentiæ Christi, atque ad mysticum corpus ipsius. Dicimus enim terram seu arborem benedici, dum fert copiosum fructũ. Similiter quoniã per Christi doctrinam multi salutem sortiti sunt, ipse Christus ratione suæ eloquentiæ benedici asseritur. ¶ (4) ACCINGERE gladio tuo super H fœmur tuum potentissime] hoc est, ô rex Christe qui es Saluator omnipotens & debellator aëreaꝝ potestatũ fortissimus accingere, id est, teipsum accinge, vel à tota Trinitate accingaris gladio tuo, id est, prædicatiõe diuina, verbo dei, sermone iustitiæ, ita vt gratiã in labiis tuis diffusam effundas, eãq; ad mundi informationem vtaris, accingere inquam super fœmur tuum, id est, super intellectum tuũ, ita vt sapienter loquaris, & efficaciter doceas. Bene equidem per gladium intelligitur verbum dei seu
Ephe. 6. prædicatio euangelii, iuxta illud diuini Apostoli, In omnibus sumentes scutum fidei, & gladium spiri
Heb. 4. tus quod est verbum dei. Et iterum, Viuus est (inquit) sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Dicitur enim verbum dei gladius ratione sui effectus, quoniam intima mentis penetrat, peccata occidit, dæmonẽmque exuperat. Vnde ad Ieremiam dominus ait, Nunquid non verba
Ierem. 23 mea sunt ignis, & quasi malleus conterens petram? Et Ecclesiast. ait, Verba sapientum quasi stimu-
Eccle. 12. li, & quasi claui in altum defixi. Conuenienter quoque per fœmur accipitur intellectus. Quemadmodum enim fœmur corporis est seminarium generationis secundum illud, Non auferetur sceptrũ
Gen. 49. de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est: sic intellectus est seminarium spiri-
Luc. 8. tualis procreationis. Nam vt Christus in euangelio asserit, semen est verbum dei. Verbum autem ab intellectu procedit, sicut ait Philosophus. Sunt ergo earũ quæ sunt in voce ea quæ sunt in animo passionum notę. Intellectus itaque per verbum oris spiritualiter generat, prout ad Gal. dicit Apostolus,

A Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christus in vobis. De hoc fœmore intellectuali cui Gal. 4
supercingitur gladius verbi, ait Ieremias, Conuerte me domine & conuertar: postquam enim cõuer-
tisti me egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. De potentia autẽ Chri Ierem. 32
sti in præcedentis psalmi elucidatione multa inducta sunt, quibus hoc adiici potest quod apud Mi-
cheam de ea commemoratur, Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interi- Mich. 5.
bunt. Et Apostolus de Christo loquens, Cum sit, inquit, splendor gloriæ, portánsque omnia verbo Heb. 1.
virtutis suæ. Vnde Christus dei sapientia inquit, Omnium excellentium & sublimium colla calcaui. Eccl. 24.
¶ (5) SPECIE tua] creata [ET pulchritudine tua] increata [INTENDE prospere] hoc est, feli
citer respice & ad nostram æternam prosperitatem pie cõsidera genus humanum, vt illud saluifices.
[PROCEDE] de sinu patris in vterum virginis de cælo summo in inferiores partes terræ, de vtero
matris in præsepe, de præsepi in publicum, deinde in crucem, & tandem in cælum. Sic ergo procede
quemadmodum sponsa ait, Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles. [ET regna] in mili- Cant. 2.
tanti ecclesia per fidem & gratiam, atque in triumphanti ecclesia per visionem beatam. Itaq; ô Chri
ste regna quatenus impleatur illud, In die illa erit dominus rex super omnem terrã. Et illud, Erit do Zach. 14
mino regnum. De hoc Christi regno etiam ait Apost. Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod Naum. 3.
B est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium & terrestrium & inferno- Philip. 2.
rum. Et iterum, Deus, inquit, constituit illum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principa Ephe. 1.
tum & potestatem & virtutem & dominationem. Propter quod in euang. etiam Christus affirmat,
Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Cõsiderandum autem quòd Christus hoc dixit post Matt. 28.
resurrectionem suam: sed non est hoc ita intelligendũ quasi tunc primũ data sit Christo homini præ-
dicta potestas, imo à primo suæ humanæ conceptionis instanti, data est ei omnis potestas in cælo &
in terra. Nã eo ipso quo Christi humana natura vnita est deo vnione personali, subiecta est ei omnis
creatura. Ideoque Christus ante passionem dixit, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.
Et iterum ait, Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Et in hoc Christus insinuat vnam Iohan. 3.
atque eandem esse essentiam & potentiam sui ac patris, quia à diuersis seu distinctis suppositis ema- Iohan. 5.
nare non potest operatio eadem numero, nisi in natura & potestate conueniant: imo in verbis his fa
tetur se Christus verum deum. Nisi enim esset verus deus, ipse non faceret quæ facit pater, similiter
patri, vel similiter sicut pater. Nam si pura creatura esset, vt Arriani mentiti sunt, pater faceret prin-
cipaliter, & filius instrumentaliter. ¶ (6) PROPTER veritatem & mansuetudinem & iustitiã]
id est, quia in veritate & mansuetudine atque iustitia cõfirmatus fuisti ô Christe ex vtero matris, [IC
C CIRCO & deducet te mirabiliter] hoc est, in omni conuersatione tua sine culpa, & omnino irrepre
hensibiliter diriget te [DEXTERA tua] id est, diuina tua natura, quæ tua humanitate dignior atq;
robustior est, sicut dextera nobilior potentiorq; consistit quàm sinistra. Christus enim sine omni pec
cato inter homines conuersatus est, quod vtique super hominẽ est, & mirabile nimis, præsertim cũ iu-
stus septies cadat in die. Vel sic, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, hoc est, propter
actus harum virtutum, & merito earum, videlicet quia vita & doctrina verus fuisti, & in aduersis mi
tis ac patiens, atq; in omnibus iustus, non propriam, sed patris gloriam hominúmque salutem quæ-
rens, propterea deducet te mirabiliter dextera tua videlicet eleuans te de terra ad cælos, & statuẽs te
iudicem vniuersorum. Ascensionem enim & iudiciariã potestatem Christus sua exinanitione & san-
cta conuersatione promeruit. Christus enim in omnibus veritatem dixit, & obseruauit, secundum q Iohã. 18.
ipse coram Pilato testatus est, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniũ perhi
beam veritati. Erat etiam mãsuetus quemadmodum ait, Discite à me quia mitis sum & humilis. Erat Matth. 11
& iustus sicut ad Iudæos Stephanus ait, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et oc Act. 6.
ciderunt eos qui prænunciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis.
¶ (7) SAGITTAE tuæ acutæ] id est, verba prædicationis tuæ ô Christe sunt penetratiua cor-
dis & interiora animæ expurgantia, atque timorem salubrem incutientia [POPVLI sub te cadent]
hoc est, infideles qui ante tibi inobedientes rebellésq; fuerant, audita prædicatione tua ac discipulo-
D rum tuorum conuertentur ad fidem, & tibi obedient. Cadent autem sub te [IN corde tuo] .i. in me-
dio [INIMICORVM regis] hoc est, gentilium qui erant hostes tui, qui es rex summus, & verus. In
toto enim mundo ceciderunt spiritualiter .i. in Christo per fidem subiecti sunt qui tempore incredu-
litatis inimici extiterant. Vnde Apost. ait, Commendat autẽ charitatem suam deus in nobis qm̃ cum Rom. 5.
adhuc inimici essemus, ille pro nobis mortuus est. Et Christus est pax nostra qui fecit vtraque vnum
per crucem dissoluens inimicitias in semetipso. Cui consonat quod de Christo à Propheta prædictũ Ephe. 2.
est, Et erit iste pax Assyriis cum venerit & cum calcauerit in domib⁹ nostris. Huic autem expositio-
ni concordat quod infra de Christo habetur, Dominare in medio inimicorũ tuorũ. Id quoque quod
ait Micheas, Conuertentur ad ipsum quia nunc magnificabitur in medio vniuersæ terræ. De hoc au Psal. 109.
tẽ casu populorũ sub Christo & regno eius super inimicos suos pulcherrime vaticinatus est Daniel, Mich. 5.
Suscitabit, inquiens, deus cæli regnum quod in æternum non dissipabitur, secundum quòd vidisti, q Dan. 2.
de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & au-
rum. Lapis enim abscisus de mõte sine manibus est Christus, natus de virgine sine viri seminibus, &
hic lapis cõminuit prædicta metalla, per quæ designantur mundi regna, dum apostoli virtute Christi
ad fidem atq; obsequiũ eius vniuersum mundũ conuerterũt, idololatriã extirpantes. Et hoc est quod Sopho. 2.
à Sophonia inducitur, Horribilis dñs super impios, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabũt eũ
viri de loco suo oẽs insulæ Gẽtiũ. Propter quod Esaias ait propheta, Idola penitus cõterẽtur. Vel sic, Esa. 2.
Populi sub te cadẽt in corde .i. casus iste erit spũalis p obediẽtiã mẽtis, nõ corpalis. ¶ (8) SEDES tua

deus in seculum seculi] hoc est, thronus gloriæ tuæ atq; iudiciaria tua potestas ô Christe, qui es deus E
Dan.7. verus ęternaliter stabit, nec vnquam deficiet, quemadmodũ ab alio dictum est, Potestas eius, potestas
Zach.6. æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Et per alium, Ipse portabit glo-
riam, & sedebit, & dominabitur in solio suo. [VIRGA directionis, virga regni tui] id est, lex seu do-
ctrina tua quæ est virga regni tui, id est ecclesiæ, per quam ipsa fideles regit & iudicat, est virga dire-
ctionis, hoc est, iusta directio & rectũ iudiciũ, quia neminem palpat, & personam non accipit. Chri-
stus enim præfixit ecclesiæ suæ iustitiæ regulas, per quas dirigit Christianos. De hac virga Christi
Esaias ait, Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorũ suorum interficiet impium. Vel sic, Virga
Esa.11. regni tui, hoc est, ipsum regimen tuum quo regis & iudicas ecclesiam, quæ est regnũ tuũ, est virga di-
rectiõis, id est, iusta correctio, æqua retributio, & gubernatio omnium directiua. Christus nãq; in se-
ipso iustus est iudex, & singula rectissime atque iustissime dirigit. Vnde de hac virga Christi iudicia-
ria apud Esaiam legitur, Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundũ auditũ auriũ ar-
guet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Vnde & Christus
Matth.7. in euangelio ait, Nolite secundum faciem iudicare. Sed & de virga hac regiminis Christi apud Iere-
Ierem.23 miam dicitur, Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Hunc autem versi
Heb.1. culum cum sequenti allegat Apost. ad Hebræos de Christo prædictum. Vnde liquet psalmum istum
ad literam esse de Christo conscriptum. Postremo diligentissime aduertendum, ꝙ sanctus Propheta F
in versu hoc aperte insinuat Christum esse deum. Nam de eodem de quo prædixit, Speciosus forma
præ filiis hominum &c. vsque ad hunc versum, de eo nunc addit, Sedes tua deus in seculum seculi, &
ꝙ hoc de Christo dicatur euidẽtissime patet ex eo quod protinus de eodem, de quo prælocutus est,
subdit, ¶ (9) DILEXISTI iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus] Hoc enim
de deo secundum naturam diuinam non dicitur, quia secundum eam vnctus nõ est de deo: igitur in-
carnato ista dicuntur. Quamuis enim Christo secundum vtranque naturam conueniat diligere iusti-
tiam, odioq; habere iniquitatem, tamen præsenti loco ista dicuntur de Christo secundum humanita
tem assumptam, quia subiungit: propterea vnxit te deus. In præcedenti versu vocauit Christum deũ,
nunc dicit eum vnctum à deo. Innuit ergo personalem esse distinctionem in deo, & est sensus: quia ô
Christe dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus omnium [DEVS tuus] sin-
gularissimo modo, [OLEO lætitiæ] id est gloria resurrectionis & ascensionis accidentalique pręmio
[PRAE consortibus tuis] id est, prius & plenius quàm alios homines, quoniam tu es primogenitus
ex mortuis. Alii aliter exponunt dicentes, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. i. dulcedine
seu plenitudine gratiæ & conseruatione ab omni peccato. Sed his obuiare videtur, ꝙ Christus à pri
mo suæ conceptionis humanæ instanti plenus erat omni virtute & gratia, nec aliquo modo meruit
per actum præcedentem gratiæ infusionẽ. Possit tamen, ni fallor, dici ad hoc, quòd ista vox, propter-
ea, nõ dicit causam sed signum. Nam quòd Christus dilexit iustitiam, signum est quòd deus vnxit eũ G
Psal.20. oleo gratiæ, secũdum quod ante inductum est, Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Et per
Esa.61. Esaiam ipse Christus, Spiritus, inquit, domini super me eo quòd vnxerit me. ¶ (10) MYRRHA
Luc.4. & gutta & casia à vestimẽtis tuis à domibus eburneis] per myrrham quæ amara est, & à putrefactiõe
præseruat cadauera, vermésq; arcet, mortificatio carnis accipitur, quæ concupiscentiarũ fœtores ac
vitiorũ squalores expellit, secundũ quod ait Apost. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Ie-
Rom.8. su, qui non secundum carnem ambulant. Et iterum, Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si au-
tem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Per guttam vero quæ aromatica est, & inflaturas ac
Prou.28. duritias tollit, humilitas designatur. Vnde Salomon ait, Qui mentis est duræ, corruet in mala, sed hu
milem spiritu suscipiet gloria. Per casiam vero quæ in locis humidis nascitur, & altissime crescit, in-
telligitur baptismus seu fides. Est igitur sensus, Myrrha & gutta & casia, hoc est, virtutes per has spe
cies aromaticas significatæ, à vestimentis tuis, id est, à natura tua humana ô Christe, quæ fuit quasi
vestimentum diuinæ tuæ naturæ, procedunt & dantur ecclesiæ tuæ. Omnis enim sufficientia eius ex
te est, & hæ virtutes quantum ad actum suum sunt non solum à vestimentis tuis, sed etiam à domi-
bus eburneis, hoc est, à castis atque constantibus fidelium mentibus. Oportet enim nos cooperari
2.Cor.6. gratiæ dei, & ideo actus virtutum sunt simul à te, & ab hominibus virtuosis: quibus ait Apostolus, H
1.Tim.4. Hortamur vos ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Et ad Timothæum, Noli negligere gratiam, quę
in te est, quæ data est tibi. [EX quibus] virtutibus [DELECTAVERVNT te] hoc est, tibi, com-
placuerunt [FILIAE regum] id est, animæ religiosæ mundo & carni atque dæmonibus dominan
tes. [IN honore tuo.] hoc est, ad honorem nominis tui opera bona agentes. Solæ enim virtutes fa-
ciunt intellectualem creaturam deo acceptam & gratam. Ad literam quoque multæ filiæ regum, vi-
delicet Catharina, Barbara, atque sacratissima Vrsula cum suis felicissimis ac præamandis sodalibus
Christo propter prædictas virtutes delectabiliter placuerunt, ita vt eius delitię sunt esse cum talibus
regum filiabus. ¶ (15) ASTITIT] ô Christe [REGINA] hoc est, sponsa tua sancta ecclesia
[A DEXTRIS tuis] id est, in potioribus gratiæ tuæ muneribus, & in prospero beneplacito tuo
[IN VESTITV deaurato] id est, in charitate diuina sanctis operibus adornata [CIRCVNDA-
TA varietate] id est, vndique perornata diuersis charismatibus gratiæ spiritus sancti, atque diuersis
generibus populorum, statuum, officiorum, ac graduum. Astat quippe Christo sancta ecclesia
tanquam parata obedire eius imperio, & cooperans gratiæ sui sponsi, filios suos docendo, cor-
rigendo, perficiendo. Stat quoque à dextris eius, & non à sinistris, tanquam sponso suo charissi-
Ephe.9. ma, queadmodum dicit & Apostolus, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea,
vt illam sanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet sibi gloriosam ec-

A clesiam, non habentem maculam neque rugam. De hac Christi sponsa matre ecclesia & regina in
Apocalypsi scriptum est, Signum magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus Apoc. 12
eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim: & clamauit parturiens vt pareret. Hæc enim mulier
amicta est sole.i. Christo, sicut ait Apostolus, Induimini dominũ Iesum Christum, & luna.i. defectus
& inconstantia sub pedibus eius. Ait Iohannes, Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Roma. 13
Hæc autẽ regina induta est vestitu deaurato. Nam per aurũ intelligitur charitas: iuxta illud, Suadeo Apoc. 19
tibi emere aurum ignitũ, probatum. Hoc enim tepido dicitur. Deinde huic reginę Christique sponsæ dicitur. ¶ (12) AVDI] verbum dei. Beati enim qui audiunt verbũ dei, & custodiunt illud. ô (FILIA] in Christo ex aqua & spiritu sancto regenerata ] ET vide] id est, per fidẽ considera omnia quę
Christo spõso tuo sunt placita. [ET inclina aurem tuã] vt ei obedias. [ET obliuiscere populũ tuum]
id est, inordinatũ affectum hominũ tibi notorum depone [ET domum patris tui] id est societatẽ prauorum fuge, & propinquos carnaliter diligere cessa, quatenus deo tota adhæreas. Quod si feceris,
tunc ¶ (13) ET concupiscet rex decorem tuum] id est, Christus pulchritudinem mentis tuæ amabit. [QVONIAM ipse est dominus deus tuus] cui soli debes velle placere, nec alium spõsum ei præferre, [ET adorabunt eum] omnes in ipsum credentes, quemadmodũ in Daniele scriptũ est, Omnes Dani. 7.
populi, tribus, & linguæ seruient ei. Ecce hic rursus testatur Psalmographus, regem de quo nunc lo-
B quitur, scilicet Christũ esse deum, imo & verum deũ in eo quod ait: & adorabunt eum. Adoratio nanque proprie sumpta conuenit soli vero deo. Propter hanc autẽ amorosam concupiscentiã, qua Christus amat decorem spõsæ suæ, in Canticis ipse ait, Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Et, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Et, Pone me vt signaculum super Cant. 4 Cant. 5.
cor tuũ, vt signaculum super brachia tua, quia fortis est vt mors dilectio. ¶ (14) ET filiæ Tyri in Cant. 8.
muneribus.] Tyrus ciuitas erat famosa ac nobilis vicina Iudææ atque pagana, iccireo per Tyrũ designantur Gentiles. Et est sensus, Non solum ex Iudæis conuersi Christum adorabunt, sed & filiæ Tyri in muneribus, id est, Gentiles ad fidem conuersi Christum adorabunt munera offerendo, id est, seipsos & sacrificium nouæ legis, ac alias oblationes tempore nouæ legis cõsuetas ac licitas Et hoc est
quod Esaias ait, Cognoscetur dominus ab AEgypto, & cognoscent AEgyptii dominum, & colent Esaiæ. 19
eum in hostiis & muneribus. Per hæc enim atque similia insinuatur tota Gentilitas conuertenda ad
Christum, secundum quod legitur, In die illa radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Hæc in Iesu Nazareno verissime sunt impleta. Esaiæ. 11.
Nam & Tyrus illa multo tempore Christiano cultui dedita fuit. [VVLTVM tuum deprecabuntur omnes diuites plebis] id est, teipsam seu tuam participationem atq; præsentiam ô ecclesia Christi orabunt omnes Gentes ad fidẽ conuersæ, quæ spiritualiter diuites sunt in charitate & gratia. Iam
C enim videmus ꝙ magni & parui omnesque fideles deprecãtur pastores ac sacerdotes ecclesiæ, quatenus orent pro se, & verbum dei sacramentaque Christi sibi cõmunicent, sicut apud Malachiam habetur, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent. Vel sic, Vultum tuum ô Malac. 2.
ecclesia deprecabuntur omnes diuites plebis, ita vt vultus tuus erit id quod petent, non id à quo petent. Vt sit sensus, Deprecabuntur à deo vultum tuum, quatenus pertineant ad gregem credentium,
quoniam extra ecclesiam non est alicui salus, sicut nec extra arcam Noe quisquam à diluuio saluatus
est. ¶ (15) OMNIS gloria eius] vtpote [FILIAE regis] quæ nũc regina vocata est, & sponsa Christi, atque ecclesia [AB intus] hoc est, tota perfectio fidelium in interiori mentis decore consistit, non Gen. 7.
in exterioribus rebus caducis ac vanis. Deus enim intuetur cor, & mentem scrutatur: homo autem ea
quæ foris sunt aspicit. Sed quia virtus interior procedere debet in exteriores sanctas operationes,
quemadmodum Christus ait, Quid vocatis me domine domine, & non facitis quę dico? Ideo addit, Matth. 7.
[IN fimbriis aureis circumamicta varietatibus] id est, gloria seu vitæ excellentia etiã consistit in operibus charitatis, & gloria seu perfectio ista circumamicta est varietatibus.i. actibus diuersarum virtutum ornata, quia vt ait Apost. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, nõ agit perperam,
non inflatur, non quærit quæ sua sunt. Perfectio ergo Christianorum animorũ in interioribus maxime sita est. Propter quod monet Apost. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum homi- 1. Cor. 13
D nem, qui secundũ deum creatus est. Et iterum exhortatur, Mundemus nos ab omni inquinamẽto car Ephe. 4
nis & spiritus perficientes sanctificationem in timore dei. ¶ (16) ADDVCENTVR regi virgines 2. Cor. 7.
post eam] hoc est, post primitiuam Christi ecclesiam adducentur ad Christum per prędicatores sanctos homines mente & corpore continentes & integri. [PROXIMAE eius] id est, coniugati ac cęteri qui virginibus appropinquant, quo ad hoc quo voluptatibus carnis non adhærent finaliter [AFFERENTVR tibi] ô Christe per fidem & cultũ deuotum. In ipsa ecclesia cõgregantur virgines, &
coniugati, & omnes Christo vniuntur per fidem & gratiam. De his nanque virginibus Christus in
euang. dicit, Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum dei. De quibus scriptum est, Non dicat eunuchus, ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus eunuchis, qui custodierunt fœdus meum, Esaiæ. 59
& elegerunt quę volui, dabo eis in domo mea nomen melius à filiis ac filiabus. ¶ (17) AFFERENTVR in lætitia & exultatione] hoc est, cum gaudio mentis & corporis ad Christum accedent & ei
deseruient [ADDVCENTVR in templum regis] id est, triumphãtem ecclesiam seu regnum cœlorũ
post huius exilii incolatum. ¶ (18) PRO patribus tuis nati sunt tibi filii] hoc est, loco patriarcharũ
& prophetarum orti sunt tibi ô ecclesia dei apostoli atq; discipuli Christi, qui patribus successerunt,
& ex eorũ semine nati sunt [CONSTITVES eos] ô Christe, [PRINCIPES super omnem terrã]
nam in illis terris quas sancti apostoli ad fidem conuerterunt, principatum sortiti sunt, sicut Iohannes in Asia, Andræas in Achaia, Petrus & Paulus in Italia, Thomas & Bartholomæus in India. De

Esaię.66 hac enim missione & principatu apostolorum ait Christus per Esaiam, Mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, in Aphricam, in Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciam ad insulas longe: ad eos qui non audierunt de me, & annunciabunt gloriam meam gentibus. ℂ(19) MEMOR ero] ego propheta author psalmi istius, vel ego ecclesia, [NOMINIS tui domine] rex Christe [IN omni generatione & generatione] quādiu enim psalmus iste à fidelibus legitur, tamdiu Propheta domini recordatur, quia alios ad dei recordationem inducit. Ecclesia quoque indesinenter nomen Christi prędicando annuntiat. ℂ(20) PROPTEREA populi] Christiani confitebuntur tibi] hoc est, laudabunt te, atque ad honorem nominis tui peccata sua aperient [IN æternum] id est, vsque ad finem mundi, quàm diu fides Christiana durauerit. [ET in seculum seculi] id est, laus ista in præsenti vita incipitur, & in futuro seculo sine fine continuabitur. E

ℂEXPOSITIO tropologica eiusdem psalmi.

POstremo pensandum ꝙ triplex est Christi sponsa, videlicet vniuersalis quæ est ecclesia, particularis. s. anima fidelis, & singularis, vtpote virgo diuina. Quemadmodum Cantica cāticorum de hac triplici Christi sponsa exponi possunt, ita quæ nunc dicta sunt de sponsa Christi vniuersali, exponi possunt de sponsa eius particulari ac singulari. Quælibet nanq; anima pia atque fidelis Christo per fidem vnita, per charitatem desponsata, atque à Christo bonis operibus fœcundata, dici potest regina, tanquam summi regis filia, Christi cohæres ac sponsa à spiritu sancto lumine gratiæ imprægnata. Et ista regina astat à dextris Christi in vestitu deaurato secūdum intellectum expositum. Cætera quoque faciliter applicari possunt ad quamlibet animam sanctam. F

ℂEXPOSITIO allegorica eiusdem psalmi.

Cant.6 PRopriissime autem conueniunt ista virgini benedictæ. Ipsa est enim vnica illa ac summa regina
Ibidem. astans semper à dextris filii sui, quæ ineffabiliter delectat patrem æternum, & placet incomparabiliter sponso ac filio suo, quemadmodum ait ad eam sponsus cœlestis, Pulchra es amica mea, suauis & decora. Et iterum, Vna est columba mea, perfecta mea. Astat vero regina hæc regi gloriæ in vestitu deauratissimo, splendidissimo, ac rubicundissimo, quoniam ipsa charitate dei & proximi ineffabiliter atque excellentissime æstuabat, & æstuat ardentissimo optans affectu Christi filii sui mortem & sanguinem fructificare in nobis, oratque sanctis operibus penitus superplena. Propter quod ipsa in
Cant.2. Canticis proclamat, Fulcite me floribus, stipate me malis quia amore langueo. Vnde de ea in Prou.
Prou.13 habetur, Fortitudo & decor indumentum eius. Erat etiam circundata varietate vniuersarum virtu-
Can.5. tum, sicut de ea Salomon est locutus, Inæstimabilis odor in vestimentis eius, hoc est, mira fragrantia
2. Cor.2. spiritualis dulcedinis in virtutibus atque operibus suis. Nam & de tali odore Paulus testatur, Chri- G
Gen.8. sti bonus odor sumus in omni loco. Et Moses dicit, Odoratus est dominus odorem suauitatis, id est,
Luc.1. piæ deuotionis. Denique huic filię dicitur, Audi filia quæcunq; in lege & prophetis conscripta sunt, & quæ loquitur in te dominus deus. Audi etiam salutationem angelicā, & vide, quæ quanta, & qualia deus promisit hominibus per prophetas, & inclina aurem tuam, vt diuinæ inspirationi in omnibus acquiescas, atque angelicæ annunciationi credas assensumque præbeas: & obliuiscere populum tuum, id est, Israelem secundum carnem & literam, non secundum spiritum & spiritualem interpretationem, & domum patris tui, à quo carnaliter genita es, quatenus patri spirituum in cunctis adhæreas. Tunc enim concupiscet rex Messias vnigenitus dei decorem tuum interiorem, scilicet humili-
Psalm.18 tatem, castitatem, charitatem. Concupiuit enim tam vehementer filius dei decorem Mariæ, vt exultaret quasi gigas ad currendam viam, descenderetque in vterum eius purissimū atque dulcissimum, assumens sibi ex ea corpus humanum, ac partē virginalis substantię suę diuinitati vniret. Hinc nan-
Cant.2. que in Cant. ait ad eam, Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. O quantum dilexit te deus virgo digniss. quàm beatiss. es domina mea, quæ deum verum concipere, nutrire, parere, contrectare, lactare, osculari, amplecti, & ad incremēta vsq;
Cant.7. perducere meruisti. Bene dicere poteras illud Salomonis, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.
Luc.1. Illud quoque, Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Nam vtique frequenter adolescentulus ille candidissimus puer Iesus tecum in lectulo florido conquieuit, dormiuit, & vbera tua virginea suxit, te blande aspiciens, dulciter osculans, reuerendissimeque cōplectens. H
Vultum tuum ô domina deprecabuntur omnes diuites plebis. Beatam enim te dicunt omnes generationes, misericordiam tuam implorant, & ad te sicut ad benignissimam aduocatam in omni neces-
Cant.1. sitate confugiunt. Adducentur regi virgines post eam. Omnes enim virgines ad Christum accedentes in via per fidem, & in patria per spem. Mariam tanquam primam & summā sequuntur, & eius exemplo Christo obsequuntur. Ecce quàm prę clarissimus & gloriosissimus est psalmus iste. Et quæ lingua eius præconium digne euoluat? Sed quoniam satis difficilis est, studeamus eum clare intelligere, itemque cum deuotione decenti cantare.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XLV.

EXPOSITIO Tituli.

HAbet denique psalmus modo tractandus hunc titulum, In finem filiis Chore pro arcanis, hoc est, psalmus iste in Christum finem nostrum nos dirigens, cōuenit filiis Chore. i. Christifidelibus crucifixi vestigia digne sectātibus, pro arcanis, hoc est, psalmus iste tractat de secretis Christi mysteriis. s. de eius aduentu & incarnatione. In horum persona loquens Propheta ait.

A PRECATIO.

*Deus Iacob & domine uirtutum, arcum nobis aduersantium contere, & eorum arma nequissima contra nos confringe: ut tua uirtute ablatis bellis perenniter tibi uacemus, & uideamus quoniam tu es deus.*

EXPOSITIO psalmi literalis.

DEVS noster] de quo Moses dicit, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli Deut.6.
seruies. Qui & alibi testatur, Videte ꝙ ego sim solus, & non sit alius deus pre- Deut.32.
ter me. Itaque iste deus nnster est [REFVGIVM] ad quod in omni necessita-
te atque periculo fiducialiter accedere debemus vt protegamur ab ipso. Ipse
enim solus & alius nullus saluare nos potest ab omni discrimine, ideo sequi-
tur, [ET virtus] hoc est, deus noster est fortitudo nostra seu forte atque omni-
potens refugium ad se confugientium, quemadmodū inducitur, Ecce non est Esaiæ.59
abbreuiata manus domini vt saluare nō possit. Turris enim fortissima nomen Prou.8.
domini, ad ipsum currit iustus & saluabitur. Quidam autem ad eos confugiunt, qui nec seipsos, neq;
ad se confugientes valent saluare. De quibus scriptum est, Oculi impiorum deficient, & effugiū peri- Iob.11.
bit ab eis, & spes illorum abominatio erit. Tu ergo propriam pensans insufficientiam, totam spem
B tuam in domino fige, recolens ꝙ dominus ait, Perditio tua Israel ex te, in me tantummodo auxilium
tuum. Ideo autem Iob, Ecce (inquit) non est auxiliū mihi in me. Insuper deus noster est adiutor [IN Osee.13.
tribulationibus] sicut asseritur. Bonus dominus & confortans in die tribulationis. Vnde & infra ha- Iob.6.
betur, Inuoca me in die tribulationis, eruam te. Deus igitur est adiutor noster in tribulationibus, Naum.3.
[QVAE inuenerunt nos nimis] id est, quæ abundanter venerunt super nos. Omnes enim qui volunt Psal.49
pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Et, Homo natus de muliere breui viuens tempore, 2.Tim.3.
repletur multis miseriis. In tribulationibus nanq; pronissimus est deus ad succurrendū. Porro quæ se Iob.14.
quūtur, multipliciter exponuntur, possunt autē literaliter ita exponi. (2) PROPTEREA non ti
mebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris] hoc est, quoniam deus noster
est nnstrum refugium, nostra virtus, & noster adiutor, iccirco non timebimus quamuis terra mouea-
tur vehementer, & mōtes transferantur in profundum abyssi, seu medium pelagi violenter, quia (vt
ait apostolus) Si deus pro nobis, quis contra nos? Et scriptum est, Qui timet deum nihil trepidabit. Roma.8.
Ecce quanta est securitas mentis in deo sperantis, quanta stabilitas cordis in deum credentis. In nul- Eccles.7.
lo enim euentu pauebit, cuius animus in deo veraciter fixus est. Secundo sic, Non timebimus nos in
deo confisi, dum turbabitur terra, hoc est, homines terreni qui tēporalia damna atque tormenta cor
poralia timent: qui & in die iudicii, turbabuntur timore horribili, quando iusti in magna constantia
C stabunt, secundum quod scriptum est, In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris duce- Sapien.5
tur, & de furore omnipotētis bibet: & transferentur montes in cor maris, id est, nec tunc timebimus, Iob.21.
quando superbi proiicientur in lacum inferni, cum dicet eis iudex, Ite maledicti in ignem æternum.
Tunc enim iusti cum securitate & gaudio audient, Venite benedicti patris mei. Tertio sic, vt ea quæ Mat.25.
dicta sunt, sint verba primitiuæ ecclesię, quæ totam fiduciam suam in domino collocauit, & ait, Pro-
pterea non timebimus, timore carnali, humano, & inordinato, dum turbabitur terra, hoc est, Iudæa
seu populus Iudæorum, qui Christi discipulos ex irrationabili perturbatione passionum conabantur
omnino delere & extirpare. Vnde de primitiua ecclesia legitur, quod ita orabant, cum principes sa-
cerdotum prohibuisset prædicari nomen domini Iesu, Da seruis tuis domine cum omni fiducia lo- Actu.4.
qui verbum tuum. Et cum orassent, motus est locus, in quo erant, & repleti sunt omnes spiritu san-
cto, & loquebantur verbum dei cum fiducia. Et transferentur montes in cor maris, id est, nec tunc
metuemus dum apostoli, qui propter altitudinem vitæ & sapientiæ montes dicuntur, Iudęam relin-
quent, & ad gentiles conuertendos transibunt. Gentiles enim in corde maris, id est, in medio mundi
habitabant, de quo infra habetur, Hoc mare magnum & spaciosum manibus. Et iterum, Veni in al- Psal.103.
titudinem maris. Patet itaque, quod tempore diuisionis apostolorum Christiani in Ierusalem cū Ia- Psal.68
cobo permanentes securi atque imperterriti permanserunt, certi, quod Christus protector eorū es-
D set. Vnde & beatus frater domini Iacobus, seculares homines paruipendens, & Christi famulos o-
mnia contemnentes beatificans, ait, Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient Iacobi.3.
vobis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Deinde fidelibus loquens, Patientes (inquit)
estote vsque ad aduentum domini, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropin
quabit. (3) SONAVERVNT] montes prædicti, hoc est, sancti apostoli, euāgelium Christi præ-
dicauerunt [ET turbatæ sunt aquæ eorum] id est, gentes, ad quas missi erant apostoli, audita prædi-
catione eorum, turbatæ sunt: quædam ad impatientiam & persequutionem, quædam ad pœnitētiam
& imitationem, sicut in Actibus apostolorum frequenter narratur [CONTVRBATI sunt mōtes]
hoc est, principales inter homines [IN fortitudine eius] scilicet Christi, id est, ex potēti prædicatio-
ne & miraculosis operibus apostolorum, ac aliorum Christi discipulorum. Hæc autem conturbatio
accipi potest in bono & in malo. Nam quidam potentes & magni ad fidem conuersi sunt, tam ex Iu-
dæis quàm ex paganis, quemadmodum scriptum est, Multa etiam turba sacerdotum obediebat Euan Act.6
gelio. Quidam quoque timore ingenti turbati sunt, teste Luca, Multa (inquit) prodigia & signa fie-
bant per apostolos in Ierusalem, & metus magnus erat in vniuersis. Quidam & plures prioribus cō Act.2
turbati sunt conturbatione maligna, videlicet peruersi principes Indæorum atque tyrannū gentiliū.
Pro maiori equidē parte montes seculi, hoc est, potentes ac nobiles in sua malitia permāserunt. Pro-
pter quod apostolus ait, Videte vocationem vestrā fratres, quia non multi sapientes secundum car- 1.Cor.1.

Iacob.2. nem, non multi potentes, noo multi nobiles sunt inter vos. Et Iacobus, Nonne (inquit) deus elegit E
pauperes in hoc mundo, diuites in fide? Omnes autem montes, hoc est, superbi, deo rebelles, turbati
sunt, vel io præsenti, vel in futuro, imo & vtrobique, quoniam nusquam veram pacem habēt, qui deo
Iob.9 resistunt. Iuxta illud, Sapiens corde est deus & fortis robore. Quis restitit ei & pacem habuit? Et per
Esa. 47 Esaiam dominus dicit, Vltionē capiam, & non resistet mihi homo. Et alibi, Quis similis mei, & quis
Iere. 49 sustinebit me, ait dominus? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Si autem quis velit ista ad li
teram in sensu grammaticali accipere, tunc palam est, quod etiā diuina virtute montes terræ suo mo
Iob.9 do turbantur, & de locis suis transferuntur ac comminuuntur, vt in libro Iob legitur, Qui transtulit
Marci.11. montes & cōmouet terrā de loco suo, & columnæ eius concuoentur. Et saluator ait, Habete fidē dei.
Amen dico vobis, quicunq; dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in cor
de suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei. Omnia enim (sicut scribit Marcus) possi-
Marci. 9. bilia sunt credenti. ¶ (4) FLVMINIS impetus] id est, fons sacri baptismatis [LAETIFICAT]
spirituali lætitia [CIVITATEM dei] id est, militantem ecclesiam Christi. Gaudent enim fideles de
sacramento ac beneficio tanto, in quo omnia peccata donantur, gratiæ infunduntur, & homo spiri-
Ezec. 47 tualiter regeneratur. De hoc fluminis impetu scriptum est, Ecce aquæ egrediebātur subter limen do
mus ad orientem, & omnis anima viuens quæ serpit quocunque venerit torrens, viuet [SANCTI-
FICAVIT tabernaculum suum] hoc est, ecclesiam electorum, seu ipsos electos [ALTISSIMVS] F
Iob.14. deus, qui solus potest facere mundū de immundo. De hoc tabernaculo ait Apostolus, Vos estis tem-
2.Cor.6. plum dei viui, sicut dicit dominus, Quoniā inhabitabo in illis. Et iterum ait, Templum dei sanctum
Leuit. 26 est, quod estis vos. ¶ (5) DEVS in medio eius non commouebitur] Hoc dupliciter legitur. Primo
Mat.18. sic, Deus in medio eius, subaudi est, id est, in ipsa ciuitate seu militante ecclesia. Iuxta illud, Vbi sunt
duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: non cōmouebitur, hoc est, ecclesia
non cadet à fide, eo quod Christus in medio eius sit, nec sententiis deiicietur, secundū quod Chri-
Luc. 22. stus Petro in persona ecclesiæ dixit, Ecce Satan expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem
oraui pro te, vt non deficiat fides tua [ADIVVABIT eam] scilicet ecclesiā [DEVS mane] hoc est,
statim cū ad eum clamauerit [DILVCVLO] id est, in spirituali aurora vtpote in infusione gratię, seu
spiritus sancti illuminatione. ¶ Denique locus iste potest anagogice explanari, vt sit sensus, Flumi-
Amos. 8. nis impetus, hoc est, fons sapientiæ, seu inundatio spiritus sancti, vel ipsemet deus qui (vt scriptum
est) est fluuius gloriosus, exiliens in terram sitientem, lætificat, lætitia beatificæ fruitionis, ciuitatem
dei, id est, triumphātem ecclesiā: sanctificauit tabernaculū suum, hoc est, corda beatorum altissimus,
nil enim impuritatis esse potest in patria, deus in medio eius est, quia in triumphante ecclesia deus fa
Esai.6. cie ad faciem cernitur, quemadmodum Esaias ait, Erit tibi dominus io lucem perpetuam, idcirco nō G
cōmouebitur ecclesia triūphans à suæ beatitudinis statu, sed æternaliter deo fruetur. Adiuuabit eam,
hoc est, ciuitatem cœlestem, deus mane diluculo, hoc est, mox cum aliquem sanctorū ad cœlos susce-
perit, confirmabit eum in bono, vt amplius peccare non queat. Præterea exponi potest hic passus de
virgine gloriosa, hoc modo, Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, hoc est, verbum dei, in quo est
omnium sanctarū delitiarum fontalis atque immensa affluētia, sanctam Mariam exultare fecit, præ-
sertim quando io vterum eius cum omni sua plenitudine descendit, eamque superimpleuit, atque hu
manam naturam ex ea vere assumpsit. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Nam Christus ma-
trem quam sibi elegit & condidit ab omni immunditia culpæ purissimam præseruauit, & eā in vte-
Ierem. 1. ro suæ matris sanctificauit, ac spiritu sancto impleuit multo sublimius quam Ieremiam aut Iohānem
Lucæ. 1. baptistam, deus in medio eius. Nam Christus deus & homo in sacratissimo virginis vtero nouem
mensibus requieuit. Ideo virgo Christifera non cōmouebitur à bono in malum, sed stabilis erit in deo
atque immobilis. Adiuuabit eam deus mane diluculo, hoc est, ex vtero matris suæ stabiliuit eam in o-
mni perfectione ac gratia secundū actum vel habitum, seu dispositionem propinquam. Quod vero
dictum est, Deus in medio eius non cōmouebitur. Secundo sic legitur, vt nihil subaudiatur, vt sit sen
sus, Deus non cōmouebitur in medio ecclesiæ militantis, triumphantis, seu Mariæ virginis. Quanuis
enim deus in seipso omnino impassibilis immobilisque consistat, solent tamen ei ascribi quædam ad
passionem ac motum spectantia, quia circa rationalem creaturam ita se habet, quasi talia sibi vere cō
Malac. 2 peterent. Hinc enim apud Malachiam legitur, Laborare fecistis dominum io sermonibus vestris. Et H
Malac. 3. dominus, Me, inquit, configitis gens tota. Sequenti quoque capitulo, Inoaluerunt super me verba ve
Ephes. 4 stra. Apostolus vero apertius ait, Nolite contristare spiritum sanctum dei. Simili modo dicitur deus
commoueri, quando à peccatore cōtemnitur, & recedit, dum vero incessanter in aliquo per gratiam
manet, dicitur non cōmoueri. ¶ (6) CONTVRBATAE sunt gentes] ex prędicatione atque mira-
culis discipulorum saluatoris ad pœnitentiam salutarem & ad admirationem, quædam vero ad obsti
nationem & resistentiam [ET inclinata sunt regna] id est, incolæ regnorum humiliati sunt ad fidem
Matth. 11 & sanctam conuersationem: discentes à Christo, quia mitis est & humilis corde. Hoc est quod beatis
Esa. 26. simus Esaias de Christo prędixit, Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humi-
liabit. Per ciuitatem autem sublimem intelligit Romam, quæ tunc erat domina mundi. De qua pro-
Eodem. pheta idem subiungit, Conculcabit eam pes pauperis, gressus egenorum. Per pedem pauperis Petrū
piscatorem intellige, per gressum egenorum, prædicationem Petri & Pauli nihil in hoc mundo pos-
sidere volentium. Horum enim prædicatio infidelem gloriam Romanorum atque pomposam eorū
sublimitatem ad Christianæ humilitatis profunditatem perduxit [DEDIT vocem suam] Christus
per seipsum & prædicationem seruorū suorum [MOTA est terra] ad fidem & admirationē, vel etiā
ad perturbationem & indurationē, maxime quo ad Iudæos, de quibus per Esaiam Christus testatur,

A Israel me non cognouit,populus meus non intellexit.Hoc quoq; quod ait,mota est terra,conuenien
ter refertur ad versum sequentẽ,quo dicitur. ¶ (7) DOMINVS virtutum nobiscum] hoc est, Chri 1. Cor. 1.
stus rex gloriæ,virtus & sapientia patris venit ad nos,& habitauit nobiscum per assumptionem car-
nis & animæ rationalis,& ideo subdit [SVSCEPTOR noster] id est, qui nostram naturã assumpsit,
nosque redemit,est [DEVS Iacob] patriarchæ,id est,verus deus,non pura creatura, vt hæretici as-
seruerunt.Huic autem expositioni concordat quod dominus asserit, Adhuc vnum modicum & ego Aggæi.2.
mouebo cœlum & terram,& mare,& aridam:& veniet desideratus cunctis gentibus. Circa aduen-
tum enim & in aduentu Christi motum est cœlum, quando angelo pastoribus Christi natiuita- Lucæ.2.
tem annunciante,facta est cum eo multitudo cœlestis exercitus laudantium deum,& dicentium,Glo Matth. 2.
ria in excelsis deo,quando etiam stella cæteris radiantiot Magis apparuit,eosq; ad creatorem cœlo-
rum hominem factũ perduxit.Terra vero mota est,quando omnes mirabantur propter ea quæ à pa Lucę.2.
storibus dicebãtur. Mare vero & arida mota sunt ante Christi aduentum quando per dispẽsationem
diuinam potestati Romanorũ subiecta sunt regna mundi,& insulæ maris,tunc igitur venit desidera-
tus cunctis gentibus,id est christus,de quo Iacob prædixit,Ipse erit expectatio gentiũ. De quo nunc Gen.49.
quoque dicitur,Dominus virtutũ nobiscum. De quo alibi scriptum est, Vocabitur nomen eius Em- Esaiæ 7
manuel,quod interpretatur nobiscũ deus.Moraliter denique,dominus virtutum,id est,deus trinitas, Mat.1.
B est nobiscũ,quãdo per charitatem & gratiam in nostris cordibus manet, & susceptor noster, hoc est
orationum nostrarum auditor est deus Iacob,id est, supplantatoris vitiorum . Qui enim vitiis relu-
ctantur,exaudiri merentur,non quorũ propositũ in vitio manet . Propter quod cæcus apud Iohan. Iohan.9.
aiebat,Scimus quoniã peccatores deus non audit, sed si quis cultor dei est & voluntatem eius facit, Iob.8.
hunc deus audit.Cui consonat,quod alibi ait scriptura, Deus non proiiciet simplicem, nec porriget
manum malignis. ¶ (8) VENITE] non tam gressibus pedum,quàm fide affectuq; cordium [ET
videte] oculo mentis,ô omnes qui vultis saluari [OPERA domini, quæ posuit prodigia super terrã]
id est,mirabilia opera creatoris facta in terris,de quibus subiungitur [AVFERENS bella vsque in
finem terræ] In Christi enim aduentu inaudita pax erat in mundo omnibus populis Romano im-
perio subditis,quod vtique non humana,sed diuina ordinatione atque potentia factum est,non pro-
pter meritum Romanorũ tunc existentium,sed propter futuros electos. ¶ (9) ARCVM conteret
& confringet arma,& scuta cõburet igni] id est,pax ista insolita tam diu durabit, quod vsus armorũ,
vltra solitum tempus cessabit,sicque deo disponente homines bellica instrumenta in alios vsus con-
uertent,sicut quotidie fit in terris,in quibus bella longo tempore conquiescunt. Et hoc est quod ali-
bi dicitur,De Sion exibit lex,& verbum domini de Ierusalem. Et conflabunt gladios suos in vome- Esaiæ.1.
res,& lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiũ,nec exercebuntur vltra ad prę- Michæ.3
C lium.Hoc enim dicitur eo modo,quo de aliqua re vltra solitum perdurãte dicimus , Istud nunquam
habebit finem,cũ tamen quandoque infra diem vel mensem seu horam habiturum sit finem . ¶ Po-
test autem hic locus spiritualiter interpretari.vt sit sensus, Venite & videte opera domini , quæ po-
suit prodigia super terram,hoc est,incarnationem filii,partum virginis,passionem , & resurrectionẽ
saluatoris: qui est auferens bella vsque in finem terræ,hoc est,qui tentationes à nobis excludit, & ho
mines deo reconciliauit.Ipse enim est pax nostra,qui fecit vtraque vnum,hoc est,gentiles atque Iu- Ephes.2.
dæos in vnitate fidei congregauit:quemadmodum legitur,Pax erit inter duos illos.Et secundũ Apo Zacha.6
stolum,Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.Arcum conteret, hoc est,Christus occultas 2.Cor.3.
malorum insidias condemnabit ac destruet:& confringet arma,hoc est,persecutiones apertas ac in-
uasiones diabolicas:& scuta,hoc est,defensiones fallaces,quibus peruersi suos conantur errores de-
fendere:comburet igni, infernali, damnãdo peruersos,vel igne spũs sancti illuminãdo fideles ad resi
stendum errantibus. ¶ (10) VACATE & videte, qm̃ ego sum deus] Ecce q̃ pie ac dulciter exhor-
tatur nos dñs deus noster . Vacate (inquit) à rebus vanis & malis ac inutilibus abstrahite corda ve-
stra,& mihi tota mente adhærete,mihi intendite,in me vestra desideria figite,in me vr̃as occupatio-
nes simplificate ac colligite,& videte per affectuosam contẽplationem,experimentalemque gustum,
qm̃ ego sum deus creator,prouisor,saluator,& rector vester,qui incessabilẽ curã de vobis habeo, vo
D bisque semper succurrere,& consolationẽ infundere paratus existo,ita vt experimentaliter agnosca-
tis me esse deum vestrũ.Qui enim ista gustare & deo syncere intendere cupit,indiget omni custodia Prou.4.
cor suum seruare,concupiscentias fugere,voluptates contemnere,dissolutiones vitare,occupationes Lucæ.10.
superfluas propulsare,loquacitates abiicere,& illud vnũ,quod solum necessariũ est,indesinenter ap-
petere.Ideo Ieremias præcipit,Nouate vobis nouale & nolite serere super spinas . Circuncidite & Ierem.4.
auferte præputia cordium vestrorũ [EXALTABOR in gentibus] id est, ego vnigenitus dei ac mun
di saluator à gentilibus agnoscar,& honorabor per prædicationem apostolorũ secundum quod per
Esa.inquit,Quibus non est annunciatum de eo videbunt,& qui non audierunt,contemplati sunt.Et Esaię.52.
iternm,Videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri.Et denuo, In doctrinis glorificate dominum Eodem.
à finibus terræ audiuimus laudes gloriam iusti. Et per alium prophetam Christus ait, Ab ortu solis Esa.24.
magnum est nomen meũ in gentibus.De quo & Micheas prædixit,Magnificabitur in medio vniuer Mala.1.
sæ terrę [ET exaltabor in terra] hoc est,in populo Iudæorum in fine seculi. Cũ enim plenitudo gen Michę.3.
tium intrauerit,tunc omnis Israel saluus fiet.Nam vsque ad finem mundi durabit Iudæorum cæcitas Roma.8.
atque captiuitas:iuxta illud,Finis eius vastitas,& vsque ad finem perseuerabit desolatio . Circa finẽ Daniel.9
autem seculi conuertentur adueniente Elia,quemadmodum dñs ait , Ecce ego mittam vobis Eliam
prophetam,antequã veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios , & Mala.4
cor filiorum ad patres,ne forte veniam & percutiam terram anathemate. ¶ (11) DOMINVS vir-

tutum nobiscum.] Versus iste propter significationis suæ dulcedinem ad dignitatē repetitur, qui iam E
satis declaratus videtur. Ecce quam plenus est hic psalmus sacramentis, in quo fides roboratur, spes
in deo stabilitur, fortitudo excitatur, nascentis ecclesiæ primordia explicantur, baptismi gratia com-
mendatur, beneficia dei recoluntur, Christi incarnatio designatur, fideles ad considerationem diui-
norum operum inuitantur, diuina potentia prædicatur, dulcissima atque paterna dei admonitio con
tinetur, saluatoris magnificentia prædicatur, atque ad primum ac summum & suauissimum dei bene
ficium, scilicet ad incarnationem ipsius reditur, & in hoc beneficio psalmus finitur, ne aliquo modo
obliuioni tradatur. Enitamur ergo psalmum tam fœcundum ac pulchrū deuotissime decantare.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM. XLVI.

### EXPOSITIO Tituli.

TItulus psalmi est, In finem pro filiis Chore, psalmus Dauid, cuius intellectus ex expositione titulorum præcedentium clarus est. Propheta autem in hoc psalmo fideles ad congratulandū Christo ascendenti inuitat, & ad laudandum dominum pro beneficiis eius, & ait.

### PRECATIO. F

*Rex omnis terræ deus, sedens super sedem sanctam tuam elige nos tibi in hæreditatem: ut tecum regnantes in æterna gloria te præstante exultemus coram te lætitia inenarrabili & glorificata: qui cum eodem deo patre & spiritu sancto uiuis & regnas in omnia secula. Amen.*

### ¶ EXPOSITIO psalmi.

OMNES gentes] ad fidem conuersæ, [PLAVDITE manibus] hoc est, tam cor
dialiter exultate, vt ex copia interioris lætitiæ exteriora membra ad dei hono-
rem ac laudem extendantur, interioremque hilaritatem ostēdant, sicut aposto-
lus docens ait, Leuātes puras manus sine ira & disceptatione. Et Ieremias, Le-
1. Timo. 2 ua, inquit, ad deū manus tuas, & miserebitur tui. Vel sic: plaudite manibus, hoc
Thren. 2 est, bonis operibus deum laudate & honorate Hoc enim est optimū genus lau
dandi altissimum, actibus virtuosis venerari maiestatem ipsius. Propter quod
Iacob. 3. scriptum est, Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuer
satione operationem suā in mansuetudine sapientiæ [IVBILATE deo] hoc est, ad gloriam dei in-
effabiliter eum laudate [IN voce exultationis] hoc est, cum iucundo pręconio oris. Iubilus enim est
inexpressibile gaudiū cordis, quod nec occultari potest in toto, nec exprimi valet ex integro. Vult er G
go propheta, vt tantam dei laudem concipiat anima nostra, quod eam ore explicare non possit.
¶ (2) QVONIAM dominus excelsus] id est, incomprehensibilis, sublimis, atque immensus terri-
Hest. 13 bilis cum sit iudex infallibilis, districtus & iustus [REX magnus super omnem terrā] in ditione enim
eius cuncta sunt posita, & omnia elementa ei subiecta sunt. De hac excellentia ad sanctum Iob dici-
Iob. 11 tur, Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura
eius, & latior mari: si subuerterit omnia vel in vnum coartauerit, quis contradicet ei? Et rursus, Co-
Iob. 26. lumnæ, inquit, cœli contremiscunt & pauent ad nutum ipsius. Et alibi ait sermo diuinus, Ecce cœlū
Eccl. 16 & cœli cœlorum, abyssus, & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebun
tur, montes simul & colles, & cū conspexerit illa deus, tremore concutientur. Quàm magnus vero
Iob. 38. & liber, ac potens rex sit deus super omnem terrā, ostenditur, vbi dominus ait ad Iob, Vbi eras quan
do ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, &
Apoc. 1. quis tetendit super eam lineam, aut super quo bases eius consolidatæ sunt? Potest tamen hic locus cō
uenientius exponi, hoc modo. Quoniam dominus Iesus, qui est princeps regum terræ, excelsus, quia
secundū diuinitatem est patri æqualis, secundū humanitatem vero dedit ei deus nomen quod est su-
Philip. 2. per omne nomen creatum, videlicet esse mediatorem dei ac hominū, dicente apostolo, Deus exalta-
uit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: terribilis propter futurum iudicium, sicut
Luc. 21. ipse testatur, Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione soni-
tus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quę superueniet vniuer- H
so orbi: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Ec-
Mat. 3. 10 ce quàm vere & inæstimabiliter terribilis Christus qui potestatem habet, & corpus & animam per-
dere in gehennam ignis. Rex magnus super omnem terram, id est, Iesus Christus in toto mundo ad
Num. 24 ipsum conuerso, est rex magnus & præpotens, quemadmodū Balaam prophetauit, Orietur stella ex
Iacob, & exurget homo de Israel, & erit Idumæa possessio eius. Per Idumæam autem gentilitas desi
gnatur. Vnde alia translatio habet. Et erit omnis terra possessio eis. Propter quod Christus per Ma-
Mala. 1. la. prophetam ait, Nomen meum horribile in gentibus. ¶ (3) SVBIECIT populos nobis, & gen-
tes sub pedibus nostris] Hæc est vox apostolorū seu primitiuæ ecclesiæ, quibus Christus subiecit po-
pulos, id est, Iudęos ad fidem conuersos, & gentiles credentes, imo deus vult totum mundū esse sub-
iectum ecclesiæ militanti: & non subiectos æternaliter cruciabit, quemadmodū in Esa. legitur, Gens
Esaiæ. 60 & regnum quod non seruierit tibi, peribit. Deinde ecclesia electorum summum dei beneficium com
memorans, dicit. ¶ (4) ELEGIT nobis hæreditatem suam] id est Christus decreuit nobis dare bo
Roma. 8. na cœlestia, non terrena, felicitatem vitę æternæ, non prosperitatem vitæ mundanæ: magisq; voluit
nos facere hæredes dei, cohæredesque sui, quàm dare nobis temporalia bona, quæ esse possunt malis
ac bonis communia. Sic ergo elegit nobis, id est, ad nostram salutem, hæreditatem suam, hoc est, feli-

A citatem æternam videlicet [SPECIEM Iacob] id eſt, pulchritudinem electorũ, vitia ſupplantãtium [QVEM] Iacob ſeu deſignatos per Iacob deus [DILEXIT] Nam & ſanctum Iacob deus dilexit, ſicut Mala. fatetur, Nõne frater erat Eſau Iacob? Et Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui. Electos quoque per Iacob ſignificatos, dilexit Chriſtus, quemadmodũ legitur in Apoca. Qui dilexit nos & lauit rios à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Hæreditas itaque dei quam deus elegit dare electis, eſt ſpecies Iacob, hoc eſt, ſummus ornatus ac decor pulcherrimus electorum cum ſit ſumma eorum perfectio. Propter quod ſuperius dictum eſt, Domine, dilexi decorẽ domus tuæ, id eſt, beatitudinem patriæ. Mala. 1. Apoca. 1. Pſal. 24

❡ (5) ASCENDIT deus] dei vnigenitus, Ieſus Chriſtus ſuper omnes cœlos [IN iubilo] id eſt, in ineffabili laude, & gaudio tam ſuiipſius, quàm ſanctæ multitudinis quæ ipſum aſcendere vidit, quàm angelorum ſanctorũ, qui, ipſo aſcendente, dicebant, Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Et dominus virtutũ ipſe eſt rex gloriæ, ſicut in expoſitione pſalmi octaui plenius dictum recordor. Chriſtus quippe cũ iubilo proprii cordis aſcendit, dicẽs ad angelos ſanctos, Ego qui loquor iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluandũ. De Apoſtolis quoque & aliis qui Chriſtum aſcendentem videbant, ſcriptum eſt, Eduxit eos Ieſus foras in Bethaniam, & benedixit eis, & ferebatur in cœlum, & ipſi adorantes regreſsi ſunt in Ieruſalem cũ gaudio magno, laudantes & benedicentes deum [DOMINVS in voce tubæ] hoc eſt, Chriſtus aſcendit cum voce tubali angelorũ diſcipulos conſolãtium, Pſalm. 13. Eſaię. 63 Luc. 24

B ſecundũ quod in Actis ſcriptum eſt, Cumq; intuerentur in cœlum euntem illũ, ecce duo viri, id eſt, duo angeli in forma virili aſtiterũt iuxta illos, qui & dicebant, Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Vel, dominus aſcendit in voce tubæ, hoc eſt, cum ſonora, altaque voce ſuiipſius, quia (vt dicit Lucas) eleuatis manibus benedixit eis, & receſsit ab ipſis. Et alia multa atq; ſublimia dixit diſcipulis aſcenſurus, vt in Act. dicitur. Cum ergo ſit ita, ô omnes fideles. ❡ (6) PSALLITE deo noſtro] videlicet Ieſu Chriſto creatori, ſaluatori, ac iudici noſtro [PSALLITE] .i. bonis opibus ipſum laudadate [PSALLITE regi noſtro] .ſ. Chriſto, qui cœlum terramque regit, & eccleſiã ſuam non deſerit [PSALLITE] ❡ (7) QVONIAM rex omnis terræ deus] .i. Chriſtus eſt dominus totius mundi in ipſum credentis. Vnde dixit apoſtolis, Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et Apoſt. ait, Nouiſsime diebus iſtis loquutus eſt nobis deus in filio, quẽ conſtituit hæredem vniuerſorũ, [PSALLITE ſapienter] .i. cum interiori mentis ſapore, cordialiq; guſtu verba pſalmodiæ proferte, deum laudate ac honorate, non cum vago & arido corde, quatenus ſicut guſtus corporis ſingulas alimẽti particulas diſcernit, ſapit, ac digerit: ita interior animæ guſtus ſingula verba ſpũs ſancti attendat, guſtet, atq; reuoluat. Hoc modo pſallere, eſt vere ſapienter pſallere, quoniam ſapientia dicitur quaſi ſapora ſcientia. Quidam vero inſipienter pſallunt & orant. De quibus dñs per prophetã ait, Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum longe eſt à me. Et talis A ctuũ. 1. Luc. 24 A ctuũ. 1. Eodem. Hebr. 1.

C laudatio ſiue oratio infructuoſa eſt: iuxta illud Apoſtoli, Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. Ideo ſubdit, Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Quod quàm ſalubre, fructuoſumque ſit, pandit ſubiungens, In eccleſia volo quinque verba loqui ſenſu meo, quàm decem milia lingua. Studeamus ergo pſallere ſapienter, quod ad nos ſolitarios tãto amplius pertinet, quanto præ cæteris ad maiorem mentis puritatẽ tenemur. Vel ſic pſallite ſapienter, id eſt, Chriſtum laudate & colite, non ſolum vt hominem, ſed etiam vt verũ deum: ſecundum quod ait Apoſtolus, Et ſi Chriſtum ſecundum carnem cognouimus, tamen iam nunc non nouimus. ❡ (8) REGNAVIT deus ſuper gentes] ad ſe per fidẽ & cultũ conuerſas [DEVS ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuã] .i. Chriſtus ſedet ad dexteram patris in throno maieſtatis. Vel, ſuper ſedem ſanctã ſuam, id eſt, in mẽte omnium beatorũ, ſecundum quod infra habetur, Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare. Vnde propheta ait, Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Thronus eius flammæ ignis .i. angeli ſancti, de quibus in ſequentibus ſcriptum eſt, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Apoſtolus vero ita allegat hunc verſum, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammã ignis. ❡ (9) PRINCIPES populorũ congregati ſunt cum deo Abraham] hoc cõmuniter ita exponitur, principes populorum, id eſt quidã ex principalibus plebis, ſicut Centurio & alii principes conuerſi, congregati ſunt cũ deo Abraham, id eſt Chriſto, qui eſt deus Abrahę per fidem con- Eſaiæ. 29 1. Co. 14 2. Cor. 5. Pſal. 79 Dan. 7. Pſal. 105. Hebr. 1.

D iuncti ſunt. Sed conuenientius, magiſque proprie ad literam de apoſtolis exponendum videtur, quibus Chriſtus in Euang. ait, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et iterum, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei. Rurſuſque, Non poſſunt filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus. Ipſi enim corporaliter cum deo Abrahæ, id eſt, cum filio dei incarnato in mundo conuerſati ſunt, inueneruntq; precioſiſsimam illam margaritã, per quam Chriſtus in Euang. ſeipſum ſignificat. Et quod iſta expoſitio ſit magis ad literã, conſtat ex eo quod in natalitiis apoſtolorũ cantantur verba prædicta de apoſtolis loco antiphonæ [QVONIAM dii fortes terræ] id eſt, ſancti apoſtoli per excellentiam gratię deificati, & terræ, id eſt, hominum dii effecti, eos regendo & inſtruendo, & quaſi ſaluando [VEHEMENTER eleuati ſunt] quia primitias ſpiritus ſancti receperunt, tam in donis gratum facientibus, quàm gratuitis, & ipſi cõſtituti ſunt principes ſuper omnem terram, ſicut in alio pſalmo tractatũ eſt. Si autem ſcire optamus, q̃ vehementer eleuati ſunt dii terræ, hoc eſt, ſancti apoſtoli, penſemus quid eis in Euang. Chriſtus dicat, Quorum, inquit, remiſeritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Et denuo, Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Itemque, Vos eſtis lux mundi. Et, Vos eſtis ſal terræ. Et iterum, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Et rurſus, Mortuos ſuſcitate, infirmos curate, leproſos mundate, dæmones eiicite. Vnde tales ac tantos futuros eſſe apoſtolos, prçuidens Eſaias, vehementer admiratus eſt, dicens, Mat. 13. Roma. 8. Pſal. 44. Ioh. 20. Mat. 19 Matth. 5. Luc. 10. Mat. 10. Eſaiæ. 60

Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Volabant enim vt nubes, subli- E
miter contemplando, velociter per mundum currendo, atque altissime prædicando. De quibus acci-
Thre. 4. pi potest illud in Thren. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo. Erant nem-
pe apostoli candidiores niue, propter splendorem sapientiæ sibi infusæ: nitidiores lacte, propter in-
nocentiam atque munditiam vitæ: rubicundiores quoque ebore antiquo, propter ardorem charitatis
diuinæ, atque fraternę. Merito ergo dii terræ dicuntur, quia doctores & iudices hominum facti sunt,
Exod. 6. alijsque excellenter prælati. Vnde dominus ait ad Mosen, Ecce constitui te deum Pharaonis. Ecce
psalmus iste eloquio breuis, quam vere amœnus est, pulcher, & dulcis ac sentẽtiosus, in quo tam repetitis vicibus ad dei laudem excitamur: nam quinquies in eo psallere deo admonemur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLVII.

### EXPLANATIO TITVLI.

PRæponitur demum psalmo nunc exponendo hic titulus, Psalmus cantici filijs Chore secunda sabbati, id est, psalmus iste qui canticum appellatur, quoniam agit de rebus diuinis, in quibus solis vera ac sancta exultatio est habenda, conuenit filijs Chore, hoc est, imitatoribus crucifixi, se-
Gen. 1. cunda sabbati, id est, tractans de his, quæ facta sunt in secunda sabbati. Prima enim sabbati fecit deus F
cœlum & terram, diuisitque lucem à tenebris, & per hanc mystice intelligitur dies dominicæ resurrectionis, in quo Christus omnia creauit. Secunda vero sabbati seu hebdomadæ fecit firmamẽtum per quam spiritualiter designatur constitutio ecclesiæ, quæ post Christi resurrectionem, adueniente spi-
Act. 2. ritu sancto, in Christo fundata atque firmata est, & de hac fundatione ecclesiæ psalmus iste ad literã loqui videtur. Ait ergo sanctus prophe. cui Christi mysteria excellentissime claruerunt.

### PRECATIO.

*Qui es magnus dominus & laudabilis nimis in omnibus creaturis tuis, suscipe nos ad te respirantes in misericordia tua: pone corda nostra in virtute tua, & tu deus noster rege nos in æterna secula, qui in trinitate perfecta viuis & regnas deus.*

### EXPOSITIO psalmi.

MAGNVS dominus & laudabilis nimis] Quod licet de tota trinitate, qualibetque persona diuina accipi possit, propter sequentia tamen de Christo specialiter dictum est. Ipse enim est magnus dominus, imo immensus & laudabilis nimis, vtpote in infinitum. Quantum enim res habet de bonitate, in tantum laudabilis est. Cum ergo dei natura sit bonitas circumscripta ac pura, patet, quod G
ipse in infinitũ laudabilis sit, nec digne, nec satis à creatura laudari queat. Pro-
Eccl. 43. pterea alibi scriptum est, Terribilis dominus, & magnus vehemẽter, & omnipotens super omnia opera sua. Glorificate dominum quãtumcunque poteritis, superualebit adhuc: maior est enim omni laude [IN ciuitate dei nostri] id est, in Ierusalem diuino cultui deputata, quam Euangelista Matthæus appellat sanctam ciuitatem, spiritualiter tamen in
Mat. 27 [MONTE sancto eius] id est, in templo ædificato in monte Moria, seu altiori loco vrbis istius. Vel in
Ioban. 13 monte sancto eius, id est, in cœnaculo, in quo Christus nouissimam cœnam cum apostolis fecit. Hoc enim cœnaculum situm fuit in monte prædicto nõ longe à templo. Itaque Christus dicitur magnus & laudabilis nimis in ciuitate & monte prædictis quoniam maiestas atque laudabilitas eius in hac ciuitate præcipue monstrata sit, sicut patebit. Propter quod apud Matth. legitur, Cum intrasset Iesus
Mat. 21. Ierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Maxime vero apparuit Christi maiestas & laus in monte sancto huius ciuitatis, id est, in templo atque cœnaculo, quia in templo multa miracula fecit, quemadmodum Euangelista Matthæus ibi subiungit, Accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit omnes.
Eodem. (2) FVNDATVR exultatione vniuersæ terræ] id est, ciuitas sancta Ierusalẽ ædificata est ad magnam lętitiam omniũ in toto mundo credentium, quia in ea fuit primitiua ecclesia Christi, cœpitque fides catholica primo in ea per apostolos prędicari, & exinde diffusa est fides Christi per omnes gen-
tes. Propter quod per Esaiam scriptum est, De Sion exibit lex (haud dubium quin euangelica) & H
Esaiæ. 2. verbum domini de Ierusalem. Ex hoc autem gaudium magnum ortum est omnibus gẽtibus ad Christum conuersis, secundũ quod legitur Paulus ad Iudæos dixisse, Vobis oportebat primũ loqui verbũ
Act. 13. dei, sed quia repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes. Audientes autem gentes, gauisæ sunt & glo-
Luc. 2 rificabant verbum domini. Hinc quoque angelus ad pastores dixit, Annuntio vobis gaudium quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator. Hæc enim natiuitas primo prędicata est publice in Ierusalem [MONS Sion] qui est ex vno latere Ierusalem [LATERA aquilonis] hoc est, pars huic monti opposita, sunt [CIVITAS regis magni] id est, dei altissimi. Ex extremitatibus enim partium suarum constituitur ciuitas, & partes simul acceptæ sunt idem quod totum. Potest quoque spiritualius hic locus explanari, & redit quasi in idem. Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, id est, in ecclesia militanti, quæ per fidem & gratiã fundata est in monte sancto eius, id est, in Christo, qui est mons magnus, propter omniũ diuinorum charismatũ eminentiam. De quo in
Dan. 2. Daniele scriptum est, Lapis qui abscisus est sine manibus creuit in montem magnũ, & impleuit vniuersam faciem terræ. Vel quod dicitur, in monte sancto eius, est idẽ quod prædixit in ciuitate dei no-
Esaiæ. 2 stri. Quia ecclesia Christi est mons magnus propter altitudinem gratiæ. Propter quod apud Esa. de ea scriptum est, Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, &

A eleuabitur super colles,& fluent ad eum omnes gentes. Per dies autem nouissimos intelligunt tempus gratiæ,atque euangelicæ legis quæ est lex finalis ac vltima. Hoc itaq; tempore fuit mons domini.i.ecclesia Christi in vertice montium.i.sublimior in donis ac gratiis spiritus sancti synagoga & omnium electorum Ecclesia quę à principio mundi fuit vsq; ad Christi aduentum. Vel mons domus domini appellatur mons Sion,qui tempore Christi fuit in vertice montium.i. altior monte Sinai & Thabor. Non propter situm localem,sed propter præsentiam & prædicationẽ atque miracula Christi q in monte Sion.i.in tẽplo & in domo cœnaculi præsentialiter apparuit,prædicauit, & miracula maxima fecit,præsertim in cœnaculo seu conclaui,in quod ingressus est ianuis clausis, in quo consecrauit corpus & sanguinem suum, in quo etiam misit Apostolis spiritum sanctum in signo visibili, dans eis omnium linguarum ac diuinarum scripturarum pręclaram notitiam,Fundatur exultatione vniuersæ terrę. Hoc est,primitiua Ecclesia in Christo fundata,stabilitaque est ad omnium exultationem fidelium. Ex hoc enim ꝙ primitiua Ecclesia tantam à Christo gratiam, & virtutem recepit,totus mundus ad Christum conuersus est,ex qua conuersione electi summe gauisi sunt, mons Sion,id est,populus ex Iudæis conuersus,latera Aquilonis,hoc est,Gentiles,vitiis torpidi,affectu insipidi,& in bonis operibus frigidi. Aquilo enim est plaga frigida iuxta illud Eccles. Frigidus ventus aquilo fla-

Iohã. 20.

Mat. 29

Act. 2.

Eccl. 34.

B uit & gelauit crystallus ab aqua. Hi ergo sunt,ciuitas regis magni,id est Ecclesia Christi:quia in Christo sicut in lapide angulari coniuncti sunt Iudæi atque Gentiles ad constituendã vnam ciuitatem seu templum in quo deus per gratiam habitat. De quo templo in Zacharia scriptũ est, Ecce vir oriens.i. Messias nomen eius,& ædificabit templum domino.i.militantem Ecclesiam, & consilium pacis erit inter duos illos,hoc est,inter montem & latera aquilonis secundum expositionem iam habitam. Et hoc est quod ait Apostolus, Qui eratis sine Christo & sine deo in hoc mũdo, nunc in Iesu Christo: qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum,& medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem per crucem interficiens inimicitias in semetipso.

Ephe. 2

Zach. 6

Ephe. 2

¶ (3) DEVS in domibus eius] hoc est,à ciuibus seu habitatoribus Ierusalẽ [COGNOSCETVR, cum suscipiet eam] id est,cum per gratiam suam vocauerit eam ad fidem & gloriam tantam. Cognitus est nanque Christus à Simeone & Anna & aliis multis in ciuitate Ierusalem. Vel in domibus eius,id est,in Ecclesiis particularibus seu singulis Christifidelibus cognoscetur cum suscipiet eam.i. cum Ecclesiam ita illuminauerit vt cognoscatur ab omnibus,quemadmodum per Esaiam pędictum est,Repleta est terra scientia domini,sicut aquæ mare operiẽtes. Sed quia habitatores Ierusalem in-

Lucæ. 2.

Esa. 11

C ducti sunt ad cognoscendum Christum esse natum ex aduentu trium magorum in Ierusalem venientium atque dicentiũ. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Idcirco subiungitur, ¶ (4) QVONIAM ecce reges] videlicet tres magi [CONGREGATI sunt] corporaliter [CONVENERVNT vnũ, spiritualiter.s.in vna fide & intentione adorandi Christum natũ. ¶ (5) IPSI] .i.habitatores Ierusalem.s.Herodes & principes sacerdotum,ac alii multi [VIDENTES] sic magos venire cum tanto comitatu & gloria [ADMIRATI sunt conturbati sunt].i.inquietati propter solicitudinem [COMMOTI sunt] ad inuidiam [TREMOR apprehendit eos] quia Herodes timuit regno priuari,& ex hoc cæteri Iudęi timebant magnas sibi persecutiones instare. Vnde apud Mat. legitur, Audiens autẽ Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum eo. Vel,ipsi.i.tres magi videntes, sic stellam sibi apparere,& postea disparere,ac iterũ apparere admirati sunt,conturbati sunt,per tristitiam,quando stella disparuit,cõmoti sunt ad interrogandũ vbi Christus nasceretur, tremor apprehendit eos, hoc est,timor reuerentialis intrauit mentẽ eorũ,ex eo ꝙ spiritu sancto reuelãte cognouerunt puerũ quẽ viderunt,& adorauerunt,esse verũ deũ. Vnde cũ metu & reuerentia maxima offerebant ei munera, secundũ quod Esaias prædixit, Reges videbunt,& consurgent principes,& adorabunt propter dñm deum tuũ. Hoc tamen intelligi potest,de omnibus terræ principibus ad fidẽ conuersis. ¶ (6) IBI] scilicet in terra Iudææ [DOLORES vt parturientis] quia genetrices infantũ,qui ab Herode occidebantur tñ affligebantur de filiorũ suorum interitu sicut partu [IN spiritu vehementi].i.in ira impetuosa [CONTERES] dñe deus.i.ab Herode cõburi permittes [NAVES Tharsis.] Vidẽs enim He-

Matth. 2.

Ibidem.

Esaię. 49

D rodes se à Magis illusum, iratus est valde,fecitq; destrui naues Tharsis, eo ꝙ audierat per eas redisse Magos ad propria. Deinde propheta ait in psona primitiuæ ecclesiæ quæ Christi mysteria vidit impleri,seu omniũ Christianorũ qui facta Christi fideliter contẽplantur,& ait, ¶ (7) SICVT audiuimus] in scripturis diuinis [SIC vidimus] oculo mentis aut corporis [IN ciuitate dñi virtutũ] vtpote [IN ciuitate dei nostri].i.in Ierusalem,quia in ea Christus apparuit sicut prophetæ vaticinati erant. Vel in ciuitate dñi virtutũ.i.in ecclesia quę est ciuitas dei,qui est dñs virtutũ.i.angelorũ [DEVS fundauit eã] i.ecclesiã [IN æternũ] quia fides ecclesiæ vsq; in finẽ mundi durabit,quẽadmodũ Christus apost.in psona ecclesiæ dixit, Ecce vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. ¶ (9) SVSCEPIMVS] ô [DEVS] pater in die purificationis [MISERICORDIAM tuã] hoc est, Christum filiũ tuũ nobis misericordissime missum ac natũ,de quo per Esaiam dixisti, Prope est vt veniat salus mea. Et denuo, Dabo in Sion salutẽ, & in Ierusalem gloriã meam [IN medio templi tui] quia tunc virgo beata obtulit Christũ in tẽplo,suscepitq; eum Simeon in vlnas suas,& Anna sancta confitebatur eidem loquẽns de eo omnibus qui expectabant consolationem Ierusalem, quemadmodum apud Lucam legitur. Hanc autem repræsentationem Christi in templo etiam Malachias propheta clarissime prædixit, Loquens enim in Christi persona, Ecce (inquit) ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam· quod certum est de Christi præcursore esse prædictum. Deinde subiungit de Christi aduentu. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis,

Mat. 28

Esa. 36.

Esa. 46

Lucæ. 2

Mala. 3.

Agge.2 & angelus testamenti quem vos vultis. Porro & Aggeus propheta de eodem pulchre locutus est, Cũ E
enim dixisset, Veniet desideratus cunctis gentibus, statim subiecit, Et implebo domum istam gloria
dicit dominus, Scientibus autem scripturas certum est quod loquitur de templo in Ierusalem ædifi-
1.Esd.2.3 cato post reditum à captiuitate Babylonica, ad cuius reædificationem ipse & Zacharias hortabantur Iudæos. De huius autem templi gloria subdit, Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ dicit dominus. Hæc vero excellentia domus nouissimæ vltra templum à Salomone ędificatum in nullo fuit, nisi quod Christus in propria persona in ea apparuit, docuit, atque miracula fecit. Alias enim templum illud nouissimum nullius erat reputationis ad templum primum à Salomone constructum. Propter quod scriptum est, quod ædificato templo secundo, illi qui viderant tem-
1.Esdr.9. plum primum vehementer lugebant. Qui vero illud non viderant, multum gaudebant, ex quibus accipi potest euidens argumentum, quod rex Messias iam venit, & in templo illo apparuit quod iam diu à Romanis destructum est. ¶ (10) SECVNDVM nomen tuum, deus sic & laus tua in fines terræ] hoc est, Secundum magnitudinem tuam, seu nominis tui maiestatem diffusa est fama sublimitatis tuæ, & publicata dignitas tua, exhibeturque reuerentia tibi in omnibus partibus mundi. Deo enim impenditur latriæ cultus qui ei soli debetur, & ita secundum nomen suum, ita & ipse vbique honoratur, quanuis nemo possit ipsum laudare, amare, aut honorare, quantum ipse dignus existit. Et
Esa. 42 hoc est, quod ipse dominus apud Esa. protestatur, Ego dominus, hoc est, nomẽ meum. Gloriam meã F
alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Quod autem secundum hoc nomen suum laudetur
Ibidem. deus in finibus terræ, ostendit Propheta protinus subdens, Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ. Et iterum, Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Hoc Paulus apostolus impletum esse denuntians, ait Gentibus scribens, Cõuersi estis à simulachris
Ps.144 mutis seruire Deo viuenti [IVSTITIA plena est dextera tua] hoc est, gratiosa præsentia tua, pia protectio tua, seu propitiatio tua ô domine plena est æquitate. Inferius enim scriptum est, Iustus dominus in omnibus viis suis, quia dum impiis miseretur, iuste facit ex parte suæ bonitatis, quoniã ipse tam bonus est, vt iustum sit ipsum indignis benefacere, ingratisque misereri, dum autem bonis gra-
Ps.144 tiam dat, iustum est tam ex parte sui quàm iustorum. Vel sic, Iustitia plena est dextera tua, hoc est, Tuipse omnino iustus es quo ad illos qui in die iudicii erunt ad dexteram tuam quibus dicturus es,
Mat. 25. Percipite regnum quod vobis paratũ est, in quibus omnia bona etiam minima remunerabis. ¶ (11) LAETETVR mons Sion] hoc est, primitiua ecclesia in mõte Sion instituta & illuminata, sicut iam patuit [ET exultent filiæ Iudæ] id est, omnes successores primorum fidelium seu omnes Ecclesiæ fi-
Sopho. 3 lii qui sunt filiæ Iudæ, hoc est, filii confessionis laudis diuinæ, ac propriæ culpæ. Solent enim sancti
Roma.9. Prophetæ nomine filiæ, vel in singulari, vel in plurali totum populum designare. Vnde Esaias ait, Descende, sede in puluere filia Babylon. Et Zacharias, Exulta satis filia Sion. Et Sophonias, Exulta in omni corde tuo filia Ierusalem, ita hoc loco nomine filiarum Sion intelligitur totus fideliũ po- G
pulus. Hi ergo exultent [PROPTER iudicia tua domine] quibus cui vis misereris, & quẽ vis induras, quibus iustos saluas, & impios damnas, quibus nihil inordinatũ relinquis, quibus in præsenti vita bonos à malis discernis, ac separas gratia, voto, & merito, in futuro separaturus eosdẽ loco ac præmio. Hæc autem iudicia dei sunt, ipsemet deus omnia iudicans, vel effectus diuinæ iustitię. ¶ (12) CIRCVNDATE Sion] hoc est, Ecclesiam Christi verbo & opere defensate, nullũ scandalizantes, peruertẽtes, aut opprimentes, sed fidẽ atque fideles totis viribus protegentes, confirmantes, ac vene-
Abac.2 rantes, vt vobis conueniat quod Abacuc ait, Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum
Esa.21. super munitionem & contemplabor. Hoc modo circundedit Sion sacratissimus Esaias qui ait, Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis
Rom.13 noctibus. Hoc ad prælatos Ecclesiæ potissimum pertinet [ET complectimini eam] hoc est, cordia-
Iohan.13 li affectu amate Ecclesiam, & omnia membra ipsius. Qui enim diligit proximum legem impleuit, quoniam plenitudo legis, dilectio. Propter quod Christus ait, Mandatum nouum do vobis, vt dili-
Iohan. 13 gatis inuicem, sicut dilexi vos. Et iterum, In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicẽ [NARRATE in turribus eius] hoc est, in Ecclesiis prędicate Euangelium Christi. Vel narrate in turribus eius. i. principibus atque pręlatis fidelium annuntiate Christi H
doctrinã, ô prędicatores verbi dei quatenus secundum Christi præcepta viuant, aliosque gubernent
Act.20. secundum quod Paulus Ecclesiæ turribus, hoc est, aliorum pastoribus dicit, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos spũs sanctus episcopos regere Ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine
1.Pet.5. suo. Et Petrus, Seniores (inquit) obsecro, pascite qui in vobis est gregem, forma gregis effecti, & ex
Mat.25. animo. ¶ (13) PONITE corda vestra in virtute eius] hoc est, Applicate mentẽ vestram ad cognoscendũ ac imitandũ perfectionem, seu charitatẽ Ecclesiæ vt sitis viua ac digna Christi mẽbra, & non serui inutiles ne proiiciamini in tenebras exteriores [ET distribuite domos eius] .i. ipsos Ecclesiæ fi-
1.Co.14. lios ordinate, & vnicuiq; propriũ officium deputate, quatenus sicut ait Apostolus omnia decenter &
Ephe. 4. secundũ ordinem fiant in vobis. Sicq; vnusquisq; digne ambulet ea vocatione qua vocatus est. Vnde
Deut.19. Moses ait, Non transferes terminos, quos fixerunt priores in possessione sua. Quod planius allega-
Prou.22. ri solet hoc modo, Non transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Et Dionysius sæpe affirmat, ꝙ angeli sancti nequaquam præsumunt aliquid agere, nisi secundum quod eis à lege diuina præfixum est. Et nos ergo custodiamus ordinem nostrũ, faciatque vnusquisque quod sibi incumbit, nec occupet se cum his quæ ad ipsum non pertinẽt, quia nec aliter veram ac stabilem pacem habere poterimus. Hæc itaque agite ô doctores, & aliorum rectores [VT enarretis in progenie altera]. i. quatenus successores vestros instruatis cum audierint vitam vestram laudabilem salutaremque

A doctrinam. Quid autem enarrare posteris debeant, subdit. ℂ (14) QVONIAM hic] id est, Christus qui propter nos incarnatus ac passus est [EST deus] omnium tanquam creator [DEVS noster] tanquam noster saluator [IN æternum & in seculum seculi].i.in præsenti seculo & in futuro sine fine [IPSE reget nos in secula] hoc est, quamdiu fuerimus. Regit enim Christus nos per sacram scripturam in qua docemur quid agere debeamus. Item per angelorum custodiam, per vicarios quoque suos Ecclesiarum pastores, & etiam per semetipsum gratiam, & dona sancti spiritus infundendo per quæ in omnibus scimus quid deo sit placitum. Propter quod in libro Sapien. dicitur, Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum dei. Quod autem in hoc versu iam dictum est hoc idem Ecclesiæ Christi promittitur alibi, Lauda filia Sion, abstulit dominus iudicium tuũ, auertit inimicos tuos, dominus deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit te, gaudebit super te dominus in lætitia, silebit in dilectione tua. Ecce psalmus iste in profunditate sensuũ plenus quàm copiose ac splendide describit mysteria Christi, exordiumque Ecclesiæ. Sap.10. Soph.vl.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLVIII.

### ℂEXPLANATIO TITVLI.

B ELucidandi nunc psalmi titulus talis est, In finem filiis Chore psalmus, hoc est, psalmus præsens in finem.i.in Christum & veram felicitatem nos dirigẽs, conuenit filiis Chore.i. imitatoribus Christi occisi qui Christum sequentes temporalem prosperitatem contemnunt, & verã beatitudinem patriæ quærunt. Loquitur nanq; hic Psalmus contra eos qui tunc scandalizantur, & cadũt, dum aliquid aduersitatis eis occurrit, dum vero omnia prospera sibi succedunt, deum glorificant. De quibus ait saluator, Cum audierint verbũ dei cum gaudio suscipiunt illud: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Cuius recessionis causam Christus assignans, alibi ait, Aerumnæ seculi & deceptio diuitiarũ, & circa reliqua concupiscentię, introeũtes in cor, suffocant verbũ dei, & sine fructu efficitur. De prędictis quoq; per Mala. scriptũ est, Dixistis, Vanus est qui seruit dño. Et quod emolumentũ, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram dño? Ergo beatos nunc dicimus arrogantes. Siquidẽ ædificati sunt facientes impietatẽ. Contra hos igitur locuturus Propheta, præmittit procemium, quatenus attentos nos reddat & dicit. Luc.8 Marc.4 Malac.3.

### PRECATIO.

C *Pie redemptor Christe, qui pro salute mundi in ligno crucis innocens pependisti, & moriendo populum sanctorum ad imperium reuocasti cœlorum, tuæ quæsumus miserationis operatione, cum nos acceperis, animas nostras de manu inferi redime, atque eas partem beatæ resurrectionis fac obtinere.*

### ℂEXPOSITIO psalmi literalis.

AVDITE hæc] quæ sequuntur [OMNES gentes] Quia ad omniũ vestrum salutem respiciunt, nec ignorantia horũ vos excusat [AVRIBVS] cordis & corporis [PERCIPITE omnes qui habitatis orbem] hoc est, homines vniuersi. ℂ (2) QVIQVE terrigenæ & filii hominum] idem frequẽter resumit, vt omnino nos solicitos efficiat [SIMVL in vnum diues & pauper] quia cõmune bonum vobis proponam. ℂ (3) Os meũ loquetur] in psalmo isto [SAPIENTIAM].i.notitiam de rebus diuinis. Tractat enim in psalmo isto quædam de Deo & beatitudine vera, quæ est vita æterna [ET meditatio cordis mei] loquetur per os corporis [PRVDENTIAM] hoc est, moralem scientiam. Aliqua nanque in psalmo præsenti tractantur ad formationẽ morum spectantia, sicut patebit. ℂ (4) INCLINABO in parabolam aurem meam] hoc est, ad intelligendum occultas seu mysticas inspirationes atque aliorũ sanctorum scripturas parabolice traditas applicabo ingenium meum. Vnde in Ecclesiastico habetur, Sapientiam omnium antiquorum exquirit sapiens, & in prophetis vacabit [APERIAM in psalterio] hoc est, in pręsenti Psal. huius libri, qui psalteriũ nũcupatur [PROPOSITIONEM meã].i.cor Eccle.39.
D dis mei conceptum. Vel, in psalterio.i.in bona operatione, ita quòd non solum dicam, quæ dicturus sum ore & lingua, sed opere & veritate. Hoc enim necesse est, vt vita concordet doctrinæ. Nam cuius vita despicitur, eius quoque instructio vilipenditur. Hucusque procemium, & vtique nisi quæ sequuntur, valde notabilia essent, nequaquam Propheta tam præclarum prologum induxisset. Narrationem ergo incipiens quæstionem proponit. ℂ (5) CVR timebo in die mala?] hoc est, Quid poterit mihi in die iudicii esse causa timoris, vel cur tunc timebo, si pœnitentiã modo non egero? Et hanc quæstionem proponit in persona vniuersorum maxime peccatorum, & respondet [INIQVITAS calcanei mei].i.operationis meæ. Per calcaneum enim seu pedem, gressus, & conuersatio, seu operatio designatur, [CIRCVNDABIT me] hoc est, vndiq; obiicietur mihi, & redundabit in me. In die nanq; iudicii accusabitur homo à dæmonibus, ab angelis, à conscientia propria, imo & à iudice ipso, quemadmodum dominus ait per Malachiam, Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & qui calumniantur, & opprimunt pauperem, & non timuerunt me. Et Esaias ait, Ecce nomen domini venit ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes. Hæc ergo est causa timendi futurum iudiciũ, quia operationũ nostrarũ iniquitas tunc circũdabit nos. Propter quod in Apocalypsi dicitur, Opera illorũ sequuntur illos. Et saluator ait, Amen dico vobis, nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Dicitur autem dies iudicii mala nõ à malitia culpæ cũ sit dies iustissimæ remu- Malac.3. Esa.30. Apoc.14. Luc.13.

nerationis,prudẽtiſsimę diſcretionis,& diſtrictiſsimæ examinationis:ſed à malitia pœnæ, quia mul- E
Soph. 1. ta mala pœnalia erũt in eo,quemadmodũ Sophonias teſtatur.Dies iræ dies illa,dies tribulationis, &
anguſtiæ,& dies calamitatis & miſeriæ,dies tenebrarũ & caliginis,dies nebulæ & turbinis,dies tubæ
& clangoris.Ecce quã horrenda ac horribiliſsima dies,cuius horrorẽ tot nominibus Propheta expli
care curauit.❡(6) QVI confidunt in virtute ſua] hoc eſt,Qui ꝓpriis viribus ſe poſſe ſaluari prę-
ſumunt,& in ſeculari,naturali ſeu corporali potentia ſperant,nõ in miſericordia & gratia creatoris.
[ET in multitudine diuitiarum ſuarum gloriatur] hoc eſt, in poſſeſsionibus ſeu propriis meritis atq;
iuſtitiis inordinate lætantur,non omnium largitori gratias referendo,ſed in ſeipſis quaſi non accepe
rint,iucundando aut alios contemnendo.Hi tales timeant, quia in die mala euadere non valebunt.
Quod cõſequenter oſtendit. ❡(7) FRATER non redimit] hoc eſt,Nullus cõſanguineus ſeu pro-
Ezec. 14 pinquus aliũ liberare poterit in die iudicii,ſecũdum quod apud Ezechielem dñs proteſtatur , Terra
cum peccauerit,interficiã de ea hominẽ & iumentũ.Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius,Noe,Da
Ezec. 18. niel,& Iob,ipſi in iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.Filiũ autem & filiam non liberabunt. Et rurſus
ait idem Propheta,Iuſtitia iuſti erit ſuper eũ,& impietas impii erit ſuper eum.Cũ ergo ſit ita, [RE-
DIMET homo?] quod interrogatiue legendũ eſt,vt ſit ſenſus , Si propinquus & frater non redimet
peccatorẽ,multo minus homo,hoc eſt,alius quicunq; extraneus,ſeu remotus , & minus propinquus
Ierem. 15 redimere poterit alium.Vnde & alibi dñs ait,Si ſteterint Moſes & Samuel coram me,non eſt anima F
mea ad populum iſtum, [NON dabit deo placationem ſuam].i.peccator in die iudicii deum placare
non poterit,quia poſt mortẽ non patet precum meritorumve locus,nec eſt tunc pœnitẽtia fructuo-
Mat. 25 ſa,ſecundũ quod Chriſtus innuit de virginibus fatuis ſero venientibus atque dicentibus,Domine,do
mine,aperi nobis:quibus ipſe reſpondet. Amen dico vobis, Neſcio vos. Hæc quippe vita eſt via ad
vitam futuram,idcirco hac vita finita ceſſat modus merendi ac demerendi, ſicque ad aliam vitã per-
tingendi,ſed per mortẽ ponitur hõ in termino motus. Vnde Damaſcenus,Quod angelo (inquit) eſt
caſus,hoc hominibus eſt mors. ❡(8) ET pretium redemptionis animæ ſuæ] hoc eſt, peccator poſt
mortẽ nullo genere ſatis faciendi poterit animã ſuam à debita pœna eruere. Ecce quã terribilis deus
Eſaiæ. 30 poſt mortẽ,qui ante mortẽ tam miſericordiſsime præſtolatur,ſicut & Eſaias ait, Propterea expectat
dominus,vt miſereatur veſtri.Nemo igitur noſtrum in ſua virtute confidat,nemo in ſua ſapiẽtia,ne-
Iere. 49. mo in ſuis meritis glorietur,ne ſibi conueniat,ꝙ ait Iere. propheta. Arrogantia tua & ſuperbia cor-
Eſaiæ. 5. dis tui decepit te.Illud quoque Eſaiæ,Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. Qui iterum ait,Sapien
Eſa. 47 tia tua & ſcientia tua deceperunt te.Sed & in ſpũalibus diuitiis glorianti, Iohannes ait in Apocaly-
Apoc. 3 pſi,Dicis quia diues ſum,& nullius egeo,& neſcis quia tu es miſer , & miſerabilis, & pauper, & cæ-
Lucæ. 6 cus,& nudus?Diuitibus vero in corporalibus diuitiis gloriantibus apud Lucam dicitur, Væ vobis di
uitibus qui habetis conſolationem veſtram . Deinceps ponitur pœna malorum qui in finali iudicio
damnabũtur.[ET laborabit in æternum] hoc eſt,impius æternaliter affligetur, & laborioſiſsima pœ G
Apoc. 14 na torquebitur quemadmodum ſcriptum eſt,Cruciabitur iniquus igne & ſulphure in cõſpectu ange
lorum ſanctorum:& fumus tormentorum eius aſcendet in ſecula ſeculorum , & requiem nõ habebit
die ac nocte [ET viuet adhuc in finem].i.naturalẽ vitam nunquã amittet, quãuis eã amittere cupiet,
Apoc. 9. ſed æternaliter viuet in natura,vt inceſſabiliter perſeueret in pœna . Propter quod Iohannes ait, In
Iohan. 8. diebus illis quærent homines mortẽ,& non inuenient eã,& deſiderabũt mori , & fugiet mors ab eis.
Nec diſſonat quod alibi legitur,Eligent magis mortem quàm vitam omnes de generatione hac peſ-
ſima.Quanuis enim ſecundũ philoſophos omne ens naturaliter appetat eſſe,omneque viuens natu-
raliter appetat viuere,tamen reprobi in inferno appetent non eſſe,& non viuere, quoniam propter
miſerię vehementiam ſuperabitur appetitus naturalis ab appetitu ſenſitiuo ſeu intellectiuo . Quod
vero de peccatore iam dictum eſt:laborabit in æternum,& viuet adhuc in finem: cõſonat ei quod de
Dan. 9. reprobis in Daniele ſcriptum eſt,Euigilabunt de puluere in opprobriũ vt videant ſemper. O quan-
ta miſeria,& quàm odibile eſſe,ſemper eſſe,& nunquam bene eſſe,ęternaliter permanere:& non ob
aliud,niſi vt æternaliter compellatur tormenta ſentire.Vnde ob tam infœlicem ac pœnaliſsimũ ſta-
Apoc. 18. tum maledicti in inferno deum verũ & ſanctum inceſſanter blaſphemant,ſicut in Apoc.legitur.Cõ-
manducauerunt linguas ſuas præ dolore & blaſphemauerunt deum cœli præ doloribus & vulneri- H
bus ſuis.❡(9) NON videbit interitum] hoc eſt,peccator non conſiderabit poſt mortem tempora-
lem inſtare,& eſſe mortẽ æternam malignis [CVM viderit ſapientes].i.homines doctos & virtuoſos
[MORIENTES] corporaliter ſicut & cæteri moriuntur. Multi enim ex hoc quod vident bonos &
malos ſapientes & inſipientes quo ad prǽſentem ſtatum corporalemque vitam æqualiter pertranſi-
Sap. 2 re ac mori,putant non eſſe vitam aliam quam præſentem:ex quorum perſona in lib.Sap.ſcriptũ eſt,
Non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis,quia ex nihilo nati ſumus,& poſt hæc erimus quaſi nõ fue
Eſa. 22. rimus.Venite ergo fruamur bonis quæ ſunt . Et alibi , Manducemus & bibamus,cras enim morie-
mur,[SIMVL inſipiens] hoc eſt,diuina non cognoſcens,ſed diabolice viuẽs [ET ſtultus] id eſt,nec
1. Co. 14. ſciens,nec operans bona [PERIBVNT] morte perpetua,ſicut Apoſtolus ait,Qui ignorat ignora-
bitur.❡(10) ET relinquent alienis diuitias ſuas] hoc eſt,Inſipiens & ſtultus dimittent poſſeſsiones
Pſalm. 38 ſuas extraneis.Vnde de peccatore ſuperius dictũ eſt,Theſaurizat,& ignorat cui congregabit ea [ET
ſepulchra eorum domus illorũ in æternũ] id eſt,impii ſecundũ ſuam perfidiam æſtimabunt ſe nun-
Dani. 11. quam de terra ſurrecturos,ſed in terra penitus relinquendos quia non credũt quod apud Danielem
Iob. 19. legitur,Qui in puluere dormiunt,euigilabunt.Et quod ſanctus Iob profitetur , Scio quod redẽptor
meus viuit,& in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum. ❡(11) TABERNACVLA eorũ in pro-
genie & progenie] hoc eſt,Domus ab impiis ædificatę manent per generationes ſucceſſorũ ſuorũ.

A Construunt enim sibi nonnunquã magna palatia, quatenus tam diu maneant in memoriis hominum
quamdiu durant eorũ structuræ. Quoniam enim non ponunt vitam futurã post istam, desiderant sal
tem in memoria homĩuũ permanere, ideo subditur [VOCAVERVNT nomina sua in terris suis] .i.
memorialia aliqua studuerunt relinquere posteris, ne obliuioni tradantur. Vnde in Gen. Filii homi- Gen.6.
num dixisse leguntur, Venite construamus turrem, cuius altitudo vsque ad cœlos pertingat, & cele-
bremus nomen nostrum super terram. ℭ (12) ET homo cũ in honore esset non intellexit.] hoc est,
Peccator cum ad creatoris sui imaginem factus esset, propriam dignitatem non aduertit, nec ratio-
naliter vixit, nec cœlestem atque angelicã beatitudinem concupiuit, sed in rebus temporalibus atque
carnalibus se immersit, nec per rationẽ passionibus suis præualuit, idcirco [COMPARATVS est iu Psalm. 31
mentis insipientibus] factus sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus [ET similis factus est
illis] sequendo concupiscentiæ impetum, & vitiorum impulsum, non rectæ rationis imperium, neq;
diuinæ legis censuram. De tali homine in Genesi ait dominus, Non permanebit spiritus meus in ho Gene. 6
mine in æternũ, quia caro est. Non enim adimplet quod dominus ait, Sub te erit appetitus illius, hoc Gen.4.
est concupiscentia mala, & tu dñaberis illius. O q̃ multi sunt hodierna die prælati & doctores, ac alii
multi qui proprium honorem non intelligunt, sed inhonestissime corã deo & turpiter, atque carna-
B liter viuunt, & deo ingrati rebellesq; sunt. ℭ (13) HAEC via illorũ] hoc est, prædicta opinio & ma
la cõuersatio est via seu operatio impiorũ [SCANDALVM ipsis] .i. ad casum & mortẽ æternam eos
perducens. Est.n. eis talis via ruinæ ac dãnationis occasio. Vnde Salomon dicit, Via impiorum tene- Prou.4
brosa, nesciunt vbi corruunt [ET postea in ore suo complacebunt] .i. peccatores postquã diuitias cõ
gregauerint, & temporalia fuerint bona sortiti sibi inuicem complacebunt, se mutuo beatificantes,
collaudantes, & blandientes, sicut superius dictum est, Quoniam laudatur peccator in desideriis ani Psalm.9
mę suæ. Et infra, Beatum dixerunt populũ cui hęc sunt. Hi enim gloriantur, cũ malefecerint, & exul Psal. 143
tant in rebus pessimis. Veruntamen ipsi miserrimi sunt, & se mutuo fallunt, sicut dominus per Esaiã Prou. 2.
contestatur, Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorũ dissipant. Esaiæ.3.
ℭ (14) SICVT oues in inferno positi sunt] hoc est, quemadmodum oues repente & improuise ad 1.Thes. 5
mortem ducuntur, & occiduntur, ita maligni subito & inopinate condemnabuntur. Cum enim (vt Marc. 13.
Paulus ait) dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus. Propter quod Chri-
stus hortatur, Vigilate, nescitis enim quando dominus veniat, sero an media nocte, an gallicantu, an
mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Et, Vigilate (inquit) omni tempore oran- Luc.21.
tes, vt digni habeamini fugere omnia quæ ventura sunt, & stare ante filium hominis [MORS depa-
C scet eos] hoc est, ipsa pœna inferni, quæ morte amarior est erit cibus impiorum ac damnatorum, ita
vt sicut esuriens cibo impletur, sic ipsi pœnis perpetuis implebuntur: & sicut per cibum conseruatur
anima in esse, sic pœna infernalis seruabit iniustos in esse, semper eos torquendo, & nunquam consu
mendo. Vnde apud Ieremiam dominus ait, Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle. Ierem.23
ℭ (15) ET dominabuntur eorum iusti in matutino] hoc est, electi in resurrectione beata præuale-
bunt iniustis. Stabunt enim in magna constantia aduersus eos. Et iudicabunt sancti nationes, & do- Sapien.5.
minabuntur populis. Tunc nanque maligni in nullo resistere sanctis, aut eorum felicitatem minuere Sapien.3.
poterunt, nec ad eos ascendere, aut eorum gloriã intueri. Iusti vero si eis placuerit ad damnatos de-
scendere poterunt, & eorum miseriam cernere, eisque iustissime insultare [ET auxilium eorum vete
rascet in inferno à gloria eorum] .i. fortitudo & spes ac omne subsidium quæ impii habent in vita
præsenti in rebus caducis ac transitoriis, omnino peribunt, cessabunt, & ad instar veteris panni defi-
cient in inferno, à pręsumptione & vana exultatione, quas habuerunt in hoc mundo, quia tunc nihil
proderunt eis, quemadmodũ in lib. Sap. ipsi protestantur? Quid nobis profuit superbia, aut quid diui Sapien. 5
tiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra. Et hoc est, quod dñs ad pec-
catores per Ezech. terribiliter ait, Ecce cõplosi manus meas super malitias tuas. Nunquid sustinebit Ezec.22.
cor tuum, an præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciã tibi? Et conflabo & succendam vos in
igne furoris mei. ℭ (16) Veruntamen deus redimet animã meam de manu inferi] hoc est, de causa
ac merito cadẽdi in pœnas inferni, id est de peccato mortali ac seruitute diaboli [CVM acceperit me]
D hoc est, cũ gratiose ac misericorditer egerit mecũ, vitia ignoscendo, & gratiam infundẽdo. Vel, redi-
met de manu inferi, hoc est, de omni potestate diaboli ac pœnis inferni, cum acceperit me ad immor
talem ac impassibilem statum, videlicet in die iudicii, quando dicturus est iustis, Venite benedicti pa Mat.25
tris mei. ℭ (17) NE timueris] timore humano & turbulento [CVM diues factus fuerit homo] in
temporalibus ac sensibilib. bonis [ET cum multiplicata fuerit gloria domus eius] hoc est, fama, ho
nor, voluptas, fortitudo, prosperitas, atque similia, quæ sæpe in hoc mundo reprobis conceduntur.
ℭ (18) QVONIAM cum interierit, non sumet omnia] hoc est, nihil horũ secũ portabit [NEQVE
descendet] ad pœnas inferni [CVM eo] iam mortuo & iudicato [GLORIA eius] temporalis atque
mundana prosperitas. Vnde ait Apostolus, Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubium, quia nec 1.Tim.6.
auferre quid possumus. Et sanctus Iob dicit, Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet ocu- Iob. 27.
los suos, & nihil inueniet: apprehendet eum quasi aqua inopina. Nihil ergo sequitur morientem, nisi
merita aut demerita eius. Propterea Salomon iubet, Quodcunque potest facere manus tua instanter Eccl.9.
operare, quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos quo tu properas. Et
rursum, Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. ℭ (19) QVIA anima eius in vita ipsius benedi Prou.11
cetur] hoc est, Ideo nõ debes timere cũ diues factus fuerit hõ, quia anima nõ benedicetur à deo pro-
pter diuitias, sed propter iustitiã suam: quã si non habuerit, nõ benedicetur diuinitus. Vel sic, Anima
eius in vita ipsius benedicetur, id est, peccator in præsenti vita ab adulatoribus & vanis hominibus

Psalm. 9. beatificabitur atque laudabitur, ficut prędictum est, Qm̄ laudatur peccator in desideriis animæ suæ, E
& iniquus bñdicitur. Ponit enim partē pro toto, videlicet animā pro homine [CONFITEBITVR
tibi] hoc est, gratias tibi dñe aget, teq; laudabit [CVM benefeceris ei].i. cum omnia ei ad nutum suc-
cedunt, cū aduersa non sustinet, cum temporaliter prosperatur. Sed nunquid peccatum est in prospe
Roma.15 ris dño confiteri? Nonne Apostolus ait, Gratias ago deo super inenarrabili dono eius. Et iterum, Be
2. Cor.1. nedictus deus, qui consolatur nos. Et Esaias, Miserationum (inquit) domini recordabor. laudem do-
Esa. 63. mini super omnibus quæ reddidit nobis? Cur ergo opus iusti gratique hominis appropriatur nunc
impio nisi quod iustus in prosperis & aduersis domino confitetur, malus autem in prosperis tantum.
Et ideo confessio seu gratiarū actio hominis mali nō oritur ex charitate diuina, sed ex amore priua-
to aut naturali, videlicet quia naturaliter amat homo seipsum. Naturale est enim benefactorē lauda-
re atque diligere. Si autē amaret se homo in deo ordinato amore, tunc in omni euentu gratias ageret
dispensationi diuinæ, gloriareturque in aduersis inquantum per talia à peccatis purgatur, ad gratiam
coaptatur, Christo conformatur, atque ad ęternam felicitatē perducitur. Quicquid ergo nobis acci-
derit, maneamus fixi in dño, Si spiritualis consolatio subtrahitur, si gratia secundū desideriū nostrum
non augmentatur, si tentationes grauantur & multiplicātur, perseueret spes nostra in dño stabilita,
& faciamus quod in nobis est, sine intermissione ad deū gemētes, clamantes, & obsecrantes. ℂ (20)
INTROIBIT vsque in progenies patrum suorum] hoc est, peccator dum morietur, colligetur ad F
reprobos in inferno, qui sunt patres eius, qm̄ opera eorū ipse secutus est. Duæ enim sunt generatio-
nes. Vna bonorū, Alia malorum. Quemadmodum itaque frequenter in sacra scriptura iusti dicuntur
collecti ad patres, seu ad populū suum.i. additi societati electorum: sic mali dū moriuntur generatio-
nem seu societatē damnatorum ingrediuntur. Sic quippe scriptum est, Venerunt filii Israel in mon-
Num. 22 tem Hor. & dixit dñs ad Mosen, Pergat (inquit) Aaron ad populos suos [VSQVE in æternum non
Esa.26. videbit lumen].i. nunquam visurus est gloriam beatorū: iuxta illud. Tollatur impius ne videat glo-
Iob.24 riam dei. Et sanctus Iob de tali homine ait. Obliuiscatur eius misericordia, & dulcedo illius vermis.
Matth.13 Dedit enim illi deus locum pœnitētiæ, & ipse abutitur eo in superbiā. In inferno enim nulla redem-
ptio est, sed fletus & stridor dentium atq; palpabiles tenebræ, nec vnquam assurgere poterunt con-
demnati ad lumen gratiæ, claritatemque gloriæ. ℂ (21) HOMO cū in honore esset, non intellexit.]
Versus iste propter scientiæ suæ decorem ac vtilitatē repetitur, qui iam satis elucidatus videtur. Ecce
psalmus iste quā pulchre temporalem prosperitatē & gloriam reprobat, atque futura impiorum tor
menta demonstrat, quam pulchre peccatricis animæ ignobilitatē & cæcitatem ostendit, iustorumque
1.Iohā.8. futurū dominium pandit. Conemur ergo temporalia cuncta despicere, florentem mundū cum omni
Esa.40 sua voluptate ac vanitate respuere, qm̄ mundus transit & concupiscentia eius. Et sicut Esaias asserit,
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Pare-
musque nos indesinenter ad lætam mortis susceptionem, quam secure expectat, atque lætanter reci- G
pere potest qui nil carnale seculare, aut transitorium diligit, sed toto affectu cœlestia quærit, & deum
sanctum ac benedictum, omnis sanctæ lætitiæ fontem dulcissimum summe desiderat, illud sapientis-
simi Salomonis efficaciter pensans. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiūtur hamo, & aues
Eccle. 9 laqueo, sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XLIX.

### ℂ EXPLANATIO TITVLI.

BReuis autem est titulus psalmi præsentis, videlicet psalmus Asaph. Secundum Hierony. vero
1.Par.26 & Hebræorum doctores, Asaph erat propheta, & author psalmi istius. Secundum August. au-
tem Dauid est author psalmi huius, & ascribitur Asaph sicut cantori, quoniam erat vnus de
principalibus cantoribus à Dauid in templo dispositis. Secundum Cassiodorum quoque Asaph po-
nitur hic pro titulo propter nominis sui interpretationem, interpretatur enim congregatio. De con
gregatione autem fidelium tractat hic psalmus. Denique psalmus iste mysteriis Christi plenus est,
de nouæ legis institutione ac veteris testamenti cessatione, & duplici Christi aduentu, multisque a- H
liis loquens. Ait ergo propheta.

### PRECATIO.

*Dirige domine super nos oculos misericordiæ, & in die tribulationis potentiæ tuæ brachio nos erue, ut & te hono-
rificemus, ac pro nostra liberatione sacrificium tibi laudis deuote immolemus.*

### ℂ EXPOSITIO psalmi.

DEVS deorum dñs].i Christus vnigenitus dei, deus verus angelorū, hominūq;
sanctorū dñs [LOCVTVS est] nobis in carne assumpta per seipsum, sicut ait
Hebr.1. Apost. Nouissime dieb. istis loquutus est nobis in filio, quemadmodū filius dei
Esa.52. per Esaiam promisit, Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die il-
la, quia egoipse qui loquebar ecce assum. Dicuntur autē angeli sancti & homi-
nes virtuosi dii, qm̄ excellentius diuinæ naturæ perfectionē participant, & de
Exo.22 talibus diis Moses ait, Diis nō detrahes. Et saluator, Illos (inquit) dixit deos,
Iohan.10 ad quos sermo dei factus est [ET vocauit terrā].i. Christus ꝑ seipm̄, atq; disci
pulos hoīes vocauit ad fidē & cultū suū. Et hoc, ℂ (1) A SOLIS ortu vsq; ad occasum].i. ex omni-
Psalm. 18 bus partibus mūdi, sicut ꝓdictū est, qa in omnē terrā exiuit sonus eorū. Et Christus alibi ait, Cōuerti
Esai.45 mini ad me, & salui eritis oēs fines terrę. Et, Eūtes docete oēs gētes, baptizātes eos in nomine pr̄is, &

A filii, & spiritus sancti: quod alibi clarius dicitur, Euntes in mundũ vninersum, prædicate euangelium Mat. 28
omni creaturæ [E X Sion species decoris eius] hoc est, ex monte Sion & ciuitate sancta Ierusalẽ prę- Marc. 16.
dicata ac publicata est primo pulchritudo seu claritas euangelicæ legis, seu humanæ naturæ Christi,
diuinitatisq; eius. Iam enim in præcedentiũ psalmorũ explanatione ostensum est, quomõ euangelica
lex instituta est à Christo in die cœnæ & pentecostes, seu aliis certis temporibus in monte Sion, &
quomodo in Ierusalẽ primo prædicata est resurrectio atque euangelium Christi, quemadmodum ab
Esa. prædictum est, De Sion exibit lex, & verbũ domini de Ierusalem. De hac antem datione ac insti Esa. 2.
tutione nouæ legis Ieremias apertissime prophetauit, Ecce (inquiens) dies veniunt, dicit dominus, Ierem. 31
& feriam domui Israel, & domui Iuda pactũ nouũ, & scribã leges meas in corde eorũ. ❨ (3) D E V S
manifeste veniet.] Hic tractat propheta de secundo Christi aduentu, qui erit in maiestate & gloria,
sicut primus erat in humilitate & pœna. Quia enim primo Christus venit vt iudicaretur ac patere- 1. Cor. 2.
tur, oportuit primũ suum aduentũ quodãmodo esse occultum, qm̃ si cognouissent, nũquam dominũ
gloriæ crucifixissent: quia vero secundo Christus venturus est vt iudicet mundum, idcirco secundus Mat. 26
eius aduentus erit omnibus manifestus. Propter quod Christus Iudęis dixit, Ammodo videbitis filiũ
hominis sedentẽ à dextris virtutis dei, & veniente in nubibus cœli cum potestate magna & maiesta- Luc. 17
B te. Et, Sicut fulgur coruscans de cœlo in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit aduentus filii hominis,
[D E V S noster] videlicet Iesus Christus q est verus deus, æternus, immẽsus, & supersubstãtialis [E T
non silebit] in secundo aduentu sicut in primo. In secundo enim aduentu cuncta discutiet, sententiã
proferet, & pœnas infliget. Sic autẽ in primo aduentu non habuit se, secundũ q ipse in Euang. asse- Iohan. 3
rit, Non venit filius hominis vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et hoc est quod Esaię. 42
ipse per Esaiam testatur, Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Dissipabo & absor
bebo simul. Et per Amos, Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrũ onustũ fœno. Et peribit Amos. 2.
fuga à veloce, & fortis non saluabit animã suam. ❨ (4) I G N I S in conspectu eius exardescet] Sicut
mundus primo per diluuiũ periit, sic vltimo peribit per ignem conflagrationis, qui terram & mare
exuret, aeremq; purgabit ac peccatores durante iudicio inflãmabit, & eos prolata sententia simul in-
uoluet, atq; cũ eis in infernũ descendet, quantũ ad id quod caliditatis fumositatisq; habebit, quod ve-
ro claritatis ac lucis in ipso extiterit, ad superiora ascendet. Secundum Basilium tam alte quoq; ascẽ- Basil.
det ignis conflagrationis, vt aqua diluuii. s. quindecim cubitis super omnes montes, vt creditur. De Gen. 7.
isto itaque igne nunc ait, Ignis in conspectu eius exardescet. Præcedet enim Christi descensum & du
rabit vsque ad finem iudicii [E T in circumitu eius]. s. Christi iudicis erit [T E M P E S T A S valida]. i.
C strepitus ingens, gemitus vehemens, vlulatus atque ploratus. Videntes enim impii iudicem venien-
tem ac discutientem, turbabuntur timore horribili, dicentes, Montes operite nos, & colles cadite su- Osee. 10
per nos. Et, Abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. De huius diei tempestate Apoca. 6
horrenda apud Iohelem scriptum est, Conturbentur omnes habitatores terræ, quia veniet dies dñi, Iohelis. 2.
dies tenebrarum & caliginis. Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit. Ante faciem eius
ignis vorans, & post eũ exurens flamma, omnes vultus redigentur in ollã, à facie eius contremuit ter
ra, moti sunt cœli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suũ. ❨ (5) A D V O-
C A B I T cœlum desursum] hoc est, Christus ad iudiciũ veniens, cõuocabit & secum adducet omnes
cœlestis patriæ ciues. s. angelos sanctos omnesque beatos, qui etiam visibiliter tunc omnibus appare-
bunt secundũ Gregor. Vnde in Zacha. legitur, Veniet dñs deus meus, omnesque sancti eius cum eo, Zach. 14
& erit in die illa non erit lux, sed frigus & gelu. i. tempestas (vt dictum est) valida. Nam & Christus
in nocte venturus est. Hinc per Esa. dicitur, Dñs ad iudicium veniet cum senibus populi sui & prin- Esaiæ. 3
cipibus eius. Vnde & Iudas ait, Prophetauit autẽ de his septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce ve- Iudæ. 2.
niet dñs in sanctis millibus suis facere iudicium, & arguere omnes impios de omnibus operibus im-
pietatis eorum, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra dominum [E T terram]. i. Christus ad iu
dicium vocabit habitatores terræ, videlicet omnes homines eos potissimum, qui per ignẽ conflagra-
tionis consumpti erant, & omnes quorum corpora suscitabit. Propter quod in Euangel. testatus est. Iohan. 5
Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocẽ eius [D I S C E R N E R E populum
D suum] hoc est, Christus ideo cœlum & terram aduocabit, quatenus ipse eis præsentibus populum
suũ discernat. i. electos à reprobis diuidat, & agnos ab hœdis loco ac pręmio separet, congregans tri
ticum in horreum suũ, paleas vero cõburens igne inextinguibili. Vnde dñs ait, Congregabo omnes Mat. 25.
gentes, & deducã eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis, quia ibi sedebo vt iudicẽ omnes Iohel. 3.
gentes in circumitu. Sed quia adductio ista fiet ministerio angelorũ (ipsi enim cineres corporũ resu-
scitandorũ colligent, resuscitatosq; ad iudicium deferent) idcirco consequenter ad angelos dicitur,
❨ (6) C O N G R E G A T E illi]. i. Christo iudici [S A N C T O S eius] qui ei in hac vita sancte seruie-
runt, quatenus mercedẽ dignã ac plenã recipiant, suoque capiti in ęternum adhęreant. Vnde Chri-
stus de seipso professus est, Mittet filius hominis angelos suos & colligent de regno eius omnia scan Mat. 13.
dala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminũ ignis. Et iterũ, In consummatione seculi
exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorũ. Itaq;, Congregate illi sanctos eius [Q V I ordi- Ibidem.
nant testamentũ eius super sacrificia]. i. qui in militanti ecclesia disponunt, quẽadmodum exequenda
sint mandata diuinæ legis circa oblationes & sacrificia. Quãuis enim Christus præceperit sibi offer
ri sacrificia aliqua tam in nouo q̃ in veteri testamento, non tamen determinat omnem modum ac ri-
tum, quibus hoc fieri debeat, sed hoc ordinationi sanctorũ, quos spiritu sancto implere decreuit reli-
quit, sicut circa missæ officium multa à sanctis sunt patribus ordinata. ❨ (7) E T annunciabunt cœ-
li iustitiam eius]. i. angeli sancti, hominesq; perfecti qui in die iudicii cũ Christo iudicabunt tanquam

assessores ipsius approbabunt atque laudabunt sententiã iudicis & remuneratione quam vnicuique E
faciet,& hoc agent [QVONIAM deus iudex est] hoc est,quoniam scient ꝙ ille qui iudicat, nec falli,
nec sallere potest,nec personas accipere,nec aliquid dissimulare, cum ipse sit deux in quem error &
iniustitia cadere nequeunt.Si vero iudex iste esset pura creatura,non videretur adeo tutum approba
re iudicium eius,qm̃ creatura errare potest ac falli.Vel sic,Et annuntiabunt cœli,hoc est,apostoli ac
alii prædicatores sancti cœlestem vitã in terra ducentes,iustitiam eius.i. præcepta atq; consilia Chri
Apoc.15. sti per vniuersum orbem terrarũ.Ad vtranque autẽ expositionem referri potest,quod in Apoca. san
cti dixisse prophetice describuntur, Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus: iustæ & veræ
Apoc. 19 sunt viç tuæ rex sanctorum.Quis non timebit te,& magnificabit nomen tuũ? Et iterum, Etiam dñe
deus omnipotens iusta ac vera iudicia tua.Deinde agitur de institutione euangelicæ legis,atque sal-
Deut. 7 uator,qui in vnitate personæ est deus ac hõ. ℂ(8) AVDI popule meus].i.aure cordis & corporis
auscultate ô Iudæi,qui eratis populus dei peculiaris,quemadmodũ Moses scribit, Te elegit dñs deus
tuus,vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram [ET loquar]doctrinã per-
Gen.32 fectam [ISRAEL & testificabor tibi] populum suũ iam reperit vocans eum Israel, quia de semine
Exod.4. Iacob quem angelus Israel appellauit,nati sunt.Sæpe nanque nomine Israel designatur totus popu-
lus Iudæorum, secũdum quod ad Pharaonem dñs dicit, Filius meus primogenitus Israel,dixit tibi,
Dimitte filium meum vt sacrificet mihi.Moraliter quoque per Israel intelligitur etiam militans ec- F
clesia,seu quilibet homo deũ contemplans.Ait ergo Christus,Israel & testificabor tibi.i. ô filii Israel
ad quos specialiter missus sum,audite & testificabor,id est,verbis, virtutibus atq; miraculis affirma-
Iohã. 5.8 bo quod sequitur [DEVS deus tuus ego sum.] Christus enim in propria persona prædicauit Iudęis,
seque deũ esse sæpe asseruit.Vnde scriptum est,Quærebant Iudæi eũ interficere,quia nõ solũ solue-
Iohan.10 bat sabbatum,sed patrem suũ dicebat deum,æqualem se deo faciens. Cumque dixissent ei Iudæi, Tu
quis es?Respondit,Principiũ qui & loquor vobis.Et hoc idem Christus miraculis confirmauit.Pro-
pter quod ipse ait,Si non facio opera dei,nolite credere mihi:si autem facio, & si mihi non creditis,
operibus credite.ℂ(9) NON in sacrificiis tuis arguam te].i.propter omissionem sacrificiorũ lega-
lium non reprehendã te tẽpore nouæ legis & gratiæ,quia tunc cessant [HOLOCAVSTA autẽ tua
in conspectu meo sunt semper] Negatio quæ in principio versus ponitur, hic repetenda est sicut in
versu præcedẽtis psalmi,vbi dictũ est,Non dabit deo placationem suã, & pretiũ redẽptionis animæ
suç.i.nec pretium redemptionis suæ.Est igitur sensus,sicut in sacrificiis omissis non arguã te, sic ho-
locausta tua legalia mihi amplius accepta nõ sunt. Quomõ autem differant sacrificiũ & holocaustũ,
& de mõ ac tẽpore cessationis eorum,dictum est satis prolixe in expositione psalmi.39. cuius exor-
dium est,Expectans expectaui dñm.ℂ(10) NON accipiam] tẽpore nouæ legis [DE domo tua vitu
los,neq; de gregibus tuis hircos] vt offerantur eo mõ,sicut in veteri testamento offerebantur, quan-
uis alio modo offerri possint ministris ecclesiæ seu pauperibus propter deũ ad sustentaculum vitæ. G
ℂ(11) QVONIAM meæ sunt oẽs feræ syluarũ].i.animalia syluestria [IVMENTA in mõtibus &
boues].i.animalia domestica.Omnia nanq; creaui.ℂ(12] COGNOVI omnia volatilia cœli] aerei,
idcirco necesse non est,vt in templo meo cõspectui reprę̃sentẽtur [AT pulchritudo agri mecũ est].i.
Gen.2. omnis fœcũditas atque ornatus terræ mihi innotescit,& in mea potestate consistit.Vnde nec sacrifi-
ciis,quę de fructibus terræ fiebant,indigeo. ℂ(13) SI esuriero,non dicam tibi] non ꝙ deus in sua
natura vnquã esuriat,sed sensus est,si sic mecũ dispositum esset,ꝙ cibo aut potu egerem, non neces-
se haberem hoc tibi insinuare,aut à te aliquid postulare, [MEVS est enim orbis terræ, & plenitudo
Psalm. 23 eius] sicut superius dictum est,Dñi est terra & plenitudo eius.Ex his autẽ confunditur error,dicen-
tium deũ hæc inferiora vel non creasse vel non cognoscere particulariter & distincte, nec prouiden
tiã eorũ habere. ℂ(14) NVNQVID manducabo] ego æternus & incõmutabilis deus [CARNES
taurorum] qui offeruntur [AVT sanguinẽ hircorũ] immolatorũ [POTABO] ego incorporeus deus
in meipso omnino perfectus ac plenus?non vtique.Cũ ergo sit ita ô ecclesia catholica. ℂ(15) IM-
MOLA deo] patri,totiq; trinitati [SACRIFICIVM laudis].i. sacramentum corporis & sanguinis
Christi,quod est sacrificiũ per se intentũ,receptum,ac vltimũ in quo beneficia dei recoluntur,nostra
peccata purgantur,& deus summe honoratur [ET redde altissimo vota tua] .i.promissiones tuas, H
quas vel in baptismo,vel in susceptione ordinis,vel alibi promisisti, adimple,quia (vt ait scriptura)
Eccl. 2. displicet deo infidelis & stulta promissio.Ideoque Ionas,Quæcunque (inquit) voui, reddam domi-
Ionç.2. no pro salute.Denique locus iste,quoniam iuxta literalem intelligentiam planus est.Moraliter expo
ni potest ad informationẽ cuiuslibet nostrũ,vt sit sensus, Audi populus meus qui à me Iesu Christo
appellatus es Christianus,pro cuius redemptione meipsum occidi permisi,& loquar tibi per inspira
Philip.3 tionẽ internã,per prædicatores ecclesiæ,per studiũ sacræ scripturæ,Israel,cuius cõuersatio est in cœ
2.Cor. 3. lis,& reuelata facie gloriã dñi contemplaris, & testificabor tibi, ꝙ deus deus tuus ego sum,qui te ab
æterno elegi,teque ad fidem vocaui,ac tuæ saluti incessanter prouideo . Non in sacrificiis tuis arguã
te.i.sacrificia tua interiora & exteriora mihi sunt placita, per se accepta non figuratiua. Holocausta
autẽ tua.i.oblationes tuæ,quæ igne diuini amoris totaliter inflãmantur, videlicet abnegatio propriæ
voluntatis,patientia in aduersis,interior mortificatio spiritus, & baiulatio crucis quotidiana, oratio
feruida,atque similia in conspectu meo sunt semper,id est,mihi indesinenter placent , nec obliuioni
Act.10. tradentur,sed æterna beatitudine prçmiabuntur. Vnde & beatiss. Cornelio Centurioni angelus di-
xit,Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et Iohannes ait,
Apoca.8. Ascendit fumus incẽsorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Non accipiam de
domo tua.i.de corde tuo quod est domus cogitationũ tuarum, vitulos.i.insolentes motus,seu inobe-

A dientes atq; instabiles affectiones & concupiscētias, quæ instar vitulorum petulantes & inquietæ existũt. Hinc enim alio loco scriptũ est, Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Amos. 6
Et, Vę qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus vestris: neq; de gregib⁹ tuis hircos, id est, Mich. 2.
de numero operationũ tuarum non recipiam, nec gratam habebo vilem illam simulationē seu hypocrisim, quæ ad modũ hirci foris seueritatem seu duritiam quandã prætendit, sed intus vanitati succũbit. Propter quod scriptum est, Simulatores & callidi prouocant iram dei. Quoniã meæ sunt oēs feræ syluarum, id est omnes animæ mundanam atque carnalem mollitiē fugientes, & duros pœnitētiæ labores viriliter sustinētes, iumenta. i. qui iugũ diuini præcepti super se portant, in montibus. i. in perfectione virtutũ: & boues. i. prædicatores, aliorũmque cordium spirituales cultores. Cognoui, per approbationem & spũalem inhabitationem, omnia volatilia cæli. i. eos qui terrena spernendo cælestibus vacant, qui assumunt pennas contemplationis vt aquilæ, volant vt angeli, & pulchritudo agri. i. perfectio cordis seu exterioris conuersationis, exemplaris honestas, aut probitas vitæ vulgarium, qui sunt agri prælatorũ ecclesiæ, mecum est. i. per dissimilitudinem culpæ non distat à me, sed complacet mihi. Si esuriero, non dicam tibi. Esuries & desiderium si proprie accipiantur deo nequaquam cõueniunt, quia defectum absentiámque alicuius boni includunt. Dicitur tamen deus esurire nostrã iustitiam, & desiderare nostram salutem ac perfectionē, quoniã in quãtum in se est, paratissimus est vnicuiq; gratiam imparrire, nec vult mortem peccatoris, neque lætatur in perditione viuentium. Vnde Iob. 36. Esa. 40.
B superius dictum est, Et concupiscet rex decorem tuum. Et in Deut. sic legitur, Dixit dominus ad Mosen, Quis det talem eos, scilicet filios Israel habere mentē, vt timeant me, & custodiant vniuersa mãdata mea, vt bene sit eis in æternum? Erit ergo sensus, Si esuriero. i. si desiderauero spiritualem profectum ac perfectionem creaturarũ mearum intellectualiũ, non dicam tibi. i. non indigebo à te postulare auxilium, quo desiderium meum ad effectum perducam: meus est enim orbis terræ. i. quia tota ecclesia per orbem diffusa in mea potestate cõsistit: & plenitudo eius. i. vniuersa perfectio gratiæ & virtutum cunctorum fideliũ mea est, quia à me datur, conseruatur & consummatur: & ita in me, per me, & ex me, potens sum perficere & saluare quæcunque voluero, neque indigeo hoc alteri indicare. Et sicut peccata hominum mihi non nocent, sic eorum saluatio mihi non prodest, propterea ratione indigentiæ meæ nullius salutem desidero, & si electorum salutem esuriero, hoc tibi referare non egeo. Hoc est quod testatur sermo diuinus, Si peccaueris, quid deo nocebis? Porro si iuste egeris, quid donabis ei? Homini qui similis est tui nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Nũquid manducabo carnes taurorum? id est, nunquid ego deus qui humiles amo in abstinētia superborum delectationem, quæ est refectio mẽtis, habebo? Nequaquam. Talibus enim per Esaiam dico, Ecce in die ieiunii vestri inuenitu voluntas vestra: aut sanguinem hircorum potabo? id est, nunquid in Ezec. 18. Psal. 44. Deut. 5. Iob. 35. Esa. 58.
C apparenti mortificatione hypocritarum complacentiam possidebo? Non vtique, quia in euãgelio dixi, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ, & faciē tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Immola deo sacrificium laudis, id est, gratiarũactionem in aduersis & prosperis, omnéque bonum ei ascribas, ita vt impleas quod supra inductum est, scilicet Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: Et redde altissimo vota, id est, desideria tua coram deo effunde, eúmque dũtaxat in omni angustia deprecare, quemadmodum de viro sapiente ac iusto in Ecclesiastico habetur, Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illũ, & in conspectu altissimi deprecabitur. ℂ (16) PECCATORI autem] in peccatis perseueranti nec voluntatem peccandi per pœnitentiam relinquenti [DIXIT deus] dei filius incarnatus per seipsum & suos prophetas [QVARE tu enarras iustitias meas?] id est quomodo prædicare audes verbum dei, aliosq; docere quod tuipse non facis? [ET assumis testamentũ meũ per os tuũ?] id est legē dei sanctam & immaculatam proferre præsumis per os tuum pollutum? Hoc enim Christus per Esaiam dixit, Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, inaniũ colunt me. Hanc ipsam quoque scripturam allegat Christus verus deus, Phariseos increpans, & dicēs, Bene prophetauit de vobis Esaias, Populus hic labiis me honorat &c. Vnde in Ecclesiast. dicitur, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Quid ergo agēdum est peccatori ad Matth. 6. Psal. 33. Eccle. 39 Esa. 29. Matt. 15. Eccl. 15.
D celebrandum seu prædicandum obligato? Si facit quod sibi incumbit, peccat: & si non facit, peccat, quoniam debitum negligit, sicque videtur esse perplexus. Et respondendum, ꝙ nemo perplexus est, sic enim impossibile esset peccatum vitare. Sacerdos ergo & prædicator indignus perplexus non est, quoniam pœnitere potest, & mutato proposito sine peccato officium diuinum exequi. Melius tamen facit vt communiter, quãdiu in peccato manet, non exequendo, quia exequendo mortaliter peccat. Alia tamen diuina, videlicet horas canonicas, melius est persoluere, quã omittere à quocũq; peccatore ad horas obligato. Nam non persoluendo, mortaliter peccat, tanquam contra præceptum ecclesiæ agens: non autem mortaliter peccat, si eas extra gratiam existens persoluat, quia non est speciale præceptum de persolutione horarum in statu salutis seu gratiæ: sicut est speciale præceptum de celebratione & administratione sacramentorum Christi ac verbi diuini in statu salutis, ita vt quotiescunq; sacerdos aliquod sacramentum Christi indigne dispensat, mortaliter peccat.

ℂ (17) TV vero] ô peccator [ODISTI disciplinam] id est, instructionem & correptionē ac debitam pœnam pro tuis excessibus, sicque de numero eorũ es, de quibus scriptum est, Odio habuerũt corripientem. Quo contra Salomon monet, Disciplinam domini fili mi ne abiicias, & ne deficias cũ ab eo corriperis. Qui iterum ait, Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti glorificabitur. Et alibi, Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Item autem periculum est despicere disciplinam prælati & Amos. 5. Prou. 3. Pro. 13. Prou. 15.

Luc.10. dei, quoniam prælati sunt dei vicarii. Propter quod de talibus ait Saluator, Qui vos audit, me audit: E
Num.15. & qui vos spernit, me spernit. Et magnus ille prælatus S Moses dixit ad filios Israel, Non cōtra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Si ergo saluari optamus, disciplinam dei ac superiorū no-
Prou.29. strorum amemus, quia scriptum est, Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus super ueniet interitus[ET proiecisti sermones meos retrorsum] id est, præceptis meis non paruisti, sed tuā voluntatem voluntati meæ præposuisti. ❡ (18) SI videbas furem, currebas cum eo] simul furando vel furanti fauendo aut cooperando[ET cum adulteris portionem tuam ponebas] faciens te con socium atque participem vitiorum eius. Est autem quoddam spirituale furtum, quo homo honorem & gloriam soli deo debitam sibi vsurpat, & tali furto se maculat, qui superbo cōmunicat: iuxta illud,
Eccle.13. Qui communicauerit superbo, induetur superbia. ❡ (19) Os tuum abundauit malitia] id est, ver bis illicitis[ET lingua tua concinnabat dolos] id est, verba fraudulenta composuit ad alios defraudandos. Quod patet ex eo, Nam. ❡ (20) SEDENS] in cathedra pestilentiæ [ADVERSVS fratrem] id est, proximum[TVVM loquebaris] sermones fallaces, pungitiuos, detractorios & rancorosos[ET aduersus filium matris tuæ] puta ecclesiæ seu matris carnalis [PONEBAS scandalum] præbendo ei occasionem ruinæ, seu offendiculum verbo vel facto inordinato, quod est contra admoni-
Rom.14. tionem Apostoli, vbi ait, Non ergo amplius inuicē iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Saluator quoq;, F
Matt.18. Væ (inquit) homini illi, per quem scandalum venit. Est nihilominus scandalum quoddam Pharisæorum, quod venit ex malitia & cæcitate scandalizati, non ex defectu scandalizantis, & tale nō est sem-
Matt.15. per vitandum. Nam, vt Euangelista testatur, cum discipuli Christo dixissent, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? Ipse respondit, Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum. Scandalū autem pusillorum vitandum est, imo interdū quædā non mala vel etiam bona non iussa omittēda sunt, differenda, aut abscondenda, ne scandalizentur pusilli, sicut dicit Apostolus, Si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnes in æternum. Qui autem scandalizatur, pusillus est, perfecti enim
1.Cor.8. non scandalizantur secundum Hieronymum, nec scandalizant secundum Thomā. Vehementer ergo studendum est nobis, vt simus adinuicem exemplares[HAEC] mala[FECISTI] ô peccator[ET tacui] Christus enim frequenter diu expectat, nec statim se vindicat. ❡ (21) EXISTIMASTI inique, q̄ ero tui similis] id est an propter meam longanimē expectationem arbitraris q̄ peccata tua dissimulabo aut eis fauebo, nec tibi pœnas iustas infligam, quemadmodum iustis gloriam tribuā [ARGVAM te] vel ante mortem vel in morte, & maxime in die generalis iudicii [ET statuam contra faciem tuam] id est, peccata tua tibi manifeste obiiciam, & de omnibus operibus tuis rationem requiram, tam in hora mortis, quàm in die nouissimo. ❡ (22) INTELLIGITE hæc] id est, intime G ea pensate [QVI obliuiscimini deum] non curantes eius præcepta, nec pensantes eius horrenda iudicia, nec attendentes eius gloriosa promissa [NE quando rapiat] id est, ne deus aliquo tempore vos imparatos ab hac vita abstrahat, & suo tribunali præsentari præcipiat [ET non sit qui eripiat] vos de iusto eius iudicio, quia in mortali peccato morientem nemo redimere potest, nisi ex speciali gratia reducatur ad pristinum statum. ❡ (23) SACRIFICIVM laudis] de quo iam dictum est, Immola deo sacrificium laudis [HONORIFICABIT me] quia per se acceptum est [ET illic iter] .i. in tali sacrificio.s. in laude deo reuerenter oblata est via [QVO ostendam illi] tale sacrificium immolanti [SALVTARE dei] id est, Christum humani generis saluatorem. Nam per sacrificium laudis ad Christi visionem in præsenti per fidem, & in futuro per speciem peruenitur, imo laudatio dei est
1.Reg.2. optima via beatitudinem acquirendi, secundum quod dominus alio loco asserit, Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum. Ecce quàm admiranda est virtus huius psal. quàm fructuosa est eius sciētia. Et quis laudem eius exprimere queat, in quo benignitas primi aduentus domini Saluatoris tam pulchre describitur, eo quod deus deorum per seipsum locutus sit mundo, vniuersos ad suam fidē inuitans? In quo insuper terror futuri iudicii seu secundi aduentus eiusdem tam terribiliter explicatur, multáque alia præclarissime dicantantur? Conemur ergo humilitatem, paupertatem, ac pietatē primi aduentus Christi ita sectari, vt secundo eius aduentu maiestatem & gloriam, atque iustitiā eius sine formidine mereamur conspicere. Proponamus oculo mētis nostræ, & in corde nostro fortiter depingamus qualitatem futuri iudicii, quàm horrendum erit videre elementa ardentia, acies angelorū, H facies dæmonum, monstrosissima corpora reproborum, scissa alta cælorum, terram hiātem, iudicem irascentem, & expectare ineuitabilem æternæ damnationis sententiam, videréque ante se parata sempiterna supplicia. Si ista atque similia modo solicite consideramus, tunc proculdubio in die tāti horroris securi gaudentésque stabimus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. L.

### ❡EXPOSITIO Tituli.

DEclarandi iam psalmi iste est titulus, Psalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan propheta quando intrauit ad Bethsabee. Hic autem titulus planus est scientibus historiam secundi libri Regum in quo narratur, quemadmodum Dauid cum vxore Vriæ adulterium fecit, & postea
2.Re.11. scilicet post mortem Vriæ, quando Dauid duxit eam in coniugem, tunc Nathan venit ad Dauid, & eum de tanto piaculo arguit. aduerténsque Dauid crimen commissum, vehementissime doluit, atque ex cordiali pœnitentia hunc psalmum conscripsit, in quo in persona propria, seu cuiuslibet intime

A pœnitentis, affectuosissime loquitur, humilime orat, ardentissima verba effundit. Tanta enim est virtus & dignitas psalmi istius, vt ab eius præconio lingua deficiat. Ait ergo.

PRECATIO.

*Miserator deus faciem tuam à peccatis nostris auerte, & omnes in conspectu tuo iniquitates nostras dele: laua nos ab iniustitia nostra, ut dono gratiæ tuæ emundati, in sanctis ac tibi placita conuersatione semper maneamus.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

MISERERE mei deus secundum magnam misericordiam tuam] O verbũ salubre, ô consilium vnicum, ô singulare refugium. Cum ignoret peccator quid agere, quid incipere, quo se vertere debeat, hoc vnicum ei manet solatium, tutum refugiũ, prudentissimumq́, consilium, vt dicat, Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Cum propriorum scelerum mole opprimitur, cũ ingratitudinis suæ excessu terretur, dũ peccatorũ suorũ multitudine ac magnitudine cõtabescit, hoc solũ restat, vt dicat, Miserere mei deus secũdũ magnã misericordiã tuã. Ideo enim scriptum est, Cum ignoremus quid agere de- 1. Par. 20
B beamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Denique duo præcipue pensanda sunt pœnitẽti, imo cuilibet viatori orãti, videlicet propria miseria, & diuina misericordia: quatenus ex consideratione suæ miseriæ ad orationem festinet, seipsum humiliet & accuset. Ex consideratione autẽ misericordiæ dei respiret, spem veniæ sumat, deũmq; cum incessabili fiducia inuocet. Si enim peccator vitiorum suorũ enormitatem perpendens, diuinam iustitiam solũmodo penset, desperare poterit potius quàm orare, quemadmodũ accidit Cain, qui dixit, Maior est iniquitas mea, quàm Gen. 4.
vt veniam merear. Ac Iudę proditori, qui cum dixisset, Peccaui, tradens sanguinem innocẽtẽ, abiens, Matt. 27.
laqueo se suspẽdit & crepuit medius. Nihilominus cõsiderare debet peccator diuinã iustitiã, vt sciat Act. 1.
se puniẽdũ: e timeat diuinã potẽtiã vt sciat nõ posse euadere aut resistere, atq; diuinã sapiẽtiã vt sciat se nõ posse latere. Sed qm̃ horũ cõsideratio aliud nihil inducit reæ cõsciẽtiæ nisi horrorẽ ac mœrorẽ, restat vt ad solã dei misericordiã se cõuertat, & ex eius cõtẽplatione consolationẽ fiduciãq; concipiat. Vnde beatus Iob considerans omnipotentiam, sapientiam atque iustitiam iudicis sui, ad solam misericordiam se transferens, ait, Non iustificabitur homo compositus deo: & si voluerit cum eo contendere, non poterit respondere vnum pro mille. Etiam si habuero quippiam iustũ, non respondebo ei, sed vt meum iudicem deprecabor. Et si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Peccator itaque in conspectu summi iudicis omnia inspi- Iob. 9.
C cientis, seipsum constituens, & peccatorum suorũ enormitatẽ exhorrens, perpẽdens quoq; se diuinæ iustitiæ rigorẽ tolerare nõ posse, nec diuinæ sapiẽtiæ oculũ aliquid posse latere, neq; diuinę potẽtię se Rom. 9.
posse resistere, ad solã misericordissimi creatoris pietatẽ cõfugiẽs, dicat, Miserere mei deus, id est, qm̃ Psal. 142
ego miser, tuq; misericors, ideo miserere mei, cõpatiẽdo nõ indignãdo: ignoscẽdo non vlciscẽdo: suc- Psal. 78.
currendo, non relinquendo. Noli in me ostendere virtutem tuæ iustitiæ, ne sim vas cõtumeliæ seu irę in interitum: sed abyssum tuæ clementiæ, vt sim vas misericordiæ in salutem. Non intres in iudicium cum seruo tuo, neque secundum peccata mea restituas mihi: sed quoniã ego multum miser sum (peccata enim miserum faciunt peccatorem) & tu multum misericors, ideo, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuã: quæ cum sit immensa, omnem miseriam meam in infinitum excedit. Sicut igitur magnitudo maris guttam aquæ quasi nihil absorbet: sic misericordiæ tuæ immensitas, ô domine, omnem miseriam meam consumat & æternaliter deleat. ¶ (2) ET secundum multitudinẽ Apoc. 15.
miserationum tuarum, dele iniquitatem meam] Deus naturaliter misericors est, & proprium est sibi misereri ac parcere. Propter quod scriptum est, quia solus pius est. Miseratio autem dei actiue significata, est ipsa misericordia dei, secundũ ꝙ actualiter miseretur. Et quanuis misericordia dei & miseratio eius in ipso deo sit vna ac simplex, dicuntur tamen misericordiæ dei multæ & miserationes eius quamplurimæ, propter diuersitatem seu multitudinem suorum effectuum. Miseratio vero dei passi-
D ue accepta, est misericordiæ suæ effectus. Est igitur sensus, Secũdum multitudinem miserationũ tuarum, id est, secundum ꝙ tu multis modis varijsq; auxiliis misereri potes: secũdũ hoc dele iniquitatem meã, quoniam infinitis modis, & indeficientibus auxiliis succurrere vales: & hanc precor multitudinem miserationum tuarum ostende in me. Vel sic, Secundũ multitudinẽ miserationum tuarum, id est secundum quod prioribus sanctis & peccatoribus conuersis multipliciter misertus es, secundum hoc postulo vt mihi misericordiam multiformẽ impendas, & iniquitatẽ omissionis & cõmissionis ab anima mea deleas: non oro ô domine vt secũdũ multitudinẽ meritorũ meorũ mecũ agas, sed secũdũ multitudinẽ miserationũ tuarũ iniquitatẽ meã amoueas. Et hoc est quod Dan. postulat, Per temetipsum Dan. 9.
inclina deus meus aurẽ mã. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare dñe, ne moreris. Porro nunquã mortale peccatũ deletur, nisi gratia infundatur. Per hoc ergo ꝙ orat iniquitatem suam deleri, implicite postulat gratiam sibi infundi. ¶ (3) AMPLIVS laua me ab iniquitate mea] id est, per infusionẽ gratiæ tuę purga animã meã à macula quàm peccando incurrit, & præsta mihi cõpunctionẽ internã ac fontẽ lachrymarũ, quibus ab immũditiis vitiorũ lauer, vt à Ierem. præcipitur mihi, Laua à malitia Ierem. 4.
cor tuũ [ ET à peccato meo munda me] dimittendo pœnã & culpã, ornandoq; mentẽ claritate gratiarũ, & virtutũ. Peccata nãq; animã meã deturpant ac maculant, atq; diabolo similẽ faciũt, & sanctæ trinitati deformẽ, omneq; bonũ gratiæ tuæ ab ea impediũt, sicut Ierem. propheta ait, Peccata vestra Ierem. 5.

Esa.59. prohibuerunt bonũ à vobis. Et Esa. Iniquitates vestræ diuiserunt inter deũ vestrum & vos. Et pecca B
Iob.15. ta vestra absconderunt faciem eius à vobis. Vnde in lib. Iob legitur, Nunquid grãde est vt consoletur
Esa.27. te deus? Sed verba tua praua hoc prohibẽt. Quoniã ergo ô domine (Esa. teste) hic est omnis fructus,
vt auferatur peccatum, oro, laua me ab iniquitate mea, quatenus impleatur in me, quod scriptum est
Mich.7. de te, Non immittet dominus vltra furorem suũ, quoniã volẽs misericordiam est, reuertetur & mise
rebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata
Esa.1. nostra. Imple quoque in me, quod quærẽtibus te per Esa. promisisti, Si fuerint peccata vestra vt coc-
cinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Ideo autem
peto à peccato mundari. ¶ (4) QVONIAM iniquitatem meã ego cognosco] Non illã abscon
do, nec meipsum excuso, nec dæmoni, nec alteri illam imputo, sed peccatũ meum confiteor. Quoniã
ergo initium bonorũ est confessio malorum seu recognitio peccatorum, ignosce mihi & spiritualem
vitam in me ordire ac renoua. Tu ergo si misericordiã consequi cupis, peccatum tuũ agnosce, nec in
Matth.7. oculo fratris tui festucam inspicias, sed trabẽ quæ in oculo tuo est aspice, dicq; quod scriptũ est, Pec-
Iob.33. caui, & vere deliqui, & vt eram dignus, non recepi. Hinc apud Ieremiam dominus ait excusanti se-
Ierem.2. ipsum, Ego iudicio contendã tecum, eo quod dixeris, Non peccaui. Si autẽ vis scire quid sit vere ini-
2.Par.36 quitatẽ propriam recognoscere, audi Manassen orantem, & dicentẽ, Peccaui domine peccaui, & ini-
quitatem meam agnosco. Peto rogans te, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis [ET peccatum F
meum contra me est semper] id est, semper displicet mihi & detestor illud. Alia litera habet, corã me
est semper, & redit in idem. Nam sensus est, semper obiicio illud cõsiderationi meæ & inspicio illud,
quatenus ipsum deplangam. ¶ (5) TIBI soli peccaui] quia omne peccatum est contra legẽ tuã
aliquo modo, nec peccatũ in proximũ vel seipsum habet rationẽ peccati, nisi inquantum originaliter
contrariatur aut dissonat ordini tuæ sapientiæ atque iustitiæ, quoniã tu es mẽsura, causa, & fons vni-
uersæ sanctitatis, [ET malũ coram te feci] id est, te præsente, & omnia inspiciẽte, non sum veritus fa
cere malũ, & in hoc aggrauatur iniquitas mea, quoniam tuã præsentiam tam parũ curaui [VT iustifi
ceris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris.] Secundũ expositores communiter subintelligitur ali
quid hoc loco, videlicet remitte mihi seu miserere mihi, vt sit sensus, Tibi soli peccaui & malum corã
te feci, & peto vt mihi remittas ac miseraris, vt iustificeris, id est, iustus ac verax inueniaris in sermo-
Osee.14. nibus tuis quibus per os sanctorum prophetarũ pœnitentibus veniam promisisti, sicut est illud, Sana
bo contritiones eorum, diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis: & vincas .i. in iusti-
tia cæteros excedas ac superes, cum iudicaris, id est, dũ aliis iudiciũ tuũ innotescit, ac per hoc iudicant
te bene & recte fecisse, sicq; iudiciũ tuum iustificant. Sed melius arbitror vt nihil subintelligatur, imo
si bene pensemus nihil subintelligendũ videbitur. debemus enim sequi expositionem apostoli. Apo- G
Rom.3. stolus vero introducit atq; allegat ad Rom. hæc verba hoc modo, Est autem deus verax, omnis autẽ
homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Patet er-
go quòd secũdum intentionem Apostoli S. Dauid ad hũc sensum prædicta verba induxit, quod deus
ex nostra iniquitate iustificatur, & vincit cum iudicatur, & hoc ex sequentibus verbis apostoli cla-
rius liquet. subdit enim, Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus? Scien-
dum tamen quod deum ex nostro peccato iustificari, & glorificari, & vincere cum iudicatur, intel-
ligi potest dupliciter. Primo causaliter, & directe, & ita verũ non est. Secundo occasionaliter & in-
Ezec.33. directe seu consecutiue, & ita verum est, sicut inducit Apostolus, & iste est sensus literalior,
Psal.115. quanuis prima expositio stare possit. Est itaque sensus, Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt
ex hoc occasionaliter & consecutiue, iustificeris in sermonibus tuis, quibus dixisti per prophetas nul
Iob.15. lum hominẽ esse sine peccato, sed omnem hominẽ esse mendacem verbo aut opere, seu aliquo vitio,
quia vt in lib. Iob scriptum est, Nemo mundus à sorde. Vel in sermonibus tuis, quibus peccatorẽ da-
mnas & punis, iustum vero saluas atque glorificas. Malum nãq; meum à te bene ordinatũ .i. iuste pu-
nitum, seu pie indultum, cedit ad gloriam tuam, quemadmodum in Enchiridio August. fatetur, imo
in omnibus reprobis te lucet, & commendatur iustitia tua atque potentia. Denique vt plenius loquar
verba prædicta quadrupliciter exponi possunt. Iam enim duobus modis exposita sunt. Tertio autem
exponuntur, Tibi soli peccaui & malam coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, quate-
nus consecutiue seu concomitanter iustus appareas in verbis, quibus promisisti te incarnandũ ex se- H
mine meo. Dũ enim ego tam dire peccaui, & tu nihilominus imples quod promisisti, patet quod nõ
propter merita mea, sed propter tuam iustitiam qua promissa adimples, humanã naturam ex stirpe
mea assumas, & vincas alios in æquitate, cũ iudicaris, à populo non te debere promissa implere pro-
pter enormitatẽ peccatorũ meorũ. Quarto exponitur sic, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci,
vt iustificeris .i. quatenus tu solus verus comproberis in sermonibus tuis: & vincas cũ iudicaris, sic vel
Matt.27. sic debuisse fecisse, vel cũ à Pilato, atque Iudæis iudicaris ad mortem, qui sine dolo & culpa existis, &
Esa.58. propter mea delicta omnia pateris, sicq; per modũ sequelæ ex meo peccato iustificaris. Deinde pro-
Gen.8. pheta fragilitatẽ ac pronitatem mortalis naturæ ad culpam cõmemorat, quatenus per hoc deum ad
pietatem ac veniam prouocet & inclinet, secundũ quod Noe in Gen. ipse deus spopõdit, Nequaquã
(inquiens) vltra maledicã terræ propter homines: sensus enim & cogitatio cordis humani proni sunt
ad malum ab adolescentia sua. Ait ergo Dauid. ¶ (6) ECCE enim in iniquitatibus conceptus
sum] tanquam dicat, Bene misereri te decet mihi fragili peccatori, quia ecce in vitiis conceptus sum
[ET in peccatis cõcepit me mater mea] quoniam ergo fomes peccati mihi innatus est, mirum nõ est
quod in peccatum prolapsus sum. Sed quomodo potest homo in iniquitatibus concipi, cum subiectũ
peccati & virtutis non sit nisi in anima seu intellectuali essentia, quæ corpori humano non statim in

A conceptione infunditur? Iterum quæritur, quomodo in iniquitatibus concipiatur, cum non cōcipia-
tur nisi in originali peccato, quod non est nisi vnū peccatū, sicut originalis iustitia non erat nisi vna
virtus? Et respondendū quod originale peccatū cū semine transfunditur, nō est tamē in semine vt in
subiecto, sed vt in radice: & ergo anima mox cū semini sic infecto infunditur, maculatur, & origina-
li peccato coinquinatur, cuius exemplū est de semine leprosi. Leprosus enim non nisi leprosum gene
rat, & lepra cū semine transfunditur non est tamen in semine, vt in subiecto, sed quasi in radice: ani-
ma vero infusa, statim proles contrahit leprā ex seminis infectione. Ad secundū dicendū, quod origi-
nale peccatū formaliter vnū est, vtpote carentia originalis iustitię debitæ inesse: materialiter vero est
multa propter quatuor animæ vulnera ex originali peccato secuta, quæ sunt, ignorātia, malitia, infir-
mitas & cōcupiscentia, sicut superius dictū est. Tertio quæri potest, quomodo parentes originale pec
catū transfundant, cum tamen in baptismo dimissum sit peccatū originale merito passionis domini-
cæ. Et respondendū, quod licet dimissum sit, quantū ad reatū pœnæ seu maculā, nō tamen fomes seu
inclinatio omnino extinguitur, quanuis debilitetur. Sed tunc fortius inuestigatur, quomodo peccatū
istud transfundi in omnibus possit, cum tamen ipse concubitus maritalis omni possit peccato care-
re, imo & virtuosus ac meritorius esse, inquantum est actus iustitię, qui ab apostolo præcipitur dicen
te, Vxori vir debitum reddat & vxor viro, nullū autem peccatū seu peccato inseparabiliter annexum 1.Cor.7.
B præcipitur. Item inquantum est actus religionis. Tertio inquantū est actus sacramenti. Et respondē-
dū quod parentes peccatū originale non transfundūt secundū quod particulares & proximæ causæ
generationis existūt, vel quia in ipso cōcubitu semper seu ineuitabiliter peccēt, sed inquantū ex corru
pta radice prodierūt: per hoc quippe proles originale peccatū incurrit, vnde ad originalē iustitiā ali-
quo modo tenetur, non autē ad eā tenetur, inquantū à primis parentibus nascitur, sed secundū quod
à primis parentibus propagatur, tam secundū rationē seminalē, quam secundum corruptam substan
tiam. ¶ (7) ECCE enim veritatē dilexisti] q.d. quia tu veritatē diligis, ego propriam culpam si-
ne excusatione confiteor, & quia ago quod complacet tibi, decet te mihi propitiū fieri. Vnde ait Sal-
uator, Cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos. Deus autē veritatē potissimū diligit: nam simili- Iohan.8.
tudo est causa amoris. Qm̄ ergo de⁹ naturaliter verus est, & essentialiter veritas increata, cōstat, quod
veritatē naturaliter diligit [INCERTA] id est, futura contingētia, de quibus proprie est prophetia,
& quę præuidere deo propriū est. Iuxta illud Esa. Quę ventura sunt, annūciate nobis, & sciemus quia Esa.41.
dii estis vos [ET occulta sapiētiæ tuæ] hoc est, profunda & alta mysteria de diuinitate, ac summa tri
nitate, Christiq; incarnatione, passione, resurrectione, & ascensione [MANIFESTASTI mihi] per
illuminationē spūs sancti clarius, purius & copiosius quàm cæteris vatibus: quia non per symbolicā
illustrationē seu per sensibiles formas, sed per anagogicā irradiationē .i. per intelligibilem atq; inter-
C nā illuminationē sine sensibiliū repræsentatione formarū, accepi à spiritu sancto quæcunq; in hoc li-
bro conscripsi. ¶ (8) ASPERGES me domine hyssopo] In Leu. legitur, quēadmodū dn̄s iusse- Leuit.14.
rit mundatū à lepra aspergi hyssopo, vt mūdaretur, dū ergo ait, Asperges me hyssopo, designat se spi
ritualem incurrisse leprā, à qua petit purgari hyssopi aspersione .i. humilis pœnitentiæ contritione.
Hyssopus nanq; est herba breuis loco saxoso radicitus hærens, pulmonisq; inflationem repellens ac
sanans, idcirco per eā pœnitentia designatur, quę in Christo (qui petra vocatur) fundatur, cordisque 1.Cor.10.
superbiā sanat, & hominē in propriis oculis paruū & modicū efficit [ET mūdabor] à macula interio-
ri [LAVABIS me] lotione spirituali per gratiæ infusionē [ET super niuē dealbabor] .i. ampliori
spiritualis mūditiæ ornatu atq; cādore splendebo quā sit niuis albedo. Spiritualis enim puritas, cor-
poralē puritatē omnino excedit. Et hoc est quod per Ezech. dominus ait, Effundam super vos aquā Ezec.36.
mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris. De hac aspersione, mundatione, ac lotio- Matt.6.
ne Saluator etiā ait, Tu autē cum ieiunas, vnge caput tuū, & faciē tuā laua, ne videaris ab hominibus Apoc.3.
ieiunans. Et alibi, Collyrio (inquit) inunge oculos tuos vt videas. Vel sic, Asperges me hyssopo .i. fi-
de & fructu seu merito sanguinis Christi, cuius vtiq; fide ac fideli aspersione saluati sunt oēs veteres
sancti, & mundabor, quia per meritū sanguinis Christi ab omni culpa purgamur, lauabis me in fon-
te baptismatis quod ad cathecuminos pręsertim refertur, & sup niuē dealbabor, qm̄ in baptismo vni
D uersa peccata donātur: iuxta illud, Saluos nos fecit baptisma, non carnis depositio sordiū, sed cōscien 1.Pet.3.
tiæ bonæ interrogatio in deū. ¶ (9) AVDITVI meo] exteriori & interiori [DABIS gaudiū]
de indulgētia peccatorum [ET lætitiā] de restitutione gratiarū. Ad literam deus dedit sancto Dauid
hoc gaudiū, hancq; lętitiā, dū ei per Nathan prophetā, atq; per inspirationē internā veniā repromi- 2.Re.12.
sit gratiāq; rependit. Nos quoq; gaudiū & lętitiā à deo recipimus, dū nos per sacrā scripturā cōsola-
tur, dicendo illud, Si impius egerit pœnitentiam omnium iniquitatū eius nō recordabor amplius. Et Ezec.18.
iterū, Reuertimini & viuite, quia nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat. Nec his dissonat
quod Saluator affirmat, Non est (inquiens) volūtas ante patrē vestrū vt pereat vnus ex pusillis istis. Matt.18.
Propter quod alibi habetur, Deus mortē non fecit, nec delectatur in perditione viuorū. Deniq; ma- Sapien.1.
gnā nobis ingerit lętitiā, dū se tā paratū, imo paratissimū offert ad gratiā infundendā, secundū quod
ipse protestatur, Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Et iterū, Pater Luc.11.
vester cęlestis dabit spiritū bonū petētibus se. Per instinctū quoq; occultū spūs sancti dat nobis deus Marci.11.
gaudiū & lętitiā, quia (vt ait Apostolus) ipse spūs reddit testimoniū spiritui nr̄o quod filii dei sumus. Rom.8.
Et iterū, Dedit nobis pignus spūs [ET exultabūt ossa humiliata] Nomine partis designatū est totum, 1.Cor.5.
vt sit sensus, De infusione gaudii & lætitiæ exultabo ego peccator & pœnitens, quæ vsq; ad ossiū hu-
miliationem, seu corporis inclinationem, genuflectionem seu prostrationē humiliaui meipsum. Vel,
exultabūt ossa humiliata .i. interior lętitia ex sua plenitudine in corpus redūdabit, & ossa corporis cer Prou.17.

Rom.5. tis indiciis interiorē iucunditatē ostendent. Sicut enim spūs tristis exiccat ossa: sic spūs hilaris impinguat atq; lætificat ossa. Vel, exultabūt, hoc est, hilariter & fortiter agēt, ossa humiliata .i. virtutes animæ quæ ante pœnitentiam oppressæ, sopitæ ociosæque erant: sed post pœnitentiam hilariter & feruenter operari cœperunt, quoniam vbi abundauit iniquitas, abundat & gratia. ¶(10) AVERTE] ô domine [FACIEM tuam] id est, considerationem tuam [A peccatis meis] & obliuiscere ea, id est, per modum obliuiscentis te habe in non vlciscendo & ignoscendo. Et hoc vtique deus piissimus libenter faciet, si tuipse peccata tua aspicias, ponderes, defleas, corrigas, atque deuites: alioquin faciet tibi quod de perseuerantibus in peccato per Amos prophetā ait, Iurauit dominus si oblitus fuero vsq; ad finem omnia opera eorum. Vnde negligenti & propria mala non deploranti, ait Apostolus, An diuitias bonitatis dei & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii dei. Itaq; ô domine, Auerte faciem tuam, hoc est, iustitiæ tuæ animaduersionem, à peccatis meis, vt nec gratiam in præsenti, nec gloriam in futuro mihi propter eorum demerita abstrahas [ET omnes iniquitates meas dele,] dimittendo pœnam & culpā, recipiendoque me ad amicitiam tuam, ac si nunquam peccassem. ¶ (11) COR mundum crea in me deus] Hoc est esse spirituale & meritorium age & inchoa in me per gratiæ creationem. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cordis enim munditia omnium exercitiorum nostrorū finis vltimus esse debet, secundum quod Salomon admonet, Omni custodia custodi cor tuum. Et si veram cordis puritatem adipisci desideras, hunc versum mente & ore sic iteres, tractes, cogites, ores, & depromas, quomodo naribus tuis anhelitum attrahis. Magna nanque est & ineffabilis virtus versus huius atque sequentium [SPIRITVM rectum innoua] id est, spiritum sanctum de nouo infunde [IN visceribus meis] id est, in intimis animæ meæ dando gratiam, sapientiam, charitatem, cæterasq; virtutes, ac dona spiritus sancti. ¶ (12) NE proiicias me] propter peccata mea [A facie tua] id est, à pietatis tuæ aspectu & conseruatione [ET spiritum sanctum tuum] id est, inhabitationem gratiosam & piam præsentiam spiritus sancti [NE auferas à me] sed in bono conserua me.

¶ (13) REDDE mihi lætitiam salutaris tui] hoc est, contemplationem iucundam de Christo, in quo omnium salus consistit. Hāc enim videtur Dauid per culpam ad tempus perdidisse, & spiritum propheticum amisisse. Vnde nec proprii peccati enormitatem aduertit. Nos quoque eam peccando amittimus, quoniam in maliuolam animam non introibit sapientia. Idcirco pro eius restitutione augmento & conseruatione indesinentes orare debemus [ET spiritu principali] id est, spiritu sancto [CONFIRMA me] stabiliendo cor meum in gratia eius: quia vt ait Apostolus, Optimum est gratia stabiliri cor. Nemo enim coronatur, nisi legitime certet, nec saluabitur, nisi qui vsque in finē perseuerauerit, quod nulli possibile est, nisi quem deus spiritu sancto cōfirmat. Ecce in versibus istis beatiss. Dauid supergloriosissimæ Trinitatis fidem atque mysterium euidenter demonstrat. Nam nomine dei designat patrem. Nomine spiritus recti, principalis & sancti, exprimit spiritum sanctum. Nomine autem salutaris, explicat filium, de quo Petrus ait, Non est in alio aliquo salus. Similiter Esaias propheta trinitatem diuinarum personarum clare fatetur, dum per eum dominus ait, Ego primus & ego nouissimus. & post pauca iste primus & nouissimus, subdit, Et nunc dominus misit me, & spiritus eius, ibi per primum & nouissimum intelligitur Christus, qui in Apocalypsi ait, Ego sum Alpha & ω, principium & finis. Et rursus, Ego sum primus & nouissimus & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorū, & habeo claues mortis & inferni. Dū ergo Christus se missum à dño, & spiritu eius testatur, Trinitatis mysterium clarissime demonstratur. ¶ (14) DOCEBO iniquos vias tuas] hoc est, gratiam mihi à te concessam aliis communicabo, eosque ad pœnitentiā salutarem inducere meo exemplo studebo, atque præcepta diuina obseruare eos, exhortabor. Hoc ad sanctum Dauid tanquam ad populi principem pertinebat, imo ad quoslibet aliquo modo pertinere videtur, secundum illud, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Propter quod Paulus ait, Fratres, & si homo præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerās teipsum ne & tu tenteris. Vnde Dionysius dicit, quod omnium diuinarū perfectionum altissima est, dei cooperatorem existere in reductione animarum ad primum principium [ET impii ad te cōuertentur] ex mea doctrina, quod valde meritorium est, quemadmodum scriptum est, Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte & operit multitudinem peccatorum. Et Daniel dicit, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiā erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed quis dignus est, ita illuminari diuinitus, vt sit ipse ad aliorum informationem idoneus? Respondeat nobis illustrissimus Esaias qui ait, Quē docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere, id est, eos qui carnales delitias atque sensuales voluptates deuitant & solidum cibum capere possunt, qui in carne viuentes, non secundum carnem ambulant, nec mundi vanitates admittunt. Hinc enim videmus multos ad alios instruendos multum paratos, sed parum aut nihil proficiunt, quoniam nō ex spiritu sancto, sed proprio sensu loquuntur, habentque verba frigida, arida, non acuta, penetratiua & calida: quibus singulis ait Apostolus, Confidis te magistrum infantium, doctorem paruulorum? qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deum inhonoras? ¶ (15) LIBERA me de sanguinibus] hoc est, peccatis præteritis, præsentibus, & futuris [DEVS] omnium [DEVS salutis meæ] in cuius potestate salus mea consistit, à quo tota perfectio mea procedit, & omne bonum animæ meæ dependet [ET exultabit] id est, cū exultatione can-

Marginal references: Rom.5. Amos.8. Rom.2. Matt.5. Prou.4. Sap.1. Heb.13. 2.Tim.2. Matt.24. Act.4. Esa.48. Apoc.1. Eodem. 1.Pet.4. Gal.6. Iacobi.5. Dan.11. Esaiæ.28 Hebr.5. 2.Cor.10 Rom.2.

E F G H

A tabit,& dicet [LINGVA mea iustitiam tuam] id est, iusta iudicia tua quibus obstinatos cõdemnas,
pœnitentibus misereris,orantes exaudis,toto corde conuersis abundantiam gratiæ tribuis,& pecca-
torem propria peccata confitentem iustificas. ¶ (16) DOMINE labia mea aperies] hoc est,ex
interiori deuotione & gratia facies labia mea in actum bonæ locutionis prorumpere,sic quod ex mo
nitione spiritus sancti ad loquendum procedam,non quasi ex meipso inductus. Qui enim à seipso Iohan.7.
loquitur, gloriam propriam quærit [ET os meum annunciabit laudem tuam] quia tunc vere di-
gnus ero laudator,si labia mea à te aperiantur:quemadmodum alibi dicis,Aperi os tuum, & ego im Psal.80.
plebo illud. Deinde Dauid causam allegat,cur decuit deum sibi ignoscere. ¶ (17) QVONIAM
si voluisses sacrificium] legale [DEDISSEM vtique] sacrificium,pro satisfactione mei excessus,sed
[HOLOCAVSTIS] legalibus & figuratiuis [NON delectaberis.] Sacrificia enim veteris legis,
nec continebant gratiam,neque per se accepta erant,sed ex deuotione offerentis duntaxat. Idcirco
per ea nullus deum placare potuit,nisi qui ante oblationem, vel saltem in ea gratiam habuit. Vnde
ait scriptura Geneseos,Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Primo enim respexit ad offe- Gen.4.
rentem,deinde ad hostiam.Indiguit itaque Dauid ante sacrificiorum oblationem vel in ea gratiã adi
pisci.Quilibet quoq; fidelis de seipso hæc verba dicere potest,quia si deo placeret etiam in nouo te-
stamento sacrificia legalia permanerent, & pro satisfactione à Christianis immolarentur.

B ¶ (18) SACRIFICIVM deo spiritus contribulatus] id est,anima pro peccatis gemẽs ac tristis
est sacrificium deo acceptum,quia seipsum deo offert propriam voluntatem ei subiiciens ad agenda
& patienda quæ sunt deo placita. Vnde Ecclesiasticus inducit,Salutare sacrificiũ est,attendere man Eccle. 35
datis,& discedere ab omni iniquitate.Et Baruch,Anima tristis super magnitudine mali,quæ incedit Baruc.2.
curua & infirma,& oculi deficientes,& anima esuriens dat gloriam & iustitiam tibi domino [COR
contritum & humiliatum deus non despicies] sicut per Esaiam testatus es. Ad quem respiciam,nisi Esa.66.
ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos?Et Iob ait,Qui humiliatus fue Iob.22.
rit,erit in gloria & saluabitur innocens.Et Ecclesiasticus,Oratio humiliantis se cælos penetrabit. Eccle. 35
¶ (19) BENIGNE fac domine in bona voluntate tua Sion,vt ædificentur muri Ierusalem.] Ver
sus iste cum sequenti primo exponendus est literaliter:& est sensus,O domine,in tua bona volunta- 2.Reg.7.
te qua promisisti mihi,quod filius meus Salomon ædificaret tibi templum,fac benigne Sion,hoc est,
pie adimple in monte Sion quod promisisti,vt scilicet in eo ædificetur templum nomini tuo,& ædi-
ficentur muri Ierusalem,id est,parietes templi vel muri ciuitatis, quos Dauid vidit in spiritu sæpius
destruendos. ¶ (20) TVNC] hoc est,templo ædificato [ACCEPTABIS sacrificium iustitiç]
quod tibi iuste offertur [OBLATIONES] quæ non totaliter incendebantur [ET holocausta]quæ
omnino comburebantur [TVNC imponent] ministri templi [SVPER altare tuum] in templo

C [VITVLOS] quia secundum legem vitulus erat animal aptum ad offerendum. Moraliter vero sic
exponuntur,Benigne fac domine in bona voluntate tua, qua hominibus semper gratiam repromit-
tis,dummodo conuertantur ad te:Sion,hoc est,ecclesiæ militanti te per fidem speculanti,conseruan
do eam in fide & gratia Christi,& ædificentur muri Ierusalem,id est,prælati ecclesiæ, qui sunt alio-
rum defensores ac muri seu firmamentum.Hi ergo spiritualiter ædificentur,hoc est,in profectu vir-
tutum & gratia confirmentur,quemadmodum dicit Apostolus, Quæ ædificationis sunt in inuicem Rom.14
custodiamus.Et,Vnusquisque proximo suo placeat in bonũ,ad ædificationem. Vel ędificentur mu- Rom.15.
ri Ierusalem,id est,duo populi Iudæi & Græci in vnam ecclesiæ fidem concurrant,& vnus in Chri-
sto populus fiant, sicut Apostolus dicit, Non est distinctio Iudæi & Græci. Tunc acceptabis in Ec Rom.8.
clesia Catholica sacrificium iustitiæ,hoc est,sacrificium laudis & Eucharistiæ,oblationes orationum
& eleemosynarum,exteriorúmque rerum:& holocausta,id est,propriarum voluntatum meram atq;
spontaneam abnegationem,eorum videlicet,qui se totos diuino cultui offerunt,cuncta contemnunt,
nec aliquid sibi proprium retinent: tunc imponent super altare tuum, quod est humanitas Christi,
per quam omnia nostra officia fiunt accepta,vitulos,id est,seipsos sequendo vestigia eius, & eius ex-
emplo,seipsos quotidie mortificantes,sicut testatur Apostolus,In omni fiducia magnificabitur Chri Phil.1.
stus in corpore meo, siue per vitam,siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lu-

D crum.Vel imponent super altare tuum vitulos,hoc est, in fide ecclesiæ offerent tibi laudes diuinas,
sicut apud Osee scriptum est,Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Porro anagogice exponũtur Osee.14.
hæc sic,Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion,id est,triumphanti Ecclesiæ te per speciem
contemplanti, & ædificentur muri Ierusalem,hoc est,ruina angelorum malorum reparetur per sal-
uationem hominum electorum. Tunc,quando videlicet venerit quod perfectum est, maxime post 1.Co.13.
diem generalis iudicii,quando omnino reædificati erunt muri cælestis Ierusalem,quæ est mater no- Amos.9.
stra,de qua nobis quotidie gloriosa dicuntur,vtinam & digne desiderentur:tunc,inquam,ô domine, Galat.4.
acceptabis sacrificium iustitiæ,id est,laudes perpetuas,purissimas,atque perfectas oblationes,quibus Psal.86.
omnes beati in patria se totos offerunt tibi,stantes semper inauertibiliter conuersi & fixi in te,& ho
locausta,id est,actus charitatis perfectos.Sancti enim in patria præceptum de amando deum perfe-
cte adimplent,quod in via fieri nequit:& hi actus charitatis holocausta dicuntur,quia per eos intel-
lectuales creaturæ in diuinum amorem totaliter resoluuntur. Tunc imponent super altare tuum,id
est,in cælo empyreo,vitulos labiorum,sicut expositum est:vel vitulos,hoc est,seipsos, quoniam igne
diuini amoris incenduntur,liquefiunt, & in deum penitus transformantur. Ecce excellentissimum
psalmum audiuimus,qui non solum verborum suorum sensu nos instruit,sed etiam autoris sui exem-
plo nos plurimum erudit.Quis enim de seipso præsumere potest,cum videat autorem psalmi huius
sanctum Dauid post tantam diuinorum adeptionem charismatum,tam grauiter cecidisse,non solum

1.Re.24 in adulterium,ſed & in homicidium? Qui cum iuuenili ætate tam perfectus & humilis extitiſſet, vt E
1.Re.26. nec inimicum ſuum lętalem lædere vellet, aut lædi permitteret, ſed bonum pro malo reddens, eum à
1.Re.17. morte eriperet, qui totis viribus ſe interficere laborabat, qui leonem & vrſum deuicit, qui gygantem
deiecit, qui tantas tamq; ſacratiſsimas reuelationes ſuſcepit, iam ſenectute potius in tam immania ſe
peccata proſtrauit. Deniq; quis deſperare poſsit, dum audit, virum adulterum, & homicidam ad tam
tam perfectionem reductum? Studeamus ergo chariſsimi, cum ſancto Dauid veraciter pœnitere, atq;
in omnibus non ſimulatam humilitatē amplecti, quia (vt ait Leo papa) tota Chriſtianæ ſapientiæ diſciplina non in abundantia verbi, non in aſtutia diſputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, ſed in vera & voluntaria humilitate cōſiſtit: quam dominus Ieſus ab vtero matris vſque ad ſupplicium crucis pro omni fortitudine, & elegit, & docuit. Et iterum, Tota (inquit) victoria Saluatoris quæ & diabolum ſuperauit & mundum, humilitate eſt concepta, humilitate con
Matt. 18. fecta. Vnde Chriſtus teſtatur, Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut
paruuli non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cælorum. Ad quod nos poſt huius incolatum exilii ſtatim perducat creator omnipotens trinus & F
ſimplex, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus, Amen.

Finis Commentariorum D. Dionyſii Carthuſiani in primam quinquagenam Pſalterii.

# D. Dionyſii Carthuſiani in ſecundam quinquagenam Pſalterii Dauidis regis Iſrael

## PROOEMIVM.

G

Act.13. TESTIMONIVM PERHIBENS DEVS DA-
1.Re.10. uid, dixit, Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui faciet
omnes voluntates meas. O quanta perfectio, quámq; ſublime præconiū attributa ſunt ſancto viro prophetarū eximio, in verbis inductis. Quid enim tam altum, ſicut diuinæ menti eſſe vnanimem, diuino cordi ſeu voluntati eſſe concordem? Porro quorum vna affectio corque conforme, horum ſumma eſt amicitia: & quorum ſumma eſt amicitia, horum maxima eſt commu-
2.Re.7. nio, intima vnio familiaritáſque præcipua. Amicis nanque ſunt cuncta cō-
munia: & quanto quis amplius diligit, tanto bona ſua quæ habet, ei copioſius impartitur, ſi eget, aut expedit. Propterea ſicut beatiſsimus Dauid diuinæ volūtati cōformior fuit, ſic deo amabilior extitit, & ideo ſecreta ſua ei plenius atq; lucidius reuela-
Pſal.30. uit, ea præſertim, quæ ad Chriſtum & ſponſam eius, Eccleſiam pertinent. Propter quod humiliter
gloriatur, & veraciter confitetur, Incerta (inquiens) & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Vnde & liber pſalmorum ſententioſior creditur, & Chriſti myſteriis plenior, quàm cæteri prophetarū libri. Cum ergo in ſuperiori libro expoſita ſit (prout dominus dedit) prima quinquagena Pſalterii, inchoanda iam eſt ſecunda quinquagena eiuſdem, & ſicut illic profeſſus ſum hanc eſſe intentionem
meam in elucidatione libri Pſalmorum, vt tam ſtili quam ſententiæ difficultatem deuitem, ipſosque H
Pſalmos quadrifariam (dum materia patitur, & expedire videtur) explanem, ſic nunc quoque profiteor, & omnino in promptu ſcire oportet, quæ ſit diſtinctio inter ſenſum ſcripturæ, literalem, allegoricum, tropologicum, & anagogicum. quod quia in ſuperiori libro poſitum eſt, iam reiterandum non arbitror. Ego vero totis præcordiis inuoco ſpiritū ſanctum, quatenus me in elucidatione diuinæ ſcripturæ dignetur dirigere. Et vt hoc plenius fiat, precor bonitatem ipſius, vt tali ac tāta gratia impleat animam meam, qua tam amoroſe deo coniungar, vt ab ipſo in omnibus inſtrui merear. Vere enim deus ſanctus & benedictus, electos ſuos amicos ſingulariter & mirabiliter illuſtrare conſueuit & eru-
Lucæ.1. dire. Propter quod ſcriptum eſt, Non faciet dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſer-
Amos.3. uos ſuos prophetas. Et Chriſtus diſcipulis ait, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos meos, quia o-
Iohā.15. mnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LI.

### EXPOSITIO Tituli.

PSalmus iam declarandus, hoc titulo prænotatur, In finē intellectus Dauid cum venit Doeg Idumæus & annunciauit Saul & dixit ei, Venit Dauid in domum Abimelech. Iuxta intellectum lite-

A ralem, sensus tituli huius clarus est ex historia libri Regum. Legitur enim ibidem, quemadmodū Saul
dolens de euasione Dauid dixit ad seruos suos, Audite me filii Iemini, quia nō est in vobis qui doleat 1.Reg.22
vicem meam, & annunciet mihi de Dauid filio Isai. Respondens autem Doeg Idumęus, qui erat pri-
mus inter seruos Saul & potentissimus pastorum eius, Vidi (inquit) filium Isai in Nobe apud Achi-
melech sacerdotem, qui cibaria & gladium Goleiath dedit ei, ob hanc causam præcepit Saul occidi
ipsum Achimelech (seu Abimelech, quia vtrūq; dicitur) & omnem domum patris eius, cuius facino- 1.Re.21.
ris Doeg executor fuit, sicut ibidem legitur. Conuersus Doeg, irruit in sacerdotes, & trucidauit in il- 1.Re.22.
la die 85 viros vestitos Ephoth lineo. Nobe quoque ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladii, tā
homines quàm iumenta. Abiathar vero filius Achimelech euasit, & venit ad Dauid, eiq; retulit cun
cta quæ facta sunt. De hoc igitur edidit Dauid hūc psalmum, qui ad literam exponi potest de ipsa re
gesta, quanuis fructuosius conuenientiúsque exponatur de re significata, seu figurata. Dū enim psal-
mi de Christo vel ecclesia literaliter intelliguntur, literalis sensus dulcis & plenus est, & diligenter
scrutandus. Dum vero de Dauid, seu simili aliquo intelliguntur, literalis sensus parū deuotionis atq;
dulcedinis confert. Vnde deuoti parum afficiuntur in expositione huiusmodi. Ideo de tali expositio-
ne pauca dicam. Secundum hanc itaque expositionē sensus tituli est, Intellectus Dauid, id est in psal-
B mo isto ponitur eruditio sancti Dauid, dirigens nos in finem, id est, in veram felicitatem & Christū,
ad quam perueniemus, si eruditioni huius psalmi paruerimus. Intellectus (inquam) à Dauid conscri-
ptus, cum venit, id est postquam venit Doeg Idumæus, cætera enim iam patuerunt. Increpatorie er-
go alloquens Dauid ipsum Doeg, ait.

PRECATIO.

*Defensor uitæ & animæ nostræ domine, prauis conatibus nostris semper obsiste, & ne sinas nos in nostra præua-
lere uanitate, ut sicut oliua fructificantes in domo tua, in æternum expectemus nomen tuum in cōspectu sanctorū tuorū.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

QVID gloriaris in malitia?] hoc est, quo fructu & vtilitate lætaris de opere malo, & 1.Re.22.
perpetratione peccati, quo me virum innocētem & Abimelech sacerdotem prodi-
disti, eúmque cum suis cōsanguineis occidisti? Gloriabatur enim Doeg de his, quia
per hæc maximam sibi amicitiam acquisiuit regis iniqui. Sed hæc gloriatio mala,
C animæq; nociua fuit, ideo Dauid Doeg redarguit, Quid (inquiens) gloriaris in ma-
litia, quod tibi non expedit? [QVI potens es in iniquitate] id est, qui potēs fuisti ad
occidendum viros innoxios, & potestate tibi collata abusus es, opprimēdo te meliores? ¶ (2) TO-
TA die] id est, incessanter [INIVSTITIAM cogitauit lingua tua.] hoc est, opus iniustū, dolos, atq;
insidias contra me, & meos amicos cōcepit lingua cordis tui, videlicet intellectus, quo interiora ver- 1.Re.22.
ba seu cogitationes formantur. Vel, lingua oris cogitauit .i. ex interiori cogitatione dixit. Doeg enim
assidue insidiabatur sancto Dauid & suis cōsociis. Vnde Dauid ad Abiathar, Sciebā in die illa, quod
cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annūciaret Sauli. [SICVT nouacula acuta fecisti dolū.]
Nouacula acuta cum pilos tollere habeat, aliquando dire & subito vulnerat: sic detractores & impii
cum regem & dominum suum bene & recte informare deberent, falsa ei vel non reuelanda annun-
ciant, aliis detrahunt, damna infligunt, & mortem procurant, & hoc modo Doeg dolum quæsiuit in
Dauid & Achimelech, atq; in cæteros, quos primo diffamauit, deinde occidit. ¶ (3) DILEXISTI]
ô Doeg [MALITIAM] id est, opus crudele [SVPER benignitatem] id est, magis quàm opus mise-
ricordiæ, quoniam sacerdotes crudeliter trucidasti, neque innocentibus es misertus. [INIQVITA-
TEM magis quàm loqui æquitatē] id est, magis amasti loqui verba iniqua, dolosa & inuidiosa, quàm
vera ac iusta. Doeg enim vt Sauli amplius complaceret, multa crimina Dauid imposuit, & quòd di-
xit Achimelech consuluisse dominum pro Dauid, aliqui dicunt fuisse falsum, & à Doeg confictum,
sicut moris est detractoribus, dum aliquid verum annunciant, falsa miscere. Non enim in textu libri 1.Re.21.
D Regum habetur, quòd Achimelech cōsuluerit dominum pro Dauid, sed quòd panes & gladium de-
derit ei. ¶ (4) DILEXISTI omnia verba præcipitationis.] hoc est, sermones ad præcipitan-
dum & occidendum ordinatos, tam proprii oris quàm domini tui Saulis, quem libēter audisti loqui
dura aduersum me, ô [LINGVA dolosa] id est ô tu Doeg, qui linguam dolosam habebas. Solet nāq;
nomine partis totum significari, præsertim dum quis maxime vacat actui partis alicuius, quemadmo
dum ait Apostolus, Cretenses ventres pingues. ¶ [PROPTEREA] ô Doeg [DEVS] iustus iudex Tit.1.
[DESTRVET te in finem] omne spirituale & meritorium esse tibi auferendo, seu non præstando,
téq; æternaliter condemnando, nisi pœnitentiam egeris [EVELLET te, & emigrabit te de taberna-
culo tuo] id est te ab hostibus tuis occidi permittet, sicut & factum est. In monte enim Gelboe cum
Saule occisus es, quia secundum Hebræos ipse tunc erat armiger Saul, qui cum vidisset Saul irruisse 1.Par.10.
in gladium suum, irruit etiā ipse in gladiū proprium: tunc ergo euulsus est Doeg de tabernaculo suo, 1.Re.31.
id est anima eius à corpore separata fuit, & domū suā nō magis inhabitauit, sed aliis eam reliquit. [ET
radicē tuā de terra viuentiū] .i. semen seu filiū tuū euellet dn̄s de terra Iudææ. Nam & filiū eius Da- 2.Re.1.
uid occidit, vt dicūt Hebræi, qui ei nunciauit dicens Saul & filios eius occidisse in prælio, adiiciēs se
irruisse in Saul, filius Doeg fuisse putatur. Cū enim dixisset ei Dauid, Vnde es tu? Respōdit, Filius ho
minis aduenæ Amalechites ego sum, tūcq; occidit eum Dauid, eo ꝙ dixisset se misisse manū suam in
Christum domini. Ecce ex isto apparet, ꝙ Dauid in spiritu pręcognouit deiectionē & pœnā Doeg.

Prou.19. ☙ (6) VIDEBVNT iusti] hoc est, diligenter considerabunt iustam dei vltionem in Doeg[ET ti E
mebunt] diuinum iudicium ne ipsis simili modo contingat. Pestilente enim flagellato sapiens sapien
tior erit. [ET super eum ridebunt] id est, de iusta pœna Doeg gaudebunt conformando se diuinę iu
1.Re.21. stitiæ[ET dicent, Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum] id est, qualiter accidit ei qui nõ
est in deo confisus. ☙ (7) SED sperauit in multitudine diuitiarum suarum] Doeg enim ditissi-
mus fuit, quoniam potentissimus pastorum Saul erat, hasque diuitias adulando & iustitiam peruer-
tendo collegit, atq; in ipsis potius quàm in deo sperauit.[ET præualuit in vanitate sua.] Doeg nãq;
ad tempus contra iustum Dauid & alios bonos confortatus est, & in vanitate sua, id est, superbia &
vanis diuitiis floruit, viguit, aliosq; oppressit. ☙ (8) EGO autẽ] Dauid [SICVT oliua fructife-
ra] existens [IN domo dei] id est, in synagoga seu populo Iudæorũ, quos verbis atque exemplis in-
struxi, & in bonis operibus fœcũdaui, sicq; ad instar oliuæ fructificaui in populo, cuius dux fui, mul-
tos conuertendo ad deum, conuersos quoque & bonos prouocando ad meliora. [SPERAVI in mi
sericordia dei in æternum] id est, toto tempore vitæ meæ[ET in seculum seculi] id est, sine fine, non
ꝙ in futura vita scilicet in patria maneat spes, sed speraui, inqt, in misericordia dei in æternũ, & in se-
culum seculi. i. ad hoc seu propter hunc finem, vt æterna non temporalia bona ab ipso adipiscar, &
æternaliter felix efficiar. ☙ (9) CONFITEBOR tibi] hoc est, ad gloriam tuam tua bona, & mea
mala confessione laudis & pœnitentiæ enarrabo [IN seculum] id est, diu & indesinenter. [QVIA F
fecisti] mihi tantam pietatem & gratiam [ET expectabo nomen tuum] id est, patienter pręstolabor
aduentum tuum, resurrectionem futuram, & gloriam beatorum, nec in aduersis relinquã te: sed quic-
quid mihi acciderit spem habebo immobilem in te, seu in nomine tuo[QVONIAM bonũ in cõspe-
ctu sanctorũ tuorũ]. i. quia nomen tuũ dulce, & bonũ est iudicio electorũ, & in cõsideratione & expe
Psal.10. riẽtia deuotorũ, qui gustauerũt quàm magna sit multitudo dulcedinis tuæ dñe: idcirco & optime sen
Thren. 3 tiunt de te, quemadmodũ Ieremias testatur, Bonus est dñs sperantibus in se animæ quærenti illum.

☙ EXPOSITIO allegorica eiusdem psalmi, videlicet de Christo.

ALlegoricus denique sensus sacræ scripturæ est, dum ea quæ de veteribus sanctis leguntur, de
Christo intelliguntur. Omnia enim in figuris contingebant illis. Secundum hunc itaque in-
1.Co.10. tellectũ per Dauid, qui interpretatur manu fortis seu desiderabilis aspectu, intelligitur Chri-
Psal.44. stus, virtus dei, qui est speciosus forma præ filiis hominum. Per Doeg vero qui interpretatur motus
intelligitur Iudas proditor, auaritia inflammatus ad Christum vendendum. Per Saul vero qui inter-
pretatur appetitio, seu mors, intelligitur princeps sacerdotum, seu populus Iudæorũ Christi sangui-
nem sitiens. Est igitur sensus, In finem intellectus Dauid, id est intellectus huius psalmi in deum nos
Iohã.12. dirigens conuenit Christo per Dauid figurato. Cum venit Doeg Idumæus, id est Iudas traditor aua
rus atque terrenus. Idumæus nanque interpretatur terrenus, & annunciauit Saul, id est, principi sa- G
cerdotum ac eius consilio: & dixit ei, Venit Dauid, id est Christus, in domum Abimelech, id est, in so
cietatem discipulorum suorum. Abimelech siquidem interpretatur regnum patris mei, per quod de-
signatur ecclesia. in qua deus per gratiam regnat. Hæc vero annunciatio Iudæ fuit feria quarta, dum
Christum vendidit dicens Iudæis eum venisse in Bethaniam cum discipulis suis in domum Marthæ.
Matt. 26 Et item feria quinta, quando post buccellam exiuit continuo, dicens Iudæis Iesum venisse cum disci
Matt.14. pulis suis in cœnaculum, in quo cœnam nouissimam celebrauit, & esse exiturum in locum in quẽ Ie-
Iohan. 13 sus frequenter egredi consueuit. Vnde scriptum est, Sciebat autem & Iudas locum, quia frequenter
Iohã.18. Iesus ibi conuenit. Diligenter nanque indicauit Iudas Iudæis locum in quẽ Christus aduenit, & in-
Luc.22. ter quos fuit, quoniam sicut scriptum est, Quærebat opportunitatẽ vt traderet eum sine turba. Pro-
pheta igitur in persona Christi, seu ipse Christus Iudam proditorem redarguens ait, Quid gloriaris
in malitia? id est, in venditione & proditione sanguinis innocẽtis magistri ac domini tui, qui tibi tot
bona contulit, tantáque dilectionis signa ostendit, qui potens es in iniquitate, id est, qui tardus & im
Matt.26. potens fuisti ad bene operandum, velox autem & cautus ad vendendum atque prodendum? Tota
die, præcipue feria quarta & quinta ante parasceuen, iniustitiam, id est, iniustam venditionem & fal-
lacem proditionem cogitauit lingua tua, quando eum Iudæis tractabas quomodo me traderes eis. Si- H
Matt.26. cut nouacula acuta fecisti dolum, quia in facie me laudasti, & occulte detraxisti. Maxime autem do-
Mar.14. lum fecit Iudas sicut acuta nouacula, quando antecedebat cohortem & ministros Iudæorum dicens
Ioã.12,13 eisdem, Quencunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. Ideo nanque Christus ei
dixit, Iuda, osculo filium hominis tradis? Dilexisti ô Iuda malitiam super benignitatem, quia fur eras,
& loculos habens, ea quæ mittebantur furabaris, & ita benignitatem, id est misericordiæ opera omi-
sisti, quia egenis danda tibi cupide reseruasti, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem, id est, magis
voluisti cum Iudæis tractare de iniusta Christi venditione & morte quàm magistrũ tuũ quem inno-
centem cognoueras, excusare. Dilexisti omnia verba præcipitationis, id est sermones principum sa-
Mat.26. cerdotum de Christi præcipitatione, oppressione, & occisione loquentium, ô lingua dolosa quę ma-
Iob.30. gistro tuo dolose dixisti, Aue Rabbi. Propterea deus destruet te in finem, quia æternaliter disperibis
Mat.27. atq; damnaberis. Reuelabunt enim cæli iniquitatem Iudæ, & terra aduersus eum consurget. Euellet
Act.1. te & emigrabit te de tabernaculo tuo. Hoc in Iuda impletum est dum abiens laqueo se suspendit, &
crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Tunc enim deus euulsit animam eius à corpore,
ipsúmque Iudam separauit à tabernaculo suo, id est, à domo Christi seu apostolorum collegio, aufe-
Iohan.6. rendo sibi gratiã in præsenti, & gloriam in futuro. Vnde & Christus ante passionem apostolis dixit,
Nõne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Hoc aũt (sicut Euãgelista subiũgit) de Iu-

A da aſſeruit,& radicem tuam de terra viuentium,id eſt,deus in tantum deſtruet atque euellet te ô Iu-
da de terra viuentium,id eſt de eccleſia electorum & regione viuorum , vt reparari non poſsis,neq;
ad vitam reſurgere. Per radicem ergo intellige potentiam reparandi gratiam,ſeu reſurgendi ad vitã.
Videbũt iuſti,id eſt,ſancti apoſtoli aliique fideles ſuſpenſionem & damnationem proditoris nequiſ- Matt. 27
ſimi. Propter quod in Act. Lucas ait,Notum factum eſt verbum hoc ſcilicet ſuſpẽſio Iudæ omnibus Act.1.
habitantibus Ieruſalem,ita vt ager ille appellaretur Acheldemach,id eſt ager ſanguinis,ecce homo
qui non poſuit deum adiutorem ſuum,id eſt,qui in Chriſto magiſtro ac domino ſuo nõ fundauit nec
ſtabiliuit ſeipſum,ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum,id eſt,ſpem ſuã in rebus terrenis lo
cauit,quas furando,& Chriſtum vendendo collegit,& præualuit in vanitate ſua,id eſt contra Chri-
ſtum roborauit cor ſuum,& in cupiditate vaniſsima ita permiſſus eſt præualere contra Chriſtum,q
vendidit & tradidit eum:non quòd ſimpliciter aliquis contra Chriſtum præualuit . Ipſe enim obla-
tus eſt quia voluit:ſed præualuiſſe dicuntur iniqui contra eum,quia permiſsi ſunt eum occidere. Vn Eſa.53.
de ſuperius Chriſtus dixit,Inimici autem mei viuunt,& confirmati ſunt ſuper me. Et Pilato dicenti, Pſal.37.
Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigendi te?Chriſtus reſpondit , Non haberes poteſtatem aduer- Iohã.19.
ſum me vllam,niſi tibi datum eſſet deſuper . Denique ſicut pſalmus iſte hucuſque de Iuda expoſitus
B eſt,ſic poſſet de populo Iudæorum contra Chriſtum furentium explanari. Hic nanque populus glo
riabatur in malitia,irridendo,blaſphemando,perſequendo,occidendoq; dominum ſaluatorem. To-
ta quoque die,præſertim in die paraſceues,iniuſtitiam,id eſt ſalſas accuſationes & mortis ſententiam Lucæ.23.
contra Chriſtum cogitauit lingua ipſius clamans ad præſidem,Hunc inuenimus ſubuertentem gen- Iohã.19.
tem noſtram. Et,Tolle,tolle,crucifige eum:ſed & ſicut nouacula acuta fecit dolum,mittendo diſcipu
los Phariſæorum cum Herodianis vt caperent Ieſum in ſermone. Dilexit etiam omnia verba præci- Matt.22.
pitationis,clamando ad iudicem,Si hũc dimittis,non es amicus Cæſaris. Et,Sanguis eius ſuper nos Iohã.19.
& ſuper filios noſtros , quibus verbis ſeipſos & poſteros ſuos vehementius præcipitauerunt quàm Matt.27.
Chriſtum. Peruenit enim vt ait Apoſtolus ſuper eos ira dei vſque in finem . Propter quod ſubditur, 1. Theſ.2
Propterea ſcilicet propter iniquitatem in Chriſtum commiſſam,deus deſtruet te in finem,id eſt vſq;
in finem mundi relinquet te,quemadmodum per Danielem prædictum eſt. Finis eius,ſcilicet populi Dan.9.
Iudæorum vaſtitas,& vſque in finem perſeuerabit deſolatio. Et Amos,Domus Iſrael cecidit,nõ ad- Amos.5.
iiciet vt reſurgat,eueller te & emigrabit te de tabernaculo tuo,id eſt,de terra promiſsionis eiiciet te, Dan.9.
ſicut per Titum & Veſpaſianum impletum cognoſcimus. Iuxta illud Daniel,Ciuitatem & ſanctua-
rium diſsipabit populus cum duce venturo, & radicem tuam de terra viuentium,id eſt vim genera-
C tiuam auferet tibi in terra patrum tuorum,quia poſt eiectionem prædictam non generauerunt , nec
multiplicati ſunt in propria terra vt ante,nec eam reparare potuerunt vt ante. Vel radicem tuam de
terra viuentium,hoc eſt,à regno cælorum omnino eradicabit te,ſicut & Chriſtus in euangelio ait,Fi
lii regni eiicientur in tenebras exteriores. Videbunt iuſti,id eſt ex Iudæis ad Chriſtum conuerſi pr-ę Matt.8.
dictam infidelium pœnam,& timebunt dominum Ieſum Chriſtum iudicem,tam diſtrictum,& ſuper
eum ſcilicet populum infidelem ridebunt,applaudendo diuinæ iuſtitiæ,& dicent,Ecce homo qui nõ
poſuit deum adiutorem ſuum,id eſt,vide Iſrael ſecundum carnem,qui ignorans dei iuſtitiam , & ſuã
volens ſtatuere,iuſtitiæ dei non fuit ſubiectus,nec gratiæ Chriſti eſt innixus, ſed in lege totam ſpem Rom.10.
poſuit. Ideo additur,Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum,hoc eſt de propriis meritis glo- Lucæ.16.
riatus eſt,& de lege ac genere ſuperbiuit,nec ad gratiam dei & fidem Chriſti humiliter accedere vo-
luit. Vel,ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum corporalium,quia Iudæi auariſsimi erant . Nam
Chriſto contra auaritiam diſputante dixerunt,Dæmonium habet,inſanit. Quid eum auditis?& prę- Iohan.10
ualuit in vanitate ſua,id eſt,in ſuperbia cordis ſui ad tempus præualuit contra primitiuam eccleſiam Act.4.
Chriſti,quam populus Iudæorum frequenter perſequebatur,ſicut in Actis Apoſtolorum narratur. Act.8.
Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei,hoc Chriſto maxime competit,qui ſecundum Apoſto- Hebr.2.
lum multos filios adduxit ad gloriam. Ipſe nanque fructum copioſiſsimum attulit deo , quia per paſ- Act.4.
ſionis ſuæ meritum omnes electos redemit,& non eſt in alio aliquo ſalus. Vnde de fœcunditate Chri Eſa.49.
ſti apud Eſaiam ſcriptum eſt, Hæc dicit dominus formans me ex vtero ſeruũ ſibi , vt reducam Iacob
D ad eum,& glorificatus ſum in oculis domini. Et dixit, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Ia-
cob: Dedi te in lucem gentium,vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Et hoc eſt quod Daniel di
cit,Omnes populi,tribus,& linguæ ſeruiẽt ei. Chriſtus itaque ſicut oliua fructifera fuit in domo dei, Dan.7.
quæ domus ſumus nos ſecundum Apoſtolum,Quia per ipſum reconciliati ſumus deo. Vnde ad Phi Heb.3.
lippenſes dicit Apoſtolus,Deus inſtaurauit omnia in Chriſto,ſiue quæ in cælo ſunt, ſiue quæ in ter- Philip.1.
ra:ſperaui in miſericordia dei in æternum,& in ſeculum ſeculi. Chriſtus ſecundũ quòd homo & ali-
quo modo viator,perfectiſsime ſemper ſperauit in domino,non per ſpem , quæ eſt virtus theologi-
ca,quia illam non habuit,ſicut nec fidem,quemadmodum infra plenius elucebit,ſed per fiduciã quã-
dam ſeu expectationem ex charitate & gratia procedentem. Confitebor tibi domine , id eſt laudabo Luc.10.
te in ſeculum,quia feciſti iuſtam diſcretionem inter bonos & impios . Hinc nempe ſcriptum eſt,Ex-
ultauit Ieſus ſpiritu ſancto & ait,Confiteor tibi pater domine cæli & terræ , quia abſcondiſti hæc à
ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis:& expectabo nomen tuum,quoniam bonum. Si- Rom.1.
cut ſpes eſt expectatio , ſic idem ſunt ſperare & expectare,conuenitque vtrunque Chriſto eodẽ mo- Act.23.
do,ſcilicet vt viatori. Sperauit enim & expectauit à deo reſuſcitari à morte , & glorificari in corpo- 1.Per.1.
re,atque ſuper omnes cælos aſcendere. Quæ autem iam omiſſa ſunt in præcedente expoſitione ſa- Ephe.4.
tis elucidata videntur.

Expositio eiusdem Psalmi tropologica seu moralis. E

Moraliter insuper per Dauid intelligitur vnusquisque fidelis. Per Doeg vero quilibet inuidus &
terrenus. Per Saul vero iniqua potestas seu regnum reproborum. Per Abimelech vero ecclesia
dei. Igitur iuxta moralem intelligentiam iste est tituli sensus, In finem intellectus Dauid, id est doctri
na psalmi præsentis, in finem, hoc est, in considerationem finalis retributionis & iustæ remuneratio-
1.Re.22. nis nos dirigens, competit Dauid, id est, fideli, cum venit Doeg ad Saul, id est, aliquis terrenus & ob-
trectator ad principem malum seu quempiam pestiferum & potentem bonos tyrannice opprimen-
tem, & annunciauit ei, Venit Dauid in domũ Abimelech, id est, fidelis quisque, venit in obedientiam
sanctæ matris ecclesiæ. Ideo enim iniqui persequi solent iustos, quoniam vitam atque præcepta eorũ
abominantur, & quoniam iusti præceptis ecclesiæ obsequũtur. Itaq; dicit, Quid gloriaris in malitia,
id est cur ex electione & habitu malo atque proposito peccas? Quidam enim ex infirmate peccãt, &
Eccle.1. horum peccatum est veniale, vel minus graue. Quidam vero ex habitu malo, & hi gloriantur in ma
lo, & difficillime corriguntur, estque gloriatio eorum mortalis & pessima: quia secundum Philoso-
phum gloriatio seu delectatio operationi annexa, est signum habitus interioris. De sic quoque glo-
Prou.2. riantibus in Prouerb. scriptum est, Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et in
Lucæ.6. euangelio, Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Hæc autem est gloriatio mũdi in æter
Iohã.16. nam tristitiam conuertenda, cui contrariam tristitiam habent electi in æternam lætitiam permutãdã, F
quemadmodum Christus discipulis protestatur, Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis
vos, mundus autem gaudebit: sed tristitia vestra vertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tol-
let à vobis. Verũtamen nemo gloriatur in malo sub ratione mali, sed sub ratione alicuius apparentis
boni, quia secundum Dionysium nemo respiciens ad malum operatur bonum, cum bonũ sit obiectũ
appetitus, in quo est prima radix peccati. Itaq; quid gloriaris in malitia qui potẽs es in iniquitate? Se
cundũ Anselmum qui potest quod sibi non expedit, quãto id amplius potest, tanto impotentior est.
Posse enim peccare impotẽtia magis dicẽda est quàm potẽtia: sicut peccatũ potius dicitur nihil, quàm
aliquid. Quomodo ergo aliquis potẽs est in iniquitate? Et respõdedũ quod homo dicitur potẽs in iniq-
tate, non quod potentia male agendi, secundũ quod est origo & causa peccati sit vera potentia: sed quia
potentia sibi diuinitus ad bene agendum collata abutitur, atq; per eam mala violẽter & prõpte exe-
Ierem.4. quitur. Iuxta hunc sensum in Ieremia scriptũ est, Sapientes sunt vt faciant mala. Non quod sapientia
Sapien.1. malefaciendi sit vera sapiẽtia, sed quædã peruersa industria. Vnde sapiẽs quidã dicit, In maliuolã ani-
mam non introibit sapientia: sed quia nonnulli dato ingenio atque scientia abutuntur, & vias peccã-
Ierem.4. di subtiliter indagantur, idcirco sapientes dicuntur vt faciant mala. Tota die. i. indesinẽter & animo
obstinato iniustitiam, id est, dolum & detractionem cogitauit lingua tua. Si linguam sumamus pro or
gano corporis, & cogitationem pro interiori actu meditantis, tunc linguæ non cõuenit cogitare, sed
cordi. Per hoc ergo quod hæc duo consociat lingua & cogitauit, insinuat quod quàm cito cogitauit G
Eccle.21. iniustitiam, elocutus est eam, quemadmodum in Ecclesiastico habetur, Cor fatui quasi vas cõfractũ.
Psal.34. Et iterum, In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientum os eorum. Hæc est expositio veneran
di theologi Hugonis: veruntamen quia superius de viro sapienti & iusto dictum est, Et lingua mea
meditabitur iustitiam tuam, vbi meditari seu cogitare ascribitur linguæ sapientis, cuius vt dictum est,
Prou.29 os est in corde ipsius, quoniam aptum tempus loquendi expectat: iuxta illud, Totum spiritum suum
profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Ideo superiores duæ expositiones acceptiores
videntur, sicut nouacula acuta fecisti dolum, decipiẽdo proximum tuum, idcirco maledictus es: iuxta
Malac.1. illud Malachiæ, Maledictus dolosus, quia rex magnus ego sum, dicit dominus. Et alius Propheta,
Esa.32. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes suas concinnabit ad perdendos mites in ser-
Iohan.1. mone mendacii. Quocontra de Nathanaele Christus ait, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.
Omnino ergo caueamus tam pessimum vitium, si Christo conformari optamus: de quo scriptũ est,
Esaiæ.53. Nec inuentus est dolus in ore eius. Dilexisti malitiam super benignitatem. Omnis qui peccat scienter
diligit malum magis quàm bonum, Dilexisti etiam iniquitatem, id est, verba illicita magis quàm elo-
qui æquitatem, hoc est, verba iusta, vera, & instructiua. Quocontra Ecclesiast. dicit, Quasi à facie co-
Eccle.21. lubri fuge peccatum. Et Apostolus, Omnis, inquit, sermo malus ex ore vestro non procedat. Et, H
Ephe.4. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis: Estote autem inuicem benigni, mi
sericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis. Dilexisti omnia verba præ-
cipitationis, quod est charitati fraternæ contrarium, & per consequens mortale peccatum, cui de-
betur æternum tormentum. Vnde subiungitur, Propterea deus destruet te in finem. Expositio hu-
ius versus ex præcedentibus elucescit. Videbunt iusti pœnam malorum in præsenti seculo, & in
finali iudicio, & timebunt, id est, diuinam iustitiam reuerebuntur, & filialem timorem concipient
circa deum. Hoc etenim modo etiam angeli sancti timebunt ex condemnatione reproborum, pro-
Iob.40. ut in Iob de diabolo sub appellatione Beymoth dicitur, Cum sublatus fuerit timebunt angeli, &
Matt.24 territi purgabuntur. Et Christus in euangelio, Virtutes (inquit) cælorum mouebuntur, & super
Psal.57. eum scilicet iniquum & reprobum ridebunt, sicut inferius dicitur, Lætabitur iustus cum viderit
Malac.3. vindictam. Propter quod per Malachiam dominus ait de iustis, Egrediemini & salietis quasi vitu-
li de armento, & calcabitis impios in die qua ego facio, dicit dominus. Et in Esaia, Egredientur
& videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. Et dicent iusti de impio. Ecce homo
Esa.66. qui non posuit deum adiutorem suum, quod est contra exhortationem Esaiæ, Quis ambulat in
Esa.50. tenebris & non est lumen ei? speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Sed sperauit
in multitudine diuitiarum suarũ, vel corporaliũ, vel spiritualiũ scilicet meritorũ, reputans se aliquid

A esse cum nihil sit,& de bonis operibus glorians in se,quasi non acceperit aliunde.Non ergo in pro- 1.Cor.4.
pria iustitia confidamus,nec in incerto diuitiarum speremus vt dicere valeamus cum sancto Iob, Si Iob.9.
iustificare me voluero,os meum condemnabit me.Etiam si simplex fuero, hocipsum ignorabit ani- Iob.31.
ma mea.Et rursum ait,Si putaui aurum robur meum.& obryzo dixi,fiducia mea. Si lætatus sum su-
per diuitiis meis multis. Hinc enim Apostolus dicit,Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sa- 1.Tim.6.
pere,nec sperare in incerto diuitiarum,sed in deo viuo.Et alibi,Nemo(inquit)glorietur in homini-
bus scilicet in seipso,sed qui gloriatur,in domino glorietur.Omnem quippe vanam gloriam de pro- 2.Co.10.
priis meritis excludit prorsus à nobis quod Christus ait,Cum feceritis omnia quæ præcepra sunr vo Luc.17.
bis,dicite,serui inutiles sumus,quod debuimus facere fecimus:& preualuit in vanitate sua,id est,in tē
porali prosperitate ad tempus floruit,& in desideriis propriis ambulauit,aliosque oppressit.Ego au-
tem sicut oliua fructifera in domo dei.Hoc cuilibet homini competit,qui opera bona producit,alios
vero & moribus instruit,atque in vitam æternam fructificar:qualem fuisse Leui patriarcham Mala-
chias testatur dicens,Pactum meum fuir cum Leui,& à facie nominis mei pauebat, in pace & æqui- Malac.2.
tate ambulauit mecum,& multos auertit ab iniquitate. Istud autem ad prælatos & aliorum rectores
maxime pertinet,de quorum manu deus sanguinem pereuntium requiret:speraui in misericordia dei Ezec.3.
B in æternum,& in seculum seculi . Scio enim quia non sum sufficiens cogitare aliquid ex me,quasi ex
me,sed sufficientia mea ex deo est.Cætera ex præhabitis lucent.Ecce psalmum breuem & doctrina- 2.Cor.3.
lem audiuimus,in quo inter bonos & malos pulchre distinguitur,iudiciúmque diuinum euidenter cō
memoratur.Studeamus ergo ab operibus tenebrarū diffugere,& oliuæ fructiferæ comparari,omné-
que tempus fructuose expendendo,& neminem scandalizando, ne simus aliis lapis offensionis & pe. Matth.5.
tra scandali:sed sic luceat vita nostra proximis nostris,vt ædificentur ex nobis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LII.

### EXPOSITIO Tituli.

EST autem titulus psalmi iam explanandi,In finem pro Amalech intellectus Dauid . De titulo
isto plura dici possent,quia diuersi de ipso diuersimode sentiunt.Sed breuiter transiens dico,si-
cut & Hugo affirmat,ꝙ psalmus iste quanuis videatur conscriptus occasione Amalechitarum,
qui vxores Dauid atque virorum suorum rapuerunt cum pueris & iumentis, succensa ciuitate Sice- 1.Re.30.
C lag,quam Achis rex Geth dedit Dauid fugienti Saulem,quemadmodū 1.Reg.scribitur,nō tamē agit 2.Re.25.
psalmus iste de ipsa historia,sed de re significata per Amalech , qui interpretatur dolens siue partu-
riens,& designat corpus Christi mysticū,puta ecclesiā pro peccatis gementem,& filios spiritualiter
per verbū prædicationis parturientem,quemadmodum ait Apostolus, Filioli mei quos iterū partu- Gal.4.
rio donec formetur Christus in vobis.Et alibi,Per euāgelium ego vos genui . In hoc autem psalmo 1.Co.14.
increpantur homines contra ecclesiam insurgentes,& est tituli sensus , Intellectus Dauid.i.psalmus
iste in quo ponitur eruditio Dauid,in finem , hoc est in Christum nos dirigens,est conscriptus pro
Amalech.i.pro significato per ipsum,videlicet pro ecclesia,cuius aduersarii hic increpantur.Preter-
ea psalmus iste in verbis & sensu multū conformis est psalmo 13,quoniam tamē in titulo differt,quia Psalm.13.
illius psalmi titulus est, Psalmus Dauid, credendum est ꝙ etiam intentione sensuq; differat saltem in
parte.Ait ergo sanctus Propheta.

### PRECATIO.

*Proprijs uitijs inutiles factos deus de cælo propitius prospice super nos,suscita in nobis gratiam tuam,qua illustrati non nobis ipsis,sed tibi placere studeamus.*

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

D DIXIT insipiens in corde suo] id est,diuinorū notitia carens apud se cogitauit
[NON est deus.] Quod dupliciter accipi potest. Primo,ꝙ aliquis propter ni-
miam mentis cæcitatem putet deum non esse, sicut quidam philosophi nega-
bant prima principia,cum tamen nec deum non esse,nec prima principia esse
falsa ab aliquo intelligi posit, cum vtrūq; sit per se notum secundum opinio-
nem probabilem.Secundo sic accipi potest, Dixit insipiens in corde suo, non
est deus,id est omnis insipienter agens, & criminaliter viuens ita se habuit,ac
si putaret deum non esse,imo quē verbo confitetur,opere negat, sicut de qui- Titum.1.
busdam ait Apostolus,Dicunt se nosse deum,factis autem negant.Vnde & in primo Iohannis habe- 1.Iohā.2.
tur,Qui se dicit nosse deum,& mandata eius non custodit,mendax est. Quod de notitia formata in-
telligendum est. Notitiam enim informem de deo reprobi habent , sicut de eis ait Apostolus, Cum
cognouissent deū,nō sicut deū glorificauerunt.Hoc secūdo modo multi dicūt in corde suo , Non est
deus:oēs videlicet qui iudiciū dei non timēt,sic enim agūt ac si deū putarēt non esse iustū.Sed primo
modo pauci dicūt deū non esse,quia Augustino attestāte,sicut magna perfectio paucorū est,sic ma-
gna quoq; insania paucorū est.Deinde de insipiētib. loquitur Propheta pluraliter dicēs,(2)COR
RVPTI sunt & abominabiles facti sunr in iniquitatibus] Integritas mētis est cōuersio eius ad deū.
Corruptio vero ipsius est auersio à deo,& ad caduca cōuersio . Propter quod de quibusdā à summo
vno auersis,atq; ad ista terrena & vana cōuersis in Osee scriptū est,Diuisum est cor eorū, nūc inte- Rom.1.

2.Tim.3. ribunt. De talibus quoque Apost. ait, Homines mēte corrupti, reprobi circa fidem. Sic ergo corru- E
pti sunt mente, & abominabiles facti sunt, hoc est, irrationabiles atque odibiles, in iniquitatibus, seu
propter iniquitates [NON est qui faciat bonum] æternæ vitę meritorium ex illis insipientibus, quo-
niam gratiā & charitatē nō habēt, sine quib. nemo valet mereri, aut deo acceptus esse. ¶ (3) DEVS
de cælo prospexit super filios hominū] Queādmodum deus speciali modo dicitur esse & habitare in
cælo, sic dicitur specialiter de cælo respicere, cum tamen ipse cælū & terrā impleat, omnia penetret,
Ierem.23 & vniuersa in seipso conspiciat. Itaque deus de cælo & sancto habitaculo suo respexit super filios ho
minum. i. omnes priorum parentum filios considerauit [VT videat] id est, aliquos scire faciat, vel se
scire ostendat [SI est intelligens aut requirens deum] id est, an sit aliquis de deo recte sentiēs, & in-
tellectu formato atq; fideli ipsum cognoscēs, seu bene operando, & quod in se est faciendo, ipsum re-
Ierem.32 quirens. Hoc est quod ait scriptura, Fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi, cu-
ius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuiq; secūdū vias suas. ¶ (4) OMNES]
prædicti insipientes [DECLINAVERVNT] à recta ratione, à via iustitiæ, à vero deo: à quo decli-
Osee.4. natur seu receditur non locali distantia, sed mentis inobedientia: iuxta illud Osee, Dominum dereli-
querunt in non custodiendo. [SIMVL inutiles facti sunt] id est, ad veram felicitatē inepti, & ad vlti
mum finem, ob quem creati sunt, inidonei. Peccata nāq; impediunt homines ab adeptione vitę æter
næ, & separant inter deum & eos. [NON est qui faciat bonū] id est, opus deo acceptum ex illis insi- F
pientibus [NON est vsque ad vnum] id est, omnino nullus est inter eos operans bonum, quoniam o-
mnes gratia carent. ¶ (5) NONNE scient omnes qui operantur iniquitatem] id est, nonne pecca
tores deū cognoscent? quasi dicat, Imo, quia ad minus post hanc vitam experientur in pœnis diuinā
Sap.5. iustitiam, quemadmodum in libro Sapientiæ de eis inducitur, Videntes turbabuntur timore horribi
li, gementes, & præ angustia spiritus dicētes, Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nō luxit no-
bis. Et sequitur, Talia dixerunt hi, qui in inferno positi sunt [QVI deuorant plebem meam] i. qui op
primunt, lædunt, aut perimunt innocentes & bonos [VT cibum panis] .i. sicut panis qui cibus est à
manducante conteritur atque consumitur. ¶ (6) DEVM non inuocauerunt] .i. interno affectu
eius misericordiam non implorauerunt, quia non intellexerunt nec exquisierūt eum, nec in ipso spe-
rabant, nec gratiam dei sibi necessariā attendebant. [ILLIC trepidauerūt timore vbi nō fuit timor]
id est, non timenda timuerunt, & timenda non timuerunt. Deum non timuerūt, sed homines: pœnas
temporales timuerunt, non infernales. Temporalem prosperitatem, honorem, famam & gloriam ti-
muerunt amittere, non felicitatem cælestem. Morbos atque incommoda corporis timuerunt incur-
rere, & labores pœnitentiales subire, viámque perfectionis arripere: sed gratiam dei perdere, in mor
talibus vitiis viuere, deo iudici displicere, non timuerunt. Sic ergo habuerunt timorem huma-
num, carnalem & inordinatum, non filialem, diuinum & castum. Cuius contrarium Christus disci-
Luc.12. pulis iussit, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et rursus, G
Matt.10. Nolite (inquit) timere eos qui corpus occidunt, animā autem nō possunt occidere: sed potius timete
eum qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam ignis. Vnde & in Esaia habe-
Esa.51. tur, Nolite timere opprobrium hominum & blasphemias eorum. Vis scire virū qui timenda timuit,
Iob.31. & non timenda non timuit? Audi Iob de seipso testantem, Si expaui ad multitudinem nimiam, & de-
spectio propinquorum terruit me. Ecce non timuit milia populi circūdantis se, nec ab hominibus de
Iob.23. spici horruit. Sed quem timuit? Semper (inquit) quasi tumentes super me fluctus timui deum. Et rur-
sum ait, Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest, idcirco à facie eius turbatus sum,
& considerans eum timore sollicitor. Ad quem vtique sanctum timorem hortatur nos Esaias dicens,
Esaiæ.8. Dominum exercituum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester. ¶ (7) QVONIAM
deus dissipauit ossa eorū qui hominibus placēt] id est, in præsenti vita spiritualē fortitudinē omnesq;
perfectiones gratū faciētes abstulit eis, qui hominibus secūdū q͡ homines sunt atq; seculariter viuūt,
placēt, aut placere desiderāt. In futuro quoq; iudicio dissipabit ossa eorū, nō cōminuendo ea in fru-
sta, sed corpus & animā proiiciēdo in æterna tormenta. Huiusmodi etenim homines multipliciter à
via æquitatis recedūt propter humanū fauorem, amorem, timorem, aut aliam similē affectionē. Vnde
Prou.39. & scriptum est, Qui timet hominem cito corruet. Et ad Gal. Apost. asserit, Si adhuc hominibus pla- H
Gal.1. cerem, Christi seruus non essem. Et Christus ait suis electis, Si de hoc mūdo essetis, mūdus quod suū
Iohā.15. erat diligeret. Quia vero de mūdo non estis, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mūdus.
Sed repugnare videtur quod ait Apostolus, Sine offensione estote ecclesiæ dei, sicut & ego per o-
1.Co.10. mnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis. Et alibi, Si fieri potest,
Rom.12. quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. De Samuele quoque & aliis nonnullis. 1.
1.Reg.2. libro Regum & in Ecclesiastico scriptura pro magno præconio introducit, quòd placebāt plus deo
Eccl. 46 quàm hominibus. Et respondendum, quòd de hominibus loqui possumus dupliciter. Primo secundū
id, quòd sunt sine charitate, fide, & gratia, & sic velle hominibus placere peccatum est, maxime quo
ad naturam corruptam, seu rationem concupiscentiis consentientem, & ita de hominibus loquitur
1.Cor.3. Apost. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis?
1.Cor.3. Et rursus, Cum alius dicit, ego equidem sum Pauli, ego autē Apollo, nonne homines estis? Hoc enim
modo loquēdo de homine, semper inclinatur ad errores & vitia opinionésque varias. Propter quod
1.Cor.1. dicit iterū Apostolus, Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.
Sitis autem perfecti in eodem sensu. Secundo autem loqui possumus de hominibus, secundū q͡ ratio
informata est lege & gratia dei, sicq; laudabile est placere hominibus in deo & propter deum. Vnde
Rom.16. admonet Apostolus, Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Sic

A quoq; venerari atq; timere homines maxime præsidentes debemus, eo quod Christus dicat, Qui vos au dit me audit, & qui vos spernit, me spernit. [CONFVSI sunt] qui hominibus inordinate placere cõcupiscunt. [QVONIAM deus spreuit eos,] propter eorũ peccata, queadmodum per Osee testatur, Exosos habui eos propter malitiã adinuentionum ipsorum. Maxime autem confundentur in die extremi iudicii, quãdo in æternũ peribunt. ¶ (8) QVIS dabit ex Sion] id est, quis de numero electorũ deũ spiritualiter speculantiũ tribuet [SALVTARE Israel?] id est, salutẽ seu liberationẽ ecclesiæ militanti? Nemo vtiq; nisi Christus, qui in quantũ homo, satisfecit pro nobis, & fratrẽ ac sociũ hominũ per incarnationẽ se fecit, sicq; ad numerũ electorum pertinere cognoscitur. Vel sic, Quis dabit ex Sion. i. quis ex ciuitate cælesti atque triumphante ecclesia dabit salutare Israel, id est populo fideli? Nemo plane, nisi ipsemet deus sublimis & benedictus, qui per Osee ait, Ego dominus deus tuus, & Saluator non est præter me. De quo Esaias dicit, Hęc dicit dominus redẽptor tuus, Ego deus tuus do cens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas [CVM conuerterit deus captiuitatem plæbis suæ] hoc est, dum Christus per passionem suã electos redemerit de potestate diaboli vinculisq; peccati [EXVLTABIT Iacob] id est, tunc populi vitia supplantantes, & fidem ac opera sancti Iacob sequẽtes, spiritualiter exultauerũt de tantis beneficiis Christi, sicut in Actibus Apostolorũ frequenter impletũ

Osee. 9.

Osee. 12.

Esa. 18.

Act. 2.

Act. 6.

B narratur [ET lætabitur Israel] id est, tũc viri cõtẽplatiui hominẽsque perfecti, videlicet vere Israelitæ lętati sunt, non solũ qui peregrinabantur in mundo, sed etiã qui detinebantur in purgatorio & in limbo. Vel sic, cum cõuerterit deus captiuitatẽ plebis suæ. i. dũ militantẽ ecclesiã de corruptione atq; miseriis huius vitæ redemerit, & ad triumphantis ecclesiæ societatem transtulerit, quod in die nouissimo fiet: tunc exultabit Iacob, & lętabitur Israel gaudio interiori & exteriori consummato atq; perpetuo: iuxta illud propheticum, Qui redempti fuerint à domino reuertentur, & venient in Sion, laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, & fugiet dolor & gemitus. Esa. 35.

¶EXPOSITIO allegorica eiusdem Psalmi per relationem ad Christum.

EX declaratione denique psalmi 13 facillime patet, quomodo psalmus iste applicari possit ad Christũ. Breuiter ergo tangendo, sicut per filios Chore secundũ præhabita intelligũtur imitatores & filii Iesu Christi crucifixi, eo quod Chore interpretetur Caluaria, quod est nomen loci, in quo cruci appensus est mundi Saluator: sic per Amelech, qui interpretatur dolens siue parturiẽs, intelligi potest Christus, de quo scriptum est, Vere languores nostros ipse tulit, & propter nos dolens factus est. Et iterum, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Sic ergo sensus tituli erit, In finem pro Amelech intellectus Dauid, id est intellectus psalmi præsentis in finem vitæ æternæ nos dirigentis, à Dauid conscriptus est pro Amelech, hoc est, pro significato interpretationis huius nominis Amelech, puta pro Christo. Ait itaque, ¶Dixit insipiẽs, id est populus Iudæorum Christum dei sapientiam incarnatam, ac inter se conuersantem irridens, spernens ac persequens in corde: non est deus, id est iste Iesus Nazarenus similis nobis passibilis, nõ est deus, nec dei vnigenitus, sed seductor atque blasphemus. Vnde Christus ostẽdit cæcitatem & insipientiam Iudæorum in ipsum credere contemnentium, In parabolis (inquit) loquor eis, quia vidẽter non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt, vt impleatur in eis prophetia Esaiæ dicentis, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, quæ verba quantum ad sensum, in libro visionum Esaiæ habentur. Insuper cum dixissent Pharisæi ad Iesum, Magister, volumus à te signum videre, increpat eos quod tempus sui aduentus non aduerterent ex propheticarum scripturis, præsertim ex vaticinio Danielis, qui in libro visionum suarum tempus aduentus passionisque Christi euidentissime declarauit dum ait, Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & loquitur de hebdomadibus annorum, non dierũ, ita quod vna hebdomada continet septem annos. Sic igitur Christus Pharisæis respondit, Faciem cęli iudicare nostis. Nam facto vespere dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cælum, signa autem temporum non potestis. Deinde Propheta hunc populum insipientem pluraliter exprimit, dicens, Corrupti sunt, id est ab omni gratia destituti, & etiam à Romanis corporaliter interfecti & abomina

Esa. 53.

C

Matt. 13.

Esa. 6

Matt. 13.

Esa. 6.

Matt. 16.

Dan. 9.

Matt. 19.

D biles facti sunt, id est deo atque hominibus odibiles, sicut de eis ait Apostolus, Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, & hoc in iniquitatibus suis, id est, propter peccata quibus Christũ persecuti sunt, eũmque coram Pilato negauerunt, & occiderunt, sicut de eis apud Ieremiam Christus testatur, Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua. Dedit cõtra me vocem suam, ideo odiui eã. Et rursus de incredulis Iudæis Ieremias prædixit, Negauerunt dominum & dixerunt: non est ipse. Vnde in Osee Christus apertissime ait, Recesserunt à me, & ego erudiui eos, & roboraui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt, vt essent absque iugo, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia: nõ est qui faciat bonum meritorium ex illis insipientibus & peruersis Iudæis. Propter quod Christus in euangelio ait ad eos, In peccato vestro moriemini. Et iterum, Vos ex patre diabolo estis. Rursũmque, Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Deus de cælo, hoc est, verbum dei, veritas, atque sapientia patris de humanitate assumpta, in qua tanquam in cæ lo purissimo habitauit, prospexit super filios hominum, id est specialiter super Iudæos, primo prædicans eis regnum cæleste, sicut & Christus in euangelio fatetur, Nõ sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel, vt videat si est intelligens aut requirens deum patrem, & filium eius vnicũ Iesum Christum. Ideo enim Christus venit in mundum, vt deum requirentes saluaret, & approbando cognosceret. Omnes prædicti increduli declinauerunt à Christi doctrina & fide catholica, sicut de eis dominus per Ieremiam ait, Verterũt ad me dorsum & non faciem. Nõne sciẽt oẽs qui operãtur iniq-

1. Thes. 2.

Ierem. 12

Ierem. 5.

Osee. 7.

Iohan. 8.

Matt. 15.

Ierem. 2.

tatem,hoc eſt,nonne prædicti infideles Iudæi tandem cognoſcent me eſſe verum Meſsiam?quaſi di- E
cat,Imo cognoſcent,quia in die iudicii videbunt me in quem transfixerunt,quemadmodum per Za-
Zach.12. chariam dictum eſt.Et in Apoc.ait Iohannes,Ecce venit cum nubibus , & videbit eum omnis ocu-
Apoc.1. lus,& qui eum pupugerunt:qui deuorant plebem meam,hoc eſt,qui oppreſſerunt,tribulauerunt , &
partim interſecerunt,partimque de ſuis finibus eiecerunt primitiuam eccleſiam in Ieruſalem primo
Act.8. collectam,quemadmodum in Act.Lucas inducit,Facta eſt,inquit,in die illa,quãdo videlicet Stepha
num occiderunt,perſecutio magna in eccleſia quæ erat in Ieruſalem , & diſperſi ſunt omnes præter
apoſtolos.Deum non inuocauerunt iſti increduli,quia nec eum veraciter agnouerunt,ſicut Chriſtus
Iohan.8. ait ad eos,Neq; me ſcitis,neq; patrẽ meum: & ſi deum labiis conclamabant,cor tamen eorum longe
erat ab eo,& ideo non inuocauerunt illum:illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor. Timebant
Iohan.11 enim aduentum Romanorum,niſi Chriſtum occiderent:ſicut dicebant, Ne forte veniãt Romani,&
tollant locum noſtrum & gentem:ſicque magis formidabãt homines & tẽporalia damna, quàm deũ
& ſpiritualia detrimenta.Quoniam deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent, id eſt,prędi-
ctorum infidelium Iudæorũ,vel qui Romanis diſplicere timẽtes,vel principibus ſacerdotum place-
re optantes,mortem Chriſti procurauerunt,horum oſſa Chriſtus diſsipauit,& diſsipabit ſecũdũ ſen
Iohan.5. ſum in præcedenti expoſitione inductum.Nam Chriſtus ait ad eos,Quomodo poteſtis vos credere
qui gloriam ab inuicem accipitis,& gloriam quæ à ſolo deo eſt non quæritis ? Confuſi ſunt tempore F
Titi & Veſpaſiani,& quotidie à fidelibus cõfunduntur,tandemq; à Chriſto æternaliter confunden-
Matt.26. tur,quãdo implebitur quod Chriſtus eis prædixit, Amodo videbitis filium hominis ſedẽtẽ à dextris
virtutis dei,& veniẽtem in nubibus cæli.Sic ergo cõfuſi ſunt, quoniã deus ſpreuit eos,propterea in-
Eccle.7. formari,conuertiq; nequeunt:ſed incorrigibiles ſunt,vt verificetur in eis quod Salomon aſſerit,Con
ſidera opera dei,ꝙ nemo poſsit corrigere quem ille deſpexerit . Cætera ex præcedenti expoſitione
clara ſunt.Ecce quàm multa ſalubria documenta ex pſalmo præſenti elici valent, videlicet ne deum
quem ore confitemur,factis negemus,deumq; omnia conſiderantem cogitemus,veneremur, & dili-
gamus,futurũ iudicium formidemus,impiorum tormenta vereamur,& ſuper omnia verſum illũ di-
ligentiſsime recolamus,quo dictum eſt,Quoniam deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placẽt,
quatenus ſoli deo placere quęramus,eiq; ſoli diſplicere vitemus,ne ſimus de numero eorũ,de quibus
Iohã.12. ſcriptum eſt,Dilexerunt gloriam hominum magis,quàm gloriam dei.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LIII.

### EXPOSITIO Tituli.

ARdens amator ſatiari non valet audiendo,loquendo, & cogitando de eo quem diligit,idcir-
Philip.3. co deuoti Chriſticolæ,qui omnia arbitrantur cum Apoſtolo,vt ſtereora , propter eminẽtem G
ſcientiam Chriſti,atque vt Chriſtum lucrifaciant,in expoſitione illa præcipue epulãtur,qua
dicta prophetarum & legis ac pſalmi de Chriſto elucidantur.Ipſe enim eſt finis legis,& omnium ſa
lus : & ſicut Iudæorum quoque magiſtri fatentur , omnes prophetæ non ſunt locuti,niſi ſuper dies
Meſsię.Vnde ſecundum Auguſtinum libri prophetarum,niſi in eis Chriſtus intelligatur,aqua ſunt,
& ſine ſapore ac fructu.Si vero in eis Chriſtus intelligatur,vinum ſunt & reficiunt atque inebriant.
Deniq; licet tituli pſalmorum frequenter ex hiſtoria quæ contigit Dauid,videantur accepti , ex hoc
non ſequitur,quòd pſalmi tales de Dauid ſint exponendi ad literam , quanquam interdum litera ad
2.Co.10. hoc valeat applicari.Per huiuſmodi etenim titulos datur intelligi,quid fuit occaſio ſãcto Dauid pſal
mos ſic intitulatos ſcribendi.Sed quoniam Dauid prophetico ſpiritu plenus fuit,& Chriſti myſteria
excellenter agnouit,ſeq; Chriſti figuram gerere ſciuit:imo quoniam totum ſtatum veteris teſtamen-
ti cognouit eſſe figuram ſtatus noui teſtamenti ſeu legis Chriſti & gratiæ , ſciens proculdubio quod
omnia in figura contingebant eis,alioquin quomodo prophetarũ fuiſſet eximius?Propterea certiſsi-
me credendum eſt,ꝙ S.Dauid oculum cordis ſui ſemper ad Chriſtum & ſtatum eccleſiæ, ſecundum
illuminationem ſibi à ſpiritu ſancto factam,conuertit : & quanquam in pſalmis de ſeipſo aliquid re-
1.Re.23. citare videretur,principalis tamen ſua intentio erat de Chriſto & eius myſteriis atq; eccleſia loqui. H
Iuxta quod ipſemet innuit,Dixit (inquiens) Dauid filius Iſai , dixit vir cui conſtitutum eſt de Chri-
ſto dei Iacob,Spiritus domini locutus eſt per me.Inſuper ſi Dauid in pſalmis tam ſæpe de ſeipſo , &
non potius de Chriſto & eccleſia loqueretur,vt aliqui ſomniant,qui hunc librum pſalmorum nimis
ſuperficialiter exponunt,pro magna parte exponentes ipſos pſalmos ad literam de Dauid,tunc pſal
mi tales non pertinerent ad dicta prophetica,ſed ad ſermones hiſtoricos. Videretur enim Dauid nõ
de futuro vaticinari,ſed dẽ præterito hiſtoriam texere,ſicque ſatis parũ prophetaret Dauid de Chri
ſto.Imo ſi ſubtiliter conſideretur,inueniretur Eſaias multo copioſius deſcribere myſteria Chriſti &
eccleſiæ quàm Dauid propheta,quod tamen nemo concedit. Amplius gratia prophetalis ſpectat ad
1.Cor.12 gratias gratis datas . Nam bonis & malis communis eſt. Gratiæ autem gratis datæ ordinantur ad a-
liorum vtilitatem:iuxta illud Apoſtoli, Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem . Itaque
ſpiritus ſanctus , qui Dauid tantam prophetalis notitiæ gratiam contulit , ad hoc eam ipſi donauit,
vt tota eccleſia informationem de Chriſto hauriret . Hæc propterea dico , vt ſciatur quàm inepta
ſint eorum commenta , qui in dictis prophetarum & pſalmis adeo ſuperficiales ac literales exiſtũt,
& vt ſemper conemur, quantum fieri poteſt , ipſos pſalmos de Chriſto & corpore eius myſtico,
quod eſt eccleſia , explanare.Quanuis itaque ex tenore tituli huius pſalmi videatur pſalmus de Da-
uid intelligendus , non tamen agit pſalmus de hiſtoria tituli , ſed de myſtico ſignificato per il-

A lud quod contigit. Nihilominus psalmus iste exponi posset de Dauid, sicut & de vnnquoque fi-
deli moraliter intelligi potest, quæ expositio in sequenti explanatione elucebit. Nunc vero de Chri
sto exponendus est psalmus qui talem titulum habet, In finem in carminibus intellectus Dauid,
cum venissent Ziphæi, & nunciassent Saul, Nonne Dauid absconditus est apud nos? Titulus iste
ex historia. 1. libr. Regum acceptus est. Legitur enim ibidem quemadmodum Dauid cum suis à facie 1. Reg. 23
Saul fugiens, apud Ziphæos se abscondit. Ziphæi vero quanuis essent de tribu Iuda sicut & Dauid, & 26.
tamen regi suo placere volentes, prodiderunt ipsum Dauid. Dicuntur enim Ziphæi à Ziph, vincu-
lo ad sortem tribus Iudæ pertinēte. Audiens autem Dauid se proditum à Ziphæis, psalmū hunc edi
dit, liberari desiderans à tanto periculo. Ziphæi qui interpretantur florentes, designant Iudæos tem
porali prosperitate gaudentes. Dauid autem significat Christum, Saul Pilatum. Ziphæi ergo, id est,
Iudęi nunciauerunt Sauli, id est, Pilato, Nonne Dauid absconditus est apud nos? id est, nonne Iesum
inuenimus populum seducentem, & eum iam apud nos tenemus ligatum? Est itaque tituli sensus, In-
tellectus Dauid, id est, sensus huius psalmi Christo conueniens, & in æternam vitam nos dirigēs, in Luc. 23.
carminibus, id est, ita quòd semper domino gratias referamus tam in aduersis quàm prosperis. Intel-
lectus inquam conscriptus & habitus pro eo, cum venissent Ziphęi, id est, Iudæi increduli, & nun
ciassent Saul, id est, Pilato, Nonne Dauid absconditus est apud nos? hoc est, nonne Iesum hunc cepi
B mus, & ligatum tibi adducimus? Propheta ergo in Christi persona loquens, seu Christus secundum
quod homo, & aliquo modo viator, & passioni iam proximus, ait ad deum patrem seu totam super-
gloriosissimam Trinitatem.

PRECATIO.

*Deus in te sperantium salus summa, in nomine tuo nos salua, & contra fortes quærentes animas nostras non poten-
tes adiuua, ut ex omni tribulatione erepti per te cunctos inimicos despiciamus securi.*

¶EXPOSITIO psalmi literalis.

DEVS in nomine tuo saluum me fac] id est, in teipso omnium summo ac vero
saluatore & ad gloriam nominis tui à morte resuscita me, & in ipsa passione
conserua atque conforta me contra naturalem horrorem, seu timorem mortis
instantis. Vnde & in Luca habetur, Apparuit illi angelus de cœlo confortans Luc. 22.
eum. [ET in virtute tua iudica me] id est, secundum iustitiam tuā restitue mihi
filio tuo dilecto separando & liberādo me à generatione hac pessima mihi nō
credēte, meq; atrociter persequēte. Hoc enim Christus se desiderasse insinuat,
dum ait, O Generatio incredula, quamdiu apud vos ero, quamdiu patiar vos?
C ¶(2) DEVS exaudi orationem meam] qua oro pro corpore meo mystico, scilicet pro ecclesia ele- Mat. 17.
ctorum, vt fructum passionis meæ participent. Hoc nanque orauit Christus, Non pro mundo rogo, Mat. 9.
sed pro eis quos dedisti mihi. Et iterum, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt Iohan. 17
sint vnum, sicut & nos. [AVRIBVS percipe verba oris mei.] Aures dei sunt sapientia, qua cuncta Ibidem.
cognoscit, & misericordia qua orantibus subuenit. Itaque domine pater auribus percipe verba oris
mei, qua pro meipso, videlicet pro corporis mei glorificatione ascensioneque deprecor. Clarifica me Iohan. 17
tu pater apud temetipsum claritate quam habui prius quàm mundus fieret. Et alibi, Christus preca-
tur, Tu scis dñe, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. ¶(3) QVO- Ierem. 15
NIAM alieni insurrexerūt aduersum me] hoc est infideles Iudæi alieni à me non carnis propagine,
sed vitæ imitatione: non natura, sed gratiæ carentia, persecuti sunt me, prout Iohannes ait, Cohors Iohan. 8.
ergo & tribunus & ministri Iudæorum accesserunt, & iniecerunt manus in Iesum: ideireo per alie-
nos intelligi possunt Gentiles, qui procurantibus Iudæis Christum interfecerunt. [ET fortes quæsie
runt animam meam] hoc est, principes sacerdotum quæsierunt animam meam, hoc est corporalem
vitam meam extinguere, sicut sapiens quidam ex persona eorum asserit, Morte turpissima condēne- Sapien. 2
mus eum. [ET non proposuerunt deum ante conspectum suum] hoc est, deum non timuerunt com
mittentes tantum peccatum, sed homines, quia dixerunt, Ne forte veniant Romani & tollant locum Iohan. 11.
D nostrum & gentem. Nam & Pilatus cum ei dixissent Iudæi, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsa- Iohan. 19
ris, statim adiudicauit fieri petitiones eorū. Consequenter Christus se exauditum illosque nihil pro-
ficere. ¶(4) ECCE enim deus adiuuat me] quia diuinitas Christi in omnibus cooperabatur huma
nitati assumptæ, eamque in omnibus confortauit atque protexit, iuxta illud Ieremiæ, Dominus me- Iere. 20
cum est quasi bellator fortis: ideirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt. Et Saluator ait, Iohan. 8.
Nō sum solus, sed ego, & qui misit me pater. [ET dominus] id est, deus trinitas [SVSCEPTOR est
animæ meæ] id est, exauditor orationum ipsius. Vel dominus susceptor est animæ meæ, id est, ver-
bum seu filius dei verus deus ad suam diuinam personalitatem animam meam assumpsit, nec eam in
triduo mortis reliquit. Quanuis enim tēpore mortis & sepulturæ Christi separata fuerit anima eius
à corpore, vtrunque tamen verbo māsit vnitum. Et hoc est quod apud Esaiam prophetam deus ait
de Christo homine, Ecce seruus meus suscipiam eum, electus meus, cō placuit sibi in illo anima mea. Esaię. 42
¶(5) AVERTE mala inimicis meis] hoc est, mala & pœnas mihi à Iudæis paratas retorque in ca Eccle. 10
put eorum, & libera me, ita vt laqueus quē mihi parauerunt eos concludat, prout in Ecclesiaste scri-
ptum est, Qui fodit foueam incidet in eam, & qui dissipat sepem, mordebit eū coluber. Et rursus Sa
lomon, In insidiis suis capientur iniqui. Vniuscuiusque enim malum in proprium redundat authorē,
& prius nocet peccatum agenti quàm patienti. Istud quoque in Iudæis impletum est, quoniam ipsi
disposuerunt Christum occidere, & nomen eius omnino extinguere: sed oppositum contigit, quoniā

ipsi disposuerunt Christū occidere,& nomen eius omnino extinguere: sed oppositum contigit, quo- E
niam Christus à morte est suscitatus, ipsi vero in vltionem sanguinis Christi occisi sunt atque disper
si,& ideo subditur,[ IN veritate tua] id est, sicut per prophetas dixisti. [DISPERDE eos] id est, va
riis plagis perde eos, scilicet gladio, fame,& peste, quemadmodum tempore Titi factum constat.
Vel in veritate, id est, in tua iustitia disperde eos, id est, de terra promissionis eos expelle, per totum-
Osee.9. que mundum diffunde & diuide, sicut ab Osee prædictum est, Abiiciet dominus deus meus, quia non
Osee.7. audierunt vocem eius,& erunt vagi in nationibus. Hanc quoque prophetiam in Iudæis esse imple-
tam ostenditur per Osee, Circundederunt (inquit) eos adinuentiones ipsorum. Aduertendum au-
tem quòd Christus hæc orat vel conformando se diuinæ iustitiæ, vel prænunciando quod erat futu-
rum, vel insinuando ꝙ illi meruerint, non autem absolute imprecatur mala aduersariis suis, præser-
Mat.15. tim cum ipse nobis præceperit, Diligite inimicos vestros,& orate pro persequentibus & calumnian
tibus vobis. ℂ (6) VOLVNTARIE sacrificabo tibi] id est, sponte atque ardentissima charitate
dei & proximi offeram meipsum in ara crucis tibi deo omnipotenti pro mundi salute, quemadmodū
Esa.34 de me ait Esaias, Oblatus est quia voluit,& ipse peccata multorum tulit. Vnde in euangel. dicit Sal-
Iohan.10 uator, Ego sum pastor bonus,& animam meam pono pro ouibus meis. Et rursus, Nemo tollit ani-
Galat.2 mam meam à me, sed ego ponam. Propter quod Apostolus dicit, In fide viuo filii dei, qui dilexit me,
& tradidit semetipsum pro me. Sic ergo Christus sacrificauit, hoc est, in sacrificium salutiferū dedit F
seipsum ex feruentissima charitate, tam dei quàm proximi. s. vt dei honorē recuperaret, hominumque
Hebr.9. salutem perficeret, quemadmodum testatur Apostolus, Sanguis Christi qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiā nostram ab operibus mortuis ad ser-
uiendum deo viuenti. [ET confitebor nomini tuo domine] cōfessione laudis [QVONIAM bonum
est] quia naturaliter atque quomodolibet bonū est,& bonitas pura, perfecta, atque infinita. Propter
Mat.19. quod scriptum est, Nemo bonus nisi solus deus, ideoque tu domine deus propter teipsum laudandus
Mar.10 es,& omni laude superdignissimus. Confessus est autē Christus cōfessione laudis deo patri in omni
Luc.16. vita sua,& in passione dum dixit, Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. Atq; post mortem
Psalm.30 dum ait, Ascendo ad patrem meum. Hinc nanque ait, Ego glorifico patrem meū. Et, Ego non quæ-
Luc.23. ro gloriam meā. Et, Ego quæ placita sunt deo facio semper. Ideo quoque ô domine confitebor nomi
Mar.16 ni tuo. ℂ (7) QVONIAM ex omni tribulatione eripuisti me] in die resurrectionis, quādo ad im-
Luc.24 passibilem vitam resuscitasti me, sicut Apost. asserit, Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur.
Iohan.8. Duæ ergo sunt causæ laudandi deum. Prima est bonitas eius, propter quam dixit, Confitebor nomi-
Roma.6. ni tuo, quoniam bonum. Secunda est exhibitio beneficiorū ipsius, propter quam ait, Quoniam ex o-
mni tribulatione eripuisti me. Magis autē ac dignius magisque meritorium laudare, honorare, dili- G
gere deum propter propriam bonitatem q̄ ob beneficia sua, quia procedit ex charitate purius perfe-
ctiusque diuina. Sed Christi vestigia imitantes laudare debemus atq; amare dominū deum nostrum
propter causam vtranque. Hoc enim perfectissimū est. Porro quod dictum est, Quoniā ex omni tri-
bulatione eripuisti me, referri potest ad id quod ait, Quoniā bonū est, sed tunc coniunctio hæc, quo-
niam, non denotat causam, sed signum. Non enim ideo deus bonus est, quoniā eripit nos, sed ideo eri
pit nos, quoniam bonus est, sicque ereptio qua eripit nos est signū bonitatis diuinæ, non causa. vel si
dicatur causa, non est causa simpliciter & à priori, sed quo ad nos & à posteriori, quia per hoc inno-
tescit nobis bonitas dei, ꝙ tā misericordissime eripuit nos [ET super inimicos meos] me persequen-
tes [DESPEXIT oculus meus] id est, eos non timui, nec eorum falsam felicitatem atque malitiā pro
Iohan.12 aliquo reputaui, sed in omnibus constans atque victoriosus permansi. Quanuis nanq; Christus pas-
Psal.54 sione instante timorem sponte admisit, inordinatum tamen pauorem non habuit, sed potestatiue
Esa.50. assumptum timorem deposuit, suisque hostibus intrepidus obuiam iuit. Vnde superius de viro iu-
sto præhabitum est, Ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignus. Et per Esaiam Christus ait,
Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat
ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus,& ideo non sum cōfusus. Ad hunc quoq; magnanimem
Iohā.14. despectum iniquorum, in quantum huiusmodi, Christus passione instāte hortabatur discipulos, Non
Iacobi.5. turbetur cor vestrum, neque formidet. Vere enim peccatores, in quantum peccatores, pro nihilo re-
putandi sunt,& condolendum est eis, sicut & Iacobus in sua Canonica ait, loquēs de eis, dicensque, H
Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis.

ℂEXPLANATIO eiusdem psalmi moralis simul & literalis.

1.Reg.23. MOraliter autem per Ziphæos, qui sicut ostensum est, interpretantur florentes, intelliguntur secu
li amatores, temporaliter floridi, inter quos absconditur Dauid, id est, inter quos nunc conuer-
santur & latent fideles temporalia contēnentes, atque à mundanis hominibus persecutionē perpessi.
Per Saul quoque intelligūtur pestiferi principes & mali prælati, apud quos seculares & impii iustos
accusant, produnt, ac lacerant. Quilibet ergo fidelis persecutiones variasque tentationes expertus ac
patiens, seque perpendens naturali virtute nō posse resistere, ferre, seu præualere, sed ope diuinæ cle
mentiæ indigere, totis medullis ad deum confugiat, clamans & dicens, Deus in nomine tuo increa-
to, seu in teipso, non in aliqua pura creatura, saluum me fac, culpam delēdo & gratiam infundendo:
saluum me fac ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris, saluū me fac à malo pœnæ, à ma-
lo culpæ & à malo naturæ: saluum me fac ab omnibus hostibus visibilibus & inuisibilibus, à tentatio
nibus cunctis atque vniuersis periculis. Itaque domine saluum me fac in præsenti per fidem & gra-
tiam & incessantem profectum, in futuro autem per beatificam tuæ bonitatis fruitionem. Et hoc fac

A in nomine tuo,ita ꝙ tu ſis meæ ſaluationis cauſa efficiens atque finalis.Nec enim eſt aliud nomen da Act.1.
tum hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri,niſi nomen tuum ſicut princeps apoſtolorum teſta- Eſa.45.
tur,& ſicut tu ipſe per Eſaiam locutus es,Deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me. Et nõ dubito do Oſee.13
mine deus quin precem meã exaudies,dũmodo perſeueranter orauerim, quoniam verum eſſe credo Iob.13.
quod ſcriptũ eſt,Omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Et in virtute tua omnipotẽti,cui Iohelis.2
nihil difficile eſt,iudica me.Cum dicat Apoſtolus,Horrendũ eſt incidere in manus dei viuẽtis, præ- Act.4.
ſertim cũ neſciat homo an amore ſit dignus an odio,inferiusque dicatur, Non intres in iudiciũ cum Ierem.32
ſeruo tuo domine,ad quod pertinet quod ſanctus Iob ait de deo, Nolo multa formidine contendat 1.Re.14.
mecũ.Cum inquã ſit ita,nonne præſumptuoſum & periculoſum apparet, vt audeat quis dicere deo: Hebr.10.
& in virtute tua iudica me?Sed aduertendũ ꝙ duplex ponitur iudiciũ dei, videlicet diſcretiõis quod Eccleſ.9.
agitur in vita præſenti,quo boni à malis,& electi à reprobis ſecernuntur ac diuiduntur gratia,voto, Pſal.142
& merito,non loco & præmio.De iſto iudicio ait ſaluator,Nunc iudicium eſt mundi.Quanuis enim Iob.23.
hoc iudiciũ à principio mundi inceperit, tamen in aduentu & prædicatione Chriſti atque apoſto- Iohan.12
lorum maxime inchoauit,quia ex tunc gratia dei copioſius effuſa eſt,& fideles ac boni ab infidelibus
& peruerſis abundantius euidentiusque diſcreti ſunt.Iſtud ergo iudicium optare debemus, videlicet
vt deus in hoc mundo ſeparet nos à grege malorũ,& inter electos nos reputet. Vnde de iſto iudicio
B ad beatum Iob dictũ eſt, Nunquid qui non amat iudicium ſanari poteſt? Porro aliud eſt dei iudicium Iob.34.
diſtrictæ diſcuſsionis & iuſtæ remunerationis,quod vtique omnes timere debemus & exorare ne ad
illud non parati trahamur,aut in eo ſecundũ noſtras malitias,negligentias & imperfectiones iudice-
mur,ſed potius in hac vita miſericordiã conſequamur,ſatisfactioniſque gratiam ſortiamur.Vnde ob
huius iudicii horrendũ rigorem,ait beatus Iob, Etiam ſi habuero quippiam iuſtum non reſpondebo Iob.9
ei,ſed vt meũ iudicem deprecabor.Et alibi,Si iuſtus fuero,non leuabo caput.Hæc autem memoriter
ſunt tenenda,quia in ſequentibus frequenter occurrunt. Itaque domine in virtute tua iudica me, di-
ſcernens & ſeparãs me à grege malo,de quo in euang.dicis,Multi ſunt vocati, & in puſillo grege me Mat.22
ſtatuens,de quo ibi ſubdis·pauci vero electi.De quo & ais, Nolite timere puſillus grex,quia compla Lucæ.12.
cuit patri dare vobis regnum.Deus exaudi orationem meam,iam fuſam,auribus percipe verba oris
mei.i.per exauditionem benignã oſtende te precem meã aduertere. Moris eſt ſacræ ſcripturæ in his
maxime,quæ ad affectũ pertinent eandẽ ſententiam ſub aliis verbis vbertim repetere, ad inſinuandũ
magnum deſideriũ cordis,& ad facilius prouocandã miſericordiam creatoris,atque vt ipſe appetitus
in ſeipſo accendatur & inardeſcat.Quo enim verba frequentius proferuntur, eo deſiderium ſæpius
iteratur,cor amplius inflãmatur,ipſeque habitus charitatis vehementius confortatur. Quoniã alie-
ni à charitate fraterna,à dei timore atque iuſtitia inſurrexerunt aduerſum me, reſiſtendo, detrahen-
C do,aut ſimili modo contrariando mihi & ſpirituali meo profectui,meq; tentando,lædendo, aut mo
leſtando.Omnes enim qui volunt pie viuere in Chriſto perſecutionẽ patientur:& fortes hoſtes inui 2.Tim.3.
ſibiles ſiue viſibiles.ſ.dęmones & principes ſeculares quæſierunt animã meam à deo auertere,in cul
pam allicere,ſpiritualiterque occidere,priuando eã charitate & gratia,quæ eſt animę vita. Vel quæ-
ſierunt animã meam.i vitã meam corporalem affligere ſiue extinguere.Iſtud ad literam Dauid dice-
re potuit de Ziphæis & Saule eiusque fautoribus,& non propoſuerunt deũ ante conſpectum ſuum,
conſiderando quàm inique agerent,q̃ grauiter deũ offenderent, & quantam pœnã in futuro ſibi ac-
quirerent,ſicut de talibus ſcriptũ eſt,Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus. Deũ ante ocu- Iacobi.3.
los cordis ſui non proponit,qui diuinã prouidentiam vel non credit, vel non attendit, qui iudicium
dei non timet:qui nec terrore pœnarum,neque amore præmiorũ à peccato retrahitur, ſed ſine timo
re legem altiſsimi pręuaricatur,& ſine reuerentia ante conſpectũ æterni iudicis cuncta cernentis cõ
uerſatur.De homine tali ſcriptum eſt,Anguſtia vallabit impiũ, ſicut regem qui paratur ad prælium. Eccleſ.2.
Tetendit enim contra deũ manum ſuã,& erecto collo cucurrit aduerſus eum. Quanuis autẽ tot ad- Iob.16.
uerſa obſideant iuſtũ,non tamen deſperat,quoniã inſuperabilem adiutorẽ habet,ideo ſubditur,Ecce
enim deus adiuuat me,confortando me per gratiã,& cuſtodiendo per angelicã protectionem Vnde
Apoſt.loquens de deo,Ipſe (inquit) dixit, Non te deſeram nec dimittã, ita vt confidenter dicamus, Hebr.13.
D Dominus adiutor meus,non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi, Ipſe faciet cũ tentatione pro- Pſal.114.
uentũ,vt poſsitis ſuſtinere,iccirco non debemus inordinate timere.Nam ſi deus pro nobis,quis con 1.Cor.10
tra nos?Ecce q̃ plenum fiducia & amore eſt hoc verbũ,Deus adiuuat me. Simus igitur grati & obe- Roma.8.
dientes tanto adiutori,ne eius ſubuentione per ingratitudinẽ reddamur indigni. Propterea enim Sa Col.3.
muel dicit,Præparate corda veſtra domino & ſeruite illi ſoli,& liberabit vos dę manu inimicorum. Eſaiæ.11.
Et alibi,Nolite (inquit) recedere à tergo domini,ſed ſeruite ei in toto corde veſtro,& nolite declina 1.Reg.7.
re poſt vana quæ non proderunt vobis,quia vana ſunt,& dominus ſuſceptor eſt animæ meæ, miſe- 12.
ricorditer eam brachiis pietatis amplectens,cito indulgens,pie conſeruans, & de omnibus ad ſalu- Hebr.11.
tem neceſſariis prouidens.Auerte mala inimicis meis,hoc eſt,nocumenta mihi ab eis parata aufer à
me,& in ipſos ea retorque.Videtur hoc eſſe contrarium documento Apoſtoli dicentis, Vince in bo Rom.12.
no malum. Et iterum,Nulli malũ pro malo reddentes.Sed ex dictis patet ſolutio. Non enim vir iu- 1.Petri.3
ſtus hæc ait,abſolute malum aliquod aduerſariis imprecando, ſed ſe diuinæ iuſtitiæ conformando,& Roma.13
quid impii mereantur prodendo.Impius nanque meretur, vt malum quod alteri parat,in ipſum re- Prou.5.
dundet ſibique noceat,quemadmodum Salomon faſſus eſt,Iniquitates ſuæ capient impium,& funi-
bus peccatorum ſuorum conſtringetur.Iuxta hunc ſenſum ſcriptum eſt in Geneſi,Qui effuderit ſan Gene.9
guinem humanum,effundetur ſanguis illius.Quàm multi ſanguinẽ effuderũt, quorum ſanguis effu- Exod.2.
ſus non eſt,ſicut nec Moſi iſta dicentis,qui occidit AEgyptiũ,& in pace quieuit.Quid ergo eſt,Qui Deut.24

effuderit sanguinem humanum, effundetur sanguis illius? nisi quòd malitia homicidii prius occidit ip E
sum spiritualiter quàm alium corporaliter. Similem quoque intelligentiam habet, quod ait Saluator,
Matt.26. Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. In veritate tua disperde illos, id est in tua iustitia, & iu sto iudicio ac promissione fideli deiiee aduersarios meos pugnando pro me. Deiice inquam eos, impediendo eorum malitiam à prauo effectu, ne mihi præualeant. Non autem desidero vt damnentur, sed in præsenti seculo corrigantur. Inuisibiles autem hostes omnino opprimi cupio, sicut promittit Apostolus, Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris. Volútarie, id est sponte, & pro pter teipsum duntaxat atque ad gloriam nominis tui, & non intuitu alicuius commodi temporalis, sa crificabo tibi sacrificium laudis, hostiam virtuosæ conuersationis sacramentum altaris, imo meipsum & totum quod sum, possum, & ago, quia hæc tibi debeo, sicut à te ea sortitus sum. Quemadmodum enim totum meum esse, posse, & agere, à te mihi collata sunt, sic ea in tuum honorem & cultum expendere teneor, atque me totum diuino mancipare obsequio obligor. Quatenus tota mea substantia, potentia, & vita, te creatorem sanctum, & benedictum venerentur atque loquantur. De his sacri
Heb.13. ficiis seu hostiis ait etiam diuinus Apostolus, Per Christum offeramus hostiam laudis deo semper. Et
Eodem de sacrificio sanctæ conuersationis subiungit, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. Talibus
Eccle.35. enim hostiis placatur deus. De quo etiam sacrificio in Eccle. habetur, Salutare sacrificium est attende
Psalm.50 re mandatis, & discedere ab omni iniquitate. De sacrificio autem quo homo offert seipsum superius F
Matt.26. dixit psalmographus, Sacrificium deo spiritus contribulatus. De sacrificio demum altaris in Euang.
Malac.1. ait dominus, Hoc facite in meam commemorationem. Apud Malac. quoque, In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, & confitebor nomini tuo domine, mea mala & tua bona, me accusando, teque laudando, me spernendo, & te exaltando. Quoniam ex omni tribulatione, à qua hucusque liberatus sum, tu eripuisti me, in re: à futuris quoque tribulationibus iam eripuisti me in spe. Non enim propria virtute præualui, sed omnis victoria mea à te est, ideo, & super inimicos meos despexit oculus meus, propter fiduciam magnam, quam in te habeo fixam, & quoniam toties expertus sum gratiam tuam. Hinc ergo iniquos paruipendo, & te solum formido, quemadmodum. 1.
1. Mac.2. libro Macha. præcipitur, A verbis peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus & vermis. Hodie extollitur, & cras non inuenitur. Ecce psalmus hic breuis quàm ingentem sanctæ deuotionis ignem includit. Discamus ergo ex eo ardentes deo offerre preces, in omni persecutione & tentatione ad ipsum confidenter recurrere, eúmque amorose affari, de ipso affectuose ac fiducialiter loqui, ei quoque nosipsos promptissime sacrificare, in omnibus gratias agere, deum laudare, & eius beneficia grata mente recolere.

G

## COMMENTARIVS IN PSAL. LIIII.

### EXPLANATIO TITVLI.

Psal. 40. EAdem ni fallor ratione qua supra probatum est psalmum quadragesimum (scilicet, Beatus qui intelligit) ad literam exponendum esse de Christo, nunc quoque ostendi potest hunc psalmum ad literam de Christo debere exponi. Ibi enim probatum est psalmum illum loqui de Christo, quia saluator allegat scripturam illius psalmi prædictam de se, vt impleatur (inquiens) scriptura, Quà
Iohan. 15 manducat meum panem leuabit calcaneum suum contra me. Hoc nanque psalmo quadragesimo dicitur his verbis, Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Cum ergo hoc quod Saluator allegat, quantum ad sensum habeatur in isto psalmo, sicut in illo. Videtur hic psalmus exponendus de Christo, sicut & ille, præsertim cum nec in illo psalmo habeantur verba Christi, nisi quantum ad sensum, & si diligenter pensemus, inuenimus sensum verborum Christi in hoc Psalmo diffusius traditum, quàm in psalmo. 40. Sic enim inferius dicitur, Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & c. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, &c. Deniq; S. Gregorius aperte testatur, quod Christus hæc verba de Iuda proditore inducit. Hierony. quoque & Cassiodorus psalmum istum de Christo exponunt. Non tamen negandum est quin moraliter exponi possit de Dauid, sicut de quolibet iusto aduersitatibus exercitato atque ecclesia, secúdum quem H modum in sequenti expositione exponetur. Nam hanc expositionem Augus. & Hugo amplius prosequuntur, propterea vito expositiones steriles eorum, qui psalmum hunc & conformes ad literam
Luc.24. de Dauid exponunt. Christus post resurrectionem apparens discipulis necesse est (inquit) impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Postquam Christus commemorauit legem Mosi & prophetas, quid necesse fuit de psalmis specialem facere mentionem, quasi author psalmorum ad numerum prophetarum non pertineret, nisi quia in psalmis specialiter, id est plenius, euidentiúsque prophetatur de Christo quàm in cæteris prophetarum scripturis? Idcirco quantum fieri potest semper curandum est, vt psalmi de Christo intelligantur. Titulus autem psalmi præsentis est iste, In finem in carminibus intellectus Dauid. Per Dauid sancti prophetæ Christum frequenter intelligunt. Vnde apud Ierem. scriptum est, Non dominabuntur Iacob amplius alieni, sed seruient domino deo suo & Dauid regi suo, quem suscitabo eis, id est Christo, vt omnes exponunt. Est itaque tituli sensus intellectus Dauid, id est sensus psalmi istius conuenit Christo. Intellectus inquam dirigens nos in finem, hoc est, in deum seu vitam æternam, in carminibus, ita vt deo semper in aduersis & prosperis gratiæ referantur, sicut & Christus egit ac docuit. Igitur dominus noster Iesus

A Christus qui, vt ait Lucas, erat pernoctans in oratione dei, secundum quod homo passibilis & viator ante passionem sic ait.

PRECATIO.

*Omnipotentiam tuam supplices exoramus, qui es ante secula deus, ut orationem nostram exaudias, ac deprecationem nostram ne despicias: ut qui te saluantem nos expectamus, liberes nos à pusillanimitate spiritus, & omni uitæ & animæ tempestate.*

EXPOSITIO psalmi literalis.

EXAVDI deus] pater seu trinitas vnus deus [ORATIONEM meã] qua oro
pro accidentali præmio conuersationis, humiliationis, passionisque meæ. Chri
stus enim sua humilitate & morte sibiipsi promeruit præmium accidentale nõ
essentiale, videlicet iudiciariam potestatem, festinatam resurrectionem, corpo-
ris glorificationem, & ascensionem. Propter quod ipsemet de seipso, & deo pa
tre loquens, sic ait, Potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis
est. Et Apostolus, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, Iohan. 5.
B propter quod & deus exaltauit illum. Hinc quoque in Isaia de Christo prædi- Philip. 2.
ctum est. Pro eo quod laborauit anima eius videbit & saturabitur, non vtique gaudio præmii essentia Esaiæ. 53
lis, quia hoc Christus non meruit: sed accidentalis quod Christus partim habet, saltem extensiue vel
quantum ad manifestationem ex saluatione electorum. Vnde & regnum militantis ecclesiæ, seu mul
tiplicatio fidelium Christo pro præmio apud Esaiam promittitur. Si posuerit animam suam pro pec Esaiæ. 33
cato videbit semen longæuum & voluntas domini in manu eius dirigetur. Et iterũ dominus de Chri Eodem.
sto dicit, In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos & iniquitates eorum ipse portabit, ideo
dispertiam ei plurimos & fortium diuidet spolia, id est multos ad eius fidem conuertam, & dæmonũ
spolia, hoc est, animas quæ factæ sunt dæmonum prædæ per peccatum originale vel actuale, eripiet
non omnium sed electorum, quemadmodum per Osee, Ero mors tua o mors, morsus tuus ero in-
ferne [ET ne despexeris deprecationem meam] quam feci pro his, pro quibus incarnatus & passus Osee 13.
sum. Vnde Christus dixit ad Petrum in persona ecclesiæ, Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua
INTENDE mihi] id est, respiciendo adimple precẽ, qua pro meiipsius liberatione à morte, seu re- Luc. 22.
suscitatione precatus sum dicens, Pater saluifica me ex hac hora [ET exaudi me] orantem pro nomi
nis tui honorifica clarificatione, videlicet, vt ab omnibus agnoscaris ac venereris. Hoc enim orauit Ioh. 12.
Christus, Pater, inquiens, clarifica nomen tuũ. (CONTRISTATVS sum in exercitatione mea] Ibidem.
C hoc est, in prædicando atque miracula faciendo, dolui de cæcitate & ingratitudine Iudæorũ, quemad Iohã. 17.
modum scriptum est, Contristatus est Iesus super cæcitate cordis eorum. Hæc autem tristitia inordi- Marc. 3.
nata non fuit, sed ex vera charitate manauit, quoniã malis atque peruersis condoluit. Propterea quo-
que Salomon asserit. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Itemque quod de Christo prædi Prou. 21
ctum est, Non erit tristis neque turbulentus, intelligendum est de seculari, & inordinata tristitia quæ Esa. 42
(teste apostolo) mortem operatur, & de qua in Ecclesiastico legitur, Tristitiã lõge expelle à te, mul- 2. Cor. 7.
tos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Passione quoque instante, cœpit Iesus pauere & tæ- Eccl. 30
dere, ac dicere, Tristis est anima mea vsque ad mortem, [ET conturbatus sum à voce inimici] id est, Marc. 14
propter detractiones & accusationes, ac falsas interpretationes populi Iudæorum, opera mea atque Mat. 26
doctrinam blasphemantium, contemnentiũ, & Beelzebub ascribentium [TVRBATVS sum] non Mat. 12
inordinata turbatione, sed ad rationabilem iram, timorẽ seu tristitiam aut similẽ vehementẽ affectio- Mar. 3
nem libere motus sum, quemadmodũ apud Mar. dicitur, Circumspiciens eos Iesus cum ira, dixit, Hy
pocritæ, &c. Alibi quoq;, Nunc anima mea turbata est: & in ipsa cœna turbatus est Iesus, sicut Euãg. Iohan. 12
testatur, Cum hæc (inquiens) dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Vnus ve-
strum me tradet conturbatus sum etiam [ET à tribulatione peccatoris] id est, ex cõsideratione ama-
rissimæ passionis mihi instantis, quemadmodum legitur, Factus Iesus in agonia, prolixius orabat, & Iohan. 13
D factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et ad Hebr. de Christo ait Aposto- Lucæ. 22
lus, Cum clamore valido, & lachrymis orationem obtulit. Denique in ipsa passione conturbatus est Marc. 14
Iesus secundum modum prædictũ à tribulatione peccatoris, id est, à persequutione populi ipsum cõ Hebr. 5.
spuentis, flagellantis, transfigentis, & occidentis. (3) QVONIAM declinauerunt in me iniquita-
tes] hoc est, Iudæi multa mihi scelera imposuerunt, quemadmodum ab Euang. dictum est, Cœperũt Lucæ. 23
autem illum accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostram, & prohibentem tri- Mat. 27
buta dari Cæsari. Et iterum, Stabant, inquit, principes sacerdotum cõstanter accusantes eum. Sed & Marc. 15.
ante passionem frequenter calumniabantur eum Iudæi. Propter quod scriptum est, Dicebant, quo- Iohan. 8.
niam in furorem versus est. Et rursus, Dæmonium habet, & insanit. Quid eũ auditis? Vnde superius Iohan. 10
de Christo dixit Psalmista, Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non po- Psal. 20
tuerunt stabilire. Et apud Ose. Christus ait, Vastabuntur quia præuaricati sunt in me, & ego redemi Osee. 7.
eos, & loquuti sunt contra me mendacia [ET in ira molesti erant mihi] hoc est, peruersi, increduliq;
Iudæi ex ira, quam conceperunt aduersum me, persequuti sunt me, quorũ persequutio mihi erat mo-
lesta, non quia aduersa, & dura, inuitus impatienterque pertulerim, sed quia eorum cæcitati condo-
lui. (4) COR meum conturbatũ est in me] ex magna affectione, non ex aliqua deordinatione, si Psal. 21.
cut expositum est, vnde superius dictum est, Factũ est cor meum tanquã cera liquescens [ET formi- Mat. 27
do mortis cecidit super me] id est, naturalis timor de morte instãte fuit in me, præsertim quando ter Marc. 14

Luc.22. patrem oraui, vt si fieri posset, transferret à me calicem passionis. ¶ (5) TIMOR] animæ seu inte- E
rioris appetitus [ET tremor] corporis ex interiori timore causatus [VENERVNT super me] non
sine prædelibetatione, sed ex præuia ratione. Passiones nanque appetitus sensitiui, in Christo ratio-
nem non præuenerunt, sed sponte assumebantur à Christo, atque ad rationis imperium cessauerunt.
Luc.22. Huiusmodi autẽ timor & tremor irruerunt pręsertim in Christũ, quando ex inæstimabili mẽtis an-
gustia factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram [ET cõtexerunt me tenebrę]
id est, magnæ & pœnalissimæ aduersitates me penitus operuerunt, quoniam corpore & anima ple-
nus sui doloribus, quia in omnibus membris corporis & animæ viribus patiebar. Vel sic, contexerũt
Ephe. 4 me tenebræ, id est, peccatores peccatis obtenebrati irruerunt vndique in me. De peccatoribus nan-
Psalm. 21 que conuersis ait apost. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Propter quod ante de
Christo inductum est, Quoniam circundederunt me canes multi. ¶ (6) ET dixi] mentaliter cogi-
tando, vel ore loquendo [QVIS dabit mihi pennas sicut columbæ.] Christus pennas contemplatio-
nis & charitatis ab exordio incarnationis incessabiliter habuit. Quas ergo pennas se desiderare insi-
nuat, nisi vel pennas resurrectionis & ascensionis quibus de tumulo volet ad inferos de inferno ad
credentes in mundo atque ad cœlos: & ad patris dexteram requiescat? Vel, pennas, fugæ à Iudæis, do
Iohan. 11 nec impleretur passionis suæ tempus præordinatum à deo, secundũ quod Iohan. Euang. fatetur, di-
cendo, Iesus ergo iam non palam ambulabat, sed in desertis locis morabatur cum discipulis suis iu- F
Lucæ. 8 xta ciuitatem, quæ dicitur Effrem. Ad hæc igitur loca Christus penna fugæ volauit, id est, velociter
Ioh. 8.10 transiit, quia transiens per medium illorũ ibat, cum eum lapidare tentarent, & præcipitare, quemad-
modum scriptũ est, id est, inuisibiliter manus Iudæorũ elapsus est. In his quoque locis Christus à Iu-
dæorum tumultu & persequutionibus requieuit. Ideo subdit. ¶ (7) ECCE elongaui] me, à Iudæis
me persequẽtibus [FVGIENS] ad loca deserti [ET mansi] cum discipulis meis [IN solitudine] seu
Matth. 4 deserto. Prçterea antequam Christus prædicare incepit, ductus est à spiritu vtique sancto in desertũ,
Marc. 1. eratque cum bestiis, & angeli ministrabant ei. ¶ (8) EXPECTABAM eum qui saluum me fecit] id
est, ego Christus ordinationem dei patris præstolabar, vt illa cõpleretur in me, quatenus tempore ab
Iohan.18 eo præordinato me manifestarẽ atque occiderer. Nõ enim fugi ne morerer, qui ad hoc veni, vt mun
Iohã.7.8 dum moriendo redimerem, sed ne ante præfixum tempus occumberem, propter quod Euang. Iohã.
sæpius dicit, Nemo misit in eum manũ, quia nondũ venit hora eius. Sic itaque expectabam eum qui
saluum me fecit, [A pusillanimitate spiritus] id est, ab excessiuo timore mortis & mũdi [ET tempe-
state] id est, ab impetuoso animi motu & turbulentia mentis. Hoc Christus affirmat, non quod vn-
quam fuerit in eo pusillanimitas spiritus & tempestas, cum vtrunq; sit vitiosum: sed quia anima eius
diuina virtute pręseruata fuit à motibus illis. Deinde Christus orat pro deiectione aduersariorum G
suorum, secundum sensum in pręcedentium psalmorum expositione clare inductum, & ait. ¶ (9)
PRAECIPITA domine] pater, [ET diuide linguas eorum] id est, confunde, falsifica, cõdemna, &
destrue verba Iudæorum mihi detrahentiũ, & de modo capiendi & occidendi me consilia vana ha-
bentium, horũ linguas, id est, sermones pręcipita, deiice, & ab effectu optato ne differas impedire, nõ
vt non occidant me, sed vt non detinear in morte, neque ab hominũ cognitione abscondar, sed resu-
scita me, & nomen meũ clarifica, eos vero in æternũ præcipita, & in pręsenti vita disperge, ita vt ipsi
Iohan.15 sibi imprecati sunt, Veniat sanguis meus super eos filiosque eorum. Hæc omnia iam in Iudæis imple
17. ta videmus. Intendebant nanque Iudæi sic Christum occidere, vt neque resurgeret, neque de cætero
Mat.27 in hominum memoria remaneret, quemadmodum apud Iere. dicunt, Eradamus eum de terra viuen-
Psalm.82 tium, & nomen eius non memoretur vltra. Sed huius oppositum accidit, quoniam Christus per mor
Ierem.11. tem omnimode clarificari, honorificarique meruit: iuxta illud apostoli, Videmus Iesum propter pas-
Hebræ. 2 sionem mortis gloria & honore coronatũ, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Et hæc ideo
Ierem.32 oro [QVONIAM] ego Christus, qui cuncta cognosco & qui sciui quid esset in homine [VIDI ini-
quitatem] id est, propositum interficiendi me [ET contradictionem] aduersus me & meã doctrinã,
[IN ciuitate] id est, in populo in Ierosolyma cõmorante. Vel contradictionem eorũ inter se mutuo,
Iohan. 7. quia nonnulli resistebant volentibus me occidere. Vnde Nicodemus dicit aduersus Iudæos increduˑ
los. Nunquid lex nostra iudicat aliquem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat? Et rur-
sus scriptum est, Multi ex principibus crediderunt in Iesum, videlicet ante passionem. ¶ (10) DIE H
Iohan.11. ac nocte] id est, indesinenter [CIRCVNDABIT eam super muros eius iniquitas] id est, in princi-
palibus populi Iudęorum, qui esse debuerant firmamentum, & murus aliorũ, confirmando eos in bo
Iohan. 7. no, fuit magna & summa malitia, quoniã principes sacerdotũ alios instigauerunt ad Christi occisio-
nem. Vel, circũdabit eam super muros eius iniquitas, quia ad literam custodes murorum Ierusalem
quasi in canticum verterant Iesum Christum assidue eum deridendo, sicut inferius clarius dicitur,
Psalm.68 Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum [ET la-
bor in medio eius & iniustitia] id est, pœnalis malitia & iniustitia fuit quasi in toto populo ciuitatis
Ierusalem. Peccatum enim labor vocatur, quoniam (Augustino teste) animus inordinatus sibiipsi est
Mat.27 pœna. Veram enim quietem & pacẽ excludit, & remorsum conscientię habet adiunctum. Magnus la
Mat.21. bor & iniustitia maxima erat in medio ciuitatis seu populi huius, quando respondens vniuersus po-
Marc. 11. pulus, dixit ad præsidem, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. ¶ (11) ET non defecit de
Luc. 19. plateis eius] id est, de habitatoribus platearũ Ierusalem [VSVRA & dolus] Iudæi enim auari atque
Iohan. 2. dolosi fuerunt, propter quod Christus de templo vendentes & ementes eiecit. Et apud Miche. legi-
Mich. 7. tur, Vir fratrem suũ venatur ad mortem. Et alibi, A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ stu-
Iere. 6. dent. Consequenter Christus peccatum traditoris sui exaggerat. ¶ (12) QVONIAM si inimicus

A meus] id eſt,qui nunquã ante amicus meus fuiſſet,vel cui ego aliquid mali feciſſem, vel cui tot ſigna
dilectionis non oſtendiſſem [MALEDIXISSET mihi] vendẽdo atque prodẽdo me hoſtibus meis Mat.27
[SVSTINVISSEM vtique] id eſt,tolerabilius reputaſſem,& minus corde afflictus fuiſſem, neque Act.1.
tam dire vindicaſſem,ſicut vltus ſum peccatũ Iudæ, quem iuſto iudicio deſperare,& ſeipſum laqueo
necare permiſi:quod erat vindicta grauiſsima in præſenti, quam ſequitur pœna duriſsima in futuro.
Tanto equidem grauius peccatum deus vlciſcitur,quanto peccantem in grauiora peccata cadere pa
titur. ℭ(13) ET ſi is qui oderat me] id eſt,qui ſe inimicum meũ fuiſſe palam dixiſſet & oſtendiſſet
[SVPER me magna locutus fuiſſet] id eſt,verba ſupplantationis & conculcationis contra me aduer
ſariis meis dixiſſet [ABSCONDISSEM me forſitan ab eo] id eſt,tam familiaris vel præſens ſibi nõ
extitiſſem,vt extiti Iudæ,à quo etiam non abſcondi me,ſicut interdum à Iudæis mihi aperte inſidian
tibus me abſcondi.Non tamen putandũ eſt quod Chriſtus finaliter ſe aliquo modo occultaſſet,quo-
niam mortem euadere noluit. ℭ(14) TV vero] ô Iuda,[HOMO vnanimis] mihi, quantum ad ap- Ioh.8.12
parẽtiam & verborũ profeſsionem,& etiã forte ſecundũ veritatem quantũ ad tempus [DVX meus]
id eſt,quem ego cum aliis apoſtolis conſtitui ducem populi mei,mittens te ante paſsionem cum illis
prædicare regnum dei,& ſanare infirmos [ET notus meus] tanquam cohabitans familiariſq; mihi. Mat.10.
ℭ(15) QVI ſimul mecũ dulces capiebas cibos] eo tempore quo procurator meus fuiſti, comedens
B panem in menſa mecũ,qui charitatiue ac dulciter tecum veſcebar. Præſertim autem in cœna nouiſ- Iohan.13
ſima accepit Iudas à Chriſto & cũ Chriſto dulces cibos,id eſt,corpus eius & ſanguinem [IN domo
dei] id eſt,in ſynagogis Iudæorum,& templo Ieruſalem ſeu congregatione fideliũ diſcipulorũ meo-
rum [AMBVLAVIMVS] id eſt,conuerſati ſumus [CVM conſenſu] eo etenim modo ambulauerũt Ibidem,
Chriſtus,& Iudas cũ conſenſu,quo vnanimes erant. Patet autẽ ex his,illas perſequutiones atq; iniu-
rias eſſe moleſtiores,quæ à propinquis & amicis ſeu familiaribus inferũtur,præcipue quando de eo-
rum dilectione præſumimus,& aliud nihil,niſi bonũ apud eos meruimus,propter quod paſsio Chri
ſti amarior fuit,quia à diſcipulo vendebatur,& à populo electo ac peculiari occidebatur,& ideo per
Mich.ait,Popule meus quid feci tibi.aut quid moleſtus fui tibi? Et alibi, Quid vltra debui facere vi-
neæ meæ,& non feci. ℭ(16) VENIAT mors ſuper illos] qui diſcipulum meũ ſic corruperunt,vel Mich.26
ei pares exiſtunt.Hoc Chriſtus ait,non deſiderando ſed prænunciando,niſi intelligatur hoc deſide- Eſaię.5.
rare zelo iuſtitiæ ſecundũ ordinem diuinæ æquitatis,non autẽ inordinato appetitu vindictę.Veniat,
inquam,mors animæ & corporis ſuper illos,videlicet vt gratia dei priuentur, & ab aduerſariis truci
dentur,quemadmodũ ab exercitu Romanorum Iudæi occiſi ſunt [ET deſcendant in infernũ viuen-
tes] in die iudicii cum corpore & anima æternaliter condemnandi . Hoc enim promeruerunt .
ℭ(17) QVONIAM nequitiæ] id eſt, multæ & peruerſæ malitiæ [IN habitaculis eorum] id eſt,in
C cordibus ipſorum,in quibus homines cogitando morantur. Vel,in habitaculis eorum,id eſt,in habi- Dan.4.
tatoribus tabernaculorum [IN medio eorum] ita quod omnes communiter nequiter agunt. ℭ(18)
EGO autem] Chriſtus filius dei [AD deum clamaui] ſicut in Pſal. huius exordio patuit [ET domi-
nus] id eſt,deus pater ſeu trinitas ſancta [SALVAVIT me] de morte ad immortalem vitam reſuſci
tans me:iuxta illud Apoſtoli de Chriſto,Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque fundẽs
ad eum,qui poſsit illum à morte ſaluũ facere,exaudinis eſt pro ſua reuerentia. ℭ(19) VESPERE] Hebrę.5.
ſcilicet in nocte cœnæ [ET mane] id eſt,in die paraſceues [ET meridie] pendens in cruce [NAR-
RABO] mente [ET annunciabo] ore,id eſt,veritatem dixi,ſalutarem ſapiẽtiam docui,cauſam meã,
ac precem domino obtuli,pro crucifixoribus exoraui,& animam meam patri cõmendaui . Chriſtus
enim in veſpere cœnę pulcherrimũ ſermonem fecit diſcipulis ſuis, & mane ſequẽti ſe Chriſtum eſſe Iohan.13
confeſſus eſt,atque in cruce pendẽs alta voce clamauit, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum 14.
[ET exaudiet vocẽ meã] Chriſtus enim in om̃i oratiõe,quã ex deliberata ratione effudit,auditus eſt, Pſal.30
quemadmodũ Martha ait ad eum,Scio quia quæcunque popoſceris à deo , dabit tibi deus. ℭ(20) Luc.23.
REDIMET in pace] id eſt,redimendo cõſtituet in vera ac ſtabili pace [ANIMAM meam] id eſt, Iohan.12
meipſum,ſeu vitã meam,transferendo me de vita mortali ad impaſsibilem vitã, redimet itaque ani-
mam meam [AB his qui appropinquant mihi] id eſt,à Iudæis & aliis qui acceſſerunt ad me , vt me
D comprehenderent,ligarent,atque occiderent [QVONIAM inter multos erant mecum] id eſt,ideo
me exaudiuit deus,quoniam iſti Iudæi ita accedentes ad me,ſæpe interfuerunt prędicationibus meis
inter plurimos alios in me credentes,& ita excuſationem nõ habent.Propter quod ait ſaluator, Ego
ſemper docui in templo,& ſynagogis vbi omnes Iudæi conueniunt.Et iterum,Si nõ veniſſem & lo-
cutus eis fuiſſem,peccatum non haberent,nunc autem excuſationem non habent. ℭ(21) EXAV- Iohan.18
DIET deus] precem meã [ET humiliabit illos] ſuperbos in pręſenti & in futuro. Nunc autem hu- Marc.6.
miliati ſunt Iudæi,quia priuati ſunt omni gloria legis paternæ regno,loco,ſacerdote,& principe, & Iohan.15
in futuro quoque cum cæteris ſuperbis in ima inferni humiliati labẽtur [QVI eſt ante ſecula] id eſt,
deus æternus ante omnia ſecula in ſe ſubſiſtens. ℭ(22) NON enim eſt illis cõmutatio] de malo &
infidelitate ad pœnitentiam & fidẽ Chriſtianam,quemadmodũ in Iere.legitur, Indurauerunt facies Dan.7.
ſuas ſuper petram,& noluerunt reuerti. Et ad Iudæos dominus per Eſa.ait, Scio quia durus es tu,& Ierem.5.
neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ęnea [ET non timuerunt deum] cuius filiũ occiderunt [EX- Eſa,48
tendit manum ſuam in retribuendo] id eſt,deus virtutem ſuę potentię pręparauit, vt illis iuſtã mer-
cedem retribuat. ℭ(23) CONTAMINAVERVNT teſtamentũ eius] id eſt,pręd icti Iudæi legem
dei non ſeruauerunt,ſed polluerunt inique contra eam agentes,eamque inhonorantes,atque carna-
liter intelligentes [DIVISI ſunt] per totũ mundum [AB ira vultus eius] id eſt, à iuſta vindicta di-
uinæ iuſtitiæ.Nam propter ſua peccata deus eos à propria terra eiecit , per orbem diſperſit à chari-

tate & fide Christi, electorumque numero separauit [ET appropinquauit cor illius] id est, voluntas E
diuina seu pietas dei, reprobatis Iudæis ad gentiles cõuersa est, sicut dominus ad Iudæos per prophe
Mala.1. tam ait, Non est mihi vltra voluntas in vobis, quia magnum nomen meum in gentibus. Et apostolus
Roma.11 ait, Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Et iterum, Illorum delictũ
salus est mundi.i.occasio saluationis gentilium, quoniã Iudæis non credentibus iusta facta est ad gen
tes transmigratio. ¶ (24) MOLLITI sunt sermones eius super oleum] id est, doctrina & prædica
tio Christi oleo suauiores fuerunt & sunt, quoniam regnũ cœlorum & viam pœnitentiæ prædicauit.
Marc.3. Vnde superius de Christo præhabitum est, Diffusa est gratia in labiis tuis. Et Lucas ait, Mirabantur
Luc.4.8. omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius [ET ipsi sunt iacula] id est, infideles Iudęi tan-
Psal.44. quam sagittę repugnauerunt doctrinæ atque operibus Christi, pungentes eum verbis blasphemis, &
Lucæ.4 clauis tandem confodientes. Sed tu ô Christiane illis sic pereuntibus. ¶ (25) IACTA super domi-
Mat.27 num curam tuam] id est, inordinatas atque superfluas solicitudines fuge, & in domino vigilans esto,
Iohan.19 ordinatã curam habendo, videlicet vt solicitus ac timoratus existas, quomodo deo cõplaceas, de tem
poralibus vero noli vel ante tempus vel nimis anxie solicitari, sed non sic, vt negligas facere quod in
te est, fac autem quod tibi possibile est, & scito quod tua prouidentia tibi non sufficit: idcirco confide
Psal.39 in domino, & curã tuã in ipso dispone ac ordina, quia superius dictũ est, Dominus solicitus est mei,
ipsi quoque de omnibus cura est, quemadmodum Sap.dicit, Et ipse te enutriet, id est, necessariis tibi F
Sap.12. prouidebit, sicut Christus spopondit, Quærite primum regnũ dei, & hæc omnia adiicientur vobis.
1.Pet.5. Et iterum, Nolite, inquit, soliciti esse in crastinum, scit enim pater vester cœlestis, quod his omnibus
Matth.6. indigetis. Hinc ait, Omnẽ solicitudinẽ vestram proiicientes in eum, quoniã ipsi cura est vobis [NON
Lucæ.12. dabit inęternum fluctuationem iusto] Hoc dupliciter intelligi potest. Primo sic, Deus nunquã per-
1.Pet.4. mittet fluctuare iustum, id est, à se recedere, seu esse instabilem, quia per gratiã fixus manet in deo, in
Psal.111 omni tentatione atque euentu, sicut inferius de viro iusto inducitur, Paratum cor eius sperare in do-
Ierem.4. mino, confirmatũ est cor eius, non cõmouebitur. Vnde dominus per Iere.ait, Si abstuleris offendicu
la tua à facie mea, non cõmoueberis. Peccata equidem faciunt hominem fluctuantẽ atque instabilem:
Thren.1. iuxta illud, Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Et alibi, Tenebit iustus viam
Iob.17. suam, & mundis manibus addet fortitudinem. Et iterũ ait scriptura, Iustus in sapientia permanet vt
Eccle.27 sol, stultus autem mutatur vt luna. Non tamen intelligenda sunt hæc, quasi iustus peccare nõ posset:
sed quid iusto conueniat, secundum quod iustus est, locus iste declarat. Secundo intelligitur sic, Non
dabit inæternum fluctuationẽ iusto, id est, quamuis ad tempus desinat eũ deus tentari, tribulari, & an-
Psalm.7. xiari, veniet tamen tempus, quo in bono firmabitur, atque ab omni instabilitate & inquietudine eri-
pietur. ¶ (26) TV vero deus] omnium iustus iudex [DEDVCES eos] id est, Iudæos Christo rebel G
Ierem.12 les [IN puteum interitus] id est, in lacum inferni, vel in obstinationem & profundissimam cæcitatẽ
eos deduci permittes propter eorũ malitiã: sicut de eis scriptum est, Cõputrescere faciam superbiam
populi huius pessimi, qui noluut audire verba mea. ¶ (17) VIRI sanguinũ] id est, peccatores [ET
dolosi non dimidiabunt dies suos] id est, tam diu non viuent vt æstimant, & sæpe medietatem tẽpo-
ris quod sibi restare arbitrantur, non attingunt, quia statim dum cõpleta fuerit eorũ iniquitas, à do-
Luc.12. mino auferuntur, secundum quod de diuite sibi longã vitam pollicente, ait saluator, Stulte hac nocte
Iob.15. animam tuã repetunt à te. Propter quod ait & alia scriptura, Viri iniqui ante tẽpus suũ sublati sunt.
Vel sic, Viri, prædicti non dimidiabunt dies suos, videlicet vt sicut præteritum vitę suæ tempus con-
sumpserunt in voluptate ac vitiis, sic tempus residuum expendant in pœnitẽtia atque virtutibus, sed
Iob.24 dato tempore abutuntur, perseuerãdo in culpa, sicut de quolibet tali in libro beati Iob dicitur, Deus
Ierem.8. dedit illi locum pœnitentiæ & ille abutitur eo in superbiam. Hi enim assimilantur diabolo, quia dia-
bolicum est perseuerare in malo. Vnde de talibus per Iere.dominus conqueritur. Quare auersus est
populus iste auersione cõtentiosa? [EGO autem sperabo in te domine] Christus vt homo, & aliquo
modo viator, videlicet inquantum passibilis, sperauit in deo, expectando ab eo bona, quæ nondũ ha-
buit, sed adipisci orauit vt corporis glorificationem, ascensionem, &c. Ecce iam liquet quàm vere &
proprie psalmus iste exponatur de Christo. Cum ergo Euangelista, itemque apostolica autoritate cõ
pellamur, quosdam psalmos ad literam de Christo exponere, in quibus tamen quædã habentur, quæ
Christo secundum se nullatenus competunt, vt sunt psal.39.& 40.f. Expectans expectaui dominũ, H
in quo inter cætera dicitur, Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Et,
Beatus qui intelligit: in quo legitur, Sana animam meam, quia peccaui tibi: quanto magis psalmus
iste, atque consimiles, in quibus nil ponitur, quod Christo secundum se non conueniat, erit ad lite-
ram intelligendus de Christo?

¶ EXPLANATIO eiusdem Psal. tropologica siue moralis, de ecclesia seu vnoquoq; fideli.

CONstat autem per Dauid designari ecclesiam, seu quẽlibet vere fidelẽ, & ita sensus tituli erit, In finem in carminibus intellectus Dauid, id est, intellectus huius psalmi, in finem, hoc est, in Christum nos dirigens, conuenit Dauid, id est, ecclesiæ seu credenti multipliciter tribulato, in carminibus, id est, in aduersis gratias referenti ac læto. ait ergo, ¶ Exaudi deus orationem meam, idem sensus sub aliis verbis hic quater repetitur, quatenus ipse orantis affectus in seipso feruescat, totiesque accendatur, quoties sensus ipse repetitur. Itaque, Exaudi deus orationem meam, propter tuã bonitatem, & ne despexeris deprecationem meã, propter meã imperfectionem ac fragilitatem, intende mihi, oculo paternæ pietatis respiciendo in me, & exaudi me, orantem pro vitiorum omniumque malorum ablatione, & virtutum ac præmiorum adeptione. Contristatus sum in exercitatione mea

A Duplícem eſſe exercitationē, videlicet interiorem & ſpūalem, exteriorem quoq; & corporalē docet
apoſtolus, Exerce teipſum ad pietatē. Nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt, pietas autē ad 1.Tim.4.
omnia vtilis eſt. In vtraq; autē exercitatione, boni triſtātur, non de ipſa exercitatione, ſed propter im
perfectiones adiunctas, & culpas cōmiſſas, & quia in hac valle lachrymarū exulando peregrinantur
à dño: aſpicientes ipſum mundū vitiis, erroribuſque repletū, ſicq; ex pia cōpaſsione errantium cōtri 2.Cor.5.
ſtantur, maxime tamen propter dei iniuriā, & offenſam, tanquam dei zelum habentes. Hęc eſt bona
triſtitia, quæ (ſecundū apoſtolum) operatur ſalutē. De qua Salomon proteſtatur, Cor ſapientum vbi 2.Cor.7.
triſtitia, & cor ſtultorū vbi lætitia. Et iterū, Melius eſt ire ad domū luctus, q̃ ad domum conuiuii. Iam Eccleſ.7.
enim eſt tempus lugendi & flendi, quemadmodū dominus apud Ioelem admonet, dicens, Conuerti- Eodem.
mini ad me in toto corde veſtro in fletu & planctu. Nec enim poſtea gloriabuntur cum Chriſto, qui Ioel.2.
iam eligunt iucundari cum mundo, & conturbatus ſum à voce inimici .i. ab iniuriis verborū, & à tri-
bulatione peccatoris .i. ab iniuriis verberū ſeu damnorum. Duplex autem eſt conturbatio .ſ. bona, de
qua in præcedenti expoſitione dictū eſt, & mala, qua aliquis plus debito iraſcitur, timet, triſtatur, aut
ſimili modo inordinate afficitur, ita quod actus rationis impeditur. Conturbari itaq; bona conturba
tione à voce inimici, & à conturbatione peccatoris, eſt perfectorū, qui aduerſa æquanimiter ferunt,
B ſed conturbantur .i. male agentibus vehementer cōpatiuntur, aut ſimili modo rationabiliter afficiun-
tur, qualis erat Apoſtolus qui ait, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et Iob qui dicit, Antequam 2.Cor.11
comedā, ſuſpiro, & quaſi inundantis aquæ, ſic rugitus meus. Conturbari vero ſecundo modo imper- Iob.3.
fectorū eſt, qui omnia nondū tranquille ſufferre, atque in aduerſis lætari didicerunt, quos Iacobus in Iacob.1.
ſua Cano. inſtruens, Omne (inquit) gaudiū exiſtimate fratres mei cū in tentationes varias incideri- Matth.5.
tis. Vnde & Chriſtus ait, Beati eſtis cū maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixe-
rint omne malum aduerſum vos mentientes, gaudete & exultate, quoniā merces veſtra copioſa eſt in
cœlis. Non ergo propter aduerſa, iniuriaſq; turbemur, nec propter verba dura ac peſſima, nobis il-
lata triſtemur, niſi peccantibus condolendo. Deniq; merito conturbatum me dico, Qm̄ declinaue-
runt in me iniquitates .i. peccata mihi iniuſte impoſuerunt maligni, propter quod perfecti turbantur
turbatione virtuoſa, vt dictum eſt, gloriantes in hoc quod Chriſto aliqualiter conformantur, qui à Iu
dæis falſiſsime criminabatur, imperfecti vero interdū turbantur ex hoc turbatione iræ & impatien-
tiæ, & in ira (non per zelū, ſed per vitiū) quā conceperunt aduerſus me, moleſti erant mihi, verbis,
ſignis, ſeu factis .i. vindicando ſe de me, grauabant me, quod ego moleſte ſuſtinui, non tam propter
meam iniuriam, quam propter illorū ruinam ac damnationem. Hoc modo Paulus moleſte tulit ma- Act.22.
C la ſibi illata, quia inſtar indulgētiſsimi patris, q quanto à filio phrenetico plura verbera patitur, tanto
inſano magis cōpatitur: ſic quanto homines impii Paulū durius flagellabant, tanto ipſe eorum errori
amplius cōdolebat. Cor meū conturbatum eſt in me .i. appetitus meus interior ſenſitiuus, ſeu intelle-
ctiuus vehementer ſeu exceſsiue motus eſt aliqua paſsione ſeu affectione, ex qua ipſum quoq; corpo
rale turbatur .i. innaturaliter agitatur, qm̄ paſsiones fiunt cum corporali tranſmutatione. & formido
mortis cecidit ſuper me .i. tam grauiter ſum afflictus, vt mori verebar. Vel, formido mortis .i. horror
peccati, quod eſt mors animæ, cecidit ſuper me, quia videlicet ex perturbatiōe mihi inflicta timui im-
patientiæ, iræ, rancoris, aut ſimilis vitii motū, & culpam mortalem incidere vel tentationibus dæmo
num, mundi & carnis formidabā ſuccumbere, quod eſt ſpūaliter mori atque deficere: iuxta illud, Ve- Iob.4.
nit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. Timor animæ, & tremor, exterior, venerūt
ſuper me, propter mala & tormenta ſeu pericula mihi imminentia & futura. Timor enim eſt de ma-
lo futuro, ſicut dolor de malo præſenti. Et omnino expediens eſt, vt talis timor & tremor in nobis
ſint, propter mille pericula nobis inſtātia, & propter futurū iudiciū, inferiq; tormenta. quia in medio
laqueorū verſamur, & cōtra inuiſibiles ac nequiſsimos hoſtes luctamur: & contexerunt me tenebræ, Iob.22.
hoc eſt, aduerſitates & pœnæ ſeu vitia circūdederunt & operuerunt me totum, ita quod malis multis
repleta eſt anima mea, quēadmodum ait Apoſt. Foris pugnæ, & intus timores Per varias enim tribu 2.Cor.7.
lationes oportet nos intrare in regnum cœlorū. Propter quod ſanctus Iob ait, Expectabam bona, & Act.14.
venerunt mihi mala. Præſtolabar lucē, & eruperunt tenebræ. Et dixi intra me, Quis dabit mihi pen- Iob.30.
D nas, ſicut colūbæ? id eſt, quam libēter haberē pennas virtutū, videlicet verā & columbinā ſimplicita-
tem, & innocentiā, quatenus mala prędicta euadere, & immaculatā vitā ducere valeā inter iniquos:
& volabo penna contemplationis, ſpeculando cœleſtia, propter quorum amorem terrena deſpicio,
aduerſaque libenter ſuſtineo, & requieſcam, in deo per fidem & charitatem & pacem internam à ter
renarum rerum tumultu, & inquietudine paſsionum ac ſolicitudine tēporalium rerū, ſicut ſuperius
dictum eſt, In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Ecce elongaui, meipſum affectu, ſeu loco, vi- Pſalm.4.
ta & voto à peccatoribus, & inquietis hominibus, fugiens, pericula mundi, ne cum peruerſis peruer-
tar, & manſi in ſolitudine, id eſt, ſoli deo vacare tentaui. Vel etiam in loco deſerto moram feci, Pſalm.17.
vt deo liberius adhærerem atque in eo ſuauius repauſarem. Maxime enim confert ſolitarius locus
ad vitam quietam & ſpeculatiuam. Propter quod per Oſee dominus ait animæ ſibi deuotæ, Ecce Oſee.2.
ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Et Ieremias, Quis dabit Ierem.9.
mihi in ſolitudine diuerſorium viatorum, & derelinquam populum meum? Vnde & Chriſtus apo- Marc.6.
ſtolis dixit, ſicut Marcus teſtatur, Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Expe-
ctabam eum, id eſt, longanimiter ſuſtinui, & in ipſo ſperaui, qui ſaluum me fecit, per gratiam ſuam à
puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate aduerſitatum & periculorum, quas habui vel habuiſſem, niſi
gratia dei me conſeruaſſet. Non debemus eſſe puſillanimes nec præſumptuoſi, ſed magnanimes, hu-
miles, fortes, ſemper confidendo in domino, dicentes cum Apoſt. Omnia poſſum in eo, qui me con-

fortat. Consequenter orat ecclesia seu fidelis pro extirpatione hæreticorũ, schismaticorum, tyranno E
rum, & persecutorũ, ac hostiũ boni cõmunis, hominumq; iustorũ. Præcipita dñe.i. deüce, & diuide.i.
abinuicem separa, ne sibi in malo consentiant, linguas eorum.i. sermones & studia prædictorum ec-
clesiam perturbantium, seu detractorum & innocentes opprimentium. Non orat ecclesia vt penitus
pereant, sed vt in præsenti corrigantur, & à malo cohibeantur, vel tẽporaliter affligantur, seu etiam
occidantur, si ecclesia aliter pacem adipisci non potest, vel conseruari bonũ cõmune, qm̃ vidi iniqui-
tatem & contradictionem.i. peruersitatẽ, perfidiam, schisma, & fidei impugnationem, in ciuitate.i. in
militante ecclesia, in qua semper mali cum bonis miscentur. Oportet enim hæreses esse, & necesse est
1.Cor. 13 vt veniant scandala. Die ac nocte.i. semper vsque ad finem mundi, circundabit eam, puta ecclesiã, su-
Marc. 18. per muros eius.i. in prælatis, pastoribus, atque principibus eius, iniquitas. Nam superiores aliqui in
Lucæ. 17 populo Christiano inferiores inficiunt, opprimunt, scandalizant, aut simili modo peruertunt, sicut
Dan. 13 Dan. ait. Iniquitas egressa est de Babylone à seniorib. qui videbantur regere populũ. Sic prohdolor
modo est. Nã qui esse deberent aliorũ defensores, muri seu firmamentum, facti sunt animarũ corru-
Osee. 3. ptores atque maceriæ direptores, quemadmodũ per Osee dñs ait, Attendite sacerdotes, qm̃ laqueus
facti estis speculationi, & sicut rete expansum super montem, & labor in medio eius & iniustitia.i. in
medio ecclesiæ inueniuntur, labor, seu violentia, oppreßio, inordinatio culpa pœnalis, & laboriosa
Mat. 20. iniquitas. Multi enim sunt vocati, & pauci electi. Propterea in medio populi Christiani abundãt hęc F
22. mala, secundũ quod per Osee scriptũ est, Maledictum & homicidiũ, & furtum & adulteriũ, & men-
Osee. 4 dacium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et nõ defecit de plateis eius.i. de particularibus
ecclesiis, seu sacerdotibus, qui essent aliis iter ad deũ, vsura & dolus. Nam & hęc mala in ecclesiarum
Ierem. 6 rectoribus ac subditis reperiuntur, qm̃ omnes (vt ait Iere.) auaritiæ student, & omnes quæ sua sunt
Philip. 2. quærunt, nõ quæ Iesu Christi, secundũ Apost. Consequẽter ostendit ecclesia seu fidelis, q̃ intolerabi-
les sint persequutiones quæ inferuntur ab his qui se dicunt amicos esse, & non sunt. Qm̃ si inimicus
meus apertus & euidens, maledixisset mihi obloquendo, insultando, cõminando, aut imprecãdo, susti
nuissem vtiq;, leuius atq; libentius, quia sic nil rarũ aut inopinatũ mihi contigisset. Et si is qui oderat
me, non solũ clam, sed etiã palam, super me.i. contra me, magna loquutus fuisset.i. verba animosa &
dura, abscondissem me forsitã ab eo, secundũ quod Christus interdũ suos discipulos facere docuit, di
Mat. 10. cens, Cum persequuti vos fuerint de vna ciuitate, fugite in aliam. Hoc enim aliquando agendum est,
non semper, quia si periclitaretur fides seu bonũ cõmune, aut subditi salus, fugiendum non esset ab eo
Titum. 1. qui non fugiendo succurrere posset. Tu vero homo vnanimis, confitẽdo Christum ore, sicut & ego,
dux meus.i. qui aliorũ rector fuisti, & ab ecclesia cõstitutus eras dux fratrũ tuorum in via dei, vel me
interdum in diuino obsequio ædificasti, præcessisti, & perduxisti: & notus meus, habẽdo eandẽ fidẽ
cum me seu corporaliter agnitus, qui mecũ dulces capiebas cibos audiendo prædicationẽ, ac sumen-
do sacramenta ecclesiæ, antequã sic apostatares à fide ad hæresim, ab vnitate ad schisma, à dilectione G
ad persecutionem, & à vita laudabili ad mores peruersos, in domo dei ambulauimus cum cõsensu.i.
in ecclesia Christi conuersati sumus concorditer, quando adhuc stabas in fide & gratia dei. De tali-
1.Iohã. 2. bus nanque ait Iohan. In nobis erant, sed nõ erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent
vtique nobiscum. Veniat mors super illos.i. digni sunt morte spirituali, videlicet vt in præsenti careãt
vita gratiæ, atque in futuro vita gloriæ. Non enim optando, sed prænuntiando hoc dicitur, vel se di-
Ierem. 18 uinæ iustitiæ conformando. Iuxta quem sensum ait Christus seu quilibet iustus per Ierem. Tu domi-
Num. 16. ne scis omne consilium eorũ aduersum me. Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum non
deleatur: & descendãt in infernũ viuentes, cũ corpore & anima in die extremi iudicii, cuius descensus
Lucę. 18. figura extitit deglutitio Dathã & Abiron & Chore, quos terra viuos absorbuit. Qm̃ nequitiæ in ha-
Lucæ. 11. bitaculis eorũ, in præcedenti explanatione sensus patet. Ego autẽ ad deum clamaui, quia oportet sine
Matth. 7. intermißione orare, & in omni neceßitate atq; periculo ad deũ cum omni affectu confugere: & dñs
Ierem. 39 saluauit me, non.n. derelinquit sperantes in se, sed omnis qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit. Pro-
pter quod dñs ad Iere. ait, Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutẽ, quia in me habuisti fidu
ciam. Vespere & mane & meridie.i. tota die ex his horis constante. Vel, vespere.i. in statu incipien-
tium, & mane.i. in statu proficientium, & meridie.i. in statu perfectorũ. Vel, vespere & mane & me- H
ridie.i. in fine, principio & medio vitæ meæ, narrabo, quo ad meipsum, & annuntiabo aliis documen
Ephe. 5 ta legis diuinæ, & opera saluatoris, ac alia quęque salubria, sicut docet Apost. Implemini (inquiens)
spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes &
psallentes in cordibus vestris dño: gratias agentes pro omnibus semper: & exaudiet, ipse dñs, vocem
meam, qua ipsum laudo & inuoco. Redimet in pace animã meam ab his qui appropinquant mihi, ve
noceant eripiendo me de eorũ insidiis, pacemq; præstando interioribus meis. Hoc est verbum amo-
rosę fiducię, qm̃ inter multos, vocatos, non electos, erant mecum, loco, non mente: corporaliter, non
spiritualiter: fide, nõ moribus. Persequutores enim ecclesiæ & iustorũ inter vocatos (qui multi sunt)
corpore assunt electis, sed vita & moribus distant ab eis. Exaudiet deus, preces meas, & humiliabit il
los, eo modo quo humiliabuntur in futuro qui se exaltant in seculo isto. Non enim est illis commuta-
Titum. 3. tio, qm̃ conuerti despiciunt. Vnde Aposto. ait, Hæreticum hominem post vnam & secundam corre-
Esa. 28. ptionem deuita, sciens quia auersus est qui huiusmodi est. De talibus quoque Esa. ait, Dixistis, Percus
simus fœdus cum morte, & cũ inferno fecimus pactum. Contaminauerunt testamentum eius, id est,
legem Christi transgreßi sunt, & dicunt se nosse deum, sed factis negant, diuisi sunt, à societate ele-
Titum. 1. ctorum, & separati à charitate & gratia dei, ab ira vultus eius, id est, iusto dei iudicio, & appropinqua
uit cor illius, id est, deus quantum in se est semper paratus fuit & est misereri, subuenire, & parcere.

A Molliti sunt sermones eius.s.dei,super oleum, qm̄ charitatem & pietatem suā nobis in sacra scriptu-
ra vbertim cōmendat,quod vtique omni melle & oleo dulcius est.Propter quod infra habetur, Quā
dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.De quibus eloquiis superius quoq; prædictū est, Psal.118
Desiderabilia super aurū & lapidem pretiosum multū,& dulciora super mel & fauū.Quod Iere.ex- Psalm.18
pertus,ait,Factus sum quasi vir ebrius,& quasi homo madidus vino à facie dn̄i,& à facie verborum Iere. 23.
sanctorū eius.Quid enim tā mollitum ae dulce,sieut quod ait Paulus apostolus,Propter nimiā ehari Ephe.2.
tatem suā,qua dilexit nos deus pater,filium suū misit in similitudinem carnis peeeati? Et Iohan. Sie Iohan. 3.
(iuquit) deus dilexit mundū,vt filiū suum vuigenitū daret.Et iterum, Videte qualem eharitatē dedit 1.Iohā.3.
nobis deus pater,vt filii dei nominemur,& simus. Deniq; dulce est nimis quod per Salomonē æter- Prou. 8.
na sapientia,deus altissimus,protestatur,Delitiæ meæ esse cū filiis hominū, & ipsi,videlicet hæretici
& hostes ecelesiæ ac persecutores iustorū,sunt iacula, quia veritatem scripturæ verbis aut factis im-
pugnant,& simplices lædere student.Ideo enim dicit Apost. Sermo eorū vt cancer serpit. De qui- 2.Tim. 2
bus apud Iob cōmemoratur,Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierunt vias dei, & deus inultum abire Iob.24
non patitur.Cætera satis exposita sunt. Eece ex psalmo isto didicimus quanta Christus sustinuit, &
quanta oportet nos eius exemplo perferre, cum uon sit seruus maior domino suo. Studeamus igi-
B tur in seculo isto omnia dura & aspera pro Christi amore gaudenter portare,pensantes illud Apost. Iohan.13
Fidelis sermo,quia si cōmortui sumus,& conuiuemus:si sustinemus,& conregnabimus. 2.Tim. 2

## COMMENTARIVS IN PSAL. LV.

EXPLANATIO TITVLI.

HAbet autem Psalmus iam declarādus hunc titulū,In finē in carminibus pro populo qui lon
ge factus est à sanctis in tituli inscriptione ipsi Dauid cū tenerent eum Allophyli in Geth.
Hunc psalmū quidam ad literam expouunt de Dauid.Cōmuniter autem exponitur de ipsa
Ecclesia seu quolibet fideli multipliciter tribulato. Sed qm̄ Christus omniū prophetarum opus est,
debemus quantū fieri potest psalmos omnesq; scripturas propheticas de Christo expouere: quia de
eo loqui dulcius est,fructuosius magisque instructiuum.Sic igitur exponendo hunc Psalmum,sensus
tituli est.Ipsi Dauid.i.Psalmus iste Christo per Dauid significato conueniens, & in finem vltimum,
qui est vita æterna nos dirigens in carminibus,ita vt deo in omnibus gratiarum actio referatur, scri-
ptus & editus est pro populo.i. de populo vel contra populum,qui longe factus, nō loco & spatio,
C sed carendo fide & gratia à sanctis.i.Christifidelibus,in tituli inscriptione quem posuit Pilatus super
caput Christi crucifixi.i.contra Iudæos qui titulum istum negauerunt,dicentes Pilato, Noli scribere Iohan.19
rex Iudæorum:sed quia ipse dixit,Rex sum Iudæorum, cum tenerent eum.s. Christum Allophyli.i.
Gentiles ministri Pilati quorum quatuor Christum patibulo appenderunt in Geth,id est, in pressu- Mat.27
ra passiouis seu crucis.Per Allophylos quoque intelligi possunt ipsi Iudæi, quia quemadmodum Al 1. Reg.21
lophyli seu Palæstini aut Philistæi comprehenderunt Dauid in Geth, Perducētes eum ad Achis re- Mat. 27.
gem suum vt occideretur:ita Iudæi comprehenderunt Iesum, & vinctum tradiderunt Pontio Pila-
to,vt interficeret eum,hocque fecerunt in Geth,quod interpretatur pressura,id est,in Ierusalem,cui
in Euangelio ait saluator,Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas. Et denuo, Nou capit perire Mat.23
Prophetam extra Ierusalem.Christus igitur passioni iam appropinquans secundū quod homo pas- Luc.13.
sibilis ait ad deum patrem.

PRECATIO.

*Pone domine lachrymas nostras in cōspectu tuo, & erue pedes nostros à lapsu desperato, ut caute ambulantes,uer bum tibi consubstantiale dominum Christum rite laudemus, & per eum in regione uiuentium tibi placeamus.*

EXPOSITIO psalmi literalis.

MIserere mei deus] liberando me non à miseriis culpę sed poenę.i.de mor-
te & passibili statu transfer me per resurrectionē beatam, ad immortalem vi-
tam,ac impassibilē statum.Ideo autē oro vt mihi sis misericors [QVONIAM
D cōculcauit me homo].i.Iudas proditor,de quo superius dictum est,Homo pa- Psal.40
cis meæ in quo speraui,magnificauit super me supplātationem. Hic (inquam)
conculcauit me verbis malignis,& ad couculeandum me vendidit ac prodidit Mat.26
[TOTA die] videlicet feria quarta qua vēdidit me seu quinta qua tradidit me
ipsa nocte [IMPVGNANS] me occulte.s.detrahendo,aliosque ad me impu-
gnandū,inducendo [TRIBVLAVIT me] quia vt in præcedenti psalmi elucidatione innotuit, tan
to fuit persecutio Iudę Christo poenalior,quanto Iudas Christo familiarior extitit.Cum enim Chri- Psal.54
stus iustissimus fuerit,tanto peccatū Iudæ ac Iudæorū amplius sibi displicuit,quanto illi iniustius cō-
tra eum fecerunt:& ista displicentia saucta ac iusta tribulatio Christi vocatur. Credendum est quoq;
ꝙ Christus tanquā piissimus Iudę frequenter condoluit potissimū passione instante. Vel sic,concul Alia ex-
cauit me hō.i.hominum multitudo,videlicet Iudæi atq; ministri Pilati. Sæpe enim in sacra scriptura positio.
ponitur singulare pro plurali,quēadmodū dixit Iudas Simeoni fratri suo,Veni mecū in sortē meam.
Vbi per Iudā & Simeonē intelliguntur tribus seu populi ex Iuda & Simeone progeniti.Et in Exod. Iud.1.
dominus ait ad Pharaonem,Dimitte filium meum vt sacrificet mihi in deserto. Vbi per filium intelli Exod.8,
guntur filii Israel. Hi ergo conculcauerunt filium dei pro nihilo eum reputantes,opprimentes, & 9.10.
forte etiam corporalibus pedibus eundē suppeditantes: præsertim in nocte qua viri qui tenebant eū,
illudebant ei cædentes,conspuentesque eum.Irreuerendissime nanq; eum tractabant,eiusque poenis Lucæ. 22

se satiabant tota die parasceues: impugnãs verbis atq; verberibus tribulauit me vsq; ad mortẽ homo E
Psal. 108. prædictus .i. homines impii de quibus apertius subditur. ❡ (2) CONCVLCAVERVNT me] secun-
dum modũ iã dictũ [INIMICI mei] qui posuerunt aduersum me mala pro bonis & odiũ pro dile-
ctione mea [TOTA die] præfata, vel tota die .i. toto tẽpore quo prædicãdo & miracula perpetrando
Mat. 9. 12 inter eos cõuersabar. A principio enim quo Christus prædicare exorsus est, aduersabantur ei Iudæi,
Marc. 3. sicut ex euãgelica liquet historia, [QVONIAM multi bellantes aduersum me] .s. principes sacerdotũ
Luc. 7. 13 cũ suis fautoribus, sed ego per patientiã vici eos. Propter quod superius de me legitur, Dñs fortis &
Ioh. 8. 10 potens in prælio. Hinc quoq; Christus apud Ierem. Audiui, inquit, cõtumelias multorũ & terrorẽ in
Psalm. 23 circumitu psequentiũ. ❡ (3) AB altitudine diei timebo] Dũ aliquis magna tormenta certa die pas-
Iere. 20 surus est, dicitur timere illũ diem: & quanto in aliqua hora diei duriora se pnoscit passurũ, tanto horã
illã amplius formidare asseritur. Passio autẽ Christi ab hora noctis qua capiebatur incipiens, & vsq;
ad horam nonã perdurans, cõtinuo augebatur & creuit. Idcirco eo mõ quo Christus passionem sibi
instantẽ naturali affectu abhorruit, etiã diem passionis suæ timebat, & tanto amplius quo dies ille ma
gis ascendit versus meridiẽ, qm̃ grauiora sibi instabant supplicia secundum diei ascensum, propterea
Psalm. 21 maxime timuit altitudinem diei, in qua præ inæstimabili pœna clamauit, Deus meus, deus meus vt
Mat. 27 quid dereliquisti me? Vnde & sudor eius factus est, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Sed ti-
Lucæ. 22 mor iste fuit in Christo, tẽpore trinæ orationis antequã caperetur [EGO vero in te] deo patre meo F
[SPERABO] confidens me cõseruandũ, & resuscitandum, ac glorificandũ à te. ❡ (4) IN deo lau-
Iohan. 7. dabo sermones meos] hoc est quod Christus in euãgelio testatur, Mea doctrina nõ est mea, sed eius
Ibidem. qui misit me. Et iterũ, Qui à seipso loquitur, gloriã propriam quęrit: qui autẽ quęrit gloriam dei, hic
verax est [IN deo speraui] ideo [NON timebo] inordinato pauore [QVID faciat mihi hõ] hoc est,
Iohan. 18 Iudæus aut quilibet alius. Quanuis enim Christus ad horam timebat passione instante, tamen sicut
hunc timorẽ ex deliberatione rationis assumpsit, sic eũ imperio eiusdem cessare fecit. Vnde & intrẽ-
pidus hostibus obuiauit, & dixit, Quem quæritis? ❡ (5) TOTA die] passionis meæ vel totis diebus
prædicationis meæ [VERBA mea execrabantur] .i. à Iudæis contẽnebantur, & male interpretaban-
Mat. 26. tur. Dixerunt enim vt legitur apud Mat. Blasphemauit, & reus est mortis. Atque apud Iohan. Non
Iohan. 9. est hic homo à deo qui sabbatũ non custodit. Hoc est, quod per Amos de Iudæis inducitur. Odio ha
Amos. 5. buerunt corripientẽ & loquentem perfecte abominati sunt. Ideo nanque & Christus dicit, Me odit
Iohan. 7. mundus, quia testimoniũ perhibeo de illo qm̃ opera eius mala sunt [ADVERSVM me omnes cogi-
tationes eorũ in malum] videlicet vt me false accusent atque iniuste occidãt. ❡ (6) INHABITA-
BVNT] hoc est, inhabitauerunt infideles Iudæi mecũ & cum discipulis meis in synagoga, seu domo
dñi quantũ ad fidem, quia dicebant se deũ colere & Christũ regem expectare, sicque per fidem infor
mem cũ credẽtibus in deũ habitauerunt in synagoga [ET abscondent] .i. occulte mihi insidiati sunt,
tentantes me verbis dolosis [IPSI calcaneũ meum obseruabunt] .i. opera mea explorabũt, quatenus G
Marc. 3. occasionem contra me reperirent. Propter quod scriptum est, Obseruabant Iudæi si sabbatis curaret
vt accusarent eum. ❡ (7) SICVT sustinuerunt animã meam pro nihilo] hoc est, sicut me vilipẽde-
bant, & vitam meã expectabant, quatenus eam pro nihilo .i. ac si nihil nulliusque reputationis existe
ret, perderent, non arbitrantes esse peccatũ occidere me [SALVOS facies illos?] q.d. non, Ac si di-
cat, Quã veraciter bene fecerunt me taliter persequẽtes, tam vere eos saluabis. Ideo addit [IN ira po
pulos confringes] hoc est, per vindictam diuinæ iustitiæ incredulos, meq; persequentes Iudæos im-
pœnitentes totaliter destrues quantum ad esse gratiæ, & gloriæ, non dando eis aliquod meritorium
Osee. 9. esse, & etiã in hac vita eos cõminuendo, dispergendo, ac humiliando. Hinc enim de eis apud Osee di
Esa. 63. citur, Radix eorum exiccata est: fructũ nequaquã facient. Et per Esa. Christus de eis locutus est, Cal-
caui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea. ❡ (8) DEVS vitã meã annuntiaui tibi] hoc est,
ad honorem & gloriam nominis tui professus sum aliis conuersationis meę sanctitatẽ, & omnia quę
Iohã. 14. feci coram te feci, & tibi ascripsi. Hoc modo Christus vitã suã deo patri annuntiauit, dũ asseruit. Di-
Iohan. 8. ligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et alibi, Ego quę placita sunt patri meo fa
Lucæ. 4 cio semper. Et in Luca quoq; allegans impletũ in se, quod prædictũ fuit per Esa. Spũs (ait) dñi sup
Esa. 61. me eo quod vnxerit me, ad annuntiandũ mansuetis misit me, vt mederer contritos corde [POSVI- H
STI lachrymas meas in cõspectu tuo] hoc est, acceptas eas habuisti, idq; pro quo lachrymas fudi, im
Heb. 5. plesti. Vnde ait Apost. Cum clamore valido & lachrymis preces fundens exauditus est pro sua reue
Iohan. 11 rentia. In resuscitatione insuper Lazari lachrymatus est Iesus, & ait, Gratias ago tibi pater, qm̃ audi-
sti me. ❡ (9) SICVT & in promissione tua] hoc est, sicut per prophetas dixisti, Hoc .n. prædictum
Esa. 42. est, quod lachrymas meas ac preces acceptas haberes, dicente te de me per beatũ Esaiam Prophetã,
Ecce seruus meus suscipiã eũ, electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea [TVNC] .i. cũ me exau-
dieris suscitãdo me à mortuis [CONVERTENTVR inimici mei] puta Iudæi [RETRORSVM] re
Ierem. 2. cedendo à te & nõ credẽdo in me, sicut apud Ierem. Prophetã de eis testatus es. Verterũt ad me dor
Dan. 9. sum & non faciẽ. De quibus alibi legitur, Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non
Iohan. 19 erit eius populus qui eũ negaturus est .i. Iudæi qui dixerunt, Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ. ❡ (10)
IN quacunq; die inuocauero te] orando pro meipso aut corpore mystico [ECCE cognoui] per ex-
perientiã, seu experimẽtalẽ exauditionẽ [QVONIAM deus meus es] specialissimo mõ vbiq; & sem
per regẽs atq; exaudiens me. ❡ (11) IN deo laudabo verbũ, in dño laudabo sermonẽ] Vnũ exponit
aliud .i. quicqd dico autẽ prædico ad deũ finaliter referã, eiusq; illuminationi ascribã, nec propriam
Iohan. 5. gloriã quęrã. Propterea Christus dixit, Claritatẽ ab hominibus non accipio. Et alias, Ego non quæ-
Ibidem. ro gloriam meam [IN deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo] mihi iniuste repugnans.

A ℂ (12) IN me sunt deus vota tua].i.in corde meo sunt sancta desideria mihi à te infusa, per quæ tuũ
honorem hominũque salutẽ desidero [QVAE reddã laudationes tibi].i.quæ offerã tibi tanquã sacri-
ficium laudis ac laudandi materiam. Per sancta enim desideria deus laudatur & honoratur. ℂ (13)
QVONIAM eripuisti animam meã de morte] in die resurrectionis vniendo eam corpori à quo per
mortem extitit separata [ET pedes meos de lapsu].i. omnes operationes meas gratia præueniente
præseruasti à ruina peccati, ita vt nunquam cecidi, sed tibi placentia incessabiliter egi. Et hoc ideo tu
fecisti, ego quoque idcirco hæc ad gloriam tuam profiteor [VT placeam corã deo in lumine viuen-
tium].i.vt tibi cõplaceam & in te & non in me cõplacentiã habeam. Placeam (inquam) corã te in lu
mine viuentiũ.i.in splendidissima patria beatorũ vbi corã deo assisto interpellãs pro mundo, quem-
admodum ad Hebræos inducit Apost. Non in manu facta sancta Iesus introiit, sed in ipsum cœlum Hebr.9.
vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Christus igitur sibi in se non placuit, sed in deo.i.in seipso se-
cundum, q deus fuit, vel in deo patre ac sancta trinitate. Et quomodo ergo nos miseri tam vanissimi
atque stultissimi vnquam efficimur, vt placeamus nobismetipsis, alios contemnendo atque in nobis
gloriando? Aduertamus admonitionem S. Pauli. Debemus (inquit) nos firmiores imbecillitates infir Roma.15
morum sustinere, & non nobis placere. Etenim Christus non sibi placuit.

B ℂ ELVCIDATIO tropologica siue moralis eiusdem Psalmi.

TRopologice deniq; exponendo hunc Psalmũ præindnctus titulus sic intelligendus est. In fi-
nem.i. Psalmus iste in Christũ nos dirigens scriptus pro populo qui lõge factus est à sanctis.i.
qui vita & moribus discordat ab electis, in tituli inscriptione, quia titulũ crucifixi, videlicet:
hic est rex Iudæorũ, quem sancti fide & opere venerantur: ipsi vel vita reproba vel mente incredula
negant. Psalmus (inquam) ipsi Dauid.i.conueniens Ecclesię, seu fideli per Dauid figurato, cũ tene- Iohan.19
rent eũ Allophyli in Geth.i.cũ vndiq; vallarent alienigenę à charitate & fide formata ipsam Eccle-
siam seu quẽlibet Christianum tribulationibus, tentationib. atque pressuris. Ecclesia ergo quæ modo 2.Reg.21
aduersitatib. velut in torculari cõprimitur, quilibetq; fidelis persecutionibus multis circundatus, cla-
met ad deum. ℂ Miserere mei deus.i.tu creator, gubernator, saluator, iudexque meus, qui naturaliter Act.16.
pius es, & totus misericors, mihi misero condole non pœnalẽ affectum habendo, sed clementer atq; Iohan 15
celeriter succurrendo: vehemẽter nanq; indigeo, qm̃ conculcauit me homo, detractor, læsor, anima-
rum corruptor, charitatis persecutor, innocentiæ aduersator, pede elationis contumeliose me oppri-
mens, de quo pede superius dictum est, Non veniat mihi spes superbiæ. Conculcauerunt me inimici Psalm.35
mei, domestici & extranei visibiles & inuisibiles, occulti & manifesti, tota die, naturali.i.tẽpore diur-
C no atq; nocturno, tentando, aspernando, aut simili modo aduersando: qm̃ multi sunt bellãtes aduer-
sum me, qui me à te conantur auertere, & ad vitia inclinare. Pugnant enim cõtra nos mũdus.i.homi-
nes seculares, vt peruertamur cũ peruersis: caro.i.passiones seu motus sensualitatis, quatenus homi-
nem à medio rectę rationis abducant: & dæmones de qbus ait Apost. Non est nobis colluctatio ad- Ephe.6.
uersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, contra spũalia nequitiæ in cœlesti
bus. Quod intelligendũ non est, quasi non sit nobis aliqua colluctatio contra carnẽ & sanguinẽ, cum
dicat Apost. Si secundũ carnẽ vixeritis moriemini. Et rursus, Quicunq; sunt Christi, carnẽ suã cruci Roma.8.
fixerunt cũ vitiis, & cõcupiscentiis: sed hoc ideo dictũ est, quia nõ est nobis colluctatio cõtra carnem
& sanguinẽ tantũ aut principaliter. Ab altitudine diei timebo.i.ab ascensu seu processu tẽporis mihi
cõcessi formidabo propter pericula mihi instãtia. Quo enim diutiꝰ viuo, eo frequẽtius pecco, pręser-
tim cũ iustus septies cadat in die, idcirco tẽpus futurũ timeo, quia dies mali sunt, eo q sæpius peccet
homo in eis. Vel sic, Ab altitudine diei cuiuslibet artificialis quo victurus sum timebo, qm̃ plures pec Gala.5.
candi occasiones occurrũt in die q̃ in nocte, præsertim die in altũ ascendente. De mane enim est ho- Ephe.5.
mo ad deuotionẽ habilior, sed circa meridiem obuiant corporis grauissimæ necessitudines, quia cibo
potuq; egemus, quibus acceptis, est hõ ad deuotionẽ ineptior. Propterea hanc horã timẽt deuoti, vi- Lucæ.21.
delicet, ne grauẽtur corda eorũ crapula, aut ebrietate, ideoq; accedunt ad mensam velut ad carcerẽ,
ego vero in te sperabo.i.quamuis tot malis circũdatus sim, nõ tamen despero, sed in te incessanter cõ
fido q non succumbã aut vincar: sed in nomine tuo præualeã verissime scriptũ sciens, Maior est qui
D in nobis est q̃ qui in mundo. Et dicẽte beatissimo Eliseo, Noli timere, plures enim nobiscũ sunt, q̃ cũ 1.Iohã.4
illis. Cũ illis nanq; est brachiũ carneũ, nobiscum autẽ est dñs deus noster. Vnde & per Osee dicitur, 4.Reg.6
Misericordiã & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. In deo laudabo sermones meos, ad eius Osee.12
honorem eos ordinando, nec in vana philosophia, sterili eloquentia, sermone rhetorico, verbo præ- Colo.2.
sumptuoso, malo, & garrulo, gloriabor: sed in verbo confessionis, orationis, diuinæque laudis, læta-
bor, in deo speraui non timebo, de cætero timore deficiente & inordinato quid faciat mihi caro.i.ho
mo carnalis. Non enim timebo eos qui corpus occidunt, quinimo tribulationem tanquã donum dei Mat.10.
recipiam, amplexabor, & hilariter feram, recolens illud Apost. Vobis datum est pro Christo non so
lum vt credatis in eũ, verum etiam vt patiamini pro illo. Tota die verba mea execrabantur. Hoc est, Philip.1.
quod ait Apost. Maledicimur & benedicimus. Propter quod etiam Christus ait discipulis suis, Si me 1.Cor.4.
persecuti sunt, & vos persequentur. Contemnunt enim atque vituperant impii verba iustorum, & si- Iohan.15
cut Iob dicit, Deridetur iusti simplicitas: aduersum me omnes cogitationes eorũ, videlicet, hæretico- Iob.12.
rum, schismaticorum, & peruersorum sunt, in malum, vt mihi contrarientur, ac noceant malaque
pœnæ & culpæ infligant. Inhabitabunt mecum in Ecclesia militanti, in qua boni & mali miscen-
tur, vel in terra ac seculo isto prædicti aduersarii mei, & abscondent, hoc est, fraudulenter &
clam nocere nitentur; De talibus siquidem Christus præmonuit. Attendite à falsis prophetis, qui Matth.7.
veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et iterum, Inimici ho- Mich.7.

minis domestici eius: ipsi calcaneū meū obseruabunt, hoc est, opera mea explorabunt, non vt imiten- E
Galat. 2 tur, sed vt criminentur, quēadmodū ad Galatas ait Apost. Subintroducti falsi fratres, qui introierunt
Psalm. 36 explorare libertatē nostrā quā habemus in Christo Iesu. Vnde superius quoq; præhabitū est, Obser-
uabit peccator iustū, & stridebit super eū dentibus suis. Sicut sustinuerunt, impii, animā meā pro ni-
hilo, eā spernendo, scandalizando, aut persequendo, saluos facies illos: hoc est, non saluabis eos, pro-
Lucæ. 13. pter peccata cōmissa in me, imo nisi pœnitentiam egerint æternaliter eos damnabis, sicut merentur.
Alia expositio. Aliqui autē exponunt istud in bono, vt sit sensus, Sicut sustinuerunt animā meam, ad perdendum eā,
pro nihilo, hoc est, gratis, & sine eorū merito saluos facies eos: in ira populos confringes, vlciscendo
eorū malitiam, eosque dānando. Vel in ira, tuæ paternæ disciplinæ, populos, peccatores, confringes,
Esa. 2. deprimendo eorū superbiā, & vitia extirpando quemadmodum in Esa. legitur, In curuabitur sublimi
tas hominū, & humiliabitur altitudo virorū. Deus vitam meā annuntiaui tibi, seu tuo vicario. s. sacer
Iohan. 3. doti humiliter confitendo mea peccata, & tibi attribuēdo opera bona, Scriptū est enim, Omnis qui
male agit, odit lucē, & non venit ad lucē, vt non arguantur opera eius: qui autē facit veritatem, venit
ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Ideo quoq; superius dictum est, Reuela
Psalm. 36 dño viam tuā: posuisti lacbrymas meas, quas pro peccatorū indulgentia, seu gloriæ dilatione, aut si-
mili pia causa effudi, in conspectu tuo, habendo eas acceptas, atque pro eis mihi reseruans præmium
4. Re. 20 in futuro. Hinc dominus ad Ezechiā, Audiui, inquit, orationem tuā, vidi lachrymam tuā. Et Ierem. F
Thren. 2 orat, Ne auertas aurem tuā à singultu meo. Sicut & in promisione tua, Promisit enim deus se exau-
diturum suspiria, desideria, orationes, & lachrymas, suorum fidelium: tunc conuertentur inimici mei
retrorsum, hoc est, cū me supplicantem audieris, inimici mei visibiles inuisibilesque deficient. Vnde
Iacob. 4. & beatus Iacobus, Resistite, ait, diabolo, & fugiet à vobis. In quacunq; die inuocauero te, inuocatio-
ne interna, affectuosa, & stabili, ecce cognoui, per receptionem pietatis tuæ, & gratiæ, seu effectum
precis deuotæ, qm̄ deus meus es, hoc est, ꝙ specialiter sis deus meus prouidens mihi & diligens me.
Iohan. 16 Hinc enim Christus affirmat, Amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vo-
bis. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. In me sunt deus vota tua. i. promissiones seu
affectus quibus obligaui me tibi seruiturum, & quibus te honorare desidero. Hæc autē vota sunt tua,
hoc est, tibi placentia: & mea, quoniam mihi à te sunt collata, quę reddam laudationes tibi, ea implen
do sicque per vitam bonam te collaudando. Dum enim promissa implemus, piosque affectus ad effe
ctum perducimus, deum laudamus, & sacrificium iustitię immolamus. Quoniā eripuisti animā meam
de morte, æterna & infernali, sanguinē tuum pro me fundendo: de morte quoq; peccati mortalis, in-
dulgentiā conferendo: & viuificasti animā meam, charitatē & gratiā influendo, & pedes meos. i. affe-
ctus meos, & opera eripuisti à lapsu, hoc est, à ruina peccati dirigendo cor meū ac opera secundū te-
Osee. 12 norē legis diuinæ, quemadmodū de populo tuo per prophetā testaris, Ego quasi nutricius Ephraim
portaui eos in brachiis meis. Hæc autē ideo mihi fecisti, vt placeā coram deo, quando ad Christi tri- G
bunal perductus fuero, saluusq; fiam in lumine viuentiū. i. in regione viuorū, & in lumine gloriæ il-
Psalm. 33 lud diuinitus participando: de quo lumine superius dictū est. In lumine tuo videbimus lumen. Et bea
Iob. 23. tus Iob scribit, Nunquid est numerus militū dei? Et super quem non splēdet lumen ipsius? Ecce Psal-
mum vere affectuosum audiuimus, in quo primo Christi atq; iustorū tribulationes cōmemorantur,
deinde mens in deo per spem confortatur, beneficia dei ad memoriā reducuntur. Impleamus igitur
psalmi præsentis doctrinā in omni tribulatione ad deum suppliciter confugiendo, spem verā in ipso
excitando, corq; magnanime & imperterritū assumendo, vitā nostram dño annuntiando, sermones
nostros ad ipsius gloriam ordinando, vota promissionum ac desideriorū ei reddendo, eiusque benefi
cia intime recolendo, quatenus ei soli in futuro, & non alicui in hoc mundo placere optemus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LVI.

### EXPLANATIO TITVLI.

1. Reg. 28 Titulus Psalmi istius in finē ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul
in speluncā. 1. lib. Regū legitur sanctus Dauid à facie Saul bis in speluncam fugisse. Primo in H
6. Re. 24 speluncā Odollam. Secundo in speluncā in quam descendit etiā Saul vt vētrem purgaret, in
qua abscidit Dauid summitatem chlamydis Saul, prohibuitque Abisai ne Saulē occideret. Ab hac au
tem fuga intitulatur hic Psalmus: qui licet exponi posset de Dauid, sicut in sequenti expositione de
quolibet iusto exponetur, conuenientius tamen de Christo per Dauid significato exponitur, præser-
tim cum Dauid non legatur titulum erexisse. Est itaque sensus tituli huius, In finem. i. psalmus iste in
Christum nos erigens, ne disperdas Dauid, id est, ne Christum neges verbo aut facto regem ac domi
num omnium sicut significabatur in tituli inscriptione qua scripsit Pilatus de Christo, Hic est rex Iu
Iohan. 19 dæorum: cum fugeret Dauid à facie Saul, hoc est, cum Christus à Iudæorum cognitione recessit, il-
lisque se abscondit, in spelunca, hoc est, in carne sua mortali, in qua eius diuinitas latuit, incredulisq;
se Iudæis abscondit. Christus itaque passioni iam proximus ex parte hominis assumpti adhuc mor-
talis, & mortem naturaliter abhorrentis orat ad patrem.

### PRECATIO.

*In umbra alarum tuarum domine sperantibus, & ad te deum altißimum clamantibus deus miserere: mitte misericordiam tuam & ueritatem tuam, quæ auferant à nobis opprobrium hostium conculcare nos uolentium, ut erepti de medio eorum gloriam potentiæ tuæ magnificemus in perpetuum.*

A ❡EXPOSITIO pſalmi literalis.

MISERERE mei deus] ab hoc paſsibili ſtatu ad immortalẽ ſtatũ me transferen
do [MISERERE mei] orantis pro corpore meo myſtico, vt fructũ paſsionis
meæ cõſequatur [QVONIAM in te cõfidit anima mea] .i. in tua bonitate ego
ſpero ſecundũ quod homo paſsibilis & viator aliquo modo, non vt deus & cõ
præhenſor. ❡ (2) ET in vmbra alarũ tuarum] hoc eſt, in defenſione ac ope
miſericordiæ atq; potentię tuæ [SPERABO donec trãſeat iniquitas].i.donec
finẽ accipiat malitia Iudæorũ aduerſum me. ſ. quã diu in hac vita viuo morta-
lis. Chriſtus enim ſemper à deo protectus eſt, nec aliquid ei nocere valebãt Iu
dæi donec ipſemet voluit. ❡ (3) CLAMABO] id eſt, paſsione inſtante, mente & ore orans clamaui
[AD deum altiſsimũ] ſicut fatetur Apoſtolus, Cum clamore valido & lachrymis Chriſtus preces fu Hebr. 5.
dit ad deũ [DEVM qui benefecit mihi].i. multa mihi beneficia contulit, piè exaudiuit, omniq; virtute Iohan. 3.
& dono ac gratia ſpiritus ſancti repleuit, quantum capere potuit natura creata à principio creatio-
nis & conceptionis meæ humanitatis. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum homini Chriſto. Lucæ. 22
❡ (4) MISIT de cœlo & liberauit me] hoc eſt, Deus pater deſuper adiutorium mihi impendit, &
B angelum confortantem me miſit, & de manibus Iudæorum in die reſurrectionis me penitus eripuit
[DEDIT in opprobrium conculcantes me].i. perſecutores crucifixoreſque meos confudit, cõfuſio-
ne dignos oſtendit, contemptibiles fecit in pręſenti, & in futuro priuans eos propria terra omnique
gratia, ſicut de eis apud Ieremiam prædictum eſt, Indue ſuper eos diem afflictionis, & duplici con- Ierem. 18
tritione contere eos domine deus noſter. Et apud Danielem, Ciuitatem & ſanctuarium.i. habitato- Dan. 6.
res Ieruſalem qui Chriſtum occiderunt, & templum diſsipabit populus cum duce venturo.i. exerci-
tus Romanorum cum Tito. ❡ (5) MISIT deus miſericordiã ſuam & veritatem ſuam, hoc eſt, effe-
ctum ſuæ miſericordiæ atque iuſtitiæ effudit ſuper me, quia in omni opere dei cõmiſcentur miſericor
dia & iuſtitia. Miſit autem deus miſericordiam ſuã, dum animã Chriſti tam gratioſe in omni benedi-
ctione præuenit: & veritatem qñ eam ſicut per Prophetas prædixit, inſeparabiliter corpori reuniuit. Pſal. 29
Ideo ſubditur [ET eripuit animã meã] in die reſurrectionis [DE medio catulorũ leonum] .i. de mul-
titudine ſuperborũ atq; ferocium Iudæorũ ad immortalẽ ſtatum me ſuſcitans [DORMIVI] in mor
te & monumẽto [CONTVRBATVS] conculcatus. ſ. oppreſſus, occiſus. ❡ (6) FILII hominum]
non filii dei, videlicet pręd icti aduerſarii mei, [DENTES eorũ arma & ſagittæ].i. ſimiles ſunt armis,
itemq; ſagittis, quia quemadmodum aliquis per arma impugnatur & per ſagittam læditur, ſic Iudęi
C verbis quæ ore & dentibus formantur, me impugnabant ac lædi procurabant, Pilato dicentes, Si nõ Iohan. 18
eſſet hic malefactor non tibi eum tradidiſſemus, [ET lingua eorum gladius acutus] quia clamabant. Iohan. 19
Tolle tolle, crucifige eum. Propterea ſcriptum eſt, Sagitta vulnerans lingua eorum. Deinde prophe Ierem. 9.
ta Chriſtũ ſic conculcatũ & paſſum conſpiciens, eius reſurrectionẽ, aſcenſionem, & glorificationem
deſiderans. ❡ (7) EXALTARE] inquit [SVPER cœlos deus] .i. tu Chriſte verus deus ſup omnes
cœlos aſcende, ſicut ait Apoſt. Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper oẽs cœlos [ET in omni ter- Ephe. 4.
ra gloria tua] hoc eſt, per totũ mundũ prædicetur excellentia tua, manifeſtetur potentia tua, & noti-
tia tua hominibus reueletur, ſecũdum quod apud Eſa. legitur, In doctrinis glorificate dñm in inſulis Eſa. 24.
maris: A finibus terræ audiuimus laudes gloriã iuſti. Vnde poſt reſurrectionẽ Chriſtus ait diſc. Eritis Act. 1.
mihi teſtes in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. ❡ (8) LAQVEVM] mortis.i. inſi-
dias occidendi [PARAVERVNT] Iudæi [PEDIBVS meis].i. mihĩipſi [ET incuruauerũt] .i. hu- Mat. 11.
miliauerunt & perſecuti ſunt [ANIMAM meã] calũniando, ac detrahendo verbis, operibus atq; mi Mat. 12.
raculis meis, dicẽtes, Seducit turbas. Et, Homo vorax. Et, In Beelzebub eiicit dæmones. Vel, incurua Luc. 11.
uerunt animã meã. i. à via iuſtitiæ & ab ipſa veritate eã conabantur deflectere adulando, dicen. Magi Iohan. 7.
ſter ſcimus quia verax es. ❡ (9) Foderunt ante faciẽ meã foueam].i. mortis deuorationem ſeu crucis Mat. 12.
paſsionẽ mihi aperte præparauerunt [ET inciderunt in eam] quia me interficiendo meruerũt à Ro Mar. 12.
manis occidi, æternaliterq; dãnari. Qui enim alteri nocere diſponit, primo ſeipſum interimit: iuxta il
lud, Propter malitiam tuã circũdatus es laqueis, & cõturbat te formido ſubita. ❡ (10) PARATVM Iob. 23.
D cor meũ deus paratũ cor meum] ad agendũ & ſuſtinendum quæcunq; tibi placita ſunt, & humanæ
redemptioni neceſſaria. Et hoc eſt quod Chriſtus ait ad patrẽ, Veruntamẽ non ſicut ego volo, ſed ſi-
cut tu. Et iterum, Calicẽ quem dedit mihi pater, non bibã illum? Deſcendi enim (inquit) de cœlo nõ Mat. 26
vt faciam voluntatẽ meam, ſed voluntatẽ eius qui miſit me, [CANTABO & pſalmũ dicam] hoc eſt, Mar. 14
verbo & opere te laudabo, & gratias referam. Pſalmus enim bonam operationem deſignat. ❡ (11) Iohan. 6
EXVRGE gloria mea] hoc eſt, dignitas gratiæ, omniſq; excellentia meæ humanitati collata appa-
re, & hominibus manifeſtare per prędicationem Apoſtolorũ atque credentium, quatenus ſciant glo
riam mihi diuinitus datam, ſic quoq; [EXVRGE pſalteriũ].i. doctrina mea Euangelica, qua dei inſi-
gnia docui, quę doctrina adinſtar pſalterii ſuauiter ſonat [ET cithara].i. doctrina mea moralis & vi
ta exemplaris ac paſsio mortis, videlicet vt doctrina mea, & vita ac paſsio ad hominum agnitionem
exurgant, eaſque credendo aſſequi ſtudeant. Hinc enim apud Eſa. prophetam Chriſtus ait, Mittã ex Eſa. 66.
eis qui ſaluati fuerint ad gentes, & annuntiabunt gloriã meam gẽtibus [EXVRGAM] de clauſo ſe-
pulchro [DILVCLO].i. valde mane. Iuxta illud, Surgens Ieſus mane prima ſabbati. ❡ (12) CON- Marc. 16.
FITEBOR tibi] confeſsione laudis [IN populis domine] .ſ. in Iudæis quibus per meipſum præ-
dicaui, teque laudaui & honoraui [ET pſalmum] id eſt, laudem bonę operationi coniunctam [DI-
CAM tibi] id eſt, ad nominis tui honorem [IN gentibus] ad fidem conuerſis. Chriſtus enim in mun
do conuerſans etiam quibuſdam gentibus prædicaſſe oſtenditur ex Euangelica relatione, ſicut dum Mat. 15.

ſbat per Tyrum & Sydonem: quidam quoque Gentiles veniebant inter Iudæos ad eius prædicatio- E
Iohan.12 nem ſecundum quod in euang. Iohan. apoſtoli ſcribitur, q quidam gentilium qui ſimul aſcenderant
in Ieruſalem dixerunt ad Philippum, Domine, volumus Ieſum videre. Verum quoniam Chriſtus ra
ro & parum gentilibus prædicauit, & quod modicũ eſt pro nihilo reputatur ſecundum philoſophũ,
Mat.19. idcirco iſtis non obuiat quod Chriſtus aſſeruit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus
Iſrael. Ideo quod Chriſtus nunc dicit, pſalmum dicam tibi in gẽtibus, magis per diſcipulos q̃ per ſe-
Mat. 26. ipſum effecit. Illis enim quibus ante paſsionem dixit, In viam gentiũ ne abieritis· poſt reſurrectionẽ
Marc.16. locutus eſt, Prædicate euangeliũ omni creaturę. Et iterum, Euntes docete omnes gentes. Ideo autem
Mat.28 ò domine confitebor tibi. ❧ (13) QVONIAM magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua] hoc
eſt, quia miſericordiæ tuę effectus magnus factus eſt pertingendo à terra vſq; ad ciues cœleſtes, quo-
niam per gratiam tuam homines peccatores conuertuntur atque ad angelorum conſortium perdu-
Mat. 22 cuntur. In futura ſiquidem reſurrectione, nec nubent, neque nubentur, ſed erunt tanquam angeli dei
Lucæ. 20 [ET vſque ad nubes veritas tua] id eſt, veritatis & ſapientiæ tuæ illuminatio magna facta eſt pertin-
gens vſque ad ſanctos Apoſto. diuinique verbi prędicatores atque doctores, qui nomine nubium in-
telliguntur, quia à ſole iuſtitiæ & fonte ſapiẽtiæ domino Ieſu Chriſto prius ac plenius illuſtrati ſunt
quàm cæteri homines in terra morãtes, quemadmodum nubes aeris prius recipiunt radios ſolis quã
terra. Dicuntur quoque apoſto. & doctores nubes· quia de eis velut de nubibus deus tonat mandatis, F
Eſa.60. ſulgurat ſignis, & pluit ſalutaribus documentis. De his nanque ſcriptum eſt, Qui ſunt iſti qui vt no-
Eſa. 40. bes volant? Et rurſus, Aſſument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt: volabunt, & non de-
ficient. ❧ (14) EXALTARE ſuper cœlos deus] Verſus iſte qui iam videtur ſatis elucidatus repe
titur, propter ſententiæ ſuæ dignitatem, & quia Chriſti exaltatio omnium præcedentium actionum
& paſsionum eius finis cenſetur.

❧ EXPLANATIO tropologica ſeu moralis eiuſdem Pſalmi.

1.Re. 24 DEnique iuxta tropologicum ſenſum per Dauid fugientem à Saul in ſpeluncam, intelligitur
quilibet Chriſtianus à tentante ac perſequente mundo ſeu dæmone fugiens ad Chriſtum, at-
que in eius vulneribus ſe abſcondens, in quibus eſt omni fideli ſummum tutiſsimumq́ue refu
gium: iuxta illud, Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo, id eſt, accede ad Chriſtũ & in cor-
Eſa.2. pore eius propter te vulnerato teipſum abſconde. Vnde per Eſaiam iterum dominus ait, Vade po-
Eſa. 26. pule meus, intra cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te: abſcondere modicum ad momentum, donec
pertranſeat indignatio mea, id eſt, tempus perſecutionis præſentis. Eccleſia ergo ſeu quilibet Chri-
Iob.6. ſtianus qui per multas tribulationes tendit ad patriam illudque ſancti Iob penſat, Ecce non eſt auxi-
lium mihi in me, diuinam inuocet opem, & dicat, ❧ Miſerere mei, peccatoris viliſsimi deus piiſsi-
Apoca.3. me veniam conferendo: miſerere mei, gratiam infundendo qui ſum miſer & miſerabilis, pauper, cæ-
Gala.6. cus, & nudus, putans me aliquid eſſe cum nihil ſim: qui ad illorum pertineo numerũ, de quibus ſcri- G
Baruc.4. ptum eſt, Exacerbaſtis eũ qui fecit vos deum æternũ: qm̃ in te cõfidit anima mea, quia tu ſolus potes
Iob.14. facere mundũ de immundo, meq; ſaluare. Scio enim veraciter ſcriptũ, Maledictus qui confidit in ho
Ierem.17 mine, & ponit carnẽ brachium ſuũ, & à dño recedit cor eius. Nam de his qui in rebus creatis & bo-
Eſa.59. nis caducis ſpem ſuã conſtituunt, apud Eſaiam ſcriptũ eſt, Confidunt in nihili, & loquuntur vanita-
Amos. 6. tes. Et Amos propheta ait, Væ qui lætamini in nihili, qui dicitis, Nunquid non in fortitudine noſtra
aſſumpſimus nobis cornua? omnia enim creata per cõparationẽ ad deũ immenſum, ſunt velut nihilũ
Eſa.40 & inane ſecundũ quod per Eſa. dictum eſt de deo ſublimi & benedicto, Extendit velut nihilũ cœlos.
Ecce q̃ fructuoſus dulcis & ſalutaris eſt iſte verſiculus, quãque inceſſanter eſt nobis mente & ore re-
uoluendus. Dicamusq́ue eum cũ plena & amoroſa fiducia, quoniam quantũ adipiſci confidimus, tan
Pſalm.32 tum vtiq; recipiemus & exaudiemur, orantes, Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos, quemadmodum
ſperauimus in te. Et in vmbra alarum tuarũ, hoc eſt, in protectione tua, ſperabo donec tranſeat ini-
quitas. i. quãdiu in hac uita, in qua ſine peccato non viuitur, præſertim cũ iuſtus ſepties cadat in die,
Pſal.24 permanſero. Cum enim in medio laqueorũ poſiti ſimus, nunquã ſecuri eſſe debemus nec deſperare,
ſed ſub diuinæ pietatis alis indeſinenter noſipſos ſtatuere atque in domino deo, ſicut in patre indul-
gentiſsimo & affectuoſiſsimo ſemper ſperare. Clamabo, non tam alta voce, quæ ingenti affectu, ad H
deum altiſsimum, die & nocte eius gratiam inuocando, deum qui benefecit mihi, multa beneficia cõ
ferendo videlicet dona naturæ, & munera gratię: & quia hucuſque benefecit mihi, confido quòd de
cætero quoque benefaciat mihi. Deinde beneficia eius plenius enarrãtur. Nam, Miſit, deus pater, de
cœlo, vnigenitum filium ſuum, & liberauit me, pater per filium, ſeu filius per paſsionem & ſanguinẽ
Eſa.16 ſuum de originali peccato & morte æterna. Hoc eſt quod Eſa. precabatur, Emitte agnum dñe dña-
Eſa.45. torem terrę, de petra deſerti ad montẽ filiæ Sion. Et rurſus, Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iu
ſtum, aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Quæ omnia impleta eſſe oſtendit ſacratiſsimus Euan-
1.Iohã. 4 gel. Iohan. In hoc (inquiens) apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit
1.Pet.1. deus in mundum, vt viuamus per eũ. Propter quod & Petrus ſcribit, Non corruptibilibus auro vel
argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati Chri-
Exod.15. ſti: dedit in opprobrium conculcantes me, hoc eſt, filius dei mundi ſaluator pro me deiecit, & expu-
Marc.3. gnauit aduerſarios meos, vtpote mundũ atq; diabolum. Ipſe enim, ſicut in euangelio ſcriptũ eſt, For
tem armatum, id eſt, dęmonem ligauit & vaſa eius. i. peccatores de manu eius diripuit. Propter quod
Iohan.12 paſsione inſtante Chriſtus dixit, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, id eſt, de mentibus ho-
Iohan.16 minum expelletur. Quod autẽ Chriſtus vicerit mundũ, conſtat ex eo quod ipſe ait diſcip. In mundo
preſſurã habebitis, ſed cõfidite ego vici mundũ. Chriſtus nanq; ſua conuerſatione ac paſsione gratiã

A nobis promeruit formámq; mõſtrauit vincendi omnia delectabilia & terribilia mundi,ita quòd nec
proſpera ſeculi nos delectent,nec aduerſa deterreant.ſed Chriſti in omnibus imitantes veſtigia gra- Eſa.30.
diamur regia via,de qua ſcriptum eſt,Hęc via,ambulate in ea,& neque ad dexteram neq; ad ſiniſtrã.
Miſit deus miſericordiã ſuam & veritatem ſuam,hoc eſt,filiũ ſuum,qui dicitur miſericordia dei,quã-
tum ad gentiles,quibus ſola miſericordia datus eſt,& veritas,quantum ad Iudæos,quibus ex promiſ
ſione eſt datus ſicq; ratio quædam iuſtitiæ conſideratur in hoc quòd ad Iudæos deſcendit. Vel ſic,Mi
ſit deus miſericordiam ſuam,id eſt gratiam copioſam infudit hominibus,maxime tempore euangeli-
cæ legis & veritatem ſuam.i.ſicut in veteri lege prædixit,ita per Chriſtum impleuit,ſecundum quod
ſcriptum eſt,Lex per Moſen data eſt,gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt : & eripuit deus Iohan.1.
pater per filium ſuum dilectum , animam meam de medio catulorum leonum,id eſt,de exercitu dæ-
monum,de quorũ vnoquoq; Petrus diſſeruit,Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens cir- 1.Pet. 5.
cuit,quærens quem deuoret. Dum enim à peccatis eripimur,de medio dæmonum liberamur, cũ idẽ
ſit,eſſe ſeruum peccati & dæmonis.Chriſtus autẽ ab omni nos labe peccati redemit:iuxta illud,Do- Eſa.53.
minus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Dormiui cõturbatus.i.antequam gratiam Chriſti
recepi,peccatis ſubiacui,interiúsq; inordinatus fui,quod ad mortis pertinet ſomnium. Propter quod
taliter dormienti,videlicet in vitiis permanẽti clamat Apoſt.Surge qui dormis,& exurge à mortuis,
B & illuminabit te Chriſtus.Huius autem verſiculi ſenſum Chriſtus apud Oſee pulchre inducit,dicẽ- Ephe.6.
do,De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos. Filii hominum,eccleſiam perſequentium, Oſee.1.
iuſtis detrahentium,ſeu falſe docentium,dẽtes eorum,id eſt maligni ſermones,ſunt arma,quibus ele-
ctos impugnant,& ſagittæ quibus eorum famam denigrant,& animas lędere cupiunt,& lingua eo-
rum.i.peruerſa doctrina,gladius acutus,vſque ad interiora pertingens,animã à deo ſeparans,eámq;
ſpiritualiter occidens.Nam teſte Apoſt.Sermo talis vt cancer ſerpit. Exaltare ſuper cælos deus.i.ab 2.Tim.2
omnibus cæleſtibus ciuibus exalteris ac honoreris.Quod dicit eccleſia,non orando,ſed diuinæ bea-
titudini congratulando,ſuum affectum beatis conformando,& in omni terra gloria tua.Gloria pro-
prie dicitur clara cum laude notitia.Orat ergo vir iuſtus vt deus ab vniuerſis in terra clare per fidẽ
agnoſcatur,atque per charitatem laudetur,quod tempore Chriſti præcipue adimpletũ videtur,pro- Eſa.11.
ut apud Eſaiam legitur,Repleta eſt terra ſcientia domini.Laqueũ parauerunt pedibus meis,hoc eſt,
quod Chriſtus diſcipulis & in corũ perſona toti eccleſiæ ait,Si me perſequuti ſunt,& vos perſequẽ- Iohã.15.
tur,quia non eſt ſeruus maior domino ſuo.Inuiſibiles etiam hoſtes.Laqueum,id eſt deceptiones pa-
rant pedibus noſtris.i.operibus & deſideriis noſtris. Vadit enim diabolus & aſſumit ſeptem ſpiritus Luc.11.
nequiores ſe,qui ſi intromittantur,habitant in corde humano:& incuruauerunt,à via iuſtitiæ,animã
meam. Vel,ſaltem conati ſunt eam incuruare à recto dei itinere. Vel,incuruauerunt.i.tribulauerunt, 1.Cor.4.
C ſicut teſtatur Apoſtolus,Deiicimur,ſed non perimus, Foderunt ante faciem meam foueam.i.aperte
inſidiati ſunt mihi,& contumeliis atq; iniuriis affecerunt me,& inciderũt in eam,id eſt,ſeipſos in fo-
ueam culpæ,mortémque animæ præcipitauerunt.Omnia enim,etiam dura & mala cooperãtur ele- Rom.8.
ctis in bonum,ſed iniqui eos perſequẽtes ſibimetipſis nocent & damnationem lacus infernalis acqui
runt.Paratum cor meum deus,paratum cor meum.Hoc eſt,quod quotidie in oratione dominica di- Matth.6.
cimus,Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Vnde ait Apoſtolus,Non ex triſtitia aut neceſsita- 2. Cor.9
te. Hilarem enim datorem diligit deus.Hanc ſanctam cordis parationẽ facit propriæ voluntatis ab-
negatio,obedientia vera,& charitas feruida.Studeamus ergo chariſsimi cor paratum habere ad vni-
uerſa agenda ac patienda quæ deo ſunt placita,nec aliquid nobis cõtingens moleſte feramus,ſed di-
uinæ voluntati nos pure & integre offeramus,commendemus,& relinquamus,nec poſsumus deum
amplius venerari quàm ita,imo quo iſtud perfectius agimus, eo magis meremur deo chariores atq;
in omni virtute perfectiores efficimur.Implemus enim quod Apoſtolus ad Romanos tradidit,Pro- Rom.12.
betis quæ ſit voluntas dei bona,beneplacens & perfecta.Exurge gloria mea,id eſt,anima mea ima-
gine trinitatis inſignita:exurge inquã à lecto,à peccato,à torpore,& omni ignauia , & age quod ad- Thren.2
monet Ieremias,Conſurge,lauda in nocte,in principio vigiliarum,& effunde ſicut aquam cor tuum
ante conſpectum domini dei tui.Eſaias quoque,Excutere,inquit,de puluere,conſurge,ſede Ieruſalẽ, Eſa.52.
D id eſt anima ſancta.Primo enim oportet vt anima ab inferioribus & terrenis ſe rebus excutiat,dein-
de ad cæleſtia ac ſumma conſurgat,ſicq; in quiete contemplationis reſideat. Vel,Exurge gloria mea,
id eſt,omnis gloriatio mea in deum aſcende,vt in meipſo non glorier,ſed acquieſcam Apoſtolo ad- 1.Cor.1.
monenti,Qui gloriatur,in domino glorietur. Vnde & apud prophetam Eſa.legimus. Addent mites 2.Cor.11
in domino lętitiam,& pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt . Vel,Exurge gloria mea,id eſt Eſa.29.
gratia mihi collata,omniſque habitualis perfectio mihi diuinitus in baptiſmo infuſa,ſeu poſtmodum
data in actum procede & efficaciter operare,quemadmodum iubet Apoſtolus, Noli negligere gra- 1. Tim. 4
tiam quæ data eſt tibi:exurge pſalterium,id eſt,laus pſalmodiæ excitetur in me,& cithara,id eſt ope-
ratio coram deo ſuauis atq; ſonora,vt eſt exercitatio pietatis ad omnia vtilis,exurgã ab imperfectio-
ne ad vitam perfectiorem,diluculo,id eſt,cum ſplendor gratiæ tuæ ô domine radiauerit in me.Et ad Ibidem.
literam conſurgendum eſt diluculo ad laudandum altiſsimũ iuxta illud,Iuſtus cor ſuum tradet ad vi-
gilandum diluculo ad dominum.Et illud,Anima mea deſiderauit te in nocte : ſed & ſpiritu meo in Eccl.3,9
præcordiis meis,de mane vigilabo ad te.Confitebor tibi in populis domine,id eſt,in medio fratrum Eſa.26.
ac proximorũ atque fidelium te laudabo,ſicut ait Apoſtolus, Vnanimes vno ore honorificetis deũ,
& pſalmum dicam tibi in gentibus,laudem tuam eis narrando,& de earum conuerſione tibi regratiã Rom.15.
do,ipſas quoque ad tua præconia incitando.Cætera ex præcedenti patent expoſitione.Ecce pſalmũ
vere ſuauẽ,nobilem,& ignitum audiuimus,cuius virtutem guſtat ardens amator,ac purus laudator.

Conformemus igitur vitam nostram sensui huius psalmi, vt vere nobis in eo cōscripta cōueniāt, nec E
Iob.17. vnquam ab alis diuinæ defensionis anima nostra recedat, dicens deo cum sancto Iob, Pone me iuxta
te & cuiusuis manus pugnet contra me.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LVII.

### ℭExpositio Tituli.

EST denique titulus psalmi huius, In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione. Omnia tituli huius verba in titulo psalmi præcedentis continentur, taliterque vt ibi exposita sunt, intelliguntur. Christus ergo Iudæos incredulos increpans, ait,

PRECATIO.

*Da nobis quæsumus domine deus vere iustitiam tuam semper loqui, diligere, & sectari: & qui vile & reprobum efficis preciosum, fac nos iniquitates in terra non operari, ut ope miserationis tuæ iustificati, saluandis in iudicio iustis possimus aggregari.*

### ℭExpositio psalmi iuxta sensum literalem.

SIVERE vtique iustitiam loquimini] id est, si veraciter legem atq; prophetas F
Matt.23. legitis, intelligitis, & laudatis, & si (vt dicitis) Christum veraciter expectatis, &
Matt.22. desideratis, si quoq; ex animo me Rabbi nominatis, & viam dei in veritate do
cere asseritis, tunc [RECTE iudicate] id est, ex lege & prophetis, me esse regem Messiam, aduertite, atq; discernite ô vos Iudæi qui estis secundum carnis originem, non autem secundum dei imitationem [FILII hominum] id est rationabiliter in hoc mundo conuersatorum, scilicet prophetarū ac patriarcha-
Iohan.7. rum. Ad rectum vero iudicium hortatur Christus Iudæos in euangelio dicēs,
Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudiciū iudicate. Sed vos ô Iudæi erronee iudicatis, cuius ratio subditur. ℭ (2) ℭ ETENIM in corde iniquitates operamini in terra] id est, dolos & ma
Marc.2. la contra me cogitatis, meq; persequi & occidere proponitis. Vnde apud Marc. scriptum est, Cogni
Matt.23. to Iesus spiritu suo, quòd ista cogitarent apud se, dixit, Quid cogitatis ista in cordibus vestris? Et rur
Iohan.8. sus ait ad eos, Intus pleni estis hypocrisi & iniquitate. Et alibi, Nunc autem quæritis me occidere hominem, qui veritatem loquor vobis [INIVSTITIAS] id est, opera mala [MANVS vestræ concinnant] congregant & accumulant, quia quod corde concepistis, ad effectum perducitis, me persequendo, obseruando, deridendo, & occidendo. ℭ (3) ALIENATI sunt peccatores à vulua] id G
est, prædicti Iudæi ab ipso natiuitatis exordio à deo auersi sunt, non ꝙ statim nati peccauerunt, sed quia peccare præuisi sunt, & ad mortem præsciti, & prius odio habiti, quàm nati, eo modo quo Ma-
Malac.1. lachias dicit, Esau odio habui. Secundum hunc sensum errauerunt ab vtero, quia præsciti erāt à deo,
Christum summam veritatem negaturi. Propterea Christus ad eos locutus est, Vos ex patre diabolo
Iohan.8. estis, & desideria eius vultis perficere: & ideo non auditis, quia ex deo non estis [LOCVTI sunt fal-
sa] quia me mendaciter accusauerunt, sicut de eis à Ierem. scribitur, Negauerunt dominum, & dixe-
Ierem.5. runt, Non est ipse. Et alibi, Ego, inquit, redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Vnde de
Osee.7. eis iterum scriptum est, Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctū Israel, abalienati sunt re-
Esaiæ.1. trorsum. ℭ (4) FVROR illis secundum similitudinem serpentis] Sicut enim serpens iratus venenum effundit & necat, sic Iudæi contra Christum furentes inuidię suę venenum euomebant, procurantes contra eum sententiam mortis eúmque crucifigentes. De hoc Iudęorum furore cōtra Chri
Gen. 49 stum patriarcha Iacob prædixisse videtur dum ait, Maledictus furor eorū, quia pertinax & indignatio, quia dura: quod licet ad literam contra Leui & Simeon dictum putetur, de sacerdotibus tamē & Pharisæis ex illorū stirpe progenitis vere accipitur [SICVT aspidis surdę & obturantis aures suas] id est, talis fuit Iudæorum malitia contra Christum, qualis est serpentis nequitia circa incantatorem. Quemadmodum enim aspis vnam aurem obstruit cauda, aliam terra, ne vocem incātātis percipiat,
Iohā.10. sic Iudæi aures suas clauserunt vnam per auaritiam, alteram per inuidiam, ne Christi & eius discipu
Luc.16. lorum prædicationem audirent. Propter quod scriptum est, Dicebāt ex Iudæis de Iesu, Dæmonium H
habet & insanit. Quid eum auditis? Et alibi, Audiebāt hæc Pharisæi & Scribæ qui erant auari & deridebāt eū. ℭ (5) QVAE] aspis, cui videlicet assimilātur Iudæi [NON exaudiet vocem incantan
Matth.3. tium, & veneficii incantantis sapienter] secundum suæ artis principia, non enim de cauerna sua egreditur. Hinc ergo Iudæi viperæ conformantur. Vnde Iohan. Baptista ait ad eos, Progenies viperarū,
Matt.23. quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Denique ipse Christus, Genimina, inquit, viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? ℭ (6) DEVS conteret dentes eorum in ore ipsorum] hoc est, malignitatem verborum quæ contra Christum dixerūt, retorquebit in eos, & proprio sermone mor
Matt.27. tem sibi acquirent, quemadmodum factum est, quando dixerunt, Sanguis eius super nos & super fi-
1. Thes.2 lios nostros. Extunc nanq; venit super eos ira dei vsque in finem, secundum Apost. [MOLAS leonū confringet dominus, id est, minas, verba & verbera ferocium Iudæorum Christo illata, dominus ci-
Lucæ. 28 to cessare fecit, Christum ad immortalem vitam resuscitās. Propter quod Christus in cœna dixit, Etenim quæ sunt de me, finem habent. ℭ (7) AD nihilum deuenient tanquam aqua decurrens] Iudæi enim increduli per Titum & Vespasianum destructi fuerunt, ipsi quoque spiritualiter ad nihilū deuenerunt, quoniam omnem gratiam & esse gratificum penitus amiserunt [INTENDIT arcum suum donec infirmentur] id est, deus præparauit arma exercitus Romanorum contra Iudæos, donec

A omnino debilitarentur,quemadmodũ Christus eis prædixit, Venient dies in te, & circundabunt te Lucæ.19
inimici tui vndiq;,& coangustabunt te,& ad terram prosternent te. ❨(8) SICVT cera quę fluit,
auferentur] Iudæi enim de terra sua subito & improuise sublati sunt. Auferentur quoque in die iudi-
cii à regione viuorum,nuncq; auferuntur quotidie à grege fidelium atque consortio electorum [SV-
PERCECIDIT ignis,& non viderunt solem.] Solet in scriptura per ignem quælibet magna tri-
bulatio designari. Est igitur sensus super infideles Iudæos venit & irruit tribulatio maxima à Roma-
nis,propter peccatum in Christum commissum, nec tamen ex hoc perpendebant se talia pati pro-
pter Christi occisionem,nec agnouerunt per pœnas solem iustitiæ, Christum,sed in tenebris infide-
litatis manserunt & indurati sunt,secundum quod Esaias testatur, Populus non est reuersus ad per- Esa.9.
cutientem se,& dominũ non exquisierũt. Et per Amos dominus ait, Percussi vos,& nec sic estis re- Amos.4.
uersi ad me. ❨(9) PRIVSQVAM] ô increduli Iudæi [INTELLIGERENT spinæ vestræ].i.
pœnæ vobis inflictæ,& conscientiarum vestrarum remorsus [RAMNVM] id est,dæmonem vos ad
mala incitantem,seu dæmonum suggestiones & vitia,propter quæ ista patiebamini [SICVT viuen
tes,sic in ira absorbet eos] id est, quemadmodum viuentes iniqui,qui se diu victuros arbitrantur, sed
subito moriuntur,& sicut iratus repente absorbet eum cui irascitur : sic deus absorbet, absorpsit,&
absorbebit vos. Iam enim ostensum est,quam multipliciter perierunt,& quomodo ad nihilum reda-
B cti dicũtur. Vnde de finali hac Iudæorum deiectione dominus per Amos prophetam dicit, Venit fi- Amos.8.
nis super populum meum Israel non adiiciam vltra vt pertranseam eos. Conuenienter autem per
ramnum intelliguntur,diabolus,concupiscentia seu peccatum. Ramnus nãq; est herba in principio
mollis,cum autem creuerit & matura facta fuerit,durissime pũgit,quoniam acutissimos aculeos tũc
acquirit,ita diaboli,concupiscentiæ,atq; peccata in principio delectabilia offerunt,& tanquam mol-
lis herba dulcia ingerunt,sed consentientem ad amarissimas pœnas perducunt. ❨(10) LAETA-
BITVR iustus cum viderit vindictam] non vtique zelo vindictæ,sed iustitiæ amore. Quemadmo-
dum enim,sicut scriptum est,Deus mortem non fecit,in quantum est mors,nec directe eam intẽdit, Sap.1.
nec lætatur in perditione seu pœna viuorum,in quantum est quoddam malum, sed in quãtum est iu
stitiæ effectus. Iuxta propheticum, Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis Esa.1.
meis,ait dominus. Et alibi, Complebo furorem meum,& requiescere faciam indignationem meam, Ezec.4.
& consolabor. Simili modo homo iustus lætatur,dum videt vindictam iniuriæ non sibi,sed deo illa-
tæ,in quantum vindicta est quoddã bonum diuinæ iustitiæ,non in quantum est proximorum perdi-
tio. Quanuis autem iustus de vindicta malorum lætetur in hoc mundo,in quantum vindicta huius-
modi est pro vtilitate ecclesiæ,vel ampliori pereuntium commodo: tamen in die iudicii magis læta-
bitur de vltione diuina atq; in patria inæternum,quoniam tunc perfecte conformabitur, & insepara
C biliter vnietur æquitati diuinæ,placebitque ei plenissime quicquid concordat diuinæ iustitiæ. Hinc
enim in libro Iob legitur, Videbunt iusti,& lætabuntur,& innocens subsannabit iniquos. Et alio in Iob.22.
loco, Animæ interfectorum clamabant voce magna, Vsquequo domine sanctus & verus,non vindi- Apoc.6.
cas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Porro ob hoc non debemus absolute impiorum
vindictam appetere,nisi forte vt in præsenti seculo corrigantur,ne in futuro damnentur, aut vt mi-
tius crucientur,quemadmodum de quodam peccatore scribit Apostolus, Tradidi huiusmodi Satanæ 1.Cor.5.
in interitum carnis,videlicet vt ab ecclesia excommunicetur,vt spiritus saluus fiat in die domini. In
primitiua enim ecclesia excommunicati sensibiliter torquebãtur,aut etiam occidebantur à dæmone,
propter fidei confirmationem [MANVS suas lauabit] id est,iustus operationes suas purgabit [IN
sanguine peccatoris] id est,ex consideratione miseriæ atque pœnarum peccatori inflictarum. Ex hac
enim consideratione propriam imperfectionem deplangit,timoratus & cautior redditur. Nam felix
quem aliena damna faciunt peritum. Propterea Salomon asserit, Pestilente flagellato stultus.i.pecca- Prou.19.
tor,sapientior erit. Hinc quoque de diabolo ad beatum Iob dicitur, Cum sublatus fuerit timebũt an- Iob.42.
geli,& territi purgabuntur. ❨(11) ET dicit homo] sapiens in corde suo [SI vtique est fructus iu
sto] id est,si bene agenti restat merces à deo [VTIQVE est deus iudicans] iudicio damnationis, &
reprobationis [EOS] videlicet peccatores [IN terra] id est,in corpore,quia proiiciet corpus eorũ,
D & animam in gehennam. Vel in terra,quia in valle Iosaphat omnes diiudicabuntur. Vel,in terra,in
qua modo morantur,quoniam impiorũ damnatio iam inchoatur,& in futuro completur. Nũc enim
priuãtur lumine gratiæ,& in futuro lumine gloriæ. Spiritualiter vero applicari hæc possunt ad Chri
stum,vt sit sensus, Lætabitur iustus,id est populus Christianus,cum viderit vindictam Iudæorũ Chri
stum negantium:manus suas lauabit in sanguine peccatoris,quia ex consideratione reprobationis Iu
dæorum perfectius Christo adhæret populus in Christum efficaciter credens. Et dicet homo,si vti- Ierem.2.
que est fructus iusto,ad Christum conuerso,tunc sequitur,quòd,vtique est deus iudicãs eos,puta Iu-
dęos incredulos,in terra promissionis,in qua iudicauit eos, & reprobauit tradens eos in manus ad-
uersariorum suorum. Vnde dominus plebi huic, Ego,inquit,iudicio contendam tecum, eo quod dixe Ierem.10
ris, Non peccaui. Et rursus, Iuxta desiderium meum corripiam eos. Postremo quod dictum est de ho
mine iusto,manus suas lauabit in sanguine peccatoris,aliter potest intelligi,ita vt conueniat beatis in
patria,eritque sensus;manus suas,id est actiones suæ beatissimæ vitæ lauabit,non ab immunditia cul
pæ,sed aqua consolationis & irrigatione lætitiæ,in sanguine peccatoris. Beati enim ex contempla-
tione pœnæ reproborum multipliciter gaudẽt. Primo,quoniam dei iniuria vindicatur. Secũdo,quo-
niam ordo iustitiæ obseruatur. Tertio,quia sapientia dei in toto vniuerso nil inordinatum relinquit.
Quarto,eo quod ipsi tanta pericula euaserunt.

❧ Declaratio Tropologica eiusdem psalmi, in persona ecclesiæ ad quoslibet peccatores impœnitentes. E

SAncta ergo ecclesia egreferens regnum sponsi sui diminui, per hoc quod impii vel verbis, vel factis negant Christũ suum saluatorem ac iudicem ad perseuerantes in malo, sic ait, Si vere vtique iustitiam loquimini, i. si vita vestra sermonibus vestris concordat, & Christum, quem labiis confitemini vere mundi Saluatorẽ arbitramini, & si Christi doctrinam veram esse putatis, vt dicitis, tũc recte iudicate, ô filii hominũ, id est, inter summũ atque diuinum ac incommutabile bonũ, & inter bona creata, caduca, & inferiora bene discernite, auertẽdo corda vestra à vanis atq; illicitis rebus: & ad summum bonum vos totaliter & inauertibiliter conuertendo, illud amando, in ipso sperando, sem-
Matt.7. pérque finalem intentionem ad eius dilectionem, honorem, & gloriam referendo. Est autem quoddam iudicium quod nobis Christus prohibuit, Nolite iudicare, & non iudicabimini, scilicet ne alienum iudicemus, præsertim in dubiis rebus, & quæ in bonum accipi possunt. Nunc vero iubemur recte iudicare nosipsos, & nobis commissos, ac opera manifesta, & maxime, vt inter bonũ increatũ, & bona creata veraciter discernamus: quod fit per dona spiritus sancti, videlicet per dona scientiæ atq; consiliũ. Præterea ad recte & digne iudicandum multa exigũtur. Primo, vt ipse prælatus seu iudex iu-
Esa.56. ste viuat. Nam secundum philosophum, Iudex esse debet velut quædam viuens lex & animata iustitia, æquitatisque regula, quatenus nunquam à via æquitatis flectatur. Secũdo, vt ordinem iuris obser- F
Exod.24 uet, & secundum statuta iuris procedat. Vnde de ignorantibus, viámque iuris deserentibus, dominus ait, Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Vnusquisque in viam suam declinauit. Tertio ne cedac
Iob.29. multitudini aut clamori multorum: iuxta illud, Ne sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudi-
Act.10. cio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Quarto, vt causam bene requirat atq; discu-
Deut.1. tiat. Iuxta illud Iob, Causam quàm ignorabam, diligentissime inuestigabam. Quinto, vt nõ sit perso-
Eccle.7. narum acceptor, sicut in Deuter. dominus per Mosen ait, Ita paruũ audietis, vt magnum: pauperẽ audietis, vt diuitem. Sexto ne propter timorem à recto recedat iudicio. Propter quod in Eccle. dicitur,
Exod. 23 Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute erumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Septimo, Ne plus debito compatiatur, secundum quod scriptum est, Pauperis non misereberis in iudicio. Octauo, vt auaritiam oderit, & dona contemnat, quia subuertunt verba iustorum. Nono, ne aliquas preces in præiudicium alterius partis recipiat. Decimo autem, & maxime opus est, vt amorẽ priuatum & odium penitus derelinquat. Amor enim & odium peruertunt omne iudicium. Vnde secundum philosophum, homo non est bonus iudex sui ipsius, quia nimis amat seipsum, nec hostis sui, quoniam odit eum, sed vos ô filii hominum, non humane, sed irrationabiliter cõuersantes, non recte iudicatis, cuius ratio est. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. i. in proposito & cordis ve- G
2.Pet.3. stri affectu, inutilia & nociua atque prohibita cogitatis, & operari intenditis. Corde enim malum cõ-
Matth.5. cipere cum consensu, apud deum pro opere reputatur. Operamini autem hæc mala, in terra, corporis vestri, quia secundum carnem ambulatis, & concupiscentias eius perficere desideratis, & sicut mi-
Mich.2. tes possident terram corporis sui, sic vos à terra corporis vestri possidemini. Vnde de vobis scriptũ
Eccl.3. est, Væ qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus vestris: iniustitias manus vestræ con-
Esaiæ.5. cinnant, quemadmodum in Ecclesiastico dicitur, Peccator adiiciet ad peccandum. Nam, vt ait etiam Esaias propheta, Trahitis iniquitatem velut longam restem. Cum enim deberet peccator, quotidie commissa mala deflere, non solum non deflet, sed iniquitatem velut fasciculum colligit. Idcirco Apo-
Rom.2. stolus ad Romanos terribiliter loquitur homini tali, An diuitias bonitatis dei & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ iusti iudicii dei. Quicunq; igitur corde malis consentiunt, aut illicita operantur, non uere, sed falsè & nequiter iudicant, quia &
Amos.6. si ore vera pronunciant, tamen operibus contradicunt. Nam & secundum philosophum, nullus est
Esa.5. prudens, nisi virtuosus, iudicare autem est actus prudentiæ. Propterea de peccatoribus scriptum est, Væ qui conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium. Quod planius dicitur, & quasi exponitur alibi, dicente sancto propheta Esaia, Væ qui dicitis malum bonum, & bonũ malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarũ. Alie-
Iohan.21 nati sunt peccatores à vulua. Sensus huius versiculi ex præcedenti expositione innotescit. Pensandũ H
tamen, quod sæpe sermo ipse sine præiudicio veritatis videtur modum excedere, quoniam ipse qui loquitur nouit quousque credatur. Fit autem hoc quatenus aliquid seriosius ac euidẽtius insinuetur, & hoc modo in euangelio legitur, Multa alia fecit Iesus, quæ si scribantur, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Sic quoque nũc dicitur, Alienati sunt peccatores à vulua:
Eccle.8. errauerunt ab vtero. Non quòd ante vsum rationis peccauerint, & ab exordio natiuitatis indesinenter errauerint, sed ista dicuntur ad designandum quàm perseueranter & pertinaciter multi peccatores deum offendant. De quibus Salomon dicit, Absque vllo timore filii hominum perpetrant mala.
Iob.31. Per modum quoque oppositum iusti dicuntur ad deum conuersi à vulua, & in virtute esse ab vtero, vel propter electionem diuinam, vel bonam inclinationem ad virtutes, vel propter fortem ac stabilẽ adhæsionem, qua deo cohærent, & ita sanctus Iob ait, Ab infantia mecũ creuit miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Furor illis secundum similitudinem serpentis. Quemadmodum enim serpens homini inimicatur, eúmq; veneno inficit & occidit: sic homines pestilentes ac impii proximos suos verbis furiosis veneno iræ inflammant, malis exemplis inficiunt, & vel adulando, vel comminando, vel alio modo seducendo occidunt. Propter quod Moses, Recedite, inquit, à tabernaculis
Num.16. hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ: sicut

A aspidis surdæ & obturantis aures suas. Omnis qui verbum dei contemnit, & pium informatorem aut increpatorem repellit, assimilatur aspidi aures obturanti. De talibus ait Saluator, Sermo meus nō ca Iohan. 8.
pit in vobis. Nō ergo claudamus aures nostras verbo salutis, increpationibus vitæ, ac salutari doctri næ. Beati enim qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. Scimus quoque quoniam qui ex deo est, Luc. 11.
verbum dei audit. De peccatore autem verbum dei negligente, scriptum est, Omnis qui facit pecca- Iohan. 8.
tum, ex diabolo est, & nō cognouit deum. Istud ergo est signum prædestinationis & gratiæ, affectuo- 1. Iohā. 3.
se & libenter audire verbum dei. Propter quod de reprobis alio loco scriptū est, Ipsi de mundo sunt, 1. Iohā. 4
& de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Vnde Iohannes Bapt. testatur, Qui de terra est de ter- Iohan. 3.
ra loquitur. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, id est superbos, impiosq; sermones malorū damnabit, ab effectu impediet & retundet, quemadmodum superbissimo regi Assyriorum prædixit, Cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in narib. tuis, Esa. 37.
& frenum in maxillis tuis. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrēs. Peccatum nihil est, & qui peccat, incessabiliter perit, & à deo pro nihilo reputatur, ac spernitur, quia ab omni esse diuino gratioso & meritorio euacuatur. Propter quod in lib. Sap. reprobi dicunt, Nos nati continuo desiuimus Sapien. 5
esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Quemadmodum igitur aqua decurrens mox defluit, nec apparet, sic peccatores quotidie de-
B fluunt, & in hora mortis damnantur, atque in extremo iudicio cum anima & corpore pereuntes, ab omni beato esse annihilabuntur: intendit arcum suum donec infirmentur, hoc est, comminationes & pœnas deus iniquis parauit, donec à fortitudine peccandi deficiant, æternásque inferni miserias inci dant. Vnde dominus præuaricatoribus horribiliter per prophetam comminatur & dicit, Ecce ego Amos. 2.
stridebo super vos sicut stridet plaustrum onustum fœno, & peribit fuga à veloce, & fortis non salua bit animam suam. Sicut cera quæ fluit auferentur. Hoc inferius euidentius ita inducitur, Sicut fluit ce Psal. 67.
ra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Quemadmodū enim calor ignis ceram resoluit & destruit, sic ira diuinæ iustitiæ peccatores à præsenti vita tollit, atque à futura vita beata repellit, sicq; vtrobiq; auferuntur, & spiritualiter corrumpuntur. Propterea dominus ait apud Osē. Occurram eis Osee. 13.
quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora corū, & consumam eos vt leo. Nā & peccatores pec cando merētur abbreuiationem vitæ præsentis, quemadmodum diuiti auaro dominus ait, Stulte, hac Eue. 13.
nocte animam tuam repetunt à te. Et Salom. Non sit (inquit) bonum impio, nec prolongentur dies Eccle. 8.
eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent faciem domini, supercecidit ignis, & non viderunt so lem. i. ignis infernalis cadet super iniquos, & deum non videbunt, quia nec sapientia, nec sciētia, nec Eccle. 9.
opes nec ratio erunt apud inferos. Vel, supercecidit ignis, id est, calor libidinis, passionúmq; feruor, vt sunt, inflammatio iræ, æstus auaritiæ, flamma inuidiæ ceciderunt super peccatores, qui facta carnis
C modo non mortificant, nec sensualitatem rationi subiiciunt, & non viderunt solem, id est, Christum solem iustitiæ, veritatis, & sapientiæ, non considerauerunt, nec eius præceptis obtemperauerunt, qm̄ ignis passionum istarum rationem obtenebrat, charitatem extinguit & gratiam fugat. Ideo sero fatē- tur, Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus no Sapien. 5
bis. Vel supercecidit ignis, id est tribulatio irruit super malignos in seculo isto. Peccatori enim dedit deus afflictionem & curam superfluam: & non viderunt solem, id est, non pœnituerunt neque ad deū Eccle. 2.
conuersi sunt, sed impatientes effecti sunt, & obstinati, quemadmodum in Apoc. legitur, Blasphema- Apoc. 19
uerunt deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis, vt darent gloriam deo. Priusquam intelligerent spinæ vestræ ramnum, id est antequam vermis consciē- tiæ vestræ, & punitiones inordinationis internæ pensarent enormitatem peccati, ac grauitatem tor- Matt. 26.
menti vobis in inferno parati, sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos, id est deus vos subito tollet, op primet, & damnabit, sicut tolluntur à seculo isto viuentes, qui diu viuere æstimant, sed improuise de- cedunt. Quanuis enim iniusti remorsum conscientiæ habeant interiorisq; inordinationis punctiōes persentiant, quoniam animus inordinatus sibiipsi est pœna. Nolunt tamen ex hoc vitæ suæ prauita- tem aduertere, neq; futura tormenta prospicere: ideo deus eos imparatos inueniens, subito absorbet eos, & damnat, sicut iam patuit. Hic autē versiculus in præcedenti expositione plenius elucidatus est.
D Cætera quoq; iam omissa illic plene exposita sunt. Omnino ergo curemus iuste iudicare, recte discer nere, & vitam ac mores iusto iudicio subiugare, cōformare, atque secundum diuinæ legis tenorem di rigere, agnoscentes certissime, quoniam erit merces operi nostro, nec impii iustas pœnas euadēt. Vn de Salomon contestatur, Peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego 2. Par. 15.
cognoui quod erit bonum timentibus deum, qui quærunt faciem eius. Eccle. 8.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LVIII.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

Assignatur præterea psalmo iam explanando hic titulus, In finem ne corrumpas Dauid in ti- tuli inscriptione, quando misit Saul & custodiuit domum eius, vt interficeret cum. 1. lib. Reg. legitur, quod Dauid coram Saul psallente, nisus est ipse Saul percutere lancea sanctū Dauid, 1. Re. 18.
qui fugit ad domum suam. Saul vero satellites suos misit, faciens nocte illa custodiri domum Dauid, quatenus mane facto, Dauid comprehenderetur, & occideretur, sed Micol filia Saul annūciauit hoc viro suo, eúmq; in sporta deposuit, & ita Dauid euasit. Huius igitur saluationis occasione edidit Da- uid hunc psalmum, quem multi ad literam exponunt de Dauid, applicando literam pr̨esentis psalm. 1. Re. 19.
ad prædictam historiam. Quod quanuis aliquo modo fieri possit, tamen vt in processu patebit, mul-

ta in hoc psal. habentur, quæ de Dauid valde improprie exponuntur. Conuenientius ergo & verius E
exponitur de significato per rem gestā quàm de ipsa re. Dauid enim figura est Christi, domus quoq;
Dauid significat Christi sepulchrum, Saul autem regnum Iudæorum. Est igitur tituli sensus, In finē,
id est iste psalmus in Christum nos erigens, agit, vel scriptus est, ne disperdas Dauid, id est, ne Chri-
sti honorem aut regnū, quod est ecclesia, diminuas, in tituli inscriptione, verbis vel actibus malis, ne-
Matt.27. gando Christum esse verum saluatorem, quando misit Saul, id est, regnum Iudæorum, & custodiuit
Ierem.11. domum eius, quia Iudæi miserunt milites Christi sepulchrum custodientes, signantes lapidem cū cu-
stodibus, vt interficerent eum, id est, Iudæi igitur custodiri fecerunt Christi sepulchrum, quatenus no
men atque memoriam eius delerent, quemadmodum apud Ieremiam ex eorum persona inducitur,
Psal.40. Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra. Vnde superius quoq; Chri
stus dixit, Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomē eius? Itaq; Christus ad-
huc passibilis, & passioni iam proximus, ad immortalem vitam resuscitari desiderans, deprecatur.

PRECATIO,

*Visita nos domine gratuito benignitatis munere, & esto refugium nobis in die tribulationis eripiens nos ab insurgē-
tibus inimicis nostris, ut ab omnibus subducti hostium incursibus, tibi adiutori modo indefessi psallamus.* F

❡ EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

Iohan.9. ERIPE me de inimicis meis] mihi inuidētibus, detrahētib. & mala parātibus,
puta Iudæis, de quib⁹ in Euāg. dicitur, Iam enim cōspirauerāt Iudæi, vt si quis
Iohā.18. confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret, [ET ab insurgentibus
in me] id est, à cohorte & tribuno ac ministris Iudæorū, qui accesserunt & in-
iecerunt manus in Iesum, & comprehenderunt & ligauerunt eum [LIBERA
me] per celerem resurrectionem, ne in morte vltra triduum detinear.
❡ (2) ERIPE me de operantibus iniquitatem] id est, à Iudæis qui tota no
Luc.22. cte me affligebant, vt in Luca habetur, Viri qui tenebant illū, illudebant ei, cę-
dentes eum, & velauerunt eum, & percusserunt faciem eius, & expuerunt in eū [ET de viris sangui-
num salua me] id est, ab his qui in die parasceues vel lingua, vel manu persecuti sunt me vsque ad san
Matt.27. guinis effusionem & mortem, corpus meum lacerando flagellis, caput perforādo spinis, manns ac pe
des confodiendo grauibus clauis. Ab his Christus eripi & saluari precatur, non vt hæc non patiatur,
Iohā.17. sed vt statim à morte suscitetur, in mundo clarificetur, & corpore glorificetur. Quamobrē ait ad pa- G
Iohā.12. trem, Pater venit hora, clarifica filium tuū. Alibi quoque, Pater, inquit, saluifica me ex hac hora. Me-
rito autem ô pater æterne hæc oro. ❡ (3) QVIA ecce ceperunt] prædicti Iudæi, præsidisq; mi-
nistri [ANIMAM meam] id est, vitam meam corporalem, vt eam extinguant. Vel animam meam. i.
Iohan.1. meipsum, vt me interficiant. Sæpe enim per partem in scripturis totum signatur, vt ibi, Verbum ca-
ro factum est. Ecce istud ad literam non conuenit proprie ipsi Dauid. Nunquam enim à Saul & eius
fautoribus captus fuit, nec capi præualuit [IRRVERVNT in me] Christum filium tuum, sanctum
& innocentem [FORTES] in malo, videlicet principes sacerdotum, Pilatus condemnans, & Hero
Psal.68. des deridens. ❡ (4) NEQVE iniquitas mea] contra deum [NEQVE peccatum meum] contra
Iohā.10. proximum [NOMINE] deus, id est, nulla mea culpa merui ista pati, sed quæ non rapui exoluebā, &
Esa.53. pro peccato totius mundi hæc pertuli, vt scriptum est, Animam meam pono pro ouibus meis. Vnde
Psal.18. Esaias ait, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum [SINE iniquitate cucurri] per viam
Iohā.14. mandatorum tuorum & seculi huius campum: sicut superius dictum est, Exultauit vt gigas ad currē-
dam viam mandatorum tuorum. Vnde Christus testatur, Sicut mādatum dedit mihi pater, sic facio.
[ET direxi] totam conuersationem meam humanam in hoc mundo secundum voluntatem diuinam
nec vnquam in aliquo aberraui. Istud quoque satis improprie conuenit Dauid, quanuis enim à Sau-
1.Iohā.2. le occidi non meruit, non tamen penitus sine iniquitate cucurrit & direxit. Si enim dixerimus, quia
Iob.15. peccatū non habemus nosipsos seducimus. Et nemo mundus à sorde nec infans, cuius est vita vnius
Eccle.7. diei. Propter quod Salomon asserit, Non est homo super terram qui faciat bonū & non peccet. Nec H
videtur quod Dauid in tantum seipsum iustificare præsumpserit ante deum. ❡ (5) EXVRGE in
occursum meum] hoc est, tu domine pater mihi ad locum Caluariæ exeunti, & propriis humeris cru
cem baiulanti, occurre, id est, per modū exurgentis & occurrentis te habe, meæ humanitati in omni-
bus assistendo, cooperando, & succurrendo. Tota enim efficacia meriti humanitatis Christi, erat ex
virtute diuina. Animæ quoque meæ de corpore emigranti, & limbum intranti, & vna cum corpore
cælos ascendenti, occurrere, eam in omnibus deducendo & amplectendo. Hoc enim Christus orauit
Luc.23. dicendo, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, [ET vide] oculo pietatis atque iustitiæ,
quanta pro tuo honore ac mundi redemptione sustineo: hocq; videndo, da mihi præmium acciden-
tale, detentis in limbo præmium essentiale, & totum mundum ad rectam fidem conuerte [ET tu do
mine] vniuersorum [DEVS virtutum,] cælestium, scilicet angelorum [DEVS Israel] id est, spūaliū
Gene.32 hominum te per fidem contemplantium, qui ad literam specialiter eras deus sancti Iacob, qui dictus
est Israel, & populi Iudæorum, qui sæpe in scriptura Israel nominatur. ❡ (6) INTENDE ad vi
sitandas omnes gentes] Visitatio dei in sacra scriptura interdum in bono accipitur, scilicet pro mise-
Lucæ.1. ratione & subuentione diuina, quemadmodum in Luca habetur, Per viscera misericordiæ dei nostri,
in quibus visitauit nos. Interdum autem accipitur in malo, videlicet pro vltione diuina, secūdū quod

A per Sophoniã dominus ait, Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur. Sic quoque accipitur Sopho.1.
apud Esaiam vbi legitur de dæmonibus & damnatis. Congregabuntur congregatione vnius fascis in Esa.24.
lacum, & claudentur in carcere, & post dies multos visitabuntur. Origenes autem putauit visitatio-
nem hoc loco sumi in bono: propterea dixit omnes damnatos tandem saluandos. Secũdum duplicẽ
igitur hanc visitationem exponi potest dupliciter locus iste. Primo sic, Intende (ô domine) ad visitan
das omnes gentes, id est, peccatores gentiliter conuersantes, iusto tuo iudicio visita, subtrahendo eis
gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, atque vtrobique debitas eis pœnas infligendo. Ideo sequi-
tur [NON miserearis omnibus qui operantur iniquitatem] quod dicitur magis prænunciãdo quàm
imprecando, nisi intelligatur de perseuerantibus in peccato, propriúmq; affectum conformando di-
uinæ iustitiæ. Nec tamen sic intelligi debet, quasi deus nullo modo misereatur damnatis: quia in præ-
senti citra condignum relinquuntur, eo quod angeli eorum à multis malis ipsos auertant. In futuro
quoque citra condignum puniuntur. Sed deus dicitur eis nõ misereri, quia nõ saluat eos finaliter, &
quoniam magis ac euidentius relucet in eis diuina iustitia quàm misericordia, & sic Iac. ait, Iudicium Iacob.2.
sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Secundo exponitur sic, Intende ad visitandas
omnes gentes, ita vt eas per gratiam tuam illumines, ad fidem cõuertas, super semitas iustitiæ ducas
quatenus omnes benedicantur in Christo secundũ quod Abrahæ in Gen. sæpe promittitur, In semi- Gen.23.
B ne tuo benedicentur omnes gentes, non miserearis omnibus qui operãtur iniquitatem, id est in præ-
senti vita eis non parcas, sed argue & castiga, núncq; vlciscere ne postmodum grauius vlciscaris.

¶ (7) CONVERTENTVR ad vesperam] Istud quoque dupliciter explanatur: Primo, de gen-
tilibus. Conuertentur ad vesperam, hoc est, gentiles ad Christum conuertentur in sexta ætate ac vlti-
ma secundum quod Iohannes in sua Canon. ait, Nouissima hora est. Et Paulus, Nos sumus in quos 1.Iohã.2
fines seculorũ deuenerunt [ET famem patientur vt canes] id est, iustitiam esurient ac sitient, deique 1.Co.10.
verbum auide audient, sicut in Act. Apostolorum de Thess. Lucas commemorat, Hi sunt qui cum o-
mni auiditate receperunt verbum dei, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent [ET cir- Act.17.
cuibunt ciuitatem] id est, militantẽ ecclesiam, quatenus à prædicatoribus audiãt verbum salutis quod
optant. De hac gentium conuersione & fame Amos inquit, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & mit Amos.8.
tam famem super terram: non famẽ panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum dei: & commoue-
buntur à mari vsque ad mare, id est, circuibunt ecclesiam quæ per orbem terrarum longe ac late ex-
tenditur. ¶ (8) ECCE loquentur in ore suo] hoc est, gentes ad fidem conuersæ non solum cor-
de, sed etiam ore Christi mirabilia dicent, laudes diuinas cantabunt, deúmque verbo & opere auda- Rom.10.
cter & publice confitebuntur: sicut ait Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit
ad salutem [ET gladius in labiis eorum] id est, prædicatio Euang. erit in ore ipsorũ. Hæc enim præ-
C dicatio gladius dicitur: iuxta illud Apostoli, Et gladium spiritus quod est verbum dei. Et in Esa. Chri Ephe.6.
stus de deo patre loquens, Posuit (inquit) os meum quasi gladium acutum. Prædicatores enim verba Esa.49.
instar ensis acuta loquuntur mundum terribiliter increpando [QVONIAM quis audiuit?] .i. quo- Matt.20.
niam pauci sunt qui fide & moribus Euang. Christi obediunt. Multi enim sunt vocati, pauci vero ele Esa.49.
cti. Vnde Esaias dicit, Domine quis credidit auditui nostro? ¶ (9) ET tu domine] iuste, iudex,
deus omnipotens, sanctus & verax [DERIDEBIS eos] id est, vocatos & multos Christi Euãg. ver
bo aut opere contradicentes [AD nihilum deduces omnes gentes,] id est, gentiliter conuersantes o-
mni spirituali & meritorio esse eas priuando finalitérque damnando atque pro nihilo reputando. Se
cundo exponitur de Iudæis hoc modo, Conuertentur ad vesperam, id est, in fine mundi, & termino
huius vltimæ ætatis conuertentur ad Christum, quemadmodum in Osee legitur prophetatum, Dies Osee.3.
multos sedebunt filii Israel sine rege & principe, & sine sacrificio, altari & sine Ephoth, & sine Te-
raphin: & post hæc conuertentur & quærent dominum deum suum & Dauid regem suum .i. Messiã
vt omnes exponunt, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Tunc quip- Ezec.34
pe implebitur quod in Ezech. prædictum est, Saluabo gregem meũ ait dominus: & seruus meus Da- Rom.11.
uid, id est, Christus, princeps eorum. Vnde ait & Apostolus, Cum plenitudo gentium intrauerit, o- Matth.11
mnis Israel saluus fiet. Nec dissonat quod Christus in Euãg. protestatur, Elias cum venerit, restituet
D omnia. Et rursus, Fiet vnus pastor & vnum ouile. Ad prædicationem nanque Eliæ conuertentur Iu- Iohã.10.
dæi, secundum quod per Malach. dominus ait Iudæis, Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbyten an- Malac.4
tequam veniat dies domini magnus & horribilis, & famem patientur vt canes, quoniam tunc Iudæi
auidissime audient verbum dei, & circuibunt ciuitatem, id est ecclesiam Christi ex gentibus congre-
tam, quam modo contemnunt, tunc reuerenter atque fideliter visitabunt, quatenus informationem
Euang. legis acquirant. Ecce loquentur in ore suo. Versus iste ita conueniet Iudæis, tunc conuerten-
dis, sicut iam declaratus est conuenire gentibus ad fidem conuersis, potest tamen exponi de Iudæis,
qui Christum præsentem spreuerunt & occiderunt. Vt sit sensus, Ecce Iudæi tempore Christi loquẽ
tur in ore suo detractiones & crimina atq; blasphemias contra Christũ, & gladius, id est sermo per-
secutionis & mortis sententiam deprecans in labiis eorum: dixerunt enim coram Pilato, Nos legem Iohã.19.
habemus & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit: quoniam quis audiuit? hoc est, Iudæi
inter se tractabant se velle ista scelera Christo obiicere, atque has pœnas ei inferre, quia putabant cõ
silium suum Christum latere, nec aliquem alium ipsorum malignitatem aduertere. Volebãt enim eũ
sine præsentia turbæ occidere. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo, Matt.26.
& tu domine deridebis eos, dando eos in manus Romanorum, & in hora mortis ipsorũ irrisisti eos.
In finali quoque iudicio ipsos irridebis, ostendendo eos errasse, & irrisione dignos existere, sicut su- Psalm.2.
perius dictũ est, Qui habitat in cælis irridebit eos. In lib. Prouerbiorum quo legitur, Ego in interitu Prouer.1.

vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis quod timebatis euenerit. ℂ (10) FORTITVDINEM E
meam ad te custodiam] Hæc sunt verba Christi ad patrem quibus cõcordat quod ipse in Euang. te-
Iohan. 5. statur, Non potest filius à se quicquam facere, nisi quod viderit patrem facientem. Et iterum, Nõ pos
sum ego à meipso facere quicquam. Est igitur sensus, Totam meam virtutem, perfectionem atq; po-
tentiam ad te, hoc est, ad tuum honorem, & laudem ô pater custodiam, id est obseruabo & ordinabo,
ne aliquo modo aberrem aliquid mihi ascribendo, cum totum à te receperim. Non solum autem re-
fert Christus ad patrem totam suam virtutem creatam fortitudinémq; humanam, sed etiam diuinam
Iohã. 10. & increatam, profitendo se illam quoque recepisse à patre. Propter quod dicit, Pater quod dedit mi-
Eodem. hi, maius omnibus est, id est diuina essentia quã à patre accepi, per hoc enim probat se esse verũ deũ.
Nam subdit, Ego & pater vnum sumus. Increatam autem suam virtutem retulit Christus ad patrẽ,
tanquam ad originem nõ sicut ad finem. Vel sic, Fortitudinem meam, qua aduersarios meos possem
subito variisq; tormentis destruere, deiicere atq; occidere, ad te custodiam, hoc est, secundũ volunta-
tem tuam ô deus pater restringam & differam, nec statim vlciscar meipsum, sed tempus pœnitentiæ
Matt. 26. ipsis concedam. Hinc enim ait Petro, An putas, quia non possum rogare patrẽ, & exhibebit mihi mo
do plusquam duodecim legiones angelorum? Nam & cum solo verbo, passione instante, hostes suos
Iohã. 18. prostrauisset, dicendo, Ego sum, fortitudinem suam cõpescuit, eosq; surgere fecit [QVIA deus susce
ptor meus] id est, verbum dei humanitatẽ meam ad suam personalitatem assumpsit. Deus quoq; tri- F
nitas susceptor est Christi hominis, quoniam omnes eius preces exaudiuit, resurgentem, & ascenden
Esa. 45. tem accepit, atque ad dexteram suam collocauit. Vnde deus pater de Christo per Esaiã ait, Ecce ser-
uus meus suscipiam eum [DEVS meus misericordia eius præueniet me.] Nullam vnquam creaturã
imo nec omnes simul deus tam gratiose misericorditérq; præuenit vt Christum hominẽ. Sola enim
benignitate & gratia dei assumpta est Christi humana natura à verbo. Non enim præcesserant me-
rita, sed in eodem instãti est creata & deo vnita. ℂ (11) DEVS ostẽdit mihi super inimicos meos]
hoc est, mihi homini reuelauit de ipsis Iudæis, quod sequitur [NE occidas eos] id est, noli, ô Christe
fili dilecte crucifixores tuos, eorúmque posteros penitus eradicare de terra, sed ora pro eis in bono,
Luc. 23. dicendo, Pater ignosce illis. Nec omnes interficiantur, sed quidam eorum remaneant in memoriam
ac testimonium euangelicæ veritatis, ideo subiungit [NEQVANDO obliuiscantur populi mei] id est
ne aliquando Christiani me & legem meam tradant obliuioni non credendo quod fuerint aliquãdo
Iudæi, qui tantum scelus perpetrare præsumpserint, sed videndo Iudæos inter se commorari incessa-
biliter sint memores mei, elicientes etiam fidei suæ argumẽtum ex repulsa dispersione ac derelictio-
ne Iudæorum. Ecce ex his trahitur ratio cur Iudæi non sint occidẽdi, nisi speciali peccato meruerint.
Deinde Christus ait ad patrem. ℂ (12) DISPERGE illos] per totum mundum, vt sint vagi in G
Osee. 9. nationibus, sicut per Osee prædictum est. [IN virtute tua] omnipotente, per quam tibi omnia facilia
sunt, per quam etiam contulisti Romanis potentiam dispergendi Iudæos [ET depone eos] à prospe-
ritate & gloria tẽporali, à regno, à sacerdotio, omniq; honore legis paternæ [PROTECTOR meus]
id est meæ humanitatis domine pater, depone (inquam) non ignoscendo, sed ab effectu impediendo.
ℂ (13) DELICTVM oris eorum] hoc est [SERMONEM labiorum ipsorum] quo dixerunt co-
Iohã. 18. ram Pilato, Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eũ. Et alibi, Domine recordati sumus,
Matt. 27. quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam [ET comprehẽdantur in superbia sua]
Iohan. 8. id est, in peccato suo moriantur, secundum quod Christus dixit Iudæis, In peccato vestro moriemi-
ni: quod Christus dicit potius prænunciando quàm imprecando. Vel comprehendantur, id est obsi-
deantur, concludantur, & capiantur in ciuitate Ierusalem ab exercitu Romanorum, sicut & Christus
Luc. 19. prædixit. Vel comprehendantur in superbia sua, id est, confundantur à Christi apostolis, verbis atq;
miraculis Christi resurrectionem docentibus, demonstrantibus, ac palam probantibus. ℂ (14) ET
Matth. 11 de execratione] id est, abominatione, qua Christo detraxerunt, eúmq; spreuerunt, dicẽtes, Homo vo
Matt. 27. rax, amicus publicanorum [ET mendacio] quod contra Christum locuti sunt, dicendo, Seducit tur
bam: & quod discipuli furati essent eum de monumẽto [ANNVNCIABVNTVR] id est, redarguẽ-
tur, à iudice Christo [IN consummatione] id est, in fine mundi iudicioq; finali. De qua consumma-
Matth. 13 tione Christus in Euang dicit, Sic erit in consummatione seculi. Tunc enim videbunt in quem pupu
Apoc. 1. gerunt. Vnde clarius subdit [IN ira consummationis] id est, in diuina vltione & increpatione quæ H
Matt. 25. erit in die iudicii redarguentur à Christo, quia tunc dicet eis, Ite maledicti in ignem æternũ [ET nõ
Esa. 10. erunt] in numero electorum neque in gloria: iuxta illud, Tollatur impius ne videat gloriam dei. Tũc
enim in æternum peribunt. ℂ (15) ET scient] in die nouissimo per experientiam pœnæ, & per
corporalem Christi intuitum [QVIA deus] id est, Christus [DOMINABITVR Iacob] id est, ve-
ro Israeli, videlicet populo Iudæorum in Iesum Christum credenti [ET finium terræ] id est omniũ
gentium in ipsum credentium. Horum enim post finale iudiciũ dominabitur Christus deus in triũ-
phanti ecclesia, sicut & nunc dominatur vniuersorũ fidelium in ecclesia militanti. ℂ (15) CON-
VERTENTVR ad vesperã] Iste versus iam semel expositus est, quem modo resumit propheta ad
consolandum seipsum super interitu populi sui. Consolans ergo seipsum, insinuat, quod reliquiæ sal-
Rom. 9. uæ fient, quemadmodum Esaias & Paulus testantur, Si fuerit (inquiunt) semen filiorum Israel, sicut
Esa. 10. arena maris, reliquiæ saluabuntur. ℂ (17) IPSI dispergentur ad manducandum] id est Iudæi in
fine seculi conuertendi circũquaq; ibunt ad homines virtuosos, vt panem vitæ & intellectus acqui-
rant, cognoscendo & obseruando Christi doctrinam: sicq; obedientiæ cibum manducent. de quo as-
Iohan. 4. serit Christus, Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei [SI vero non fuerint saturati] pane
prædicto, id est, iustitia quam maxime desiderabunt, tunc [ET murmurabunt] non contra deum sed

A contra ſeipſos redarguentes ſe,quod tam ſero cõuerſi ſunt,nec iuxta deſiderium ſuum proficere poſ-
ſunt. Vel,diſpergentur ad manducandum corpus & ſanguinem Chriſti : quæ vtique tunc deuotiſſi-
me ſument,ſicut pleniſſime credent,imo deuotiſſime ſacramentum altaris percipient, ſicut primiti-
ua eccleſia quæ(vt Luc.affirmat) perſeuerauit in communione fractionis panis:ſi vero nõ fuerint ſa- Act. 2.
turati,gratia ſacramentali,videlicet effectibus huius ſuperdigniſſimi ſacramenti, & murmurabũt,ſe-
cundum intellectum inductum. ❡ (18) EGO autem(ô deus) cantabo ſortitudinem tuam]hoc eſt
laudabo coram diſcipulis meis tuam potentiam qua me reſuſcitaſti à mortuis [ET exultabo] id eſt,
exultanter gaudioſeq; proferam & annunciabo [MANE] prima ſabbati,quando Mariæ Magda.ap Mar.16.
parui [MISERICORDIAM tuam]hoc eſt,gratiam qua me tam celeriter reſuſcitaſti,& quàm de-
tentis in limbo vniuerſoq; mundo per me dare dignatus es.Chriſtus enim poſt reſurrectionẽ dei po-
tentiam prædicauit,quando (vt Luc.commemorat) per quadraginta dies apparens diſcipulis loque-
batur eis de regno,Non eſt,inquiens,veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua Act.1.
poteſtate.Exultauit quoq; mane.i.tempore euangelicæ legis & gratiæ miſericordiã dei,quãdo diſci-
pulis dixit,Quicunq; crediderit & baptizatus fuerit,ſaluus erit.Atque iterũ, Accipite ſpiritum ſan- Marc.16.
ctum quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis. ❡ (19) QVIA factus es]ô deus pater[SVSCE- Iohã.20.
B PTOR meus]ſecundum ſenſum iam dictũ [ET refugiũ meum in die tribulationis meæ] hoc eſt,to-
to tempore conuerſationis meæ in mũdo,quæ tribulationibus plena fuit. Nã & paſſiõe inſtãte Chri Lucæ. 22
ſtus ad patrẽ confugit orans,& dicens,Mi pater,ſi vis,transfer calicem iſtum à me.Moriens quoque Pſal.30.
clamauit,Pater,in manus tuas cõmendo ſpiritum meum.Et iſtud cõueniebat Chriſto inquantũ erat Luc. 23.
paſſibilis & aliquo modo viator. ❡ (20) ADIVTOR meus tibi pſallam ] Deus Chriſti hominis Eſaię. 50
adiutor fuit in omnib. Iuxta illud Eſaiæ prophetæ, Dominus deus auxiliator meus,ideo nõ ſum con Iohã.14.
fuſus.Et in euangelio dixit,Pater in me manẽs,ipſe facit opera. Huic adiutori Chriſtus per ſeipſum,
& fideles pſallit verbis & operibus ipſum laudando [QVIA deus ſuſceptor meus es,deus meus mi-
ſericordia mea] Chriſtus vt homo vocat deum miſericordiam ſuam , non quia pœnã aut culpã pro- Pſal.20.
priã ſibi indulſit,ſed quia tã gratioſiſſime ipſum in omni benedictione dulcedinis pręuenit & adim-
pleuit ac per hoc ab omni pctõ præſeruauit.Incõparabili enim gratia animã eius impleuit faciẽs eam
diuinæ eſſentiæ cõtemplatricẽ per ſpeciẽ excellentiſſimo modo à primo ſuæ creationis exordio.

❡EXPOSITIO tropologica ſiue moralis eiuſdem pſalmi.

MOraliter inſuper conuenit Pſalmus iſte eccleſiæ Chriſti tribulatæ,& vnicuique Chriſtiano af-
flicto.Fidelis ergo tentationibus,variiſq; aduerſis circũdatus totis medullis proclamet ad deũ.
C Eripe me de inimicis meis deus meus,id eſt ab inuidentibus atque occulte & induſtrioſe mihi noce-
re ſtudentibus,erue me. Hoc autem ad inuiſibiles hoſtes maxime pertinet. Vnde vehemẽter egemus
adiutorio dei,id eſt diſcretione ſpirituum,ſeu illuminatione ſpiritus ſancti ad cognoſcendum inſidias
dæmonis,quatenus cum Apoſtolo dicere valeamus,Non ignoramus cogitationes eius & ab inſurgẽ 2.Cor.2.
tibus in me,id eſt à manifeſtis inuaſoribus ac perſecutoribus libera me , ne animam meam ad impa-
tientiam aut alia vitia pertrahant,ne damna aut vulnera amplius inferãt,quàm animę expedit.Hinc
enim Apoſtolus diſcipulos deprecatur,Rogate vt liberemur à malis & im portunis hominibus.Eri- 2.Theſ.2
pe me de operantibus iniquitatem,id eſt,ab omni male viuenti?quanuis non ſit æmulus meus: imo à
familiaribus,propinquis,vicinis,& fratribus , malam vitam ducentibus , maxime erui indigemus,
ne cum peruerſis peruertamur,ne ipſis in malo conſentiamus,ne propinquitas naturæ , loci & con- Pſal.17.
uictus , fiat occaſio imitationis peruerſæ : & de viris ſanguinum , qui affectu & opere proximos ſu-
os occidunt in carne aut corde.Qui enim alium ad mortale peccatum inducit, ſpiritualiter eum occi
dit.Omnis quoque qui fratrem ſuum odit,homicida eſt . Ab his domine ſalua me,ne ſim ſimilis eis. 1.Iohã.3.
Denique primus verſus hoc modo conuenienter exponitur , Eripe me de inimicis meis deus meus,
id eſt à malis habitibus ſeu conſuetudinibus vitioſis intus latentibus,& quodammodo quieſcentibus,
redime me per gratiam talia funditus ex corde meo eradicando,oppoſitoſque virtutum habitus in-
ſerendo:& ab inſurgentibus in me,hoc eſt,actualibus viriis à paſſionibus impetuoſis,à motibus inor
dinatis,libera me,quatenus per gratiam tuam huiuſmodi ſtatim adiiciam,vincam,atque de die in diẽ
D minus ac rarius ſentiam.Quia ecce,ô domine,prædicti aduerſarii, ceperunt animam meam.i.vincu- Iohã.13.
lis peccatorum eam vinxerunt in peccati conſenſum eam trahendo. Vel,ceperunt,id eſt obſederunt,
inuaſerunt,& capere tentauerunt animam meam,inſidiantes ſaluti mentis aut corporis ſoſpitati.Vn
dique nanq; anima noſtra hoſtibus circunuallatur,id eſt,impugnationibus mundi,carnis, & dæmo-
nis:irruerunt in me fortes,aduerſarii,ſcilicet dæmones,mundi potentes,aut vitia in me radicata, vel
ad quæ ex natura procliuus ſum.Hi quotidie irruunt in nos,conantes ſubuertere animas noſtras.Id-
circo inceſſanter clamandum eſt nobis ad dominum.Neque iniquitas mea, neq; peccatum meũ do- Matth.5.
mine,hoc eſt,nulla culpa merui pati iſta flagella.Hoc prohdolor pauciſſimis conuenit,illis videlicet Iob.16.
qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,qui dicere poſſunt cum S.Iob , Hæc paſſus ſum ſine 1.Cor.4.
iniquitate manus meæ,cum mundas haberem ad deum preces,hi ſcilicet quibus pro bonis mala red- 1.Re.24.
duntur,qui cũ Apoſtolo dicere queũt,Maledicimur & benedicimus . Talis quoq; fuit beatiſſ.Dauid 1.Re.26.
editor Pſalmi pręſentis,qui cũ multa bona feciſſet Sauli,grauiſſimã pſecutionẽ patiebatur ab eo,ſi-
ne iniquitate cucurri & direxi.Hoc nulli pręter Chriſtũ eiuſq; glorioſam genitricẽ abſolute cõueni-
re videtur,niſi taliter exponatur,ſine iniquitate.i.ſine pctõ mortali,cucurri viã huius exilii vel mãda
torũ, & direxi opera mea,cogitatiões,ac verba ſecũdũ diuinæ legis pręcepta.Vel,ſine iniqtate cucur
ri.i.in peccatis nõ perſeueraui & de venialib.quotidie ſatisfeci.Sic enim Apoſt.ait,Nihil mihi cõſci 1.Cor.4.
ſum.Et Iob,Neq; reprehẽdit me cor meũ in omni vita mea,vc3,quo ad pctã mortalia:ſine venialib. Iob.27.

nanq; non fuit. Solent autem interdum homines sancti propriam perfectionem sine omni superbia E
enarrare, & cõfiteri propter rationabiles causas, scilicet ad honorem dei, ad proximi ædificationem,
Esa.38. aut vt sibi faciant supplicandi fiduciam, vel spiritus pusillanimitatem expellant. Vnde piissimus regũ
4.Re.20 Ezechias pro magna causa oraturus sic ait, Memento domine quomodo ambulauerim coram te in
2.Par.32 veritate & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis feci. Ierem. quoque de seipso ad nostram
Ierem.15 informationem ait, Non sedi in consilio ludentium, & diem hominis non cõcupiui. Exurge in occur
sum meũ.i.in omni euentu, causa, opere, atq; negotio, mihi ô domine approxima, pręsensq; esto, ostẽ
de te mihi, & suscipe me. Occurre ergo non locum mutãdo, cum tu sis incircũscriptibilis atq; immo-
bilis, sed opem & gratiam impendendo, quia tu solus seruare me potes. Occursus autem dei quãdoq;
in malo accipitur. s. pro residentia & vltione qua deus peccatoris voluntatẽ ab opere impedit, punit,
Osee.13. ac dãnat, secundũ quod dñs de peccatoribus protestatur, Occurrã eis quasi vrsa raptis catulis. Inter-
Gen.24. dum vero in bono accipitur, sicut iam dictũ est. Sicq; puer Abrahæ, Domine, inquit, obsecro, occur-
re hodie mihi, & fac misericordiã. Nos igitur cõsiderãtes, quia adiutorio dei indesinẽter in omni ne-
gotio indigemus, semper dicamus, Exurge in occursum meũ domine. Sed vt huius precis sortiamur
Amos. 4 effectum, agamus quod Amos scribit, Præparare in occursum dei tui.i.fac quod in te est, & para te-
Ierem.30 ipsum, vt dignus efficiaris obuiatione diuina. Hinc etiam per Ierem. dominus ait, Quis est iste qui ap
plicet cor tuum, vt appropinquet mihi? & vide.i.ô dñe clemẽter considera quãta mihi instent discri- F
mina, quantũ indigeo gratia tua, quàm affectuose & confidenter te inuoco. Cõuertentur ad vesperã:
hoc dicere potest mater ecclesia de his qui nec in adolescentia, neq; in iuuentute obedire volunt ex-
hortationibus sanctis. De talibus nanq; desperandũ nõ est, quia fortassis in tertia vigilia seu vndeci-
ma hora conuertentur, & famẽ iustitiæ patientur vt canes, tam cupide proficiendo vt mane conuer-
Matt.20. sos præcedant, fiantq; nouissimi primi & primi nouissimi. Fortitudinẽ meã ad te custodiam, id est, to
Iob.6. tam potestatem, virtutem, & gratiam meam tibi attribuam, dicendo cum sancto Iob, Ecce non est au
1.Co.15. xilium mihi in me. Et cum Apostolo, Gratia dei sum id quod sum. Confiteborq; verum esse quod tu
Osee.13. domine per prophetam sanctum dicis, Perditio tua Israel ex te, in me tantummodo auxilium tuũ. Si
Ierem.16 ergo fortitudinem tibi diuinitus præstitam optas seruare, non perdere, omne quod es, potes, & agis,
deo ascribe, dicq; illud, Domine fortitudo mea, & refugium meum, & robur meum: quia deus susce-
ptor meus. Deus dei filius susceptor est nostræ naturæ in incarnatione, & deus trinitas susceptor no
strorum desideriorum in oratione, nostræ pœnitentię in iustificatione, nostri obsequii in sua pietate,
nostræ animæ in glorificatione, nostriq; corporis in resuscitatione: imo benignissimus dominus deus
noster incessanter paratus est nos in brachiis suæ paternæ dilectionis recipere, confouere, protegere,
atque saluare, sicut per quendam prophetam animæ peccatrici dicit, Tu fornicata es cum amatorib⁹
Ierem.3. multis: tamen reuertere ad me, & non auertam faciem meam. Et iterũ, Noluisti erubescere, ergo sal-
Eodem. tem amodo voca me, pater meus es tu. Et per Ezech. dicitur, Quacũque hora peccator ingemuerit, G
Ezec.18. omnium iniquitatũ eius nõ recordabor amplius: deus meus misericordia eius præueniet me. Hoc est
Psalm.9. verbum bonę fiduciæ, estq; implicite feruens oratio. Hoc enim dicit fidelis, non pręsumendo, sed spe
rando, ac desiderando. Desiderium enim pauperũ exaudiuit dominus, etiã antequã in formalem aut
vocalem orationẽ erũpat. Nisi autem misericordia dei nos præueniret, salui fieri non possemus, quo-
niam gratiã primã nullus de condigno meretur: oportet ergo vt gratia dei nos præueniat, conseruet,
Iohan.15 perducat, perficiat. Ideo enim Christus, Sine me (inquit) nihil potestis facere. Deus ostendit mihi su-
per inimicos meos ne occidas eos. Hoc dicit Ecclesia sicut & Christus de Iudæis inter Christianos
morantibus, quos non occidit propter rationem in præcedẽti explanatione expositam. Potest quoq;
intelligi de omnibus hostibus, vt sit sensus, Deus ostendit mihi super inimicos meos, hoc est, Christ⁹
præcepit mihi de aduersariis meis, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.i.ne proximi
scandalizentur in vestra vindicta, imitentúrque opera vestra, & obliuiscantur mea præcepta quibus
Matth.5. præcepi, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et, Orate pro persequentibus &
calumniantibus vobis. Hoc ergo agens ecclesia orat, Disperge illos in virtute tua, hoc est, à malitia
Iob.14. separa eos, qui solus potes facere mundũ de immũdo, & depone eos à malo proposito, depone quo-
que.i.indulge & dele delictum oris eorum, videlicet sermonem illicitũ labiorũ ipsorũ quo vel in te, H
vel in proximum peccauerunt, & comprehendantur in superbia sua, id est per flagella tuæ paternæ
correctionis coartetur ac restringatur eorum superbia, quatenus humiliati per pœnas cessent à vita
superba. Et de execratione, qua iustos abominati sunt, & viam dei spreuerunt, & mendacio annuncia
buntur, id est accusabuntur & redarguẽtur à prædicatoribus Christi in seculo isto quotidie, quorum
officium est errantes instruere, peccatores arguere, nullíusq; peccata palpare. annunciabũtur autem
in consummatione, id est in doctrina eos perficiente, vel ad hoc vt consummentur in bono, in ira cõ
summationis, id est, in increpatione charitatiua ad consummationem virtuosam tendente. Ex chari-
tate enim procedit ira per zelum, qua prædicatores & iusti impios arguunt & castigant, quemadmo
Tit.1. dum Apostolus ait, Dure increpa illos, & non erunt.i.peccatores post annunciationem & consum-
2.Cor.5. mationem prædictam, non erunt tales quales ante fuerunt: relinquent enim seipsos, & viuent iam nõ
Prou.12. ipsi, sed Christus in eis. Vnde Salomon admonet, Verte impios & non erunt. Et scient per experiẽ-
tiam misericordię dei sibi exhibitę, quia deus dñabitur Iacob.i. supplãtatorib. vitiorũ, videlicet iustis,
& finiũ terræ.i.etiam vitiosis, dummodo velint ad ipsum cõuerti. Sic enim regnabit in eis per fidem
& gratiam, faciens eos sibi famulos efficaces. Ego autem ô deus cãtabo fortitudinem tuam.i. laudabo
potentiam tuam circa me, qua me de ore diaboli eruisti, ex impio iustificasti, ad vitam laudabilẽ per-
Iob.9. duxisti. Laudabo quoque omnipotentiam tuam, quam parcendo maxime & miserando manifestas,

A qua cælum & terram creasti, conseruas, gubernas, per quam facis magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero, & exultabo, id est, hilariter pronunciabo mane.i.cito & in principio, scilicet antequam in aliis occuper, secundum quod à Matthæo scriptum est, Primum quęrite regnum dei. Vel Matth.6.
mane.i.gratia tua veniente, ac radiante in me, misericordiã tuam.i.teipsum misericorde ac misericordiæ tuæ effectum, confitendo beneficia tua mihi clemẽter collata, quemadmodum Raphael angelus Tob.12.
iubet, Benedicite deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Quia factus es sine tui mutatione susceptor meus, conuertendo cor meum ad te. Fit enim deus susceptor noster alterando cor nostrũ per gratiã suam, non mutãdo seipsum, & refugium meum in die tribulationis meæ, quia dedisti mihi gratiam hanc, per quam in omni necessitate ad tuã pietatęm confugio. Adiutor meus tibi psallam.i.laude operosa.s.vita & voce te laudabo, quia deus susceptor meus es, propterea te satis laudare non valeo, deus meus misericordia mea. Cur nõ potius miserator meus, nisi φ tãta tamq; inæstimabilis, ineffabilis ac infinita est misericordia dei super nos, vt aptius dicatur in abstracto nostra misericordia, quàm in concreto miserator noster? Sic enim dicere solemus de eo quẽ ardẽter amamus, Tu es amor meus. Itaq; tu dñe deus meus, misericordia mea: diffiniant seu describant te alii sicut volunt, ego cõuenientius te describere nequeo, quàm deus meus,
B misericordia mea. Dicat Aristoteles, Deus est act⁹ purus: dicat Plato, Deus est per se bonũ: dicat Aui Aristot.
cenna, Deus est bonitas pura: ego in ęternum dicturus sum, Deus meus, misericordia mea. Tua enim Plato.
bonitate creatus sum, tua incarnatione deificatus, tua cõuersatione sanctificatus, tua passiõe redẽptus Auicẽna.
tua ascensione glorificatus. Præterea quoties in psalmo isto tam inclyto iam dictũ est, deus meus & susceptor meus, & nõne deus omnium cælestiũ, terrestriũ & infernorum deus existit? Cur ergo deus meus? Nõ est hoc omniũ dicere deus meus. Deus enim à causalitate & prouidẽtia nomẽ accepit. Nos quoq; illud deum vniuscuiusq; vocamus, quod summe ab eo amatur & colitur. Ideo enim gulosorum deus venter est, auarorum aurum. Ille igitur vere ac proprie dicere potest deus meus, qui ipsum sin- Philip.3.
gulariter colit & feruide diligit, de quo etiã deus specialem prouidentiam habet, ipsum præseruando à malis, & promouendo in bonis. Hinc enim magnus ille atq; diuinus Areopagita Dionysius absolute dicere non præsumpsit: deus meus, sed ita in libris suis scripsit: deus, & si fas est dicere, meus. Totũ igitur affectũ nostrum cõgregemus & stabiliamus in deo, nil prorsus amãtes in creaturis, nisi in ipso, & propter ipsum. Ipsum vero finaliter, pure & propter se diligamus, quia in ipso est omnium bonorum, pulchrorum ac desiderabilium plenitudo simpliciter infinita.

## C COMMENTARIVS IN PSAL. LIX.

### EXPOSITIO Tituli.

HVius psalmi titulus est, In finem pro his qui cõmutabuntur in tituli inscriptione Dauid in doctrina, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia. Iuxta intellectũ literalem sensus tituli huius dependet ex historiis librorum Reg. & Paralipomenon. Ad literã enim fecit Dauid hunc psalmũ 2.Re.10.
de statu & regno Israel, eius miserias deplangendo, eiusq; reparationem deprecando. Legitur enim 1.Par.8.
2 Regum lib. quemadmodum Amon filius Nathas regis Amonitarũ cõtumeliã intulit seruis Dauid, 2.Re.10.
quo facto times ipsum Dauid, cõduxit sibi in adiutoriũ quosdã de Mesopotamia, & quosdã de Syria ac aliis locis, qui omnes victi sunt à populo Dauid. Est igitur sensus tituli, Psalmus iste in finẽ.s. Christũ nos dirigẽs, qui est finis totius diuinæ scripturæ, scriptus est ad literã pro his qui cõmutabuntur in tituli inscriptione Dauid.i. pro populo Israel, qui tenuit Dauid pro rege suo à deo electo, sicut & titu 2.Reg.5.
lus dicit, quia deus per Samuelem prædixit Dauid debere esse & nominari regem Israel, Psalmus, di- 2.Reg.8.
co scriptus ea occasione, cum Dauid succẽdit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, sicut historiæ prædictæ plenius pandunt, & conuertit Ioab.i. aciem direxit, & percussit Edom.i. Idumæos in valle Salinarum. Loquens igitur Dauid in persona regni Israel, ait.

### D PRECATIO.

*Solatium afflictorum domine, da nobis auxilium in omni tribulatione, & sana contritiones nostras, atque peccata dimitte, ut tribulantibus nos ad nihilum deductis, in te faciamus uirtutes pietatis.*

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

DEVS repulisti nos] à tua defensione [ET destruxisti nos,] permittẽdo hostes ingredi terminos nostros, & ciuitates nostras vastare, hominésque occidere. [IRATVS es] aduersus nos propter peccata nostra. Regnum enim Israel tẽpore Iudicũ multipliciter affligebatur. Vnde.1.lib. Reg. dicitur, φ faber ferra- 1.Re.13.
rius non erat in terra Israel. Cauerãt nãq; Philistæi ne facerent Hebræi lãceã aut gladium vt pugnare non possẽt. [ET misertus es nobis.] non penitus cõterẽdo nos, neque nos affligendo tã vehementer, sicut meruimus. (a) COMMOVISTI terrã] hoc est, inhabitãtes in terra nostra permittẽdo nos impugnari, & eradicari à terra. Expulerũt enim Philistęi Hebręos, & habitabãt in ciuitatibus ipsorũ. [ET conturbasti eam] .i. terrore aduersariorũ turbari eos permisisti. [SANA contritiones eius] .i. ruinas eius & afflictiões recupera [QVIA cõmota est].i. propter prædictas miserias nostras moueatur pie-

tas tua ad miserendum succurrendúmque nobis. ❡ (3) OSTENDISTI populo tuo dura].i.di E
uersa flagella super nos induxisti [POTASTI nos vino compunctionis] id est, compunctione seu
mœrore, & mentis dolore nos implesti, sicut homo vino potatur, & potu impletur, quemadmodum
Iere.23. apud Ieremiam legimus, Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo impios felle, dicit dominus.
❡ (4) DEDISTI metuentibus te significationē].i.intellectum [VT fugiant à facie arcus] .i.à cō
minatione diuini iudicii. Per castigationes enim præsentes illuminat deus corda humana, vt timeant
Ierem. 31 futura supplicia. Propter quod apud Ieremiam habetur, Castigasti me, & eruditus sum. Hoc autē fa-
Osee.11. cis ô domine. ❡ (5) VT liberentur dilecti tui] videlicet filii Israel quos dilexisti: iuxta illud, Puer Is-
Iere.31. rael, & dilexi eum. Et illud, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. [SALVVM fac]
me orantem, & eos pro quibus exoro [DEXTERA tua].i.per dexterā tuā.s.per piā tuam assistētiā,
fauorabilē præsentiā, & gratiosam clementiam [ET exaudi me] ista precantem. ❡ (6) DEVS lo
cutus est in sancto suo] hoc est, per sanctū suum Prophetā.s.Samuelem seu Nathan, quorū vtriq; re-
1.Re.17. uelauit prosperitatem regno Israel affuturam tempore Dauid. Locutus est vero deus quod sequitur:
1.Re.12. [LAETABOR].i.quod ego Dauid in ipso lętarer sicut in deo salutis meæ [ET partibor Sychimā] .s.
spolia terræ Sychem diuidā seruis & adiutoribus meis, eámq; restituā habitatoribus suis, quę omnia
per Dauid completa sunt [ET conuallem tabernaculorum] hoc est, locum iuxta Iordanē situm, quē
Gen.33. Iacob appellauit Socoth.i.tabernacula, quia de Mesopotamia rediens, & Esau fratrem suum decli- F
nans, fixit in eo tentoria. Hanc ergo conuallem metibor, id est, filiis Israel diuidam secundum debitā
vniuscuiusque mēsuram, expulsis de ea Philistæis, qui eam iniuste ad tempus possederant. Hęc quoq;
acturus sum adiutorio populi mei, eorum præcipue, qui bellicosiores & fortiores fuerunt, de quibus
Iud.10. subiungitur, ❡ (6) MEVS est Galaad] hoc est, populus habens terram Galaad in possessionem
Iud.11. trans Iordanem, qui erant nominati in robore, propter Iair & Iephthe. [ET meus est Manasses]
Iud.6,7. id est, populus ex tribu Manasse progenitus, qui erat famosus propter Gedeonem de hac stirpe exor
tum, [ET Ephraim] id est, populus ex tribu Ephraim natus est [FORTITVDO capitis mei] id est,
potestas regni mei, vel fortitudo principalis quodammodo & capitanea. Habitabat enim hic popu-
lus in vna extremitatum regni Israel versus Aquilonem, sicut & populus Iudæ in alia extremitate
Ios.10. versus in Austrū. ❡ (8) IVDA rex meus] quia ex tribu Iuda reges sunt orti, erátq; populus Iudæ
Gen.36. defensor & custos regni Israel. [MOAB].i.terra & populus Moabitarū, est [OLLA spei mei] hoc est,
per adiutorium spero illam adipisci & possidere, eáq; vti tam libere, sicut homo paterfamilias vtitur
olla in suæ domus obsequio. ❡ (9) IN Idumæam] hoc est, in terra Edom, in qua Esau habitauit
Gen.25. [EXTENDAM calceamentum meum] .i.pedibus calceatis ibo per illā, faciēs eam mihi tributariā.
[MIHI alienigenæ] scilicet Philistæi & alii in circuitu habitantes [SVBDITI sunt] ad obediēdū &
2.Re.8. tributa soluendum. Porro vt Dauid ostendat se ista non præsumere propriis viribus, sed diuina virtu
te adiungit. ❡ (10) QVIS deducet me in ciuitatem munitam] muris ac portis [QVIS deducet G
me vsque in Idumæam] vt eam mihi subiiciam? & respondet, ❡ (11) NONNE tu deus qui repu-
listi nos?] quandoque, sed modo ira tua in misericordiam versa est [ET non egredieris deus in virtu-
tibus nostris?] interrogatio est, ac si dicat, Imo egredieris in virtutib. nostris, id est, in exercitu nostro
Num. 23 erisq; dux belli & auxiliator, quemadmodū de nostro exercitu scriptum est, Dominus deus eius cum
2.Par.13. eo est, & clangor victoriæ regis in illo est? Et alibi legitur, In exercitu nrō deus dux est. Vel, nō egre-
dieris, ante nos in virtutibus nostris, sed tuis, quoniam propria potestate nos proteges. ❡ (13) DA
nobis] ô domine [AVXILIVM de tribulatione.] id est, quo à persecutione eripiamur [ET vana sa
Iere.17. lus hominis] Nam maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. ❡ (13) IN
deo faciemus virtutem] id est, diuina virtute præualebimus, & opera virtuosa agemus. [ET ipse ad
nihilum deducet tribulantes nos.] Deus enim tempore Dauid contriuit aduersarios Israel.

❡ Elucidatio psalmi eiusdem tropologica seu moralis.

IVxta mysticum vero sensum exponenda sunt nomina tituli secundum vim interpretationis, quam
habent, vt sit sensus, In finem, id est psalmus iste in Christū nos ducens, scriptus est pro his qui cō-
mutabuntur, id est à veteri vitā ad Christiformē conuersationem conuertentur, in tituli inscriptio-
ne confitentes verbo & opere Christum esse regem Iudæorum, quemadmodum titulus asserit. cōmu H
2.Co.5. tabuntur autem Dauid, id est ipsi Christo, vt viuant non sibi, sed domino saluatori, cum succēdit Me
sopotamiam Syriæ, id est, dum Christus sua humilitate & sanctitate inflammauit igne diuini amoris
mundum sua reputatione sublimem. Mesopotamia enim alta vocatio interpretatur, & Syriam So-
bal, id est, sublimitatem vanæ vetustatis. Sobal nanque vetustas exponitur, & conuertit Ioab.i.Chri-
stus conuertit populum Iudæorum & percussit Edom in valle Salinarum, id est mūdum terrenū, &
vitiis sanguinolentum, percussit sancto timore, ipsum conuertendo ad fidem. Percussit vero duode-
cim millia, id est, omnes gentes à quatuor finibus mundi. Numerus nanq; duodenarius est numerus
perfectionis, quo totalitas designatur. Ait ergo ecclesia, Deus repulisti nos permittendo nos vastari
ab hostibus fidei, vel non exaudiendo preces nostras. Quamuis autem ad tempus deus plebem suam
Rom.11. videatur repellere, non tamen finaliter eam relinquit. Propter quod dicit Apostolus, Nūquid reppu
Psal.93. lit deus plebem suam? Absit. Inferius quoq; habetur, Quia non reppulit dominus plebē suā. & destru
xisti nos, corporaliter permittēdo nos ab iniustis occidi, quod in persona martyrū dicere potest eccle
sia. Vel spūaliter indurādo corda nostra, seu gratiā abstrahēdo propter pctā nostra. Sine charitate.n.
1.Co.13. & gratia existētes destruimur, & nihil sumus: iuxta Apost. Si distribuero in cibos pauperū omnes fa-
cultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum.
Charitas enim est animæ vita, iratus es famulis atq; fidelib. tuis, eo mō quo pater filio peccāti irasci-

A tur, quem flagellat ne amplius peccet: sic tu afflixisti nos in præsenti variis pœnis in corpore & in ani
ma intus & foris, & misertus es nobis, quia per temporales has castigatiões peccata nostra dimisisti,
gratiam infudisti, nosq; de cætero cautiores fecisti. Commouisti terram, id est ecclesiam militātem in
terra versantem, quam multipliciter impugnari permittis, multisque inquietudinibus agitari, ita vt
pene nunquam in eodem statu permaneat: & conturbasti eam, propter magnitudinem persequutio- Iob.14.
num sibi instantium. Ostendisti populo tuo dura, ita q̄ per experientiam didicit quid sit persecutio,
& ex his quæ passus est compassionem. Omnes enim qui volunt pie viuere in Christo persecutione 2. Tim.3
patientur. Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Hinc ad Ieremiā do- Act.14.
minus ait, Castigo te in iudicio, ne tibi videaris innoxius. Et in Apoc. Ego quos amo, arguo & casti- Iere.30.
go. Dedisti metuentibus te significationem, id est per temporalia mala eis inflicta significasti eis vt fu Apoc.3.
giant à facie arcus. i. à perpetuis pœnis diuinæ vltionis, videlicet vt gaudenter & æquanimiter perfe
rant cuncta præsentis vitæ aduersa, quatenus æterna mereantur euadere tormenta. Vnde hanc signi
ficationem intelligens Ieremias propheta, in hac vita corripi cupit, dum ait, Corripe me domine, ve Iere.10.
rūtamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Propter dura ergo quæ no-
bis deus ostendit non murmuremus, sed agamus quod sanctus dei propheta Micheas ait, Iram domi 2. Mic.7.
B ni portabo, quia peccaui ei. Vt liberentur dilecti tui, videlicet re & nomine Christiani, de quibus Sal Iohā.16.
uator ait, Ipse pater amat vos. Et in 1 sua Cano. ait Iohan. Charissimi diligamus deum, quoniā ipse 1. Iohā. 4.
prior dilexit nos: saluum me fac dextera tua. i. in dextera tua, ita vt in dextera tua in cælo residean, id
est, in bonis tuis potioribus atque cœlestibus prout Christus promisit, Qui vicerit dabo ei mecū se- Apoc.3.
dere in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cū patre meo in throno eius. Deus locutus est in sancto
suo. i. pater locutus est nobis in filio, qui est sanctus sanctorum. Porro quæ sequūtur possunt esse ver Heb.3.
ba dei patris, vel Christi, seu ecclesiæ. Pater igitur ait, Lætabor in vobis ô electi cum benefecero vo- Iere.32.
bis, quemadmodum spopondi, Dabo, inquiens, eis cor vnum, & lætabor super eis cū benefecero eis,
& partibor Sychimam, id est, Gentiles diuidam, quosdam conuertendo, & quosdam deserendo. Non
enim est omnium fides. Per Sychimam nanq;, in qua morabantur pagani, designantur Gentiles, &
conuallem tabernaculorum, id est, populum Iudæorum metibor, quosdam assumendo, & quosdam
relinquendo. Hæc autem conueniunt Christo, sicut & deo patri. Vnde in cœna dixit, Non de omni-
bus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Apostolus quoq; ad Romanos, Vide (inquit) bonitatē & se- Iohā.15.
ueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si tamen permanse- Rom.11.
ris in bonitate. Meus est Galaad, id est, congregatio martyrum, qui sanguinis effusione Christo & fi-
C dei testimonium præbuerunt, Galaad nanque interpretatur aceruus testimonii, per quod martyres
designantur. Nam martyr Græce, Latine testis vocatur, & meus est Manasses, id est, populus priora
obliuiscens, & in anteriora extendens seipsum, pertinet ad numerum electorum meorum. Manasses Philip.3.
quippe interpretatur obliuio. Debemus autem temporalium, sensibilium, & inferiorū obliuisci, atque
æternorum ac diuinorum iugiter recordari, quatenus sicut ait Apostolus, Reuelata facie gloriā domi
ni speculemur: & Ephraim. i. populus in bonis operib⁹ copiosus ac fertilis, est fortitudo capitis mei, 2. Cor.3.
id est stabilimētum Christi, cuius ego caput sum, & qui est caput ecclesiæ. Populus autem prædictus
dicitur stabilimentū Christi, quia per eum Christus conseruat & stabilit alios in fide & gratia. Pater
quoq; appellat Christū caput suū, qa ipse pater cōstituit Christū in caput omniū electorū. Ephraim
autem fertilitas seu crescēs interpretatur. Iuda. i. populus confessorū, qui vita atq; doctrina dn̄o con-
fitentur & laudē eius & prædicationē salubrē annūciāt aliis, tanq̄ scribæ docti in regno cælorū, Rex
meus, hoc est, pondus iste est rector ecclesiæ, quia per eū inferiores guberno, quemadmodū per Pro-
phetam testatus sum, Dabo vobis pastores secūdū cor meū, & pascet vos sciētia & doctrina, Moab ol Ierem.3.
la spei meæ. Videtur hoc sic posse intelligi, nam Ruth de cuius semine ortus est Dauid, & insuper Ruth.4.
Christus, Moabites erat, & ita Moab. i. Christ⁹ ortus ex Ruth Moabitide dicitur olla spei dei patris
quia in ipso tanquā in olla seu vase dedit nobis deus pater plenitudinē spei adipiscendi bona diuina,
secundum quod ait Apost. Proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illū. Quomo-
do etiā non omnia nobis cū illo donauit? Dedit enim omnibus in Christo credentibus potestatē & Rom.8.
D spem filios dei fieri. Nec videatur ineptū q̄ per Moab Christus signetur. Moab enim interpretatur Iohan.1.
ex patre, per quod Christus signari pōt, qui de seipso ait, Exiui à patre. Vel si istud nō placet, expona Iohā.16.
tur hoc modo. Moab. i. Ruth Moabites, olla spei meę, quia in vtero suo velut in vase portauit Obeth
auū Dauid, de quo natus est Christus, qui est spes patris, quia pater dedit eū nobis, vt sit spes nostra Ruth.4.
atq; saluator. Hæc autē possunt esse verba ecclesiæ, vt sit sensus, Deus locutus est in sancto, videlicet Lucæ.1.
q̄ ego ecclesia lętabor in deo salutari meo, & partibor Sychimā, & conuallē tabernaculorū metibor.
Primitiua enim ecclesia, puta apostoli Christi & eorū discipuli, quosdā conuerterunt ad fidē, tam ex
Gētibus quàm ex Iudæis, & quosdam in sua perfidia reliquerūt. Populi quoq; designati per Galaad,
Manassen, Ephraim & Iudam, sunt ecclesiæ, tanquam membra eius ac filii. Deinde Christus ait, In
Idumæam, id est, in terram ipsam Gentilium extendam calceamentum meum, hoc est, naturam meā
humanam, quæ erat quasi calceamētū diuinitatis. Dum enim Christus prædicari fecit euāgelium per
totum orbem, extendit calceamentum suum in Idumæam, quia incarnationem suam ac humanita-
tem manifestauit hominibus, sibiq; subiecit credentes in se, propter quod subdit: mihi alienigenę. i. na
tiones gentilium subditi sunt per fidem & obedientiam, sicut superius de eis inductum est. Popu-
lus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Hinc nanque de Christo Ba-
laam prophetauit, Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, & erit Idumæa possessio eius. Psal.17.
Alia litera habet, Et erit omnis terra possessio eius. Sed quoniā Christus vt hō ista nō fecit, sed diui- Num.24

na virtute, ideo subditur, Quis deducet me in ciuitatem munitam? Per hanc intelligi potest vrbs Ro E
Esa.26. ma, quæ tunc erat caput & domina mundi. De qua Esaias prædixit, Ciuitatem sublimē humiliabit.
Act.19. In hanc vrbem deus pater induxit Christum per prędicationem Petri & Pauli, quod sine diuina virtute fieri nullatenus poterat, propter quod Christus respondet, Nonne tu deus qui repulisti nos? id est, corpus meum mysticum, propter cuius persecutionem dixi Paulo, Quid me persequeris? Vel, re-
Act.9. pulisti nos. i. corpus meum & animā multis doloribus affici permisisti. Vnde clamaui in cruce, Deus
Matt.27. meus vt quid dereliquisti me? Et non egredieris deus in virtutibus. i. prædicta non facies naturali potestate corporis mei vel animæ, sed potestate diuina. Dicitur enim deus egredi non loco sed operatione, videlicet quia procedit ad actum. Deniq; ista conuenire possunt ecclesiæ, quoniā ipsa extendit calceamentum suum in Idumæam, disseminando verbum dei per totum mundū. Alienigenæ quoque ei subiecti sunt, quia prælatis ecclesiæ parent Gentiles conuersi. Da nobis auxilium de tribulatione, per quod liberemur ab omni periculo, persecutione, & tentatione. In deo faciemus virtutem, Non
1.Cor.3. enim sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est: & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos, quia nisi pœniteant æternaliter damnabuntur. Sæpe etiam in pręsenti seculo diuina potentia conteruntur, queadmodum cernimus factum de crudelissimis illis tyrannis sanctorum martyrum persecutoribus, qui dudū ad nihilum sunt redacti, & ipsa ecclesia Christi in pace quiescit. Propter quod ei alibi promittitur, Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & o- F
Mich.5. mnes inimici tui interibunt.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LX.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

PRæscribitur insuper præsenti psalmo hic titulus, In finem, in hymnis psalmus Dauid. i. psalmus iste à Dauid conscriptus, & Christo per Dauid significato cōueniens, dirigit nos in finem, id est deum, in hymnis, quatenus deum laudibus veneremur, hymnūq; & gratias deo referamus pro vniuersis beneficiis Christo homini, & per eum toti generi humano collatis. Christus igitur in summæ deitatis laudem prorumpens propter beneficia suæ humanitati concessa ab oratione orditur, & ait.

### PRECATIO.

*Domine deus spes nostra & turris fortitudinis nostræ, protege nos sub umbra alarum tuarum, ut in timore tuo tibi iugiter seruientes, & conformes facti gloriæ tuæ, mereamur in spiritualium oblimione uotorum, psallere nomini tuo in secula.*

EXAVDI deus] pater seu trinitas sancta [DEPRECATIONEM meā] qua
Iohan.12 pro meipso, videlicet corporis mei resuscitatione & glorificatione oro, dicen-
Iohā.17. do, Pater saluifica me ex hac hora. [INTENDE orationi meæ] qua oro pro G
mystico corpore meo, videlicet pro salute ecclesiæ, dicendo, Pater sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Pater sancte serua eos in nomine tuo.
¶ (2) A FINIBVS terræ ad te clamaui.] Fines terræ non solum dicūtur partes eius extremæ, sed etiā pars eius superior atq; inferior. Superficies nāq; corporis dici potest finis ipsius. Est itaq; sensus, A finibus. i. à superioribus partibus, seu superficie terræ Israel, in qua inter homines conuersatus sum, ad te
Matt.26. deū patrem meū clamaui, alto affectu te deprecando atq; dicēdo, Mi pater si fieri potest, trāsfer à me calicem istum. [DVM anxiaretur cor meum] id est, passione instante, dum appetitus meus naturalis
Marc.14 & sensitiuus mortē naturaliter abhorrebat, quando incepi contristari & pauere, factúsq; in agonia,
Luc.22. prolixius te orabam, & factus est sudor meus sicut guttę sanguinis. [IN petra exaltasti me]. i. in teipso sicut in summo ac fortissimo firmamēto, vel in gratia tua seu virtute ac dono fortitudinis, per quā mortis pericula audacter aggressus, ac passus sum, sublimasti me ab omni inordinato pauore & animi deiectione. Vel, exaltasti me, clarificando nomen meum per totum mundum, & dando mihi no-
Philip.2. men quod est super omne nomen, vt in nomine meo omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. De hac enim Christi exaltatione dominus apud Esaiā H
Esa.52. ait, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Super ipsum continebunt reges os suum. ¶ (3) DEDVXISTI me, quia factus es spes mea.] Deus enim Christi
Mar.2. humanitatem in cunctis operibus suis direxit, & Christum hominem per viam præsentis seculi sine omni ruina & labe deduxit. Deduxit eum adhuc infantem in AEgyptum, & inde eum reduxit sicut
Osee.11. per Osee contestatur, Ex AEgypto vocaui filium meum. Deduxit eum in crucem, quia pro omnibus nobis tradidit illum. Deduxit quoque eum in limbum inferni, & de hoc mundo ad altitudinem cæli, & hoc fecit deus, quia fuit spes Christi, id est, quoniam Christus sperauit à deo hoc bonū orando impetrare. Deus autem erat spes Christi, in quantum erat mortalis & nondum corpore glorificatus. [TVRRIS fortitudinis à facie inimici] hoc est, sicut turris fortis protegit existentes in se ab hostium iaculis: sic tu deus in omnibus protexisti me in tuo adiutorio cōfidentem, atque in te immobiliter habitantem. ¶ (4) INHABITABO in tabernaculo tuo in secula] hoc est, in eccle-
Matt.28. sia militanti, secundum quod in Euangelio scriptum est, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Vel in tabernaculo tuo, id est, in cordibus electorum per fidem &
2.Cor.6. gratiam commorabor. Electi enim sunt tabernaculum dei, sicut de eis ait Apostolus, Vos estis templum dei viui sicut dicit dominus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus.
Leuit.26 Vel, inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, id est, in triumphanti ecclesia & cælo empyreo æter-

A naliter commanebo, quemadmodum testatur Apostolus, Non in manufacta sancta Iesus introiit, sed Heb. 9.
in ipsum cęlum. [PROTEGAR in velamento alarũ tuarum] id est, sub defensione tuæ pietatis atq;
potentiæ ero securus. Hoc est quod apud Esaiam Christus dicit, Protexit me in vmbra manus suæ. Esa. 49.
¶ (5) QVONIAM tu deus meus] qui es singularissimo modo deus meus, tanquã summe & vnice diligens me, summe quoque dilectus à me. [EXAUDISTI orationem meam] quemadmodũ fassus sum, Gratias ago tibi pater quoniam audisti me. Ego autem sciebam quoniam semper me audis. Iohã. 11.
[DEDISTI hæreditatem timẽtibus nomen tuũ] id est, merito incarnationis meæ ac passionis præstitisti timentibus te timore filiali & casto, vt sint filii tui adoptiui. Si autẽ filii, ergo & hæredes. Hęre Rom. 8.
des quidem dei, cohæredes autẽ Christi. Hæc autẽ hæreditas est participatio gratiæ & gloriæ Christi, seu vita æterna, quam nobis iam dedit pater in spe, daturus est eam postmodũ in re. Nunc quoq;
dat eã inchoatiue per infusionẽ consolationis internæ, conuersationis diuinæ, & gratiæ quotidianæ.
Gratia enim dei vita æterna, secundum Apost. Ait etiã Saluator, Qui verbũ meum audit & credit ei Rom. 9.
qui misit me, habet vitam æternam. In futuro dat autem deus hanc hęreditatem consummatiue, quã- Iohan. 5.
do videbimus eum per speciem & sicuti est, cognoscentes sicut & cogniti sumus. ¶ (6) DIES su 1. Co. 14
per dies regis adiicies] hoc est, dies beatæ immortalitatis & securæ æternitatis, addes ô deus pater, su 1. Iohã. 3.
B per dies temporales mortalis conuersationis mei filii tui, qui sum rex Messias, de quo in Zacharia legitur, Iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Et Esaias ait, Dominus iudex Zach. 9.
noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse veniet, & saluabit nos. Hos dies æternos ad- Esa. 33.
iecit deus super dies Christi temporales, dum eum ad impassibilem vitam resuscitauit. Ideo subditur, [ANNOS eius vsque in diem generationis & generationis] hoc est, dies æternitatis prædictos adiicies diebus temporalibus Christi, tanquam annos eius durantes vsque in diem generationis & generationis, id est, vsque in diem æternitatis omnem generationem includentis & excedentis. Dies ergo quos deus adiecit Christi diebus, sunt dies æternitatis, qui dici possunt plures dies & anni, non quod successione temporali discurrant ac defluant, sed quoniam omne tempus comprehendũt & ambiũt.
Vnde de eis ab Esaia dictum est, Erit mensis ex mense & sabbatum ex sabbato. Veruntamen dies isti Esa. 66.
magis proprie appellantur vnus dies quàm multi dies, non enim interrumpuntur nocte. Propriissime vero vocantur non dies, sed æuum, seu participata æternitas, & quoniam hi dies æternitatis adiecti sunt Christo, ideo ipse. ¶ (7) PERMANET in æternum in conspectu dei.] in cælo, in quo
sedet ad dexteram patris interpellans & apparens nunc vultui dei pro nobis secundum Apostolum, Hebr. 9.
[MISERICORDIAM & veritatem eius] id est, gratiã atque iustitiam Christi [QVIS requiret?]
C in vita præsenti, implorando gratiã remissionis, & obseruando Christi mãdata, eius imitando vesti- Matt. 20.
gia. quasi dicat, Pauci sunt qui eas ex corde requirunt. Pauci enim electi, & omnes quæ sua sunt quæ- & 22.
runt. Vel, misericordiam & veritatem eius quis requiret, in vita futura? Quasi dicat, Nullus. Miseri- Philip. 2.
cordia enim miseris necessaria est. Veritas autẽ concernit adimpletionẽ promissi. In patria vero nemo est miser, & diuina promissa in eis impleta sunt, quoniam gaudiũ sempiternũ adepti, amplius pro
seipsis non rogant, saltẽ pro præmio essentiali. Idcirco Saluator loquens Apostolis, Vos, inquit, nũc Iohã. 16.
quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis, & in illa die non rogabitis quicquam. ¶ (8) SIC] id est, quoniam ita est, ego Christus [PSALMVM dicã nomini tuo] id est, tibi deo patri per meipsum & meos ministros in cęlo & in terra [IN seculum seculi] te sine fine laudando [VT reddam vota mea] id est, vt offeram tibi preces meas, ac desideria pro militanti ecclesia, pro qua apud te, secundum quod homo interpel-
lo, [DE die in diem] id est, indesinenter vsque ad seculi finem. Christus enim pro nobis repræsen- Rom. 8.
tat patri latus ac vulnera, & ipse est angelus perferens nostra sacrificia in sublime altare dei, faciẽs ea
deo accepta. Vnde Iohãnes, Aduocatum, ait, habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse 1. Iohã. 3.
est propitiatio pro peccatis nostris.

¶ Enarratio tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

D NON est negandum quin psalmus iste ad literam exponi possit de Dauid, sed quoniam expositio talis parũ deuotionis atq; dulcedinis continet, parũque ab expositione tropologica differt, ideo ea relicta, tropologicum prosequor sensum, quomodo psalmus iste conuenit vnicuique Christiano, siue ecclesiæ deum oranti, & ei gratias referẽti, dicẽdo, Exaudi deus orationẽ meam, impendendo mihi gratiose & cito precis meæ effectum, qua oro indulgentiam & gratiã in præsenti, intende deprecationi meæ, qua deprecor consequi gloriã in futuro. i. considera quanto affectu, quanta fiducia, & quali intentione ac fine te inuoco. A finibus terræ. i. à cunctis partibus atq; climatibus mundi, ad te clamaui in precibus ad te fusis, vel gratiarum actione ac laude quam tibi obtuli in aduersis dum anxiaretur cor meum, id est solicitaretur & affligeretur timore periculorũ sibi imminentiũ, mœrore quoq; propter quotidianos defectus & negligentias suas, videlicet quia secundum quod desiderat, nõ proficit, nec te quantum cupit honorat. Vel, dum anxiaretur tentationibus dæmonum, & persecutionibus hominum, ac motibus passionũ: in petra exaltasti me. i. in Christo sublimasti me de imperfectione naturæ ad celsitudinem gratiæ, & de inferioribus ac terrenis ad cælestia atq; diuina. Quilibet quoque nostrum dicere potest à finibus terræ, id est, à superficie qua terra in qua habito finitur: in altitudine ad te clamaui, secundum sensum prædictum. Vel à finibus terræ, id est à terminis corporis mei, in quo velut in terra habitat anima mea, imo ab omnibus membris & sensibus meis ad te clamaui. eo
modo quo dictum est supra, Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi? Assuescat ergo anima Psal. 34.
nostra in omni angustia cum omni fiducia ad deum clamare, quemadmodum Ionas propheta se fe- Ionæ. 2.

cisse affirmat, dicendo, Clamaui ad dominum de tribulatione mea & exaudiuit me. Cum angustiaretur in me spiritus meus, domini recordatus sum. Deduxisti me in præsenti exilio per viam mandatorum tuorum, ostendendo mihi in lumine gratiæ tuæ viam rectam, in qua ambulem. Nam sine gratia E
Psal. 142 tua cæcus sum mente, & ambulo vias non bonas, vitiosas ac lubricas, in quibus grauiter cado, & incessabiliter pecco, nisi tu animam meam deducas de via ad patriam, de labore ad præmium, de crea-
Esa. 48. turis ad creatorem. Hinc enim apud Esaiam dicis, Ego dominus deus gubernans te in via in qua am
Sap. 10. bulas. Et alibi scriptum est, Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnũ dei. Et To
Tob. 5. bias ait, Dominus sit in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. Deduxisti autem me domine, quia factus es spes mea, hoc est, tu es bonum illud, in quo finaliter spero, & quod finaliter adipisci desidero, atque per cuius auxilium teipsum adipisci confido. Fit vero deus spes nostra, quoniam facit nos in ipso sperare. Factus quoq; es mihi turris fortitudinis, hoc est, robusta protectio atq; sublimis defensor à facie inimici, quicunque sit ille, hoc est, ab omni incursu hostili, quemadmodum apud
Prou. 18. Salomonem legitur, Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Et apud
Abac. 3. prophetam Abacuc, Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Quid eum deiicere, quid ei nocere poterit, qui in hac summa atque inexpugnabili turre inhabitat? Vnde beatus
Iob. 23. Iob ait, Quis mihi tribuat, vt cognoscam deum, & veniam vsque ad solium eius? Nam de habitanti-
Sapien. 5 bus in hac turre fortitudinis, id est, diuino auxilio innitentibus scriptum est, Deus dextera sua teget F
eos, & brachio suo defendet eos. Inhabitabo in tabernaculo tuo, hoc est, ego ecclesia militans ad con sortium triũphantis ecclesiæ pertingere spero, & fiducialiter dico, quia in ea & in cęlo empyreo post
Iohã. 14. huius vitæ incolatum morabor in secula, id est sine fine, quemadmodum Christus fidelibus repromisit dicens, Vado parare vobis locum, & iterum veniam, & assumam vos ad meipsum. Vel, ego Christifidelis inhabitabo in tabernaculo tuo, hoc est, in vnitate ecclesiæ, in indiuidua charitate, sancta obedientia, & fide catholica, protegar ab omni periculo animæ, in velamento alarum tuarum, in subsidio misericordiæ atque potentiæ tuæ. Quoniam tu deus meus, in quo solo confido, quem solum desidero, in quo totam salutem meam constituo, exaudisti orationem meam, vt spero, tu enim dixisti,
Iohã. 14. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Dies super dies regis adiicies, id est dies æternæ beatitudinis addes post hanc vitam diebus huius breuis vitæ. Diebus dico regis, id est dominatoris atque victoris mundi, carnis ac dæmonis, qui dominatur animo suo, & vincit seipsum. Vnde
2. Co. 4. dicit Apostolus, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, æternum glorię
Psal. 90. pondus operatur in nobis. Propter quod inferius dicitur, Longitudine dierum replebo eum. Permanet in æternum in conspectu dei, id est ecclesia vsque in finem seculi in fide persistet, quemadmodum
Luc. 22. dominus Petro in persona ecclesiæ, Ego (inquit) rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et ista vita
Esaię. 33 decursa perueniet ad regis sui gloriosum aspectum, quemadmodum in Esaia scriptum est, Regem in
3. Re. 17. decore suo videbunt oculi eius. Denique homo iustus permanet in æternum in conspectu dei, dicens G
Iob. 27. semper cum sancto Elia, Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Et cum sancto Iob, Iustificationem quam cœpi tenere non deseram. Nemo enim mittens manum suam ad aratrum & respiciens
Lucæ. 9. retro, aptus est regno dei, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Sic psalmum dicã no-
Matt. 10, mini tuo in seculũ seculi, hoc est vita & verbis incessanter te laudabo, sicut ab Ecclesiastico dicitur,
2.
Eccle. 51. Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Et rursus, Laudabit vsque ad
Ibidem. mortem anima mea dominum, vt reddam vota mea de die, id est, quatenus promisiones tibi factas
Psal. 37. in receptione baptismi, sacri ordinis, aut religionis quotidie impleam. Vel, vt reddam vota mea, hoc est, desideria mea purificem, tibique ea semper exhibeam, sicut superius dictum est, Domine ante te omne desiderium meum. Ecce psalmum breuem, pulchrum, delectabilem ac sententiosum audiuimus, qui tam Christo quàm eius fidelibus optime conuenit, in quo à deuota oratione incipitur, post quam salubris doctrina inducitur, deinde diuina beneficia feruide recoluntur, postremo per verba bonę fiduciæ pium propositum inflammatur. Conformemus ergo affectum nostrum psalmi huius sententiis, eiúsque beneficia affectuosissime recolamus, & conemur implere quod dicimus, Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Hoc est enim diuinissimum, saluberrimum atque dulcissimum vitæ præsentis exercitium, deo psallere, eúmq; laudare, magnificare, & toto affectu extollere, prout etiam H
Eccl. 43. in Ecclesiastico scriptum est, Benedicentes dominum, exaltare illum quantũ potestis: maior est enim omni laude.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXI.

EXPOSITIO Tituli.

HVIC præterea psalmo titulus iste præmittitur, In finē pro Idithun psalmus Dauid. i. psalmus iste à Dauid conscriptus, & in finem qui Christus est nos dirigens, habitus est per Idithun, id est, pro homine omnia terrena transiliente ac paruipendente, & sola cælestia finaliter cupiente. Potest quoque titulus ita exponi, quód Dauid fecit hunc psalmũ pro Idithun, hoc est,
1. Par. 9. vt specialiter cantaretur à cantatoribus seu Leuitis constitutis sub Idithun, qui erat vnus de principalibus templi cantatoribus. Homo ergo ad diuina se erigens, atq; innumerabiles mundi errores, vanitates ac præuaricationes considerans, dicat.

PRECATIO,

*Deus uirtutum à quo est omnis uirtus sanctorum, deus auxilij & spei gloriæ nostræ, corda nostra effundimus corã te, esto adiutor noster deus in æternum pius, ut te cooperante animas nostras in patientia possideamus.*

A ❡EXPOSITIO pſalmi.

NONNE deo ſubiecta erit anima mea] ei fideliter adhærẽdo, & eius præceptis
in omnibus obtẽperãdo? vtique. Ac ſi dicat, Subiiciãtur alii cõcupiſcentiis car-
nis, alii mundi principibus, alii dæmonum ſuggeſtionibus variiſque peccatis,
ego & anima mea domino obediemus. Nemo enim poteſt duob' dominis de- Matth. 6.
ſeruire contraria approbantibus. Quoniam ergo non poſſumus deo & ſeculo Lucæ. 6.
obedire, potius eligo deo parere quàm mundo. Vnde de inobediente apud Ie- Ierem. 2.
remiam ſcriptum eſt, Confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea & dixiſti,
Non ſeruiam, dicit dominus. Quo contra Chriſtus pręcipit nobis, Tollite iu- Mat. 11.
gum meum ſuper vos. Subiecta igitur erit anima mea domino. Nam Salomnn ait, Mens iuſti medita Prou. 15.
bitur obedientiam. Ratio quoque ſubiectionis ſubiungitur, [AB ipſo enim ſalutare meum] id eſt, to-
ta mea ſalus atque felicitas à deo procedit, depender, & profectum ſortitur. Propter quod per Oſee Oſee. 2.
dominus ait, Populus meus pendebit ad reditum meũ. Vel ab ipſo .i. à deo patre eſt ſalutare meum .i. Iohan. 3.
filius eius meus ſaluator. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitũ daret. ❡(2) NAM
& ipſe] eſt [DEVS meus] hoc eſt, cauſa, gubernator & conditor naturæ meæ naturaliumque dono-
rum. [ET ſalutaris meus] id eſt, iuſtificator & gratię dator [SVSCEPTOR meus] id eſt, precũ mea-
B rum auditor ſemper paratus me pœnitentem brachiis pietatis amplecti, meque cõuertentem me, &
quod in me eſt facientem ſibi attrahere, & vnire: iuxta illud, Si direxerit homo ad deum cor ſuũ, ſpi- Iob. 34.
ritum illius & flatum ad ſe trahet. Cũ ergo ſit ita [NON mouebor amplius] ab inchoato virtutis iti-
nere, à bono propoſito, à lege diuina, nec à deo meo per mentis auerſionem recedam, ſed ei immobi
liter adhærebo. Hoc autẽ non præſumptuoſe aut certo, ſed humiliter ac fiducialiter ait viator tranſi-
liens, niſi forte ex reuelatione diuina agnoſceret ſe confirmatũ in bono. Vel dicitur hoc ad deſignan
dum quid virtuoſo conueniat, inquantũ huiuſmodi. Quemadmodũ enim paſsiones & vitia inſtabili-
tatis, diſtractionis, & auerſionis ſunt cauſa: ſic virtus ſeu gratia interioris ſtabilitatis ratio perhibetur.
Propter quod Salomon proteſtatur, Iuſtus quaſi fundamentum æternum. Et in lib. Iob, Si iniquita- Prou. 10.
tem quæ eſt in manu tua abſtuleris, eris ſtabilis, & non timebis. ❡(3) QVOVSQVE] ò maligni Iob. 11.
[IRRVITIS in hominem] iuſtum & innocentem, eum propter iuſtitiam perſequẽdo. [INTER-
FICITIS vniuerſi vos?] hoc eſt, ò vos omnes interficere vultis eum ex odio, quemadmodũ Sapien
tia inducit, Dixerunt impii, opprimamus virum iuſtum, quoniã contrarius eſt operibus noſtris. Vel, Sapien. 2
interficitis vniuerſi vos .i. oẽs occiditis voſmetipſos, quia dum iuſtũ affligitis, animas veſtras per pec
catum occiditis. Vnde Iohannes, Omnis, inquit, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Vel quia animã 1. Iohã. 3.
propriam ſpiritualiter occidit, vel quia per affectum alium perimit, vel quia coram deo pœnam ho-
C micidæ incurrit. [TANQVAM parieti inclinato & maceriæ depulſæ] Aliquid ſubintelligẽdum eſt,
vt ſit ſenſus, Sic aduerſamini homini iuſto, quaſi parieti inclinato ad caſum, & quaſi maceriæ à ſtatu
ſuo depulſæ. Putatis enim ꝙ ſicut paries talis fundamento priuatur, facileq; deiicitur, ſic iuſtus deum
conſeruatorem ac adiutorem non habeat, ideoque à veſtra malignitate opprimi poſsit, & cum eum
occideritis, ipſum omnino periſſe putatis, non attendẽtes quid gloriæ deus illi refundat, & quid pœ
nę vobis immineat. Hinc enim ſcriptum eſt, Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & vi-
ri miſericordiæ tolluntur, & non eſt qui intelligat. ❡(4) VERVNTAMEN] id eſt, his non ob- Eſaiæ. 57.
ſtantibus [PRECIVM meum cogitauerunt repellere] .i. iuſtitiam meã ſeu opera virtuoſa ac vitã lau
dabilem propoſuerunt ſubuertere, diſsipare, & à præmio impedire. Bona enim operatio preciũ ap-
pellatur, quia per eam vita æterna mercatur, [CVCVRRI in ſiti] .i. cum magno deſiderio ad patriã
feſtinaui, ſicut ſuperius dictum eſt, Sitiuit anima mea ad deum fortem viuũ. Vel cucurri viam manda Pſal. 41
torum dei in ſiti perfectionis, videlicet ſitiendo iuſtitiam ampliorem, & culmen perfectionis attinge Pſal. 118.
re affectuoſe concupiſcens. [ORE ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebãt.] Hoc faciunt ſubuer
ſores animarum, adulatores, bilingues, & ſimulatores, qui eos quos aperte peruertere nequeunt, adu-
lando, & mala ſub ſpecie boni proponendo, decipere quærunt. Propter quod de quolibet tali apud
Ieremiam legitur, In ore ſuo pacem cũ amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. ❡(5) VE- Ierem. 9.
D RVNTAMEN deo ſubiecta eſto anima mea] id eſt, propter perſecutiones, tẽtationes, & tribulatio-
nes tibi iniuſte inflictas noli deficere, noli à dei lege recedere, noli contra deum murmurare, ſed ei
ſubiicere. [QVONIAM ab ipſo patiẽtia mea] per quam in aduerſis præualeo, ſine triſtitia omnia pa
tiendo. Deus enim patientiam tribuit, ſicut & cæteras virtutes infuſas. Solet autem interdum homo
de ipſa ſua quam in aduerſis habuit patientia, inaniter gloriari atque extolli tanquam magnum ali-
quid fecerit, & Chriſti veſtigia excellenter ſecutus ſit: ſed iſte non penſat patientiam ſuam eſſe à deo, 1. Cor. 4.
quoniam gloriatur in ſe quaſi non acceperit. Sit ergo anima noſtra omnino deo ſubiecta, videlicet
non ſolum in hoc quod aduerſa æquanimiter ſuſtinet, ſed etiam in hoc, quod de ſua patientia in ſe-
ipſa non gaudet, & eam deo attribuit. Ideo autem dico patientiam meam eſſe à deo. ❡(6) QVIA
ipſe] eſt [DEVS meus] à quo omne bonũ procedit, & tota mea ſufficientia fluit [ET ſaluator meus]
quia ab eo ſolo vera beatitudo donatur. Aliter demum conuenit Chriſto eſſe ſaluatorem, inquantum
deus, & aliter inquantum homo. Nam vt deus vocatur ſaluator per authoritatem, tanquam gratiæ in
præſenti, & gloriæ in futuro creator & dator. Inquantum vero eſt homo, appellatur ſaluator quaſi
inſtrumentaliter, cum ſit ſatisfactor pro culpa generis humani, reconciliator ac mediator. Deus itaq; Lucæ. 1.
ſecundum diuinitatem ſaluator eſt, quoniam ipſe ſolus peccata dimittit, ſolus iuſtificat, ſolus gratiam Roma. 8.
creat ac influit, beatitudinem quoque ſolus largitur, imo hoc modo proprium eſt deo eſſe ſaluatorẽ: Eſaiæ. 43
iuxta illud propheticum, Ego dominus, & ſaluator non eſt præter me. Deus quoq; eſt [ADIVTOR Oſee. 13.

meus] in omni opere bono mihi per gratiam cooperans,meque confortans. [NON emigrabo.] de E
Ierem. 9. vnitate ecclesiæ & grege electorum ad auersos à deo,& societatem prauorum, quoniam ¶ (7) IN
deo salutare meum].i.salus mea in hoc consistit,quod non emigrem ab eo. [ET gloria mea] quia in
1.Cor.1. solo deo vera & licita habetur gloriatio,quemadmodum Apostolus dicit,Qui gloriatur,in dño glo-
2.Cor.11 rietur.Et Abacuc,Ego autem in domino gaudebo,& exultabo in deo Iesu meo. [DEVS auxiliũ mei]
Abac. 3. id est,ab eo dependet ac deriuatur auxilium meũ,sicut Per Osee ait,Perditio tua ex te,in me tantum-
Osee.13 modo auxilium tuũ.[ET spes mea in deo est] quia diuinæ pietati innititur, deumq́ue pro immediato
Psalm.18. obiecto & causa sortitur,cum sit virtus theologica & infusa.Ecce quàm præclarus & splẽdidus sua-
uissimusque versiculus omni mẽti deuotæ super mel & fauum dulcis & saporosus. ¶ (8) SPERA-
TE in eo omnis congregatio populi] id est,tota ecclesia [EFFVNDITE coram illo corda vestra]
id est,orationes vestras & desideria,necessitates,anxietates , pericula & peccata , & quicquid vestris
in mentibus residet coram deo exponite,in lucem producite,ei ostendite, coram ipso discutite · sicut
Thren. 2 Ieremias hortatur,Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui.Vnde in 1.lib.Re
1.Reg.1. gum sancta Anna testatur,Effudi animã meã coram dño.[DEVS adiutor noster in æternum] id est,
quam diu fuerimus,quoniã in via conseruat & iuuat per gratiã,in patria quoque per gloriã, quæ in-
cludit confirmationẽ in bono. ¶ (9) VERVNTAMEN vani filii hominum] loquendo de filiis ho
Can.9. minum,eo modo quo de eis loquitur Moses,dicendo, Videntes filii dei filias hominum, eorũ videli- F
cet qui sine charitate & gratia viuunt,taliũ ergo hominum filii vani sunt , quoniã opera sua & vitam
præsentẽ ad debitum finem, videlicet vitam æternã non referunt, sed in rebus creatis sibi finẽ consti
tuunt adhærentes creaturis magis quàm creatori [MENDACES filii hominũ in stateris] quia iniu-
sta pondera habent,vel mendaciter iudicant,præferentes mala ac falsa bonis & veris.Quocirca do-
Leuit. 12. minus per Mosen ait,Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio,in regula,in pondere, & in mensura.Iu
stus modius æquusque sextarius.[VT decipiant ipsi de vanitate in idipsum] hoc est, seinuicem fallãt
in rebus vanis tẽporalibus & caducis.Huius proinde oppositũ consulens sanctus Propheta. ¶ (10)
Esaiæ.59 NOLITE] inquit [SPERARE in iniquitate] sicut de impiis scriptum est,Confidunt in nihilum.
Peccatũ enim nihil est,ergo nolite in peccato confidere , quasi per iniustitiã atque malitiam possitis
saluari aut prosperari.[ET rapinas nolite concupiscere] id est,nec manu, nec affectu auferatis alicui
sua,neque raptoribus cõmunicetis,quia non solũ morte digni sunt qui faciunt,sed etiam qui consen-
tiunt.[DIVITIAE] exteriores [SI affluant] copiose [NOLITE cor apponere] id est, voluntatem
vestram nolite inordinate affigere,nolite inordinate amare,retinere, augere . Nolite in eis superflue
occupari,videlicet vt cũ labore acquirantur,cũ timore possideantur,cum dolore perdãtur. Non er-
go culpantur diuitiæ,sed inordinatus affectus. Custodiendæ enim & amandæ seu colligendæ sunt di G
uitię,secundũ quod ad spiritualia bona sunt necessariæ, quatenus habentes victum & vestitum con-
1.Tim.6. tentemur & quiescamus,atque de eo quod superest eleemosynam faciamus. Veruntamen difficile sa-
Lucæ.12. tis est circa affluentes diuitias cor non apponere,secundũ quod Christus in euangelio asserit,Quàm
Mat.19. difficile qui diuitias habent intrabunt in regnũ cœlorum. Nihilominus sicut deus potentes non abiĩ-
Iob. 36. cit,cũ ipse sit potens,nisi abutantur potentia: sic ipse diuites non repellit cũ ipse sit diues,nisi diuitia-
Iob. 31. rum abusi fuerint copia.Sanctus Iob diuitiis suis cor non apposuit,qui ait, Si lætatus sum super diui
Iob.1. tiis meis multis. Et alibi cunctis amissis, Dominus dedit [inquit] dominus abstulit.sicut domino pla-
Psal. 115 cuit ita factum est:sit nomen domini benedictũ. ¶ (11) SEMEL] id est,sine retractatione,vtpote im
mobiliter,firmiter atq; certissime [LOCVTVS est deus] per seipsum iam incarnatũ, & per prophe-
tas ac apostolos, [DVO hæc audiui] in illa locutione occulta & interna,scilicet in illuminatione su-
pernaturali facta per spiritũ sanctum. Quæ autem sint duo hęc subdit, [QVIA potestas dei est].i.iu
sta potentia ad puniendũ iniquos [ET tibi domine misericordia] ad coronandũ bonos vltra condi-
gnum,& hoc sic esse constat ex eo [QVIA tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua] tanquam iustissimus
Iob.34. iudex,de quo in lib. Iob legitur, Absit à deo impietas , & ab omnipotente iniquitas. Opus enim ho-
minis reddet ei,& iuxta vias singulorum restituet eis. Videtur autem hic potestas pro iustitia accipi,
Sapi.1. quia ad exercendum iustitiam præcipue est necessaria potestas. Vnde de deo alibi scriptum est, Vir-
tus tua iustitiæ initium est. Attribuũtur itaque hęc duo deo potissimum, quoniam omnia quæ de deo
affirmat diuina scriptura,præsertim per cõparationem ad creaturas,ad ista duo reducuntur, propter H
quod ante dictum est, Vniuersæ vię domini misericordia & veritas. Porro vt tactum est hoc quod di
citur, Semel locutus est deus,non est referendum ad numerũ,cum multifarie multisque modis locu-
Psal.24 tus sit nobis,sed ad firmitatẽ. Iuxta quem sensum in lib. beati Iob dicitur , Semel loquitur deus,& se-
Hebr.1. cundo idipsum non repetit. Aduertendũ quoque ꝙ psalmus iste conuenientissime exponi possit de
Iob.33. Christo,quoniam anima eius semper perfectissime fuit deo subiecta,sicut ipse testatur, Sicut manda-
Iobã. 14. tum dedit mihi pater, sic facio . Et alibi, Quæ placita sunt ei facio semper. Tota etiam salus animæ
Iohan. 8. Christi creata fuit à deo,eratque deus salutaris,id est,beatificator animę Christi,propter quod apud
Iohan. 3. Iohan. dicitur, Non potest homo accipere quicquam,nisi ei datum fuerit desuper. Quod autem adii
citur,non mouebor amplius,sic de Christo exponendum est. Post resurrectionem non patiar magis,
sed immobilis à vita,id est,impassibilis ero. Quousque ô Iudæi increduli irruitis in hominem,scilicet
in me filium hominis quem volebatis occidere? Vnde ait Iudæis, Vos ex patre diabolo estis,& desi-
Iohan. 8. deria patris vestri vultis perficere. Et iterum dicit ad eos , Quid me quæritis interficere ? Interficitis
Iohan.17 vniuersi vos,id est,animas vestras non credendo in me. Hoc ad literã Christus dixit Iudæis, In pec-
Iohan. 8. cato vestro moriemini. Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere,hoc est,sanguinem meũ
Iohan. 11 voluerunt infructuosum efficere. Volebant enim nomen atque memoriam Christi delere,omnesque

A homines ab eius fide auertere, ac per hoc sanguinis effusionem sine fructu statuere, cucurri in siti, id est, vitam in hoc mundo transegi in magno desiderio humanæ salutis. Propter quod in cœna dixit, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Et pendens in cruce, Sitio inquit, ore suo benedicebant mihi Iudæi dicentes, Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & corde suo maledicebant. Talia enim dicebant, vt occasionem mortis ex verbis meis elicerent. Denique deus dicitur Christi saluator, id est, à morte resuscitator ac glorificator, non à peccato redemptor. Quomodo autem cætera Christo conueniant ex præcedētibus innotescit. Ecce quàm ineffabilis & admiranda est pulchritudo atq; sententia huius psalmi, in quo ignea verba diuini amoris piam mentem totaliter inflammantia tam copiose includuntur, totiesque repetuntur, in quo obedientia cōmendatur, moralissima ac saluberrima documenta proponuntur, impũ increpantur, & in ipso fine deus pulcherrime collaudatur. Sit ergo anima nostra deo semper subiecta, tamque reuerenter ac pure intenta, vt amorosa verba psalmi præsentis ardenter & saporose pronunciet, cor suum coram deo confidenter effundat, nec exterioribus rebus cor apponat, sed in deum se penitus erigat, simplificet, figat. Lucæ.22 Iohan.19 Mat.22 Thren.12

## B COMMENTARIVS IN PSAL. LXII.

### EXPLANATIO TITVLI.

Titulus psalmi est, Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ, id est, psalmus iste conuenit ecclesiæ seu fideli per Dauid significato, cum esset ipsa ecclesia in deserto Idumææ, id est, in præsenti exilio & valle hac lachrymarum vitiis atque ærumnis repleta, à bonis vero deserta seu derelicta. Ecclesia ergo seu quilibet iustus præsentis seculi afflictiones expertus, diuinamque consolationem efflagitans, dicat.

### PRECATIO.

*Deus deus noster, fac nos in oratione de luce spiritus tui ad te uigilare, ac in te sitire, ut tua præstāte gratia adipe & uirtutum pinguedine repleatur anima nostra, quo tibi adhærentem eam in cœlestibus suscipiat dextera tua.*

### EXPOSITIO psalmi literalis.

Devs deus meus] id est, tu creator omnipotens, qui es omnium deus ratione creationis, & gubernationis. Specialiter vero deus meus propter speciale prouidentiam tuam circa me, qua me à malis protegis, in bonis promoues, atq; ad ad vltimum finem recte perducis. Itemque propter singularem dilectionem & C venerationem, qua te solum summe amo & colo [ad te de luce vigilo] id est, statim cum splendor gratię tuæ infulserit animæ meæ consurgo, ad te cordiali affectu mentē erigendo, ad te contemplandum, diligendum, adorandum, colendum ac promerendum. Ad literā quoque de luce, id est, summo mane euigilare & surgere debemus ad dei cultū ac laudem, quatenus sobrio spiritu deum laudantes ac inuocantes: sic interiores oculi illustrentur lumine gratiæ, sicut oculi exteriores perfunduntur solis splendore. Propterea Esaias, De mane vigilabo ad te. (9) Sitivit in te anima mea] hoc est quod dixit superius, Sitiuit anima mea ad deū fortem viuum. Sitis etenim animæ est ingens desideriū boni nondum adepti Est igitur sensus, Anima mea, id est, appetitus meus intellectualis, puta voluntas, sitiuit in te, id est, intellectuali ac magno desiderio concupiuit te adipisci, consolationē tuam acquirere, à præsentibus malis saluari, atq; ad te vniuersæ beatitudinis fontem perduci, sicut Tobias ait, Domine secundum voluntatē tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meū. Et Esaias, Nomen, inquit, tuum & memoriale tuū in desiderio animæ meæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordiis meis. Hac siti ardebat mens Apost. dicētis, Desideriūhabeo dissolui, & esse cum Christo. [quam multipliciter tibi caro mea] id est, quàm multis suspiriis variisque affectibus sitiuit, id est, ad gloriam tuam caro mea, id est, appetitus inferior sensitiuus. Insinuat iste versiculus D carnem multiplicius affici ad deum quàm animam, quod sane intelligendū est. Siue enim caro sumatur pro corpore solo, siue pro appetitu sensitiuo non cōueniet ei sitire in deum directe, proprie, & immediate: quoniam nanque deus immaterialis & simplex est, solo immateriali appetitu ad ipsum pertingitur, sicut & solo intellectuali oculo contemplatur. Carni autem secundum se desiderium nō conuenit, sed in quantum anima informatur, ipsumque desiderium potius conuenit toti composito, & animę quàm carni. Quod ergo nunc dicitur caro sitire in deum, dupliciter intelligi potest. Primo, quoniam ipsa est animæ occasio sitiendi in deum. Corpus quippe quod corrumpitur aggrauat animam, multasque necessitudines, solicitudines, afflictiones ac miserias incidit anima ex vnione ad corpus. Nam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Hinc ergo dicitur caro multipliciter deum sitire, etiam multiplicius quàm anima. quoniam anima plures causas & incitamenta sitiendi deum sortitur ex corpore quàm ex seipsa. Tot enim habet causas deum concupiscendi, quot se experitur impedimentis ab eo elongari ac retrahi. Ideo ad Romanos exclamat Apostolus, Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Simili sensu dicitur caro concupiscere aduersus animam, non φ caro secundū se concupiscat, sed quia est animæ occasio concupiscēdi aduersus seipsam. Anima enim secundū appetitum sensitiuum concupiscit contra seipsam, quantū ad appetitum intellectualem. Secundo intelligitur sic, φ caro, id est, appetitus sensitiuus sitit in deū, non directe & immediate, quasi deus sit desiderii sui obiectum: sed quoniam ea quæ desiderat, secundum deside- Esaiæ.26 Psalm.41 Tob.3. Esa.26. Philip.1. Sap.9. Roma.7.

rat, scilicet secundum rationis imperiū ac directiones virtutum moralium, fititq; multiplicius deum E
quàm appetitus superior, quoniam plures pœnas, culpas, atque miserias habet homo ex parte appeti
tus sensiuui quàm intellectiui, præsertim cum passiones animæ quæ nobis sunt origo peccādi, in ap-
petitu sensitiuo fundentur. ¶ (3) IN terra deserta & innia & inaquosa] id est, in corpore isto corru-
ptibili, ab originali iustitia derelicto, ad errores procliui, & secundum se omni gratia destituto. Caro
Iohan. 6. enim non prodest quicquam. Et Apost. Scio (inquit) quia non habitat in me. i. in carne mea bonum.
Roma. 7. In hac igitur terra, velut in carcere habitans ego [SIC in sancto apparui tibi] id est, in sancto affe-
Thren. 2 ctu, desiderioque cœlesti repræsentaui meipsum tuo conspectui, effundendo cor meum coram te, at-
que perpendens me semper à te inspici. Itaq; non obstante corporis mole ad cœlestia aspiremus, &
2. Co. 10. mundo corde nosipsos deo exhibere conemur, quatenus illud beati Apostoli vere dicamus, In carne
Matth. 7. ambulantes, nō secundū carnem militamus. Vel sic, In terra deserta & inuia & inaquosa. i. in hoc se-
culo nequam, quod est virtutibus destitutum, & lata via ducens ad mortem, inaquosum quoque. i. in-
Lucæ. 11. fructuosum & aridum. De hac terra Christus in euang. dicit, Cum immundus spiritus exierit ab ho-
mine, ambulat per loca arida & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, quia in mundo isto non seculari-
ter vixi, nec peccatorū vestigia sum sectatus, sed tibi in sanctitate & iustitia ministraui, & hoc [VT vi
derem] in patria clare per speciem [VIRTVTEM tuam] hoc est omnipotentiam tuam, qua omnia
Luc. 19. in cœlo & in terra disponis, omnesque beatos potentissime in bono confirmas [ET gloriam tuam] F
id est, beatitudinem tuam, quatenus intrem in gaudium domini mei, & omnem excellentiam eius in
cœlo conspiciam. Vel sic, vt viderem ô pater æterne virtutem tuam & gloriā tuam, id est, Christum
1. Cor. 1. filium tuum, qui est virtus & sapientia patris secundū Aposto. Si enim teste scriptura, filius sapiens
est gloria patris, quanto magis Christus dei vnigenitus, qui est ipsa æterna, immensa, & increata sa-
pientia patris, dici potest gloria eius? Vtroque itaque modo per virtutem & gloriam de intelligitur
ipsemet deus sublimis & gloriosus. Nam propter dei visionem per speciem, tanquā ob præmiū vlti-
matum, finale, & cōsummatū, omnia quæ agimus operari debemus. Propter quod ait Saluator, Hæc
Ioban. 17 est vita æterna, vt cognoscant te solum verū deum, & quem misisti Iesum Christum. Et Moses ait ad
Exod. 32 dominum, Ostende mihi gloriā tuam. Hæc autem ideo oro. ¶ (4) QVONIAM melior est miseri-
cordia tua]. i. gratiæ tuę præsentia seu pia cōuersatio, quo hominem in esse spirituali & gratioso con
seruas [SVPER vitas] id est, super omne genus ac modū vitæ naturalis. Præstātiora quippe sunt mu
nera gratiæ donis naturæ, meliusque existit. nec esse, nec viuere vita naturali peccatis obnoxia, quàm
sine charitate & gratia esse, quemadmodū veritas de Iuda protestatur, Bonum ei esset si natus non
fuisset homo ille. Non ergo optemus viuere, nisi vt bene viuamus, magisque optemus omnino non
esse, quàm miserationibus dei carere. [LABIA mea laudabunt te.] propter beneficia mihi ac cæte- G
ris à te clementer impensa. ¶ (5) SIC benedicam te in vita mea] hoc est, toto tempore, quo subsi-
sto & in vita permaneo te benedicā, id est, bona de te dicam bonitatem tuā glorificando, superexal-
Psal. 32. tando, & ei gratias referendo, sicut superius dictum est, Benedicā dominū in omni tempore. Et alius
Tobiæ. 4 dicit, Omni tempore benedic deo, & pete ab eo vt vias tuas dirigat. Vel, benedicam te in vita mea, id
est, taliter viuam, ꝙ conuersatio mea erit quędā nominis tui benedictio, quia ad nominis tui hono-
rem, laudem, & gloriā, totam vitam meā ordinabo. Etenim non minus benedicitur deus iusta vita, ꝙ
voce sonora [ET in nomine tuo] id est, in te atque ad tuum honorem [LEVABO manus meas] cor
porales ad cœlum, vt sic spiritus promptius feratur ad creatorem. Ceremoniæ nanque corporales
disponunt non modicū ad deuotionem internā. Vel leuabo manus meas, id est, desideria mea ac ope
ra erigam, atq; firmabo in te, sicut in vltimo fine, sicut admonet Ieremias, Leuemus corda nostra cū
Thren. 3. manibus ad dn̄m in cœlos. Vnde Apost. Volo inquit viros orare in omni loco leuantes puras manus
1. Tim. 2. sine ira & disceptatione. ¶ (6) SICVT adipe & pinguedine] repletur, impinguatur, & alitur ca-
ro, sic [REPLEATVR anima mea] consolatione interna, charitate ardenti, & gratia spiritualiter
1. Cor. 12. inerassante, secundum quod ait apostolus, AEmulamini charismata meliora [ET] tunc [LABIIS
exultationis laudabit os meum] id est, exultantibus labiis te os meum laudabit, ita ꝙ in laude tua gau
debo, atque ex interiori lętitia ad te laudandum mouebor & signa mentalis iucunditatis foris osten-
dam. Amanti nanque delectabile est occupari in laude dilecti, & quanto in gratia dei altius cresci-
mus, tanto iucundius cum laudamus, estque signū magni amoris in dei laudibus exultare. ¶ (7) SI] H
hoc est, quia [MEMOR fui tui] meditando, orando, plangendo [SVPER stratum meum] id est, in
lecto meo tempore noctis [IN matutinis meditabor in te] id est, in hora atque officio matutinali te
contemplabor, & quæ tibi sunt placita, cogitabo. Hoc enim consequens est, vt qui in lecto suo dei nō
obliuiscitur, extra lectum tempore diuini obsequii eius reminiscatur, & omnino debemus esse memo
res dei in strato nostro, sic collocantes nos in lecto quasi in tumulo. Vel sic, Si memor fui tui super
stratum meū, id est, in quiete ac prosperitate in matutinis, id est, gratiæ tuæ radio mihi illucente, me-
ditabor in te, recolendo bonitatem tuam atque beneficia infinita [QVIA fuisti adiutor meus] natu-
1. Cor. 15 ræ meæ infirmitatem confortando per gratiam tuam, nam gratia tua sum id quod sum. ¶ (8) ET in
velamento alarum tuarum exultabo] id est, non in propriis viribus ero securus, nec in meipso læta-
bor, sed sub defensione tuę potentię ac misericordię lętus quiescam, & quiete ac tute gaudebo. Nam
Iob. 34 vt scriptum est, Deo concedente pacem quis est qui condemnet? Hinc enim sponsa ait, Sub vmbra il
Cant. 2. lius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. [ADHAESIT] ô domine [ANIMA
mea post te] hoc est ꝑ charitatē tibi inhæsit, ad te peruenire conatur in anteriora extendēs seipsam,
Cant. 1. Christi vestigia sequens & clamans cum sponsa, Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorū
Iere. 17. tuorum. In hac adhęsione pax nostra & salus tota consistit. Propter quod Ieremias ait ad dominum,

A Ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens. Hanc quoque adhæſionem facit ac roborat ardens dile-
ctio creatoris [ME] pœnitentem, orantem, confitentem, teque laudantem [SVSCEPIT] & exaudi-
uit [DEXTERA tua] id eſt, fauor gratiæ tuæ, ſeu pia tua præſentia, quæ me pie prȩuenit, clementer
conſeruat, & ad conſummationem benigne perducit. ℂ (9) IPSI vero inuanum quæſierunt animã
meam] id eſt, quoniam dextera dei me ſuſcepit ac ſuſtinet, propterea hoſtes mei viſibiles & inuiſibi-
les fruſtra conati ſunt vitam meam ſpiritualem extinguere, animam meã ſeducere, aut alio modo no-
cere. [INTROIBVNT] propter peccata ſua [IN inferiora terræ] id eſt, in lacũ inferni, de quo ali-
bi ſcriptum eſt, Veruntamen in infernum detraheris, in profundũ laci. [TRADENTVR in manus Eſa. 14.
gladii, partes vulpium erunt] id eſt, hominum fraudulentorum & diabolorum fallacium participes
erunt in pœnis. ℂ (10) REX vero] .i. ſeipſum rationabiliter regens, & ad regale Christi ſacerdotiũ
pertinens [LAETABITVR in deo] in quo ſolo eſt vera ac pura lętitia. Propter quod in lib. Iob le Iob. 22.
gitur, Si conuerſus fueris, tunc ſuper omnipotente delitiis afflues, & eleuabis ad eum faciem tuam.
Hanc autem in deo lætitiam habere non poteſt hypocrita & doloſus quemadmodum Iob ait, Nun- Iob. 27.
quid deus audiet vocem hypocritæ, aut poterit in omnipotẽte delectari? [LAVDABVNTVR oẽs]
id eſt, à deo & ſanctis omnibus approbabuntur [QVI iurant in eo] cum debitis circunſtantiis ope-
ris virtuoſi. Iurare nanque ſi debite modificetur ordinateq; fiat, eſt actus virtutis, ſcilicet latriæ. Scri-
B ptum eſt enim, Reddes domino iuſiurandum tuum. Et rurſus, Per nomen illius iurabis. Quod vero Deut. 29
ait Saluator, Ego vero dico vobis non iurare omnino, non eſt dictum prohibitiue ſimpliciter, ſed vt Deut. 6.
ſine neceſsitate non aſſueſcamus iurare. Vel laudabuntur omnes qui iurãt in eo, id eſt, qui fortiter bo Matth. 5.
nũm proponunt ſeu ſpondent, illudque fideliter proſequuntur ac implent. [QVIA obſtructum eſt Iacobi. 5.
os loquentium iniqua] Iam enim obſtructum eſt per prohibitionem diuinam, in die quoque iudicii
obſtruetur per condemnationem æternam. Nihilominus reprobi mala loquentur in æternum, nã &
in inferno deũ iugiter blaſphemabũt, eo ꝙ tantã potentiã habeat qua eos ſic cruciat, eiſq; præualeat.

ℂ Declaratio allegorica eiuſdem pſalmi de Christo.

QVod autem beatus Dauid à facie Saul fugiens in deſerto moratus eſt, hoc præfigurauit quod
euangeliſta Iohannes de Chriſto cõmemorat, Conſpirauerunt (inquit) Iudæi, vt eum oc- 1. Reg. 21.
ciderent. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat, ſed erat in deſertis locis cũ diſcipulis ſuis iuxta ci- Ioban. 11
uitatem, quæ dicitur Effrem. Chriſtus igitur vt homo in hoc degens exilio, ait ad deum patrẽ ſeu to-
tam beatiſsimam Trinitatem, vnum verũ, ac ſummũ deum. Deus deus meus, qui es ſpecialiſsimo mo
do deus meus ſecundũ quod homo ſum, quia ſumme honoratus atque dilectus à me, ad te de luce vi-
gilo, id eſt, per claritatem lucis diuinæ animæ meæ infuſæ tibi ſemper intendo. Erat enim in anima
C Chriſti à ſuæ creationis principio non ſolum lux gratiæ, ſed etiam excellentiſsimum lumen gloriæ,
per quod inceſſabiliter vigilauit ad deum, eũ amando ac intuendo. Non enim ſomnus, cibus, potus,
prȩdicatio, aut alia quælibet occupatio animam Chriſti ab actuali dei contemplatione vnquam im-
pediuit, ſed ipſe ſine interuallo iugiter deo intendit. Sitiuit in te anima mea, quantum ad id quod erat
viatrix atque paſsibilis. Anima nanque Chriſti quantum ad vires ſuperiores ad deum relatas ſemper
erat in beatifica dei fruitione, nec ſic proprie ſitiuit in deum, cum ſitis ſit deſiderium boni abſentis,
ſed amabat & amplectebatur ipſum deum: quantũ vero ad vires inferiores erat anima Chriſti viatrix
& paſsibilis, ſicque ſitiuit in deum, deſiderando præmiũ accidentale, & liberationem ab omni paſsi-
bilitate. Vnde & ipſe diſcipulis dixit, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quàm
multipliciter tibi caro mea. Corpus etenim Chriſti multo pluribus paſsionibus ſubiacebat quàm ani
ma, quia mortale fuit, non glorificatum, idcirco multipliciter ſitiuit in deum, deſiderando reſuſcita-
tionem, aſcenſionem & glorificationem, pro quibus etiam frequenter orauit dicendo, Pater ſaluifica
me ex hac hora: &, Pater clarifica filium tuum. Nonne vtiq; anima corpuſque Chriſti ſitiuit in deũ, Iohan. 12
dum dixit, O generatio incredula, quam diu apud vos ero, quam diu vos patiar. Et alibi. Deus meus, Ibidem.
vt quid dereliquiſti me? Quomodo autem corpori competit ſitire in deum, dictum eſt in præceden- Mar. 9.
ti expoſitione, In terra deſerta & inuia & inaquoſa, hoc eſt, in mundo iſto vitioſo, errabundo, & in- Mat. 17.
D fœcundo, ſic, in ſancto deſiderio, apparui tibi. Nam Chriſtus inter homines viuens vitia hominum
ignorauit, ſed diuino aſpectui ſemper ſeipſum repræſentauit in ſancto deſiderio, quo dei patris hono
rem & mundi ſalutem ardentiſsime concupiuit: vt viderem virtutẽ tuam, id eſt, quatenus experimen
taliter intuerer potentiam tuam, qua per me paſsionemque meã, principem huius mundi ſuperare &
mortem deſtruere decreuiſti. Nam Chriſtus diuina virtute diabolum vicit, & mundum redemit: & Apoc. 20
gloriam tuam, hoc eſt, vt viderem excellentiam gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, quam merito Galat. 3.
meæ paſsionis dare diſpoſuiſti electis. Hanc gloriã dei in electis Chriſtus maxime deſiderauit, quo-
niam propter eam mori dignatus eſt. Vel ſic, vt viderẽ, non ſolum ſpirituali ac interiori, ſed etiã ocu
lo corporali corporis glorificati, virtutem tuã & gloriam tuam, poſt aſcenſionem in cœlo intelligen
do per virtutem, & gloriam effectus diuinæ potentiæ, in quibus virtus & gloria dei relucet. In taliũ
enim viſione corporali, præmiũ accidentale partim conſiſtit. Vnde poſt diẽ iudicii corpora cœleſtia
& elementa ſplẽdidiora erunt quàm modo, vt in eorũ corporali viſione beati delectentur, diuinamq;
in eis virtutem & gloriã admirentur. Sȩpe equidem in diuinis ſcripturis per virtutem & gloriam dei
intelliguntur effectus diuinȩ poteſtatis, ſicut Chriſtus ait ad Martham, Si credideris, videbis gloriam
dei, hoc eſt, glorioſum miraculũ reſuſcitationis fratris tui. Et in libro Paralipomenon, O Iuda & Ie- Iohan. 11
ruſalem, nolite timere: cras videbitis maieſtatem dei in vobis, hoc eſt, opus magnæ poteſtatis dei cer 2. Par. 20
netis. Quoniam melior eſt, ô deus pater, miſericordia tua, id eſt, gratia, qua me præueniſti, impleſti &

perfecisti,super vitas,id est,super omnem vitá naturæ,gratiæ & gloriæ omniũ electorũ. Maior enim E
dignior ac melior fuit gratia Christo collata gratiis omniũ intellectualium creaturarum,quia non ad
Iohan. 3. mensuram dedit deus spiritũ Christo homini:labia mea laudabunt te, interioribus labiis, hoc est,in-
tellectu,memoria & affectu anima Christi indesinenter sine omni interruptione deũ laudauit , sicute
Luc.10. beati in patria.Corporalibus quoque labiis eũ laudauit,loco & tempore opportunis. Vnde, Confi-
Iohan. 8. teor,inquit,tibi pater.i.laudo te.Sic benedicá te in vita mea . Christus vtiq; verbo & opere deo per-
fectißime benedixit.Propter quod testatur,Ego honorifico patrem meũ, & nõ quæro gloriá meam:
& in nomine tuo.i.in tua virtute,vel ad nominis tui honorem, leuabo manus meas.i. omnia deside-
ria mea ac opera ad te deũ altißimum dirigam,& ad cœlestem beatitudinem aliis per me promeren-
dam ordinabo. Vel, leuabo manus meas,corporales ad te in oratione,quam fudi paßione instante,
Philip. 4 atque in cruce dum obtuli meipsum tibi hostiá beneplacentem. Sicut adipe & pinguedine repleatur
anima mea,gaudio pręmii accidentalis,præsertim de saluatione electorũ,Christus auté pro augmen
to charitatis gratiæ habitualis seu præmii essentialis non orauit , quia in talibus anima eius à princi-
pio perfectißima fuit,nec in talibus proficere potuit,& labiis exultationis laudabit os meum.i. hila-
ri ore & corde iucundo gratias tibi agam pro omni beneficio per me electis collato,tuamque ô deus
bonitatem,exultanter laudabo.Si memor fui tui super stratum meũ.i.quia in cruce in qua infirmatus
Mat.27 & mortuus sum,memor fui tui,ô pater dicendo,ô pater, Vt quid dereliquisti me?Et,Pater ignosce il F
Luc.23. lis:&,Pater in manus tuas commendo spiritum meum.In matutinis,hoc est,tempore resurrectionis,
Psalm.30 meditabor in te.Tunc enim Christus sine omni tristitia bonitatem & beneficia patris, propriamque
Luc.23. paßionem recoluit,dicens discipulis,Nonne hæc oportuit pati Christũ?quia fuisti adiutor meus, co
Luc.24 operando mihi in redemptione generis humani,atque à morte resuscitans me.Et in velamento ala-
rum tuarũ exultabo,hoc est,de tua protectione semper lætabor.Hinc enim Christus dixit Iudęis,Pa
Iohan. 8. ter non reliquit me solum:adhæsit anima mea post te,quia toto corde, tota fortitudine, totaque men
te te semper dilexit , & præceptum charitatis perfecte in hac vita impleuit , quod nulli viatori extat
Marc.16. poßibile:me suscepit.dextera tua,in ascensione quando me collocasti ad dexteram tuá in cœlis. Vel,
me suscepit dextera tua.i.naturam meá humanam assumpsit verbum ac filius tuus.Quemadmodum
enim spiritus sanctus vocatur digitus dei,quoniam deũ atque occulta per illuminationẽ demonstrat
& edocet,sic filius appellatur brachium,& dextera patris,quoniam ipse est virtus dei & verbo virtu
Hebræ.1. tis suæ omnia portat secundum Apostolum.Ipsi vero puta Iudæi increduli,inuanum,hoc est,contra
animarum suarũ salutem,quæsierunt animam meam, corporalem, vt eam extinguerent: introibunt,
propter peccata in me cõmissa,in inferiora terræ,hoc est,in profundum inferni,tradentur in manus
gladii,hoc est,in potestatem gladii Romanorum , scilicet Titi ac Vespasiani , qui eos igne & gladio G
peremerunt,partes vulpium erunt,hoc est,portio atque possesio dæmonum summe fallacium, quia
non credendo in Christum facti sunt filii dæmonum,atque ad eorum portionẽ pertinentes. Propter
Iohan. 8. quod Christus ait ad eos, Vos ex patre diabolo estis.Ad literam quoque Iudæi facti sunt partes vul-
pium,dum eorum cadauera insepulta tradita sunt vulpibus feris & auibus deuoranda.Rex vero,sci-
Apoc. 19 licet Christus,de quo in Apoc.legitur, Vocabitur nomen eius verbum dei,& habet in vestimento &
in fœmore suo scriptum rex regum & dominus dominantium,hic rex lætabitur,indesinẽter, in deo,
Psal.20. sicut de eo superius dictum est,Domine in virtute tua lætabitur rex,& super salutare tuum exultabit
vehementer,laudabuntur omnes qui iurant in eo secundum sensum in pręcedenti expositione posi-
2.Par.15. tum,secundũ quem modũ iurauerunt,de quibus 2.lib.Paral.dicitur, In omni corde suo iurauerũt do
mino,& in tota voluntate sua quæsierunt eum & inuenerunt, quia obstructum est os loquẽtium ini-
qua.Iam vtique obstructum est os Iudæorum dñm Iesum blasphemantium & interficientium.Dixe-
Iohan. 11 runt enim,Ne forte veniant Romani,& tollant locũ nostrum & gentẽ. Volebant quoq; nomen atq;
Iob.5. memoriam Iesu prorsus delere,& ecce deus cõpræhendit astutos in astutia eorum,qm̃ oppositũ con
tigit.Nam & ipsi locũ suum seu terram natalem,& populum perdiderunt.Nomenque dñi saluatoris
post paßionem multo latius clarificatũ est quàm ante.Ecce quàm dulcißimus atque affectuosißimus
Psalmus cuius virtutem ac suauitatẽ mens sapit deuota & amorosa.Studeamus igitur semper menta-
2.Tim.4 liter vigilare ad dñm,sicut ad Tim.ait apost.Tu vero vigila,in omnibus labora,sobrius esto.Et Chri
Mat.26 stus ad discipulos,Vigilate (inquit) & orate,ne intretis in tentationẽ . Sitiat anima nostra ad deum, H
2.Cor.10 & in carne viuentes nõ carnaliter cõuersemur, sed dño deo nostro in sancto desiderio appareamus,
summæq; soliciti simus,imo vt semp stemus in gratiá dei,potiusq; optemus nõ esse quàm sine omni
dei misericordia,sine charitate & gratia esse.Deum in omni tempore , loco & vita laudemus,& pu-
ras ad eum manus leuemus,atque in diuino amore semper proficere satagamus.

## ❧ COMMENTARIVS IN PSAL. LXIII.

### ¶ EXPOSITIO TITVLI.

DEnique titulus Psalmi præsentis est,In finem Psalmus Dauid, id est, Psalmus iste in vltimum finem nos dirigens conuenit Christo per Dauid præfigurato.Christus igitur vt homo viator paßibilis paßioni iam proximus ait ad deum patrem.

### PRECATIO.

*Benigna & summa potestas deus,à timore inimicorum eripe animas nostras, ut qui scrutari iniquitates contra salutem nostram non cessant,tuo insuperabili abacti brachio deficiant a nobis scrutantes scrutinio.*

A ❡EXPOSITIO psalmi literalis.

EXAVDI deus orationem meã cum deprecor] vel pro meipso, sicut dum dixi,
Pater si fieri potest, aufer à me calicem istum. Veruntamen non mea voluntas Mat. 26.
fiat. Et iterum, Pater clarifica me claritate quam habui antequam mũdus esset.
Vel, pro corpore meo mystico, sicut dum dixi, Ego pro te rogaui Petre, vt non Iohan.17
deficiat fides tua. Et iterum, Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti Luc.22.
mihi [A timore inimici eripe animã meam.] Christus qui pro mũdo mori ad- Iohau.17
uenit, atque in bono confirmatus fuit, non orauit absolute, vt non occideretur,
aut ne inordinate formidando in vitium laberetur. Quid ergo orauit dicẽdo,
à timore inimici eripe animam meã, nisi vt naturalis timor mortis ab eo recederet? Vel, vt ad impas-
sibilem vitam suscitaretur, in qua nullus eum terrere posset aut persequi? Tunc enim ab omni timo-
re aduersariorum ereptus est, quando ad immortalem statũ surrexit. ❡(2) PROTEXISTI me à
conuentu malignantium] id est, à fallaci consilio Iudæorum, qui me frequenter tentabant, quatenus Mat. 22
me caperent in sermone & accusarent. Ab hoc conuentu Deus Christum protexit, quia per sapien-
tiam animæ suæ infusam fecit eũ irreprehensibiliter respondere, ita vt ipsi eius aduersarii dicerent,
Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Protexisti me etiam ò domine pater [A multitu- Iohan. 7.
B dine operantium iniquitatem] hoc est, à Iudæis volentibus me à supercilio montis præcipitare, atq; Lucæ. 4.
in porticu Salomonis lapidare. Tunc enim diuina virtute euasi, quia inuisibilis eis effectus sum. Vn- Iohan.10
de Iohannes dicit, Iesus autem abscondit se. Et iterum, Quærebant eum Iudęi apprehendere, & exi- Iohan. 8.
uit de manibus eorum. Potuit nanque Christus seipsum dum vellet inuisibilem aliis reddere. ❡(3) Iohan.10
QVIA exacuerunt] infideles Iudæi [VT gladium linguas suas] verba mortifera dicendo aduersus
me, scilicet, Tolle tolle crucifige eum [INTENDERVNT arcum rem amaram] id est, dolos atque Mat. 27
insidias mihi præparauerunt, dicentes, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Et item à Mat.16
discipulo suo vendatur & tradatur, à pręside cõdemnetur, ab eius militibus occidatur. Nos totum fa- Eodem.
ciamus, & nihil fecisse videamur. Hæc autem fecerunt [VT sagittent in occultis immaculatum] hoc
est, vt Christũ agnum sine macula lædant ac perimant in occulto, id est, aliis ignorantibus eorũ ver-
sutiam atque latenter. Sic enim volebant principes sacerdotum cũ suis fautoribus Christum occide-
re, vt nec Pilatus, nec alii scirent eorum falsas adinuentiones contra Christũ, & vt ipse quoq; Chri-
stus improuise caperetur ab eis, quia putabant eum nescire eorũ consilia. ❡(4) SVBITO sagitta-
bunt eum] id est, Christũ repente occident. Non enim tenebant eum diu in vinculis, sed captũ mox Mat. 27
tradiderunt Pilato, & die eodem crucifixerunt [ET non timebunt] deum in tanto piaculo. Nam ex-
cæcauit & obstinauit eos malitia eorum, propterea sequitur [FIRMAVERVNT sibi sermonẽ ne- Sapien. 2
C quam] id est, pertinaciter quæsierunt à præside, vt Iesum occiderent. Vnde Lucas dicit, At illi insta- Luc.23.
bant vocibus magnis vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Quanta enim scribit Pilatus,
vt eum erueret: sed illi firmauerunt sibi sermonem nequam, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus
Cæsaris. Quo audito Pilatus timens hominem magis quàm deum sedit pro tribunali, & sanctũ san- Iohan.19
ctorum dãnauit ad mortem. ❡(5) NARRAVERVNT] id est, inter se tractauerunt [VT abscon-
derent laqueos] id est, quatenus causas ac insidias mortis Christo occulte pararent. Ideo nanq; ma-
ne in die parascenes, duxerunt eum in consiliũ suum dicentes, Si tu es Christus, dic nobis, vt respon-
sione sua audita accusarent eum coram Pilato. Quemadmodũ & fecerunt dicendo, Nos legem habe Luc.22.
mus & secundũ legem debet mori, quia filium dei se fecit [DIXERVNT] inter se [QVIS videbit Ioban.19
eos?] id est, quis cognoscet nostra fraudulenta machinamenta contra hunc Iesum? Non enim puta-
bant suam malitiã ita omnibus manifestandam, vt factum est. Nam vt in Act. apostolorũ legitur, Vo Act. 4.
lebant se excusare de morte Christi, dicentes apostolis, Ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, &
vultis super nos inducere sanguinem hominis huius. ❡(6) SCRVTATI sunt iniquitates] id est,
cum magna deliberatione atque industria excogitauerunt modũ & vias, quibus Christũ occiderent,
quemadmodũ apud Ioh. dicitur, Collegerunt pontifices & pharisæi consilium, & dicebant, Quid fa Iohan. 11
cimus, quia hic homo multa signa facit. Et Matth. Consilium (inquit) fecerunt, vt Iesum dolo tene- Mat. 36.
D rent & occiderent [DEFECERVNT] hoc est, optato effectu frustrati sunt [SCRVTANTES scru
tinia] id est, Iudæi inuestigantes consilia quomodo Christum extinguerent. Ideo nanque eum inter-
fecerunt, ne venientibus Romanis, gentem & locũ amitterent, volebantque Iesum non solũ occide-
re, sed turpissima morte damnare, quatenus nomen atque memoria eius omnino perirent, quemad-
modum apud Iere. legitur, Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra,
& ecce oppositum contigit. Nam & ipsi occisi sunt, à Romanis expulsi, & omni gloria legis paternæ Sapien. 2
priuati. Christus vero ex ipsa sua passione fructificauit, quia totius mundi cõuersionem ad fidẽ pro- Ierem. 11
meruit. Propter quod ipse dicit, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum Iohan. 12
manet: si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. Seipsum equidem grano comparauit, quoniã
ipse erat granum malitia Iudæorum mortificandum, conuersioneque gentium multiplicandum.
❡(7) ACCEDET homo & cor altum] id est, homo Christus mediante corde suo alto seu sapien
tissimo ad passionem sponte procedet, sicut superius dixit, Holocaustum, & pro peccato non postu-
lasti, tunc dixi, Ecce venio. Et teste Iohan. ait, Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam. Psal. 39
Oblatus est enim quia voluit. Per hoc autem quod dicitur, Accedet homo & cor altum idem signifi Ioban.10
catur, iuxta quem modum alibi scriptum est, Ego autem & anima mea in deo lætabimur, non quod Esaiæ. 53
homo & anima sint diuersi lætantes, sed quoniam anima est quasi proxima causa lætitiæ, quia per eã
homo lætatur, sicut per eam viuit & ratiocinatur. Simili modo iam dicitur, Accedet homo & cor al- Tob.13

tum.Nam cor,id eſt,intellectus eſt homini cauſa accedendi ad ea quæ deo ſunt placita,quoniam in- B
tellectus dirigit actus humanos. Alii habent ſic, Accedet homo ad cor altum,id eſt,Chriſtus per con
ſiderationem accedet ad intuendum profundũ ac myſticum dei conſilium, penſando videlicet quo-
Mat. 26. modo à ſumma trinitate decretum erat,vt ipſe ſua paſsione mundũ ſaluaret.Ad hoc enim cor Chri-
Luc.24 ſtus acceſsit,dum deprecans dixit,Veruntamen non mea voluntas fiat , ſed tua. Et iterum, Quia ſic
ſcriptũ eſt,& ſic oportet fieri [ET exaltabitur deus] id eſt Chriſtus, qui in paſsione homo acceſsit,
in reſurrectione agnoſcetur eſſe deus.Deus enim exaltatus eſt,nõ quod diuinitas perfectior aut ſub-
limior fiat , ſed quoniam in mentibus creatis ſublimatur , dum quem ignorabant, aut non timebant,
agnoſcere,adorare,& colere inchoant.Sicque in reſurrectione exaltatus eſt dominus Ieſus,quemad-
Hebræ.2. modum inducit apoſtolus,Videmus Ieſum propter paſsionem mortis gloria & honore coronatum.
Vel ſic,exaltabitur deus,hoc eſt,deus trinitas per Chriſti acceſſum ad cor altum ab ipſo Chriſto glo
rificabitur,atque per totum mundũ clarificabitur,& in honore habebitur. Ideo nanque Chriſtus in-
carnatus & paſſus eſt,quatenus deus à toto mũdo agnoſceretur & honoraretur. Propter quod apud
Iohan.17 Iohannem ſcriptum eſt,Pater iuſte,mundus te nõ cognouit:ego autem te cognoui,& notum feci eis
1.Iohã. 6 nomen tuum.Et in prima ſua Canonica Iohannes apertius loquens, Scimus,inquit, quoniam filius
dei venit,& dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus deũ verum. ¶ (8) SAGITTAE paruulorum factę
ſunt plagæ eorum] Iſtud multipliciter intelligi poteſt. Primo ſic,Sagittæ paruulorum,id eſt, inſidiæ F
& perſecutiones Iudæorum Chriſto illatæ,factæ ſunt plagæ eorum,quia per eas meruerũt à Roma-
nis occidi,æternaliterque dãnari:imo & ſeipſos ſpiritaliter occiderunt. Dicuntur autẽ Iudęi paruuli,
non propter humilitatem,ſed propter inuidiã,quæ omnẽ inuidum facit paruulum: iuxta illud, Virũ
Iob. 5. ſtultum interficit iracundia,& paruulũ occidit inuidia. Inuidus enim eo ipſo quo alteri inuidet dimi-
nutum & bono alterius ſe indigentẽ oſtendit:quoniã inuidia eſt triſtitia de bono alterius , ſecundum
quod æſtimatur propriæ excellentiæ diminutiuũ, vt ait Philoſophus. [ET infirmatæ ſunt contra eos
linguæ eorum] id eſt,ſermones,accuſationes,atque conſilia Iudæorũ intento effectu priuati ſunt ſi-
cut iam patuit: & hoc contra eos,id eſt,in malum eorũ, quoniam malum quod Chriſto parauerunt,
ipſimet inciderunt,& ſermo ille quem dixerant,Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros, fecit
Mat. 27 eos morti obnoxios. Secundo ſic,Sagittæ paruulorum,id eſt,prædicationes & verba humilium Chri
ſti apoſtolorum,factæ ſunt plagæ eorum,ſcilicet Iudæorum. Nam per prædicationem apoſtolorum
clarificatus eſt Chriſtus,& Iudæi confuſi ſunt,victi & exterminati : & infirmatæ ſunt contra eos, vi-
delicet Chriſti apoſtolos,alioſque credentes,linguæ eorum, vtpote Iudęorũ. Non enim reſiſtere po
Act.4. terant verbis atque miraculis diſcipulorum domini ſaluatoris. Vnde ſcriptum eſt, Vidẽtes principes
ſacerdotum Petri & Iohan.conſtantiam,comperto quod homines ſine literis eſſent & idiotæ, mira- G
Act.6. bantur.Et rurſus,Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur per Stephanum. Ter-
tio ſic,Sagittæ paruulorũ ſactæ ſunt plagæ eorum,id eſt,plagæ quas Iudæi Chriſto intulerunt, ſimi-
les erant ſagittis puerorum, quoniam ſicut puerorũ ſagittæ inanes ſunt,nec nocent , & ſi aliqualiter
lædant,vulnus inflictum cito ſanatur:ſic plagæ à Iudæis Chriſto illatæ,vanę fuerunt,nec eũ in mor-
te detinere poterant,quin potius Chriſtus tertia die ab omni lęſione ſanus & immortalis ſurrexit,&
Mat.27 infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum,id eſt,Iudæi proprias aſſertiones probare nõ poterant, ne-
que defendere,quemadmodũ legitur,cum cuſtodes ſepulchri dixiſſent quæ viderant , ſcilicet terræ-
motum & angelum deſcendentẽ,principes Iudæorum dederunt eis copioſam pecuniã,quatenus di-
cerent,diſcipulos Ieſu eũ fuiſſe furatos,ipſis dormientibus. Hoc autem fictitiũ facile improbatur. Si
Mat.26 enim cuſtodes dormierant,ſcire non poterãt,à quibus, vel quomodo Chriſti corpus eſſet ſublatum:
ſed nec apparẽtiam habet,quod diſcipuli,qui omnes à magiſtro adhuc viuo aufugerãt,inter armatos
milites iam defunctũ requirerent. Denique impoſsibile quaſi eſt,quod adeo fortiter dormiuiſſent, vt
in reuolutione lapidis à monumento excitati non extitiſſent,erat nanque lapis magnus valde, & di-
ligenter ſignatus,fortiterque impreſſus: propter quod ſine ingenti ſtrepitu ab homine auferri nõ po
tuit. ¶ (9) CONTVRBATI ſunt] id eſt, compuncti,& ad pœnitentiam moti [OMNES qui vide-
Mat.27 bant eos] id eſt,qui cognouerunt Iudæos in Chriſti occiſione tam dire peccaſſe,ſanguinem innocen
Luc.23. tem fundẽdo. Hinc enim de Centurione in Euang.dicitur,Quia videns quod ſic expiraſſet Ieſus,ti-
muit valde,& glorificauit deum,& dixit,Vere filius dei erat iſte.Et Luc.ait,Omnis turba eorum,qui H
Act.2. aderant & videbant quę fiebant,percutientes pectora ſua, reuertebantur. Poſt reſurrectionem quo-
Act.4. que prædicante Petro,compuncti ſunt corde , & conuerſa ſunt ad Chriſtum octo milia Iudæorum.
Iohan.12 Tunc enim impletum eſt,quod Chriſtus ante paſsionem prædixit, Cum exaltaueritis filium homi-
nis tunc cognoſcetis quia ego ſum.[ET timuit omnis homo] non ſimpliciter omnis homo, ſed vt ſit
diſtributio pro generibus ſingulorum , quia de omni genere hominũ quidam ad Chriſtum conuerſi
ſunt,& deũ timuerunt. ¶ (10) ANNVNCIAVERVNT opera dei] id eſt,prædicti iam Chriſtia-
ni effecti laudauerunt,& aliis nunciauerunt opera atq; miracula Chriſti, pręſertim apoſtoli, de qui-
bus iſtud ſpecialiter dicitur,de quibus & ſubiungitur [ET facta eius] ſcilicet Chriſti [INTELLE-
XERVNT] per illuminationem ſpiritus ſancti, præcipue poſt diem Pentecoſtes , quando Chriſtus
Luc.24 impleuit quod eis repromiſit, Ego (inquiens) mittam promiſſum patris mei in vos. Et iterum, Cum
Iohan.16 venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. ¶ (11) LAETABITVR iuſtus] gra-
tia Chriſti iuſtificatus & ſanguine eius redemptus [IN domino] non in rebus illicitis & caducis, vt
Philip. 4 ait apoſtolus,Gaudete in domino ſemper,iterum dico gaudete [ET ſperabit in eo] id eſt, in miſeri-
Lucæ.1. cordia dei,non in ſua iuſtitia ſperans per meritum Chriſti ad beatam immortalitatem perduci [ET
Mat.25. laudabuntur] à Chriſto iudice [OMNES recti corde] qui deo in ſanctitate & iuſtitia ſeruierunt.

A Illis enim Christus dicturus est, Venite benedicti patris mei, &c.

¶ EXPLANATIO tropologica siue moralis eiusdem psalmi.

Quemadmodum tertium Psalmum pœnitentialē quidam doctores catholici, inter quos est Cassiodorus, exponunt ad literam de S. Iob, sic Psalmum præsentem quidam ad literam exponunt de Daniele, imitantes (vt dicunt) in hoc antiquos Hebręorū doctores. Veruntamen sicut Psalmus ille tertius pœnitentialis conuenientius explanatur de quolibet vere pœnitēte, sic Psalmus pręsens congruentius elucidatur de quocunque iusto in afflictionibus posito, præcipue in persona martyrum, quorum quilibet dicere potest, Exaudi deus orationem meam cum deprecor, id est, de cordis affectu te precor. Translatio Romana habet, cum tribulor. In tribulationibus nanque potissimum exaudiri & conseruari indigemus. Qui autem sic deum deprecatur, vtique exaudietur, quemadmodum Moses ait, Cum quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ, à timore inimici eripe animam meam, non vt non tenter à dæmone, nec in mundo persequutionem sustineam, cum per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum cœlorum: sed vt non formidem inordinato pauore inimicos animæ meæ: magis vero adimpleam quod tu domine Iesu iubes, Ne terreamini ab his qui corpus occidunt. Et, In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Hinc apud Esa. legitur, Nolite timere opprobrium hominum & blasphemias eorum. Protexisti me à conuentu malignantium, ita quod eorum iniquum consilium mihi non nocuit, neq; eorum malignitati cor meum consensit. Hoc modo deus martyres sanctos protexit, qui coram tyrannis insuperabiliter perstiterunt, atq; ab omni fraude eorum erepti sunt. Protexisti me quoque à multitudine operantium iniquitatem, ne cum peruersis peruerterer, aut eorum multitudine territus superarer. Istud etiam quilibet dicere potest, qui dæmonum tētationibus viriliter restitit, & deo protegente, eorum laqueos victor euasit, præcipue autem claustrales qui mundum & omnia quæ in mundo sunt, propter Christum reliquerunt, & in cœnobiis deo efficaciter militant, hunc versum dicere habent, deo gratias referendo. Vere. n. protexit eos deus à cōuentu malignantium, id est, à turbis propinquorum & amicorum carnaliter viuentium, & claustralem conuersationem dissuadentium. Sunt & protecti à multitudine operantium iniquitatem, hoc est, à mundanis hominibus, de quibus in prima sua Can. ait Iohan. Quicquid est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Sunt autem protecti ab his, non quod penitus sint securi, sed quia iam vnum pedē habēt in paradiso, quia de eis ait saluator, Qui reliquerit patrem aut matrem, & c. centuplum accipiet, & vitam æternam habebit. Quia exacuerunt tyranni & persequutores iustorum, detractores deo odibiles, vt gladium linguas suas, præparantes os suum ad proferendum verba acuta, punginua, inuidiosa, accusatoria, atque letalia: intenderunt arcum rem amaram, id est, fraudulentas insidias excogitauerunt, vt sagittent in occultis immaculatum, id est, quatenus virum innocentem in lege domini ambulantem, occulte affligant, lædant, diffament aut perimant. Subito sagittabunt eum, id est, nocumentum ei improuise inducent. Vnde Christus ait discipulis, Si me persequuti sunt & vos persequentur, quia non est seruus maior domino suo: & non timebunt deum, quia nonnunquam sic excæcantur inuidia atque malitia, vt nec peccare se putent, vt dominus protestatur, Venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo: firmauerunt sibi sermonem nequam, nolentes remittere minas, nec ad pietatem ac veritatem reduci, sed quod animo cōceperūt ad effectum perducere satagunt. Narrauerunt vt absconderēt laqueos, id est, tam homines mali, quàm dæmones inter se tractauerunt quomodo bonis hominibus vias perditionis expandant, & in foueam peccati, mortis aut damni alicuius eos præcipitent, incessabiliter enim moliuntur insidias contra deuotos, dixerunt inter se, Quis videbit eos? scilicet laqueos nostros? Frequenter natique student occulte nocere maxime dæmones, qui sub specie boni mala proponunt, atque (vt dicit apostolus) in angelos lucis se trāsformant. Scrutati sunt iniquitates. i. modos nocendi diligenter indagati sunt, sicut apud Mich. scriptum est, Vir fratrem suum venatur ad mortem: defecerunt scrutantes scrutinia, quia iustos à fide & veritate auertere nō potuerunt, quemadmodum Christus in Euangelio iustis promittit, Ego dabo vobis os & sapientiā, cui non poterunt contradicere & resistere omnes aduersarii vestri. Deniq; nonne tyranni qui nomen Christianorū prorsus estirpare conabantur, penitus defecerunt? Nam quo horribiliora tormenta martyribus intulerunt, eo deus gloriosus & fortis sanctos suos excellētius mirificauit: sicq; fides catholica inter tormēta multo amplius creuit, q̄ modo tēpore pacis, in quo vtiq; omnipotens virtus Christi & fidei veritas lucidissime comprobantur. dū tam experimētaliter ostēditur operata diuinitas. Accedet homo fideli contēplatiuus, ad cor altū. i. ad considerationes profundas, speculando mirabilia de lege dei, quomō quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt cōfundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia. Quomō etiā deus in hoc mundo reprobos prosperari, electos autē multipliciter affligi permittat, & qualiter per incarnationē ac mortem vnigeniti filii sui mundū liberare decreuit. In hoc vero hominis accessu ad cor altū, & exaltabitur deus, quia ex horū contēplatione diuinā sapientiā admiramur, diuinā iustitiam formidamus, maiestatemq; diuinā venerari optamus. Vnde ait sermo diuinus, Ideo timebunt eū viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur sapientes. Et rursum, Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Sicut præcedenti expositione versus iste tripliciter expositus est, respectu Christi, & Iudæorum, sic nunc exponi potest per comparationem ad tyrannos & martyres sanctos, seu iustos afflictos. Nam & ipsi tyranni ac persequutores iustorum sagittis & plagis, quas inferunt virtuosis hominibus

Marginal references (right margin, in order): Psalm. 30 · Deute. 4 · Act. 14. · Luc. 12. · Iohan. 16 · Esaiæ. 51. · Psalm. 17 · 1. Iohā. 2. · Mat. 19 · Roman. 1 · Iohan. 15 · Iohan. 13 · Iohan. 16 · 2. Cor. 11. · Mich. 7. · Luc. 21. · Psal. 14 · Psal. 118 · 1. Cor. 1. · Iob. 37. · Iob. 36.

Marginal section letters (left margin): A (first line) · B (at "impleam quod tu domine Iesu iubes") · C (at "aut matrem, & c.") · D (at "stus in Euangelio iustis promittit")

femetipſos damnant,ſpiritualiterque occidunt.Sagittæ quoq; paruulorum,id eſt, prædicatio, & re- E
ſponſa iuſtorum ac martyrum factæ ſunt plagæ impiorum, quia fidelibus mundum impleuerunt,ido
lolatriam deſtruendo,& perſecutoribus præualendo . Ipſi quoque perſequutores ſæpius vehemen-
tiſsime cruciabantur propter reſponſa martyrum Chriſti,ſicut in legendis ſancti Vincentii, Agathę,
aliorumque legitur.Conturbati ſunt,ad pœnitentiam,omnes qui videbant eos, id eſt, qui conſidera-
uerunt prædictorum impiorum ruinam ac damnationem ęternam,& timuit,ex pœna eorum,omnis
homo,rationabiliter viuens ne ſibi ſimile accidat, ſi deum offenderit . Cætera patent ex præcedenti
expoſitione.Ecce quàm myſterialis & pulcher eſt pſalmus præſens, in quo Chriſti myſteria conti-
Epheſ. 4 nentur. Omnino igitur laboremus ſequi caput noſtrum, deſiderantes cõmunicare paſsionibus eius,
& in præſenti ſeculo vilipendi,neſciri,variiſque tribulationibus emundari , quatenus vita hac fallaci
ac labili conſumata , ſtatim mereamur à domino Chriſto amplexari & coronari , à quo tanto ſubli-
mius erigemur,quanto nunc ob eius amorem noſipſos amplius abnegamus , humiliuſque deprimi-
Luc.10. mus,propter quod ait ſaluator,Quod hominibus altum eſt,abominatio eſt apud deum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXIIII.

### EXPOSITIO TITVLI. F

HAbet interea Pſalmus iam exponendus hunc titulum , In finem pſalmus Dauid , canticum
Ieremiæ & Aggæi,de verbo peregrinationis cum inciperent proficiſci . Pſalmum præſen-
2.Par.20 tem Dauid conſcripſit de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonis & reædificatione tem-
Iere . 50. pli.Vnde ſecundum ſenſum literalem titulus planus eſt . Sic enim intelligi debet , Pſalmus iſte ſan-
cti Dauid in finem,id eſt,in Chriſtum nos dirigens,eſt canticum, id eſt, exultatio ſeu gratiarũ actio,
Ieremiæ & Aggæi prophetarum:canticum inquam, loquens de verbo peregrinationis , ſeu populo
tranſmigrationis,vt alii habent, cum inciperent proficiſci , de Babylone ad Iudæam. Tractat enim
hic pſalmus de peregrinatione & tranſmigratione ac reductione Iudæorum,& dicitur canticum Ie-
remiæ ſeu Ezechielis & Aggæi,non quod ipſi Pſalmum hunc fecerint , ſed quoniam eis appropria-
Iere.44. tur,ob hoc quod Ieremias atque Ezechiel reditum Iudęorum à Babylonia prædixerunt.Aggæus ve
Ezec. 41 ro reuerſis prophetauit de templi reædificatione,ſicut & Zacharias,propter quod (vt videtur) poſ-
Aggæi. 1. ſet in titulo poni canticum Zachariæ tam bene vt Aggæi aut Ieremiæ,præſertim cum omnia iſta, vi
Zach. 9 delicet canticum Ieremiæ,&c. vſque ad finem ſint quædam additiones expoſitorum,nõ enim in He-
bræo habentur,nec in tranſlatione Hieronymi, iuxta Hebræum . Loquens igitur Dauid in perſona
populi à prædicta captiuitate cum ingenti lætitia redeuntis,ait.

### PRECATIO. G

*Deus pater indulgentiæ,ſpes omnium finium terræ & in mari longe,impietatibus noſtris quæſimus propitiare: & ne uerba iniquorum ſuper nos in æternum præualeant tua nos inuicta tuitio non derelinquat.*

### EXPOSITIO pſalmi iuxta ſenſum literalem.

2.Para. 6 TE DECET hymnus] id eſt,laus diuina cum cantico,ô [DEVS in Sion]id eſt,
in loco quo templum à Babyloniis diſsipatum fuerat ſitum, quia hunc locum
2.Reg.6. deus elegit ad ſuum cultum quemadmodum in libro Paral. oſtenditur [ET ti
bi reddetur votum] id eſt,promiſsio perſoluetur, vel deſideria ſancta offeren
tur [IN Ieruſalem] quia in ea erat templum conſtruendum , in quo offere-
bantur quæ per votum domino debebantur . (2) EXAVDI orationem
meam] quam pro ciuitatis ac templi reparatione effundo [AD te omnis ca-
ro veniet] id eſt,de omni natione aliqui venient templo reſtaurato, quatenus
Act.7. te in eo adorent,nam & multi gentilium ad ipſum cõuenerant, vt in Actis legitur de eunucho regi-
2.Mac.5. næ Candacis. Et in libro Machabęorum habetur,quod templum illud toto orbe famoſiſsimũ erat,
ita vt Seleuchus rex Aſię maximas ad ipſum immolationes tranſmitteret. (3) VERBA iniquo- H
rum præualuerunt ſuper nos] id eſt, dicta & facta babyloniorum oppreſſerunt nos propter ſcelera
Iere.25 noſtra [ET impietatibus noſtris tu propitiaberis] eas dimittendo,quemadmodum per Ieremiam di-
xiſti,quod ſeptuaginta annis expletis,reduceres nos,templumq; & ciuitatẽ Ieruſalem reædificares.
(4) BEATVS] eſt iam in ſpe,[QVEM elegiſti & aſſumpſiſti]vt eum ad terram Iudææ reducas,
Baruc.4. & in ea tibi ſeruire,habitareq; facias.Propterea Baruch ait,Filii patienter ſuſtinete iram quæ ſuper-
ueniet vobis,qui enim induxit vobis mala,ipſe rurſus adducet vobis ſempiternã iucunditatem cũ ve-
ſtra ſalute [INHABITABIT in atriis tuis].i.locis ac domibus circa templũ ſituatis,in quibus ſacrifi
cia,orationes,lectioneſq; legis fiebant. (5) REPLEBIMVR in bonis domus tuæ] nã tẽporaliũ
ſpiritualiũq; bonorũ ſufficientiã contulit deus reuerſis à Babylone,miniſtri quoq; tẽpli ex oblatis in
tẽplo copioſe ſuſtentabantur [SANCTVM eſt templum tuũ] materiale.i.ad ſanctũ tuum obſequium
deputatum [MIRABILE in æquitate] quia in eo ſacerdotes cauſas dubias atque difficiles iudica-
Deut.17. bant prout dominus Moſi iuſsit. Vel,ſanctum eſt templum tuum, id eſt, cõgregatio populi tui quam
reducis ad terram tuam,eſt ſancta & mirabilis in æquitate,quia in ea fuerant ſanctiſsimi atque iuſtiſ-
ſimi viri,vtpote Eſdras,Neemias,& alii multi. (6) EXAVDI nos deus ſalutaris noſter]vt tem-
Aggæi.2. plum iſtud ſecundum , præfertur in gloria templo primo à Salomone conſtructo , ſicut Aggæus
promittit,Magna,inquiens,erit gloria domus huius nouiſsimæ magis quàm primæ [SPES omnium

A finium terræ].i.ſpes omnium hominum in toto orbe morantium, [ET in mari longe] non enim po-
nenda eſt ſpes,niſi in deo,& qui alibi eam ponit,errat. ℂ(7) PRAEPARANS montes in virtute
tua] tanquam dicat,tu domine deus exaudire nos potes, & bona Iſraeli promiſſa facile adimplere
qui es tantæ poteſtatis,vt ſis præparans,id eſt,fundans, ſuſtentans, & pro tua voluntate diſponens
montes terræ,quorum nonnulli mirabiliter alti ſunt,& hoc agis in virtute tua propria, non aliunde
adepta: ſubeſt enim tibi,cum volueris,poſſe. Vnde inferius dicitur, Aſcendunt montes,& deſcendũt Sapi.12.
campi in locum quem fundaſti eis, [ACCINCTVS potentia] hoc de deo metaphorice dicitur. Pſal.103.
Deus nanque eſt ipſa ſua potentia, ſuntque in deo omnino idem eſſe,poſſe, & agere. Dicitur ergo
deus accinctus potentia,id eſt, poteſtate & omnipotentia vndique adornatus atque indutus, quo-
niam ſicut homo armis accingitur vt ad præliandum ſit fortis, & ad exercitum expeditus: ſic deus
ſeipſo ſeu propria & cõſubſtantiali ſibi potentia ad præualendũ omni aduerſæ poteſtati eſt fortis,&
ad operandum quicquid ſibi placuerit,promptus & expeditus [QVI conturbas profundum maris]
commouendo in eo varias tempeſtates [SONVM fluctuum eius] id eſt, inundationem ac ſtrepitum
gurgitum pelagi tu auges & mitigas ſupra naturam, ſecundum propriæ voluntatis imperium. Pro-
pter quod infra habetur, Tu dominaris poteſtati maris,motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et Pſalm.88
B alio in loco, Dominus miſit vẽtum magnum in mare,& facta eſt tempeſtas magna in mari. Vnde de
domino Ieſu ait euangeliſta, Surgens comminatus eſt vento,& dixit mari, Tace & obmuteſce, & fa- Mar.4.
cta eſt tranquilitas magna. ℂ(8) TVRBABVNTVR gentes,& timebunt qui habitant terminos
à ſignis tuis] hoc eſt omnes in toto orbe manentes admirabuntur, & pauebunt propter mirabilia
quæ facis in mari & terra,ſicut frequenter factum eſt in terræmotibus,tempeſtatibus,aliiſque prodi-
giis [EXITVS matutini & veſperi delectabis] id eſt,immolationes ſacrificii, quod offertur mane &
eius quod veſpere immolatur, facies tibi acceptas, tuiſque fidelibus delectabiles. Propter quod in
Eſdra ſcriptum eſt,quòd templo reędificato,obtulerunt in eo holocauſtum domino mane & veſpe- 1.Eſdr.3.
re. Conſequenter beatus Dauid prophetat de vbertate terræ poſt reditum à prædicta captiuitate,de Ierem.31
qua etiam vbertate Ieremias atque Ezechiel clare prophetant. Ait enim de futuro per modum prę- Ezec.28
teriti, propter prophetię certitudinem inconcuſſam. ℂ(9) VISITASTI terram] Iudææ dan-
do ei vberes fructus [ET inebriaſti eam] id eſt,pluuiis opportunis eam copioſe irrigaſti,quemadmo-
dum Eſaias inducit, Deſcendit imber,& inebriat terram,& infundit eam [MVLTIPLICASTI lo- Eſa.35.
cupletare eam] id eſt,pluribus modis terram ditaſti,quoniam ex fertilitate terrænaſcẽtium,quæ ſunt
naturales diuitiæ,acquiruntur & augmentantur diuitiæ artificiales. ℂ(10) FLVMEN dei repletum
C eſt aquis] id eſt, Iordanis aquis abundauit. Dicitur autem Iordanis flumen dei propter mirabilia quę
deus in eo peregit, arefaciẽs alueũ eius,& aquas eius ſuperiores in altitudinem turris aſcendere,per-
manereque faciens,donec filii Iſrael pertranſiſſent,quemadmodum in Exodo & libro Ioſue legitur Exo.14.
[PARASTI cibum illorum] .i.eſcam Iudęis reuertentibus præparaſti, terram fœcundando [QVO- Ioſue.3.
NIAM ita eſt præparatio eius] id eſt,quia repletio Iordanis facit ad terræ fœcundationem, & cibi
prępartionem. ℂ(11) RIVOS eius inebria] id eſt, riuos Iordanis fac copioſum fructum produce
re [MVLTIPLICA genimina eius] hoc eſt expoſitio verbi præcedentis. Multiplicatio nanque ge-
niminum ſeu fructuum terræ,eſt inebriatio riuorum. Vel,riuos eius inebria.i.abundanter auge ac im
ple [IN STILLICIDIIS eius lætabitur germinans].i.in guttis aquarum Iordanis à cœlo ſtillan-
tibus,terra lætabitur.i.habitatores ſuos faciet gloriari. Vel,lætabitur,metaphorice, ſicut paratum ri- Exod.16.
dere aſſerimus. ℂ(12) BENEDICES coronę] .i.circũuolutioni ſeu circulo [ANNI benignitatis
tuæ].i.tempori miſericordiæ tuæ,dando ea quę ad fructuum productionem exiguntur. Dicitur enim
deus benedicere tempori,quando his quę in tempore fiunt aut ſunt benedicit,id eſt, gratiam ſeu bo-
nitatem aliquam eis impendit [ET campi tui].i.campi culti Iudææ [REPLEBVNTVR vbertate]
fructuum diuerſorum. ℂ(13) PINGVESCENT ſpecioſa deſerti].i. pinguia paſcua proferent ad
animalia nutrienda [ET exultatione colles accingentur] hoc eſt, fructu ſeu germine homines lætifi-
cante,vndique implebuntur. ℂ(14) INDVTI ſunt] lana copioſa [ARIETES ouium] ſicq; non Iohan.12.
erit indigentia veſtimentorũ [ET valles abundabunt frumento] quia valles terræ illius aptę dicun-
D tur,vt in eis grana bona ſerantur [CLAMABVNT etenim,hymnum dicent] Dicuntur autem inani
mata,ſicut terrænaſcentia,atque ſimilia, deo benedicere & clamare materialiter, q̃m ſunt materia &
occaſio,vnde homines ad laudẽ diuinã prouocentur,ſuaq; pulchritudine,fœcunditate,& diſpoſitio-
ne inducunt nos,ſi bene conſideremus,ad clamandũ,benedicendumq; dñm. Propter quod in Eccle- Eccle.39.
ſiaſtico legitur, Quam deſiderabilia ſunt opera dei. Et quis ſatiabitur,videns gloriã eius? Hinc nem- Eccl.42.
pe apud Danielem omnes creaturę,etiam inanimatę,inuitantur ad benedicendum creatori. Dan.3.

ℂENARRATIO Tropologica ſiue moralis eiuſdem pſalmi.

PORRO moraliter titulus præinductus ita exponitur, In finem pſalmus Dauid, hoc eſt, pſalmus
iſte tendens in Chriſtum,conuenit Dauid,id eſt,eccleſiæ militanti iam peregrinanti, & ad pa-
triam ſuſpiranti,cuilibet quoq; fideli,de Babylone.i.de confuſione vitiorum ad terrã Iudææ &
Sion.i.ad confeſſionẽ,laudem ac ſpeculationẽ diuinam redeũti. Et pſalmus iſte eſt canticũ Ieremię
& Ezechielis de populo tranſmigrationis.i.agit de re ſignificata per tranſmigrationẽ ac reditum Iu-
dęorũ à Babylone, videlicet de reditu noſtro à captiuitate vitiorũ atque diaboli ad pacem eccleſiæ &
libertatem filiorum dei. Qui enim vitiis ſeruit, à dæmone captus eſt, ſicut ait Apoſtolus,de pecca-
toribus loquens, Reſipiſcant à diaboli laqueis,à quo captiui detinentur, ad ipſius voluntatem. Et 2.Tim.2.
euangelica ait ſcriptura, Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Reuertendũ ergo eſt nobis à Iohan.8.

confusione ad ordinationem, à culpa ad gratiam, à regno diaboli ad regnum Christi. Sicque redeun- B
tes, cum præcordiali hilaritate dicamus. ¶ Te decet hymnus deus in Sion, id est, in sancta ac mili-
1. Tim. 1. tanti ecclesia, in qua incessabiliter deum laudare ac honorare debemus, implentes quod ait Apostol.
Regi seculorũ immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Sion nanq; speculatio dicitur, per quam
ecclesia designatur, quę Christum iam fideliter contemplatur: & tibi reddetur votum, id est, tibi per-
fecte soluetur promissio, in Ierusalem, illa quæ sursum est, quæ est mater nostra atque triumphans ec
Hebr. 9 clesia. Dum enim in sacro baptismate per votum fidelitatis diabolo & omnibus eius operibus abre-
nunciamus, corpusque nostrum ac animam deo offerimus, eius nos cultui totaliter dedicantes, tene-
mur sic vitam nostram dirigere, vt omnis nostra cogitatio, loquutio, & operatio deo semper inten-
dat, deum loquatur ac veneretur, in quo consistit perfecta adimpletio præcepti de charitate. Istud
autem in præsenti perfecte implere non possumus, sed in patria perfecte implebitur, tunc enim cor
1. Tim. 1. pus animam non retardabit. Exaudi orationem meam, ô domine, vt te in hoc seculo ac militanti
ecclesia, tam pulchris atque deuotis hymnis collaudem, quatenus quod nunc perfecte soluere ne-
Mat. 25. queo, in superna illa Ierusalem sine fine feliciter reddam: ad te omnis caro veniet, id est, omnis ho-
mo, præsertim in finali iudicio quando congregabuntur ante filium hominis omnes gentes. Poni-
Gen. 46 tur itaque hic pars pro toto, videlicet caro pro toto cõposito, sicut in Genesi & Exodo dicitur Iacob
Exod. 1. descendisse in AEgyptum in animabus septuaginta. Sed nonne sic accipiendo carnem, equus & mu F
Esa. 31. lus caro sunt? Nonne veraciter scriptum est, AEgyptus homo & non deus, & equi eorum caro &
non spiritus? Nunquid ergo & irrationabilia animantia ad Christum in die iudicii venient? Et re-
spondendum, quod ponit hic genus pro specie, scilicet carnem pro carne humana. Vel sicut nomen
prophetæ antonomatice conuenit Dauid: sic caro per se posita pro carne humana, quæ nobilissi-
2. Reg. 1. ma est, sumitur. Verba iniquorum præualuerunt super nos. Interdum in sacra scriptura verbum
Zacha. 8. pro facto accipitur, prout dixit Dauid, Quod est verbum quod factum est? Et Zacharias prophe-
ta, Hæc sunt (inquit) verba quæ facietis. Est igitur sensus. Verba iniquorum, hoc est, persequu-
tiones peccatorum, tentationesque dæmonum præualuerunt super nos, id est, à via iustitiæ abduxe-
runt nos, & in magnam nos miseriam deiecerunt. Vel, verba iniquorum, id est, suggestio dæmonis
Gen. 3. protoplastos nostros parentes tentantis. Persuasio quoque Euæ, quæ virum suum infecit, & excu-
Eccl. 40. satio Adæ, peccatum suum in fœminam retorquentis, præualuerunt super nos, quoniam de paradi-
Ephe. 2. so nos expulerunt, estque graue iugum inductum super omnes filios Adæ, & originalis iustitia nobis
ablata est, & nascimur filii iræ, id est, in originali peccato: & impietatibus nostris tu propitiaberis, id
est, peccata actualia quæ ex originali peccato incurrimus, tu pie dimittes pœnitentibus nobis, dan-
Esaiæ. 30 do nobis pœnitendi tempus ac locum, quemadmodum Esaias dicit, Propterea expectat dominus,
Psalm. 50 vt misereatur vestri. Vel, impietatibus nostris, de quibus superius dictum est, Ecce enim in iniquita-
tibus conceptus sum, tu vnigenite dei propitiaberis miserendo, succurrendo, & satisfaciendo pro G
Esa. 43. nobis, quod nosipsi facere non poteramus. Hinc per Esaiam dominus ait, Seruire me fecisti in
peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Beatus quem elegisti & assumpsisti.
Proprie accipiendo electionem, omnis electus assumitur: sic enim soli prædestinati dicuntur ele-
cti, quandoque tamen electio communiter sumitur pro vocatione alicuius ad gratiam, siue perdu-
catur ad gloriam, siue non, & ita non omnis electus assumitur, sicut de Iuda proditore ait saluator,
Iohan. 6. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Ait itaque, Beatus, est, quem elegi-
sti, ab æterno, & assumpsisti, in tempore, dando ei gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Vn-
Baruc. 4. de & Baruc dicit, Beati sumus nos, quia quæ deo sunt placita, manifesta sunt nobis: habitabit in a-
triis tuis, hoc est, nunc moratur in militanti ecclesia per totum mundum diffusa, & postea habitabit
in ecclesia triumphanti. Dicitur autem ecclesia militans ac triumphans pluraliter atria, propter am-
Baruc. 3. plissimam capacitatem, omniumque bonorum plenitudinem: iuxta illud, O Israel quam magna est
domus dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus & non habens finem, excelsus, & immensus.
Iohã. 14. Vel ecclesia triumphans dicitur atria propter mansiones diuersas, quemadmodum Christus testa-
tur, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est tem-
plum tuum, mirabile in æquitate. Versus iste primo intelligi potest de ecclesia militante, vt sit sen- H
sus, Replebimur in bonis domus tuæ, id est, in diuitiis ecclesiæ, quæ sunt sacramenta, virtutes, &
gratiæ multiformes, in quibus iam deuoti quotidie adimplentur & impinguantur, in tantum, vt su-
Psalm. 33 perius dictum sit. Nihil deest timentibus eum. Et Christus, Omnia (inquit) quæcunque orantes
Mar. 11. petitis, credite quia accipietis, & venient vobis: sanctum est templum tuum, id est, nomini tuo con
secratum. Vel, sanctum est templum tuum, id est, homines sancti sunt, in quorum cordibus tu per fi-
Ephe. 3 dem & gratiam habitas. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos, ait Apostolus, mirabi-
2. Cor. 6. le in æquitate. Magna nanque & admiranda est sanctitas, æquitasque sanctorum in hac vita, qui
in carne & seculo non carnaliter aut seculariter viuunt, sed spiritualiter atque diuine secundum per-
fectissimam Christi doctrinam, quæ in omni æquitate valde mirabilis est, suosque sectatores admi-
rabiles efficit. Secundo exponitur versus iste de triumphanti ecclesia. Replebimur in bonis do-
mus tuę, id est, in beatitudinibus patriæ. In essentiali enim beatitudine, quę est visio dei, omnes bea-
ti replentur, quoniam deum tam clare vident, sicut desiderant. In accidentalibus quoq; præmiis ma-
xime replebuntur post diem iudicii, dum animæ sanctæ corporibus gloriosis reunitæ, non solum in
Esaię. 6 intellectualibus viribus sed in sensitiuis quoque potentiis felicitabuntur, Vnde Esaias dicit, Ocu-
1. Cor. 2 lus non vidit deus absque te, quę præparasti expectantibus te. Quod Apostolus clarius introducit,
dicendo, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus

A diligentibus se. De quibus & supra inductum est, Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et, Satiabor Psalm.15.
cum apparuerit gloria tua: sanctum est templum tuum.i.triumphans ecclesia. Nihil enim imperfe- Psal.16.
ctionis aut maculæ esse valet in patria, vbi omnes beati fonti puritatis immediate coniuncti sunt: mi
rabile in æquitate. Quanuis enim omnes nostræ iustitiæ in via sint velut pannus menstruatæ, iusti-
tia tamen beatorum in patria, perfecta mirabilisque consistit, quoniam quicquid à deo receperunt, ei Esa.64
plenissime offerunt & incessabiliter atq; totaliter stant deo intenti, in ipsum conuersi, demersi, absor
pti. Exaudi nos deus salutaris noster, id est saluator noster sine cuius auxilio nihil valemus, tu qui es,
spes, id est, causa & obiectum spei, omnium finium terræ, & in mari longe, id est, vniuersorum fide-
lium in toto mundo & insulis maris manentium, quia in te solo consistit omnium vera salus, qui per
prophetam domini loquutus es, Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Præparans Esa.33.
montes, id est, angelos sanctos, de quibus infra habetur, Leuaui oculos meos ad montes. Et iterum, Esa.45.
Montes in circuitu eius: in virtute tua, quia propria potestate eos disponis ad agenda cuncta tibi pla Psal.120.
centia, ad gubernandum ecclesiam, ad refrenandum diabolos, ad custodiendum, promouendumque Psal.124
homines. Vel, Præparans montes in virtute tua, id est, tua omnipotentia perficiens sanctos aposto-
los, cæterosque omnes vita & doctrina sublimes, ita vt alios instruant, regant, & ad te omnium re-
B rum vltimum finem perducant accinctus potentia. Hoc in præcedenti expositione de deo satis vide-
tur expositum, sed de Christo incarnato specialiter explanatur, tanquam dicat, Tu Christe quanuis
humana & naturali virtute hæc facere nequeas, tamen cũ sis accinctus potentia, id est, diuina potesta
te armatus, accinctus, & ad operandum idoneus, ista potes. Propter quod verissime dicis, Quæcun- Iohan. 8.
que facit pater, hæc & filius similiter facit: qui conturbas, hoc est, timore concutis, ad pœnitentiã m-
que conuertis, profundum maris, id est, seculum nequam seu corda vitiosa in peccatorum amaritudi-
ne mersa. Conturbas autem & sonum fluctuum eius, hoc est, contradictiones superbas ac impetuo-
sas secularium principum, quorum nonnulli salubriter sunt turbati, id est, ad pœnitentiam moti. Tur
babuntur gentes & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis. Hoc tempore Aposto. præsertim
impletum est, quando propter excellentissima eorum miracula homines in toto mundo morantes,
pro magna parte ad Christum conuersi sunt, ex consideratione vitiorum suorum seipsos turbantes,
& pœnas inferni timentes: exitus matutini & vesperi delectabis.i. cõuersionem seu pœnitẽtiã tã eo-
rum qui in iuuentute, à vitiis exeunt, atque ad deum confugiunt, quam eorum qui in senectute cõuer
tuntur, acceptam habebis & delectabilem facies angelis sanctis. Nam quacunque hora peccator con Ezech 18
uertitur omniũ iniquitatũ eius mox obliuisceris. Gaudium quoq; est angelis dei super vno peccato- Lucæ.15.
C re pœnitentiam agente. Hoc est quod Christus in Euangelio loquitur, Si in secunda vigilia venerit Lucæ.21.
dominus, & si in tertia venerit, & ita inuenerit, scilicet seruos suos vigilantes, beati sunt serui illi. Vel,
exitus matutini.i.conuersiones eorum qui tempore prosperitatis, quæ mane ac lumini comparatur,
veniunt ad te, & vesperi.i.conuersiones eorum qui tempore aduersitatis pergunt ad te, delectabis, si-
ue tempore abundantiæ & prosperitatis, siue tempore inopiæ & aduersitatis, quis conuertatur ad do
minum, ab eo misericorditer recipietur, quemadmodum Christus fatetur, Eum qui venit ad me, non
eiiciam foras. Visitasti terram, visitatione benigna.i.habitantes in terra, videlicet, homines, destinan- Iohan. 6.
do apost. per totum mundum dicens eis, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangeliũ omni Mat.16.
creaturæ. & inebriasti eam, id est, conuersos ad fidem spiritualibus donis exuberanter implesti diui-
no amore, à seipsis alienasti, & sobria spiritus ebrietate potasti. Propter quod ait Apost. Gratias ago 1. Cor. 1.
deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites
facti estis in illo: multiplicasti locupletare eã, id est, multipliciter eam ditasti charismatibus spiritua-
libus ac diuinis. Alii enim datur, vt ait Apost. sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii gratia sanitatũ, 1.Cor. 12
alii operatio virtutũ, &c. Et iterum, Vnusquisque proprium donum habet à deo. Vel sic, Visitasti ter- 1.Cor.7.
ram.i. primitiuam ecclesiam mittendo ei in die Pentecostes omnium linguarum notitiam, ita vt Iu- Act,2.
dæi increduli dicerent, quia musto pleni sunt isti: multiplicasti locupletare eam, quia per gratiam illis
collatam alios quoque locupletasti. Vnde dñs, Noli (inquit) timere serue meus Iacob, Effundã spiri- Esaię. 45
tum meũ super semen tuum, & benedictionem meam super stirpẽ tuam. Et apud Iohelem legimus, Iobel.2.
D Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Hinc nem
pe tempus Euangelicæ legis tempus gratiæ appellatur. Flumen dei repletum est aquis, id est, fons
baptismatis impletus est donis spiritus sancti, abluendo & sanctificando in ipso renatos. Vel dici- Iohel.3.
tur fons iste aquis repletus, quia in Ierusalem primo cœpit operari, & iam in vniuerso mundo mul-
tiplicatur, operatur, & consecratur. De hoc fonte seu flumine alio loco scriptum est, Fons de do-
mo domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, id est, corda peccatorum lauabit sicut in Za Zacha.13
charia apertius commemoratur, In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem
in ablutionem peccatoris & menstruatæ: parasti cibum illorum.i.spiritualem escã fidelium prępara-
sti, videlicet sacramentum corporis & sanguinis Christi, de qua dictum est supra. Parasti in cõspectu Psal.22.
meo mensam aduersus eos qui tribulant me: qm̃ ita est præparatio eius.i. quia hęc esca non datur, ni-
si in fonte baptismatis denuo natis, cuius figura fuit ꝙ populus Hebræus nõ peruenit ad manna nisi Exod.16.
postquã pertransiit mare rubrum. Quemadmodũ.n. mare rubrum erat typus baptismi, sic mãna erat
figura Eucharistię. Propter quod ait Apost. Omnes in Mose baptisati sunt in nube, & in mari, & oẽs 1.Cor.10.
eandem escã spiritalem manducauerunt. Illi baptizati sunt figuraliter, nos baptizamur veraciter. Illi
quoq; manducauerunt eandem escã spiritaliter seu significatiue, sicq; eundem potũ spiritalẽ biberũt:
nos manducauimus ac bibimus eandẽ escã, eũdemq; potũ essentialiter.s. corpus & sanguinẽ saluato-
ris. Riuos eius inebria.i. particulares baptismos ex baptismo primitiuæ Ecclesiæ deriuatos, sicut ri-

ui propagantur ex fonte, hos riuos inebria, ita vt vndique multiplicentur, & sacramentalibus gratiis E
impleantur: multiplica genimina.i.fructus eius, quatenus plurimi renascantur per baptismũ in Chri
sto, sicque Ecclesia impleatur fidelibus, in stillicidiis eius.i.in guttis baptismi super capita baptizato-
rum cadentibus dum baptizantur, lætabitur germinans.i.sancta mater Ecclesia nouos in Christo fi-
lios adipiscens ac procreans. Benedices.i.gratiarum munera tribues, coronæ.i.populo ad te vndique
Psal. 5. confugienti per modum coronæ seu circuli: sicut superius dictum est, Synagoga populorum circun-
Psal. 88. dabit te. Infra quoq; de deo inducitur, Magnus & terribilis super omnes qui in circumitu eius sunt.
Benedices ergo coronæ anni benignitatis tuæ.i.tempori misericordiæ seu gratiæ tuæ. Ac si dicat, Be-
nedices populo Christiano tempore Euangelicæ legis. Annus nanque benignitatis diuinæ, à pri-
mo Christi aduentu incepit, & vsque ad finem seculi durat: & hoc tempore deus populo suo co-
piosius benedicit, quàm tempore legis naturalis ac scriptę, propterea appellatur tẽpus gratiæ & an-
nus benignitatis diuinę: & campi tui.i.corda fidelium quæ tu colis impinguas fœcundas semine ver-
bi, replebuntur vbertate, diuinorũ charismatum, operationũ sanctarum spiritualiumq; profectuum.
Pinguescent speciosa deserti.i.animæ peccatorum à gratia derelictæ, & tamen naturali summæ Tri-
nitatis imagine insignitæ atque decoræ, in spiritualibus bonis abundabunt per conuersionẽ ad fidem
Luc. 19. atq; obedientiá Christi. Vnde & ipse ait, Venit filius hominis quærere & saluũ facere, quod perierat.
Roma. 5. Et sicut dicit Apost. Vbi abundauit peccatũ, abundat & gratia. Siquidem cui plus donatur, plus dili- F
Lucæ. 7. git. & exultatione colles accingẽtur. Quẽadmodũ nomine montium intelliguntur apostoli, sic nomi
ne collium, qui montibus sunt minores, intelliguntur viri perfecti, Apostolicam vitam sectantes, &
maxime martyres: qui non solum vitam, sed etiam passionem ac mortem apostolorum secuti sunt. ta-
les igitur colles accingentur exultatione, hoc est, gaudio spiritali, recipiendo in hac vita consolatio-
nem internam, in futuro autem beatitudinem consummatam. Induti sunt arietes ouium, hoc est, du-
ces ouium Christi, videlicet, prælati, pastores, atq; doctores induti sunt fortitudine, spiritus sancti sa-
pientia & iustitia, quatenus alios fortiter pascant, corripiant, instruant, & confirment. Taliter in-
duuntur veri & digni prælati Ecclesiæ, quatenus alios vita, doctrina, & omni perfectione præcedãt.
Ierem. 3. De arietibus sic indutis apud Ierem. ait dominus, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent
vos scientia & doctrina: & valles.i.subiecti & inferiores, abundabunt frumento, id est, semine verbi
quod á suis superioribus audient, diligẽter implebunt, vt fructibus vitæ æternæ ditentur: clamabunt,
affectuose orando ac dei beneficia confitendo. etenim hymnũ dicent, domino regratiantes pro vni-
Esa. 65. uersis beneficiis suis, eiusque bonitatem indesinẽter laudantes, quemadmodum dominus per Esa. ait,
Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis. ¶ Ecce psalmum mirabili venustate splendentem
transcurri, in quo deus benedictus & sanctus pulchre laudatur affectuosæ preces comprehenduntur
diuina beneficia commemorantur. Conemur ergo totis viribus, tam immaculatam ac sanctam duce-
re vitam, vt deum cum omni affectu laudemus, in eius prçeonio delectemur, ipsum cordialiter inuo- G
cemus, beneficiorumq; eius nunquam immemores efficiamur, sed taliter ei in pręsenti hymnos can-
temus, vt hinc emigrantes in cœlesti Ierusalem continuo collaudemus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXV.

### ¶ EXPOSITIO TITVLI.

PSalmi præsentis titulus talis est, In finem cãticum Psalmus resurrectionis. Hoc est, Psalmus iste de spirituali fidelium resurrectione pertractans, & in finem, qui est vita æterna, nos dirigens, est canticum, id est, exultatio magna de resurrectione prædicta. Loquẽs ergo Propheta in persona Ecclesiæ cuiuslibet fidelis ait.

### PRECATIO.

*Deus conditor uniuersorum, qui dominaris in uirtute tua in æternum: oculis clementiæ (quæsimus) super nos semper respice: pone animam nostram ad bonæ actionis uitam, & nunquam amoueas a nobis misericordiam tuam.*

### ¶ EXPOSITIO psalmi.

H
IVBILATE deo omnis terra.] Iubilus gaudium est, quod propter exuberan
tiam suam non potest totaliter reprimi, neque totaliter explicari: magis autem
iubilatur mente quàm voce. Ait itaque, iubilate, hoc est, ineffabiliter exultate,
deo, id est, in deo, & ad gloriam dei ex contemplatione bonitatis diuinæ & ex
consideratione beneficiorum ac promissorum ipsius: & hoc faciat, omnis ter-
ra, hoc est, totus mundus seu incolę eius, non solũ Iudęa, sed vniuersa gẽtilitas
Esa. 54. ad fidẽ conuersa, spemq; futuræ resurrectionis per Christum adepta, cui dicit
etiam Esaias, Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem, & hinni quæ non
parturiebas: quod ad plebem Gentilium olim sterilem, nunc vero in Christo fœcũdam dictum esse,
docet Apostolus [PSALMVM dicite nomini eius.] Psalmus bonam operationem significat. Quid
ergo est deo psallere, nisi voce & opere ipsum laudare? Qui enim deum verbis magnificat, & operi-
bus inhonorat, sibimetipsi contradicit, imo quoniam opera præponderant verbis, magis affirmat
deum inhonorabilem esse quàm honorandũ [DATE gloriam laudi eius] id est, clarificate laudem di
uinam verbis ac factis docendo seu ostendendo quam excellenter laudandus sit deus. Gloria quippe
dicitur clara cum laude notitia. Dũ ergo quis docet, q̃ magnifica atq; incõparabilis laus deo debetur,
tunc dat gloriam laudi eius.i.laudem dei glorificat. ¶ (2) DICITE deo] cõfitendo magnifi-

A centiam eius, maiestatemq; eius laudando [QVAM terribilia sunt opera tua domine] Terribilia nan que sunt opera diuinæ iustitiæ quæ à principio mundi fecit, videlicet condemnando totum genus hu manum propter primorum parentum peccatum, perdendo mundum diluuio, submergendo AEgyptios in mari rubro, & alia quæ sacra scriptura commemorat. Maxime tamen metuenda sunt opera dei circa iniquos quos æternaliter damnat. Vnde scriptum est, Horribilis dominus super impios. Et alibi, Vnus est altissimus creator omniũ, omnipotẽs, rex potẽs & metuẽdus nimis [IN multitudine virtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui] hoc est, propter multa mirabilia atque miracula tua nõ con uertentur ad te potentiam tuam humiliter venerando, nam & si verbis opera tua fatentur, tamen ope ribus negant. Hoc modo mentiti sunt Christo Iudæi qui miracula eius ascripserunt diabolo dicentes, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et, Non est hic homo à deo. Et, A Nazaret non surgit propheta. Sic quoque deo mentiti sunt Ananias & vxor ipsius dicente Petro ad Ananiam, Non es mentitus hominibus, sed deo. ℭ (3) OMNIS terra adoret te] hoc est cultum latriæ tibi soli exhibeant omnes homines in terra morantes falsos deos spernendo, teque in omnibus, & super omnia venerando. Adoratio enim proprie sumpta est cultus latriæ, & soli deo debetur, tanquam omnium creatori omnipotenti, altissimo principi, deo vero, viuo trino ac simplici. Vnde deus sublimis apud Esaiam testatur, Ego domiuus: hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. In hoc quoque quod ait Propheta, Omnis terra adoret te deus, prophetauit implicite totum mundum ad vnius dei summi cultum fuisse conuertendum, atque ab omnibus adorandum esse, sicut per Christi apost. factum est. Propter quod in Esaia habetur, Redemptor tuus sanctus Israel deus omnis terræ vocabitur. Et apud Zach. In die illa erit dominus rex super omnem terram [ET psallat tibi] mentaliter te laudando, sicut ait Aposto. Psallentes in cordibus vestris deo semper [PSALMVM dicat nomini tuo] ore seu vocibus te laudando, sicut ait Aposto. Loquentes vobismetipsis in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus. ℭ (4) VENITE] ad audiendũ verbum dei, venite ad Ecclesiam, venite non tam corporis gressu quàm fidei passu, contẽplationis profectu, interiorique reditu [ET videte] per contemplationem internam, per fidei lumen, per spiritus sancti irradiationem [OPERA dei] qui est [TERRIBILIS in consiliis super filios hominũ] Hæc opera in quibus deus tam metuendus ostenditur maxime sunt effectus prædestinationis ac reprobationis diuinæ, quibus nonnulli per misericordiam sunt electi, cæteri vero iustitia exigente præsciti. Porro quàm terribilis sit deus in consiliis super filios hominũ aduertere possumus, si diuinæ scripturæ testimonia diligenter pensemus. Ecce dominus apud Ezech. ait, Reuertimini & viuite, quia nolo

C mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Cui concordat quod dicit Aposto. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Et nihilominus in Act. Apost. legitur. Vetati sunt autem Paulus & sui à spiritu sancto loqui verbum dei in Asia, & non permisit eos spiritus Iesu. Quomodo ergo vult deus omnes conuerti, quando ipsemet prohibet prędicatores ab instructione quorundam? Sed forte quis dicet istud non esse multum mirabile, neque deum ostendi terribilem in cõsiliis super filios hominum ex isto facto asseratque spiritum sanctum propterea prohibuisse Paulum ab informatione Asianorũ, quia præuidit eos nõ credituros: & ita ad misericordiam pertinet, quod verbum de eis prędicatum non fuit. Vel forte, quoniam digni non erant prædicationem diuini verbi audire. Sed nonne aliis multis prædicatum est Euangelium Christi à sanctis Apostol. qui illud non receperunt atque omnino indigni fuerunt? Denique fortius mouet quod ad Ezechielem dominus ait, Fili hominis vade ad domum Israel. Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, & si ad illos mittereris, ipsi audirent te: Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Ecce non misit sanctum Prophetam ad eos quos nouerat audituros, si eis missus fuisset Propheta, & misit eum ad eos quos nouerat non audituros. Nonne terribile est hoc consilium iusti dei? Terribile quoq; est illud consilium dei, quod Paulus ad Roma. de Iacob & Esau loquens cõmemorat, Cum nondũ nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Quoniam Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Alia multa sunt in diuinis

D scripturis in quibus deus terribilis esse demonstratur in consiliis suis super filios hominum, quæ inuestigatione non indigent, sed pia ac sobria fide. Propter quod Salomon protestatur, Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Veruntamen aduertendum quod consilium proprie sumptum non competit deo. Consilium nanque proprie dicitur, inquisitio de faciendis, & ita dubitationem præsupponit. Propterea Damascenus, Consilium (inquit) est ignorantis naturæ. Dum ergo consilium deo asscribitur, sumitur ipsum consilium pro eo quod perfectionis in ipso est, omni sua imperfectione seclusa. ℭ (5) QVI conuertit mare in aridam] Hoc deus ad literam fecit in mari rubro atque Iordane. Spiritualiter vero per mare intelliguntur peccatores in fluctibus vitiorum submersi, hos deus conuertit in aridam, dum fluctuatione animi vitiosa per gratiam dei extincta incipiunt igne amoris siccari, iustitiamque sitire [IN flumine] id est, in mundo qui mari magno & flumini comparatur. Vel, in flumine præsentis mortalitatis. Vel, in flumine tentationum & aduersitatum, [PERTRANSIBVNT] homines boni [PEDE] sancti desiderii suspirando ad patriam, & ob æternæ vitæ amorem omnia prospera mundi spernentes, omnia quoque eius aduersa fortiter tolerantes, quemadmodum monet Apost. Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum per patientiam curramus propositũ certamen aspicientes in authorẽ fidei & consummatorem Iesum [IBI lætabimur in ipso] .i. in prædicta transitione de via ad patriam, de mundo ad cœlum, de fluctibus vitiorũ ad quietis securitatisque portum gaudebi-

Marginal references: Roma. 3. Gen. 7. Exod. 14 Soph. 2 Eccle. 1. Titum. 1. Mat. 12. Iohan. 7. Ibidem. Act. 5. Esa. 42 Esa. 54. Zach. 14 Ephe. 5. Colo. 3. Ezech. 18 1. Tim. 2. Act. 16 Ezech. 3. Roma. 9. Mala. 1. Prou. 25. Exod. 14 Iosue. 3. Hebr. 12.

mus ſpirituali lætitia, ſicut in omni actu virtuoſo gaudendum eſt in eo, de quo ſubiungitur. ❡ (6) B
Q V I dominatur] in cœlo & terra omnibusque abyſsis [I N virtute ſua] ſibi conſubſtantiali, co-
æterna ac propria, non aliena aut aliunde adepta [I N æternum] ſine fine, ſicut de deo conſcriptum
Dan.4. eſt, Iuxta voluntatem ſuam facit tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus terræ. & non eſt qui
reſiſtat manui eius. Poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generatione & generationē
[O C V L I eius ſuper gentes reſpiciunt] id eſt, intellectus diuinus omnia opera hominum intuetur ac
Ierem.23 penſat, vt ſingulis quod merentur reſtituat. Vnde ipſe dominus dicit, Si occultabitur vir in abſcon-
ditis, & ego non videbo eum? Et alibi, Domine deus cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes filios Adam
Num.15. vt reddas vnicuiq; ſecundum vias ſuas [Q V I exaſperant] .i. deum ad iracundiā prouocant ex perti-
nacia & elatione peccando [N O N exaltentur in ſemetipſis] .i. in interiorib. ſuis nihil proficiant, ſed
Num.15. omni gratia deſtituantur atque diſpereant, ſicut ait ſcriptura, Anima quæ per ſuperbiam aliquid com
Ezech.2. miſerit, quoniam aduerſus dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Hæc autem Propheta non
8.12. imprecando, ſed prænunciando aut diuinæ ſe iuſtitiæ conformando locutus eſt, & quoniam vt per
Ezechielem dominus frequentiſsime aſſerit, Domus Iſrael exaſperans fuit, idcirco exaltati non ſunt,
ſed propter iniquitatem ſuam in Chriſtum commiſſam humiliati ſunt, oppreſsi, deiecti. ❡ (7) B E-
N E D I C I T E gentes deum noſtrum] ipſum laudando [E T auditam facite vocem laudis eius] corā
aliis ipſum glorificando & vniuerſos, quantum poteſtis, ad eius laudem alliciendo. ❡ (8) Q V I po F
ſuit animam meam ad vitam] ſpiritualē à morte peccati eam eripiēs, & dono gratiæ eam viuificans,
Ephe.2 ſicut ait Apoſto. Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit
nos cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto: cuius gratia eſtis ſaluati [N O N de-
dit in com motionm pedes meos] id eſt, deſideria mea & opera nō permiſit eſſe inſtabilia, vaga, &
lubrica, ſed confirmauit ac fixit cor meum in ſe, ita vt nec propter tentationes diaboli nec propter
blandimenta aduerſitatesve ſeculi, potui ab eius amore atque obſequio ſeparari, imo perſeuerantiam
Roma.8. contulit mihi. Hoc modo ſtabilit erant pedes Apoſto. dicentis, Certus ſum quia neque mors, neque,
vita, neque angeli, neque principatus, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.
❡ (9) Q V O N I A M probaſti nos deus] Per aduerſa & proſpera, per teipſum quoque effectiue, &
per aduerſarios noſtræ ſalutis permiſsiue. Prubat equidem deus homines, quatenus innoteſcat, non
ipſi deo, ſed aliis an veraciter timeant deum non recedendo ab eius præceptis propter ea quæ retra-
here ſolent à bono: & hoc facit deus interdum effectiue per ſe vel per ſuos pios miniſtros, non ſta-
tim preces orantium exaudiendo, gratiam ſuſpendendo, penuriam ſeu aliquam infirmitatem infli-
Deut.8. gendo. Propter quod Moſes, Recordaberis (inquit) cuncti itineris per quod adduxit te dominus
deus tuus, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ verſabantur in corde tuo, vtrum cuſto-
dires mandata legis an non. Interdum autem probat nos deus permiſsiue, per tentationes dæmo-
Sapien. 3 num perſecutionesque hominum. Iuxta illud, Tanquam aurum in fornace probauit eos dominus G
[I G N E nos examinaſti] id eſt, acuta tribulatione nos diſcuſsiſti, ſi fideliter eſſemus tibi adhæren-
tes, [S I C V T examinatur argentum] id eſt, quemadmodum per ignem inquiritur, an aliquid ſit ve-
Iob.23. rum argentum. Hinc in libro Iob dicitur, Deus ſcit viam meam, & probauit me quaſi aurum quod
per ignem tranſit. ❡ (10) I N D V X I S T I nos in laqueum] Quidam eſt laqueus deceptionis &
culpæ, alius vero eſt laqueus probationis & pœnæ. In primum laqueum introducit nos deus permiſ-
ſiue, dum nos ſuo iuſto iudicio tentari, ſeparari, ac falli permittit. In laqueum vero ſecundum ſæpe
inducit nos effectiue, quandoque vero permiſsiue duntaxat [P O S V I S T I tribulationes in dorſo no
ſtro.] Per dorſum intelligitur totus homo qui frequenter anima & corpore tribulatur, Quemadmo
dum enim ſuper dorſum corporis onera ponuntur, & deferuntur, ſic ſuper totum hominem variæ
tribulationes cadunt ac perferuntur [I M P O S V I S T I homines ſuper capita noſtra] id eſt, ſuper
nosipſos & ſuper propriam noſtram libertatem ac rationem: ita vt nec proprium ſenſum, nec pro-
priam voluntatem ſequi præſumimus. Hoc deus aliquando efficienter agit, ſicut dum bonos præſi-
Iob. 33. dere facit. Interdum vero permiſsiue, ſicut dum impii præferuntur. Vnde apud Iob habetur, Re-
Eſaię. 4. gnare facit deus hominem hypocritam propter peccata populi. Et dominus dicit per Eſaiam, Da-
bo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eorum. Dum ergo indigni & impii præ- H
ſunt, patienter ferre debemus, à quorum dominio liberari nequimus cogitantes ſic accidiſſe pro-
pter noſtra demerita, nec debemus poteſtati reſiſtere, quantumcunque aperta & magna ſit præ-
ſidentis iniquitas, dummodo ea præcipiat, in quibus ei ſubiicimur, vtpote quæ diuino honori,
& noſtræ ſaluti non opponuntur. ❡ (11) T R A N S I V I M V S per ignem & aquam] hoc eſt,
per contrarias pœnas ſuſtinendo afflictiones oppoſitas, vt ſunt abundans aeris ſeu corporis calor,
& intemperata frigiditas. Vel, per ignem & aquam, tanquam per duo extrema intelligenda ſunt
omnia genera tribulationum intermedia, quibus electi in hoc mundo purgantur, quemadmodum
Iob.5. ſcriptū eſt, Beatus homo qui corripitur à domino [E T eduxiſti nos in refrigerium] Non enim per-
1.Cor.11. mittit nos deus tentari ſupra id quod poſſumus, nec ſolet tribulatio eſſe continua: ſed deus viciſsim
Ioh.5. conſolatur & releuat ſuos fideles, quemadmodum ſcriptum, Increpationem domini ne reprobes,
Tobię.3. quoniam ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt. Et alibi, Pro certo habet omnis
qui colit te dñe: quia ſi in tribulatione fuerit, liberabitur: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, &
poſt fletum exultationē infundis. Deniq; ſi in hac vita refrigeriū non præſtatur, in futuro vtiq; tanto
copioſius dabitur, quanto magis negatur. ❡ (12) I N T R O I B O in domū tuam] Hoc eſt, ad animam
meam quæ eſt domus & templum ſui creatoris, dummodo iuſte viuat, examinando, diiudicando, &
Eſa.46. exercitando meipſum, quemadmodū ſcriptum eſt, Redite præuaricatores ad cor. Et alibi, Conſidera

A teipsum. Vel, Introibo in domũ tuam, puta militantẽ ecclesiam fide & opere in Ecclesiastica vnitate Gala. 6.
morando. Vel, Introibo, vt confido post hanc vitam, in domum tuam, id est, in regnum cælorum seu
Ecclesiam triumphantẽ, sicut tu domine Iesu dixisti, Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum, &
illi sint mecum. In qnamlibet harũ domorũ introibo [IN holocaustis] id est in feruida oblatiõe mei- Iohan. 17
ipsius, me totum tuæ voluntati offerendo & exponendo, nec aliquid mihi proprium retinendo. Ho-
locaustum nanq; dicebatur sacrificium diuinæ maiestati oblatum, quod ad eius honorem totaliter cõ
burebatur in signum, ꝙ homo debet seipsum omnino relinquere, atq; diuino honori se penitus man-
cipare cum ardenti amore. Dum ergo hoc modo nos deo impẽdimus, domum eius ingredimur, deo
vnimur, & in ipso manemus [REDDAM tibi vota mea,] hoc est, promissa mea persoluam quę vel
in baptismo vel in ordinis seu religionis susceptione promisi secũdum quod Salomon iubet, Si quid
vouisti domino, ne moreris reddere. Displicet enim ei stulta & infidelis promissio. Vel, reddam tibi Eccle. 5.
vota mea. i. tibi soli offeram omnia desideria mea, nil desiderando extra te, præter te, contra te, sed to Psal. 38.
tum affectum colligendo in te, sicut superius dictum est, Domine ante te omne desiderium meũ, quę
promissa seu desideria [DISTINXERVNT] hoc est, distincte & ordinate pronunciauerunt [LA-
BIA mea] Si enim illicitum aliquid esset promissum non esset soluendum. ¶ (13) ET locutũ est
os meũ] verba promissionis & orationis [IN tribulatione mea.] Homines enim in tribulatione cõ-
B stituti orationes atque promissiones facere solent vt liberentur. Quid autem promiserit, subiungit.
¶ (14) Holocausta medullata] hoc est, bona ac pinguia, scilicet meipsum igne amoris inflammatũ
& corpore ac anima tuæ voluntati paratũ [OFFERAM tibi] ô domine deus [CVM incenso arietũ]
id est, cum oratione ducum gregis dominici, videlicet prælatorum Ecclesiæ, quatenus per intercessio
nem eorum fiat accepta oblatio mea. [OFFERAM tibi boues] id est, doctores ac prædicatores verbi
dei [CVM hircis] id est, peccatoribus pœnitentibus vt omnes isti orent pro me. Recte autem per ho
locausta medullata accipitur proprii corporis & animæ amorosa oblatio, quia medulla quæ est ossis
pinguedo, designat cordis deuotionem atq; amorem. Arietes vero dicũtur prælati, quoniã sicut aries
ductor est ouium, sic ipsi aliorũ ductores sunt. Boues quoque (teste Apostolo) prædicatores figurãt, Eccle. 51.
eo ꝙ corda audientium vomere prædicationis scindant, & semine verbi fœcundent. Hircus etiã qui
est animal vile ac fœtidum peccatores significat. ¶ (15) VENITE] mentis affectu, & si opus est 1. Cor. 9.
etiam corporis gressu, & in domo disciplinę cõgregate vos [AVDITE] auribus carnis & cordis [ET
narrabo] vobis, ô [OMNES qui timetis deum] timore casto & filiali. Talibus nanque narranda sunt Matt. 5.
occulta ac specialia dona creatoris non impœnitentibus & peruersis. Iuxta illud Saluatoris, Nolite
sanctum dare canibus, neque margaritas vestras ponatis ante porcos. Quid autem narrare velit, ad-
iungit [QVANTA fecit animæ meæ] id est, quàm multa beneficia pie & dulciter contulit mihi prę-
C seruando à malis, conseruando in bonis. Debet autem quilibet diligenter pensare specialia beneficia
dei sibi exhibita, quatenus deo gratus existat. Elucescit ex his quoque ꝙ interdum specialia beneficia
dei sint aliis enarranda ad gloriam dei & ædificationem auditorum, sicut in euangelio Christus ait
cuidam, Vade & narra quanta tibi fecit deus. Hæc autem enarratio maxime licita est prælatis, & eis Lucæ. 8.
qui inanis gloriæ tentationem vicerunt, cæteris non videtur multum secura, nisi ædificatio proximi Matt. 8.
id requirat. Propter quod Christus in euangelio cuidam ait, Vide nemini dixeris. Et Esa. Secretũ, in- Luc. 5.
quit, meum mihi, secretum meum mihi. ¶ (16) AD ipsum ore meo clamaui] Deum laudando & Esa. 24.
inuocando [ET exultaui sub lingua mea] hoc est, delectationem quandam in consciẽtia sensi ex ipsa
laude & inuocatione altissimi. Hæc autem delectatio mentis quandoque tam magna est, vt redundet
in corpus, faciátque delectationem, seu exultationem in ore. ¶ (17) INIQVITATEM si aspexi
in corde meo] per approbationem seu consensum peccati [NON exaudiet dominus.] Qui enim si-
bi de peccato mortali conscius est in peccandi proposito manens non exauditur, quemadmodũ scri-
ptum est, Deus non proiiciet simplicem nec porriget manum malignis. Et in Euangelio legitur, Sci Iob. 8.
mus quoniam peccatores deus non audit, ¶ (18) PROPTEREA] id est, quia mihi de peccato Iohan. 9.
mortali conscius non sum [EXAVDIVIT deus &] pro. i. [INTENDIT voci deprecatiõis meę.] Iob. 8.
Hoc est, quod in lib. Iob scribitur, Si omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesse- Iohan. 9.
D ris, statim euigilabit ad te. Et alibi, Si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Oran- Iere. 30.
ti autem & in peccandi proposito perseueranti dominus per Ieremiam ait, Quid clamas ad me? insa
nabilis est dolor tuus. Oportet ergo vt vitam studeamus precibus conformare, proponentes semper
ex toto corde emendationem in omnibus. Postremo, sanctus gratias refert deo de beneficiis tantis.
¶ (19) BENEDICTVS deus] hoc est, benedictus sit & laudetur seu benedicatur ab omnibus
[QVI non amouit orationem meam & misericordiam suam à me] sed eam pie accepit misericor-
diterque impleuit. Ecce in Psalmo isto præclaro accẽditur animus noster in laude diuina, renouatur
in eo diuinorum beneficiorum memoria, informatur in eo intellectus noster quãta oporteat pati ele
ctos in vita præsenti. Roboratur quoque in eo bonum propositum bene agendi. Cum omni ergo hi-
laritate, feruore, coniunctione, & puritate decantemus hunc psalmum in laude diuina intime glorian
tes, deúmq; sublimẽ ab omnibus benedici ac honorari optãtes, eius beneficia affectuose reminiscẽtes,
ob eius amorem vniuersa contraria libentissime tolerantes, & sibi in omnibus finaliter regratiantes.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXVI.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

HVius insuper Psalmi iste est titulus, In finem in hymnis psalmus cantici Dauid, hoc est psalmus
iste in finem seu Christum nos dirigens est Psalmus cantici, id est, spiritualis iucunditatis, & con

uenit Dauid.i.fideli,in hymnis.i.in laudibus deo exhibendis.Pſalmus iſte ad literam eſt inuocatio & E
gratiarum actio pro Chriſti incarnatione olim futura,iámq; præterita.Ait ergo.

PRECATIO.

*Deus miſerator omnium,deus lux lucis,& fons luminis:illumina ſuper nos uultum tuæ miſerationis, benedic nos & fac cognoſcere in terra uiam tuam:ut in hac inoffenſe ambulantes letantes & exultantes ad manſionem pertingamus æternam:qui in trinitate uiuis & regnas deus.*

¶ Expositio Pſalmi literalis.

DEVS miſereatur noſtri] culpam noſtram delendo, & omne impedimentum à
Chriſti aduentu impediens remouendo[ET benedicat nobis] hoc eſt,mune-
ra gratiæ nobis impendat,eademq; in nobis copioſe multiplicet. Benedicit au
tem creator rationali creaturæ,eam per gratiam ſanctificando.Creatura quo-
Pſal.30. que benedicit creatori eum laudando & omne bonum ipſi attribuēdo[ILLV-
MINET vultum ſnnm ſuper nos]id eſt,intellectum ſuum faciat radiare ſuper
nos,ſicut ſuperius dictum eſt.Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum. Illumi
nat igitur deus vultum ſuum ſuper nos, dum per ſapientiam nobis ab ipſo in- F
tuitam facit nos contemplatores intellectus diuini,dúmq; precibus noſtris & actibus pie arridet [ET
miſereatur noſtri]præſeruando nos à malis futuris,ne efficiamur aduentu eius indigni gratiam priſti
nā amittendo. ¶ (2) VT cognoſcamus] ô deus pater [IN terra]hoc eſt,in præſenti exilio[VIAM
Iohā.14. tuam] ambulando in præceptis legis diuinæ. Vel,viam.i.Chriſtum,qui de ſeipſo ait,Ego ſum via,ve
ritas,& vita[IN omnibus gentibus ſalutare tuum] hoc eſt,ad hoc peto miſereri, vt cognoſcamus o-
Lucæ.2. mnes gentes cōuerti ad Chriſtum qui eſt ſalutare tuum,de quo Simeon ait,Quia viderunt oculi mei
ſalutare tuū.Orat ergo fidelis in iſto verſu pro illuminatione ſpiritus ſancti,ne erret in via vitæ præ-
Matth.7. ſentis,ſed operando cognoſcat,& cognoſcendo ambulet in via domini,de qua Saluator in Euange-
Iob.4. lio dicit,Quàm anguſta eſt via quæ ducit ad vitam & pauci inueniunt eam.Vnde apud Tobiam ha-
betur,Pete à deo vt viam tuam dirigat.In hoc quoq; quod ait,in omnibus gentibus ſalutare tuū,orat
Chriſtum ab omnibus gentibus agnoſci & honorari.Conſequēter pro beneficio incarnationis Chri
ſti,cōuerſioniſq; mundi gratias agit. ¶ (3) CONFITEATVR tibi populi deus ] cōfeſsiōe lau-
dis tuæ & propriæ culpæ te glorificando,& ſeipſos accuſando [CONFITEANTVR tibi populi
omnes] beneficia tua recolendo ac prædicando,tibiq; gratias infinitas referendo pro Chriſti incar-
Eſa.63. natione & ſua cōuerſione,quemadmodum ab Eſaia ſcriptum eſt,Miſerationum domini recordabor, G
laudem domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis,& quæ largitus eſt nobis ſecundum indulgētiam
ſuam. ¶ (4) LAETENTVR ] interiori lætitia [ET exultent] forinſecus ſigna internæ iucundi-
tatis oſtendendo[GENTES ] ad fidem Chriſti vocatæ[QVONIAM iudicas populos in æquitate]
Iohā.12. Nunc enim quotidie iudicat deus populos in æquitate iudicio diſcretionis,de quo ait Saluator, Nūc
Matt.25. iudicium eſt mundi.Nam ſine perſonarum acceptione dat deus fidem & gratiam cunctis ſe diſponē-
tibus,& quod in ſe eſt facientibus cæteros derelinquens,& ita nūc ſeparat electos à reprobis voto &
merito.In morte autem cuiuslibet atque in fine ſeculi erit iudicium remunerationis quo ſeparabun-
Heb.10. tur boni à malis loco & præmio.Sed quoniam teſte Apoſt.Horrendum eſt incidere in manus dei vi
uentis,mirum apparet,cur hortetur Propheta gentes lætari,& non potius formidare,quoniam deus
iudicat populos in æquitate niſi ꝙ illas gentes alloquitur,de quibus prædixit , Confiteantur tibi po-
puli deus.Qui enim deum nunc laudant ſeque accuſant & corrigunt,futurum iudicium ſecuri expe-
ctant,& de eius aduentu gaudere merito poſſunt,quoniam tunc beatam immortalitatem beatitudi-
Lucæ.21. némque completam recipient . Propter quod Chriſtus diſcipulos exhortatur , His autem fieri inci-
pientibus,leuate capita veſtra,hoc eſt,exhilarate corda,quoniam appropinquat redemptio veſtra .
Ideo quoq; gentes præſertim lætentur,quia [ET gentes in terra dirigis] per gratiam tuam atq; an-
gelicam opem,dirigendo eas in viam ſalutis æternæ.Hac nanq; directione maxime indigemus.Iuxta
Ierem. 10 illud Ieremiæ , Scio domine,quia non eſt hominis via eius:nec viri eſt,vt ambulet,& dirigat greſſus
ſuos. ¶ (5) CONFITEANTVR tibi populi deus,cōfiteantur tibi populi omnes]reſumitur ver H
ſus iſte propter ſententiæ ſuæ iucundam & fructuoſam dulcedinem [TERRA dedit fructum ſuum]
hoc eſt,virgo Maria peperit Chriſtum.De qua terra ſcriptum eſt,Aperiatur terra & germinet Sal-
Eſa.45. uatorem.De fructu etiam huius terræ apud Eſa.inducitur,In die illa erit germen domini in magni-
Eſa.4. ficentia & gloria & fructus terræ ſublimis.Moraliter vero terra dat fructum,dum ſancta Eccleſia fi-
lios ſuos ſpiritualiter inſtruit,perficit,& conſeruat , & dum corpus noſtrum ſobrie viuit profectibus
animæ in cunctis deſeruiens. ¶ (6) BENEDICAT nos deus deus noſter,benedicat nos deus.]
Quamuis oratio iſta ad totam ſuperbeatiſsimam Trinitatē, ſingulâſque diuinas perſonas dirigi poſ-
ſit,tamen ad inſinuādum perſonalem diſtinctionem in deo hoc modo exponi poteſt. Benedicat nos
deus pater, per filium ſuum,quemadmodum ait Apoſtolus,Benedixit nos omni benedictione in cæ
Ephe.1. leſtibus in Chriſto Ieſu.Benedicat etiam nos deus noſter,hoc eſt,filius dei incarnatus qui ſpecialiter
Iere.23. dicitur deus noſter,iuxta illud,Hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Et illud,
Eſa.7. Vocabitur nomen eius Emmanuel,quod interpretatur nobiſcum deus:benedicat nos deus,id eſt,ſpi
Matth.1. ritus ſanctus,[ET metuant eum] ſcilicet deum vnum in eſſentia,& trinum in perſonis[OMNES fi-
nes terræ] id eſt,omnes homines in toto orbe morantes. Hi metuant deum timore ſancto ac filiali.
Secundum doctores catholicos in eo quod ter nominatur hic deus, & poſt ſingulariter repetitur eū,

A intuitur Trinitas in personis,& vnitas in natura,quemadmodum de Seraphim per Esaiam dicitur, Esa.6.
Clamabant alter ad alterũ.Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus exercituum.Et dominus per Za- Zach.3.
chariam dixit ad Satan,Increpet dominus in te Satan,& increpet dominus in te.Iudæi tamen affir-
mant,quod in talibus locis scripturæ ter dicitur deus, propter maiorem expresſionem,secũdũ quod
apud Ieremiam habetur,Terra,terra,terra,audi verbum domini . Ecce psalmus breuis & omni fer- Iere.22.
uore ac deuotione plenissimus.Conformemus ergo cordis nostri affectum sacratissimis verbis psal-
mi præsentis,totisq; medullis diuinam in omnib⁹ misericordiam imploremus,quatenus vitiis pulsis,
benedictionibus Christi ditemur,diuiniq; vultus illustratiõe erudiamur.Deinde pro omni bono cõ-
muni & generali vniuersorum salute cordialissime deum deprecemur,quatenus omnes domino con
fiteantur,& eum honorent.In huiuscemodi etenim prece diuinæ mentis amori, vtcunque assimila-
mur,sequentes patrem nostrum cælestem,qui omnes homines vult saluos fieri,& solem suũ facit su- 1.Tim.2.
per bonos impiosq; oriri. Vnde ait diuinus Apostolus,Obsecro primum omnium fieri obsecratiões Matth.5.
pro omnibus hominibus,vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. 1.Tim.2.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXVII.

B

EXPOSITIO Tituli.

DEclarandi nunc psalmi titulus est,In finem psalmus cãtici Dauid.i.psalmus iste in Christum
nos erigens est,cantici,id est,spiritualis exultationis,quia de nostræ reparatiõis mysteriis co-
piose & clare pertractat,& conuenit Dauid prophetæ,tanquam authori,significato autẽ per
Dauid,videlicet Christo,competit sicut subiecto.Præsens etenim psalmus iste ad literam loquitur de
Christo & eius mysteriis:quia Apostolus plenus spiritu sancto,introducit huius psalmi scripturam
de misione spiritus sancti,Vnicuique(inquiens)nostrum data est gratia secundum mensuram dona- Ephe.4.
tionis Christi:propter quod dicit,Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,dedit bona ho-
minibus.Et subiungit,Quod autem ascendit quid est,nisi quia descendit primum in inferiores par-
tes terræ?Ecce per hanc scripturam Christi ascensionem probat Apostolus.Probatio autem non va
let,nisi ex sensu literali,vt Augustinus testatur.Ait ergo.

PRECATIO,

*Rex uirtutum domine,compunctionis pluuiam salutarem segrega nobis hæreditati tuæ, ut quia peccatis infirmati sumus receptis à te rectæ intentionis uiribus,ad uitam tibi placitam proficiamus.*

C

EXPOSITIO Psalmi.

EXVRGAT deus] id est,Christus qui est verus deus à morte resurgat [ET
dissipentur inimici eius] id est,Iudæi qui eum occiderunt,vastentur,dispergã-
tur & occidãtur.Hoc enim contigit eis à Tito atq; Romanis in vltionem san- Dan.9.
guinis Christi,quemadmodum apud Danielem prædictũ est,Ciuitatẽ & san-
ctuarium dissipabit populus cum duce venturo[ET fugiant qui oderunt eum Iohã.15.
à facie eius] id est,infideles Iudæi.de quibus Christus in euangelio ait,Nũc au
tem & viderunt & oderunt me,& patrem meum gratis.Hi fugiãt à facie eius, Esa.63.
hoc est,ab aspectu seu animaduersione vindictæ , quam Christus in eos exer-
cuit per Romanos:de qua vindicta Christus apud Esaiam ait,Dies vltionis in corde meo annus re-
tributionis meæ venit.Nam ante obsidionẽ Iudææ à Romanis,omnes Iudæi confugerant in Ierusa-
lem propter timorem illorum. (2) SICVT deficit fumus,deficiant] Sicut enim deficit fumus
lignis subtractis,ita prædicti Iudæi defecerunt victualibus iam consumptis,compulsique sunt se ho-
stibus tradere.Paulatim quoque defecerunt ab illo tempore vsque in præsens,non solum numero &
merito,sed potestate,regno,sacerdotio,& omni honore legis paternæ[SICVT fluit cera à facie].i.
D ab aspectu & influentia[IGNIS,sic pereant peccatores] id est,Christicidæ prædicti[A facie dei].i.
ab aspectu & inflictione vltionis diuinæ,non vt eorum essentia corrumpatur,sed vt omnis gratia eis
subtrahatur,& in præsenti vita multipliciter opprimantur,atque in seculo futuro æternaliter cruciẽ
tur.Denique locus iste de inuisibilibus Christi hostibus intelligi potest,vt sit sensus,Exurgat deus(vt
dictum est) & dissipentur inimici eius,id est,potestas & malignitas dæmonũ, quibus hominibus no-
cuerunt,debilitentur.Christus nanq; fortem armatum ligauit,& merito suæ passionis dæmonũ po- Matt.12.
testatem maxime minorauit:& fugiant qui oderunt eum,id est,dæmones à cordibus peccatorũ atq;
corporibus obsessorũ eiiciantur,à facie eius.i.virtute præsentiæ Christi,qui operatur vbique . Vnde
Christus passione instante,dixit,Nunc princeps huius mundi eiicietur foras . Post resurrectionem Iohã.12.
quoq; ait Apost.Signa eos qui crediderint hæc sequentur,In nomine meo dæmonia eiiciẽt.Sicut de- Mar.16.
ficit fumus,deficiant,id est,cultus dæmonum seu idololatria per Christi ministros euacuetur, & ipsi
diaboli à Christi apostolis & eorum successoribus penitus superentur,solúsq; Christus à seculo sicut
deus colatur.Vnde per Esaiam dicitur,Eleuabitur dominus solus in die illa, & idola penitus conte- Esa.2.
rentur.Hinc etiam ait Saluator,Ecce dedi vobis potestatem calcandi super omnem virtutem inimi- Luc.10.
ci,& nihil vobis nocebit : sicut fluit cera à facie ignis,sic pereant peccatores , id est,diaboli,in malo Mar.3.
obstinati à facie dei,quia in fine mundi in infernum retrudentur.Ad literam quoque istud impletum Mar.5.
fuit in Iesu Christo adhuc in mundo conuersante,secundum quod in Euangelio legitur , Quotquot Lucæ.4

habebant plagas & ſpiritus immundi cum Ieſum videbant, procidebant ei, diceotes, Tu es filius dei. E
Et iterum, Quid oobis, inquiunt, & tibi Ieſu fili dei ſummi? Veniſti ante tempus diſperdere nos? Po-
teſt etiam locus iſte magis communiter explanari, & de deo ſecundum diuinam operationem iotelli-
Pſal. 43. gi hoc modo, Exurgat deus, oon motu aut loco, ſed operatione, quatenus bonis ſubueniat, impĳſque
reſiſtat, & ita per modum exurgentis ſe habeat, ſicut ſuperius dictum eſt, Exurge domine adiuua nos:
Apoc. 6. & diſsipentur inimici eius, qui noluot conuerti, videlicet hæretici, ſchiſmatici, pagani, Iudæi, & indu
rati, & fugiant qui oderunt eum à facie eius .i. taliter flagellentur à deo, vt ſe abſcondere cupiant, nec
Eſa. 2. tamen poſſint, quoniam deus vbique eſt. Vnde ait ſcriptura, Reges terræ principes, tribuni, diui-
tes, & fortes, abſconderunt ſe io ſpeluncis & petris montium, dicentes montibus & petris, Cadite ſu
per nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. Sicut deficit fumus deficiāt,
ne opus malum queant implere & ſaoctis nocere. Impĳ oanque indeſinenter deficiunt, quoniā tan-
quam fœnum velociter areſcēt, ſicut fluit cera à facie ignis &c. Hoc eſt quod apud Eſaiam ſcriptum
eſt, Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis, ſic radix impiorum quaſi fauilla erit, & germen eorū vt pul-
uis aſcendet. Hæc autem orat eccleſia, quilibetque fidelis, oon zelo vindictæ, ſed amore iuſtitiæ coti-
formans ſe æquitati diuinæ. Vel orat, vt in præſeoti ſeculo caſtigentur, ne æternaliter coodemnētur.
Poſſent autem iſta, diſsipatio, fuga, defectio, ac diſperitio peccatorum accipi in bono, videlicet vt ore
mus in eis diſsipari, fugari, deficere, atque perire, nō naturam aut gratiam, ſed malitiam. Vnuſquiſq; F
vero tentatus verſus iſtos dicere poteſt pro diſsipatione, expulſiooe atque victoria dæmonum, ſcili-
cet vt deus ad auxiliū ſuū exurgat, ſicq; virtute gratiæ dei dæmones tētatores diſsipētur, fugiāt, defi-
ciāt, pereāt. ¶ [(3) ET iuſti epulentur & exultēt in cōſpectu dei, & delectētur in lætitia] Hoc ad li
Act. 2. teram accipi poteſt de ſanctis apoſtolis ac primitiua eccleſia in Ieruſalem primo collecta, de quibus
Act. 4. ſcribitur in Actis Apoſt. Erant perſeuerantes in doctrina & communicatione fractiōis panis. Et ite-
Eccl. 15. rum, Omnes qui credebant, erant pariter, & erant illis omnia communia: & ſumebant cibum cū ex-
ultatiooe & ſimplicitate cordis. Generaliter vero expooi poteſt hoc modo. Et iuſti epulentur, nunc
per fidem contemplatione diuina, reficiantúrque pane vitæ & intellectus, & aqua ſapiētiæ ſalutaris,
Lucæ. 11. id eſt, charitate & gratia ac donis ſpiritus ſancti, præcipue autem ſacramento corporis & ſanguinis
Can. 5. Chriſti. In futuro quoque epulentur cum angelis, manducantes panem in regno dei, id eſt, ipſa ſu-
Luc. 22. perbeatiſsima deitate, quæ eſt omnium beatorum refectio beatifice perfruentes. De hac enim epula-
tione ſpirituali ait Salomō in Cant. Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſsimi. Et filius dei
ait ad ſuos, Ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno: & exultēt
2. Co. 10. in conſpectu dei, id eſt, iuſti gaudebunt coram deo, ſicut Apoſtolus dicit, Qui gloriatur, in domino
Ierem. 9. glorietur. In præſenti enim vita coram deo, ſeu in conſpectu diuino exultare eſt de his & in his lęta- G
1. Iohā. 3. ri, quæ deo ſunt placita, atq; ſeipſum coram deo ſtatuere, & in ſerenitate ſanctæ conſcientiæ de acti-
Pſal. 15. bus virtuoſis, ac diuino honore gaudere. In patria enim ſancti exultant in cōſpectu dei, id eſt, de ipſa
viſione diuinæ eſſentiæ, quoniam vident eum ſicuti eſt. Propter quod dictū eſt ſupra: adimplebis me
lætitia cum vultu tuo: & delectentur in lætitia, quam deus præſtitit eis. Vnde de Chriſtianis primiti-
Matth. 5. uæ eccleſiæ ſcriptum eſt, Gauiſi ſunt ſuper conſolatione. Iotellectuales nanque potentiæ, ſcilicet ra-
tio & voluotas reflectuntur ſuper proprium actum, & ita mens ipſa delectari poteſt de ſua lætioa.
¶ (4) CANTATE deo] corde ac vocibus eum laudando [PSALMVM] id eſt, verba ac laudem
pſalmorum [OICITE oomini eius] quia io pſalmis deus pulcherrime collaudatur. Vel, pſalmum,
id eſt bonam operationem dicite nomini eius, non ſolum verbis, ſed etiam actibus eum prædicando,
Act. 15. prout Chriſtus hortatus eſt, Videant (inquiens) bona facta veſtra, & glorificeot patrem veſtrum qui
in cælis eſt. Non enim obliuiooi tradendum eſt, ꝙ liber iſte idcirco Pſalterium nuncupatur, quoniam
Dauid in ioſtrumento quod pſalterium dicitur, pſalmos decantare ſolebat, ore canens & manibus lu
deos, ſicut nūc agit eccleſia in organis. Pſalmus vero proprie dicebatur ipſe ſonus ſeu modulatio in-
ſtrumenti quod pſalterium dictum eſt: ideoq; cantica huius libri, pſalmi vocantur, quia cum tali mo-
dulamine canebaotur. Hinc ergo per pſalterium intelligi poteſt operatio bona ad laudem dei exhibi
ta, vel ipſa laus deo impenſa [ITER facite ei qui aſcendit ſuper occaſum] id eſt, viam Chriſto para-
te, qua veniat habitaturus in cordibus veſtris, quia delitiæ eius ſunt eſſe cum filĳs hominum. Quid
Prou. 8. vtique eſt deo iter facere, niſi ſeipſum pro poſſe ad gratiam dei diſponere, obicem remouere, propo- H
Lucæ 3. ſitum peccandi abĳciendo, de præteritis malis dolendo, atque ad obediendū diuinis præceptis ſe ex-
Eſa. 9. tēdēdo? Hioc enim Iohā. Bapt. ait allegans verba Eſaiæ, Parate, inquieos, viam domini, rectas facite
in ſolitudioe ſemitas dei noſtri. Itaq; iter deo parare aliud nihil eſt, niſi quod iubet Amos propheta,
Amos. 5. Præparare in occurſum dei tui Iſrael. Iter igitur facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, hoc eſt, Chri-
ſto, qui omnem mortalitatem, paſsibilitatem, ac defectibilitatem in reſurrectione tranſcendit, qooniā
Rom. 6. teſte Apoſtolo, Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Verūtameo diligenter aduertere cō
gruit, ꝙ loco eius quod hic dicitur, ſuper occaſum, Hebraica veritas habet Arobet, quod ſecundū He
bræos eſt nomen proprium vnius de ſeptem cælis, & ergo ſecundum eos iſta eſt vera litera, iter faci
te ei qui aſcendit in cælum. quod proprie competit Chriſto qui in cælum empyreum glorioſe aſcen-
Deut. 3. dit, quod ſine additamento antonomaoce cęlum vocatur. Ad idem quoq; reduci poteſt, quod dicitur
ſuper occaſum. Iudæi enim verſus occidentem adorabant, quatenus à gentilibus diſtinguerentur, qui
omnes verſus orientem orabant ad reuerentiam ſolis, & ita per hoc quod Chriſtus aſſeritur aſcēdiſ-
ſe ſuper occaſum, datur intelligi, ꝙ aſcendit ſuper locum adorationis humanæ ad locum habitatiōis
angelicæ, ſcilicet in cælum empyreum [OOMINVS nomen illi] per hoc propheta demōſtrat Chri
Eſa. 42. ſtum eſſe verum deum, quoniam dominus eſt oomē proprium deo: iuxta illud, Ego dominus, hoc eſt

A nomen meum. Et illud, Qui vocat aquas & effundit eas super faciẽ terrę, dominus nomen illi. Quã- Amos.5.
uis enim hoc nomen dominus cõueniat aliis secundũ participationem, & imperfecte, tamen deo est Hest.13.
proprium ratione propriæ naturæ, & secundum plenitudinem vtuiuersalem, quoniam in ditione eius
cuncta sunt posita. Vnde in Esaia ait, Ego dominus, & non est alius. Christo quoq; secundum huma Esa.45.
nam naturam conuenit esse omnium dominatorẽ ac dominum, secundum ꝙ ipse ait, Pater diligit fi- Iohan.3.
lium, & omnia dedit in mann eius. Et alibi, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: sed hoc Matt.28.
dominium competit sibi vt homo est, non per naturam sed per gratiam. ℂ (5) EXVLTATE in
conspectu eius] hoc est, quod superius dixit, Iusti epulentur & exultent in conspectu dei [TVRBA-
BVNTVR à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarũ] id est, infideles Iudæi & omnes per-
uersi turbabũtur ab aspectu seu vltione Christi, qui est pater orphanorum & iudex viduarum. Iudæi
enim turbabantur, quando à Romanis vastabantur. In estremo quoque iudicio omnes maligni tur-
bandi sunt, sicut in lib. Sapientiæ scriptum est, Videntes turbabuntur timore horribili, gementes prę Sap.5.
angustia spiritus. ℂ (6) DEVS in loco sancto suo.] Locus sanctus in quo deus esse & habitare cẽ
setur est anima pura, quemadmodũ alibi scriptum est, Anima iusti sedes est sapientiæ, vel cælum em- Sapien.7
pyreum, in quo diuinitas eminentius operatur, clariúsque refulger. Propter quod apud Esaiam dici- Esa.66.
tur, Cælum mihi sedes est. Vel ipsa ecclesia militans ac triumphans, quarum vtraq; appellatur tem- Psal.10.
B plum, domus & locus dei. Vnde & alibi, Dominus in templo sancto suo. Et rursus dominus protesta Matt.18.
tur, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum [DEVS qui inhabita-
re facit vnius moris in domo.] Per hanc domum intelligi potest ecclesia militans, & quælibet cõgre-
gatio deuota, vel ipsum habitaculum deuotorum. Deus nanq; per fidem, charitatem, & gratiam effi-
cit seruos suos vnius voluntatis, eiusdémque ritus & consuetudinis. Vnde in Actis Apostolorum le-
gitur de primitiua ecclesia, Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Propter quod ait Act.4.
Apostolus, Obsecro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & 1.Cor.1.
non sint in vobis schismata. Multum ergo vitandum est vitium singularitatis, præsertim in claustrali-
bus, quibus vna præfixa est regula. Verũtamen quoniam (teste Apostolo) vnusquisque in suo sensu Rom.14
abundat, non potest esse perfecta conformitas morum in omnibus in vita præsenti, sicut nec perfe-
cta charitas aut gratia, sed quanto charitas & gratia fuerint ampliores, tanto laudabilium morũ ma-
ior erit conformitas, ideo quod ait, qui inhabitare facit vnius moris in domo, præcipue verum est de
ciuibus triumphantis ecclesiæ, quia in eis summa concordia est, plena conformitas, gratia consumma
ta, charitásque perfecta. ℂ (7) QVI] scilicet Christus [EDVCIT vinctos] id est, patres & iu-
stos omnes antiqui temporis in limbo olim detẽtos [IN fortitudine] propria diuina. Christus enim
statim post resurrectionem de limbo patrum eduxit sanctos in eo captiuos, vt Zacharias ad Christũ
C loquens, ait, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Zach.9.
Sed quia de ista eductione infra clarius scribitur; ideo verba prædicta conuenientius aliter exponun-
tur, hoc modo, Qui educit vinctos, id est peccatores, vinculis vitiorum irretitos, & dæmonum iugo
subiectos, in fortitudine sua omnipotenti atque diuina. Nam peccata relaxare, gratiã impartiri, & im
pium iustificare deo est proprium: estq; maius & fortius opus impiũ iustificare quàm cælum & terrã
creare secundum August. Hos vinctos Christus educit de morte ad vitã, de culpa ad gratiam, de sta- August.
tu damnationis ad salutem [SIMILITER eos qui exasperant] id est, illos quoque deus educit iuxta
modum expositum qui non solum peccant, sed etiam fidem impugnant, deo rebelles sunt & eum ex-
asperãt: qualis erat Saulus quẽ alloquutus est Christus, Saule (inquiens) quid me persequeris? [QVI Act.9.
habitant in sepulchris] Exasperatores enim diuinæ maiestatis habitant in sepulchris, id est in pessi-
ma consuetudine, in profundissimo miseriæ lacu, sub graui sarcina habitus vitiosi, quibus conuenit il
lud Prouerb. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. In talium ergo eductione
seu conuersione maior refulget diuina potentia, quàm in iustificatione peccatoris non indurati, nec Prou.18.
in vitiis habituati. Quidam vero satis conuenienter distinguunt hoc quod dicitur, similiter eos qui
exasperant ab eo, quod subditur qui habitant in sepulchris, ita vt non solum deus educit habituatos
in vitiis, sed etiam in mortali peccato defunctos, resuscitans illos ad vitam naturalem ac meritoriam,
D vt patet de iuuene quem suscitauit Iohannes Euangelista, de mortuo quoque qui seipsum suspendit,
quem suscitauit beatus Martinus, & in hoc maxime declaratur omnipotentia creatoris. Consequen-
ter ponit propheta exemplum, vel potius argumentum ab exemplo acceptum. ℂ (8) DEVS cum
egredereris in conspectu populi tui] educendo filios Israel ex AEgypto [CVM pertransires in de-
serto] perducendo eos ad mõtẽ Sinai. Dicitur autem deus egredi & pertransire, non locum mutan- Exod.13.
do cum ipse incircũscriptibilis incommutabilisq; consistat, sed quia in die ostendebat populo suo viã
per columnam nubis, & in nocte per columnam ignis. Secundo, ratione protectionis & prouidẽtiæ
qua misericorditer eos defendit & gratiose prouidit. Hinc enim Moses ait ad dominum, Si non tuip- Ibidem.
se præcedes nos, ne educas nos de loco isto. Tertio dicitur deus tunc egressus & pertransisse in con-
spectu populi sui, quoniã nũcius eius, videlicet angelus ex persona dei apparens & loquens eos præ-
cessit, secundum ꝙ Mosi dixit dominus, Ecce ego mitto angelum meum, qui præcedet te & custodiat Exod.25
in via, & introducat ad locum quem paraui. ℂ (9) TERRA mota est] tunc enim mons Sinai vi
debatur moueri ac tremere. Vel, terra mota est. i. habitãtes in terra, hominésque terreni cõmoti sunt,
vt in Exodo legitur, Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: [ET- Exod.15.
ENIM cæli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel] id est, cæli aerei tunc pluuiam emiserũt
à præsentia dei apparentis per creaturam subiectam in monte Sinai, & à præsentia dei Israel. i. popu
li ex Iacob progeniti. Tunc nãq; nubes densissima operuit mõtem Sinai, & ex nube illa pluuia ema-

nabat,& Manna de cælo per modum ſtillicidiorum deſcendit. Denique iſta myſtice exponi poſſunt, E
hoc modo, Deus, dei vnigenite cum egredereris de ſecretiſsimo ſinu dei patris, apparendo in mun-
do per carnem aſſumptam: egrediens in conſpectu populi tui, ſcilicet apoſtolorum ac aliorum credē-
tium, inter quos conuerſari dignatus es cum pertranſires in deſerto.i.in mundo vitiis pleno,& bonis
derelicto. Vel, in deſerto mittendo apoſtolos ad gentilitatē olim deſertam ac ſterilem: terra mota eſt,
Exo.20. id eſt homines terreni & peccatores ad fidem, pœnitentiámque conuerſi ſunt: etenim cæli, id eſt ſan-
1.Cor.3. cti apoſtoli diſtillauerunt aquam ſapientiæ ſalutaris, & pluuiam gratiæ cæleſtis, à facie dei Sinai.i.à
gratioſa præſentia dei qui legem dedit in monte Sinai. Hoc modo apoſtoli prædicatoréſq; ſancti ir-
rigauerunt ad fidem conuerſos. Propter quod Apoſtolus loquitur, Ego plantaui, Apollo rigauit. Ex
primo autem & literali ſenſu horum duorū verſuum prophera concludit, dicendo. ℭ (10) PLV-
Exo.16. VIAM voluntariam ſegregabis deus hęreditati tuæ] quaſi dicat, Si tu tantā gratiam contuliſti Iſrae-
litis in deſerto & monte Sinai, dando eis legem & manna per deſcenſum angeli in montē Sinai, tūc
vtiq; multo amplius gratiam magnam dabis populo tuo per aſcenſionem tuam in cælum. Ait ergo,
Pluuiam voluntariam, id eſt, rorem gratiæ tuæ, fluenta doctrinæ, irrigationéſq; varias ſpirituſſan. gra
tis ac ſponte infuſas, ſegregabis.i.ſeorſum ac ſpecialiter dabis hæreditati tuæ, id eſt, populo Chriſtia-
2.Cor.3. no electo, quē proprio ſanguine liberaſti. Hoc Chriſtus in die Pentecoſtes & interim ſæpe fecit[ET
infirmata eſt] id eſt, eccleſia quæ eſt hæreditas tua, ex ſeipſa ſibi ſufficiens non fuit, nec per naturam F
ſaluari aut aliquid promereri valebat. Non enim ſumus ſufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex
nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, ideo ſubdit [TV vero perfeciſti eam] conferendo ei per gra-
Luc.24. tiam quod non habuit per naturam. Hinc nanq; Chriſtus poſt reſurrectionē dixit diſcipulis, Sedete
in ciuitate quoadvſq; induamini virtute ex alto. Ad literā quoq; eccleſia dei ſæpe infirmata eſt, refri-
geſcente charitate multorum, & propter varias perſequutiones tyrannorum. Deus vero perficit eā,
gratiam renouando, & aduerſarios auferēdo. ℭ (11) ANIMALIA tua] id eſt, populi Chriſtia-
ni, qui ſunt oues tuæ, [HABITABVNT in ea] id eſt in eccleſia per fidem & obedientiam manēdo
in eccleſiaſtica vnitate [PARASTI in dulcedine tua] id eſt, dulci bonitate ac pia clemētia tua [PAV
PERI deus] id eſt, populo Chriſtiano pauperi ſpiritu, qui in primitiua eccleſia pauper erat atq; ab-
Matth.6. iectus. Huic populo paraſti temporalia bona ad ſufficiētiam: iuxta illud, Primum quærite regnū dei,
& hæc omnia adiicientur vobis. Paraſti etiam ei cibum ac potum ſuperdigniſsimum corpus tuum ac
ſanguinem ſub ſacramentalibus formis contentam, ſed & gratiam, cōſolationem internam, omniūq;
diuinorum chariſmatum abundantiam nobis paraſti quibus promiſiſti, Quodcunque petieritis (in-
Iohā.14. quiens) patrem in nomine meo, hoc faciam. ℭ (12) DOMINVS dabit verbum] id eſt, ſermonē
promptum atque prudentiam [EVANGELIZANTIBVS virtute multa] id eſt, ſanctis apoſtolis G
& eorum ſequacibus, qui potenter prædicauerunt, confirmando doctrinam miraculis atque effuſio-
Luc.21. ne proprii ſanguinis. Illis enim in Euangelio Chriſtus ait, Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non
poterunt reſiſtere & contradicere oēs aduerſarii veſtri. ℭ (13) REX virtutū dilecti dilecti] Verſus
iſte intricatus eſt atq; obſcurus. Interdum vero vna translatio aliā exponit, & ita vtile fuit plures fie
ri translationes. Translatio autem Hieronymi iuxta Hebræum ſic habet, Reges exercituum fœdera-
buntur. Nam per apoſtolorum doctrinam, in Chriſti amore, fide & cultu vnanimes facti ſunt multi
reges, principes, nobiles & potentes. Sic ergo nunc dicitur, Rex virtutum, id eſt, reges fortes accipiē-
Exod.9. du ſingulare pro plurali, vt in Exod. dominus ait ad Pharaonem, Adhuc retines filium meum?i. filios
Iſrael? Sic ergo, reges fortes, ſupplendū eſt, facti ſunt dilecti.i.amici dilecti.i.Ieſu Chriſti, de quo ait
Lucæ.3. pater, Hic eſt filius meus dilectus. Vel ſic, Rex virtutū.i.deus pater, qui eſt rex angelorum, qui dicun
tur virtutes cæleſtes, & ſunt dilecti.i.ipſius Chriſti, qui eſt filius dei chariſsimus. Omnes enim angelī
ſancti ſunt ipſius Chriſti, ſicut ſerui ſunt dominorum ſuorum. Vnde Chriſtus in Euāgelio de ſeipſo
Matt.24 aſſerit, Mittet filius hominis angelos ſuos. Repetitur autem dilecti, & ſequitur, [ET ſpecici domus di
uidere ſpolia] id eſt, Chriſtus qui eſt dei patris dilectus, eſt etiam dilectus in quantum homo & ele-
• ctus, diuidere ſpolia, id eſt, ſecūdum diuerſos gradus ac ſtatus diſtinguere homines quos ipſe de ore
inimici redemit, atq; de morte eripuit, dando eis diuerſa munera gratiarum, quemadmodū Apoſto-
1.Cor.12. lus atteſtatur, Quoſdam, inquiens, poſuit in eccleſia, primo apoſtolos, deinde prophetas, tertio do-
ctores: & hoc fit ſpecici domus, id eſt, ad ornamentum eccleſiæ. Talis enim diſtinctio eccleſiaſticarū H
perſonarum, cedit in ornamentum eccleſiæ. Deinceps alloquitur ſanctus Dauid fideles, dicendo.
ℭ (14) SI dormiatis inter medios cleros,] id eſt, ſi tranquilla conſcientia quieſcatis inter duas hę
reditates, ſeu inter duo genera bonorum diuinitus conceſſorum, id eſt, inter bona tēporalia vitę prę-
ſentis, & inter bona ſpiritualia vitæ futuræ, ſic tranſeundo per bona tēporalia, vt non amittatis æter-
na, tunc [PENNAE columbæ] id eſt, virtutes ac operationes eccleſiæ, fiunt & ſunt [DEARGEN-
TATAE] id eſt, puræ & immaculatæ, quando temporalia non appetuntur inordinate, ſed ſolū pro-
ut neceſſaria ſine vtilia ſunt ad adipiſcēda bona cæleſtia [ET poſteriora] id eſt, extrema opera [DOR
SI eius] id eſt, ſcapularū columbæ ſeu eccleſiæ ſuper ſe portantis iugum domini, [IN pallore auri]
1.Cor.13 id eſt, terminabuntur in feruore charitatis perfectæ, quæ deſignatur per aurum. Charitas enim non
excidit, ſed quę nunc imperfecta eſt, in patria fit perfecta, dummodo quieſcamus inter medios cleros
Matt.10. (vt dictum eſt) quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Per cleros itaq; intelligun-
tur hæreditates, quoniam cleros græce, latine dicitur ſors. Sortes autē ex diuina promiſſione, partes
hæreditatis vocantur. Eccleſia quoq; appellatur columba, propter innocentiam atq; munditiam vi-
tæ. Aurum vero charitatem ſignificat: iuxta illud, Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum.
Apoc.3. ℭ (15) DVM diſcernit cæleſtis reges ſuper eam] id eſt, dum Chriſtus, qui ſingulariter vocatur cęle-

A ſtis,quippe de quo ſcriptum eſt,Qui de cælo venit,ſuper omnes eſt.Dũ ergo iſte rex cæleſtis diſcer- Iohan.3.
nit.i.diſcrete ac ſapienter diſponit,reges ſuper eam.i.rectores,videlicet apoſtolos & eorum imitato-
res ſuper eccleſiam,deſtinando eos per totum mundum ad docendum omnes gentes [NIVE deal- Matt.28.
babuntur in Selmon] id eſt, ſuper niuem purificabuntur fideles in vmbra gratiæ dei . Selmon enim
vno modo eſt proprium nomen cuiuſdam montis,alio modo eſt nomen commune,obſcuritatem ſi-
gnificans,ſicq; accipitur modo,& poteſt deſignare gratiam viæ,quæ obſcura eſt per comparationẽ
ad gratiam patriæ. Vel poteſt ita intelligi,niue dealbabuntur,gentes,quæ ante conuerſionem ad fidẽ
ſeu gratiam erant in obſcuritate ac tenebris. Et quoniam fideles taliter mundabũtur,idcirco [MONS
dei] id eſt eccleſia militãs,de qua in Eſa.dicitur,Erit præparatus mõs domus domini in vertice mõ- Eſaiæ.2.
tium. Dicitur enim eccleſia mons propter altitudinem gratiæ dei,ſublimitatémq; vitæ fidelium cęle-
ſtia contemplantium. Hic itaque mons dei,eſt [MONS pinguis] id eſt,ſpiritualibus bonis abũdãs,ex
infuſione donorum ſpiritus ſancti. Eſt quoque hic. ❡ (16) MONS coagulatus] id eſt,per modũ
caſei ex diuerſis perſonis cõpactus,videlicet ex ſimplicibus,pauperibus,& abiectis collectus [MONS
pinguis] qm̃ multas elegãtes perſonas intra ſe habet,ſicut ſunt viri orthodoxi.i.glorioſe fideles,alios
verbo atq; exẽplo ſpũaliter impinguãtes. Cũ ergo ſit vna eccleſia,extra quã nullus ſaluatur:ſicut nec Gen.6.
extra arcã Noe aliquis ſaluabatur,[VT quid ſuſpicamini mõtes coagulatos?] .i.cur æſtimatis eſſe ſe-
B paratas eccleſias ſeu loca ſalutis extra catholicã apoſtolicámq; eccleſiã?quæ eſt. ❡ (17) MONS,in
quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo] Hic enim mons eſt congregatio electorũ, de quibus increata Prouer.8
ſapientia in Prou.ait, Delitiæ meæ,eſſe cum filiis hominum. Et in Apoc. Ecce tabernaculum dei cum Apoc.21.
hominibus,& habitabit cũ eis [ETENIM dñs habitabit in finem] non ad horã,ſeu modicũ tẽporis,
ſed vſq; in finem ſeculi, imo in ſempiternũ habitabit cum eccleſia electorũ, habitando in eis per fidẽ
& gratiam,quemadmodũ Chriſtus promiſit, Ecce, inquiẽs,ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad Matt.28.
conſummationem ſeculi. ❡ (18) CVRRVS dei decem millibus multiplex] Verſus iſte primo de
angelis ſanctis exponitur. Inuitat enim propheta angelos ad exhibendum Chriſto aſcendenti cõſor-
tium,quoniam ad magnificentiam regis pertinet comitantium multitudo:iuxta illud, In multitudine Prou.13.
populi,dignitas regis. In paucitate vero plebis ignominia principis. Præmittit autẽ propheta ad ſuũ
propoſitum quoddam exemplum de multitudine angelorum aſsiſtentium in datione legis Moſaicæ,
ſecundum quod in Deut.ſcribitur, Dominus de Sina venit, & de Seir ortus eſt nobis . Apparuit de Deut.33.
monte Pharan,& cum eo ſanctorum millia,haud dubium quin angelorum ſanctorũ. Ait ergo,Cur-
rus dei,id eſt,numerus angelorũ deum in ſe recipientium,deferentium , atq; ad humanas mentes dei
notitiam circũducentium,decem millibus multiplex.i.decem milia angelorum intra ſe comprehẽdit,
non quod hic exprimatur certus numerus angelorũ ſanctorum,ſed ponitur finitum pro infinito, ſeu
C determinatum pro indeterminato. Nam per millenarium,qui eſt numerus perfectionis,decies repe-
titum,inſinuatur inæſtimabilis multitudo angelorũm ſanctorum . Quemadmodum enim Dionyſius
docet, Multitudo angelorum ſanctorum omnem materialem atq; ſenſibilem multitudinem incõpa-
rabiliter excedit. Et iuxta hunc ſenſum apud Danielem ſcriptum eſt, Millia millium miniſtrabant ei Dan.7.
[MILLIA lætantium] id eſt,multitudo angelorum in deo gaudentium,indeterminata millia conti
net,prout Daniel ſubdit, Decies millies centena millia aſsiſtebant ei [DOMINVS in eis] id eſt,aſſo- Eodem.
ciatus fuit ipſis [IN Sinai in ſancto] id eſt,in monte Sinai , qui eſt mons ſanctus & locus ſacratus.
Angelus nanq; qui Moſi loquebatur habebat deum ſibi aſsiſtentem,omnéſque angeli dationi legis Heb. 12.
aſsiſtentes,deum ſibi præſidentem habebant,ſicut Moſes ait, Omnes ſancti in manu eius ſunt. Ex his Deut.13.
infert propheta,quod maior debuit eſſe multitudo angelorum aſſociantium ſe Chriſto aſcendenti, Marc.15.
ſubiungens. ❡ (19) ASCENDISTI] ô Chriſte [IN altum] id eſt,in cælum empyreum [CE-
PISTI captiuitatem] id eſt,in limbo detentos & captos,atque in purgatorio ſufficienter mundatos Luc.24.
eripuiſti antequam aſcendebas,eoſque tecum ducebas [ACCEPISTI dona in hominibus] id eſt,tu
Chriſte,prout homo es,accepiſti à deo patre ſeu tota ſuperfeliciſsima trinitate, dona ſeu gratias con
ferendas hominibus: Hæc dona anima Chriſti accepit à primo ſuæ creationis inſtanti,quia Chriſtus Iohan.1.
ſemper plenus fuit gratia & veritate,& de plenitudine eius omnes accepimus. Erat enim in Chriſto
D non ſolum gratia perſonalis vnionis,gratia quoq; beatæ fruitionis,ſed etiam gratia capitis,per quam
ipſo omnibus ſuis membris,ſeu toti eccleſię influere poteſt,& omnes ditare,quemadmodum poſt re- Matt.28.
ſurrectionem dixit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra,non quod tunc primo ſibi præ-
ſtita fuit iſta poteſtas,ſed quia extũc cœpit innoteſcere omnia eſſe Chriſto ſubiecta . Sic nũc ait pro-
pheta de Chriſto, Aſcendiſti in altum,accepiſti dona in hominibus , non quod in aſcenſione primo
accepit chariſmata gratiarum hominibus diſtribuenda , ſed quia extunc euidentiſsime cœpit patere,
Chriſtum omni beatitudine,ac plenitudine ſpiritus ſancti eſſe impletum . Vnde in ſignum perfectæ
glorificationis Chriſti,datus eſt ſpiritus ſanctus poſt aſcenſionẽ in ſigno viſibili. Propter quod apud Act.2.
Iohannem ſcriptum eſt, Nõdum erat ſpiritus datus,quia Ieſus nondũ erat glorificatus. ❡ (20) ET-
ENIM non credentes inhabitare dominum deum] id eſt,tu Chriſte accepiſti hoc donum, videlicet Iohan.7.
non credentes.i.infideles inhabitare dominum. Chriſto enim merito ſuæ paſsionis eſt datum, vt per
eum infideles conuerterentur ad fidem:ſicq; in illis habitaret deus, in quibus ante inhabitabat diabo
lus. Porro Apoſtolus ſcripturam iſtam allegans,ſenſum magis quàm verba inducit . Ait enim, Pro- Ephe.4.
pter quod dicit, Aſcendens in altum,captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus. Solẽt nãq;
Chriſtus & Euangeliſtæ atque apoſtoli in allegatione ſcripturarum veteris teſtamenti magis ſenten
tiam quàm verba commemorare. Nec mirum,quoniam mentem prophetarum clariſsime cognoue-
runt,& eam magis quàm verba attenderũt . Cõſtat ergo ex præinductis quod hoc loco nomine cur-

Psal.97. rus seu curruum, intelliguntur deiferi angeli, qui & sedes dei dicuntur, & ita accipiuntur currus, vbi E
Esaiæ.66 dominus ait ad synagogam seu viros Israelitas, Mittam ex eis qui saluati fuerint, in Apbricam & Ly
diam, & Italiam, & Græciam: & adducent omnes fratres vestros in equis & quadrigis, in lecticis &
mulis. Hæc nanq; vehicula spiritualiter exponenda sunt, quia intelliguntur per ea sanctorum angelo
rum ministeria, quibus cooperabantur apostolis in Iudæorum ac gentium connersione. Secundo au-
tem exponitur quod dictum est, Currus dei decẽ millibus multiplex, de sanctis hominibus. Superius
nanq; dixit, Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, & hunc montem nominat currũ, quia
2.Cor.6. fideles deum intra se portant, sicut ait Apostolus, Glorificate & portate deum in corpore vestro. Vel
4.Re.2. ideo, quoniam deus eos dirigit, sicut auriga dirigit currum. Vnde Elisæus vocat Eliam currum Israel
& aurigam eius. Nam sicut pastor gregem suum portat ac dirigit, sic Elias filios Israel portauit atque
4.Re.13. direxit. Simili quoque modo rex Israel Elisæo morituro dixit, Pater mi, currus Israel & auriga eius.
Itaq; currus dei, id est, populus fidelis, decem millibus multiplex. i. ex innumerabilibus populis, lin-
guis ac tribubus constans & congregatus. Nam ex omni genere hominum collecta est Christi eccle-
Psal.18. sia. Maxime vero per currum dei intelliguntur apostoli & successores eorum, qui nomen Saluatoris
Act.9. per totum mundum vehebant, sicut de Paulo ait Saluator, Vas electionis est mihi iste, vt portet no-
men meum coram regibus, & gentibus & filiis Israel, & hic currus est decem millibus multiplex, hoc
est, per innumerabilia credentium millia multiplicatus. Dicitur enim aliquis multiplicari per multi- F
Gen. 46 plicationem eorum quos vel spiritualiter vel carnaliter generat. Vnde dominus ait ad Iacob, Auge-
bo & multiplicabo te, millia lætantium, hoc est, multa & innumerabilia sunt millia fidelium hominũ
qui in præsenti seculo gloriantur in domino ex cõtemplatione bonitatis beneficiorúmq; eius, ex spe
quoque futurorum bonorum, & de omni spirituali profectu proximorum: dominus in eis. Nam per
charitatem & gratiam demoratur in ipsis, & hoc in Sinai. i. in mandato seu obseruatione mandatiin
Rom.7. Sinai præstiti. Sinai enim interpretatur mandatum, in sancto, quia mandatum sanctũ est. Vel, in san-
cto, quoniam sanctitas est ratio, propter quã deus in nobis manet. In illis enim deus est, manet, & ha
Iohã.14. bitat qui suis mandatis obediunt, prout asserit Christus, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit,
& pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ascendisti, domi
Act.1. ne Iesu in altum, quemadmodum de te in Actis dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes susce-
Luc. 24. pit eum ab oculis eorum. Et alio in loco, Eleuatis manibus, benedixit eis, & ferebatur in cælum: cepi-
sti captiuitatem, hoc est, totum mundum quantum in te est, eruisti de manu diaboli, qui eum propter
Iohã.12. reatum peccati tenebat captiuũ, sed à te eiectus est foras, qui ais, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad meipsum. ℭ (21) BENEDICTVS dominus die quotidie] Hic ait propheta de pro-
fectu ecclesię, tanquã dicat, laudatus sit deus, & glorificetur ab omnibus de die in diem, propter prę- G
dicta beneficia nobis collata, & item propter beneficia conferenda. Nam [PROSPERVM iter faciet
nobis] id est, beatam atq; securam viam veniendi ad vitam æternam nobis ostendet, illuminãdo cor-
Ezec. 36 da nostra, & dirigendo opera nostra in vltimum finem, quemadmodum ipse ait, Faciam vt in pręce-
ptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Non enim potest homo rectam viã in-
Prou.16. cedere sine gratia duce. Propter quod Salomon ait, Cor hominis disponit viam suam, sed dei est di-
1.Thes. 5 rigere gressus eius. Vnde Apostolus etiam deprecatur, Ipse deus dirigat corda vestra, & intelligẽtias
Philip. 4 vestras, vt integer spiritus vester seruetur in aduentu domini nostri Iesu Christi. Itaque prosperũ iter
faciet nobis [DEVS salutarium nostrorum] id est, author & finis saluationum seu beatitudinum no-
Matth. 5. strarum. Octo sunt enim beatitudines, quas enumerat Christus apud Matth. totq; nobis saluationes
largitur, à quantis peccatis atque periculis nos saluare dignatur: & omnis nostra salus ab ipso depen
det, ideo sequitur. ℭ (22) DEVS noster] scilicet Christus Iesus, seu trinitas sancta, est [DEVS sal-
Lucæ.9. uos faciendi] id est, saluandi, ideo nanq; in Euangelio loquitur, Non venit filius hominis vt iudicet
Osee.13. mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: & deo proprium est saluare: iuxta illud, Ego dominus,
& saluator non est præter me. Dicitur etiam, deus noster, deus saluos faciendi, quoniam omnes ho-
Tob.3. mines vult saluari & ad veritatis notitiam peruenire, quemadmodum etiam in libro Tobiæ dicitur,
1.Tim.2. Non delectaris in perditionibus nostris. Et in Euangelio Saluator, Nõ est voluntas ante patrem, vt
Matt.18. pereat vnus ex pusillis istis [ET domini dñi exitus mortis] Bis ponitur dñi, propter expressionem
maiorem, & est sensus, Exitus mortis, hoc est, egressus de morte, videlicet liberatio à morte peccati H
atque gehennæ, est domini sicut authoris, iustificatoris & redemptoris, quoniã ipse solus peccata di-
Mar.2. mittit, & pœnas æternas relaxat, gratiámq; infundit. Vel per hoc quod ait: & domini dñi exitus mor
tis, dubitationem quandam absoluit. Posset nanque quis dicere, Si deus est deus saluandi, cur igitur
morimur? Ad quod respondet hoc mirum nõ esse, quia & ipsius domini, scilicet Iesu Christi est exi-
tus mortis, quoniam ipse per mortem hunc mundum exiuit, & amarissimam mortem sustinuit. Dici-
1.Cor. 15 tur ergo deus deus saluos faciẽdi, quia à morte culpæ seu animæ eripit, atq; à mortalitate corporis in
Osee.13. die nouissimo liberabit, quando mortale hoc induet immortalitatem. Propterea per Osee, De manu
(inquit) mortis liberabo eos, de morte redimam eos. ℭ (23) VERVNTAMEN deus confringet
capita inimicorum suorum] Sequendo pro viribus sensum literalem, quæ sequuntur, sic exponenda
sunt. Verũtamen. i. quanuis deus sit deus saluandi, quantum in se est, nõ tamen saluat omnes propter
eorum malitiam, sed confringet capita, id est principales & capitaneos, inimicorum suorum, videli-
cet principes sacerdotum: hos deus confregit, omne spirituale esse ab eis tollendo, eosque excæcãdo,
& inæternum damnando [VERTICEM capilli perambulantium in delictis suis] id est deus cõfrin
get & destruet per exercitum Romanorum ciuitatem Ierusalem, quæ erat vrbs perambulantium in
Matt.23. delictis suis, id est habitatio Iudæorum, qui Christum & prophetas atque apostolos occiderunt, per-

A secuti sunt, sicut ad eos Stephanus dixit, Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Dici- Act.6.
tur autem Ierusalem vertex capilli.i.vertex capillosus, quoniã propter turres ac muros eã cingentes
inexpugnabilis videbatur, sicut & vertex capillosus robustus est: nihilominus fuit subuersa, quemad- Luc.21.
modum prædixerat Christus, Quia ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidem super
lapidem. ¶ (24) DIXIT dominus, ex Basan cõuertam] Basan terra erat vicina Iudææ ex vno la
tere: mare autẽ mediterraneum ex alio latere Iudææ vicinum. Vespasianus vero & Titus, ab Impera-
tore contra Iudæam (cuius metropolis erat Ierusalem) missi, ex vtroq; loco, seu latere contraxerunt
exercitum ad deuastandum Iudæam. Est igitur sensus, Dixit dominus, quoniam ex diuina ordinatio-
ne fiebat deuastatio Ierusalem in vltionem sanguinis Christi ex Basan.i.ex illo loco conuertam exer
citum versus Iudæam [CONVERTAM in profundum maris] hoc est, exercitum Romanorum diri
gam ad mare, vt inde sibi auxilium capiant, sicq; combinati in vnum, Iudæã suppeditẽt. ¶ (25) VT
intingatur pes tuus] ô habitator Ierusalem seu pugnator Romane [IN sanguine] occisorum, quia tot
milia occidebantur, quot in sanguine defluente poterant ambulantium intingi pedes [LINGVA ca
num tuorum] etiam intingi valebat, [EX inimicis ab ipso] id est, ab ipso sanguine ex inimicis Chri-
sti occisis manante, ita & canes sanguinem bibere possent ad satietatem. Nempe vt Iosephus scribit Iose.lib.7
B in lib. de Iud. bello, à principio obsidionis vsque ad finem interfecti fuerunt decies cẽtum milia. De- bel.Iuda.
inde ponit propheta causam tantæ deiectionis. ¶ (26) VIDERVNT ingressus tuos de⁹] hoc est, cap.17.
Iudæi increduli & peruersi, viderũt opera tua, cõuersationem tuam atq; miracula domine Iesu Chri
ste, teq; prædicantem audierunt, sed conuerti & credere contempserunt. Idcirco vastari & opprimi
meruerunt, & hoc est quod in euangelio affirmas, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum Iohã.17.
non haberent: nunc autem excusationem non habent. Et rursus, Si opera non fecissem in eis, quę ne- Eodem.
mo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem viderunt & oderunt, & me & patrem meũ gra-
tis, viderunt ergo, [INGRESSVS dei mei regis mei].i.Christi vnigeniti dei patris, q est deus meus
& rex meus. Ecce in hoc versu apertissime declaratur incarnatio dei & vera diuinitas Christi.
¶ (27) PRAEVENERVNT principes coniuncti psallentibus] hoc est, principales inter Chri-
stianos, videlicet sancti apostoli, aut successores eorum, coniuncti mente & corpore aliis Christianis
psallentibus seu deum laudantibus, [IN medio iuuencularum tympanistriarũ].i.virginum deuotarũ.
A principio nãq; ecclesiæ erant virgines aliquę deo sacratæ, quæ dicuntur tympanistriæ, non quod
vtebantur materialibus tympanis, sed quoniam cum apostolis insistebant laudibus creatoris. Sic ita-
que principes coniuncti psallentibus in medio virginum, præuenerũt & euaserunt prædictã obsidio-
C nem Ierusalem. Nam vt in Eccle. historia scribitur, ex admonitione angeli exierunt Ierusalem & Iu-
dæam, ingredientes regnum Agrippæ, quod erat confœderatum Romanis. ¶ (28) IN Ecclesiis]
hoc est, congregationibus vestris ô Christifideles [BENEDICITE deo] eũ laudando [DOMINO
de fontibus Israel].i.ipsi domino vestro benedicite, de apostolis.i.propter gratiosum illud beneficiũ
quod dedit apostolis, atq; per eos vobis. Illuminatio nãq; & gratia eis collata: salus est mundi. Appel
lantur autem apostoli fontes Israel, quia ex eis suscepit ecclesia riuos doctrinæ, originemque virtutis
ac gratiæ: & sicut Christus eis dixit, Vos estis lux mũdi, sic dici possunt fontes ecclesiæ. ¶ (29) IBI) Matth.5.
scilicet in ecclesia [BENIAMIN adolescẽtulus].i.Paulus, de tribu Bẽiamin natus vt ipsemet ad Ro
manos fatetur, qui iuuenis ad Christum conuersus est, scilicet statim post Stephani occisionem. Vel Rom.9.
dicitur adolescentulus, quoniã vltimo respectu aliorũ apostolorũ venit ad fidem [IN mentis exces-
su] Nam erat in Damasco tribus diebus ac noctibus, nec manducans, nec bibens vtpote raptus vsque Act.9.
ad tertium cælum, in quo audiuit arcana verba, vnde ab omni exercitio sensuũ exteriorum fuit abstra 1.Cor.12
ctus præsertim cum in raptu illo credatur vidisse diuinam essentiam. ¶ (30) PRINCIPES Iu-
da] id est, quidam apostolorum ex tribu Iuda orti [DVCES eorum].i.duces ac principes extiterunt
hominum ad Christi fidem conuersorum. sicut enim Christus secũdum humanitatem de tribu Iuda
fuit, sic Iohãnes & Iacobus maior itẽq; & Iacob. minor, Simon & Iudas filii sororũ virginis gloriosę
de tribu Iuda nati credũtur, & isti tanq̃ apostoli duces fuerũt Christianorũ [PRINCIPES Zabulõ, Lucæ.1.
& principes Neptalim] hoc est, nonnulli ex tribu Zabulon Neptalimq; exorti duces fuerunt populi
D Christiani. Quemadmodũ nãq; habetur in libro Iosue, tribus Zabulon & Neptalim sortes suas pro
magna parte acceperunt in Galilæa, ex qua multi apostolorum discipulorúmq; Christi fuerũt, pro- Iosue.8.
pter quod Galilæi vocati sunt, sicut angelus ad eos ait, Viri Galilæi quid admiramini? Deinde pro-
pheta in persona primitiuæ ecclesiæ loquẽs precatur. ¶ (31) MANDA deus virtuti tuæ] hoc est,
potestati angelicæ præcipe, vt nos protegat atque promoueat. Non enim humana virtute resistere Act.1.
Iudæis aut præualere valemus. Hanc orationem deus exáudisse probatur ex multis locis Act. apostо
lorum, Angelus enim Petrum de carcere liberauit. Et de principibus sacerdotum scriptum est, Posue
runt Apostolos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens carcerem, eduxit Act.12.
eos [CONFIRMA hoc deus quod operatus es in nobis] hoc est, doctrinam apostolicam confirma Act.5.
miraculis, & corda credentium spiritu sancto corrobora, ecclesiámque augeri ac perfici præsta, vt
perficiatur opus fidei, quod operatus es in nobis, id est, per nos. ¶ (32) A TEMPLO tuo in Ieru-
salem] Quia in templo illo apostoli publice prædicauerunt Christum resurrexisse. Vel, à templo tuo
in Ierusalem, id est, à congregatione fidelium, qui primo in Ierusalem sunt collecti, & est sensus, Cõ
firma opus fidei quod inchoasti à tẽplo prædicto, quatenus fides quæ ibi incepit, per vniuersum mũ-
dum discurrat. Hinc enim primitiua ecclesia, Domine (inquit) respice in minas eorum, videlicet Iu- Act.4.
dæorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbũ tuũ. Et cum orassent, motus est locus in quo
erãt: & repleti sunt oẽs spiritu sancto, & loquebãtur verbũ dei cũ magna fiducia [TIBI offerent re-

ges munera] Multi reges ad fidem conuerſi non ſolum ſeipſos Chriſto obtulerunt,ſed & munera co B
pioſa dederunt,ad ſuſtentationem indigentium & ædificationem Eccleſiarum.Inſuper orat prophe
Ephe.4. ta pro deiectione aduerſariorũ eccleſiæ. ℭ (33) INCREPA] domine deiice & caſtiga [FERAS
Matt.11. arundinis] hoc eſt,crudeles tyrannos atq; hęreticos,qui omni vitio & vento doctrinæ circũferũtur,
tanquã arundo vento agitata:qui feræ propter crudelitatem vocantur,tanquam dilaniatores anima-
rum propriarũ & aliorum. Hæ autem feræ præſertim fuerunt Imp.Romani,videlicet Nero, Domi-
Matt.32. tianus,Diocletianus,Decius,pluréſque alii,qui fidem Chriſti penitus eradicare conati ſunt [CON-
Eccle.10 GREGATIO taurorum,] id eſt,multitudo ſeu grex principum ſuperborũ, & indomitorum hære-
ticorum deum nequaquam timentium,demoratur,& eſt[IN vaccis populorum] .i.inter homines la
ſciuos,ac leues.Nam qualis princeps,tales & miniſtri eius:& qualis magiſter,tales diſcipuli . Vel,in
vaccis populorum,hoc eſt,inter homines ineruditos ac ſimplices,quos nituntur ſubuertere.Ideo ſe-
quitur[VT excludant] à fide & regno Chriſti[EOS qui probati ſunt argẽto].i.diuino eloquio eru-
Pſal.11. diti,credẽdo & obediendo ſermonibus Chriſti . Nomine nãq; argẽti deſignatur ſermo diuinus, ſicut
ſuperius dictum eſt,Eloquia domini eloquia caſta,argentum igne examinatum. ℭ (34) DISSI-
PA gentes quæ bella volunt]hoc eſt,prædictos tyrannos & hæreſiarchas,& omnes bonorum perſe-
cutores,qui eccleſiæ dei lites & inquietudines concitant,deſtrue,impediendo eorum affectũ ab ope-
re malo,& paci eccleſiæ prouidendo.Hoc nunc impletum conſpicimus,quoniam tyrannos & hęre- F
ſiarchas ſopitos videmus[VENIENT legati ex AEgypto] Ad literam,multi AEgyptiorũ cõuerſi
ad Chriſti apoſtolos acceſſerunt in Ieruſalẽ,& in Romam,quatenus plenius inſtruerentur ab eis,ſi-
cut Dionyſius ſcribit.Quidam vero exponunt iſtud de Philone,à quo liber ſapientiæ editus eſt, qui
cum ſociis ſuis ab Alexandria AEgypti miſſus eſt Romam ad Claudium imperatorem,& ibi cũ bea-
to Petro locutus eſt,& ei familiaris effectus . Vnde Alexandriam rediens,eccleſiam Marci Euangel.
diſcipuli ſancti Petri,magnifice honorauit,atq; de eius pręconiis librũ conſcripſit,quæ omnia in lib.
de viris illuſtrib.S.Hieron.plenius enarrauit[AETHIOPIA pręueniet manus eius] pura AEgypti
[DEO].i.ad gloriam dei.Nam prius ad fidem conuerſa eſt AEthiopia quàm AEgyptus , quoniam
Euang.Matth.filium regis AEthiopiæ defunctũ ſuſcitauit,quo facto,regem cũ filio & filia magnaq;
populi parte cõuertit & baptizauit,ipſamq; AEthiopiã eccleſiis adimpleuit.Deinceps hortatur pro
pheta totum mundum ad Chriſti aſcendentis præconium. ℭ (35) REGNA terræ] hoc eſt,popu
li omniũ regnorum[CANTATE deo] id eſt,Chriſto qui eſt vniuerſorũ creator,verũſq; deus ac vi
ta æterna[PSALLITE dño] Chriſto omniũ gubernatori ac principi. ℭ (36) PSALLITE deo
Act.1. qui aſcendit] 40 die poſt reſurrectionẽ[SVPER cælũ cæli].i.ſuper ſummũ cælũ cuiuſcũq; cæli cõ-
tentiuũ. Chriſtus nãq; aſcendit vſq; ad extremitatẽ cæli empyrei [AD orientẽ].i.vſq; ad dexterã pa-
tris qui eſt ſuperſplendidiſsimus oriens omniũq; luminum orientale atq; fontale principium. Vel ad
orientẽ.i.ab oriẽte,videlicet à mõte Oliueti,qui eſt in oriẽtali parte iuxta Ieruſalẽ. ℭ (37) ECCE G
dabit voci ſuæ vocẽ virtutis] hoc eſt,Chriſtus ſermones ſuos,quibus ſe aſcenſurũ pędixit,ad effectũ
potẽter perducet:ſicut enim per prophetas,& per ſeipſum prædixit,ita effecit. Dat enim voci ſuę vo
Iohan.1. cẽ virtutis qui verba ſua opere complet,idcirco ò oẽs fideles[DATE gloriã deo] .ſ.Chriſto aſcẽden
ti,[SVPER Iſrael].i.propter beneficia apoſt.aliiſq; fidelibus pręſtita,qui erãt veri Iſraelitę. Gloria
aũt eſt clara cum laude notitia: propterea deo gloriã dare eſt nomẽ ipſi' aliis notificare cũ profeſsio-
ne laudis diuinæ ſicut dũ aliquis bonitatẽ dei aut bñficia eius pędicat & extollit [MAGNIFICEN
Act.1. TIA eius & virtus eius in nubibus] .i.magna operatio Chriſti atq; potẽtia eius apparuerũt in nube,
in qua aſcẽdit corã diſcipulis,ſicut in Act.dicitur, Vidẽtibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eũ ab
oculis eorũ. Interdũ nãq; ſcriptura ponit plurale pro ſingulari & ecõuerſo,& ita nũc ponit nubibus
Eodem. pro nube.Et forte non ſolum erat nubes vna,ſed ſicut venturus eſt in nubibus ita receſsit in nubibus,
præſertim cũ in Act.dicatur, Quẽadmodũ vidiſtis eũ aſcendẽtẽ in cælũ,ſic veniet. Per nubes quoque
intelligi poſſunt angeli ſancti,qui Chriſto aſcẽdẽti miniſteriũ præbuerũt,in quibus magnificentia &
virtus Chriſti relucebãt,prout magnificẽtia & poteſtas regis relucet in dignitate & excellẽtia mini-
Act.1. ſtrorum,& quia duo angeli aſtiterũt Apoſtolis,eiſq; magnificentiã & virtutẽ Chriſti annũciauerũt,
dicẽdo, Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis ſic veniet. Vnde Diony.15.ca.de hierarchia cæleſti dicit, H
quod in diuinis ſcripturis per nubes frequẽter intelligãtur angeli ſancti . Deniq; p nubes accipi poſ-
Eſa.60. ſunt apoſtoli,de quibus ſcriptũ eſt, Qui ſunt iſti qui vt nubes volãt? In his etenim nubib' refulgebãt
Luc.21. magnificẽtia Chriſti atq; potẽtia,quãdo poſt aſcẽſionẽ dedit eis os & ſapientiã,cui nõ poterãt reſiſte
Act.3. re oẽs inimici eorũ,pręſertim dũ miſit eis in igneis linguis ſpiritum ſanctũ. Propter quod ſequitur.
ℭ (38) MIRABILIS deus in ſanctis ſuis]qm̃ mirabiliter magnificauit & exaltauit, apoſtolos &
cęteros primitiuæ Eccleſię filios,maxime illos cẽtũ viginti,qui in die Pẽtecoſtes ſimul receperũt ſpi
ritũ ſanctũ. In his itaq; mirabilis fuit,quãdo in tantũ cõfortauit corda eorũ,vt qui in paſsione inſtãte
oẽs fugerũt,ſpũ ſancto recepto eũ publice pędicauerũt:erátq; ſupermirabile in principe apoſtolorũ
Mar.14. vt qui ante paſsionẽ propter vocẽ ancillæ Chriſtũ negauit,poſt ſpũs ſancti aduẽtum toti multitudini
Matt.26. Iudæorũ intrepide diceret, Deus patrũ noſtrorũ glorificauit filiũ ſuũ Ieſũ,quẽ vos quidẽ tradidiſtis,
Act.3. & negaſtis ante faciẽ Pilati,& petiſtis virũ homicidã donari vobis,ſanctũ vero & iuſtum negaſtis,&
Iohã.19. authorẽ vitæ interfeciſtis,ſed hæc eſt mutatio dexteræ excelſi. Ideo ſubditur, [DEVS Iſrael ipſe da-
bit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuæ] videlicet, primitiuæ eccleſiæ. Dedit nãq; eis virtutẽ cõſtanter lo
Pſal.76. quẽdi,miracula faciendi,& irreprehenſibiliter cõuerſandi. Fortitudinẽ quoq; cũcta aduerſa non ſolũ
æquanimiter,ſed etiam exultanter ſuſtinendi,quemadmodum in Act.ſcriptum eſt, Ibãt apoſtoli gau
Act.5. dentes à conſpectu cõcilii,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati. Propter tãto-

A rũ gratiã beneficiorũ Christifidelibus concessorũ, sit inæternũ, [BENEDICTVS deus] cui pro do
nis suis nihil dignũ repẽdere possum⁹, qm̃ bonorũ nostrorũ nõ eget: pręcipue cũ omnia nostra bona
eius sint dona, quẽadmodũ Dauid deuotissime ait, Tua dñe sũt omnia, & quę de manu tua accepim⁹ Psal.15.
dedimus tibi. Sed hoc nobis incumbit, vt soli deo honorẽ & gloriam impendamus, eũ dignissime ve- 1.Par.29.
nerando omnéq; bonum ipsi attribuendo, sicut & S. Dauid fecit, dicendo, Nunc ergo deus noster cõ Ibidem.
fitemur tibi & laudamus nomen tuũ inclytum. Tua est dñe magnificentia, & potestas & gloria atque
victoria, tibi laus, tuæ diuitiæ, tu dñaris omniũ. Porro quæ dicta sunt ab illo loco, Verũtamẽ deus cõ-
fringet capita inimicorũ suorũ, spiritualius atq; cõmunius intelligi possunt hoc modo, Verũtamen .i.
quãuis deus, sit deus saluos faciẽdi, nihilominus ipse cõquassabit ac destruet capita inimicorũ suorũ,
à parte totũ significat, quemadmodũ Philistæi dixerunt regi suo de Dauid, Quomodo melius poterit 1.Re.29.
placare dominũ suũ, nisi in capitibus nostris? Est itaq; sensus, deus, vel in præsenti, vel saltem in futu-
ro, inimicos suos cõfringet, vlciscendo peccata eorũ, eosq; nunc occidendo, aut postmodũ cõdẽnãdo.
Vel sic, Deus cõfringet capita inimicorũ suorũ .i. superbiam eorũ humiliabit, deprimet & damnabit:
iuxta illud Esaię, Dies domini super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem & Esaiæ.2.
humiliabitur. Et per alium prophetam, Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur. Confrin- Sophõ.1.
B get etiam deus verticem capilli, id est, excellentiam cogitationis perambulãtium in delictis suis, id est
perseuerantium in peccatis. Vnde alibi scriptum est, Væ qui cogitatis inutile. Et Esaias ait, Incurua- Mich.2.
bitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Sic ergo non solum superbiam actio- Esaiæ.2.
num, sed etiam extollentiam cogitationum deus confringet, quemadmodum sapientia, Omnium (in- Eccl.24.
quit) excellentium & sublimium colla virtute propria calcaui. Hinc & alia scriptura ait, Quid te ele- Iob.15.
uat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet cõtra deum spiritus tuus?
Nomine autem capilli cogitatio designatur, quoniam sicut capillus ex capite nascitur, & ci adhæret,
sic cogitatio procedit ex corde, & adhæret eidem. Dixit dominus, hoc est, intra se immobiliter decre-
uit atque per seruos suos locutus est, Non enim faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum su- Amos.3.
um ad seruos suos prophetas, ex basan, hoc est, ex immunditia vitæ & confusione peccati, conuertã
peccatores, quatenus qui ante turpiter & inordinate vixerũt, implere incipiãt illud Apostoli, Omnia Rom.15.
autem decenter, & secundum ordinem fiant in vobis. Basan enim turpitudo seu confusio interpreta-
tur: conuertam in profundum maris, hoc est, gratiam conuersionis mittam in hoc seculum nequam
in corda obstinata, in gentilitatem olim fluctibus vitiorum submersam. Propter quod Petrus ait, Re- 1.Pet.1.
dempti estis de vana vestra conuersatione precioso sanguine agni immaculati. Et Paulus apertius lo
C quens, Tempora (ait) prioris ignorantiæ despiciens deus, nunc annũciat hominibus vt omnes vbiq; Act.17.
pœnitentiam agant. Vnde & ipse Saluator de seipso fatetur, Non venit filius hominis vt iudicet mũ Lucæ.9.
dum, sed vt saluetur mundus per ipsum, vt intingatur pes tuus in sanguine, hoc est, ad hoc deus con
uertet te ô homo, vt desiderium tuum seu actio tua effectum & fructum sanguinis Christi consequa-
tur, ita vt merito passionis Christi salueris, vnitus, imo intinctus sanguine Christi per fidem & cha-
ritatem. Vnde ait Apostolus, Vos qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi: lingua canũ Ephe.2.
tuorum ex inimicis ab ipso, id est lingua prædicatorum tuorum, formata & sumpta est ex infidelibus
atque gentilibus ad fidem conuersis, & hoc factum est ab ipso omnium Saluatore Iesu Christo, cuius
pietate & gratia ex inimicis fiunt amici. Multi siquidem gentilium olim Christo contrarii, fide rece-
pta facti sunt prædicatores fortissimi, vt sacratissimus Dionysius, Clemens papa, diuinus Ignatius,
magnus ille Polycarpus. Tales autem dicuntur fuisse inimici secundum præsentem malitiã, seu pro-
priorum meritorum exigentiam, secundum vero prædestinationem æternam semper fuerunt amici,
quia de talibus loquitur Christus, Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis Iohã.15.
pro amicis suis. Et Apostolus dicit, Cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem Rom.1.
filii sui. Erant igitur amici & inimici secundum diuersos respectus. Viderũt ingressus tuos deus, hoc
est fideles per fidem considerauerunt conuersationem tuam domine Christe, suntque secuti vestigia
tua sanguinem effundendo, vel seipsos quotidie mortificando, abnegando, & crucẽ suam post te ba-
iulando. Viderunt etiam oculo contemplationis purissimæ ingressus tuos, id est, incarnationem qua Luc.1.
D mundum intrasti, ascẽsionem qua cælum introiisti, apparitiones quoque quibus post resurrectionem Mar.vlti.
apostolis apparendo ingressus es conclaue hostiis clausis, atque descensum ad inferos. Præuenerunt, Act.1.
hoc est, in omni opere bono alios præcesserunt principes, id est, prælati ecclesiæ coniuncti psallenti- Iohã.20.
bus, hoc est ouibus sibi commissis deum laudantibus in medio iuuencularum tympanistriarum, id est
animarum deuotarum, de quibus in Canticis dicitur, Adolescentularum non est numerus. Dicuntur
nanq; animæ Christo per fidem & charitatem desponsatæ iuuenculæ, propter spiritualem iuuentu- Cant.6.
tem interioris reformationis & gratiæ, de qua ait Apostolus, Licet is qui foris est noster homo cor-
rumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Dicuntur quoque tympanistriæ, quoniam
per labores pœnitentiæ & mortificationem carnis propriæ, dulciter in auribus dei sonant, eúmque 2.Cor.4
gratissime laudãt, quemadmodum ipse cuilibet animæ tali dicit, Sonet vox tua in auribus meis. Vox Cant.2.
enim tua dulcis. Itaque præuenerunt principes coniuncti psallentibus, & hoc est quod omni præla-
to ait Apostolus, Esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate. In ecclesiis, id est, 1.Tim.4
in congregationibus catholicorum virorum, non in conuenticulis hæreticorum, schismaticorum aut
malignorum, à quibus omnino fugiẽdum est, benedicite deo domino de fontibus Israel, hoc est pro-
pter fontes Israel, vtpote propter gratiam doctoribus atque pastoribus ecclesiarum collatam, quos
deus impleuit donis spiritus sancti, sapientia, intellectu, consilio, fortitudine, scientia, pietate, ti-
more, ita vt ex eis quasi ex fontibus inferiores sortiantur ac hauriant fluenta doctrinæ, exempla

virtutum gratiamq; diuinam. Ibi.i.in vnitate ecclesiæ Beniamin adolescentulus, hoc est filius dexte- E
ræ.s.filius dei adoptiuus in gratia dei incessanter proficiens, cui deus est dexter.i.fauens & pius in eo
Deut.33. per gratiam habitans. De tali etenim Beniamim in Deute.scriptum est, Amantissimus domini habi-
tabit confidenter, in eo quasi in thalamo tota die commorabitur, & inter humeros illius requiescet.
Talis est omnis qui gratiæ dei totus innititur, cuius anima beneplacita est deo, cui conuenit quod do
Aggei.2. minus per Aggeũ ait, Assumã te serue meus, & ponam te quasi signaculũ, quia te elegi. Principes Iu
da duces eorũ, principes Zabulon, principes Neptalim. Iuda interpretatur confessio, Zabulon autẽ
habitaculũ fortitudinis, Neptalim vero dilatatio mea. Est igitur sensus, Principes Christianæ confes
sionis sunt duces eorum, videlicet Christianorum. Hi enim principes sunt prælati ecclesiæ, & maxi-
me martyres sancti, qui primo & eminentius nomen Christi coram hominibus sunt confessi. Icirco
aliorum constituti sunt duces, incumbitq; nobis eorum imitari exempla, sed & principes Zabulon,
hoc est principes spiritualis fortitudinis, qui in virtutibus stabiliti sunt, & inauertibiliter deo adhæ-
rent, & principes Neptalim.i.dilatationis, quorũ corda per charitatẽ dilatantur ad deum & proxi-
mum, deum brachiis dilectionis recipiendo, amplectendo, ac reseruando, proximis quoq; per chari-
tatem in omnibus succurrendo. Hi tales sunt duces ouium Christi. Vere enim digni sunt præesse qui
istis ornantur virtutibus. Confessio pertinet ad fidem, fortitudo ad spem, dilatatio ad charitatem. Mã
da deus virtuti tuæ, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Hęc est oratio optima quam ec- F
clesia omnisq; fidelis deo offerre potest & debet, deprecando vt deus virtutem angelicam ad suã cu-
Tob.5. stodiam mittat, quemadmodum Tobias dixit, Bene ambuletis, & sit dominus in itinere vestro, & an-
gelus eius comitetur vobiscum. Orare quoq; debemus, vt deus bonum, quod ipse in nobis gratiose
Heb.13. incepit, pie corroboret, & ad finem securum cum iugi profectu perducat. Ideo enim Paulus, Opti-
mum (inquit) est gratia stabiliri cor. A templo tuo in Ierusalem. Deus enim in cælesti Ierusalem seu
triũphãti ecclesia habitans, operatur in nobis quicquid boni agimus & habemus. Iuxta illud, Omnia
Esa.26. opera nostra operatus es in nobis. Et Apostolus, Deus est qui operatur in nobis & velle & perfice-
Philip.2. re, pro bona voluntate, & hæc operatur deus in nobis, à templo cælestis Ierusalem, quoniam inde no
bis transmittit angelos sanctos, munera gratiarum secum portantes, nosque ad superna erigentes: ti-
bi offerent reges, id est, omnes Christiani, qui sunt genus regium & sacerdotale, qui dominantur ani
mo proprio & rationis imperium fortiter prosequuntur munera, id est, sacras hostias, preces deuo-
tas, eleemosynas largas spontaneúmque obsequium, imo seipsos. Increpa feras arundinis. Hunc ver-
sum cum parte versus sequentis dicere quilibet potest secundum explanationem inductam. orando
pro conseruatione ecclesiæ, & repressione aduersariorum ipsius. Regna terræ cãtate deo. Vnusquis-
que nostrum zelo diuini honoris accensus, omnes fideles ad dei præconium quantum valet induce-
re, & incendere debet, recolendo ardenter beneficia eius & si solus est, potest ista in persona ecclesię
dicere, omnes alloquendo fideles, respiciétque deus bonitatem sui affectus, nec illũ infructuosum re- G
linquet. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Istud intelligi potest de voce illa qua omnes euigilaturi
1.Thes.4 sumus in die nouissimo, de qua ait Apostolus, Ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tu-
ba dei descendet de cælo: huic voci dabit vocem virtutis, dum per eam omnes mortuos suscitabit,
1.Co.15. quemadmodum Paulus testatur, Canet tuba & mortui resurgent incorrupti, date gloriam deo super
Israel, id est, nomen domini glorificate propter omnia bona veris Israelitis, videlicet re & nomine
Christianis exhibita vel promissa, magnificentia eius, scilicet Christi, & virtus eius in nubibus cæli
Matt.24 materialibus apparebit in die nouissimo, quando (vt ipse prædixit) videbunt filium hominis venien-
Gen.6. tem in nubibus cæli cum potestate magna, & maiestate. Mirabilis deus in sanctis suis. In sanctis enim
Gen.5. ante legem mirabilis fuit, sicut in Noe, quem in arca saluauit, & in Enoch quem transtulit, in Abra-
Gen.19. ham quoque & Loth ac aliis multis. Mirabilis etiã fuit in populo suo quem de AEgypto eduxit, cui
Exod. 12 in monte Sinai terribiliter sublimitérque apparuit. In Iosue quoque, ad cuius imperiũ sol & luna ste-
Exo.19. terunt in cælo immobiles spatio vnius diei. Sic in Elia, Elizeo & aliis multis tempore legis mirabilis
Iosue.10. fuit. Maxime autem mirabilis fuit in sanctis tempore gratiæ, & nunc vsque incomprehensibiliter ope
4.Reg. ratur & commoratur in Christianis, præsertim in sacramento altaris, multa etiam signa per suos ele
12,13. ctos hucusque operari dignatur, singuli quoque deuotorum scire possunt quàm mirabiliter deus ope H
Eccl.48. retur in ipsis quotidie preces eorum exaudiendo, corda consolando, à tentationibus liberando, spiri-
Iohan.6. tualem profectum præstando, ignémque diuini amoris in ipsorum præcordiis frequenter incenden-
do, augendo, ac perficiendo. Ideo enim subiungit, Deus Israel, id est, hominis deum oculo contẽpla-
tiuo videntis, dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, dando ei per gratiam quod nec habet, nec vi
det per naturam. Cætera satis exposita sunt. Ecce psalmum gloriosum, mirabilem, & vere mysteriis
plenum audiuimus, in quo Christi resurrectio, incredulorum deiectio, ecclesiæ institutio, promotio,
spiritus sancti missio, Christi quoque ascensio describũtur. Conemur igitur adimplere quod psalmus
iste toties exhortatur, videlicet deo cantare, psallere, eius pręconia enarrare, suo aduentui in cordibus
nostris iter parare, quatenus ipse per gratiam maneat semper in nobis, nosq; per dilectionem manea
1.Iohã. 4 mus in eo, quemadmodum scriptum est, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet,
& deus in eo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXVIII.

EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi nunc declarandi est, In finem pro his qui cõmutabuntur ipsi Dauid.i.psalmus iste
1.Cor.15. in vltimum finem, qui Christus est, nos dirigẽs, scriptus est pro his, qui cõmutabuntur, id est, qui

A in Christo reformantur,qui sicut portauerunt imaginẽ primi hominis terreni & peccatoris:sic portare incipiunt imaginem secundi hominis immaculati atq; cælestis.Conuenit quoq; hic psalmus ipsi Dauid prophetæ,sicut authori:significato autem per Dauid,vtpote Christo , cõuenit sicut subiecto. Non enim dubitare permittimur , quin psalmus iste ad literam sit intelligendus de Christo quod ex scriptura canonica noui testamenti multipliciter demonstratur . Apostolorum enim gloriosissimus princeps scripturam psalmi istius dicit oportere impleri in Iuda,qui tradidit Christum,propter peccatum in Christum commissum.Sic enim allegat,Fiat commoratio eius deserta,& non sit qui habitet in ea.Vnde quod inferius pluraliter dicitur,Fiat habitatio eorum deserta,& in tabernaculis ipsorũ non sit qui inhabitet,ipse applicat ad Iudam,singulariter scripturam istam allegans. Denique etiã Act.1. Paulus apostolus introducit quod infra habetur,Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum, cum versu sequenti,dictum atque impletum in Iudæis,qui Christum interfecerunt,propter scelus in ipsum patratum.In eadem quoque epistola dicit in persona Christi prædictum,quod inferius dicitur,Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Simili modo quod in psalmo isto habetur, Zelus domus tuæ comedit me,Iohan.Euãg.asserit de Christo prædictum,& in eo completum,recitans quomodo Christus flagello de funiculis facto eiecit de tẽplo ementes & vendentes.Insuper quod in psalmo hoc dicitur,Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis,Christus affirmat de se prænunciatum:Vt impleatur,inquiens,sermo qui in lege eorum scriptus est,Quia odio habuerunt me gratis.Hoc tamen superius manifeste etiam dicitur hoc modo,Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique,qui oderunt me gratis.Propterea sicut ex isto testimonio domini Saluatoris ostenditur iste psalmus ad literã de ipso conscriptus,sic & ille,sicut & illic plenius dixi.Christus itaque passioni propinquans vel in ea cõsistens,orans ait ad patrem seu sanctam Trinitatem, vnũ simplicissimum deum.

Rom.11. Rom.15. Iohan.2. B Iohan.15 Psal.34.

PRECATIO.

*Deus cui est omnis cogitatio manifesta, & à quo delicta nostra non sunt abscondita, respice nos in multitudine misericordiæ tuæ: & maculas te offendẽtes à nobis absterge, intende animæ nostræ & libera eam ab improperio & ab æterna confusione.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

C SALVVM me fac deus]non à malo culpæ,quia peccare non potui, sed à malo pœnæ,videlicet à doloribus corporis & animæ mihi inflictis aut inflígẽdis,de quibus subiungitur[QVONIAM intrauerunt aquæ] hoc est,tribulationes & pœnæ[VSQVE ad animã meã].i.vsq; ad extinctionẽ vitæ meæ corporeæ, scilicet vsq; ad separationẽ carnis & animæ . Interdũ in sacra scriptura per aquã intelligitur consolatio.Iuxta illud,Emisisti vinctos tuos de lacu,in quo nõ erat aqua. Interdũ vero per aquam intelligitur grauis persecutio: iuxta illud in lib. Iob,Putabas te tenebras nõ visurum,& impetu aquarũ inundantium non oppressum iri.Vnde Esaias apertius dicit,Adducet dominus super populũ istũ aquas fortes & multas, regẽ Assyriorũ,& ita iam per aquas designatę sunt persecutiones. ¶ (2) INFIXVS sum in limo profundi] Hoc quidam dicunt Christo competere ratione suæ sepulturæ,quia tũc sub terra reclusus est,quemadmodũ ipse in euangelio prędixit,Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & trib⁹ noctibus,ita erit filius hominis in corde terrę.Videtur tamen quod istud conueniat Christo etiã ratione suæ incarnationis,per quam descendit in mundũ,qui dici potest limus profundi, vel propter elementum terræ limosum,vel propter vitiositatem & limositatem vitæ carnalis hominũ in mũdo viuẽtium.In hoc limo Christus defixus est,quoniã teste Apost . descendit in inferiores partes terræ,atq; in medio nationis prauæ & peruersæ multo demoratus est tempore.[ET non est substãtia].i.in corpore meo non fuit stabilis vniformisq; status vitæ naturalis. De Christo nãq; secundũ q̃ erat aliquo modo viator atq; passibilis,verũ est dicere quod apud beatũ Iob scriptũ est,Homo natus de muliere, breui viuens tempore,repletur multis miseriis,& nunquã in eodẽ statu permanet.Vel,nõ est substantia.i.subsistentia seu naturalis subsistendi potestas in corpore crucifixo,exhausto,mortuo,& sepulto. Vel,non est substantia.i.naturales diuitiæ mihi defuerant.Christus enim nõ habuit vbi caput suũ reclinaret,& nudus cruci appẽsus est,habuitq; pro cibo potuq; acetũ & fel.Ecce quid rex glorię,cuius sunt cælũ & terra,& omnis ornatus eorũ pro nobis pati dignatus est. Nẽpe cum diues esset,propter nos egenus & sine substantia factus est,vt eius inopia diuites efficeremur. ¶ (3) VENI]de summo cælo & sinu patris per assumptionẽ humanę naturę[IN altitudinẽ maris.] .i.in profunditatẽ persecutionis & pœnæ ac mortis[ET tẽpestas demersit me].i.magnitudo pœnarũ mihi in crucis patibulo inflictarũ occidit me,sicut in Thren.scribitur,Inundauerũt aquę super caput meum,dixi,Perii.Solet autẽ per altitudinem profunditas designari:iuxta illud,Puteus altus est. ¶ (4) LABORAVI clamãs]Christus enim nõ sine labore prędicãdo discurrebat.Vnde scriptũ est,Iesus fatigatus ex itinere.Clamauit quoq;,Iudæos increpãdo,populũ instruẽdo,euangelicã legẽ docendo.Maxime tamẽ in passione laborauit,quando & baiulans sibi crucẽ exiuit,atq; in cruce clamauit, Pater ignosce illis.Et cõsummatum est.Et,In manus tuas commẽdo spiritum meum. Hine enim de Christo apud Esaiam scriptũ est,Pro eo q̃ laborauit anima eius,videbit & saturabitur:[RAVCAE factæ sunt fauces meę] Ad literã raucæ factæ erant fauces Christi.Raucedo nãq; causatur ex desiccatione humorũ in faucibus & arteriis,qm ergo Christ⁹ in passiõe sanguinẽ copiose effudit,prout dictũ est supra,Sicut aqua effusus sum,ideo raucã erat vox eius.Metaphorice autem dicuntur fauces fieri raucę, dũ sermo pro-

Zach.9. Iob.22. Esaiæ.6. Matt.12. Ephe.4. Iob.14. D Lucæ.9. Mat.27. 2.Cor.8. Thren.3. Iohan.4. Iohan.4. Iohan.19 Lucę.23. Iohan.19 Esa.53. Psalm.21

latus audienti non proficit, sed sine fructu consistit, sicque fauces Christi raucæ erant, quãtum ad in- E
Iohan.8. credulos & peruersos, quibus ipse in Euangelio ait, Sermo meus non capit in vobis. [DEFECE-
RVNT oculi mei dum spero in deum meũ.] Videtur hoc repugnare ei quod Christus superius ait,
Psal.25. In domino sperans non infirmabor. Est igitur sensus, Oculi mei interiores, videlicet cõtemplatio &
mentalis oratio, quibus in cruce pendens deum indesinenter aspexi, visi sunt deficere, id est frustrari,
& suo effectu seu diuina subuentione priuari, dum deus pater reliquit me in manibus impiorũ, pro-
Matt.27. pter quod ipsi dixerunt, Confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Et iterum, Si rex Israel est. Vel, Si
Mar.15. hic est Christus dei electus, descendat nunc de cruce. Et Esaias, Nos putauimus eum quasi leprosum
Luc.23. & percussum à deo & humiliatũ. Solet enim Christus de se aliquid affirmare, iuxta quod in opinio-
Esaiæ.53 ne aliorum fuit. Vnde apud Ieremiam, Ego, inquit, quasi agnus innocens qui portatur ad victimam,
Ierem.11. & non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia, &c. Iudæi nanque putabant Christum nescire
ipsorum consilia contra se. Vel sic, defecerunt oculi mei dum spero in deum meum, id est, quando in
cruce pendens certissime confidebam me tertia die resuscitandum, tunc oculi mei corporales defece
runt, quia obtenebrati sunt atque euersi. ℂ (5) MVLTIPLICATI sunt super capillos capitis
mei qui oderunt me gratis] per hoc Christus insinuat multitudinem aduersariorum suorum Iudæo-
rum, qui eum gratis, id est, sine rationabili causa oderunt, & forte ad literam numerus odientium &
persequentium Christum, excessit numerũ criniũ capitis sui. Multa enim milia fuisse videntur in po- F
Matt.26. pulo illo de quo Euangelista testatur, Respondens vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos,
Luc.23. & super filios nostros. ℂ (6) CONFORTATI sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste]
Omnes enim confœderati sunt in malo, & inualescebãt voces eorũ aduersum me, nõ propter ratio-
nem, sed propter multitudinẽ. Principes sacerdotum præbuerunt auxilium Pharisæis, qui primo con
Iohã.19. tra Christum conceperunt rancorem, Herodes quoque & Pilatus cooperati sunt eis, quia Herodes
Christum alba veste illusit, Pilatus vero eum flagellauit atque damnauit, & isti persecuti sunt me in-
iuste, id est sine offensa & culpa, imo pro beneficiis multis rependebant mihi iniurias & flagella, si-
Psal.34. cut superius dictum est, Retribuebant mihi mala pro bonis. Hoc est quod in Euangelio Christus ait
Iohan.11. Iudæis, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum vultis me lapidare? Et
Ierem.81 per Ieremiam, Nunquid redditur pro bono malũ, quia foderunt foueã animæ meæ? [QVAE non ra-
Rom.6. pui] hoc est, culpã quã non contraxi, malũ quod non feci. [TVNC exoluebã] quoniã sine culpa pro-
pria passus sum pœnam. Pœna autẽ est præmiũ culpæ, sicut & mors est pœna peccati. Qm̃ ergo Sal-
uator ab omni peccato immunissimus extitit, & nihilominus acerbissimã mortem sustinuit, cõstat ꝙ
soluit quæ non rapuit: satisfecit vero pro nobis, & merito suæ particularis tẽporalisq; mortis abstu-
lit à genere humano vniuersalem æternalémq; mortem pro originali peccato inflictã. Vnde scriptũ
Thren.4 est, Spiritu oris nostri Christus dñs captus est. Et rursus, Ipse vulneratus est propter iniquitates no
Esaiæ.53. stras, attritus est propter scelera nostra. Porro Christus apertissime ait per Esaiam, Seruire me fecisti G
Esaię.43 in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. ℂ (7) DEVS tu scis insipientiã meã,
& delicta mea à te non sunt abscondita.] Versus iste tripliciter explanatur. Primo sic, Deus tu scis
id est, si est in me aliquid insipientiæ & peccati, sicut Iudæi affirmant, dicentes me falsa docere ac
blasphemare, hoc tu nosti. Iste est enim modus loquendi eorũ, qui se sobrie excusant coram deo dum
mendaciter accusantur, tanquam dicant, Nos nobis conscii non sumus de aliquo malo, sed quid ma-
li in nobis est deus agnouit, & hoc modo Iudas patriarcha seipsum & fratres suos excusans de furto
Gen.44 coram Ioseph ait, Deus inuenit iniquitatem seruorũ tuorum. Secundo intelligitur à contrario sensu
hoc modo, Deus tu scis per approbationem insipientiam meam. i. sapiẽtiã meã, quæ à Iudęis insipiẽ-
tia reputatur, & delicta mea. i. virtutes & opera bona, quæ Iudæi iudicant esse peccata, à te non sunt
abscondita, sed per approbationem nota sunt tibi. Quoniã enim Christus mundi contemptũ docuit,
Matth.7. & deum suum patrem vocauit, propterea dicebant Iudæi, Dæmonium habet, & insanit, & blasphe-
Iohã.10. mias loquitur. Vnde & dixerunt Pilato, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia fi
Iohã.19. lium dei se fecit. Secundum hunc modum loquendi ait Saluator, Confiteor tibi pater quia abscondi-
Lucæ.10. sti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, quod à contrario sensu intelligendũ est
2.Co.12. secundum Augustinum. Et ita Paulus ait, Factus sum insipiens, vos me coegistis. Et rursus, Nos stul- H
1.Cor.4. ti propter Christũ. Tertio, intelligitur dictũ à Christo, non pro seipso, sed pro corpore suo mystico,
quod est ecclesia, sicque insipientiam & delicta membrorum suorum quæ super se excepit, & pro
Act.9. quibus satisfecit nominat sua, sicut alibi ait, Saule quid me persequeris? Et iterum, Esuriui, & nõ de-
Matt.25. distis mihi manducare: nudus fui, & non cooperuistis me. ℂ (8) NON erubescant in me qui ex-
pectant te domine] id est, sancti in limbo detenti me cum ingenti desiderio præstolantes, non vere-
cundentur quasi frustrati spe sua, sed sicut prophetæ prædixerunt, & alii crediderunt, ita resuscita
me, & fac me sanctos de limbo educere, quatenus glorientur se consequi fidei fructum, & spei effe-
ctum. Sancti autem in limbo expectabant & Christum & deum patrem, Christum sicut mittendum
atque localiter descensurum, patrem vero sicut missurum ac spiritualiter consolaturum. Itaque non
Gen.17. erubescant qui expectant te domine vniuersorum, ô [DOMINE virtutum] cælestium, scilicet angelo
Iob.41. rum, cui nihil est impossibile. ℂ (9) NON confundantur super me qui quęrunt te deus Israel]. i.
apostoli aliiq; fideles te per fidem & opera bona quærentes non cõfundantur super me. i. de mea hu
miliatione, persecutione, & occisione, sed corrobora eos ad confitendum me atq; ad imitandum ve-
stigia mea. Hoc fuit impletum præcipue in die Pentecostes spiritu sancto recepto. ℂ (10) QVO-
NIAM propter te]. i. propter nominis tui honorem quem summe quæsiui: vel propter te. i. propter
Act.4. sapientiæ tuæ dispositionem qua me pati decreuisti, quemadmodum loquitur Petrus, Conuenerunt

A aduersus sanctum puerum tuum Iesum facere, quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fie-
ri: vel propter te, hoc est, propter iustitiam meam, quam ob tuam voluntatem immobiliter obserua-
ui[SVSTINVI opprobrium]Iudæorum dicentiũ, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Et,
Nunquid interficiet semetipsum?[OPERVIT confusio faciem meã] id est, illud quod solet aliis esse Iohan. 8.
causa confusionis, multipliciter irruit super me tempore passionis, quando ligatis manibus tradide- Matt. 27.
runt me præsidi, & quando coram Pilato atq; Herode nihil respõdi, & quãdo alba veste illusus sum, Marc. 15.
nudatus, columnæ alligatus, flagellisq; cæsus, spinis coronatus, propriisq; humeris crucẽ baiulans ad Luc. 23.
mortem ductus, & inter latrones suspensus. Proprie tamen non fuit in Christo confusio, quia confu- Iohã. 18.
sio propter virtutem in viro perfecto locum non habet. Ad literam etiã operuit confusio faciẽ Chri Iohan. 19
sti, quando viri qui tenebant eum, illudebant ei, & velauerunt eum, & percusserunt faciem eius dicẽ-
tes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? ¶ (11) EXTRANEVS factus sum fratri- Luc. 22.
bus meis] id est, Iudæis de genere Abrahæ mecũ natis. Erat enim Christꝰ extraneus Iudæis in ipsum
non credentibus, quia longe erat à corde corũ, quamuis inter eos corporaliter ambulabat. Erat quoq;
extraneus fratribus suis apostolis, qui omnes relicto eo fugerũt. Vnde sanctus Iob in persona aut cer-
te figura Christi ait, Fratres mei elõgauerũt à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me[ET pere- Iob. 9.
B grinus factus sum filiis matris meæ] hoc est, Iudæis filiis Saræ vel synagogæ. Quemadmodũ peregri
nus seu hospes non diu sustinetur, sed de domo expellitur, ita Iudæi Christũ velut vilem abiecerunt,
atque spreuerunt, illud apud Iohannem dicentes, Nos scimus quoniam Mosi loquutus est deus, hunc Iohan. 9.
autem nescimus vnde sit. Idem quoque Euangelista testatur, Iam conspirauerant Iudæi, vt si quis cõ- Ibidem.
fiteretur eum Christum, extra synagogam fieret. Hoc modo Christum fuisse venturum, & in mundo
victurũ, Ieremias cum admiratione prædixit, Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi via-
tor declinans ad manendum? Cur autem Christus tanta pati dignatus sit, pandit subdendo, Iere. 14.
¶ (12) QVONIAM zelus domus tuæ comedit me.] hoc est, ardens dilectio ædificationis, in-
formationis & conuersionis ecclesiæ, seu fidelium aut electorum, pro quorum salute sum incarnatus
me totum accendit, & absorbuit, & consumpsit. Propter salutem enim ecclesiæ Christus prædicauit,
Iudæos increpauit, miracula fecit. Hunc quoque zelum palam ostendit, quando eiecit de tẽplo emen
tes & vendentes, dicens, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Hic etiã zelus Chri Matt. 25.
stum comedit, id est, in morte consumpsit, quoniam propter charitatem suam ad nos, tradidit semet- Iohan. 2.
ipsum pro nobis in mortem, sicut Paulus fatetur, In fide (inquiens) viuo filii dei, qui dilexit me, & Gal. 2.
tradidit semetipsum pro me. Et rursus Christus tanquam filius fidelis erat in domo sua, quę domus Hebr. 3.
C sumus nos. Voluit enim Christus construere templum deo patri, ecclesiámque perfectam ex viuis la
pidibus, prout de ipso apud Zachariam fuit prędictum, Ecce vir oriens nomen eius, & ædificabit tẽ- Zach. 6.
plum domino, & ipse portabit gloriam, & sedebit & dominabitur in solio. Hoc templum Christus
construere cœpit docendo & redarguendo errantes, quemadmodum de ipso clare prænunciatum
est. Cum enim de Christi aduentu dixisset Malachias propheta, Statim veniet ad templum suum do Malac. 3.
minator quem vos quæritis, de ipsius doctrina mox addidit, Ipse enim quasi ignis conflans, & sede-
bit conflans & emundans quasi argentum, & purgabit filios Leui. Deniq; hoc templum Christus
promisit se ædificaturum in suo aduentu per Amos prophetam, In die illo suscitabo(inquiens)taber Amos vl.
naculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas eius, quod Iacobus in Actibus apostolorum Act. 15.
allegat de Christo prædictum. [ET opprobria] Iudæorum. [EXPROBRANTIVM tibi] o pater
æterne, me vnigenitum tuum negando, & opera mea miraculosa atq; diuina dæmonibus ascriben-
do.[CECIDERVNT super me] hoc est, in mea humanitate passibili habuerunt effectum. Nam ver
ba atq; iniuriæ impiorũ tibi illata, diuinitati nocere non poterant, sed meam humanitatem lædere &
occidere valuerunt. Vel, ceciderunt super me, hoc est, mihi quoque inferebantur. Quicquid enim
vni diuinæ personæ irrogatur iniuriæ, irrogatur & alii. Propter quod asserit Christus, Qui non ho- Iohan. 5.
norificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Exprobrabant autem Iudæi deo patri, imo
toti Trinitati, præcipue tamen spiritui sancto, dum Christi miracula totius Trinitatis potestate pa-
trata, attribuebant Beelzebub. Vnde cum dixissent scribæ, Beelzebub habet, volens Christus osten- Marc. 3.
D dere eos spiritui sancto intulisse blasphemiam, Qui blasphemauerit(ait)in spiritum sanctum, nõ ha-
bet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti, & cur hoc dixerit de Iudæis, manifestat Euã
gelista subiungens, Quoniam dicebant spiritum immundum habet. ¶ (13) ET operui in ieiunio
animam meam] Operatio virtuosa animæ vestimentum vocatur: iuxta illud, Exultabit anima mea Esa. 61.
in deo meo, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. Christus au- Matth. 4
tem ieiunauit quadraginta diebus & totidem noctibus, & ita ieiunio, quod est actus temperantiæ,
operuit, id est, spiritualiter vestiuit animam suam, [ET factum est in opprobrium mihi]id est, in oc
casionem tentationis à dæmone, qui ex hoc motus est ad tentandum me, in tãtum vt idololatrię spe-
ciem mihi proponeret dicens, Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Vel sic, operui in ie
iunio animam meam, hoc est pallio compassionis atque tristitiæ indutus sum propter infidelitatem
malitiámque peruersorum. Hinc nanque in Marco dicitur, Contristatus est Iesus super cæcitate cor Mar 3.
dis eorum. Sicut enim Christi refectio est nostræ mentis ad deum conuersio, secundum quod ipse Apoc. 3.
protestatur, *Si quis aperuerit mihi, cœnabo cum illo*: sic eius ieiuniũ est nostri cordis à deo auersio.
[ET factus est opprobrium mihi] hoc est, labor & studium quo pro hominum conuersione sudaui,
cucurri, & laboraui, fuit Iudæis occasio detractionis, irrisionis & accusationis aduersum me. Dice-
bant enim, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. ¶ (14) ET posui vestimentum Luc. 23.
meum cilicium.] hoc est, non mollibus, sed duris vestibus vsus sum. Quoniam enim Christus

Iohannem Baptistam de vestimentorũ asperitate collaudat, vestiúmq; mollitiem reprobat, apparet E
ꝙ ipse vestibus asperis vtebatur. Cœpit equidem facere & docere, & hoc liquet, quia tunica eius in-
consutilis fuit desuper contexta per totum, quemadmodum vestes cilicinæ fieri solent. Vel posui ve-
stimẽtum meum cilicium, hoc est, carnem mortalem indutus sum, & ea diuinitatem meam velaui. De
qua carne atq; cilicio superius dixi, Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. [ET factus
sum illis in parabolam] hoc est, in similitudinem improperii & in derisum, quemadmodũ in euange-
Mar. 3. lio scribitur, Audiebant hæc Pharisæi, & deridebant eum, & dicebant, quoniam in furorẽ versus est.
❡ (15) ADVERSVM me loquebantur qui sedebant in porta] id est, sacerdotes iuxta portam tem-
pli sedentes & populum instruentes, vel iudices in portis ciuitatis ad iudicandũ residentes, quemad-
Deut. 16. modum iussum erat per Mosen: Iudices constitues in omnibus portis tuis. Isti contra Christum lo-
quebantur, auertentes plebem ab eo, in tantum, vt tandem peterẽt sibi virum homicidam donari, &
Iesum occidi. [ET in me] hoc est, de me & contra me [PSALLEBANT] hoc est, irridendo canta-
bant [QVI bibebant vinum] id est, Iudæi gulosi. Cantilenas enim irrisorias composuerunt & ceci-
Matt. 11. nerunt de domino saluatore, sicut est illud, Homo vorax, potator vini, amicus publicanorum. Vnde
Ierem. 11. per Ieremiam dicitur, Factus est mihi sermo domini in opprobriũ & in derisum tota die. Et in Osee
Osee. 7. Christus, Ego (inquit) redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. ❡ (16) EGO vero ora-
tionem meam ad te domine] deus pater direxi & infudi, orando pro persequutoribus meis, quemad- F
Ierem. 18 modum per prophetam ad te locutus sum, Recordare ꝙ steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro
Lucæ. 23 eis bona, & auerterem indignationem tuã ab eis. Et in euangelio dixi, Pater ignosce illis, quia nesciũt
quid faciunt. [TEMPVS beneplaciti deus]. i. exaudire me debes ô deus pater, quoniam tempus meũ
2. Cor. 6. quo fui in mundo, est tempus reconciliationis & gratiæ, de quo ait Apost. Ecce nunc tempus acce-
ptabile, ecce nunc dies salutis. ❡ (17) IN multitudine misericordiæ tuæ] id est, secundum & pro-
pter magnam misericordiam tuam. [EXAVDI me in veritate salutis tuæ] quam peto à te, videlicet
vt veram beatitudinẽ seu salutẽ, quæ à te solo pręstatur, dones mihi atq; ecclesiæ, pro cuius saluatio-
ne cuncta sustineo. Salus autem seu beatitudo est duplex. s. essentialis, quæ est fruitio dei: & acciden-
talis, quæ in bonis creatis consistit. Primam beatitudinem anima Christi à principio habuit, nec eam
sibi nunc petit, sed eam petit ecclesiæ peregrinanti ac militanti. Secundam vero beatitudinem, quæ
est præmium accidentale, Christus postulat sibi nunc & in versibus qui sequuntur. Hinc enim Chri
stus pro ecclesiæ salute orans, postulat ei præmium essentiale à patre dicendo, Pater quos dedisti mi-
Iohan. 17 hi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Hæc autẽ
visio est tota merces. ❡ (18) ERIPE me de luto vt non infigar.] Lutum & limus idem sunt. Cũ
ergo Christus superius dixit, Infixus sum in limo profundi, quomodo nunc orat eripi vt non infiga-
tur? Dicendum ergo quòd Christus ad tempus erat infixus in limo secundum sensum inductum, nũc
vero orat educi seu eripi, ne diu aut semper maneat luto infixus. Et est itaq; sensus, Eripe me deus pa G
ter de luto, hoc est, de mundo terreno, de malignorum consortio, sepulturæq; loco, vt non infigar. i.
ne diutius quàm à te ordinatum est, in hoc luto permaneam. Desiderauit etenim Christus de hoc mũ
do redire ad patrem, & de conuentu malignorum ad societatem conscendere angelorum. Vnde disci
Iohã. 14. pulis ait, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Et, O generatio incredula, quãdiu
Mar. 9. apud vos ero? [LIBERA me ab his qui oderunt me.] hoc est, à Iudæis, suscitando me ad impassibi-
lem statum [ET de profundis aquarum] hoc est, à vehemẽtia persecutionum. ❡ (19) NON me
demergat tempestas aquæ] id est, impetus mortis mihi illatæ, de qua superius dixi, Tẽpestas demer-
sit me, non me demergat penitus, scilicet vt non permaneam mortuus vsque ad diem vniuersalis re-
surrectionis, sed à voragine mortis tertia die eripiar [NEQVE absorbeat me profundum] id est, fo
uea monumenti, videlicet ne corpus meum in sepulchro permanens corrũpatur, sed ab hoc profun-
do exalta me per resurrectionem acceleratam. [NEQVE vrgeat super me puteus os suũ] id est, lim
bus sanctorum patrum in quem descendi, non diu me teneat, nec os, hoc est aditum suum super ani-
mam meam obturet seu claudat, sed quemadmodum corpus peto educi à conclusione sepulchri: sic
animam meam peto eripi à limbo inferni, sicut superius dictum est, Quoniam non derelinques ani-
mam meam in inferno. ❡ (20) EXAVDI me dñe] pater in orationibus iam pręmissis [QVO- H
NIAM benigna est misericordia tua] id est, ideo me exaudi quia dulcis est misericordia tua, sicque
propter eam exaudi me. Quanuis enim Christus iusto dei iudicio exaudiri meruit merito conuersa-
tionis suæ sanctissimæ, orat tamen exaudiri propter misericordiam bonitatis diuinæ. Primo vt nobis
præstet exemplum, quo semper innitamur misericordiæ dei, non propriis meritis. Secũdo quoniam
misericordia dei, sicut iustitiam animæ Christi creatam in infinitum excedit: sic incomparabiliter ma
ior est ratio exaudiendi propter diuinam misericordiam, quàm propter quamcunque iustitiam crea-
tam. [SECVNDVM multitudinem miserationum tuarũ respice in me.] oculo dilectionis paternæ,
& subueni mihi sicut precatus sum. Miseratio dicitur actus misericordiæ, misericordia autẽ dei in se
vna est ac simplex. Dicũtur tamẽ multæ misericordię, propter diuersos effectus misericordię dei, vel
potius, propter plenitudinem bonitatis diuinę, qua deus nouit variis modis, imo infinitis succurrere
suis. Si aũt miseratio dei dicatur ipse actus dei miserẽtis, in ipso consistẽs, sic eodẽ modo miseratio dei
est vna & plures, sicut de misericordia dictũ est, Si vero dicatur miseratio dei effectus misericordiæ
eius, sic miseratiões dei sunt realiter multæ. ❡ (21) ET ne auertas faciẽ tuã] hoc est, piũ & gratio-
sum tuũ respectũ [A puero tuo]. i. à me vnigenito tuo [QVONIAM tribulor] vsq; ad mortẽ in die pa
rasceues, idcirco [VELOCITER exaudi me] nõ differẽdo vltra triduũ corporis mei glorificationẽ.
❡ (22) INTENDE animę meę] preces eius ac vota exaudiẽs [ET libera eã] ab interioribus pœ-

A nis,quas habuit tẽpore paſsiõis,à timore atq; triſtitia[PROPTER inimicos meos]Iudęos[ERIPE
me]ab omni mortalitatis,paſsibilitatisq; ſtatu,vt odiũ & prauitas eorum aduerſus me,ſit tibi occaſio
ſuccurrẽdi filio tuo dilecto. Vel propter inimicos meos.i.ꝓpter ſalutẽ eorũ eripe me de ſepulchro,ne
in infidelitate ſua pſiſtant,ſed audita prædicatione euãgelii cõuertantur ad me,ſicut eis teſtatus ſum, Iohan.12
Cum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoſcetis quia quia ego ſum.Quod in Actibus apoſtolorũ Act.3.
impletum oſtenditur,vbi octo milia Iudęorũ conuerſa leguntur,multa quoque turba ſacerdotũ con Act.4.
uerſa aſſeritur. ℂ(23) TV] domine pater [SCIS improperiũ meum] hoc eſt,iniuriam verborum Act.6.
mihi dictorum[ET confuſionẽ meam] hoc eſt,contemptũ & vilipenſionem aduerſariorum meorũ,
me pro nihilo æſtimantium [ET reuerentiam meam] Non ſumitur hic reuerentia pro veneratione,
ſed pro verecundia ſeu ignominia. Verecundia autem proprie ſumpta,eſt timor dehoneſtationis,ſeu
pauor de re turpi,ad vitandũ difficili. Sic vero eam ſumẽdo non habuit locũ in Chriſto. Sciuit enim
nil inhoneſtũ à ſe fieri poſſe,nec aliquo modo erubuit propter iniurias ſibi illatas , ſed per patiẽtiam
in aduerſis gaudebat.Quomodo ergo fuerunt in eo reuerentia,hoc eſt,verecundia atq; confuſio niſi
ꝙ illa,quæ aliis ſolent eſſe cauſa confuſionis,& verecundię, abundanter in ipſo fuerunt, cum ipſe ſit
tanquã latro captus,conſputus,nudatus,& inter iniquos ſuſpenſus? ℂ(24) IN conſpectu tuo] hoc
eſt,tibi cogniti [SVNT omnes qui tribulant me] videlicet ſacerdotes,ſcribæ,phariſæi,ac cæteri &
B tuæ poteſtati ſubiecti ſunt,poteſq; me de eorũ manu eripere & eos opprimere [IMPROPERIVM
expectauit cor meũ & miſeriam] Quanto tẽpus paſsionis amplius appropinquauit, tanto Chriſtus Mat.22
de viciniori expectauit iniuriam verborũ,& irrogationem pœnarũ. Vnde paſsionem ſuam apoſtolis
ſæpe prędixit,& paſsione iam proxima,propter expectationẽ pœnarum imminentiũ,in tantũ expa-
uit,quod factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. ℂ (25) ET ſuſtinui] hoc
eſt,expectaui & conſideraui [QVI ſimul contriſtaretur] cõpatiendo doloribus meis [ET non fuit]
qui condoleret,Suſtinui quoque [ET qui conſolaretur] me triſtem [ET non inueni] Hoc Chriſtus Luc.22.
aſſerit,non quod ſibi nemo condoluit aut conſolationem ſibi impendere concupiuit, Pręſertim cum Iohan.16
ſcriptum ſit,Sequebatur illum multa turba populi,& mulierum,quæ plangebant, & lamentabantur
eum.Et apoſtolis dixit paſsione inſtãte,Et nunc quidem triſtitiã habetis.Iterum autem videbo vos, Eſa.63.
& gaudebit cor veſtrum:ſed quia pauci contriſtabantur reſpectu aliorum, & quod modicum eſt pro Iohan.18
nihilo reputatur,idcirco aſſerit non fuiſſe qui conſolaretur . Et ſimili modo per alium prophetã ait,
Circunſpexi,& non erat auxiliator.Ad minus enim Petrus adiuuit,qui Malcho aurem abſcidit.
ℂ(26) ET dederunt in eſcam meam fel,& in ſiti mea potauerunt me aceto] Non leguntur Iudæi Mat.27
Chriſto crucifixo fel ſeorſum dediſſe,ſed acetum felle mixtum.Dicit enim Mat. Euang.Dederunt ei Mar.15.
vinum bibere cum felle mixtum.Et Marcus, Dabant ei bibere vinum myrrhatum. Iohannes autem. Iohan.19
C Vas poſitum erat aceto plenũ. Quoniam ergo in eo quod Chriſto offerebant.nil erat ſolidum com-
meſtionive aptum niſi fel,ideo ait,dederunt in eſcam meã fel.Chriſtus quoque in cruce corporaliter Ibidem.
ſitiebat,dicentique,Sitio,acetũ porrigebant:quod & accepit, ſecundum Iohan. Marcus tamen dicit Mat.27
quod non accepit,ſed non eſt diſcordia,parum enim quaſi guſtando accepit,ſtatimque potare ceſſa- Mar.15.
uit: propter quod ſcriptũ eſt,Cum guſtaſſet noluit bibere. Denique quod Matt. affirmat vinum illud Ibidem.
fuiſſe fellitũ,& Marcus myrrhatum,facile concordatur, quia vel cõmixtum erat myrrhæ ac felli,vel Mar.15.
quia Marcus dicit illud myrrhatũ,propter qualitatem,ſcilicet amaritudinẽ potus, non propter ſub-
ſtantiam myrrhæ. ℂ(27) FIAT menſa eorũ coram ipſis in laqueum] hoc eſt,cibus iſte & potus,
quem mihi ex inuidia porrigebant,ſit eis cauſa captiuationis, fiatque eis laqueus animæ & corporis,
Iudæi enim propter hanc Chriſti felleã potationẽ meruerunt in obſidione à Romanis illata, inæſti-
mabili fame ac ſiti torqueri,& tandẽ captiuari . Dando etiam Chriſto hunc potũ illaqueata & capta Prou.5.
eſt anima eorũ vinculo peccatorum,& laqueo vitiorum, ſecundum quod in Prouerbiis ſcriptum eſt.
Iniquitates ſuæ capient impiũ,& funibus peccatorum ſuorũ conſtringetur,fiat etiam eis [ET in re-
tributiones] damnationis æternæ & infernaliũ tormentorum [ET in ſcandalum] hoc eſt in confu-
ſionem.Maxima enim confuſio Iudæorũ eſt quod Meſsiam ſibi in lege promiſſum occiderunt . Vel,
in ſcandalũ,hoc eſt,in occaſionem amplioris ruinæ,quia per hanc menſam meruerunt de peccato in
D peccatũ incidere. Vel ſic,Fiat menſa eorũ,hoc eſt,ſcriptura legis & prophetarũ, in qua refectio ani-
mæ continetur corã ipſis in laqueum,ita vt à Chriſtianis conuincantur Chriſtum occidiſſe ex pro-
priis libris:& in retributiones.i.in grauiorem dãnationẽ . Quanto enim ſe ſapientiores putabant &
quanto plura de Chriſto legerant,tanto grauius peccauerunt,quod præſentem non agnouerunt ſed
negauerunt & crucifixerunt.Hinc enim Chriſtus in euangelio ait ad eos,Si cęci eſſetis,non habere- Iohan.9.
tis peccatũ:nunc autẽ quia dicitis,quia videmus,peccatum veſtrũ manet:& in ſcandalum.Nam ſacra
ſcriptura veteris teſtamenti eſt eis occaſio quotidiani erroris. quoniam enim in Chriſtũ credere no-
lunt,illã extorte & falſe exponunt,& per falſam expoſitionẽ perfidiam ſuam confirmant.Ad literam
quoque menſa Iudæorũ facta eſt eis in laqueũ.Nam ante obſidionẽ à Tito,cõuenerunt omnes in Ie
ruſalem ad celebrandũ paſchale conuiuium,quod extra Ieruſalem celebrari non licuit, & antequam
egrederentur,à Romanis obſeſsi ſunt,puniti, atq; confuſi. Hæc autem atque ſequentia non optãdo,
ſed prænuntiando dicuntur.Non enim dicuntur per modũ orationis,vt fiant, ſed per modũ prophe
tiæ, quoniam fiet, quemadmodũ Ieremias etiam prophetauit. Tu domine ſcis omne conſilium eorũ Ierem.18
aduerſum me,ne propitieris iniquitati eorum & peccatum eorum non deleatur. ℂ(28) OBSCV-
RENTVR oculi eorũ ne videant] hoc eſt,corda Iudæorum,propter peccatũ in Chriſtũ cõmiſſum,
lumine veritatis priuentur & omnino cæca reddantur. Excęcationem Iudæorum in primo aduentu
Chriſti ſancti Prophetę copioſiſsime prædixerunt,& maxime ſacratiſsimus Eſaias, cuius teſtimonia Eſa.42.

Iohan.12 in epist.ad Rom.Apostolus abundanter inducit. Nempe sic ait, Quis cæcus nisi seruus domini? Et E
Esaiæ.65 quis cęcus nisi ad quem nuncios meos misi? Et alibi, Excęcatū est cor populi huius,& auribus grauiter audierunt.Et iterū dominus ait per Esaiam de populo Iudęorum, Tota die expandi manus meas ad populum incredulū [ET dorsum eorū semper incurua] Est quoddam dorsum mentis, in quo deuoti portant iugum domini,seu diuina præcepta,hoc dorsum est ipsa voluntas,in qua virtus & vitiū primo atque præcipue inueniuntur.Est igitur sensus.Dorsum eorū,hoc est, volūtatem,affectum, seu appetitū Iudæorū semper incurua,hoc est,ad terrena & vana conuerte, ad falsa deflecte,ad obliquitatem culpæ acclina.Hoc videmus in Iudæis impletū, cum sint auari à summo bono auersi, suisque erroribus indesinenter intenti.Nam & in aduentu Messiæ,quem putant venturū,expectant tempo-
Exo.47. rale regnū adipisci,& vniuersis hostibus suis dominari. Dicitur autē deus dorsum eorum incuruare,
Exod.10. non effectiue,sed permissiue,quemadmodū dicitur Pharaonem indurasse. ℂ (29) EFFVNDE su-
11.14. per eos iram tuam] hoc est vltionē tuæ iustitiæ, tradendo nos in manus Romanorum [ET furor iræ tuæ] hoc est grauissima tua vindicta [COMPREHENDAT eos] videlicet vt vsque in finem mundi in sua cęcitate permaneant, & vagi in nationibus sint, Christumque incessanter blasphement, & multis opprimantur ærumnis.Nisi enim furor iræ dei eos cōprehendisset,mirum videretur,quomo-
Esa.63. do tam grauissime excæcati valerent,quod captiuitatem suā non aduerterēt.Vnde in Esaia ait Chri-
Ierem.12 stus,Calcaui eos in furore meo,& conculcaui eos in ira mea, & in Ieremia, Facta est mihi hæreditas F
Osee.7. mea,videlicet domus seu populus Israel,quasi leo in sylua.Dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam.Quod alius apertius dicit. Exosos habui eos propter malitiā adinuētionum ipsorū, non addam
Sopho.3. vt diligam eos.Et Sophonias apertissime protestatur, Effundā super eos indignationē meā,& omnē iram furoris mei. ℂ (30) FIAT habitatio eorū deserta,& in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet] Romani enim ciuitatē Ierusalem & templū ac reliquas vrbes Iudææ penitus destruxerunt,sicut
Luc.19. & Christus prędixit.Non relinquent in te lapidē super lapidem, eo ꝙ non cognoueris tēpus visita-
Ierem.12 tionis tuæ.Et Ieremias.Reliqui domum meam,dimisi hæreditatē meam.Hinc & Osee propheta di-
Osee.9. xit,Abiiciet eos dominus deus meus,quia non audierunt vocē eius,& erunt vagi in nationibus.Deinceps ponitur causa tantæ deiectionis Iudæorum. ℂ (31) QVONIAM quē tu percussisti persecuti sunt] hoc est,Iesum Christū quem tu percuti permisisti,vsque ad mortē tribulauerunt. Dicitur enim
Iere.53. deus Christū percussisse,quemadmodū Esaias prædixit,Propter scelus populi mei percussi eum. Pe
Act.2. trus quoque inquit,Iesum definito consilio & præscientia dei traditum,viri Israelitę interemistis.Sic
Iohan.3. enim deus dilexit mundū,vt filium suū vnigenitum daret.[ET super dolorem vulnerū meorum addiderunt] Iudæi enim supra iniuriā verberū intulerunt Christo iniuriam verborū,irridendo, blasphemandoq; eum.Sed & vltra dolorem Christo inflictū in proprio corpore,addiderunt iniuriam infligere corpori suo mystico,scilicet primitiuæ ecclesiæ,quam grauiter molestabant, sicut in Actibus a- G
postolorū ostenditur, ℂ (32) APPONE] ò domine,non effectiue, sed permissiue, [INIQVITATEM super iniquitatem ipsorum]permittendo eos cadere de culpa in culpam. Cū enim homo sine gratia dei nil boni agere posit,dum deus hominē exigentibus vitiis suis gratia spoliat, de peccato in
Abacuc.1 peccatū continuo cadit [ET non intrent in iustitiā tuam] Introitus seu ostiū iustitiæ,est fides. Iustus nanque ex fide viuit.Quid ergo est,non intrent in iustitiam tuam,nisi fide Christi priuentur, & mandatis eius nō pereant,sed in suis peruersitatibus perseuerent? ℂ (33) DELEANTVR de libro viuentium] Liber viuentiū,seu liber vitæ est prædestinatio electorū in mente diuina, quia quemadmodum fixum & firmū est,quod in libro fuerit scriptū,sic quod in sapiētia mentis diuinæ decretum est, stabile manet,& variari non potest.Quomodo igitur aliquis de libro viuentiū valet deleri, præsertim cū nemo scriptus sit in hoc libro,nisi electus? Liber enim vitæ est notitia dei, qua prædestinauit electos.Et respōdendum,quod dupliciter dicitur aliquis in libro viuentiū scriptus. Primo secundum
Mat.24 veritatem:& taliter scriptus deleri non potest. Vnde Christus in libro vitæ,scriptos perire nō posse insinuans ait,Surgent pseudoprophetæ,& pseudo Christi,& dabunt signa magna & prodigia,ita vt in errorem ducantur,si fieri potest,etiam electi.Secundo dicitur aliquis scriptus in libro viuentium, secundū suam spem vanā,& opinionē fallacem, hoc modo erāt scripti Iudæi qui se præelectos à deo
Matth.8. opinantes,cæteros contēpserunt,& Christum occiderunt. Et simili modo Christus in euangelio ap
Iohan.8. pellat eos filios regni,non ꝙ vere erant filii regni. Filius nanque manet in domo in æternū. Sed filii H
Ibidem. regni erant secundū suam superbissimā opinionem,dicentes ad saluatorem. Vnum habemus patrem deum.Quorum errorem Christus declarans.Vos (inquit) ex patre diabolo estis. Sic autem de libro
Ibidem. vitæ deleri,aliud non est,nisi in eo non scribi nec in diuinæ pietatis memoria contineri.Idcirco quasi exponens quod dixit, Deleantur de libro viuentium, subdit [ET cum iustis non scribantur] non quod aliquis de nouo possit libro vitæ inscribi,sed dicitur deus illud in libro vitæ scribere, quod finaliter approbat. Quoniam ergo reprobi nil deo acceptū aut meritoriū operātur, secūdum quod tales sunt,dicuntur in libro vitæ non scribi.Insuper Christus ait, ℂ (34) EGO sum pauper] Pauperem nanque matrem elegit,in paupertate vixit,in passione pauperrimus est effectus,quia nudus in cruce
Matth.8. suspensus.Propter quod dixit, Volucres cœli nidos habent, & vulpes foueas. Filius autem hominis non habet,vbi caput suum reclinet.[ET dolens] Christus multos in hac vita dolores sustinuit, maxime tamen in passione dolorosissimus extitit, quando à planta pedis vsque ad verticem capitis non
Esa.1. remansit in eo sanitas [SALVS tua deus suscepit me] hoc est, beatitudo tua perfecta in resurrectione glorificauit me,quantum ad corpus,& ita,salus tua,deus pater suscepit me, hoc est, ego salutem tuam videlicet,prēmium accidentale,in resurrectione suscepi. ℂ (35) LAVDABO nomen dei cum cantico] hoc est,cum spirituali lætitia,& hilaritate interna,atq; vocali melodia si opus est [ET ma-

A gnificabo eum in laude] hoc eſt, per laudem quam ei cantabo, dicam & offerã, confitebor & manife-
ſtabo, quod deus ſit dominus magnus atque laudabilis valde. Quemadmodũ enim in oratione domi Pſal.144
nica dicimus, Sanctificetur nomen tuũ, non quod aliquid ſanctitatis deo ex nobis accreſcat, ſed quia Matth.6.
per noſtræ ſeruitutis puritatẽ probatur & declaratur eſſe ſanctus, ſimili modo magnificamus eum.
❨(36) ET placebit deo] ſalus & magnificatio iſta, [SVPER vitulũ nouellum] hoc eſt, anniculum
[CORNVA producentem] pro munimine capitis [ET vngulas] pro pedũ defenſione. Sacrificium
nanque laudis & euangelicæ laudationis, acceptabilius deo eſt, quam ſacrificia illa legalia quæ ſecun
dum Apoſtolũ, nec auferre poterant peccata, nec accedẽtem facere perfectũ. ❨(37) VIDEANT] Hebr.10.
omnia nunc prædicta [PAVPERES] hoc eſt, humiles ſpiritu, fideliter contẽplando [ET lætentur]
in domino de beneficiis eius [QVAERITE deum] faciẽdo quod in vobis eſt, & fide ac opere in eũ
tendite [ET viuet anima veſtra] hoc eſt, gratiam conſequetur, quæ eſt vita animæ ſicut anima eſt cor
poris vita. Hoc eſt quod Eſaias propheta dicit, Quęrite dñm dũ inueniri poteſt, inuocate eum dum Eſa.55.
prope eſt. Et in Euãgelio Chriſtus, Omnis qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. ❨(38) QVONIAM exaudiuit pauperes] ſpiritu [DOMINVS] qui de talibus dicit, Beati pauperes ſpiritu. Et Luc.11 Matth.5.
Eſaias, Dominus ſublimis in ſancto habitans, vt viuificet ſpiritũ humilium & cor contritorum [ET Eſa.57.
vinctos ſuos] hoc eſt, peccatores electos, qui ad tempus errant, ſed in finẽ errare non poſſunt [NON
B deſpexit] quoniam pœnitentes libenter ac miſericorditer recipit, quemadmodũ per Ieremiã loqui- Ierem.3.
tur. Reuertere ad me, & non auertã faciem meã. Vel, vinctos ſuos, hoc eſt, eos qui ſeipſos diuina lege
conſtringunt, & mandatis diuinis quaſi vinculis quibuſdam ab omni via mala coercent. Vel, vinctos
ſuos, hoc eſt ſanctos in limbo detentos, deus pater ſeu Chriſtus non deſpexit, quia pater per filiũ eos
redemit. Vnde apud Eſaiam deus ait ad Chriſtũ, Dedi te in fœdus populi, vt poſsideres terram, & di Eſa.49
ceres his qui vincti ſunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. ❨(39) LAVDENT illũ cœli &
terra] hoc eſt, angeli ac homines, ſicut Moſes. Audite (inquit) cœli, quæ loquor, audiat terra verba Deut.32
oris mei [MARE & omnia reptilia in eis] laudent deũ materialiter, præbendo hominibus occaſionẽ
laudandi creatorẽ in creaturis relucentem, ſicut refulget natura atque perfectio cauſæ in ſuo effectu.
❨(40) QVONIAM deus ſaluum faciet Sion] hoc eſt, militantẽ ecclesiam, dando hominibus gra-
tiam [ET ædificabuntur ciuitates Iudæ] id eſt, particulares eccleſiæ Chriſto confitentes. Iuda enim
interpretatur confeſsio. Vel, ciuitates Iudæ, hoc eſt, corda confitentiũ, quæ ædificantur per fidem &
charitatem, ac opera virtuoſa, prout ait Apoſtolus, Quæ ædificationis ſunt, in inuicem cuſtodiamus. Rom.14
❨(41) ET inhabitabunt ibi] hoc eſt, fideles in eccleſia commorabuntur, obediendo eius præceptis
[ET hæreditate acquirent eam] quoniã vſque ad finem mundi durabit fides catholica, per quam fi-
deles in eccleſia habitare dicuntur. ❨(42) ET ſemen ſeruorũ eius] hoc eſt, ſpirituales filii apoſto-
C lorum, videlicet omnes credentes [POSSIDEBIT eam] hoc eſt, eccleſiã hæreditario iure [ET qui
diligunt nomen eius] hoc eſt, ipſum deum [HABITABVNT in ea] Dilectio enim præcipua cauſa
eſt, ob quam in eccleſia atque in Chriſto manere cenſemur. Videtur etiã poſſe exponi de triũphanti
eccleſia, quam vocat Apoſtolus Sion, Acceſsiſtis (inquiens) ad Sion montẽ & ciuitatem dei viuen- Hebr.12.
tis, Ieruſalem cœleſtem. Eritq; ſenſus, Quoniã deus ſaluam faciet Sion, præcipue in die iudicii, quan Philip.3.
do ſalutem corporũ dabit electis, configurando corpus humilitatis noſtræ corpori claritatis ſuæ, &
ædificabuntur ciuitates Iudæ, hoc eſt, ordines angelorũ reparabũtur, & ruina cœleſtis Ieruſalem re-
formabitur per homines illuc aſcendentes: ſic ciuitates Iudæ, hoc eſt, manſiones cœleſtes, ex viuis la-
pidibus ædificabuntur. Et inhabitabunt ibi, hoc eſt, in eccleſia triumphante electi, & hæreditate ac-
quirent eam, dum Chriſtus dicet ad eos, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, vobis para- Mat.25.
tum ab origine mundi. Et ſemen ſeruorum eius, hoc eſt, imitatores ſanctorũ, poſsidebit eam. i. terram
viuentium ſine fine: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Charitas enim nũquam excidit, ſed
ciues cœleſtis Ieruſalem efficit. Veruntamen, ſicut, quod dictum eſt. Fiat habitatio eorũ deſerta, &c. 1.Cor.13
literaliter explanatum eſt de vrbe Ieruſalem & ciuitatibus reliquis tribus Iudæ, ſic nunc introducta
videntur ad literam poſſe exponi de ciuitatibus materialibus Iudæ, vt ſit ſenſus: ædificabuntur ciuita
tes Iudæ. Ieruſalem nanque, & aliæ vrbes à Romanis deſtructæ, poſtmodum erant reædificatæ, mul-
D toque tempore habitabant in eis veri Iſraelitæ, & ſpirituales Iudæi, videlicet Chriſtiani, donec exi-
gentibus culpis ſuis, hæreditatem ſuam perdiderunt, & à Sarracenis deiecti ſunt.

## ❨EXPOSITIO tropologica ſiue moralis eiuſdem pſalmi.

QVoniam ſicut ait diſcipulus quem diligebat Ieſus, Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut il- 1.Iohã.2.
le ambulauit, & ipſe ambulare (Non enim eſt ſeruus maior domino ſuo) idcirco mirum nõ Iohan.13
eſt, quod pſalmi illi qui ad literam de Chriſti humilitate & paſsione loquuntur, moraliter de corpo- 2.Tim.3.
re eius myſtico exponuntur, præſertim cum dicat apoſtolus, Omnes qui volũt pie viuere in Chriſto,
perſecutionem patientur. Hinc ergo pſalmus iſte, qui de Chriſti paſsione ad literã expoſitus eſt, mo
raliter elucidatur de corpore eius myſtico, quod eſt eccleſia. Eccleſia igitur, ſeu fidelis quicunque, in
medio laqueorum ſe videns, & vndique tribulari ſe penſans, nec propriis viribus ſe poſſe præualere
expertus, proclamet ad dominum. Saluum me fac deus, ab omni vulnere mentis, & ſi vtile mihi eſt
etiam ab omni infirmitate corporis, quoniam intrauerunt aquæ, tentationum diaboli, perſecutionum
mundi, & impugnationum appetitus ſenſitiui, vſque ad animam meam, hoc eſt, profunde & fortiter
mihi impreſſæ ſunt, nec poſſum de facili reiicere eas, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam
meam, id eſt, vſque ad delectationem ſeu conſenſum mentis. Hoc vnuſquiſque tẽtatus atque afflictus
totis clamet præcordiis, dum ſe grauiter impugnari experitur. Infixus ſum in limo profundi, id eſt, in

voluptate carnali,in ſeculo iſto vitioſo atque fallaci,ita vt vitiis ſum ſubiectus, in turpibus rebus de- B
lectatus,mundo iſti per inordinatum affectum intentus,& non eſt,mihi,ſubſtantia,id eſt,virtus eua-
dendi,reſiſtendi,ac præualendi. Vel,non eſt ſubſtantia,hoc eſt,ſubſiſtenna ſtabilis,quoniam vanitati
ſubiectus ſum,corde vagus,& fragilis mente. Veni in altitudinē maris,hoc eſt,in aduerſitates ingen-
tes,tribulationesque maximas:& tempeſtas demerſit me,hoc eſt, fortitudo ac impetus aduerſitatum
1.Co.2.7 huiuſmodi deiecit,læſit,occidit,vel ad peccatū me induxit,ſicut ait Apoſtolus. Nullam requiem ha-
2.Cor.2. buit ſpiritus noſter. Et rurſus, Supra modū grauati ſumus,ita vt tæderet nos viuere. Dum primi no-
ſtri parentes nondum peccaſſent in paradiſo,velut in portu erant tranquillo: perpetrato autem pec
cato ipſi,& omnis eorū poſteritas in altitudinē maris,hoc eſt,in profundū huius mūdi proiecti ſunt,
in quo toties nos demergit tēpeſtas,quoties aduerſitati cedimus per impatientiā ſeu puſillanimitatē,
& quoties tentationi conſentimus:aut moleſtia aliqua frangimur. Tempeſtas hæc exteriorum perſe-
cutionum demerſit martyres ſanctos in mortem corporalem, apoſtatantes vero à fide demerſit in
mortem animę ſpiritalem. Vel ſic, Veni in altitudinem maris,hoc eſt,ad gradum prelationis in mun
do iſto,& tempeſtas demerſit me.i.ſtrepitus negotiorū ſecularium,ſolicitudo temporaliū rerum,oc-
cupatio exteriorū cauſarum,mentis quietem,lumen deuotionis,ac cordis cuſtodiam extinxit,aut mi-
norauit in me. Denique ſi velimus iſta omnino ad literā exponere, ſic etiā quibuſdam Chriſti mem-
bris conuenient,videlicet ſanctis martyribus in aquas proiectis, quorū nonnulli diuina virtute edu- F
cti ſunt. Aliqui vero ſubmerſi:ſed omniū anima eſt ſaluata. In his autem aquæ materiales ac elemen-
tares intrauerunt per os vſque ad animā,id eſt,vſque ad interiora, vel vſque ad extinctionem corpo-
reæ vitę. Hi quoque infixi ſunt in limo profundi,id eſt,in terra lutoſa,in fundo aquarum, vel in car-
Iere. 38 ceribus aquoſis atq; limoſis. Vt erant Ieremias,Michæas,& alii multi. Vnde Ieremias de ſeipſo ſcri-
2.Re.22. bit,quod deſcendit in lutum carceris,vſque ad renes. Venerunt etiam quidā iuſtorum in altitudinem
Iere. 38 maris,ſicut de multis beatiſsimis martyribus ſcribitur,qui de naui,ripa,aut rupe, ligatis ad eorū cor-
Ionas.2 pora ſaxis in mare iactati ſunt. Horum autē vnus extitit Ionas propheta,qui in pelago miſſus, & à ce
te abſorptus,ita de ventre piſcis orauit, Proieciſti me domine in profundum, in cor maris: & flumen
circumdedit me,omnes gurgites tui ſuper me tranſierunt: circūdederunt me aquæ vſque ad animam,
abyſſus vallauit me,pelagus operuit caput meū. Laboraui clamans,raucæ factæ ſunt fauces meæ. La-
borat eccleſia deflendo ſua peccata,pœnitentiamq; agendo, atq; pro aliorū conuerſione diſcurren-
do,docendo,increpando,alliciendo:clamatque ad dominū pro indulgentia vitiorum, pro infuſione
gratiarū,pro illuminatione errantiū,& emendatione prauorum. Raucæ fiunt voces ipſius dum aliis
prædicando nil proficit,vel dum difficulter ac tarde exauditur à deo, vel etiam ex nimio dolore inſli
Iob. 30. cto,aut labore aſſumpto,humore viribusque exhauſtis. Hinc enim ſanctus Iob ait ad dominum, Cla G
Iob.6 mo ad te & non exaudis me: ſto,& non reſpicis me:mutatus es mihi in crudelem, & in duritia ma-
nus tuæ aduerſaris mihi. Et iterum, Sagittæ domini in me ſunt,quorū indignatio ebibit ſpiritū meū,
& terrores domini militant contra me,defecerunt oculi mei dum ſpero in deum meum. Hoc ſæpius
contingit infirmis eccleſię membris,qui propter duritiam ac vehementiā tentationum & tribulatio-
num,dum non exaudiuntur pro voto à deo,infirmantur & nutant in ſpe,& puſillanimes fiunt. Non
Iob.13. enim conuenit eis illud beati Iob, Etiam ſi occiderit me deus, in ipſo ſperabo. Vel,defecerunt oculi
mei corporales,plangendo,aut penitus pereundo,dum ſpero in deum meum, quia in ipſo ſperando
inceſſanter affligor,aut propter iuſtitiā ſeu fidem catholicam morior. Vnde de Dauid eiusque ſociis
1.Re.29. ſcriptum eſt, Eleuauerunt vocem ſuā & fleuerunt,donec deficerent in ipſis lachrymæ. Vel,defecerūt
oculi mei,interioris intellectus,dum ſpero in deū meum,quoniā non tam fiducialiter,amoroſe,& im
mobiliter in deo confido ſicut deceret. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me
gratis. Multi & innumerabiles ſunt hoſtes eccleſiæ atq; ſanctorū,videlicet omnes infideles,hæretici,
ſchiſmatici,falſi fratres,detractores,ambitioſi,ac inuidi. Hi omnes gratis, & ſine rationabili cauſa,
perſequuntur eccleſiā. Habemus quoq; inuiſibiles inimicos multos & fortes: de quibus dicit Apoſto
Ephe.6 lus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed contra principatus, & poteſtates,
cōtra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Habemus etiā hoſtes domeſticos multos ac periculoſos, qui
ſunt propriæ paſsiones ac vitia. De his aduerſariis dicere poteſt eccleſia & quilibet iuſtus. Confor-
tati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte,quæ non rapui tunc exoluebā,hoc eſt,pœnas quas H
non merui paſſus ſum. Hoc ſanctis martyribus maxime cōpetit,qui pro deo,pro fide, pro iuſtitia oc-
Iob.16 cubuerunt. Vnde & Iob hæc ait, Paſſus ſum abſque iniquitate manus meę, cum mundas haberem ad
deū preces. Deus enim frequenter permittit tribulari electos ſine eorum demerito, quatenus glorio-
ſius coronentur. Nunquam tamen infert alicui damnū in bonis ſpiritualibus gratiæ gratum facientis,
ſine propria hominis culpa. Deinde eccleſia in perſona infirmorū ſuorum loquens membrorum, ſeu
quilibet pœnitens propriā inſipientiam atq; peccata humiliter confitetur,dicendo, Deus tu ſcis inſi-
Sap.1. pientiā meam. Inſipiens eſt enim omnis qui peccat, quia in maliuolam animā nō introibit ſapientia.
Et quid tam ſtultū atq; veſanum,quam non obedire præceptis,nec acquieſcere conſiliis & exhorta-
tionibus æternæ ſapientiæ? Inſipientia magna eſt,carnis vitiis deſeruire, animę ſalutem negligere,in
Amos.4. ſtatu tali viuere,in quo nō audet quis mori. Porro delicta noſtra,deo ſunt cognita, ſicut ipſe alibi te-
ſtatur. Cognoui multa ſcelera veſtra,& fortiora peccata veſtra. Hęc propriæ inſipientiæ atq; iniqui-
tatis confeſsio,veræ ſapientię infuſionē,& gratiæ iuſtificationem meretur. De eo nanq; qui ſeipſum
Eſa.47 æſtimat ſapientem in Eſaia ſcriptum eſt, Sapientia tua & ſcientia tua decepit te. Et denuo, Væ qui ſa
Eſa. 5. pientes eſtis in oculis veſtris,& coram vobiſmetipſis prudentes. Propterea hortatur Apoſtolus, No
Rom. 12. lite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Confiteamur igitur ſemper cum omni humilitate inſipientiam

A nostram,quia veraciter insipientes sumus,quemadmodũ scriptum est,Stultus factus est omnis homo Ierem.10
à scientia sua.Non erubescant in me,qui expectant te domine.Dum ecclesia,seu quilibet iustus,iniurias patitur,tentatur,aut simili modo affligitur, nisi tunc deus ei subueniat, erubescere poterunt alii deum expectantes,hoc est,in ipso sperantes,quorum ista spes est, quod sicut affirmat diuina scriptura deus ecclesiam suam non derelinquit, nec iustos finaliter opprimi sinit : sed agit quod ait scriptura,
Mihi vindictã,& ego retribuam. Et,Non vidi iustũ derelictũ. Et,Non permittit vos tentari supra Deut.32.
id,quod potestis.Quid est ergo,Non erubescant in me,qui expectant te domine:nisi in omni necessitate atque angustia mihi succurre,ab omni persecutione & tentatione me eripe , omnesque preces Roma.12 Psalm.36
meas exaudi,sicut in sacra scriptura te facturũ promittis,quatenus alii in te sperantes,corroborentur 1.Cor.10
in spe,videntes misericordiã tuam mihi impensam? Et eundem sensum pertinet versus sequẽs.In his enim quæ ad effectũ respiciunt,solet scriptura frequenter eundem sensum sub aliis verbis repetere.
Ait enim,Non confundantur super me, hoc est, propter derelictionem meam & oppressionem,qui quærunt te deus Israel,qui vtique confunderentur & scandalizarentur , nisi viderent mihi opem &
gratiã donari à te.Dicerent enim,Vanus est qui seruit domino. Et quod emolumentũ quia custodi- Mala.3.
uimus præcepta eius?Quoniã propter te sustinui opprobrium,hoc est,propter iustitiam,propter fidem,propter nominis tui amorem atque honorẽ passus sum contumeliã, non propter meam offen-
B sam aut culpam.Hæc est vera sustinentia,patientiaque beata, quemadmodum ait saluator , Beati qui Matth.5.
persequutionem patiuntur propter iustitiam,quoniã ipsorum est regnum cœlorum.Et iterum,Beati eritis cũ maledixerint vobis homines,& persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos
mentientes,propter me.Quidã tamen opprobriũ sustinent, non propter deũ atque iustitiã, sed pro- Ibidem.
pter seipsos seu propriã culpam.Et quidẽ hoc æquanimiter ferre, tanquam pœnam pro culpa inflictam,bonũ meritoriumq; cõsistit,sed multo minus virtuosum est hoc,quam si propter deũ sustinea-
tur.Propter quod princeps apostolorum dicit,Hæc est gratia,si propter conscientiã dei sustinet quis 1.Pet.2.
tristitias,patiens iniuste.Quæ est enim gratia,si peccantes & colaphizati suffertis ? Si autem benefacientes sustinetis,hæc est gratia apud deum.Aliqui vero verba saluatoris iam prænondicta,quibus ait,
Beati qui persecutionem,&c.inconuenienter allegant, dum enim pro suis corrigũtur excessibus, ex- Matth.5.
cusant seipsos,seque grauari arbitrantes,consolantur seipsos & dicunt, Beati qui persecutionem patiuntur,propter iustitiam.Si igitur pœnas atque iniurias propter deum nobis illatas, patienter ferre nequimus,hoc valde intolerabile est,quod disciplinas,increpationes,& pœnas, propter nostros ex-
cessus irrogatas,pati contemnimus:sicut de quibusdam in Ieremia legitur, Renuerunt accipere di- Ierem.5.
sciplinam.Et alibi,Odio habuerunt corripientem,operuit confusio faciem meã, hoc est, vehemẽter Amos.5.
& ex omni parte confusus sum propter te , non quod homo virtuosus erubescat , seu confundatur
C propter iniurias sibi inflictas,imo in talibus gaudet,quemadmodũ Christus hortatur, Gaudete in il- Luc.19.
la hora & exultate,ecce enim merces vestra multa est in cœlo:sed quia hoc sustinet,de quo alii erubescere solent, videlicet exprobrationem,contemptũ,abiectionem,& similes pœnas. Imbecilliores tamen in talibus animo confunduntur,& vultu erubescunt.Sed talibus elaborandũ est,vt discant Chri
sti vestigia cũ gaudio imitari,dicentes cum Apostolo,Ego stigmata domini Iesu in corpore meo por Galat.6.
to.Extraneus factus sum fratribus meis,hoc est,quasi alium eiecerunt,spreuerunt & reputauerũt me propinqui,cognati,amici familiaresque mei: & hoc idem sub aliis verbis resumitur.Et peregrinus fi-
liis matris meæ,hoc est,velut hospes,qui vna nocte recipitur,& alio die emittitur,factus sum proxi- Lucæ.21.
mis meis,qui sunt filii matris meæ,quæ est ecclesia vel Eua, aut mater mea immediata. Hinc enim in Mat.10.
euangelio dominus ait discipulis,Trademini à fratribus & propinquis & amicis.Et iterũ, Odio eritis omnibus hominibus,propter nomen meũ.Religiosus etiam & deuotus, qui Christũ sequẽdo reliquit patrem,matrem,sororem,fratrem,siue vxorẽ, versum hunc dicere potest. Cur vero ista perpessus sit subdit.Quoniã zelus domus tuæ comedit me,hoc est,magna affectio boni status ecclesiæ ac diuini honoris,boni cõmunis ac fraternæ salutis,spiritualiter meipsum absorbuit, & in charitatis viscera transformauit. Zelus nanq; est effectus ex intenso amore procedens, per quem vtique zelum, nititur homo repellere à se ea,quæ consecutionẽ boni optati impediunt.Et sicut amor est duplex, nimi-
D rum concupiscentiæ,quo amat quis aliquid propter propria vtilitatem aut delectationẽ, quemadmodum homo amat agrum,vestem,pecuniã:& amor amicitiæ, quo diligit homo bonũ dilecti , & ipsum dilectum,vt in seipso perfectus existat:sic zelus est duplex, puta carnalis & inordinatus,de quo dictũ
est supra.Neque zelaueris facientes iniquitatem. Et Apostolus, Cum sit inter vos zelus & cõtentio, Psalm.36
nonne carnales estis?Alius est zelus diuinus & charitatiuus, quando videlicet nititur homo ex dile- 1.Cor.3
ctione excludere,quæ contrariantur diuino honori , aut bono fratris dilecti . De hoc zelo ait Elias, 3.Re.19.
Zelo zelatus sum pro domino exercituũ.De eo quoque nunc dicitur,Quoniam zelus domus tuæ comedit me. Etenim bono zelo comeditur,qui quælibet praua,quæ videt, corrigere cupit:si autem non potest,tolerat & gemit.Talem zelum multi deuoti in claustris habẽt,qui ordinis rigorem stricte obseruari desiderant.Et de isto zelo Gregorius loquitur, Acceptissimũ sacrificium est zelus animarum.
Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.Quemadmodum lapis contra turrim proiectus,quem frangere nequit,resilit,& vitrum ex opposito situm,super quod cadit,frangit: sic blasphemiæ & maledicta,deo & Christo eius illata,ipsis non nocent, sed seruis dei sunt occasio mortis aut læsionis,dum se falsitati opponunt,& mori malunt,quàm talia dissimulare aut tolerare. Opprobria
autem seruis dei illata,dici possunt opprobria dei & deo inflicta,quemadmodum per Zachariam do Zach.2
minus ait,Qui tetigerit vos,tanget pupillam oculi mei.Et in euangelio, Qui vos audit, me audit:& Luc.10.
quis vos spernit,me spernit.Et operui in ieiunio animam meam, corporaliter abstinendo ad implo- Iohe.2.

randum misericordiá creatoris, prout ipse alibi admonet, Conuertimini ad me in toto corde vestro, B
in ieiunio, & fletu, & factũ est in opprobriũ mihi. Peruersi enim opa bona sanctorũ sinistre interpre-
tátur, eisque detrahunt, & communiter boni sunt opprobriũ malorum, quoniam prauitatem eorum
Iob.12. corripiunt, & ob id oblocutionem, irrisionemque sustinent, sicut Iob ait, Deridetur iusti simplicitas.
Ezech.12 Vnde dominus ait ad Ezechielem, Portentum te dedi domui Israel. Dic, Ego portentum vestrum.
Sunt etenim nonnulli peruersi, qui bona aliorum, quæ imitari, vel nolunt, vel nequeunt, irrident at-
que vituperant. Et posui vestimentum meum cilicium. Hoc facere solet ecclesia, præsertim dum in-
stant magna pericula, sicut etiam in veteri testamento sæpius factum scriptura commemorat: & fa-
ctus sum illis in parabolá. Quanto enim boni se magis humiliant, tanto maligni amplius contra eos
1.Cor.4. insaniunt. Propter quod dicit Apostolus, Blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta huius
mundi facti sumus, omniũ peripsema vsque adhue. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in por-
ta, hoc est, qui in apertis & publicis locis sedebant, obloquuti sunt mihi, & in me psallebant, cum ir-
Esaiç.50. risione, qui bibebant vinũ, gulosi & ebriosi, de quibus apud Esaiam habetur, Væ qui consurgitis ma-
ne ad ebietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperum. Tales enim contẽnunt atque derident
Iohel.1. iustos & sobrios, qui corũ vitia arguunt & condemnunt, dicentes illud Iohelis, Expergiscimini ebrii
Matth.5. & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Ego vero orationem meam ad te domine, fu
di, orando pro meipso ac hostibus meis, prout tu domine iussisti, Diligite inimicos vestros, & orate F
pro persequentibus & calumniantibus vos. Et decet te domine exandire, quoniam tempus, talis ora-
tionis, est tempus beneplaciti, hoc est, tempus tibi acceptum, ô deus, quia in eo fit quod tibi maxime
Luc.6. placet. Orantibus enim pro aduersariis suis, Christus in euangelio promittit dicens, Eritis filii altis-
simi, ideo eorum oratio est accepta, & tempus eius beneplacitũ est. In multitudine misericordiæ tuæ,
id est, propter multam tuam clementiá, exaudi me in veritate salutis tuæ, dando mihi veram salutem
mentis & corporis, quam peto à te. Eripe me, per gratiam tuam, de luto, de quo superius dixi, Infixus
sum in limo profundi, videlicet de vita carnali, & seculo isto vitioso atque tenaci, vt non infigar, hoc
est, ne luto huic omnino immergar, libera me ab his, qui oderunt me, scilicet ab inuisibilibus & visi-
Thren.3 bilibus inimicis, & de profundis aquarum, hoc est, de magnitudine tribulationũ, de quibus in Thre-
nis scriptũ est, Inundauerunt aquæ super caput meũ. Non me demergat, finaliter, nec me demersum
teneat, tempestas aquæ, hoc est, impetus tentationis strepitus vitiorum, vel solicitudo rei secularis ac
temporalis, neque absorbeat, hoc est, animá meam non perdat, profundum, hoc est, desperatio, obsti
Prou.18. natio, seu pessima consuetudo. De quo profundo Salomon ait, Impius cũ in profundum venerit pec
Ierem.13 catorum, contemnit. Ab hoc profundo videntur absorpti, de quibus per Ieremiam dicitur, Si muta-
Ierem.5 re potest Aethiops pellem suá, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis G
malum. Et, Indurauerunt facies suas supra petram, noluerunt reuerti: neque vrgeat super me puteus
os suum. Puteus est quoddá profundum, & modo idem designant, sed dicitur profundũ, seu puteus
os suũ vrgere seu claudere super peccatorem, dũ ipse peccator obstinationi & prauæ consuetudini,
superaddit finalem impœnitentiá, ita vt confiteri contemnit, & in sua auersione decedit, sicut de eo
Esa.48 Esaias dixit, Scio (inquit) quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Ieremias
Ierem.3 quoque, Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Qui autẽ peccata sua humiliter
Prou.28. confitetur, huius putei clausuram egreditur: iuxta illud, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui
Iob.13. autem confessus fuerit & reliquerit ea misericordiam consequetur. Vnde & sanctus Iob asserit, Vias
meas in conspectu dei arguam, & ipse erit saluator meus. Exaudi me domine, non propter vitæ meæ
iustitiam, sed, quoniá benigna est misericordia tua. Vere enim ineffabiliter pius es totaliterque beni-
Iohel.2 gnus, ad cuius misericordiam peccatores tam dulciter inuitantur. Conuertimini ad dominum deum
vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia:
secundũ multitudinem miserationum tuarum respice in me, oculo tuæ pietatis immensæ. Et ne auer-
tas faciem tuá, hoc est, intellectus tui piam memoriá, singularem prouidentiam, benignissimá appro
bationem à puero tuo, hoc est, à me famulo tuo, ne obliuioni tradar à te, & inter eos inueniar quibus
Mat.25 dicturus es, Nescio vos. Solet autem scriptura nomine pueri, seruum significare, quemadmodum de
3.Re.16. Elia dicitur, Reliquit ibi puerum suum. Interdum quoque per puerũ intelligitur filius, sicut de Chri-
Act.4. sto in Actis scribitur, Cõuenerunt aduersus sanctũ puerum tuũ Iesum: & ita nunc accipi potest pro H
filio dei adoptiuo, sicq; blande ac dulciter sonat quod dicitur, Et ne auertas faciem tuá à puero tuo.
Esa.8. Nec est omniũ hoc dicere, sed eorum qui deo familiares esse meruerunt, de quibus per Esaiam Chri
stus testatur, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signum, quoniam tribulor velociter
exaudi me, continuis quippe tribulationibus laborant electi, quia militia est vita hominis super ter-
Iob.7 ram. Intende animæ meæ per singularẽ custodiam, prouidendo ei de omnibus necessariis ad æterná
salutem, & libera eam à malo culpæ & pœnæ: propter inimicos meos, hoc est, occasione inimicorum
meorũ, eripe me ab omni periculo. Malitia nanque aduersantiũ electis, est occasio q deus eis succur-
rit, propter quod tẽpore tribulationis, deus maxime pronus est ad exaudiendũ & succurrendũ, si ta-
men oratio tribulati ex vera charitate procedat, non ex seruili timore. Tu scis improperium meum
& confusionem meá, & reuerentiam meam. Quicquid enim aduersitatis aut pœnæ homini accidat,
deus cognoscit. Et istud cũ versu sequenti, dicit homo ad prouocandũ misericordiam dei, qui afflictis
Thren.1. subuenire consueuit. Vnde Ieremias, Vide, inquit, domine quoniá tribulor. In conspectu tuo sunt o-
mnes qui tribulant me, nec aliquid possunt in me nisi permittantur à te, improperiũ expectauit cor
meum & miseriá. Hoc iusto in tribulationibus constituto atque ecclesię, sæpissime conuenit, qui iniu
riam verborum atque factorum sibi imminere cognoscunt ab impiis. Præcipue vero competit hoc,

A & sequentia sanctis martyribus, qui, dum essent clausi in carcere, agnoscebant se die sequenti verbis
& ictibus grauiter molestandos. Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit, &c. Cōpassio & con
solatio afflicto exhibitæ ex charitate procedunt. Quoniam ergo Christus in euangelio ait electis, Luc. 6.
Odio eritis omnibus hominibus propter me, ideo accidit quod electi interdum nullum reperiunt com-
patientem aut consolatorem, imo frequenter à proximis & fratribus suis despiciuntur. Et dederunt
in escam meam fel, &c. Hoc ad literam quibusdam martyribus factum est. Spiritualiter vero dat aliū
fel pro cibo & acetum pro potu, qui malo exemplo alium inficit, atque ad amaritudinem & indigna-
tionem animum eius perducit. Ideo nanque Moses ait, Non sit inter vos radix germinans fel & ama
ritudinem. Et Abacuc propheta, Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Fiat mensa eorū co Deut. 29
ram ipsis in laqueum, hoc est, malum quod mihi parauerunt, irruat super eos, & iniquitate propria Abac. 2.
constringantur ac puniantur, quemadmodum in Prouerbiis scribitur, In impietate sua corruet im- Prou. 11
pius, & insidiis suis capientur iniqui. Vniuscuiusque enim malum in proprium redundat authorem,
& iniuriato nulla nocebit aduersitas persequentis, si nulla in ipso dominetur iniquitas propriæ men
tis. Obscurentur oculi eorum ne videant, quanta eis æternæ mortis tormēta parata sint, & quantam
felicitatem amittant. Effunde super eos iram tuam, derelinquendo eos in suo errore, sicut inferius de
reprobis dicis, Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. De quibus & Iob ait, Non est virga dei Psal. 80
B super eos: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt: & furor iræ tuæ compre Iob. 21.
hendat eos, damnando eos finaliter, irreparabiliter & æternaliter, quemadmodum alibi legitur, Vl- Naum. 1.
ciscens dominus, & habens furorem, vlciscens in hostes suos. Fiat habitatio eorum deserta. Ciuitates
& domus infidelium sæpe à fidelibus destructæ, possessæ & inhabitatæ leguntur, & tunc tabernacu-
la infidelium proprio inhabitante carebant. Spiritualiter autem habitatio impiorum fit deserta, dum
corpora eorum ab animabus ante tempus separantur, ita vt propter sua peccata occiduntur, aut ce-
lerius moriuntur. Vel dum animæ eorum, quæ esse deberent sedes sapientiæ, reclinatorium dei, & do
mus Christi à gratia relinquuntur, nec à deo per fidem formatam inhabitantur, sicut per Ezechielē Ezec. 23.
dominus ait de peccatrice. Recessit anima mea ab ea. Et de impiis Osee, Væ eis, cū recessero ab eis. Osee. 9.
Quoniam quem tu percussisti, permissiue, persecuti sunt, malitiose, atrociter, & mala intentione.
Permittit enim deus electos ab impiis tribulari, quatenus expurgentur. Impii vero non ideo tribu-
lant eos, vt purgentur, sed inuidiose eos affligunt. Idcirco quemadmodū pater virga corrigit filium,
quo correcto, proiicit virgam in ignem: sic deus per reprobos corrigit electos, quibus emendatis at-
que saluatis, proiicit reprobos in ignem æternum: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt,
mihi dolorem verborum malorum, irrisiones, maledictiones, blasphemias. Deleantur de libro viuen
tium, hoc est, à consortio beatorum, ad quorum numerum se pertinere existimant etiam infideles &
C pessimi, quamuis ignorent, in quo vera beatitudo consistat. Ego sum pauper, præsertim in bonis gra-
tiæ, in donis spiritus sancti, in spiritualibus atque internis diuitiis: & conuenit mihi, quod in Apoca- Apoca. 3
lypsi habetur, Tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus, sum quoq; & dolens, propter pec-
cata commissa, & mundi errores ac tuas iniurias: idcirco, salus tua deus suscepit me, hoc est, gratia
tua saluifica mihi infusa est, & tuipse, qui es vera salus omnium electorum me misericorditer suscepi-
sti, propterea gratias referam deo, & laudabo nomen dei cum cantico, psalmodiæ, diuinorū hymno-
rum, deuotionisque feruidæ, quia non clamor, sed amor insonat auribus omnipotentis. Cætera pa-
tent ex præcedenti expositione. Ecce psalmum præclarum & sanctum audiuimus, de Christi passio-
ne, Iudæorum excæcatione, & ædificatione ecclesiæ, diffuse ac lucide pertractantem. Discamus igitur
exemplo Christi, in omni persecutione esse patientes, in omni tentatione constantes, in omni aduer-
sitate robusti. Continentur quoque in psalmo præsenti deuotissimæ & ardentissimæ orationes, mi-
rabili dulcedine redundantes. Quid enim tam amorosum atque suaue, sicut tres versus illi, Exaudi
me domine, quoniam benigna est misericordia tua, &c. Cum multa itaque mentis custodia, mundi-
tia & feruore ingenti, canamus semper hunc psalmum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXIX.

D

### EXPOSITIO TITVLI.

HAbet autem hic Psalmus titulum istum, In finem Psalmus Dauid, in rememoratione quòd saluum fecit eum dominus: hoc est, Psalmus iste à Dauid conscriptus, & in finem, qui Christus est nos dirigens. Psalmus, inquam, sancti Dauid, hic in persona hominis iusti loquentis, in rememoratione, id est, de memoria, quòd saluum fecit eum dominus. Et ita Dauid fecit hunc psalmum ad recolendum beneficia sibi diuinitus præstita. Nicolaus de Lyra dicit hunc psalmum in Hebræo taliter intitulatum, Ad victoriam Dauid, ad recordandum. In translatione quoque Hieronymi iuxta Hebræum sic, Victori ad recordandum. Quod autem adiungitur, quòd saluum fecit eum dominus, asserit ab aliquo expositore adiunctum: propterea ait hic esse prophetiam de futuro, ita vt præuidit in spiritu sancto, principium huius Psalmi esse recordandum in omni canonicarum horarum initio. Vel iuxta initium, sicut iam fit in ecclesia. Loquens ergo propheta in persona viri iusti, tribulati, atque tentati, ait,

### PRECATIO.

*Deus autor salutis humanæ contra quærentes animam nostram in adiutorium nostrum intende: ut eorum per te infestatione a nobis cessante te adiutorem & protectorem nostrum magnificemus sine fine.*

¶ EXPOSITIO psalmi. B

DEVS in adiutorium meus intende] id est, ad hoc respice in me, vt adiutorium
Iere. 29 mihi impendas. Intende in adiutoriũ meum, non in derelictionem, excæcatio-
Mich. 2. nem, dãnationemq́ue meam. Cogita super me cogitationes pacis, nõ afflictio-
nis, quemadmodũ de quibusdã dicis, Ecce ego cogito super familiam istã ma-
lum, vnde non auferetis colla vestra. Sed quia ô domine indesinenter tua ope
indigeo, tua conseruatione subsisto, idcirco [DOMINE ad adiuuandũ me fe-
Iohan. 15 stina.] Tu enim dixisti, Sine me nihil potestis facere. Et per Paulum, Non su-
2. Cor. 3. mus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra
ex deo est. ¶ (2) CONFVNDANTVR & reuereantur, qui quærunt animã meam] Versus iste, cũ
duobus sequẽtibus, exponi potest dupliciter in bono & in malo. Primo igitur exponẽdi versus isti in
bono, eritq; sensus, Confundantur de suis peccatis, & ex confusione pœniteãt & reuereãtur, hoc est,
deũ honorent, deumq; iudicẽ expauescant, qui quærũt animã meã .i. hostes mei, q̃ quærunt vitã meã
corporalẽ lædere siue extinguere, aut spiritũ meũ inficere atq; subuertere. Est autem duplex cõfusio,
Eccle. 4. quẽadmodũ ait scriptura, Et confusio adducens peccatũ, & est confusio adducens gratiã & gloriam.
Ibidem. Confusio adducens peccatũ, est verecundari de bono. Vnde scriptũ est, Non confundaris confiteri
Roma. 6. peccata tua. Confusio autẽ adducens gratiã in præsenti, gloriamq́ue in futuro, est verecundari de ma F
lo culpæ: sicut de quibusdam ait Apostolus, Quem fructũ habuisti tunc in illis, in quibus nunc erube
scitis? ¶ (3) AVERTANTVR retrorsum] hoc est, à malo opere cessent, á proposito prauo desi-
stant, neque in malo procedant & crescant [ET erubescant] q̃ tam inhoneste ac vitiose egerunt aut
agere optauerunt [QVI volunt mihi mala] pœnæ vel culpæ, quod ad inuidiam pertinet, & ita vir iu
stus pro aduersariis suis intime deprecatur. ¶ (4) AVERTANTVR statim] à suo errore [ERV-
BESCENTES] de propria iniquitate, quoniam periculosum est eis perseuerare in culpa [QVI di-
cunt mihi, Euge euge] gaudendo de mea miseria. vel de mea prosperitate se gaudere dicentes, nõ ve-
re sed adulatorie aut irrisorie. Habet autem homo duplices hostes, inuisibiles atque visibiles. Si ergo
inuisibilibus hostibus nunc loquamur, tunc ista nullo modo exponenda erunt in bono, præsertim
cum hostes huiusmodi sint incorrigibiles & obstinati. Secundo exponuntur in malo, hoc modo.
Confundantur iniqui, confusione reprobationis diuinæ ac damnationis æternæ, & reuereantur, id
est, verecundentur in conspectu iusti iudicii dei, de peccatis propriæ voluntatis, quemadmodum in
Osee. 11. Osee scribitur, Confundetur Israel in voluntate sua. Solet enim interdum reuereri, accipi pro ve-
Eccle. 23 recundari, sicut & irreuerens dicitur inuerecundus: iuxta illud, Animæ irreuerenti ne tradas me, qui
Ierem. 2. quærunt animam meam seducere, vel vitam meam destruere. Auertantur retrorsum, id est, à sum- G
Ierem. 8. mo bono auertantur, & caducis ac vanis rebus inhæreant, sicut de eis dominus per Ieremiã ait, Ver-
terunt ad me dorsum, & non faciem. Et alibi, Auersus est populus iste auersione contentiosa: & eru-
bescant, erubescentia damnationis non confessionis, qui volunt mihi mala, siue suã voluntatem per-
Deut. 7. ducant ad actũ, siue non. Auertantur statim erubescentes .i. protinus gratia tua priuentur & nomen
tuũ confiteri, suaque vitia propalare, erubescant. Vnde Moses loquitur, Dominus deus tuus, ipse est
deus fortis & fidelis, reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat, protinus
eis restituens quod merẽtur. In præsenti etenim seculo statim subtrahit eis gratiam atque protectio-
nem, permittens eos cadere de malo in malũ, quod est maxima vltio. ¶ (5) EXVLTENT] hoc est,
signa lætitiæ foris ostendant, & ex interiori hilaritate quasi extra se saltent [ET lætentur] interiori
gaudio [IN te] non in vanitatibus mundi [OMNES qui quęrunt te] fide & opere, aut faciẽdo quod
in se est, vt gratiã tuam, contẽplationem ac dilectionẽ bonitatis tuæ acquirant, conseruent, possideãt
[ET dicant, semper magnificetur dominus] hoc est, ab omnibus honoretur ac benedicatur, magnus-
que esse cognoscatur [QVI diligunt salutare tuũ] id est, salutem gratiæ in præsenti, & beatitudinem
gloriæ in futuro. Vel salutare tuũ Christum omniũ saluatorem. ¶ (6) EGO vero egenus & pauper
sum.] Egeni sumus, propter imperfectionẽ naturalem animę nostrę ac virium eius. Anima enim ra
tionalis est infima in ordine intellectualiũ substantiarum, & intellectus possibilis in principio sui, est
Esa. 64 tanquam tabula omni carens pictura. Voluntas quoque naturaliter ad malũ procliuis est, & memo-
Matth. 6. ria labilis. Pauperes vero sumus propter gratię imperfectionẽ. Nam omnes nostræ iustitiæ sunt, ve- H
1. Reg. 18 lut pannus menstruatæ: & hoc ipsum quod boni in nobis est, aliunde recepimus, nec aliquid ex pro-
priis viribus præualemus. Propter quod quotidie mendicamus panem à patre cœlesti, dicentes, Pa-
nem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Et ipse Dauid alio loco, Ego, inquit, sum vir pauper & te-
nuis. Cum ergo sim adeo egenus & pauper, ô [DEVS adiuua me] per gratiæ infusionem, per Chri-
sti passionem, per angeli sancti custodiã, per intercessionem sanctorũ, per consiliũ atque auxiliũ pro-
ximorum & prælatorum meorũ. ¶ (7) ADIVTOR meus] in faciendo bono [ET liberator meus]
in declinando à malo [ES tu] & alius nullus, nisi in tua virtute hoc faciat [DEVS meus] quem sin-
gulariter amo & colo [NE tardaueris] preces has implere. Denique psalmus iste de Christo exponi
potest. Nam ipse vt homo frequenter petiuit adiutorium dei, vt à morte suscitaretur, in corpore glo-
rificaretur, & per totũ orbem clarificaretur. Sed expositio ista ex sæpe inductis atque dicendis claris-
sime patet. Nam & psalmus iste pro magna parte in psalmo sequenti continetur, totus vero contine-
tur in psalmo. xxxix. cuius exordium est. Expectans expectaui dominũ, ab illo loco quo dicitur, Com
placeat tibi domine vt eruas me. Siue autem de Christo, siue de eius membris exponatur hoc quod
dicitur, Confundantur & reuereantur, &c. cum duobus sequentibus versibus, quando in malo expo-
nitur, tripliciter intelligi potest. Primo, per modum pręnuntiationis, non imprecationis, ad designan

A dum quid impiis sit futurũ, nisi pœniteant. Secundo, per modũ declarationis ostendẽtis quid merean
tur maligni. Tertio per modum orationis, qua se hõ conformat diuinæ iustitiæ, cupiẽs impios iustas
luere pœnas, vel in pſenti ne æternaliter pereant, vel in futuro, nisi iam cõuertátur & deo ministrẽt.
Si autẽ intelligátur hi versus de inuisibilibus hostibus, tũc simpliciter & absolute accipiũtur in malo.
Magna proinde & admiranda est virtus primi versus psalmi pſentis, propter quod merito mater ec-
clesia à spũ sancto instructa, instituit in singularũ horarũ principio, vel circa principiũ dici hunc ver
sum quatenus diuinæ subuẽtionis clypeo præmuniti, vniuersas euadamus inimici insidias, qui vtique
tunc nobis fortius insidiatur nequius q; obsistit, dũ diuina inchoare curamus. Laudem præterea huius
versiculi, illustriss. pater noster Cassianus lib. primo collationũ, pulchre ꝓsequitur, describẽs ea quæ
ex ore Sancti Anachoretę abbatis Isaac didicit. Ad ꝑpetuã (inquit) dei memoriã possidendã, hic ver-
sus inseparabiliter proponẽdus est menti: recipit.n. oẽs affectus qui inferri possunt humanæ naturæ,
& ad oẽm statũ atq; vniuersos incursus proprie & cõuenieter aptatur. Habet siquidẽ aduersus discri
mina inuocationẽ dei, habet humilitatẽ piæ cõfessionis habet solicitudinis, ꝑpetuiq; timoris vigilan-
tiã, habet cõsiderationẽ fragilitatis suæ, exauditiõis cõfidentiã semp præsentis, astãtisq; præsidii. Qui
enim iugiter suũ inuocat ꝓtectorẽ, certus est eũ semp esse pſentẽ. Habet amoris & charitatis ardorẽ.
B habet insidiarũ contẽplationẽ inimicorũq; formidinẽ, qbus perspiciens se die noctuq; vallatũ, confi-
tetur se nõ posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hic versiculus omnibus infestatione dæmonũ la-
borãtibus inexpugnabilis murus est, & impenetrabilis lorica ac munitissimus clypeus. Hic versus in
acedia & anxietate animi collocatos seu tristitia, vel cogitatiõibus qbuscunq; depressos, salutis reme
dia desperare nõ patitur, ostendens illũ quem inuocãt inspicere iugiter nostra certamina, nec eũ suis
deesse supplicibus. Admonet nos versus iste in prosperis successibus, spiritalibusq; profectibus non
extolli, sed sicut in duris ac tristibus, ita in lętis ac prosperis nos semp diuino indigere auxilio, quate-
nus ab illis eruamur, & in istis stabiliter immoremur. Porro quocunq; pctõ pulsemur, quacunq; pas-
sione tentemur, quacunq; aduersitate, euagatione, ariditate, tædioq; molestemur, semp nobis claman
dum est, Deus in adiutoriũ meũ intende, &c. Huius ergo versiculi meditatio, in tuo pectore indisru-
pta voluatur. Hunc in omni opere, ministerio, atque itinere decantare nõ desinas. Hunc dormiens &
reficiens, & in vltimis naturæ necessitatibus meditare. Hæc enim meditatio, non solũ ab omni dæmo
num incursione te illæsum custodiet, sed à cunctis quoque vitiis terrenæ te cõtagionis expurgans, ad
illas inuisibiles ac cœlestes theorias perducet, atque ad illum ineffabilem ac perpaucis expertũ, pro-
uehet orationis ardorem. Hunc versiculum meditando obdormi, donec incessabili eius exercitatione
C formatus, etiam per soporem eum decantare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, vni-
uersas quoque cogitationes inanes anticipet, teque omni tempore prosequatur.

col. x. cap. x. de institutione orationis ... et c. 2a col. abbatis Isaac de oratione

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXX.

EXPOSITIO Tituli.

PRæsentis psalmi titulus est, Psalmus Dauid filiorũ Ionadab, & primorũ captiuorũ Ieremias nar- Iere. 35.
rat, quomõ Ionadab filiis suis præcepit, non bibere vinũ, neq; in domibus residere, sed in taberna
culis habitare: cui filii fideliter obedierunt, propter quod dñs improperat filiis Israel, ꝙ verba Iona-
dab præualuerunt verbis suis, quibus filii Israel obedire neglexerunt. Psalmus vero iam declarandus
non agit de ista historia, sed de re significata per eã, videlicet de his, qui diuinæ voluntati sponte obe
diunt, qui fuerunt primi captiui, hoc est, antequã ad deum conuersi sunt, subditi erant seruituti pecca
ti, & iugo diaboli, quemadmodũ ait Apost. Nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis no- Ephe. 2
stræ, & eramus natura filii iræ sicut & cæteri. Quamdiu enim portamus imaginem præuaricationis Roma. 5.
Adę captiui ducimur in legẽ peccati, dũ vero imaginẽ Christi portare incipimus, imitando vestigia
eius, liberamur à misera captiuitate culpæ atq; diaboli, efficimurq; filii gratiæ, & in dño liberi. Hinc
enim dicit Apost. Primus homo de terra, terrenus: secũdus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, 2. Cor. 15
tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, porte-
mus & imaginẽ cœlestis. Sensus itaque tituli est. Psalmus iste, qui est Dauid prophetæ, sicut authoris,
editus est ad instructionẽ filiorum Ionadab, hoc est, filiorum obedientiæ, sponte seruientium deo pri
D morum captiuorum. i. filiorum qui erant captiui, secundum modũ iam dictum, antequã domino obe-
dirent, cui seruire, est vere regnare. Loquens ergo propheta in persona hominis vehementer afflicti,
& in domino pure ac integre confidentis, sibique nil boni aut perfectionis attribuentis, ait.

PRECATIO.

*Deus misericordiæ ineffabilis, ne elongeris à nobis, respice in auxiliũ nostrum: & ne nos derelinquas usque in senectam & senium: uiuifica nos & pie consolare, & gloriæ magnitudinem tuæ fac nos perpetim digne decantare.*

EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

IN TE domine speraui] id est, in tua pietate immensa, in tua bonitate purissi-
ma, in merito passionis tuæ, ô Christe, non in propriis meritis, vel in incerto Mat. 25
diuitiarum, aut in aliquo bono creato caduco & vano cõfisus sum, idcirco oro
vt [NON confundar in æternum] id est, ne ęternaliter peream, nec in die iudi
cii, verbum illud æternæ confusionis, cum reprobis audiam, Ite maledicti in
ignem æternum. Quamuis ergo o domine in præsenti vita à malignis confun-
dor, despicior, tribulor, non confundar in æternum, nec spei meæ priuer effe-
ctu, sed fructũ eius adeptus salui ficer, quemadmodum testatus es speranti in te
per Ieremiam, Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam [IN Iere. 39.

iustitia tua libera me.] Iustitia dei duplex est, scilicet increata, quæ est ipsemet deus. In hac iustitia li- E
berat deus viros iustos atque perfectos, qui merito suæ conuersionis virtuosæ, saluari merentur à do-
mino. Alia vero est iustitia dei creata, quę dici potest omnis gratia, virtus, & perfectio nobis à deo cō
cessa. Omnis enim nostra iustitia, est dei, sicut datoris, cōseruatoris, ac pręmiatoris. Specialiter tamen
ista iustitia d·ci potest pœnitentia seu forum pœnitentiale, in quo de peccato iustitia agitur, dū ipsum
corrigitur atque punitur. In hac ergo iustitia pœnitētiali, qua homo de propria culpa dolet, seque ad
deum conuertit, petit liberari peccator & pœnitens, qui nondū virtutibus plenus est, nec bonis ope-
ribus meritisque abundans. Ait ergo: in iustitia tua. i. sicut exigit tua diuina iustitia, libera me à malo
culpæ, in seculo isto erue: & me à malo pœnæ, in seculo venturo. Hoc enim diuina iustitia tua exi-
git, vt sperantē in te, pœnitētemq; liberes. Vel, in tua iustitia, mihi à te infusa ac data, videlicet merito
actuum virtuosorum, quos virtute gratię tuæ feci, libera me. Liberatio enim actui virtutis correspon-
det. Nec ista petitio repugnat ei quod dictum est, In te domine speraui, Spes eoim principaliter inni
titur deo, secundario autē innititur proprio merito, quod homo agnoscit sibi à deo concessum, quia
& nostra merita suot dei dona. ℂ (2) INCLINA ad me aurē tuam] hoc est, misericordiā tuam ap-
plica mihi [ET salua me] nunc per gratiā, per opera virtuosa, per inchoationem felicitatis futuræ, vi
delicet per contemplationem deiformem & consolationem internā, in futuro vero me salua per glo
riam. ℂ (3) ESTO mihi in deū protectorem, & in locū munitum] hoc est, tu qui es omnium deus & F
conseruator, sic sis mihi deus vt me protegas & conserues, sicut in loco munito custoditur homo à ia
culis atque insidiis inimici, quatenus sicut qui ostendit & iram iudicis metuit, ad locum refugii pro-
perat, & in eo tutatur, sic mihi peccatori sit semper recursus ad tuā clementiam, securitasq; in ea [VT
saluum me facias] quod ideo deprecor te. ℂ (4) QVONIAM firmamentum meum] i. causa totius
firmitatis stabilitatisq; meæ [ET refugium meum] hoc est, terminus fugæ meæ, spes mea, & summū
bonū meū, io quo solo salutē constituo [ES tu] domine. ℂ (5) DEVS meus eripe me de manu pecca
toris] i. de potestate diaboli, ne eius impugnationi succumbā. De quo in euangelio scriptum est, Ho-
Iohan. 8. micida erat ab initio, & in veritate nō stetit. Et alibi, Diabolus ab ioitio peccat, eripe quoq; me [ET
de manu contra legē agentis] hoc est, cuiuslibet hominis impii iustos persequentis, ne ab homine ta-
1. Iohā. 3. li inficiar, & seducar [ET iniqui] qui fraternæ charitatis iura dissoluens, me persequitur sine causa,
maxime tamen ô dn̄e, eripe me de manu peccatoris, hoc est, à meipso peccatore, secundum quod im
pius sum, & de manu meiipsius contra legem agentis cōuertendo me ad te, ne talis sim qualis fui, sed
Prou. 12. esse desistam iniustus: quemadmodū scriptum est, Verte impios, & non erunt. ℂ (6) QVONIAM
Iob. 17. tu es patientia mea domine] id est, causa, finis, & præmium patientiæ meæ. Vnde & Sanctus Iob ait,
Vbi est præstolatio mea & patientia mea? Tu es domine deus meus [DOMINE spes mea à iuuentu-
te mea] vel corporali, quoniā multi à iuuentute iugum domini super se portant, & in deo confidunt,
illi videlicet q in prima vigilia conuertuntur. Propter quod Ieremias testatur, Bonū est viro, cū por- G
Thren. 3. tauerit iugum domini ab adolescentia sua. Et alius, Laudabo nomen tuum dn̄e assidue, & confitebor
Eccle. 51. tibi cum adhuc iunior sum, antequā oberrem. Vel, à iuuentute mea spirituali, hoc est, ab illo tempore
quo cœpi renouari spiritu mentis meæ, expoliando me veterem hominem cū actibus suis, & induen-
Colo. 3. do nouum qui renouatur in agnitionem dei secundum Apost. Ab hac iuuentute est deus spes homi-
nis, quia sic renouari & taliter conuersari nemo potest, nisi in dn̄o sperans. ℂ (7) IN te confirma-
tus sum ex vtero] hoc est, tua virtute sum conseruatus in esse naturali in vtero matris meæ carnalis,
vsque ad egressum ex vtero, & deinceps. Nisi enim deus conseruaret infantē in vtero, esse & perma-
nere non posset, sicut nec aliquid sine manutenentia dei subsistere valet, & nisi infantē in vtero à cun
ctis præseruaret periculis, frequenter, facileque moreretur in ventre. Propterea dicit S. Thomas &
alii multi, quod infanti adhuc in vtero existenti, deputatur angelus bonus qui eū custodiat [DE ven-
tre matris meæ tu es protector meus] hoc est, ab ortu natiuitatis meæ vsque in præsens, tu protexisti
me per teipsum, & angelum tuum sanctum. Quanuis enim iusto iudicio suo, permittat deus aliquem
aliquando cadere, quemlibet tamen electum in tantum defendit, quod non permittit eum in peccato
mortali decedere, vel à diabolo finaliter absorberi, imo in quolibet reprobo hoc agit misericordia
creatoris, q per angelicam custodiam à multis malis retrahitur, atq; ad aliqua bona instigatur. Spiri- H
tualiter vero, ita exponendus est versus iste. In te confirmatus sum, hoc est, in fide & gratia tua cœpi
stabiliri ex vtero. i. ex catechismo, vbi in Christiana doctrina instructus sum dē ventre matris meæ,
hoc est, de ventre ecclesiæ, vtpote ex sacro baptismate, in quo spūaliter regeneratus sum ex aqua &
Iohan. 3. spū sancto. In baptismo enim infunditur nobis gratia, fides, spes, charitas: tu es protector meus, me
conseruando in donis gratiæ, gratum facientis, in baptismo collatis. ℂ (8) IN te cantatio mea sem-
per] i. laus mea vocalis, exultatio cordis, & regratiatio animæ meæ, circa tua beneficia versatur, & de
tua bonitate concipitur, ita quod incessabiliter te laudare desidero, in omni loco, causa, ac tēpore. Et
si hominē laudo, vel aliquid creatū, hoc ago ad gloriā tuam, tibi omnia bona ascribens, & ad tuū ho-
Psalm. 9. norem omnia referens, nec aliquē laudo in malo, sicut superius dictum est. Qm̄ laudatur peccator in
desideriis animæ suæ, sed si quē laudo propter virtutes, & gratiæ dona hoc facio, Hoc modo Paulus
suos frequenter laudauit discipulos [TANQVAM prodigiū factus sum multis] hoc est, velut porten
tum à multis sum reputatus, irrisus ac spretus, quoniam vita mea, vitæ illorū dissimilis inuenitur, tem
poralia enim, carnalia, & delectabilia, quæ ipsi magnipendūt, laudant, acquirunt & diligunt, ego ve-
lut stercora arbitror, vt Christo pura ac libera mente adhæream, cœlestia, inuisibilia & æterna, ter-
renis, visibilibus & transitoriis præfero: patrē, matrē, fratres, sorores, vxorem, propinquos, agros, &
cætera vniuerso pro Christi amore relinquo, ideo vitam meā putant insaniam. Vnde & ait diuinus

A Aposto. Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Ad Philippenses quoque, Existi 1.Cor.4.
mo inquit omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. Hine Phil.3
etiam per S. Ezechiel, ait ad populum suum, Ezechiel erit portentum vestrum. [E T tu adiutor for Ezec.24
tis] id est, tu domine fortiter mihi astitisti, magnamque gratiam ac fortitudinem donasti, ita quod
propter improborum irrisiones & persecutiones non recessi à te, nec ab opere bono cessaui, sicut
heu plurimi facere solent, qui dũ se ab aliis aspernari, molestari & vituperari conspiciunt, viam per-
fectionis arreptam relinquunt. Quo contra exhortatur nos diuinus Apostolus, Per patientiam cur- Hebr.12.
ramus ad propositũ nobis certamen, aspiciẽtes in authorẽ fidei Iesum, qui proposito sibi gaudio susti
nuit crucem confusione contẽpta. Recogitate eum, qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersus semet-
ipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris. Et rursus, Exeamus igitur ad eum extra ca
stra improperium eius portantes. Deinde vir iustus cupiens de tantis beneficiis gratus domino in- Hebr.13.
ueniri, precatur. ℂ (9) R E P L E A T V R os meum laude] hoc est, tu domine mentem accende, il-
lumina, quatenus tuam bonitatem & beneficia contemplando, os diuina laude repleatur. Ex abun-
dantia enim cordis os loquitur, & nisi tu mentem diuino calore succenderis, cito fatigabitur in tua Mat.12.
laude os corporis: imo & spiritus meus, idcirco superius dictum est, Sicut adipe & pinguedine re-
B pleatur anima mea, scilicet diuino amore, & labiis exultationis laudabit os meum. Vnde nunc ple- Psal.62
nius subdit, cur petat os suum laude impleri. [V T cantem gloriam tuam] hoc est, quatenus prædi-
cem famam tuam gloriosam, tuamque excellentiam cantando annunciem [T O T A die magnitudi-
nem tuam] hoc est, semper quantum huic vitæ possibile est, maiestatem ac dignitatem tuam decan-
tem. Hoc nempe est diuinissimum ac illustrissimum præsentis vitæ exercitium in diuinis laudibus iu
giter delectari, hilariter occupari, affectuosissime immorari cum beatissimo Esaia prophera dicen- Esa.25.
do, Domine deus meus tu es, exaltabo te, & confitebor nomini tuo. Et iterum, Nomen tuum & me- Esa.26.
moriale tuum in desiderio animæ. Hæc est vere angelica cœlisormisque vita, diuinæ glorificationis
meritoria, sicut & ipse dominus affirmat, Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum. ℂ (10) N E 1.Regũ.2
proiicias me in tempore senectutis] Quemadmodum duplex assignata est nunc iuuentus, spiritua-
lis & corporalis, sic duplex senectus est. Vna corporis, dum calor deficit, & corporea virtus occum-
bere incipit. Alia vero est senectus animæ, dum spiritualis calor amoris frigescit, nec anima per gra-
tiarum incrementa renouatur, sed in negligentia sua & vitiis inueteratur, vel tædio persecutionum
grauatur, aut minus actiua in bonis efficitur. Et de vtraque senectute intelligi possunt hæc verba, Ne
proiicias me in tempore senectutis, hoc est, ne gratiam tuã auferas mihi, dum corporaliter senesco,
C aut mente deficio, sed tunc tanto benignius mihi subuenias, quanto me amplius indigere agnoscis, &
ideo, quasi exponendo quod dictum est, addit, [C V M deficiet virtus mea] corporalis aut spiritua-
lis, quod maxime fieri solet & potest in agone & tempore magnæ infirmitatis [N E derelinquas me]
In hoc versu sanctus Thomas singularem præcipuamque deuotionem habere solet, & in dulces la-
chrymas ac vberem fletum amorose resolui. Versus enim hic mirabiliter affectuosus est, efficax, & sa
lubris. Merito autem ô domine peto ista à te. ℂ (11) Q V I A dixerunt inimici mei mihi] quicquid
excogitare potuerunt ad fallendum & opprimendum me. Dæmones enim honores proponũt, mun
dus diuitias, caro delitias. [E T qui custodiebant] hoc est obseruabant [A N I M A M meam] ad deci-
piendum [C O N S I L I V M fecerunt in vnum] id est, pari proposito & fine eodem facti vnanimes ad
perpetrandum illicita. ℂ (12) D I C E N T E S, deus dereliquit eum.] Quoniam enim factus sum il-
lis prodigium, putant vitam meam domino non placere, præsertim cũ videant se in hoc seculo pro-
sperari ac præualere, me vero variis calamitatibus fatigari atque deficere. Hoc nanq; opinantur ma-
ligni dum iustos cernunt affligi, se autẽ lætari ac dominari. Vnde Abacuc, Quia, inquit, impius præ- Abacuc.1
ualet aduersus iustum, propterea egreditur iudiciũ peruersum: & quia me putant à deo derelictũ, ar-
bitrantur se obsequium præstare deo me persequendo, & cohortando se dicunt, [P E R S E Q V I M I-
N I & comprehẽdite eum] hoc est, facite ei quod vultis [Q V I A nõ est qui eripiat eum] de manibus
vestris, ipse nanque humanum auxilium spreuit, & in deo confisus est. Non aduertũt isti insensati &
reprobi, quoniã sicut aurũ in fornace, sic deus probat electos, & quia per multas tribulationes opor-
D tet nos ingredi gloriam dei, quẽadmodũ apud sanctum Iob inducitur, Qui humiliatus fuerit, erit in Iob.22.
gloria, & saluabitur innocens. ℂ (13) D E V S ne elongeris à me] auxilium differendo, gratiã subtra-
hendo, aut minorari sinendo, sed ô [D E V S meus] in quo summe & plene cõfido [I N auxiliũ meum
respice] tanto gratiosius succurrendo, quanto illi malitiosius me subuertere enituntur. quemadmodũ
scriptũ est, Bonus dominus & cõfortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. ℂ (14) C O N Naum.1.
F V N D A N T V R] de suis sceleribus [E T deficiant] ab executione operis mali [D E T R A H E N T E S
animæ meæ] bonam eius famam denigrare optantes, quod est mortale peccatum, quoniam bona fa-
ma multũ preciosa atq; amabilis est, & melior cunctis diuitiis, quẽadmodũ Salomon profitetur, Me- Eccle.7.
lius est nomen bonum q̃ vnguenta preciosa. Et rursus quidã, Curã habe de bono nomine, hoc enim Eccle.41
magis proderit tibi, q̃ mille thesauri. Propterea detractio est magis peccatũ q̃ furtum. [O P E R I A N-
T V R confusione] prædicta [E T pudore] qui in cõfessione peccati maxime cooperatur ad culpæ re-
missionem, etiam quantum ad pœnam [Q V I quærunt mala mihi] inferre, meque ad peccandum in-
ducere aut simili modo iniuste affligere. De hac bona confusione apud Ezech. scriptum est, Confun Ezec.36.
dimini & erubescite super viis vestris ait dñs. Veruntamen quomodo ista cõfusio, pudor, & defectio
multipliciter accipi queant, in præcedentis psalmi explanatione inductum est. ℂ (15) E G O autem Psal.69
semper sperabo] i. quantũcunq; illi me persequantur verbis & factis, occulte & publice, ego nihilo-
minus incessanter in te confidere volo, sicut beatus Iob de se fatetur, Etiam si occiderit me, in ipso Iob.13.

Prou.3. ſperabo. Et Salomon, Habe fiduciã in dño ex toto corde tuo. Et, Expecta dominum & liberabit te. E
Prou.20. [ET adiiciam ſuper omnẽ laudem tuam] .i. omnem laudem qua te venerari potero, vel ab aliis es lau
datus, confitebor eſſe minorem tua dignitate, & in infinitum deficere à præconio, quo tu dignus es
propter tuæ bonitatis plenitudinẽ prorſus immenſam: iccirco quantum mihi poſsibile fuerit ſemper
conabor te nouis hymnis laudare, perfectiori laude extollere, & nũquam à tua laude ceſſare. ℭ (16)
OS meum annunciabit] apud ſe te laudando, teque coram aliis prędicando, [IVSTITIAM tuam]
qua vnicuique reddis quod meretur, & ſine perſonarũ acceptione omnia operaris. Te ergo ô domi-
ne iuſtificabo, tua iudicia approbabo, me vero accuſabo & condẽnabo. Poteſt quoque per iuſtitiã dei
Prou.8. ſacra ſcriptura intelligi, in qua diuinæ iuſtitiæ præcepta atque conſilia continentur. Vnde Sapientia
ait, Iuſti ſunt omnes ſermones mei, & non eſt in illis peruerſum quid neq; prauum, & ita dei iuſtitiã
annunciare, eſt ſacrã ſcripturam docere, prædicare, aut legere. Annunciabit quoque os meũ [TOTA
die ſalutare tuum] hoc eſt, indeſinenter competentibus horis diei, narrabo atque laudabo dñm Chri
ſtum omnium ſaluatorem. Vel ſalutare tuum .i. ſalutem & ſaluationẽ quam nobis miſericorditer im-
pendiſti per Chriſtũ, atq; in cœlis paraſti. ℭ (17) QVONIAM nõ cognoui literaturã] Iſtud variis
modis exponi poteſt. Primo ſic: non cognoui literaturam .i. non approbaui inanem philoſophiam, &
2.Co.10. omnem ſcientiam extollentem ſe aduerſum ſcientiã dei: non ꝗ philoſophia ſit per ſe odibilis aut vi-
tanda: ſed quia non debemus in ea quieſcere & inaniter gloriari aut inflari, ſed ad diuinam doctrinam F
ipſam ordinare. Vel non cognoui literaturam, id eſt, nihil me ſcire arbitratus ſum quando in conſpe-
ctu dei meipſum conſtitui, & ad eius ſapientiã infinitam me cõparaui. Vel, non cognoui literaturam,
id eſt, aliquã ſcientiam per humanã exercitationẽ, informationem & ſtudiũ. Hoc non cõpetit omni-
Act.4. bus, ſed Petro & Iohanni, de quibus legitur ꝗ erant homines ſine literis & idiotæ. Dicitur etiam con
1.Reg.16 uenire ſancto Dauid, qui tempore ſuæ iuuentutis oues paviſſe legitur, non ſcholas frequẽtaſſe, vt ali-
& 17. qui dicunt: ſed non videtur certum, quia & pſalmos metro conſcripſit. Quoniam ergo his modis vel
aliquo horum, non cognoui literaturam [INTROIBO] per contemplationem ſupernaturalem [IN
potentias domini] id eſt, in perfectiones ſeu veritates diuinas, easque cognoſcam & alios inſtruam.
Perfectio dei & virtus eius eſt vna ac ſimplex, vtpote ſua eſſentia, ſed dicuntur plures potentiæ, per-
fectiones, virtutesque dei, quoniam deus in ipſo ſuo ſimpliciſsimo eſſe omnium rerum perfectiones
eminentiſsime comprehendit. Ad harum diuinarum perfectionum, quæ ſunt ſapientia, iuſtitia, miſe-
ricordia contemplationem ingreditur, qui in proprio ſenſu non confidit, neque naturali rationi in-
Mat.11. nititur, ſed diuinitus illuſtratur. Vnde & Chriſtus in euang. Confiteor tibi pater, quia abſcõdiſti hæc
à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis. Quid eſt à ſapientibus & prudentibus, niſi à li-
teratis? Et nonne Paulus literatus erat qui legem ad pedes Gamalielis didicerat? Quid ergo eſt, ab-
ſcondiſti hæc à ſapientibus, prudentibus, & literatis, niſi ab his, qui in ſua ſapiẽtia & literatura inani-
Mar.18. ter gloriantur, ſeque ſapientes & literatos arbitrantur? Tales propter ſuam ſuperbiam diuinę illumi- G
1. Cor. 3. nationis capaces non ſunt, nec fiunt, niſi conuertantur & efficiantur vt paruuli. Ideo nanque ait ſa-
pientiſsimus Paulus, Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Vel ſic, introibo
in potentias domini .i. fortes dei illuminationes & potentes ac magnas gratias eius recipiam, tanquã
nihil de proprio ſperans ingenio, ſed deo me humiliter applicando, ſicque contemplabor & ſciam q̃
potens & glorioſus ſit deus meus, & tunc ô domine [MEMORABOR iuſtitiæ tuæ ſolius] hoc eſt
tuam duntaxat iuſtitiam commemorabo, nihil de mea iuſtitia allegabo, omne bonum, virtutẽ, & gra-
tiam tibi aſcribam, omne malum, omnem defectum & culpam mihi attribuam, dicamque cum Apo
ſtolo, Gratia dei ſum id quod ſum. Et denuo, Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Et
Gala.1. iterum, Ignorantes (inquit) dei iuſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Et
Roma.8. quaſi quis diceret, ſi ô ſerue dei literaturã non noſti, quomodo tam decora documenta atq; ſublimes
ſententias noſti atq; conſcribis? Reſpõdet ad dñm loquens. ℭ (18) DEVS docuiſti me] per inſpira-
tionem ſpũs ſancti & illuminationẽ ſupernaturalẽ [A iuuentute mea] vel corporali, vel ſpirituali, de
quibus modo ſatis prædictũ videtur [ET vſq; nunc] cõſeruando augendo, ſeu perficiendo gratiã tuã
in me [PRONVNCIABO mirabilia tua] quæ facis in cœlo & in terra in operibus naturæ ac myſte
riis gratiæ, maxime tamen incarnationẽ, paſsionem, & mortem tuã ô Chriſte pronunciabo. ℭ (19) H
ET vſq; in ſenectam] ſpiritualẽ [ET ſenium] corporale, de quibus diſtinctio aſsignata eſt, pronun-
ciabo mirabilia tua [DEVS ne derelinquas me. ℭ (20) DONEC annunciem brachiũ tuum] .i. maie
ſtatis tuæ potentiã. Vel brachium tuũ .i. vnigenitum filium tuũ, qui eſt fortitudo & virtus tua, de quo
Eſa.25. Eſaias dixit, Parauit dñs brachiũ ſuũ in oculis omniũ gentium. Sicut & ſpũs ſanctus vocatur digitus
Lucę.11. dei ratione ſui effectus, qm̃ cuncta demõſtrat, ſic filius appellatur brachium dei, qui omnia portat &
Hebr.1. ſuſtentat verbo virtutis ſuæ: annunciem itaq; dñe brachiũ tuum [OMNERATIONI omni quæ ven
tura eſt] vſque ad finẽ mundi. Hoc author pſalmi præſentis excellenter perfecit. Per librũ enim pſal-
morũ quem edidit & nobis reliquit, annuntiat iſta indeſinenter toti mundo, & quilibet noſtrum hoc
agit, dum quantũ ſibi poſsibile eſt nomen dei glorificat, & eius honorem augere conatur, atque poſt
ſuã mortem diuinæ legis teſtimonia diſſerit, verbo, fama, & vita verũ eſſe conteſtans quod fides affir
mat catholica. Annunciem quoq; ô dñe. ℭ (21) POTENTIAM tuam] quæ vere immenſa eſt, per
quã omnia creaſti, cõſeruas & regis [ET iuſtitiã tuam deus] qua vnicuiq; quod meretur repẽdis: po
tentiã inquam & iuſtitiam tuã annunciem, non ſecundũ ꝗ in ſe eſt, qm̃ ſic omnino incognita eſt, ſed
per cõparationẽ ad ſuos ſublimes effectus, videlicet [VSQVE in altiſsima quę feciſti magnalia.] Quę
autẽ ſunt iſta magnalia altiſsima à deo producta, niſi angelicorũ diſtinctio ordinũ, creatio viſibiliũ &
inuiſibilium, beatificatio electorum, gubernatio mũdi, iuſtificatio impii, redemptionis humanæ my-

A ſteria & reliqua dei prodigia,ſigna atque miracula?Io his effectibus relucet creatoris iuſtitia & admi
randa poteotia. Com ergo tanta ſint tua magnalia,ô [DEVS quis ſimilis tibi?] quaſi dicat,nullus.Si-
militudo autem eſt doplex,imitatiua ſeu imperfecta,& naturalis ſeu perfecta. Secundum primam ſi-
militudinem creatura ſimilis eſt creatori,præcipue homo, qui ad dei imaginem & ſimilitudinem fa-
ctus eſt:ſed quantum ad ſimilitudinem ſecundam nil creatum ſimile eſt creatori. Vnde per Eſaiam Eſa.40.
prophetam dicitur,Cui ſimilem feciſtis deum,atq; quam imagioem poneris ei?Et Iob,Eece excelſus Iob.36.
deus io fortitudine ſua,& oullus ei ſimilis io legiſlatoribus.❡ (22) QVANTAS] ô deus[OSTEN
DISTI mihi] per experientiã [TRIBVLATIONES] mundi,carnis,ac dæmonũ [MVLTAS] ou
mero [ET malas] malitia pœnæ aeerbas ac duras,aut certe ioiuſta ſeu mala intentiooe aliorum illa-
tas [ET conuerſus].i.placatus & mei miſertus [VIVIFICASTI me] vita gratiæ, auferendo à me
flagella iracũdiæ tuæ, [ET de abyſsis terræ].i.de ſubmerſione peccati,& fluctibꝰ ſeculi [ITERVM]
id eſt,frequenter [REDVXISTI me] ad ſtatũ ſalutis & gratiæ.❡ (23) MVLTIPLICASTI ma
gnificentiã tuam].i.magnã tuam potentiã multipliciter oſtendiſti in me, flagellãdo me variis modis
[ET conuerſus] ab ira tuæ vindictæ ad manſuetudinẽ tuæ dilectionis paternæ abſque tua mutatione
[CONSOLATVS es me] infuſione interioris lętitiæ,contẽplatiooe felicitatis futuræ, ſeu præmiorũ
B conſideratione & allocutione ſacræ ſcripturę,in qua dicitur, Quoniam ooo ſunt condignæ paſsio-
nes huius temporis ad futurã gloriam,quæ reuelabitur in oobis.Et,Si compatimur, & conregnabi- Roma.8.
mus.Huius autem cooſolationis meæ indicium eſt, ❡ (24) NAM & ego confitebor tibi] confeſ- Ibidem.
ſiooe laudis [IN vaſis pſalmi].i.in pſalmis quæ ſunt vaſa laudis diuinæ in ipſis contentæ. Vel in va-
ſis pſalmi.i.in viris deuotis,in quorum cordibus velut in vaſis cootinetur laus tua.Vel,in vaſis pſal-
mi.i.in pſalterio,quod dicitur vas pſalmorum [VERITATEM tuam deus].i.ad gloriã tuam confi-
tebor ſeu laudabo veritatẽ tuam in diuinis ſcripturis traditam. Vel,veritatẽ tuam increatam,quæ e't
omnis veritatis fontana origo, [PSALLAM tibi io cythara] ſpirituali, ſcilicet in carnis mortifica-
tiooe per cytharam ſignificata,ô domine qui es [SANCTVS Iſrael].i.ſanctificator populi te fideli-
ter contemplantis. ❡ (25) EXVLTABVNT labia mea] exteriora.i. ſigna lætitiæ manifeſtabunt Iudith.16
[CVM cantauero tibi] quoniam vultu hilaris ero, ſecuodum faciem ſanctorum cum te ore laudaue-
ro.Vel,exultabunt.i.exuberanter gaudebunt labia mea interiora, intellectus & voluntas,quibus in-
teriora verba & vota formantur cum cantauero tibi.i.ad tuum hoorem [ET anima mea quam rede
miſti] per gratiam tuam à culpa,atq; per ſanguinis tui precium à geheona, exultabit tibi cantando.
❡ (26) SED & lingua mea] interior ſcilicet intellectus [TOTA die] id eſt, horis aptis ac debitis
C [MEDITABITVR iuſtitiam tuam] reuoluendo iotra ſe legem tuam iuſtiſsimam. Vel lingua mea
corporea meditabitur,id eſt,ex interiori cogitatiooe loquetur iuſtitiam tuam. [CVM confuſi] id eſt,
repulſi,victi [ET reueriti] id eſt,perterriti [FVERINT qui quærũt mala mihi] id eſt,dæmooes mi-
hi nocere optantes,vel homines mali,de quorum confuſione atque repulſa gaudent boni tranquillã
vitã amantes.Sed quia in hac vita noo poſſumus plene erui,totaliter iugiterque ab eorum impugna-
tiooe eſſe ſecuri,iccirco verſus iſte anagogice exponi poteſt de ſtatu futuro in patria. Tunc enim lin
gua noſtra interior & forte etiam exterior tota die æternitatis,id eſt,continue & iodefeſſe meditabi-
tur iuſtitiam dei per contemplationem clariſsimam, cum coofuſi & reueriti fuerint, &c. quia io die
iudicii irreparabiliter confundentur omnes iniqui: iuxta illud Eſaiæ, Præcipitabit dominus mortem Eſa.25.
in ſempiternum,& opprobrium populi ſui auferet. Vode & viro electo ait dominus,Ne timeas quia Eſa.41.
ego tecum ſum.Ecce confundentur omnes qui pugnant contra te.

❡ENARRATIO allegorica eiuſdem pſalmi de Chriſto.

QVoniam pſalmus iſte glorioſus atq; decorus in principio ſui, verbis & ſenſu conformis eſt pſal
mo 30.qui ſic incipit ſicut iſte:in proceſſu autẽ ſimilis eſt in aliquibus pſalmo 21. cuius ex-
ordium eſt,Deus deus meus reſpice in me, quorũ vterque ad literam de Chriſto exponitur. Iccirco
ſtudendum eſt,vt & præſens pſalmus exponatur quãtum fieri poteſt de domioo ſaluatore. Chriſtus
ergo ſecundum ꝙ homo paſsibilis,& aliquo modo viator exiſterat,ad paſsionem propinquans, ora-
uit ad patrem dicendo,In te domine pater ſperaui,id eſt, omoe bonum quod deſideraui teq; rogaui,
D à te adipiſci confiſus ſum,non per ſpem,quæ eſt virtus theologica,ſed per quandam fiduciam. Spes
enim quæ eſt virtus theologica,eſt expectatio futuræ beatitudinis. Cum igitur anima Chriſti à ſuæ
creationis principio beata fuerit,deum videndo per ſpeciem, conſtat quòd ſpem talem noo habuit,
nihilomious habuit quandam præſtolationem ſiue fiduciam, de qua io Prouerb. ſcribitur, Gemma Prou.17.
gratiſsima expectatio præſtolantis. Sperauit nanque anima Chriſti à deo gloriam corporis, & alia
quædam ad præmium accidentale ſpectantia. Qooniam ergo in te domine ſperaui, nõ confundar io
æternum.i.quamuis ad tempus à Iudæis deſpicior & illudor,ab Herode quoque & Pilato atque eorũ Mat.26
militibus,non tamen duret diu iſta cõfuſio,ſed tertia die honorer à te per reſurrectionem beatam in Iohan.18
iuſtitia tua.i.ſecundum iuſtitiam tuam,& ſecundum exigentiam eius libera me à generatione hac in-
fideli ac peſsima,de qua locutus ſum.Quamdiu apud vos ero,quamdiu patiar vos?& eripe me ab o- Mar.9.
mni corporis mortalitate ac paſsibilitate. Inclina ad me filium tuum voicum & dilectum,aurem tuã,
quod oro,nõ quaſi incertus ꝙ ſic facies,ſed quia per orationẽ decreuiſti dare quod opto,vt ego oſtẽ-
dam me à te habere omoe bonũ quod habeo,aliiſque formam orandi exhibeam,& ſalua me ab omni
malo pœnę,dando etiam pręmium accidentale, videlicet corporis glorificationem & aſcenſiooem.
Eſto mihi in deum protectorem,ne ante tẽpus à te pręordinatum à Iudæis comprehendar,occidar,
aut lædar,qui me præcipitare lapidareque conati ſunt:ſed oon potuerunt, quooiam nondũ venit ho
ra mea.Eſto etiã mihi & in locũ munitum, vt in te quaſi in loco confugii ſecurus ab omni inuaſione

quiescam, vt saluũ me facias, animã corpori reuniendo. Quoniam firmamentum meũ .i. confirmator E
meę humanitatis, & causa vniuersę fortitudinis eius, & refugiũ meum .i. adiutor meus in quantũ ho-
Iohan. 5. mo sum, ad quem in omni necessitate confugio. Hinc enim ait Saluator de semetipso, Non possum
Iohã. 14. ego à meipso facere quicquã. Et iterum, Pater in me manẽs ipse facit opera. Esaias quoque, Ecce dñs
Esa. 50. deus, auxiliator meus. Et Ieremias, Dñs mecum est quasi bellator fortis, iccirco qui me persequũtur
Iere. 20. cadent. Deus meus, qui es specialissimo modo deus meus, eripe me de manu peccatoris .i. de potesta-
te Iudæ proditoris, cuius iniquitatem cœli reuelabunt, & terra aduersus eum consurget, & de manu
contra legem agentis & iniqui .i. populi Iudæorum, de quo dixi, Nonne Moses dedit vobis legem, &
Iohan. 7. nemo ex vobis facit legem? Et rursus, Quare vos transgredimini mandata dei propter traditionem
Mat. 15. vestram? Quoniã tu es patientia mea domine. Omnis enim perfectio animæ Christi, à deo infusa col
Psal. 86 lataque fuit. Christus quoque omnia propter dei honorem sustinuit, sicut superius dixit, Quoniam
propter te sustinui opprobrium, sicque deus erat causa effieiens & finalis patientiæ Christi: domine
spes mea à iuuentute mea. Nam Christus per prædictam fiduciam semper certissime & immobiliter
Iohan. 11. sperauit in deo. Propter quod dixit, Ego autem sciebam, quoniam semper me audis. In te confirma-
tus sum ex vtero, hoc est, in ipso matris meæ virgineo vtero, per gratiam consummatam .i. per beati-
ficam fruitionem fixus & roboratus sum in te, ita vt à te nunquã possim auerti. Non enim solũ erat
anima Christi in vtero virginis sanctificata per gratiam, sed & immobilis facta per gloriã, de ventre F
matris meæ tu es protector meus .i. ab instanti natiuitatis meæ vsque ad mortẽ protexisti me ab omni
ruina peccati, à tentatione diaboli, & à pœnis, quas Iudæi ante tempus inferre volebant. Quoniam
enim Christus confirmatus erat in bono in virginis vtero, post natiuitatem peccare nullatenus po-
Esa. 50. tuit. Hinc de seipso per Esaiam prædixit, Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Quis contradi-
cit mihi? Stemus simul. Ecce quanta securitas propter protectionem diuinã, propter quod nullo mo
do opinandum est, ꝙ Christus expauit, quando ducebant eum ad supercilium mõtis, quatenus præ-
Lucæ. 4. cipitarent eum. In te cantatio mea semper .i. te ô deus pater semper laudaui, nominis tui honorẽ, non
Iohan. 8. propriam gloriã, semper quæsiui sicut testatus sum blasphemis Iudæis, Ego nõ quæro gloriam meã,
Iohan. 10 honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me, tanquam prodigium factus sum multis. puta Iu-
Luc. 8 dæis, de quibus scriptum est, Dicebant multi ex Iudæis, Dæmonium habet & insanit, quid eum audi
Esa. 52. tis? Et cum filiam archisynagogi suscitaturus dixisset, Puella non est mortua, sed dormit, deridebant
eum. Vnde de Christo apud Esaiam prædictũ est, Inglorius erit inter viros aspectus eius, & tu adiu-
tor fortis, quoniam in omni aduersitate fecisti me constantem atque immobilem. Repleatur os meũ
laude. Christus in gratia habituali nunquam profecit, nec in ea proficere exorauit. Vnde quemadmo
dum sancti in patria deum non rogant pro gratia benefaciendi: sic nec Christus exorauit, vt ex gra-
tiæ interioris incremento ad dei laudem prorumperet. Ideoq; quod ait, Repleatur & cætera, potius
congratulando ꝙ sic est, quàm orando vt sic sit, intelligendum videtur. Vel orat vt corpus suum in G
morte ab anima separatum, denuo vniatur eidem, & ita os suum corporale in triduo mortis clausum
per resurrectionem aperiatur, laudibusque diuinis impleatur, vt cantem inquit gloriam tuã. Christus
enim ore interiori iugiter decantauit gloriam summæ Trinitatis, laudando eã in seculum seculi mul
to sublimius, quàm aliquis beatorũ in patria, secundum quod comprehensor fuit, & tota die, hoc est
incessanter, & in die æternitatis participatæ, quæ fuit mẽsura opereationũ suarũ interiorũ cõuenietiũ
sibi vt cõprehensori cantauit interiori melodia magnitudinem dei, illã clarissime cognoscendo, atq;
dignissime extollendo. Denique etiam ante passionem & post resurrectionem cantauit ore corpora-
li gloriam dei, scilicet euangelicæ legis doctrinam, in qua deus pulchre laudatur, & tota die, hoc est,
semper congruis horis cantauit seu prædicauit magnitudinem dei per seipsum ac suos ministros. Ne
Act. 9 proiicias me in tẽpore senectutis. Dicere aliquis posset Christum orasse hunc versum nõ pro seipso,
sed pro corpore suo mystico, eo modo quo iam impassibilis factus dixit ad Paulum, Quid me perse-
Luc. 13. queris? præsertim cum nec corporalis senectus nec spiritualis in Christo fuisse noscantur: nam iuue-
nis occisus est, & in interioribus semper æqualiter recens virensq; extitit: propter quod viridi ligno
comparauit seipsum. Veruntamen dicere possumus, ꝙ hoc loco per tẽpus senectutis, intelligatur tem
pus dñicæ passionis, in qua corporalis natura Christi instar hominum antiquorũ, à suo virore atque H
vigore occubuit, eritque sensus exponendo hunc versum de Christo, Ne proiicias me in tempore se-
nectutis .i. tẽpore passionis non subtrahas mihi tuæ paternę pietatis præsentiam, derelinquendo cor-
pus in tumulo, aut animam in limbo. Nõn enim orauit Christus ne proiiceretur à deo, gratiã amit-
tendo aut gloriam, quoniã se confirmatum cognouit in bono: cum deficiet virtus mea corporalis in
cruce, quando expiraui, inclinato capite tradens spiritum, ne derelinquas me, sed audi quod dico, Pa
Luc. 13 ter, in manus tuas cõmendo spiritũ meum. Merito quoq; precor ista ô pater, Quia dixerunt inimici
Iohan. 8. mei Iudæi mihi, quidquid mali excogitare valebant. vt est illud, Nunquid interficiet semetipsum? Et
Mat. 11. alibi, Homo vorax, potator vini. Hic blasphemat, multaque talia, & qui custodiebant animam meã,
Mar. 2. id est, Iudæi, qui obseruabant vitam meã vt eam arguerent, quemadmodum in euange. scriptum est,
Mar. 3 Obseruabant si sabbatis curaret Iesus, vt accusarent eum: consilium fecerunt in vnum, id est, ad in-
Mat. 29. uicem & pari malitia: iuxta illud, Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent, dicẽtes,
Iohan. 9. Deus dereliquit eum. Iudæi nanq; putabant deũ recessisse à Iesu tanquã à peccatore. Vnde dicebant
Nos scimus, quia hic hõ peccator est. Et iterũ, Non est hic hõ à deo qui sabbatũ non custodit, perse-
Iohan. 7. quimini & cõprehendite eũ, hoc est quod à Iohan. dicitur, Miserunt Iudæi ministros vt cõprehende
rent Iesum. Et in nocte cœnæ dixerunt hæc verba suis ministris principes sacerdotũ, qui eos miserũt
Iere. 10. cum Iuda vt caperent eum. Propter quod apud Ieremiã dicitur, Audiui cõtumelias multorũ, & ter-

A rorem in circuitu,persequimini & persequamur eum, quia non est qui eripiat.i. nullus est qui Iesum de vestris manibus eruat,eo φ deus reliquerit eum.Hine enim dicunt aduersarii Christi, Contume- Sapien. 2
liis & tormento interrogemus eum, & probemus quæ ventura sunt illi.Ea propter Esaias, Nos (inquit) putauimus eum quasi leprosum & percussum à deo & humiliatum . Deus pater ne elongeris à Esa.53.
me,differendo resurrectionem meam vltra triduum,deus meus in auxilium meum respice , tua diuina virtute cooperando meæ humanitati in redemptione generis humani , atque de manibus Iudæorum me eruendo per resuscitationem ad impassibilem statum. Hoc est quod Christus ante passionē orasse apud Iohā.describitur,Nunc anima mea turbata est . Et quid dicam?Pater saluifica me ex hac Iohan. 12
hora.Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ . Multipliciter confusi sunt & defecerunt Iudæi dominum saluatorem persequentes & occidentes.Nonne confundebantur dū Christo in cruce pendente sol obscuratus est,terra commota,velumque templi scissum ? dum etiam in die resurrectionis milites eis narrabant quæ circa Christi sepulchrum contigerunt, & quomodo resurrexisset? dum insuper ab apostolorum principe beatissimo Petro audierunt , Iesum Nazarenum virum approbatum à deo , in virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit deus per illum in medio vestri interemistis?dum quoque per manus apostolorū signa magna fiebant in Ierusalem, & multa milia con Ibidem.
B uertebantur ad Christum?Maxime autē confusi sunt,& penitus defecerunt in obsidione Titi ac Romanorum:operiantur confusione & pudore.i.vndique confundantur & erubescant, intus quoad seipsos,& foris quantū ad alios,qui quærunt mala mihi.i.Iudæi,qui mihi mala culpæ imponunt,& mala pœnæ infligunt. Vnde apud Ieremiam Christus ait, Confundantur qui me persequuntur , & non confundar ego:paueant illi & non paueam ego,& duplici contritione contere eos, videlicet in præsenti & in futuro. Hæc autem à Christo dicuntur potius prænuntiando quàm imprecando. Quomodo tamen ista multipliciter possent exponi,scilicet per modum orationis in bono , ex præhabitis innotescit.Ego autem semper sperabo. Nam quicquid Iudæi Christo dixerunt siue fecerūt,ipse in deo mansit immobiliter sperans,certitudinaliterque ab eo expectans resuscitari,corpore glorificari,& super alta cœlorum eleuari:& adiiciam super omnem laudem tuam, hoc est,omni laudi qua in lege atque prophetis laudaris , addam euangelicæ legis præconium,& noui testamenti scripturam, in qua multo sublimius continentur laudes diuinæ,quàm in veteris legis doctrina. Os meū annunciabit iustitiam tuam.Quandiu Christus prædicauit in mundo,annunciauit iustitiam dei,docendo φ deus sit iustus,nec peccatum relinquat inultum,increpando etiam peccatores , & recta præcepta saluberrimaque consilia proponendo. Propter quod ipsemet ait,Ego sum lux mundi. Et,Sicut docuit me pa-
C ter,loquor.Vnde de ipso apud Iohelē habetur,Exultate in domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Et per Osee dicitur,Tempus requirendi dominum, eum venerit qui docebit vos iustitiam.Annunciabit quoque os meum ô deus pater tota die,hoc est, quamdiu in mundo sum,salutare tuum,id est,salutem quam mundo impendis per me.Merito autem tempus quo Christus in mundo vixit,dies vocatur,quoniā sol iustitiæ hominibus luxit atque apparuit: secundum quod ipse testatur,Quamdiu in mundo sum,lux sum mundi, & tota hac die annunciauit Christus verbo vel opere salutare dei,id est,seipsum seu saluationem qua ipse mundum saluauit,& ideo ait in euang.Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Hoc modo annunciauit Christus salutare dei dicens,Qui credit in filium dei,habet vitam æternam:qui autem incredulus est filio, ira dei manet super illum.Et,Ego sum via,veritas,& vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Et in alio loco, Qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit. Quoniam non cognoui literaturam.i. scientiam per exercitationem & studium seu informationem humanam:iuxta illud, Mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit cū non didicerit? Qm̄ ergo non cognoui literaturā per studiū,sed per illuminationem diuinā,iccirco introibo per contēplationem perfectā seu visionem fruitiuam atq; beatam in potentias dn̄i,cognoscēdo perfectiones & virtutes diuinę naturę,& magna opera eius.Anima enim Christi à suæ creationis exordio vidit per speciem diuinā essentiā,& perfectiones eius potentes, non nisi per illuminationē supernaturalem dn̄e memorabor iustitiæ tuæ solius, hoc est nihil boni mihi ex me asscribam,secundū quod homo sum,sed omnē conuersationis meæ iustitiā tibi attribuam,& alios
D sic facere edocebo.Hoc est quod asserit Christus,Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Et, Claritatē ab hominibus non accipio.Et,Cū feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite serui inutiles sumus,quod debuimus facere fecimus.Deus docuisti me à iuuentute mea & vsque nunc. Deus Trinitas docuit animā Christi à primo instanti quo eā creauit,dando ei multiplicē sapientiā, vtpote sapientiā beatificæ visionis,qua cognouit deū per speciē increatā, sicut & sancti in patria. Sapientiā quoq; infusam seu inditā,qua omnia nouit in propriis naturis per species innatas seu cōcreatas, sicut & omnes angeli ante lapsum,& confirmationē nouerunt. Habuit etiā Christus (secūdum quosdam) scientiam acquisitā seu experimentalē,de qua ait Apostolus, Didicit ex his quę passus est obedientiā, & sumitur ibi discere pro experiri,quoniam Christus ab aliis nihil didicit,sed per propriam adinuentionem,secundum ponentes scientiam acquisitam in Christo. Vnde de hac sapientia intelligi potest quod legitur in euāgelio,Iesus proficiebat scientia & ætate . Sed quoniam Christus à principio perfecte instructus fuit,quomodo nunc ait, Deus docuisti me à iuuentute mea & vsque nunc,ac si secundum successum temporis addita sibi fuisset scientia?Et respondendum, φ deus dicitur sanctos in patria,& animam Christi semper docere,in quantum sapientiam ipsis infusam incessanter in eis conseruat,pronunciabo mirabilia tua. Christus occultissima,supernaturalissima, penitusq; incōprehensibilia docuit,sicut φ deus est vnus ac trinus,φ ipse in vnitate personæ sit deus & homo,quod beatitudo nostra in diuinæ essentiæ visione consistit,quod ipsemet sit resuscitaturus & iudicaturus mor-

Marginal references: Act.2 · Act.4 · Ierem.17 · Iohan.8 · Ibidem. · Iohel.2. · Osee.10. · Iohan. 8. · Iohan. 6. · Iohan. 3. · Iohā.14. · Mar.16. · Iohan. 7. · Iohan. 8. · Iohan. 3. · Luc.17. · Vide S. Tho. 3.p. q.9.ar. 4 · Hebr.5. · Luc. 2.

tuos vniuersos,& alia multa,sicque mirabilia dei per seipsum & discipulos pronunciauit. Et vsque in E senectam & senium,hoc est,vsque ad tempus passionis meæ pronunciabo mirabilia. Vnde in nocte
Mat.26 passionis dixit Iudæis,Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, & venien-
Iohan.18 tem in nubibus cœli.Coram Pilato quoque in die passionis testatus est, Rex sum ego.Ego in hoc na tus sum,& ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Vel, vsque in senectam & senium, hoc est, vsque ad vltimam mundi ætatem, & finem seculi pronunciabo per meos ministros mirabilia tua.Nam vsque ad terminum mundi cantabūt Christiani à Christo instructi mirabilia dei in nouo ac veteri testamento scripta:deus pater,ne derelinquas me, in monumento aut limbo. Donec annunciem brachium tuum,id est,potentiam tuam generationi omni quæ ventura est, hoc est,
Luc.24 vniuersis hominibus vsque in finem seculi nascituris. Hoc in Christo videmus impletum, quoniam
Act.2. post resurrectionem instruxit suos discipulos,aperiens illis sensum vt intelligerent scripturas & tandem quinquagesimo die misit eis spiritum sanctum, qui eos in omni lingua atque sapientia erudiuit. Per hoc vero quod Christus illis diuinam potētiam reuelauit, etiam omnē generationem venturam
Mar.13. edocuit,quia per apostolorū doctrinam,fidē catholicam promulgauit mundumque conuertit. Vnde & Christus in Euang.ait,Quod vni dico,omnibus dico.Potentiā tuam,& iustitiam tuā deus, vsque in altissima,quæ fecisti magnalia.In Christi incarnatione,passione, & ascensione potentia atque iustitia dei excellentissime splendent. Quod enim deus & homo in vnam conuenerunt personam,infi F
Roma. 8. nitam esse ostendit potestatem diuinā.Similiter quod Christus de virgine natus est,tantaque miracu la fecisse credendus est.Iustitia vero dei relucet in hoc,quod proprio filio non pepercit,sed pro mun
Iohan. 8. di peccatis tradidit illum,ne culpa remaneret inulta. Hanc autem dei potentiam & iustitiā, Christus
Iohan.10 annunciauit verbis & factis,protestādo se esse patri equalē,primū principiū verumq; deū,& nihilominus hominē verū,patre minorē,atque passibilē. sed & iustitiā patris Christus professus est, dū ait,
Iohan.17 Pater iuste mūdus te non cognouit:ego autē te cognoui.Sic ergo Christus pronunciauit potentiā & iustitiā dei,vsq; in altissima quæ fecit magnalia,hoc est,per cōparationem ad humanæ redemptionis mysteria,quæ sunt altissima magnalia,super omnia naturalia opera creatoris.Christus nanque suam incarnationē,passionem,resurrectionē,ascensionem & spūs sancti missionē,ante passionem vbertim prædixit,Quantas ostēdisti mihi tribulationes multas & malas,hoc est, persecutiones, & varias pœ-
Esa.53. nas mihi infligi permisisti, quemadmodū Esaias prædixit, Dñs voluit eum cōterere in infirmitate,&
Act.3. dñs posuit in eo iniquitates omniū nostrum. Et Petrus, Deus (inquit) qui prænūciauit per os omniū
Ierem.11. prophetarum,pati Christū suum,impleuit sic.Vnde per Iere. Tu dñe ostendisti mihi, & cognoui,tu ostendisti mihi studia eorū, & conuersus.i.mundo per meā passionem placatus,viuificasti me,resuscitando me tertia die à mortuis,& de abyssis terræ,hoc est,de sepulchro & inferno,iterū reduxisti me,
Luc.24 in die resurrectionis. Multiplicasti magnificentiā tuam,gloriose atq; potenter me resuscitando.Nam angelus dñi descendit,& accedens reuoluit lapidē,& terra mox mota est, custodes quoq; perterriti, G
Mat.28 & quasi exanimes facti sunt,sed & duo angeli sederunt iuxta sepulchrū, vnus ad caput & alter ad pedes:& cōuersus ab ira qua hominibus irascebaris,cōsolatus es me,liberando me ab omni dolore atq; tristitia quos habui tēpore passionis,& corpus meū glorificando, nouaq; gaudia, ad accidētale præmiū pertinentia mihi post resurrectionē præstando. Nam & ego, vnigenitus tuus,cōfitebor tibi.i.laudabo te,in vasis Psalmi.i.in deuotis hominib.laudē tuam cordialiter cōtinentibus, confitebor verita-
Esa.49 tem tuā deus,te per ipsos laudādo,& eos ad tua præconia inflāmando,quemadmodū per Esaiā prophetā locutus sum,Laudate cœli & exultet terra,iubilate mōtes laudē,quia consolatus est dñs popu-
Esa.47 lum suū,& pauperum suorū miserebitur:psallā tibi in cythara,hoc est,in carne mea propter te cruci fixa & mortua ô dñe,qui es,& cuius nomen est,sanctus Israel,secundū quod alibi scriptū est,Redemptor noster dñs exercituū,sanctus Israel nomen eius, Exultabūt labia mea eū cantauero tibi. Tanto ampliori hilaritate & exultatione semper gauisa sunt,& inæternū gaudebunt labia Christi, interiora & exteriora,in laude diuina,quanto ipse præ aliis deū ardentius dilexit,clariusq; cognouit. Vnde le-
Luc.16. gitur in euang.Exultauit Iesus spiritu sancto,& ait,Confitebor tibi pater,& anima mea in tua laude exultabit,quam redemisti,ab omni passibilitate & loco inferiori,itemque à culpa,non illa quam habuit,quoniā omni penitus culpa carebat,sed illa quam potuisset habere, nisi præuenta fuisset affluen H tia gratiæ tuæ,& hypostatica vnione cum verbo. Sed & lingua mea interior atque exterior,tota die, æternitatis in patria,meditabitur iustitiam tuam,illam laudando ac proferēdo ad gloriam tuam,cum confusi & reueriti fuerint,confusione perfecta atque consumata, tanquam æternaliter condemnati, qui quærunt mala mihi,secundum sensum inductum. Ecce Psalmus præclarus ac luciformis cœlestis harmoniæ dulcedine plenus, verba ignea sanctæ dilectionis complectens,affectuosissimas preces includens,deum pulcherrime laudans,omnemque pusillanimitatem propulsans:psalmus vtique mira biliter consolatorius attento lectori,qui etiā de domino saluatorē tam congruenter exponitur. Quidam vero exponunt eū ad literā de Dauid,quam explanationē propter prolixitatē,& qm̄ parū deuotionis adducit,omitto. Cū ingenti igitur alacritate & omni mentis feruore atque custodia Psalmum tam fulgidū decantare conemur, præsertim cum omniū visibilium inuisibiliumq; aduersariorū persecutiones & tentamenta, præsentis Psalmi deiiciantur, vincantur, ac prosternantur virtute.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXI.

EXPOSITIO Tituli.

Titulus Psalmi est, In Salomonem. Afferunt quidam, quod Dauid fecit hunc psalmū pro filio suo Salomone,orādo pro prosperitate regni ipsius,sed hoc nullatenus verisimile esse potest, qm̄ mul-

A ta in hoc psalmo continentur quæ Salomoni nullo modo conueniunt:sicut patebit.Hierony.aũt di-
cit hunc Psalmum à Salomone intitulatum,tanquam ab authore,ita quod Salomon edidit Psalmum
præsentem.Augustiuus vero & Cassiodorus(quorum positioni magis consentiendum videtur)dicũt
hunc psalmum,sicut & omnes alios,à Dauid conscriptum . Omnes quoq; magni catholiciq; docto-
res,videlicet Hieronymus,Augustinus,Cassiodorus,Hugo,exponunt hunc Psalmum de Christo ad
literam,& est sensus tituli,In Salomonem,id est Psalmus iste tendit,& ducit,nos in Christũ,per Sa-
lomonem figuratum.Salnmon nempe interpretatur pacificus,& ita Christus est verus Salomon mũ
dum patri reconcilians,de quo dicit Apostolus ad Eph.Christus est pax nostra,qui fecit vtraq; vnũ, Ephe.2.
per crucem dissoluens inimicitias in semetipso,& veniens euangelizauit pacem his qui prope, & his
qui procul.Et ad Romanos,Cum adhuc inimici essemus,reconciliati sumus deo,per morte filii eius. Rom.
Propter quod Zach.Ipse,inquit,portahit gloriam & dominabitur,& erit sacerdos:& consilium pa- Zach.6.
cis erit inter duos illos,videlicet inter Gentiles & Iudæos diuinitus præelectos:de quibus ait aposto 1.Cor.1.
lus,Ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis,prædicamus Christum dei virtutem & dei sapientiã.Chri
stus nãq; est lapis angularis,in quo sibi connexi atq; coniuncti sunt in vnitate Ecclesiæ,per fidem & 1.Pet.2.
charitatem,Iudæi atque Gentiles.Ait ergo propheta ad deum patrem,seu totam beatissimam Trini
tatem,cuius dona & opera indiuisa consistunt.

B

PRECATIO,

*Tuæ domine largitatis indulgentia suscipiamus pacem & iustitiam,quam iugiter te adiutore obtineamus,ut humi-
litatis calumniatoribus nostris nomen tuum benedictum in secula magnificemus.*

¶Expositio Psalmi.

DEVS iudicium tuum]hoc est,Iudiciariam tuam potestatem[REGI].i.Chri- Apoc.1.
sto regi regum,& domino dominorum[DA] constituendo eum iudicem viuo
rum ac mortuorum[ET iustitiam tuam] hoc est,habitum veræ æquitatis, per
quē in omni iudicio recte procedat,da[FILIO regis] .i. Christo,qui secundũ
diuinã generationē est filius regis æterni,vtpote tui:secũdũ generationē aũt hu
manã,est filius Dauid regis terreni. ¶(2) IVDICARE populũ tuũ in iusti
tia].i.ad hoc da Christo iudiciũ atq; iustitiã,quatenus populũ Christianũ iudi
cet iuste,discernēdo ac separãdo eũ ab infideliũ plebe , & dãdo singulis qund
merētur,vt etiã iudicet [ET pauperes tuos] .i.vere & spũaliter pauperes, de quib⁹ in Matt.habetur,
C Beati pauperes spiritu [IN iudicio]discretionis in præsenti,& in iudicio remunerationis in futuro, Matth.5.
quatenus nunc separet eos à diuitibus & superhis,voto & merito , in futuro quoq; loco & præmio.
Sed mirum videtur,quomodo propheta,qui vtique fuit & est memhrum Christi,præsumpserit ora-
re pro capite.s.Christo,orando patrem vt Christo iudicium det atque iustitiam . Et respondendum
quod S.propheta non dicit ista orãdo pro Christo,quasi Christus sua prece indigeat,sed ad insinuã-
dum cordis sui affectum,quem habuit pro Christi honore & gloria.Iuxta quem modum etiam infe- Psal.113.
rius dicit,Non nohis domine non nobis,sed nomini tuo da gloriam. Denique in eo quod ait,paupe-
res tuos in iudicio,secernit & diuidit pauperes dei à pauperibus mundi atque diaboli.Est enim pau-
per auarus,& est pauper superbus,& est pauper inuolũtarius,quorũ nullus est pauper dei . Est quo-
que pauper spiritu,pauper affectu,pauper rebus & mente , vt deo libere vacet,& isti sunt pauperes
dei,de quibus ait Esaias propheta,Pauperes homines in sancto Israel exultabunt.Quod autem nunc Esa.29.
dicit Psalmista,Deus iudicium tuum regi da,Daniel euidentissime de Christo prænunciauit dicens,
Aspiciebam in visione noctis,& ecce in nuhibus cæli quasi filius hominis veniebat:& vsque ad anti- Dan.7.
quum dierum peruenit:& dedit ei potestatem & honorem & regnum.Quod etiam Salnator in se im
pletum fatetur in euangelio dicens,Neque enim pater iudicat quenquam , sed nmne iudicium dedit Iohan.5.
filio. Et Petrus de Christo loquens,Præcepit,inquit,nobis testificari,quia ipse est qui constitutus est Act.10.
D à deo iudex viuorum & mortuorum.Sed his contrariari videtur quod Christus ait , Ego non iudico
quenquam.quod idem beatissimus euangelista clarius protestatur dicendo , Non misit deus filiũ suũ Iohã.18.
vt iudicet mnndum,sed vt saluetur mundus per ipsum.Considerandũ est vtique,quod in iudicio duo Iohan.3.
pensantur,iudicandi authoritas,& iudicialis authoritatis executio,seu sententiæ prolatio. Quantum
ad primum horum,conuenit deo patri seu toti trinitati iudicium,& non Christo secundum quod ho
mo est.Vnde ipse Christus,Ego(inquit)non quæro gloriam meam,est qui quærat & iudicet,scilicet Iohan.8.
deus Trinitas.Qnantum vero ad secundum quo ad prolationem sententiæ,competit Christo homi-
ni iudicare,sicut in Euangelio affirmat dicens, Potestatem dedit ei pater & iudicium facere,quia fi- Iohan.5.
lius hominis est.Et horum vtrunque Paulus breuiter innuit,dicens,Deus statuit diem in quo iudica- Act.17.
turus est orbem in æquitate,in viro quem statuit.Sic igitur constat,quomodo deo Trinitati,& Chri-
sto homini,iudicium diuersimode competat.Veruntamen quod Christus ait, Ego non iudico quen-
quam,referri potest ad tempus sui aduentus atque exponi de indicio remunerationis ac vltionis. Pri
mus nanque Christi aduentus in humilitate fuit,venitque non ministrari aut iudicare,sed ministrare Matt.20.
ac iudicari.Vnde(vt legitur apud Lucam) cum Iohannes & Iacohus Christo dixissent,Domine vis, Luc.9.
dicimus vt veniat ignis de cælo & consumat eos ? videlicet , qui dominum Iesum non receperunt.
Respondit eis Iesus,Nescitis cuius spiritus estis.Filius enim hominis non venit animas perdere,sed Iohan.8.
saluare.Hinc quoque fœminam in adulterio deprehensam noluit condemnare. Quod autem Chri-

Esaiæ.11. stus tam iuste ac iudicialiter iudicaturus erat populum suum Esaias manifestat, dicendo, Non secun- E
dum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum auriũ arguet: sed iudicabit in iustitia pau
peres, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. ¶ (3) SVSCIPIANT montes] hoc est, subli-
mes & apostolici viri ac magni prælati ecclesiæ [PACEM populo] id est, gratiam veræ internæque
pacis ad salutem informationémq; populi, ita vt ipsi apostoli & successores ipsorum, à deo acquirãt
Iohã.14. tam sibi quàm gregi eius commisso, stabilem pacis quietem. Hoc autem in apostolis impletum est, dũ
Luc.10. à domino Iesu audierunt, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et, In quãcunque domũ in-
traueritis, primum dicite, Pax huic domui. Suscipiant quoque [ET colles iustitiam] id est, inferiores
Iohel.3. recipiant gratiam obediẽndi diuinis præceptis, à superioribus assignatis. De horum mõtium colliũq;
fœcunditate apud Iohelem scriptum est, In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac
& mel, &c. Deinde propheta ostendit fuisse implendum, quod ipse fieri exorabat. ¶ (4) IVDICA-
BIT pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ] In præsenti enim iudicat pauperes suos iudi-
cio discretionis, vt dictum est: In die aũt nouissimo iudicabit eos, iudicio beatæ remunerationis, quẽ-
Apoc.22 admodum ipse in Apocalypsi asserit, Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuiq; secun
dum opera sua [ET humiliabit calumniatorem] hoc est, Christus confundet, damnabit, ac destruet
omnem persecutorem iustorum, omnem tyrannum, & tentatorem ecclesiæ, diabolum, & Antichri-
stum: iuxta illud in Esaia, Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorũ interficiet impiũ, F
Esa.11. scilicet Antichristum, de quo apud eũdem habetur, Triturabitur Moab sub eo. De quo etiã ait Apo-
Esa.25. stolus, Reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Multos vero calũnia-
2.Thes.2 tores atque tyrannos: etiam in hac vita, Christus humiliauit priuando eos vita aut regno, omnes au-
tem in die iudicii finaliter humiliabit, quia tunc omnis qui se nunc exaltat humiliabitur, nõ humilia-
Luc.14. tione virtuosa, sed deiectione damnosa. ¶ (5) ET permanebit cũ sole & ante lunam, in generatio-
ne & generationem] Sicut per lunam intelligi potest ecclesia, ita per solem pater æternus qui est lu-
men fontale cuncta illustrans: & de vtroque sole & luna hic versus exponitur. Christus enim perma
net cum sole intellectuali, scilicet deo patre, quoniã coætern⁹ est ei, cũ hoc sole permanet à parte an-
te, secundum diuinam naturam, tanquam splendor gloriæ, & candor lucis æternæ. Permanet quoque
Christus à parte post, secundum suam humanam ac diuinam naturam cum sole materiali, quoniã si-
cut sol incorruptibilis est, ita & Christus incorruptibiliter perseuerat, & ante lunam vtranq;, puta ec
clesiam & lunam vnam planetarum permanet Christus à parte ante, secundum suam diuinam natu-
Eccl.24. ram, quemadmodum in Ecclesiastico ipsa Sapientia testatur, Ego ex ore altissimi prodiui, primoge-
Prouer.8 nita ante omnem creaturam. Et in Prouerb. Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam
quicquam faceret à principio. Quando præparabat cælos aderam: & eram cum eo cuncta cõponẽs. G
Ecce hic manifeste declaratur diuinitas Christi & eius æternitas. Propter quod dicit etiam Aposto-
Heb.13. lus, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. ¶ (6) DESCENDET sicut pluuia in vellus] Li
Iudic.6. bro Iudicum narratur, quemadmodum ad instantiam Gedeonis complutum seu rore madefactũ est
vellus, terra sicca manente, & postea madefacta est circũquaque terra, vellere non adaquato. Est igi-
tur sensus, Christus rex noster descendit in vterum virginis, sicut descendit pluuia in vellus Gedeo-
nis. Quemadmodum enim pluuia in vellus illud descendit, ita vt per vellus non distillauit, nec ali-
quid diuisionis aut corruptionis velleri intulit, sic verbum dei de sinu patris in virginem veniens, eã
Lucæ.1. in nullo læsit, aut violauit: quoniam non de viro concepit, sed spiritu sancto obumbrante est impre-
Zach.3. gnata, supernaturaliter quoque formatum est corpus Christi in virginis aluo. Iuxta illud Zach. Ecce
ego cælabo sculpturam eius, ait dominus, i. corpus eius formabo [ET sicut stillicidia stillãtia super ter
ram] Quemadmodum guttæ leniter atque suauiter cadunt de cælo in terram, & eam refrigerant &
fœcundant, sic Christus per suam incarnationem, dulciter & sine strepitu descendit in matrem virgi
nem, & per eam in mundum. Nam primus eius aduentus in humilitate, paupertate ac mansuetudine
Zach.9. fuit, secũdum quod Zach. prædixit, Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator,
Lucæ.9. ipse pauper. Et in Euangelio ipsemet fassus est, Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet.
¶ (7) ORIETVR in diebus eius] id est, in primo Christi aduentu [IVSTITIA] id est, perfectio
vitæ, seu fides catholica. Tempus enim Christi, est tempus gratiæ, propterea homines Christi vesti-
Matth.5. gia imitantes, perfectius sanctiúsq; vixerunt quam Iudæi tempore legis. Et ideo Christus in Euange H
Matth.3. lio ait, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum nõ intrabitis in regnũ
Iohan.7. cælorum. Et ad Iohannem Bapt. Sic, inquit, decet nos implere omnem iustitiã. In tantùm enim abun
dauit gratia atque iustitia tempore Christi, plus quam ante, vt scriptum sit apud Iohannem, Nõdum
erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, non quod ante nequaquam fuerat datus, sed
quia tam exuberanter datus non erat, [ET abundantia pacis] hoc est, quod superius dictum est, Ve-
Psal.45. nite & videte opera domini quæ posuit prodigia super terram, auferẽs bella vsque ad fines terræ. Et
Esa.2. Esa. ait, Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebũtur vltra ad prælium. Et ita ista abũ-
dantia pacis tempore Christi orta, intelligeretur de pace temporali, quæ fuit in toto mundo sub Cæ-
sare Augusto, sub quo natus est Christus, ita quod ad vnius viri imperium describeretur vniuersus or
Lucæ.2. bis. Sed quia hæc pax non durauit, donec auferatur luna, idcirco secundum hanc expositionem, hoc
quod dicitur [DONEC auferatur luna] referendum est ad iustitiæ Christianæ durationem, quæ vsq;
in finem mundi durabit: non autem ad durationem pacis prædictæ. Cõuenientius tamen apparet, vt
hæc abundantia pacis intelligatur de magnitudine pacis internæ, in tranquillitate conscientię collo-
Colos.3. cata: de qua Apostolus loquitur, Pax Christi exultet semper in cordibus vestris. Quã Zach. prophe-
Zach.9. tauit, Christum suis fidelibus esse daturum. Loquetur (inquiens) pacem gentibus. Hãc etenim pacem

A annunciauerunt angeli,in Christi natiuitate,dicentes,Gloria in excelsis deo,& in terra pax homini- Lucæ.2.
bus bonæ voluntatis.Hæc pax in bonis abundat hominibus,sicut orat Apostolus, Pax Christi,quæ Philip. 4
exuperat omnem sensum,custodiat corda vestra,& intelligentias vestras.Et ob eius copiam,vocatus Esaiæ.9.
est Christus princeps pacis.Hæc itaq; abundantia pacis,permanet in electis,donec auferatur luna,
hoc est,nunquam cessabit,sicut nec luna.Vel donec auferatur luna.i.quousq; Ecclesia militans,trãs-
feratur ad societatem triumphantis ecclesiæ,omni corruptione & mortalitate abiecta.Non quòd tũc
cessabit,sed quia tunc perficietur,sicut & luna semiplena perficitur,& ita,donec non denotat termi-
num pacis,sed continuationem ipsius,quemadmodum de Ioseph & Maria ait Matth.Non cognouit Matth.1.
eam,donec peperit filium suum primogenitum. ℂ(8) ET dominabitur]Christus[A mari] orien-
tali[VSQVE ad mare] occidẽtale,quia in omnem terram exiuit sonus Apostolorum,& cõuersi sunt Psal.18.
in omnibus finibus mundi quidam ad Christum [ET à flumine]paradisi terrestris seu Iordanis. Vel
à flumine quocunque,puta à cunctis fluminibus,accipiendo singulare pro plurali[VSQVE ad ter-
minos orbis terrarum] Vnde in Zach.scriptum est,Potestas eius à mari vsque ad mare, & à flumine Matt.28.
vsque ad fines terræ.Et hæc de Christo dicũtur,Primo,quoniam omnia etiam inanimata & irratio-
nalia,subiecta sunt ei prout ipse in Euang.dicit,Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.Se- Iohan.17
cundo,quoniam omnis homo in omni mundo existens,velit nolit Christi subiectus est potestati,se- Esa.49.
B cundum quod ipse ait loquens de seipso ad patrem,Dedisti ei potestatem omnis carnis.Tertio,quo- Act.1.
niam in omni parte terræ habitabilis, aliqui Christo per fidem & opera , obedierunt propter quod
deus pater ait ad Christum apud Esa. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum
terræ.Et hoc est quod ait Saluator Apostolis,Eritis mihi testes in omni Iudæa,& Samaria, & vsque
ad vltimum terræ. ℂ(9) CORAM illo procident AEthiopes,] Hi enim per Euang. Matth.con-
uersi,Christum humiliter adorauerunt.Possunt autem per AEthiopes accipi gentiles,qui ante con- Matth.2.
uersionem suam ad Christum,erant vitiorum caligine denigrati,sicut AEthiopes nigra pelle tegun-
tur[ET inimici eius] Christo increduli [TERRAM lingent]hoc est,rebus terrenis adhærebunt,&
eas præ amore sibi intime applicabunt.Vnde Ierem.Recedentes (inquit) à te,in terra scribẽtur. Vel Ierem.17
sic,inimici eius.i.qui Christo aliquando repugnabant post conuersionem,terram lingent,hoc est,eã
ex deuotione ad Christum,osculabuntur,prosternendo se vsque ad terram,propter reuerentiã Chri
sti. ℂ(10) REGES Tharsis & insulæ munera offerent,reges Arabum & Saba dona adducẽt]hoc Matth.2.
ad literam non solum impletum est in tribus Magis,Christo in die Epiphaniæ,aurum,thus,& myr-
rham offerentibus,sed & in aliis multis regibus atque principibus harum terrarum,quæ multo tem-
pore fuerunt sub fide catholica,& Christo,seu ecclesiæ diuersa munera obtulerunt,videlicet spirita-
les corporalésq; hostias. ℂ(11) ET adorabunt eũ omnes gentes,omnes gentes seruient ei]Vtraq;
C distributionum istarum sumenda est pro generibus singulorum,non pro singulis generum . Nam &
de omni genere regum ac gentium,aliqui Christum adorauerunt,& ipsi ministrauerunt : iuxta vati-
cinium Danielis dicẽtis,Omnes populi tribus & linguæ seruiẽt ei.Et Mich.Stabit & pascet in forti- Daniel.7
tudine domini,& conuertentur quia nunc magnificabitur in medio vniuersæ terræ. Cõsequẽter in- Mich.5.
ducitur causa vniuersalis dominii Christi. ℂ(12) QVIA liberabit pauperem à potente]Sed qua-
lem pauperem?Subdit [ET pauperem cui non erat adiutor] Alius,nisi ipse deus,talis pauper est o-
mnis humilis,qui propriis viribus nequaquam innititur,sed toto affectu in deo confidit : huiusmodi
autem pauperem deus multipliciter liberat à potente,hoc est,à dæmone,quem Christus in Euange- Luc.11.
lio fortem armatum appellat,& de quo apud Iob scriptum est, Non est potestas super terram , quæ Iob.12.
ei comparetur,qui factus est vt nullum timeat.Vel à potente,id est,homine quocũq; superbo,& for-
ti per naturalem fortitudinem,aut secularem potentiam aliis præualẽte.Primo liberat Christus pau-
peres ab his potentibus,dando eis patientiam in aduersis,constantiamque in bonis,sic quod illorum
malignitas ipsis non nocet,imo cooperatur eis in bonum . Secundo,quoniam facit eos tẽtationes vi-
riliter superare,& tanto instantius studere virtutibus,quanto amplius impugnantur. Tertio,quoniã
æternaliter eos saluabit,illis inæternum damnatis.Hinc enim apud Ieremiam dicitur, Cantate domi Iere.20.
no,laudate dominum quia liberauit animam pauperis de manu malorum.Et per Esaiã dominus ait, Esa.42.
D Ego dominus exaudiam egenum & pauperem , non derelinquam eos. ℂ(13) PARCET pauperi
& inopi]peccata dimittendo,pœnam relaxando,& gratiam tribuendo.Vnde per Malachiã ait,Par- Malac.3.
cam timentibus me,dicit dominus,sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.[ET animas pauperum sal-
uas faciet,] modo per gratiam,& in futuro per gloriam.Propter quod ait Apostolus,Altissima pau- 2.Cor.8.
pertas eorum,abundauit in diuitias simplicitatis eorum. ℂ(14) EX vsuris & iniquitate redimet
animas eorum] Christus nanq; per suos ministros atque vicarios.s.per summum pontificem,aliosq;
prælatos ac principes,damnat & prohibet vsuras,sub æternæ damnationis periculo . Est autem alia
quoque vsura,ex qua suos eripit Christus,videlicet obligatio ad pœnam inferni,quę sequitur perpe-
trationem peccati.Peccatum nanque est quasi pecunia dæmonis,& pro eo exigit ipse à nobis pœnas
perpetuas,quas non suscipimus,sed soluimus,propter iniquitatem, quam à diabolica suggestione cõ
traximus . Ab hac vsura & omni iniquitate, redemit Christus pauperes suos,semel precio sanguinis
sui,quotidie quoque ab his redimit eos,per infusionem gratiæ spiritalis,quæ est effectus meriti domi
nicæ passionis [ET honorabile nomen eorum coram illo] id est,nomen pauperũ dei,quo Christia-
ni vocantur,coram deo dignum est veneratione ac laude.Hoc quippe est nomen, de quo Esaias Iu-
dæos redarguens ait,Interficiet vos dominus deus,& seruos suos vocabit nomine alio,in quo qui be Esa.65.
nedictus est super terram,benedicatur in deo,Amen.Hoc nomen (sicut in Actibus Apostolorũ Lu-
cas commemorat)primo impositum est discipulis Christi in Antiochia. ℂ(15) ET viuet].i.Chri- Act.11.

stus morte deuicta, immortalis resurget, & æternaliter viuet [ET dabitur ei de auro Arabiæ] Multi E
enim principum Christianorum tale aurum (quod optimum est) Christo & eius ministris obtulerũt
ad sustentationem pauperum, constructionem ecclesiarũ, & in alios pios vsus. Mystice vero, per au-
rum signatur sapientia, per Arabiam vero gentilitas, & ita datur Christo de auro Arabiæ, dum sapiẽ-
tes huius seculi, & in naturali philosophia doctissimi, ad fidem ecclesiæ sunt conuersi, vt patet de di-
uo Dionysio, Augus t. & aliis multis. Datur etiam Christo de auro Arabiæ, dum sibiipsi homo nõ in-
nititur, sed omnem naturalem scientiam fidei subiicit, sicut creatura subdenda est creatori, [ET ado-
rabunt de ipso semper] id est, fideles deum adorabũt de Christo, id est, ex cõtemplatione bonitatis,
beneficiorumq; eius. Propter beneficia nanq; per Christum nobis collata, deũ semper adorare & ve
nerari debemus [TOTA die]. i. qualibet parte diei conuenienti ac debita [BENEDICENT ei]. i.
Christum regem laudabunt. ¶ (16) ERIT] rex Christus [FIRMAMENTVM in terra] id est,
causa totius firmitatis ac stabilitatis hominum, in terra manentium [IN summis montium]. i. profun
dissima doctrina prophetarum, confirmando, & illuminando suos electos in sapientia scripturarum,
Iohan.1. illas verificans in semetipso, sicut in Euangelio Iohannis habetur, Veritas per Iesum Christum facta
Luc.24. est. Vnde & ipse post resurrectionem dixit discipulis, Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in le-
ge, & prophetis, & psalmis de me [SVPEREXTOLLETVR super Libanum fructus eius] .i. effe-
ctus passionis Christi, videlicet gratia dei, seu ipsi electi, qui sunt sanguine Christi redempti, eleuabũ F
tur super omnem dignitatem atque candorem huius seculi. Libanus enim candidatio interpretatur,
& in eo arbores altæ, scilicet cedri, nascuntur, per quæ altitudo & flos præsentis seculi figuratur. Ve-
rũtamen quidam diuersarum translationum inspectores soliciti, versum hunc sublimius, fructuosiús-
que exponunt. Nam loco eius quod hic dicitur, Erit firmamentum &c. In Hebræo habetur, Erit abũ
dantia frumenti. In translatione vero Hieronymi, Erit memorabile triticum. In translatione quoque
Chaldaica, apud Hebræos autentica. Erit placẽta tritici, sicq; videtur nostra translatio vitio scripto-
rum corrupta, habendo pro frumento, firmamentum, & ita exponendus est locus iste, de sacramẽto
Eucharistiæ, in quo Christus, sub specie panis triticei, veraciter cõtinetur. Ait ergo S. Dauid de Chri
sto loquens, Erit abundantia frumenti, seu memoriale triticum, aut placenta tritici, quoniam rex Mes
sias Christus dominus, sub forma panis triticei, in modum placentæ congesti, continetur, atque in ec
clesiis reseruatur, & ipse Christus est tale frumentum, in summis montium, id est, in capitibus sacer-
dotum, hostiam altaris in sublime tollentium. Dicuntur autem sacerdotes montes, propter eminen-
tiam ordinis sapientiæ & potestatis, superextolletur super Libanum fructus eius, quia per fructũ hu-
ius sacramenti, homines eriguntur & perducuntur ad cæli palatium, & ecclesiæ triumphantis cõsor
tium [ET florebunt] fideles [DE ciuitate] id est, de ecclesia [SICVT fœnum terræ] Quemadmo- G
dum enim fœnum tempore suo sublimiter crescit, & pulchre virescit, sic Christiani post sacram com
munionem de ecclesia egredientes, spiritualiter florent in gratia, & alte crescunt in vita perfecta, dũ
Iohan.6. fuerint huius sacramenti effectum sortiti, prout Christus testatur, Qui manducat meam carnẽ, & bi-
Ibidem. bit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Et denuo, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet
inæternum. Propter tanta ergo beneficia Christi. ¶ (17) SIT nomen eius benedictum in secula]
id est, per omnes generationes laudetur & clarificetur [ANTE solem permanet nomen eius] Nam
Christus ab æterno fuit, & omnem creaturam æterna generatione præcessit, sicut de eo scriptum est,
Mich.5. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. ¶ (18) ET benedicentur in ipso omnes tribus terræ]
ex hoc constat quod vera sit expositio Pauli apostoli, qui illud quod ad Abraham loquutus est deus,
In te (inquiens) benedicentur omnes cognationes terræ, exponit de Christo, ad Galatas, sic enim al-
Gene.12. legat Apostolus, In semine tuo, id est in Christo (vt ipse interpretatur) benedicentur omnes gentes;
Galat.3. Et hoc est quod iam ait Psalmista, Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, quia non solum duo-
decim tribus Israel, sed & omnes mundi progenies benedicuntur in Christo, quia per illum saluan-
tur & gratiam dei nunc, postq; gloriam beatorũ adipiscuntur, merito incarnationis, conuersationisq;
Act.10. Christi. Propter quod ait Petrus loquens de Christo, Huic testimonium perhibent omnes prophe-
tæ, remissionem accipere peccatorum per nomen eius, omnes qui credunt in illum [OMNES gẽtes
magnificabant eum] laude & opere. Et est in versu isto distributio pro generibus singulorum, quia
ex omni genere tribuum ac familiarum quidam, imo & multi crediderunt in Christum, quemadmo- H
Zach.2. dum prædixit Zacharias, Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in medio tui, &
applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illo. ¶ (19) BENEDICTVS dominus deus
Israel] tanta beneficia præstans hominibus, [QVI facit mirabilia solus] propria authoritate ac po-
Iohã.14. testate. Quanuis enim per sanctos deus mirabilia operetur, secundum quod in euãgelio ipse ait, Qui
credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, hoc tamen sancti non faciunt, nisi virtute diuina, &
ita deus est author principalis. Sunt autem quædam mirabilia, quæ etiam fieri possunt per dæmones
Iosue.10. & impios, sed mirabilia quæ totum ordinem, cursum, & legẽ naturæ creatæ transcendunt, à solo deo
efficiuntur, sicut est statio solis, resuscitatio mortuorum, reuelatio secretorum cordis. ¶ (20) ET
benedictum nomen maiestatis eius inæternum] id est, nomẽ magnę potestatis dei, quo ipse omnipo-
tens appellatur, ab omnibus semper laudetur & glorificetur [ET replebitur maiestate eius omnis ter
Esaiæ.11. ra] id est, cognitione maiestatis diuinæ omnis homo implebitur, sicut ab Esaia prædictum est, Reple
Act.2. ta est terra scientia domini, & hoc factum est in toto mũdo per sanctos apostolos. Vel, maiestate eius
Iohel.2. id est magnificentia operum diuinorum seu gloriosis effectibus creatoris, replebitur mundus, quem-
Sapien.1. admodum factum est in die Pentecostes, & postmodũ quando effudit deus de spiritu suo super omnẽ
Act.2. carnem, quia tunc spiritus domini repleuit orbem terrarum, cœperuntq; in vniuerso mũdo fieri ma-

A gna miracula in nomine Chriſti. Poſtremo deſiderans propheta cum ingenti affectu, prædicta vati-
cinia verificari in actu, adiungit [FIAT fiat] Ecce pſalmum vere per omnia cœleſti pulchritudine
candidatum audiuimus, in quo Chriſti duplex natura & vna perſona clariſsime commẽdatur, regnũ
eius vniuerſale deſcribitur, eccleſiæ inſtitutio declaratur, deo gratiæ exhibẽtur. Et patet ex his, quàm
multa in hoc Pſalmo dicuntur, quæ de Salomone nullatenus verificantur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXII.

### ¶EXPOSITIO Tituli.

PSalmi autem pręſentis titulus eſt, Defecerunt laudes ſeu hymni Dauid filii Ieſſe Pſalmus Aſaph,
id eſt, poſtquam impleta fuerunt, quæ in præcedenti Pſalmo dicebantur futura, videlicet Chriſto
incarnato, defecerunt laudes ſeu hymni Dauid filii Ieſſe, id eſt populi Iudæorum, ſignificati per Da-
uid. Solebant enim deum laudare propter beneficia temporalium & exteriorum bonorum, ſed Chri
ſto nato, defecerunt hæ laudes, quoniam perdiderunt locum & gẽtem. Prædictas igitur laudes ſequi-
tur Pſalmus præſens, in quo oſtenditur rectitudo prouidentiæ dei omnia diſponentis, cuius tamẽ cõ-
trarium nonnullis imperfectis videtur, dum malos nunc florere ac proſperari, bonos vero tribulari
B & opprimi cernunt. Dicitur quoque hic Pſalmus eſſe ipſius Aſaph, tanquam authoris ſecundũ Hie-
ronymum, ſecundum Auguſtinum ſicut cantoris, ita quod Dauid fecit hunc Pſalmum decantandum 1.Par.16.
per Aſaph, qui erat vnus de principalibus templi cantoribus tempore Dauid. Primo autem propo-
nit propheta Dauid principale propoſitum ſeu cõcluſionem intentã, deinde arguit ad partẽ vtráq;.
Dicit ergo.

### PRECATIO,

*Deus cordis noſtri, deus pars noſtra in æternum, te confortante in bonis agendis non deficiat caro & cor noſtrum: fac nos tibi ſemper adhærere, & in te domino deo ſpem ponere, donec te præuio duce cæleſte ſanctuarium tuum mereamur introire: qui trinus & vnus deus viuis & dominaris in omnia ſecula.*

### ¶EXPOSITIO Pſalmi.

QVAM bonus Iſrael deus] id eſt, multum bonus eſt deus populi Chriſtiani, di-
uina fideliter contemplantis [HIS qui recto ſunt corde] id eſt, iuſtis, nil mali
machinantibus, ſed diuinæ legi ſe ſemper conformantibus. Omnibus autẽ bo-
nus eſt deus, in quantum cuncta conſeruat in eſſe, & ſingulis prouidet: ſed iu-
ſtis deus eſt valde bonus, id eſt pius, dulcis, liberalis. Bonũ enim vocatur, quod
C eſt ſui diffuſiuum. Deus vero, quantum in ſe eſt, omnibus promptus eſt, ſuam
bonitatem communicare, & aliud nihil impedit nos à perceptione diuinorum
donorum, niſi negligentiæ noſtræ atque peccata, quemadmodum Ieremias te-
ſtatur, Peccata veſtra prohibuerũt bonum à vobis. Quoniã ergo recti corde hoc impedimentũ abii- Ierem.5.
ciunt, digni ſunt accipere dona diuina, idcirco bonitatem diuinam, quam alii informiter ac ſimplici-
ter ſciunt, ipſi experimentaliter norunt ac dulciter guſtant, propterea deus eſt eis valde bonus: iuxta
illud, Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Deinde propheta incipit ad op
poſitam partem arguere, loquénsq; in perſona infirmorum, ait. ¶(2) MEI autem pene moti ſunt Thren.3.
pedes] id eſt, affectus mei quaſi incuruati ſunt, & à diuinæ legis obſeruatione pene auerſi. Vel, pedes
mei. i. intellectus atque voluntas, quia per has vires tendimus in deum, contemplando & diligendo,
[PENE effuſi ſunt greſſus mei] id eſt, opera mea quaſi euacuata ſunt, & mercede priuata, propter
inconſtantiam meã. ¶(3) QVIA zelaui] id eſt, inuidia & irrationabiliter motus ſum [SVPER
iniquos] inuidendo temporali proſperitati eorum [PACEM] falſam, carnalem & tranſitoriã [PEC-
CATORVM videns] quã æquanimiter ferre non potui propter imperfectionem meam. Non enim
debet homo ita moueri, quia ſuperius dictum eſt, Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris fa Pſal.36.
cientes iniquitatem. Si autem quis doleat de proſperis impiorum ſucceſsibus, in quantum eorum ſa-
D luti repugnant, hoc ex dilectione procedit, neque ad zelum inuidiæ pertinet. AEſtimare vero nõ de-
bemus quod impii veram habeant pacem, cum pax ſit tranquillitas bonæ ordinationis, qua carẽt ma
ligni, quia in eis ſenſualitas præualet rationi, & caro dominatur ſpiritui. Vnde ſcriptum eſt, Non eſt Eſa.57.
pax impiis, dicit dominus. Sæpenumero denique ſancti prophætæ, hanc quæſtionem & rationẽ infir
morum inducunt, cur. ſ. boni in hoc ſeculo affliguntur, & impii proſperantur. Hinc Ierem. ait, Iuſtus Ierem.12
quidem tu es domine, ſi diſputem tecum, verũtamen iuſta loquar ad te. Quare via impiorum proſpe- Abacuc.1
ratur, & bene eſt omnibus qui præuaricantur in te? Et Abacuc, Quare non reſpicis contemptores, Iob.21.
& taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum. Quare non reſpicis
ſuper inique agentes? Iob quoque, Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt, vt merito nõ debeã
cõtriſtrari? Quare ergo impii viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis, & non eſt virga dei ſuper
eos? Hæc autem malignorũ proſperitas, viro perfecto & iuſto vacillationem aut anxietatem non fa- Heb.13.
cit, nõ enim ignorat ꝙ deus flagellat omnẽ filium quem recipit. Et ꝙ ſicut aurum in fornace, probat Sapien. 3
electos, & ꝙ per multas tribulationes oportet nos intrare regnum cęlorum. Cur autem videatur pax Act.14.
eſſe peccatoribus, ſubdit. ¶(4) QVIA non eſt reſpectus morti eorum] id eſt, quoniam ipſi non
aſpiciunt neque conſiderant mortem ſibi inſtantem, ideo ſic viuunt ſecuri, quaſi non eſſent morituri.
[ET firmamentum in plaga eorum] reſumenda eſt negatio in principio verſus poſita, vt ſit ſenſus,
non eſt firmamentum, id eſt aliqua virtus ſeu ſtabilis pœnitentiæ fortitudo, in plaga eorum. i. vitioſa

ac miserabili vita ipsorum. Peccatum enim est animæ plaga, & ipsi in vitiis perseuerat, sicut de eis ait E
Iob.21. sanctus Iob, Dixerunt deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Esaias quoque, Dicit
Esa.30. videntibus, nolite videre: & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis
placentia, videte nobis errores. Vel sic, Quia non est respectus morti eorum, id est ideo in vitiis pa-
cem habent, quoniam deus non respicit eos oculo suæ clementiæ, prout apud Esaiam ipse ait de pec
Esa.57. catore, Absöndi faciem meam, & abiit vagus in via cordis sui, & ita non prospicit deus morti eorū
æternæ, quia non impedit eam, idcirco est & firmamentum .i. perseuerantia fortis, & obstinatio dura
Eccle.7. in plaga eorum interiori .i. in culpa, quia non pœnitêt. Vel sic, & magis ad literā, Quia non est respe-
ctus morti eorum, id est, non videntur cito mori, sed interdum viuunt diutius quàm iusti, quemadmo
dum scriptum est, Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Hoc tamē
contingit ad damnationem ipsorum grauiorem, interdum autē merentur per aliqua opera bona ex-
tra charitatem facta, temporalis vitę prolongationem, & firmamentum in plaga eorum .i. si mali ali-
quam plagam incurrant, cito curantur, & non diu in ea perdurant, propter multa suffragia, & huma
na solatia eis parata, quibus sæpe iusti egent, & carent. ¶ (5) IN labore hominum] id est, virorū
sanctorum & virtuosorum [NON sunt, & cū hominibus] vere rationabiliter conuersantibus [NON
flagellabuntur] flagello filiorum, ad emendationem in vita præsenti, sed flagello reproborum, & ad
Sapien.5 perditionem in lacu inferni. Non autem sunt hæc intelligenda, quasi peccatores non laborent in hac F
Eccle.2. vita, præsertim cum ipsi alibi dicant, Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus
vias difficiles. Ecclesiastes quoq; ait, Bono homini dedit deus sapiētiā & sciētiā, peccatori autem affli
ctionē & curā superfluā. Est igitur duplex labor, labor pœnitētialis, & labor iniquæ operatiōis. Quē-
admodū nāq; virtus ex sua natura delectabilis est: sic vitiū ex sua natura amarū est, triste, laboriosum,
atq; pœnale: sæpe tñ cōtrariū accidit quātū ad nos, propter nostrę naturę corruptionē. In sancto er-
go & pœnitētiali labore peccatores nō sunt, quia nec sacris vigiliis, nec precib. puris, nec debitis disci
plinis, saluberrimisq; ieiuniis vacant, sed in vanitate & peruersitate tempus suum expendunt, & per-
dūt. Quanuis autem vita eorū secūdum veritatem, multo laboriosior sit atq; pœnalior conuersatione
bonorū, quoniam tamen vita peruersa eis amplius placet, idcirco sine labore se viuere arbitrantur, &
vitam iustorū, laboriosam putant, eámq; abhorrent & aspernantur. Iusti autem verū habent iudiciū,
Matt.11. & per experientiam didicerūt, quàm dulce sit deo seruire, quanta sit delectatio serenæ cōscientię, quā
vehemens sit lætitia animæ puræ, quam vere suaue sit iugum Christi, & leue onus ipsius. Secundum
Bernardum, versiculus iste nullis tam proprie competit, quam clericis nostri temporis. Quoniā itaq;
Iohan.8. sic prosperantur & ociantur maligni. ¶ (6) IDEO tenuit eos superbia] id est, vinculo elationis cō
stricti sunt, & in captiuitatem ac seruitutē superbię ducti, imo serui superbię facti: iuxta illud, Omnis G
qui facit peccatum, seruus est peccati [OPERTI sunt iniquitate & impietate sua] id est, quemadmo
dū viri perfecti dicuntur operti atque vestiti iustitia, sic isti vndique operiuntur malitia, facientes ini-
quitatem in proximum, & impietatem in deum. ¶ (7) PRODIIT quasi ex adipe iniquitas eorū]
id est, ex abundantia atque pinguedine, seu copia temporalium rerum iniquitas eorum causatur, quo-
Prou.30. niam temporalium copia rerum, omnis transgressionis est fomentum, ideo orat vir iustus, Tantū vi-
ctui meo tribue necessaria [TRANSIERVNT in affectum cordis] id est, concupiscentiis carnis illi-
Gala.5. citisq; desideriis consenserunt. Quocontra de iustis ait Apostolus, Qui autem sunt Christi, carnē suā
crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ad quod monemur à Principe apostolorū, dicente, Obse
1.Pet.2. cro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus ani
mam. ¶ (8) COGITAVERVNT] cum consensu mentali [ET locuti sunt] ore corporali [NE-
QVITIAM] id est, fraudulenta & crudelia verba contra virtuosos viros, quos quærunt opprimere,
Esa.31. quod in tyrannis, beatorum martyrum homicidis, maxime patet. Vnde in Esaia legitur, Fraudulenti
Esa.3. vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites [INIQVITATEM] id
est, verba iniqua [IN excelso] .i. in sublimi, audacter, alte, & publice, [LOCVTI sunt] sicut alibi scri
ptum est, Peccatum suū quasi Sodoma prædicauerūt, & non absconderunt. ¶ (9) POSVERVNT
in cælum os suum] id est, erecto collo, & tumida mente, contra deū loquuti sunt verba blasphemiæ,
Iob.15. prout in libro Iob scribitur, Cucurrit impius aduersus deum erecto collo, & pingui ceruice armatus
Exod.5 est. Vnde & Pharao dixit, Nescio dominum. Et Sennacherib, Non te decipiat deus tuus, quia nō po- H
2.Par.32 terit liberare te. Nero quoque, Domitianus, Diocletianus, & alii plures, maximas contra Christū di-
xerūt blasphemias [ET lingua eorum transiuit in terra] id est, sermo eorū rebus terrenis inhæsit, vel
in opus processit, atque humanæ fragilitatis mensuram excessit. Deinde dominus ait de populo prę-
electo. ¶ (10) IDEO conuertetur populus meus hic] id est, quoniam tāta iniquitas atque damna-
tio concomitantur temporalem prosperitatem impiorum, idcirco populus saluandus conuertetur ad
me, hic .i. in hac consideratione præsenti, quia perpendet quam periculosa sit mundana prosperitas,
& carnalis voluptas: & ita eas abhorrebit & fugiet, nec amplius super iniquos zelabit, sed cōdolebit,
atque ad spiritualem ac arduam conuersationem se dabit [ET dies pleni] fructibus pœnitētiæ, & bo
nis operibus [INVENIENTVR] à deo iudice [IN eis] ad deum conuersis. Plenitudinem enim (vt
ait Ambrosius) vita sanctorum habet, inanes autem sunt dies malorum. ¶ (11) ET dixerunt] præ-
dicti infirmi antequam perfecte essent ad deum cōuersi [QVOMODO scit deus] ista inferiora, si ista
permittit, videlicet vt impii prosperentur [ET si est scientia in excelso?] id est, si est prouidentia in
deo sublimi, imo videtur quod non, quia si esset, daret deus malis aduersa & pœnas, sicut merentur,
Iob.22. iustis autem prosperitatem & gaudium. Hoc est quod scribitur apud beatum Iob, An cogitas quod deus
excelsior cælo sit, nec nostra consideret, & circa cardines cæli perambulat? Vnde de negātibus diui-

A nam prouidentiam alio loco scriptum est, AEstimauerunt lusum esse vitam nostram,& conuersatio- Sap.15.
nem vitæ ad lucra compositam,& oportere vndecũq; acquirere. Cur autem infirmi hæc dicant,sub-
iungitur. ¶ (12) Ecce ipsi]sunt[PECCATORES,&] nihilominus sunt[ABVNDANTES
in seculo,obtinuerunt diuitias] hæreditaria possessione. ¶ (13) Et dixi]dum adhuc inexercita-
tos habui sensus [ERGO] id est,cum ita sit,ego[SINE causa] id est,sine fructu & ratione[IVSTI-
FICAVI cor meum] omni custodia custodiendo cor meum à cogitationibus malis, & sine causa
[LAVI inter innocentes manus meas] id est,opera mea impolluta seruaui. ¶ (14) ET fui] sine
causa [FLAGELLATVS tota die] id est,assidue in vigiliis,ieiuniis,disciplinis,fletu,& precib⁹,ex- Prou. 14
terioribus quoque laboribus propter deum assumptis,vel ad spiritualem profectum relatis[ET casti
gatio mea in matutinis] id est,correctio qua meipsum correxi,& exercitatio sancta,summo mane ar-
repta,qua castigaui corpus & spiritum meum,vel à te castigatus sum,fuit inanis. Cõsequenter arguit
ad oppositum. ¶ (15) Si dicebam]corde[NARRABO sic] id est,cogitaui ita sentire atq; assere-
re de prouidentia tua,& felicitate malorum [ECCE nationem filiorum tuorum reprobaui] id est,
tunc generationem & societatem electorum redarguo,quia vita eorũ mercede caret, sicut de quibus-
dam per Malachiam conqueritur dominus,Inualuerunt super me verba vestra,dicit dominus. Et di Mala. 3.
xistis, Vanus est qui seruit domino. Aut quod emolumentũ,quia custodiuimus præcepta eius,& quia
B ambulauimus tristes coram domino? ¶ (16) Existimabam vt cognoscerem] id est,putaui
me posse rationem huius scrutari & inuenire,cur impii prosperantur,& sancti multipliciter affligũ-
tur [HOC labor est ante me] id est,hãc causam cognoscere laboriosum est mihi. ¶ (17) Donec
intrem in sanctuarium dei] id est,donec deus mihi reuelet incerta & occulta sapientiæ suæ in secretũ Psal.50.
suæ cognitionis me intromittẽs: & sacram scripturam quæ etiam sanctuarium dei vocatur,mihi ape-
riat. Per sacram nanq; scripturã deus nobis loquitur & respondet,sicut in sanctuario tabernaculi di- Exod. 38
uina dabantur responsa [ET INTELLIGAM in nouissimis eorum] id est considerem,quid fi-
naliter instet peruersis,quid pœnæ & damnationis eis immineat,quàm cito morituri sunt, quam di-
stricte iudicandi,quàm irreparabiliter cõdemnandi. Aduertam etiam quid beatitudinis restet ele-
ctis & iustis, quàm secure discedent, quàm clementer à iudice recipientur, quàm gloriose corona-
buntur,dum ista aduerto,tunc vtique ex prosperitate prauorum non moueor,neque bonorũ me tur-
bat aduersitas,quoniam scio ꝙ deus electos hic purgat,quatenus citius,copiosiúsque glorificentur in
cælis,sicut & ipse in Apoc.testatur,Ego quos amo,arguo & castigo, Horum quoque nouissimorum Apoc.3.
præmeditatio sedula,præseruat hominẽ ab omni ruina: iuxta illud, In omnibus operibus tuis memo-
rare nouissima tua,& in æternum non peccabis,sed quoniam reprobi ista non pensant,prout de eis Eccle.7.
in Deut.asseritur,Gens absque consilio est & sine prudentia,vtinam saperent & intelligerent,ac no Deut.32.
C uissima prouiderent. Deinde ponuntur tormenta prauorum. ¶ (18) Veruntamen] ô deus
[PROPTER dolos] quos impii fecerunt in proximos, [POSVISTI eis] id est,impiis finem vitæ
breuiorem,quam alias habuissent. Sæpe enim homines propter peccata sua, tempestiue moriuntur,
quando videlicet impletæ sunt iniquitates eorum. Vnde de peccatore apud Iob scriptum est, Ante- Iob.15.
quam impleantur dies eius,peribit. Et iterum sanctus Iob, Viri (inquit) iniqui ante tẽpus suũ sublati
sunt, [DEIECISTI eos dum alleuarentur] id est,dum adhuc florerent & superbirent, humiliasti
iniquos,eos occidendo siue damnãdo. Hinc Abdias disseruit, Superbia cordis tui extulit te. Sed si ex- Abdiæ.1.
altatus fueris vt aquila,& si inter sidera posueris nidum tuum,inde detraham te,dicit dominus.
¶ (19) Quomodo facti sunt in desolationem] perdendo temporalia bona,corporis sanitatem,
aut mortem incurrendo,in qua nullus eos valuit adiuuare [SVBITÒ defecerũt] sicut dicitur apud Iob.20.
Iob, Laus impiorum breuis est,& gaudiũ hypocritæ instar puncti[PERIERVNT] æternaliter con
demnati[PROPTER iniquitatem suam] sicut scriptura alia testatur, Ducunt in bonis dies suos, & Iob. 21.
in puncto ad inferna descendunt. ¶ (20) Velut somnium surgentium] id est,quemadmodum
somnium euigilantium statim euanescit,& fallax fuisse cognoscitur,sic ô domine [AD nihilum redi-
ges] id est,condemnabis ac destrues [IMAGINEM ipsorum] id est,omnem apparentem felicitatẽ Sap.5.
& gloriam reproborum [IN ciuitate tua] cælesti,tollendo eos ab ea,ne videant beatitudinem tuam.
D Hinc enim dicturi sunt impii in die reprobationis suæ. Quid nobis profuit superbia,aut quid diuitia Sap.5.
rum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra,& tanquam nuncius præcur- Iob.20.
rens. Et iterum scriptum est, Spes impii,tanquam lanugo,& tanquam spuma gracilis,& tanquã me-
moria hospitis vnius diei prætereuntis. Ideo in libro Iob scriptum est, Si ascenderit vsque ad cælum
superbia eius,& caput eius nubes tetigerit,quasi sterquilinium in fine perdetur: velut somnium auo-
lans non inuenietur,transiet quasi visio nocturna. Hæc autem dico. ¶ (21) Quia inflammatum Iere.20.
est cor meum] zelo iustitiæ,& igne spiritus sancti,contigitq; mihi quod à Ierem. olim dictum est, Fa
ctus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans [ET renes mei] id est,motus seu affectus
sensitiui appetitus[COMMVTATI sunt] id est,rationis imperio subditi sunt,qui dudum secundùm
impetum concupiscentiæ mouebantur,quod non fit sine magna gratia dei [ET ego ad nihilum re- Gala.6.
dactus sum] id est,quantum ad spirituale esse nihil factus sum,antequam conuersi fuerant renes mei,
quando peccatis subiacui & concupiscentiis deseruiui [ET nesciui] me sic annihilatum propter ex-
excæcationem peccati,nam putaui me aliquid esse,cum nihil essem. Vel,ego ad nihilũ redactus sum, 1.Cor.8.
propria reputatione,& nesciui.i.non sapientem,sed ignorantem me reputaui,eo ꝙ dicat Apostolus,
Qui se putat aliquid scire,nondum scit quomodo oporteat eum scire. Et iterum, Nolite prudẽtes es- Rom.12.
se apud vosmetipsos. ¶ (22) Vt iumentum factus sum apud te] id est,comparatione tuæ sapien-
tiæ,potius videor esse irrationale animal quam rationalis creatura. Vel sic, Vt iumentum factus sum

apud te, id est, tuo iugo dorsum meum suppoſui, tuisq; præceptis tam prompte obediui, vt iumētum B
domino suo obedit, onera eius portando [ET ego ſemper tecum] Qui enim ſeipſum coram deo hu
miliat, eiq; paret, indeſinenter manet in eo per gratiā. ❡(23) TENVISTI manum dexterā meā]
id eſt, per gratiam me conſolidaſti & ſuſtentaſti, quemadmodum ſuſtentatur cuius dextera ab amico
tenetur [ET in voluntate tua] id eſt, in obſeruatione præceptorum tuorum, vel ſecundum tuę volū-
tatis beneplacitum [DEDVXISTI me] in via peregrinationis atq; exilii huius, ducendo me per re-
ctam viam ad felicitatem æternam [ET cum gloria] id eſt, glorioſe atq; potenter [SVSCEPISTI
me] vniendo me tibi per charitatem, quem ex ore diaboli, & morte peccati rapuiſti. Vel, cum gloria
.i. cæleſti beatitudine, ſuſcepiſti me .i. ſuſcipies, transferendo me de via ad patriam, & de corpore mor
1.Cor.15. tis huius ad incorruptibilem ſtatum, præſertim in die iudicii, quando mortale hoc induet immorta-
litatem. ❡(24) QVID enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram] id eſt, nihil requi-
Philip.3. ro à te niſi teipſum, nec in aliqua creatura cæleſti ſiue terreſtri ſpem meam conſtituo, aut felicita-
tem repono: ſed tu mihi obiectū & cauſa eſt fidei, ſpei, charitatis, & felicitatis. Omnia arbitror vt ſter
cora, vt Christū lucrifaciam. Inſufficiens & anguſta eſt mihi omnis creatura, te creatorem ſuper o-
mnia diligenti, nec ſatiare poteſt affectum meum bonum finitum, ſed tu deus æterne, qui es bonitas
infinita, & veritas incircunſcripta, ſolus quietare, implere, & beatificare potes intellectum meū atque
1.Cor.2. affectum. ❡(25) DEFECIT caro mea] id eſt, appetitus inferior [ET cor meum] id eſt, appeti- F
Eſa.64. tus ſuperior in contēplatione ac dilectione ſummi boni, & beatitudinis mihi à deo meo paratæ, quo-
niam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus dili-
gentibus ſe [DEVS cordis mei] id eſt, amor animæ meæ, ſummum bonum ipſius, & deus totius bea-
titudinis ſuæ. Quod enim quis maxime colit ac diligit, hoc eſt deus ipſius [ET pars mea deus in ęter
num] id eſt, deus eſt illud bonum, quod ego ex omnibus bonis elegi, præ vniuerſis rebus dilexi, cui
ſemper adhærere intendo, quoniam ipſe ſolus ſufficit mihi, quia in ipſo omnium bonorum, pulchro-
Eſa.26. rum, ac deſiderabilium plenitudinem inuenio. Vnde & Eſaias hoc bono contentus, ait, Nomē tuum
Iudic.5. & memoriale tuū in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te. Et alia ſcriptura, Qui diligūt te do
mine, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent. ❡(26) QVIA ecce qui elongant ſe] per peccatū
Matt.26. mortale [A te] omnium ſaluatore [PERIBVNT] quoniam ibunt in ignem æternum [PERDIDI-
STI omnes qui fornicantur abs te] id eſt, in præſenti perdis, eis gratiam ſubtrahendo: & in futuro
perdes, à gloria repellendo, omnes qui adulterinis & peſsimis cogitationibus à te recedunt, & rebus
caducis inhærent. Eſt enim quædam fornicatio ſpiritualis, qua anima ſummæ trinitatis imagine inſi-
gnita, quæ eſſe deberet ſui creatoris filia, Chriſtique ſponſa, deo ſuo infidelis efficitur, & creaturis po C
tius quàm creatori innititur, delectatur: & fruitur, ſic fornicantes à deo conteruntur, ſicut ſcriptum G
Ezech.5. eſt, Contriui cor eorum fornicans & recedens à me, dicit dominus. Et iterum, Noli lętari Iſrael, quia
Oſee.9. fornicatus es à deo tuo. ❡(27) MIHI autem adhærere deo] per charitatem & humilem ſerui-
tutem [BONVM eſt] imo optimum, ſaluberrimum, atque digniſsimum. Sūma nanque nobilitas mē
tis creatæ, eſt cōuerſio eius ad deum [PONERE in domino deo ſpem meam] bonum eſt mihi. Hinc
Cant.5. etenim ſponſa ait, Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Et Chriſtus in Euangelio, Vnum (in-
Luc.10. quit) eſt neceſſarium. ❡(28) VT annunciem] aliis, vel per me decantem ad gloriam nominis tui
[OMNES prædicationes tuas] in ſacra ſcriptura contentas, vel mihi diuinitus inſpiratas, [IN por-
tis filiæ Sion] id eſt, in eccleſiis militantibus, quę ſunt filiæ Sion, id eſt cæleſtis Ieruſalem, quę eſt ma
ter noſtra: multæ autem ſunt particulares eccleſiæ, id eſt congregationes fidelium. Porro ſecundū ve
nerandum Hugonem, ſeptem ſunt genera prædicādorum, quæ deſignantur hoc verſu, Sacra, fides,
virtus, vitium, laus, præmia, pœnæ. Prædicanda ſunt enim ſacra, id eſt ſeptem ſacramenta eccleſię: fi-
des, id eſt duodecim articuli fidei: virtus, id eſt virtutes theologicæ, morales & intellectuales, quate-
nus acquirantur: vitium, id eſt peccata mortalia vt vitentur: laus, id eſt preconia, exēpla, & vita Chri
ſti atque ſanctorum: præmia quoque electorum, & pœnæ reproborum. Ecce completus eſt pſalmus:
omni laude digniſsimus, qui deuotarum eſt mētium maxime conſolatiuus, in cuius exordio ponitur
verbum omni dulcedine plenum, in cuius proceſſu pulchre concionatur propheta, & tandem con-
cludit, quàm vana ac fallax ſit impiorum proſperitas, quàm contemnenda ſit diuitiarum ſuperfluitas. D
Nam (vt ait Hieronymus) continuus temporalium rerum ſucceſſus, certum indicium eſt reprobatio H
Pſal.80. nis æternæ. Et hæc grauiſsima ira dei, cum permittit hominem temporaliter proſperari, nec eū caſti-
gat, ſed in ſuis adinuentionibus, voluntatibusque relinquit. Oſtendit inſuper pſalmus iſte, quam cer-
tam & iuſtam prouidentiam habeat deus actuum humanorum. Copioſe etiam manifeſtat, qualis ſit
vita hominis electi ac iuſti, videlicet vt cor ſuum iuſtificet, manus ſuas inter innocentes lauet, tota die
flagelletur, atque in matutinis caſtigetur, cor habeat diuino amore ſuccenſum, carnem mortificatam,
& in propriis oculis nihil exiſtat, inſipientiam ſuam domino humilime confiteatur, eiúſque imperio
inſtar pii iumenti, in omnibus ſubiiciatur. Deinde beneficia gratiæ dei commemorantur, & totus ſpi
ritualis profectus deo aſcribitur. Poſtremo anima deum affectuoſiſsime ac deuotiſſime affatur, affir-
mans ſe extra deum nihil appetere, deum finaliter deſiderare, in eius dilectione, & contemplatione
prorſus deficere, vel quia non valet eum tam clare cognoſcere, tamq; ardenter diligere, ſicut ipſe co-
gnoſcibilis, amabiliſq; cōſiſtit. Vel, quia ex feruidæ dilectiōis exceſſu, cōtēplationiſq; raptu infirmata
ſit corpore, & corde alienata à ſemetipſa. Vltimate etiā eligit omnibus derelictis deo totaliter adhę-
rere, atq; in eo pure cōfidere, & hoc nō ob proprium præmiū cū reflexiōe ad ſe, ſed vt oēs laudationes
Luc.10. dei prōnūciet. Cū multa igitur attētiōe pſēmus & decātem' pſalmū pręſentē, quatenus oīs mūdana
proſperitas nobis vileſcat, & illud vnū qđ ſolū eſt neceſſariū, ſūme cōplaceat, ametur, atq; delectet.

A ## ☙ COMMENTARIVS IN PSAL. LXXIII.

### ❨Expositio Tituli.

EXplanandi iam psalmi titulus est, Intellectus Asaph. Asaph interpretatur congregatio, quæ in
veteri lege dicebatur synagoga, nunc vero vocatur ecclesia. Secundũ Hierony. psalmus iste ab
Asaph compositus est, sicut & alii psalmi ab Asaph intitulati. August. vero aliter sentit, & er-
go secundum Augustinum, sensus tituli est, Intellectus Asaph. i. in psalmo hoc agitur, quid synagoga
seu ecclesia intelligit. s. ꝙ figuræ iam transierunt, atq; per Christũ impletæ sunt, & ꝙ à Christo expe-
ctare & quærere debemus, non tẽporalia, sed æterna. Porro secundum doctores catholicos, psalmus
iste ad literam loquitur de captiuitate & destructione Iudæorum, per Titum & eius exercitum facta.
Propheta ergo, vt dei misericordiam citius prouocet, causam huius destructionis regni & populi He
bræorum per modum admirationis & condolentis inquirit dicendo

### PRECATIO,

*Deus rex noster ante secula Christe, qui in fine seculi operatus es salutem in redemptione ecclesiæ tuæ, quàm ab ini-
tio tuo possedisti prædestinatione, respice in testamentum sanguine tuo confirmatum, faciendo tandem ecclesiam tuam
deuotam permanere: & in securitate iugi consistere: qui cum deo patre & spiritu sancto &c.*

B

### ❨Expositio psalmi iuxta sensum literalem.

VT QVID deus repulisti] terrã & populũ tuũ, à teipso & tua protectione tra-
dendo eos in manus aduersariorũ [IN finem?]. i. totaliter & vsq; ad finẽ mun-
di. Quidã vero exponunt hunc psalmum ad literã, de captiuitate Babylonica,
sed illa non durauit in finem, imo deus frequenter per Ieremiã dixit, se nõ da- Ierem. 4.
re eos in cõsummationẽ, sed velle reducere eos ad terrã suam post septuaginta
annos. Non igitur de illa captiuitate, magis autẽ de ea, in qua iam sunt, loqui- Dan. 9.
tur psalmus hic, quoniam ipsa durat vsq; in finem, quemadmodũ apud Danie Amos. 8.
lem habetur, Vsq; in finẽ perseuerabit desolatio. Et alibi, Venit finis super po
pulum meum Israel, non adiiciã vltra vt pertranseam eũ. Verũtamen quæstio oritur, quomõ prophe
ta Iudæos illos incredulos & peruersos, appellet in sequẽtibus oues pascuæ domini, & congregatio-
nẽ dei? Et respõdendũ, quod eo modo dicũtur oues & cõgregatio dei, quo Christus in Euãg. nũcupat
eos filios regni, vtpote, qm̃ ex semine sanctorũ patriarcharũ ac prophetarũ orti fuerũt, specialiterq; à
deo vocati, quia Christ⁹ in Euãg. Nõ sum, inquit, missus, nisi ad oues quę perierũt, domus Israel. Vel Matth. 8.
dicũtur oues pascuę dei, qm̃ terrã promissiõis, lacte & melle manãtẽ, ꝓstitit eis, pauitq; patres eorũ pa
C ne cælesti annis 40 in eremo. Siue autẽ exponat hic psalmus de captiuitate facta per Romanos, siue Matt. 15.
per Babylonios, cõstat ꝙ Iudęi pro tũc pessimi erãt, tẽpore em̃ captiuitatis Babylonicę deos alienos Exod. 3.
adorauerũt, tẽpore vero captiuitatis à Tito inductæ, Christũ occiderunt, & ob eius occisionẽ vastati Exod. 16.
sunt, quod & prophetã istũ nõ latuit, quãuis per modũ interrogãtis exorsus sit, orat tñ pro liberatiõe Iere. 50.
Iudæorũ à captiuitate ꝑsti, illa potius qua spũaliter capti sunt à dæmõe, & vinculis infidelitatis, ob-
stinatiõisq; irretiti, quã illa qua à terra sua expulsi sunt. Agnouit nãq; sanctus propheta, tãdẽ fore Iu-
dæos ad Christũ cõuertẽdos. Variis em̃ tẽporib. quidã ex eis cõuersi sunt, sed gñaliter nõ cõuertẽtur,
nisi in fine seculi. Cũ eñ plenitudo gẽtiũ intrauerit, tũc oĩs Israel salu⁹ erit ẜm Apost. De hac quoq; Rom. 11.
vastatiõe Iudęorũ à Romanis, pulchre & clare prophetauit Balaã, Veniẽt, inquit, in trieribus de Ita Num. 24
lia, superabũt Assyrios, vastabũtq; Heb. [IRATVS est furor tuus super oues pascuæ tuæ]. i. filios Is-
rael, quia ꝑuenit in eos ira dei, ẜm Apost. Et qm̃ tã dire atq; finaliter derelicti sunt, intus & foris, pri Ephe. 2.
uati om̃i gr̃a dei, & propria terra, idcirco dr̃ in eos furor dei iratus. Ascribit aũt diuina scriptura deo
furorẽ & irã, secũdũ quod alio loco scriptũ habetur, Vlciscẽs dñs & hñs furorẽ, nõ ꝙ in deo sit aliqua Naum. 1.
passio aut immutatio recẽs seu ingẽtudo, sed ꝓpter similitudinẽ operis, quia ꝑ modũ irati & furentis
se habet, dũ pc̃ã nostra vlciscitur ꝑ pœnas horribiles. Quod aũt deo nõ cõpetãt vere & ꝓprie passio
nes huiusmodi, ipse apud Iere. testatur, Nũquid ad iracũdiã me prouocãt, dicit dñs? Nõne semetipsos Ierem. 7.
in cõfusione vultus sui? ❨(2) MEMOR esto dñe] misericordiã impendendo, nõ aliqd cognoscendo
de nouo [congregationis tuæ]. i. synagogæ [QVAM possedisti] tanq̃ poplm̃ peculiarẽ & electũ [AB
D initio] quo patres eorũ allocut⁹ es, Abrahã, Isaac, & Iacob, promittẽs eis, ꝙ semẽ eorũ esset ꝑplus tu⁹;
prout Moses ait, Patrib. tuis cõglutinatus est dñs, & elegit eos, amauitq; semẽ eorũ post eos. Orat er- Deut. 10.
go Propheta pro illuminatiõe Iudæorũ, cõmemorat quoq; industriose pristina bñficia dei, quatenus
deus recõcilietur facilius. Nã ad magnanimũ ptinet citius indulgere amico se offendẽti, ꝓpter fami-
liaritatẽ antiquã, amicitiãq; priorẽ. Subdit ergo, ❨(3) REDEMISTI virgã hęreditatis tuę] hoc est
virgã tuã hęreditariã, vtpote Israeliticã plebẽ, q̃ dicitur virga, qa ꝑ eã correxisti pc̃tõres in terra Cha
naan habitãtes, & qa ad similitudinẽ virgæ, recta fuit ꝑ iustitiã legis, atq; ad superiora erecta ꝑ fidẽ &
cõtẽplationẽ futurorũ bonorũ. Interdũ eqdẽ sacra scriptura, ꝑ virgã designat singularẽ ꝑsonã, secũdũ Esaiæ. 11.
quod de incõparabili atq; Christifera virgine Maria apud Esa. scriptũ est, Egredietur virga de radi- Iudicũ. 3,
ce Iesse. Nũc vero ꝑ virgã, significata est cõgregatio populi. Hanc deus redemit de terra AEgypti & 7, 22, 23
Babylonis, aliisq; multis ꝑssuris, vt patet in lib. Iudic. Machab. Hester, & Iudith. Quid aũt sit virga 2. Mach.
hæc, subdit [MONS Sion]. i. synagoga, vt sumatur locus pro locato, qa in mõte Sion constructũ erat 6, 9.
tẽplũ, in hoc mõte habitauit deus per gratiã specialẽ, ostẽdẽs in tẽplo mirabilia sua, & in populo illo Hest. 8, 9
familiariter habitãs sicut per Mosen ait, Ego sum dñs q̃ habito in medio filiorũ Israel. Et, Dñs deus Iud. 13, 15
tuus ãbulat in medio castrorũ. Possumus quoq; dicere, ꝙ deus dei vnigenit⁹ Christus hõ. habitauit. i. Exo. 29.
frequẽter & satis diu aliqñ fuit in tẽplo seu mõte isto, quẽadmodũ à Malach. ꝓdictũ est, Statim veniet Deut. 23.
ad tẽplũ suũ dñator, quẽ vos q̃ritis, & ãgelus test. quẽ vos vultis. ❨(4) LEVA manus tuas in supbias Malac. 3.

eorum in finem] Hoc cõmuniter sancti doctores in bono accipiunt, vt sit oratio prophetæ pro emẽ- E
datione Gentilium, Iudęos hoc modo vastãtiũ, eritq; sensus, Extende potentiã tuã in superbias eorũ,
videlicet Romanorũ, extinguendo in eis culpã non gratiã, & ita destrue eos, in finẽ.i.salubriter, qua-
tenus per tuam correctionẽ vitam mereãtur æternam. Literæ tamen potius cõuenire videtur, vt intel
ligatur in malo, & sit oratio pro destructione Romani Imperii, quantũ ad extinctionẽ Gentiliũ impe
ratorum & populi infidelis, non autẽ inquãtũ Christo subiecti fuerũt, & ita completum est tempore
Constantini, nam extunc regnare cœpit in populo Christiano [QVANTA malignatus est].i.quam
multa opera mala fecit [INIMICVS].i.quilibet aduersarius, seu Titus cũ suis militibus [IN sancto]
.i.monte Sion & in ciuitate sancta Ierusalẽ, quæ omnia à Romanis vastata sunt. Et dicitur Titus &
eius exercitus malignus seu malignatus, qm̃ idololatriç seruiebãt, vel quoniã Ierusalẽ & tẽplũ iniusta
intentione destruxerunt, non in vltionem sanguinis Christi, sed desiderio dominãdi. ℂ(5) ET glo
riati sunt] in malo & vitiis [QVI oderũt te].i.prædicti idololatræ [IN medio solẽnitatis tuæ] .i.in
medio templi quod ingressi, deiecerũt cum risu & exultatione. Vel in medio solẽnitatis tuæ.i.in me-
dio festiuitatis pascbalis. Nã cũ Iudæi in Ierusalem cõfluxissent ad celebrandũ festiuitatem paschalẽ,
à Romanorũ exercitu, & Tito ac Vespasiano obsessi sunt. ℂ(6) POSVERVNT ipsi Romani [SI-
GNA sua].i. propria signa siue vexilla quib⁹ vtebãtur in ꝓliis, vtpote aquilas & dracones [SIGNA]
.i.pro certo indicio victoriæ, expãdentes sua vexilla super turres & muros Ierusalẽ pro signo trium- F
phi [ET non cognouerũt] verũ deũ neq; iustitiã eius, qm̃ nõ pẽsabant Iudæos hæc pati propter pec-
catũ in filiũ dei cõmissum, sed propria potestate se præualere opinabãtur. Posuerunt autem signa sua
[SICVT in exitu] belli fieri solet [SVPER summum].i.super altiora loca, vt procul apparerent.
ℂ(7) QVASI in sylua lignorũ].i.sicut in syluis ligna præscindũtur, sic ipsi [SECVRIBVS ex-
ciderunt] & confregerunt [IANVAS eius].s.tẽpli & ciuitatis Ierusalẽ [IN IDIPSVM].i.pari stu-
dio atq; vnanimi volũtate [IN securi & ascia].i.per talia instrumẽta carpẽtatoria [DEIECERVNT
eam] .i.ciuitatẽ & domũ dei in ea fundatã. ℂ(8) INCENDERVNT igni sanctuariũ tuũ].i.tẽplũ
tibi dicatũ in terra Iudęæ: quod enim aliter non cõminuerunt, flãma vorauit. Vnde Daniel inducit,
Dan. 9. Ciuitatem & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce vẽturo, & finis eius vastitas [POLLVERVNT
Deut. 23. tabernaculũ nominis tui] quia Romani prędictũ tẽplũ ingressi sunt cũ equis & fœminis, quod in le-
ge prohibitũ fuit, imo prohibuit lex gẽtiles & incircũcisos ingredi tẽplũ. ℂ(9) DIXERVNT in
corde suo, cognatio eorũ simul] .i.ipsi existẽtes generatio praua, cogitauerũt quod sequitur [QVIE-
SCERE faciam⁹ oẽs dies festos dei à terra].i.oẽm cultũ dei, quẽ isti colũt, impediamus, homines oc
cidẽdo & tẽplũ destruẽdo. Hoc dicebãt Romani directe vel æquiualẽter. Si enim nõ dixerũt hoc ma
nifeste, tamẽ interpretatiue seu ęquiualẽter ita locuti sunt: nã ad destructionẽ ciuitatis ac tẽpli, destru
ctionẽq; populi, cõcomitabatur cessatio dierũ festorũ: & ergo vnũ intẽdẽdo, aliud quoq; saltẽ indire-
Exod. 12. cte intẽderũt. Cõsequẽter ponitur vox Iudæorum in prædicta afflictione positorũ, qui gemebũde ac G
Exo. 14, querulose dixerũt. ℂ(10) SIGNA nostra nõ vidimus] Tanquã dicerẽt: vbi sunt iã mirabilia illa,
16. quæ deus fecit cũ patribus nostris, qñ de terra AEgypti eos eduxit, per mare rubrũ atq; desertũ dedu
Iosu. 13, 15. xit, & in terrã promissionis induxit: multotiesq; eos redemit de potestate vastãtiũ? Hoc etiã mõ S. Ge
Iudic. 5. deon dixisse scribitur. Nẽpe cũ ei dixisset angelus, dominus tecũ virorũ fortissime. Dixit Gedeõ, Ob-
secro domine, si dominus nobiscũ est, cur apprehẽderunt nos hæc mala? Vbi sunt mirabilia eius, quæ
narrauerunt patres nostri [IAM non est propheta] qui nos cõsoletur, & pro nobis dominũ depre-
cetur, nosq; erudiat, quid facere debeamus. Nã postquã Iudæi Christũ occiderunt, & eius discipulos
eiecerũt, nullũ habuere Prophetã: ex quo cõstat, ꝙ Psalmus iste non loquitur de captiuitate Babylo-
Ezec. 1, 3 nica, Tũc enim Iudæi habuerũt veros ac sanctos prophetas, quia eodẽ tẽpore prophetauit Ezechiel
Iere. 1, 35 in Babylone, & Ieremias in Iudæa, secũdũ Hierony. dixitq; vterq; eorũ Iudęis, quid agere expediret,
& de liberatione eos consolabantur, quẽadmodũ certũ est intuẽti libros prophetarũ istorũ [ET nos
non cognoscet amplius] Iudæi tẽpore obsidionis à Tito maximas fecerũt preces, ieiunia, & hostias,
quatenus liberarentur diuinitus: cum autem nullũ experirentur dei auxiliũ, seq; iam capiendos cõspi
cerẽt, quasi desperãtes locuti sunt, nos nõ cognoscet amplius.i.deus de nobis iam nõ amplius curat,
nec opera nostra acceptat, nec nos per approbationem cognoscit. Consequenter propheta dilatio-
nẽ diuinæ subuentionis grauiter ferẽs, deũq; ad misericordiã prouocare desiderãs, lamẽtabiliter ait.
ℂ(11) VSQVEQVO deus improperabit inimicus?] hoc est, quãdiu nobis insultabit plebs ista Ita
liæ, & successores eorũ, gloriãtes de terræ nostræ destructione, de nostra expulsione & oppressione? H
[IRRITAT aduersarius nomẽ tuũ in finẽ].i.quãdiu gẽs infidelis te irritabit, nomẽ tuũ blasphemãs,
& maiestatẽ tuã despiciẽs? In hoc orat Propheta imperiũ Romanorũ à Gentilibus tolli, & verorum
Israelitarũ.i. Christianorũ dominio subiugari. Quidã exponũt hãc vltimam partẽ huius versiculi, vt
in eo reddatur causa quęstionis, quæ in prima parte præsentis versiculi ponitur. Interrogãdo enim di
xit, Vsquequo deus improperabit inimicus? & respõdẽs rõnẽ assignat, dicẽdo: irritat aduersarius &c.
tanquã dicat, ideo tã diu improperat inimicus noster nobis, qa irritat aduersarius.i.populus Iudęorũ
Christo aduersans, discredẽs, & obstinat⁹, offendit & blasphemat nomen tuũ ô Christe verax deus, in
finẽ.i.fine cessatione, & vsq; in finẽ mũdi, ideo nõ liberabũtur à Christo, vt verificetur quod scriptũ
Dan. 9. est, Nõ erit eius populus qui eũ negaturus est. ℂ(12) VT quid auertis manũ tuã?] hoc est, subtrahis
à nobis potestatis tuæ adiutoriũ, derelinquẽdo populũ Iud. in captiuitate hac duplici, qua & propria
terra priuati sunt, & à dæmone ligati tenẽtur ad ipsius volũtatẽ? Cur etiã deus auertis [ET dexteram
tuã].i.piũ ac prosperũ tuæ assistẽtiæ ꝓspectũ, cõseruationẽ, atq; fauorẽ [DE medio sinu tuo in finẽ?]
Loquitur sanct⁹ propheta de deo more hũano, quia dũ hõ non subuenit indigẽti, dicitur manũ suã in

A sinu reponere,dū vero auxiliatur,manū extrahere dicitur.Q̄m ergo propheta intuebatur,deum Iu-
dæos tā finaliter derelinquere,quęrit eur in finē.i.in ęternū.s.vsq; in terminū seculi,manū suā ab eo-
rū retrahat ope. ℂ(13) DEVS aūt rex noster ante secula] hoc est,deus verus,vnus,æternus,ante
omnia secula æternaliter manens[OPERATVS est salutē in medio terræ] quia in terra Iudææ con
stituit cōseruauit & saluauit patres nostros. ℂ(14) TV confirmasti in virtute tua mare]Ad literā,
deus confirmauit mare Oceanū in loco suo,ne erumpat,& terrā operiat,sicut ait Manasses rex Iuda,
Domine deus signasti mare verbo pręcepti tui,qui conclusisti abyssum & signasti terribili & lauda- 2.Par.36
bili nomini tuo,quod omnes pauent.Cōfirmauit quoq; dn̄s mare supernaturali firmitate quādo edu
xit Israelem per fundū arentem maris rubri,erántq; Hebręis aquæ ex vtraq; parte pro muro[CON- Exod.14
TRIBVLASTI capita draconū in aquis] Allegat atq; cōmemorat hic propheta,quædā diuina mi
racula antiquitus facta,quatenus manifestet,ꝙ deus nunc quoq; redimere possit filios Israel de capti
uitate pręsenti,auferēdo velamen de corde eorū,& eos ad Christianæ veritatē fidei conuertendo:ad 2.Cor.3.
quod ostendendū cōtribulasti(inquit)capita draconū in aquis.Per dracones intelligit tyrānicos prin Ezec.29.
cipes,per aquas autē tribulationes seu pœnas.Vnde dominus ait ad Pharaonem,Et tu Pharao draco
magne,qui cubas in medio fluminū tuorū.Est igitur sensus,Tu domine cōtribulasti,lædēdo aut occi- Iosue.10.
B dendo,capita draconum,hoc est,capitales dracones seu principes & tyrannos,in aquis tribulationū Iudic.11.
subitanea atq; horrenda morte.seu pœna eos plectendo,vt patet de Og & Seon regibus Amorręo- Exod.14
rū,& aliis multis in libris Iosue & Iudicum.Vel,in aquis materialibus,eos submergendo, vt factū est
Pharaoni & eius principibus. ℂ(15) TV confregisti capita draconis] hoc est,potestatem & sug-
gestionem principis dæmoniorū aliorúmq; immundorū spirituū, dando patribus nostris virtutē vin
cendi tentationes ipsorū, & ita saluasti eos de visibiliū inuisibiliúmq; hostiū potestate & persecutiōe.
[DEDISTI eū].i.draconē seu dęmonē [ESCAM populis AEthiopū] .i.gētibus ad fidē cōuersis, Psal.50.
qui ante cōuersionē nigredine vitiorū erant deformes,postmodum vero per fidem & gratiā super ni
uē dealbati sunt.Dicitur autem dæmō dari in escam fidelibus.Primo,q̄m corpus suū sibi aufertur &
minoratur.Corpus nanq; diaboli est cōgregatio peccatorū ac perfidorū,quæ tanto amplius minora
tur,quanto plures ad fidem & gratiam perducuntur.Secundo, q̄m ipse diabolus ab hominibus iustis
quasi deuoratur,consumitur,& māducatur,dū ab eis virtute saluatoris vincitur & calcatur. Vnde &
Moses ad populū Israeliticū ait,Deuorabis oēs gētes.i.vinces & cōteres.ℂ(16) TV dirupuisti fon Deut.7.
tes & torrentes] educendo de silice,à Mose bis percussa,tam copiosa aquarum fluenta,vt populus bi
beret & iumenta.Et inde inferius dicitur,Qui conuertit petrā in stagna aquarū , & rupem in fontes Num.20
C aquarum [TV siccasti fluuios Ethan].i.flumē Iordanis,deducēdo filios Israel per arentē alueū eius, Psal.113.
secundum quod in libro Iosue dicitur, Ingressis filiis Israel,steterunt aquæ descendentes in vno lo- Iosue.3.
co,& ad instar mōtis intumescentes apparebant procul &c.Nominat autē propheta Iordanē plura-
liter flumina,q̄m aquæ eius in duas partes diuisæ sunt,sicq; facta sunt duo flumina desiccata. Propter
quod à Iosue dicitur,Aquæ inferiores in mare solitudinis descenderunt,quousq; omnino deficerent. Ibidem.
Vel,ponit plurale pro singulari,sicut frequenter facit scriptura.Nam & filii Israel dixerunt,Isti sunt Matt.12.
dii tui Israel,qui eduxerunt te de terra AEgypti,& tamen non erat nisi vitulus vnus conflatilis.Con
sequenter ostendit Propheta omnipotentiam dei per opera creationis,quatenus constet quàm potēs
sit eruere filios Israel de captiuitate præsenti. ℂ(17) TVVS est dies & tua est nox.] Omnia enim
tempora deus instituit,distinguit,regit,dispensat,& cuncta ei obediunt. Vnde & Christus volēs ostē
dere se non esse sub lege,sed omniū rerū creatorem,deum,ac dominum ait, Dominus est filius homi Exod.32
nis,etiam sabbati.Nullus vero est dominus temporū,nisi deus ad cuius nutū tempora currunt. Sicut
enim(secundum sacratissimū Dionysium in epistola ad Polycarpū) soli creatori obediunt motus cæ
lestes,ꝙ nullus alius eos valeat immutare,ita de tēpore sentire par est[TV fabricatus es aurorā atque
meridiem.]Cum enim deus creauerit solem,sequitur,ꝙ ipse sit fabricator auroræ,quoniam quod est
causa causæ est causa causati,& prima causa plus influit in effectum quàm aliqua causa secunda,secū-
dum philosophos.Per creationem autem solis,intelligenda est creatio omniū cælestiū corporū à deo
productorū.De quo per Esa.dictum est,Qui extendit velut nihilū cælos,& expādit illos sicut taber- Esa.40.
D naculum ad inhabitandum:& omnia astra cæli cum sole,diuino nutui parent in omnibus:Iuxta illud Iob.9.
in libro Iob,Præcipit soli & non oritur,& stellas claudit quasi sub signaculo. ℂ(18) TV fecisti o-
mnes terminos terræ] secūdū quod in Esaia scribitur,Deus sempiternus dominus,qui creauit termi-
nos terræ.Vnde & ad beatum Iob ait creator omnipotens & sublimis,Vbi eras quando ponebā fun Esa.40.
damenta terræ?indica mihi si habes intelligentiam.Quis posuit mensuras eius,aut quis tetēdit super Iob.38.
eam lineam,aut super quo bases eius solidatæ sunt?[AESTATEM & ver].i.tempus æstiuale atque
vernale[TV plasmasti] tempus enim cum sit causatum à motu primi mobilis,à deo plasmatum est,
sicut & primum mobile.Quatuor nāq; ponuntur coæquęua.i.simul creata,videlicet angelus,cælum,
tēpus,materia. ℂ(19) MEMOR esto huius]ô domine:huius(inquā)quod sequitur [INIMICVS
improperauit dn̄o].i.aduersarius tuus Titus idololatra,de quo dictū est supra,Quāta malignatus est
inimicus in sancto.Hic inimicus improperauit domino,putans se virtute deorū suorum præualuisse,
nec deū Israel populū Iudæorū potuisse defendere:hoc forsitan cogitauit,vel dixit[ET populus in-
sipiens].i.exercitus Romanorum,veri dei notitia carens,& idola colens[INCITAVIT nomē tuū]
id est te offendit in obsidione & destructione Ierusalem,quia nō recta intētione fecerūt hoc,sed erāt
virga furoris domini,sicut Assyrii & Babylonii,quorū omniū cor erat,non ad corrigēdū,sed cōterē-
dū:quēadmodū per Esa.dominus ait de rege Assyriorū, Væ Assur,virga furoris mei,& baculus ipse
est.Ipse autem nō sic arbitrabitur. ℂ(20) NE tradas bestiis] hoc est,dæmonibus,tyrannis,cru- Esa.10.

delibúsve hominibus [ANIMAM confitentē tibi].i.ſi hominē ſua peccata & tua pręconia recolen- B
tē.Ponit enim partem.ſ.animá pro toto homine[ET animas pauperú tuorú].i.ahiectorú & egenorú
[NE obliuiſcaris in finem] deſerendo eos in opportunitate & tribulatione,ae ſi nō pertineret ad te.
Orat ergo ad literam propheta pro liberatione populi Iſrael, vt eruatur à morte peccati & captiuita
Exod. 20 te diaboli. ℂ(21) RESPICE in teſtamentú tuú].i.legē à te datá & teſtimonia eius aduerte, quia
in ea promittis ignoſcere pauperibus tuis,& vt magis exaudire digneris,attēde malignitatē inimico-
rú tuorú[QVIA repleti ſunt,qui ohſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum].i.prædicti Italici,in ma
lis ſuæ infidelitatis interius obtenebrati,ditati ſuot & repleti terræ domibus iniquitatú.i.diuitiis ter-
Luc.16. renis atq; iniuſtis,de quibus ait Saluator, Facite vobis amicos de mámona iniquitatis. ℂ(22) NE
auertatur] à gratia tuæ miſericordiæ [HVMILIS factus confuſus] .i.populus Iudæorum per capti-
uitatem præſentem multú humiliatus [PAVPER & inops] ſpiritu [LAVDAEVNT nomen tuú]
Baruc.2. cum magno feruore & exultatione ingenti,quemadmodum Baruch dicit, Nō mortui in inferno da-
bunt honorē dño,ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua & infirma , dat
gloriam & iuſtitiam tibi dño. ℂ(23) EXVRGE deus] non locú mutando,ſed fortiter ſuccurren-
do[IVDICA cauſam tuam]quam habes cōtra aduerſarios tuos, & ei qui iuſtá habet cauſam,pręſta
victoriá[MEMOR eſto improperiorú tuorú].i.famulis tuis inflictorú vel hlaſphemiarú nominis tui
[EORVM] inquá,improperiorú [QVAE ab ioſipiēte ſunt tota die] qm̄ populus Romanus ioſipiēs F
multa dixit cōtra deú in obſidione pręd icta,horú improperiorú orat propheta deú reminiſci,quate-
nus pooat Iudæis hāc pœná tēporalis deiectionis & oppreſsionis pro peccato eorú,& cōuertátur &
nō arguat eos ſecúdú rigorē iuſtitiæ ſuæ,ſubtrahēdo eis gratiá in pręſenti & gloriá in futuro,propter
quod ſubdit, ℂ(24) NE ohliuiſcaris voces inimicorú tuorú].i.verba iniqua eorú recordare,qua-
tenus hac occaſione parcas populo Iſrael ſic afflicto[SVPERBIA eorú qui te oderūt aſcēdit ſemp]
Eccle.3. primo,qm̄ peccatis pctá adiiciūt:iuxta illud, Peccator adiiciet ad peccádú. Et in Apoc. Qui in ſordi-
Apoc.22 bus eſt,ſordeſcat adhuc,& qui iuſtus eſt,iuſtificetur adhuc.Secundo,qm̄ elatio ſuperború tēdit ad al
Eſa.37. ta.Propter quod Eſa.dicit, Cum fureres aduerſum me,ſuperbia tua aſcēdit in aures meas,dicit dñs.

ℂExpoſitio tropologica ſiue moralis eiuſdem Pſalmi.

SEcundú intelligentiá autē moralē loquitur Propheta in pſalmo pręſenti in perſona eccleſiæ,ſeu
cuiuslibet hominis fraterna charitate ardētis atq; pro reformatione populi Chriſtiani orantis.
Eccleſia ergo ſeu hō virtutis perſecutionē,lapſum & deiectionē Chriſtianorú cú magna cōpaſ-
ſione proſpiciens,dominú affectuoſiſſime alloquatur,deprecetur,& dicat, Vt quid deus,trinitas,de⁹
glorioſe,benedicte & felia, vt quid.i.qua vtilitate & cauſa repuliſti populú Chriſtianú, exponēdo eú
tantis miſeriis,tantis impugnationibus hæreticorú ſchiſmaticorú & infideliú, imo & falſorú fratrum
qui fide ſunt Chriſtiani,ſed opere diabolici,& hoc in finem.i.tam perſeueranter? Præcipue aút dice-
re poſſumus hæc propter amiſsionē ſepulchri Chriſti & terræ ſanctæ ac vrbis Ieruſalē, iratus eſt fu- G
ror tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.i.grandē vltionem exerces contra populum tuum Chriſtianú,quē ita
ſinis opprimi,tentari,affligi & fatigari incurſu viſibiliú inuiſibiliúmque inimicorú, ita vt terras Chri
ſtianorú iá poſſideant infideles,corda vero ſeu animas plurimorú peccata & dæmones. Deniq; indu
ſtrioſum pulchrú & efficax genus oratiōis eſt,in ipſa prece ea includere,ex quib⁹ rationabile & quo-
dámodo debitú eſt,eú qui oratur mitigari & exaudire. Omnino autē decēs videtur, vt dñs populo ſi-
bi peculiari,& multis beneficiis à ſe honorato faciliter recōcilietur,idcirco eccleſia ſeu hō fidelis pro
aliis deprecás Chriſtianis,aſſerit Chriſtianos eſſe oues paſcuæ dei,quod eſt verbú amoroſum,fiducia
Exod. 16 le,famililiare atq; dulciſsimú,& cōuenit hoc Chriſtianis multo perfectius quàm Iudæis. Illi enim pa
Iohan.6. ſti ſunt manna,nos autē corpore & ſanguine Chriſti figuratis per mána quotidie paſcimur,multifor
Zach.9. mi gratia tanti ſacramenti reficimur, Chriſto incorporamur,& niſi in nobis defectus ſit,ſpiritualiter
impinguamur,ditamur,perficimur.Corpus enim Chriſti eſt vere frumētum electorú,& ſanguis eius
eſt vere vinum germinans virgines.i. animas caſtas, Chriſtiq; ſponſas . De quo frumento & vino in
Zach.ſcriptum eſt, Quid bonum domini,aut quid pulchrú eius niſi frumētum electorú,& vinú ger-
minans virgines? Memor eſto ô rex Chriſte mundi Saluator congregationis tuæ.i.vniuerſalis Eccle-
ſiæ,eá vbiq; terrarú reparádo,protegēdo,augēdo atq; ſaluando,quá poſſediſti per gratiá baptiſma- H
Pſalm.2. lē,& beatiſsimá paſsionē hæreditario iure,ſicut ſuperius pater ait ad te, Poſtula à me,& dabo tibi gē
Act.13. tes hæreditatē tuá. Hanc aút congregationē poſſediſti ab initio primitiuæ eccleſię, quia extunc credi
2. Tim.2 derunt,quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Et vt ait Apoſt. Firmú fundamētum dei ſtat,
habēs ſignaculú hoc. Cognouit dñs qui ſunt eius. Vel dicitur deus poſſediſſe Eccleſiam ab initio.i.ab
Ephe.1. æterno ſecúdú rationē prædeſtinationis diuinæ,ſecúdú quá ab æterno eá dilexit. Chriſtus quoq; eam
2.Tim.1. hoc modo ab æterno poſſedit,in quátú deus(ſecúdú Apoſt.)nos in Chriſto ab æterno elegit,& gra-
tificauit,vniuerſaq; gratię dona in ipſo nobis dare decreuit,imo & dedit ſecúdú apoſt. Deus(inquit)
vocauit nos vocatione ſua ſancta,non ſecundú opera noſtra , ſed ſecúdú propoſitú ſuú & gratiá quæ
1.Pet.2. data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tēpora ſecularia,manifeſtata eſt aút nūc. Verūtamē datio illa ante
tēpora ſecularia ſecúdú prædeſtinationē diuiná,nō ſecúdú actualē infuſionem ſumēda eſt. Redemiſti
virgá hęreditatis tuæ.i.populú Chriſtianú ad diuina erectú,qui eſt gen⁹ regiú & ſacerdotale,de ſpūa
Apoc.1. li AEgypto.i.de cōuerſatione mundana,vitioſa ac tenebroſa,de multis erroribus,cūctis peccatis,in-
ferniq; pœnis,& hoc precioſiſsimo precio,vtpote ſanguine proprio. Vnde in Apoc. ſcriptum eſt, Di
lexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,& fecit nos regnú & ſacerdotes deo & patri
1.Pet.1. ſuo. Et Petrus in ſua Canonica, Non corruptibilibus auro vel argēto redēpti eſtis de vana veſtra con
Iohá.10. uerſatiōe,ſed precioſo ſanguine agni Immaculati. Propter quod ipſemet Chriſt⁹ proteſtatur, Ego ſum

A pastor bonus,& agnosco oues meas,& animā meā pono pro ouibus meis.Hæc autē congregatio tua est,mons Syon.i.eccclesia militans,deū fideliter speculans in quo monte habitasti corporaliter, visibiliterq; in eo,quādo in terris visus es,& inter discipulos cōuersatus.Propter quod dicit Apost.Christus tanquam filius in domo sua,quę domus sumus nos.Nūc quoque & vsque in finem mūdi habitat Christus in nobis,sicut ipse ait,Ego vobiscum sum cūctis diebus.Et rursus, Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo,ibi in medio eorū sum.Syō autē speculatio interpretatur: idcirco per eā ecclesia designatur,in cuius persona ait Apost.Nos reuelata facie gloriā domini speculantes. Leua manus tuas in superbias eorū in finē.Ecclesia dei nō est erudita a magistro suo Christo reddere malum pro malo,sed vincere in bono malū,orando pro æmulis, ideo versus iste in bono exponendus est, vt sit sensus,Leua manus tuas.i.potentiā tuā extēde in superbias eorū.s.inimicorum ecclesiæ, persequentium iustos destruēdo in eis,nō naturā sed culpā,vel in pręsenti eos paternaliter ac misericorditer castigando ne æternaliter pereant,sicut Apost.tradidit illū Corinthiū satanæ in interitum carnis, quatenus spūs saluus fieret in die dñi. Illa vero traditio aliud nihil erat nisi excōmunicatio,quā in primitiua ecclesia concomitari solebat ad fidei confirmationē sensibile signum.s.corporalis vexatio excommunicati a dæmone,ad quā sequi sæpe solebat mors corporis:sed nunc fide firmata,necessariū nō est Barue.3. Heb.4. Matt.28. Matt.18. 2.Cor.3. Matth.5. Rom.12. 1.Co.5.

B tale sensibile signū.Et quod ista sit expositio apta,liquet ex eo quod subditur:in finē,hoc est,in vitam æternā ac verā salutē ordina correctionē tuā qua superbos flagellas:quāta malignatus est inimicus in sancto.i.quàm magna mala fecit per suos successores Mahometus in terra sancta,quæ eius populo iā est subiecta,quēadmodum Christus in Euangelio prenuntiauit,Ierusalem calcabitur a gentibus, donec impleātur tempora nationū.Vel,quanta malignatus est inimicus, hoc est, quilibet hæresiarcha, tyrānus aut peruersus in sancto populo tuo,eū decipiendo,affligendo,aut occidendo,sicut de Arrianis maxime patet,qui innumerabiles Christianos iugulauerunt,& imperatores Arriana perfidia intoxicati,innumeros incarcerauerūt episcopos,prout in Chronicis legitur,Et gloriati sunt, cū malefecerunt & in rebus pessimis qui oderunt te,s.prædicti maligni,& hoc,in medio solennitatis tuæ, quā ipsi frequenter violauerunt.Sæpe enim peruersi in sacratioribus, solennioribusque diebus deteriora opera faciunt, secundum quod dæmones corda eorum possidentes, inspirant. Posuerunt signa sua. Arriani hæretici circūferre solebant sua vexilla ad derisionem catholicorum:& multi tyranni Ecclesiam deuastantes,vbertim erexerunt in signum victoriæ contra Christianos sua vexilla. Porro quod in tribus sequentibus versibus dicitur,tam sæpe ad literam factū est Ecclesiæ Christi secundum sensum in precedenti expositione introductū,vt non sit necesse specialia cōmemorare exempla,præser- Prou.2.2

C tim cū nostris quoque tēporibus talia(prohdolor)abundātissime facta sint ecclesiis, in regno Bohemię & terris ei vicinis,a detestādis ac nephādis regni illius hęreticis,quorū(exigētibus culpis nostris atq; diuino permittēte iudicio)rabies multū nimis ac diu desęuit,sed iā de gratia dei nō parū repressa est,gladioq; extincta.Sed cū Christifideles tot afficerētur flagellis,persecutionibus,fame,siti,ac mortibus,quid dicerēt nisi quod subditur,Signa nostra nō vidimus?i.tā admirabiles diuinæ virtutis protectiones experti nō sumus nec experimur, quales interdum viderunt atq; experti sunt patres nostri Christianissimi,qui cū pauci essent maximas infideliū multitudines deiecerūt,auxilio eis desuper con donato.Vt patet de Theodosio religiosiss.Carolo magno,Godefrido de Bononia,multisq; aliis.Sed & ipsi apostoli & successores eorū sæpe angelica ope de carceribus,vinculis,& omni molestia incredulorum erepti noscuntur:nunc autem nil tale nobis apparet,propterea sola patientia nobis necessaria est cū fide certissima,dicendúmq; est nobis illud Machabæorum,Parati sumus magis mori,quàm dei leges præuaricari.Nec ideo frangi debemus, quia in præsenti occidi permittitur, scientes verum esse quod in eodem loco subiungitur.Rex mūdi deus defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit.Vnde & alibi scriptū est,Si corā hominib⁹ tormēta passi sunt, spes illorū immortalitate plena est.Et rursus, In paucis vexati,in multis bene disponētur.In paucis (inqt) vexati, cur nō potius in multis,præsertim cū (teste Apost.) per multas tribulatiōes oporteat nos ingredi regnū dei,nisi quod ait idē apostolus,Nō sunt cōdignæ passiōes huius tēporis ad futurā gloriā,quæ reuelabitur in nobis?Iā nō est propheta.Merito deplāgit Ecclesia lapsum suū,ꝙ nūc refrigiut charitas 2.Mac.7. Sapien.1. Ibidem. Act.14. Rom.8. Matt. 24

D plurimorū, nec modo inueniātur in Christianis gratiæ spūs sācti quas Paulus enumerās:Alii,inquit, datur sermo sapientiæ,alii sermo scientiæ,alii operatio virtutum,alii discretio spirituum,alii prophetia,&c.tam copiose quemadmodum olim, præcipue tamen in primitiua ecclesia in qua multi fuere prophetæ,& interim non pauci fulserunt gratia prophetali,sicut Antonius, Hilarion,Iohannes heremita,Benedictus,& alii multi.Nunc vero heu nimis infirmatur Ecclesia, & iam non est propheta & sic dicere possunt in afflictionibus constituti,& non cognoscet amplius,deus noster approbando opera nostra.Quod dicitur non asserendo,sed dolentis animi gemitum exprimendo,vel quia sic esse videtur.Deinde vir iustus seu ipsa ecclesia improbitate hostium fatigata,ait ad dominum,Vsquequo deus improperabit vel insultabit tibi, aut seruis tuis inimicus hęresiarcha, paganus, Iudæus vt tyrannus? Qui enim seruis dei improperat,deo improperat.Propter quod ait Saluator, Qui vos audit me audit,& qui vos spernit me spernit: & vsquequo domine deus, irritat aduersarius nomen tuum in finem,teipsum inhonorando, & tua mandata spernendo, tuosque ministros persequendo? Deus autem rex noster ante secula,id est,Christus ante omnia tempora æternaliter genitus a patre, operatus est salutem in medio terræ,videlicet in Iudæa,& in monte Sion, reconcilians nos deo per passionem suam & sanguinem.Humiliauit (enim vt ait Apostolus)semetipsum factus obediens vsq; ad mortem,mortem aūt crucis.De hac Christi saluatione ait pater æternus, de Christo loquēs apud Zach.Ecce adducā seruū meū orientē,& auferam iniquitatem terræ illius,in die vna,videlicet in die 1.Cor.12. Luc.10. Philip.2. Zach.3.

Iohan.1. Parasceues, tunc enim Christus agnus dei tulit peccata mũdi, sicut & ipse dixit, Venit filius hominis E
Luc.19. quærere & saluum facere quod perierat. Tu, domine Christe, confirmasti in virtute tua.i.per diuinã
tuam potentiam. Vel, in virtute tua, hoc est, in interiori perfectione ac fide catholica, mare.i. Genti-
les, qui nomine maris signantur, primo, propter amaritudinem vitiorũ gentilitatis: secundo, quia ad-
instar aquarum inquietæ erant, atq; de peccato in peccatum fluxibiles: tertio, propter multitudinem.
Apoc.17. Vnde & alio loco scriptum est, Aquæ multæ, populi multi sunt. Hoc mare, Christus in fide adeo cõ-
Esa.55. firmauit, vt pro Christianæ fidei veritate, mori optarent. Propterea per Esaiam ait dominus, loquẽs
Ibidem. de Christo, Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Et Esaias loquens ad
dominum, Ecce (ait) gentem quam nesciebas, vocabis, & Gentes quæ non cognouerunt te, ad te cur-
Act.10. rent. Hinc quoque in Actis apostolorum scriptũ est, quod spiritus sanctus cecidit super Corneliũ, & eos
qui erant cum illo, loquebantúrq; linguis, Quo viso, obstupuerunt qui erant ex circuncisione, dicen-
tes, Ergo & in nationes gratia dei diffusa est? contribulasti domine Iesu, capita draconum in aquis, id
est spiritus malignos & eorum superbias contriuisti, superasti & extinxisti in fonte baptismi, quia in
illo efficiuntur homines de filiis iræ filii gratiæ, de filiis perditionis & dęmonis filii salutis & creato-
Zac.13. ris, quoniam in hac aqua cũcta peccata donãtur: sicut de ea in Zacharia scriptum est, In die illa erit
fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris. Quemadmodum autem per Dauid intelligitur
Christus, ita per domum Dauid designatur ecclesia Christi, quæ nũc purgatur in aquis baptismi. Tu F
confregisti capita draconis. Hoc in præcedenti expositione de principis dæmonum deiectione expo
situm est, cui concordat quod in Apoc. commemoratur. Factum est præliũ in cælo, Michael & ange-
li eius præliabantur cum dracone, & draco præliabatur & angeli eius, & non præualuerunt, nec in-
Apoc. 12 uentus est locus eorũ amplius in cælo. Potest quoque exponi de Antichristo, hoc modo, Tu, Christe,
confregisti.i.confringes, ponendo præteritum pro futuro, secundũ morẽ propheticæ denunciatiõis
propter certitudinẽ prophetiæ, confringes (inquam) capita.i.principales fautores, seu dominationes
Apoc. 13 atque potentias, draconis, id est Antichristi de quo in Apoca. scriptum est, Vidi de mari ascendẽtem
bestiam habentem capita septem, & cornua decem. Hunc draconem & omnem eius apparatũ, Chri
stus confringet & condemnabit. Tu dirupisti fontes & torrentes.i.sacram scripturam, in qua conti
nentur fontes sapientiæ, atq; torrentes scientiæ, aperuisti, & eius mysteria reuelasti per infusionẽ spi-
Iohã. 20 ritus sancti: Vel, per fontes & torrentes intelligi possunt Apost. qui sunt summi doctores Ecclesię &
alii inferiores prędicatores, quorũ deus corda dirupit dũ ex eis fluenta sanctæ prædicationis toti mũ-
do propinauit: tu siccasti fluuios Ethan. Ethan nomen hebraicũ est quod interpretatur robustus. Per
fluuios vero hoc loco intelliguntur doctrinæ, quæ de corde vnius fluunt in mentẽ alterius. Est igitur
sensus: Tu, Christe saluator mundi desiccasti, arefecisti & inutiles ostẽdisti doctrinas superborum, in
sua sapientia gloriantium, seque robustos opinantium.s.documenta inanis philosophiæ, variosque
1.Cor.1. errores idololatriæ ac diabolicæ doctrinæ. Propterea Apostolus loquitur, Nonne stultam fecit deus G
Ibidem. sapientiam huius mundi? Et iterum, Quæ stulta sunt mũdi elegit deus, vt confundat sapientes. Tuus
est dies.i.spirituales viri à sole iustitiæ & fonte sapiẽtię illuminati, & tua est nox.i.populus carnaliter
viuens. Omnia enim gña hominũ sunt dei, iure creationis & vniuersalis dominii: tu fabricatus es au-
rorã & solẽ.i.virginẽ gloriosam, & Christum hominẽ virginis filiũ, dãdo vtriq; quicquid habẽt in do
nis naturę & gratię. Maria quippe aurora vocatur, quoniã sicut aurora diẽ pręcedit, sic ipsa Christũ.
Cant,6. Vnde de ea in Canticis legitur, Quæ est ista velut aurora cõsurgẽs? Christus quoq; etiã vt homo sol
dicitur, quoniã sicut stellæ omnes à sole lumen recipere æstimantur: sic omnes sancti à Christo lumẽ
Iohan.1. fidei, gratiæ & sapientiæ sortiuntur. Nam de plenitudine eius oẽs accepimus. Tu fecisti.i.spiritualiter
reformasti & regenerasti oẽs terminos terræ.i.omnes electos in finibus mundi morantes, æstatem &
ver.i.remunerationẽ seu præmium ac meritũ tu plasmasti. In vere enim arbores flores, in æstate autẽ
Esa.26. fructus producunt, & ita per ęstatẽ accipitur præmiũ, per ver meritum. Deus autem causat in nobis
non solum præmiũ, sed etiã meritũ: iuxta illud Esaiæ, Domine dabis pacẽ nobis, omnia enim opera
nostra operatus es in nobis. Per æstatẽ quoq; intelligi possunt feruidi amatores diuinitatis. Per ver au
tẽ nouelli & incipientes in dei obsequio. Memor esto huius congregationis ecclesiasticæ, de qua dictũ
est, Inimicus improperauit domino, id est, hæretici & peruersi vituperauerunt doctrinam Christi H
Prou.9. atque ecclesiæ dicentes, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior: & populus insi-
piens, id est, deum verum ignorans, vel factis eum se ignorare ostendens, incitauit nomen tuum .i.
te ad iracundiam prouocauit. Idcirco peribit, sicut de eo inducitur, Populus non intelligens va-
Osee.4. pulabit. Ne tradas, aut tradi permittas bestiis.i.dęmonibus vel sæuis hominibus, animã confitentem
tibi, sua peccata & tua præconia. Cætera patent ex elucidatione præhabita. ¶ Ecce psalmum senten-
tiosum & affectuosum audiuimus, in quo pristina diuinæ familiaritatis beneficia recoluntur, maligni
tas persecutorũ Ecclesiæ enarratur, tribulationes iustorum scribuntur, pro aduersariorũ correctione
oratur, diuina potentia ex suis effectibus demonstratur. Quemadmodum igitur condecens est deuo-
tione congrua præsentem Psalmum canamus, & reformemur ex eo in omni aduersitate ad deum af-
fectuose conuerti, confidenter precari, beneficia patribus nostris exhibita commemorare: quatenus
consequamur similia, atq; ab omni liberemur instabilitate atque angustia.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXIIII.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

DEniq; titulus Psalmi pręsentis est, In finẽ ne corrũpas Psalmus cantici Asaph. Quidã expo-
nũt hũc Psalmũ ad literã de populo Iudæorũ, redeũte à captiuitate Babylonis, vt sit gratiarũ

A actio populi inde liberati,& in Iudæam reuersi:sicque sensus tituli est iste, Psalmus cantici est ipsius Asaph ne corrumpas,id est ne disperdas ô domine populum Israel,sicut fecisti in captiuitate Babyloniæ. Videtur autem mihi expositio ista parum deuotionis includere,modicúmque dulcedinis continere,breuiter tamen tangi potest hoc modo.

PRECATIO,

*Singulare pœnitentium domine,confitemur tibi confitemur:peccatis nostris propitiare,ut percepta indulgentia dignos nos efficias sancti tui nominis inuocatione, ut pro salute nostra in seculum tibi deo Iacob cantemus in gaudio & exultatione.*

❡Expositio psalmi iuxta sensum literalem.

CONFITEBIMVR tibi deus,]nos de captiuitate reuersi ex licẽtia Darii regis Medorũ,& Cyri regis Persarũ,ꝙ iuste castigasti nos,quia peccauimus:confitebimur tibi,ꝙ misericorditer reduxisti nos,imo & iuste, quoniam promisisti per Ieremiam,ꝙ post 70 annos eripiendi essemus de captiuitate, [ET inuocabimus nomen tuum] pro gratia vitandi peccata, ne denuo incidamus similia mala. ❡(2) NARRABIMVS mirabilia tua] quæ in Babylone vidim⁹ Ierem. 25. Dan. 3,6. Dan. 13.
B aut cognouimus,quomodo,scilicet eripuisti tres pueros de camino ardenti,& Danielem de lacu leonum,& Susannam de manibus iudicum impiorum,quæ omnia in Daniele leguntur. Deinde propheta mutans personam,ait in persona dei,[CVM accepero tempus,ego iustitias iudicabo] hoc est,tempore à me præordinato atque disposito,iudicabo iustitias electorum,liberando eos de manibus iniustorum,prout eorũ iustitiæ exigunt & merẽtur. ❡(3) LIQVEFACTA est terra] id est,Iudæa à Chaldæis incensa est & combusta [ET omnes qui habitant in ea] id est,qui morabantur in terra hac,timore Chaldæorũ dissoluti sunt corde [EGO] deus[CONFIRMAVI columnas eius] id est,principes populi huius stabiliui in bono , & in fortitudine animi inconcussa,videlicet Zorobabel Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum , Zachariam,Aggæum, Esdram,Nehemiam. ❡ (4) DIXI] id est,ego deus,non verbis,sed opere intimaui[INIQVIS] id est,superbis Babyloniis[NOLITE inique agere].i.nolite amplius regna & populũ alienũ opprimere,sicut hucusq; fecistis:dixi,[ET delinquẽtibus].i.prædictis iniquis [NOLITE exaltare cornu] id est,nolite diutius regnare seu regiã potestatẽ exercere. ❡ (5) NOLITE extollere in altum cornu vestrũ] imperando omnibus regnis, & monarchiam tenendo[NOLITE loqui aduersus deũ iniquitatem] blasphemando deum Israel,& subsannando populum eius , quemadmodum diu fecistis. 1.Esd.3,5 Agg.1,2.
C Hæc omnia dixit deus Chaldæis,non verbo sed opere,quoniam abstulit eis potestatem prosequendi opera mala,transferendo regnum eorum ad Medos ac Persas,vt in Daniele habetur, & ab Esaia & Ieremia euidentissime pronunciatum conspicitur. Cur autem deus hæc dixerit eis,subdit propheta. Daniel. 5 Esa.13. Iere.5,51.
❡(6) QVIA neq; ab oriente,neq; ab occidente,neq; à desertis montibus] .i.quia ex nulla parte aut latere mundi,poteritis ô Babylonii iudicium diuinum effugere,& hoc ideo [QVONIAM deus] vbiq; existens,omnia cernens,atq; omnipotens [IVDEX est. ❡(7) HVNC humiliat,& hũc exaltat].i.vnũ deprimit & aliũ eleuat secundũ ꝙ sibi placet & homines promerentur [QVIA calix in manu domini] id est,pœna seu vltio est in potestate dei:calix,inquam [VINI meri plenus mixto].i. pœna quam deus effundere potest in impios,est multũ acerba & pungitiua,quemadmodum mixtum ex vino mero. ❡(8) ET inclinauit ex hoc in hoc].i.deus pœnã suæ vindictę effudit de vno populo in aliũ puniẽdo peruersos successiue,secũdũ ordinẽ suæ iustissimę sapiẽtię[VERVNTAMEN fex eius nõ est exinanita].i.fundus seu amaritudo calicis huius non est euacuatus, qm̃ diuina potestas nõ desinit in vlciscendo. Omnia autẽ hæc & quę restãt in Psalmo isto, in sequenti expositione latius exponentur.

❡Explanatio Tropologica siue moralis eiusdem Psalmi.

DEnique iuxta tropologicum sensum prædictus titulus ita exponitur,Psalmus cãtici,id est spiritualis iucunditatis,quoniam agit de remuneratione iustorum,est Asaph.i. conuenit designatis per Asaph,videlicet congregationi fideliũ seu ecclesiæ: Asaph enim congregatio interpretatur. Psalmus (inquam ) conscriptus,ne tu fidelis corrumpas teipsum per superbiam & spem tuam,
D quę est in finẽ.i.tẽdẽs in Christũ,seu vitã æternã euacuãs. Specialiter aũt hic psalmus superbiã detestatur,humilitatẽ cõmẽdat,iustũ dei iudiciũ recolit,& omniũ iustã remuneratione ̃declarat. Loquens ergo propheta author psalmi præsentis,siue ille fuerit Dauid siue Asaph,in persona ecclesiæ ait, ❡Confitebimur tibi deus,cõfitebimur. Repetitio verbi,signũ est firmi propositi ardẽtisq; desiderii. Vel ꝙ primo dicit,cõfitebimur,referri põt ad confessionẽ laudis diuinæ,de qua ait Saluator, Confiteor tibi pater: & ista confessio manet in patria sicut inferius dicitur, Cõfessio & pulchritudo in conspectu eius. Quod vero secũdo repetit,cõfitebimur,referri potest ad confessionẽ proprię culpę. De Matt.11. qua Iacobus dicit, Confitemini alterutrũ peccata vestra,& orate pro inuicẽ vt saluemini. Itaq;, Con Psal.95. fitebimur tibi deus.i.te laudabimus tuã bonitatẽ æternã,immensam ac puram, ore & opere glorificãdo,tua beneficia summa ac liberalissima.s.dona naturæ & gratiæ recolendo, & tibi attribuẽdo . Hoc Iacob.5. modo cõfitetur deo,qui cũ B. Iacobo protestatur, Omne datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est,descendens à patre luminum. Hoc enim ad commemorationem beneficiorum dei certum est pertinere,sicut & illud quod Paulus inducit, Quid habes quod non accepisti? Et iterũ, Sufficientia nostra ex deo est. Quod vero Iacobus subdit, Apud quem non est transmutatio,nec vicissitudinis obumbratio,pertinet ad recommendationem diuinæ naturæ seu bonitatis secũdũ se. Aut enim laudamus deum propter seipsum ac propriam bonitatem,aut propter beneficia sua, & ad hos duos modos confitendi domino confessione laudis,reducuntur & spectant quæcunque in sacra scriptu- Iacob.1. 1.Cor. 4 Iacob.1. 1.Co.14.

ra ad laudē dei dicuntur: & inuocabimus nomen tuū, id eſt teipſum ex interno affectu, ex totis præ- E
cordiis intimiſq; medullis precabimur, quatenus tibi grati inueniamur, in bono conſeruemur, profi-
ciamus & conſumemur. Laudabimus ergo te propter beneficia iam adepta, & inuocabimus te pro-
pter beneficia adipiſcēda, ſeu propter promiſſa obtinenda. Narrabimus mirabilia tua, in veteri ac no
uo teſtamento conſcripta, laudando te deum opificem in tuis effectibus ſupernaturalibus. Preſertim
autem narrare debemus, vt ſoli coram deo, vel etiam ſi ratio exigit proximis mirabilia dei, quæ cir-
ca vnumquenq; noſtrū operari dignatus eſt, peccata noſtra miſericorditer indulgendo, gratiā cōuer-
ſionis præſtando, & animas noſtras olim peccatrices iuſtificando, quod eſt magnū mirabile dei, quo-
niā (Auguſtino teſte) maius eſt impiū iuſtificare, quàm cælū & terrā creare. Vnde in Can. Petri legi-
tur, Virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē ſuū. Maxime vero nar
2.Pet.2. rare, inceſſabiliterq; commemorare debemus mirabilia domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ipſe pro no-
ſtra ſalute aſſumpſit, fecit, ac pertulit, vtpote myſteria redemptionis humanæ, incarnationē, conuer-
ſationē, vitam, doctrinam, ſigna, paſsionē, reſurrectionem, aſcenſionémque Chriſti. Hinc enim ſcri-
ptum eſt, Nonne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confirmauit dominus o-
Eccl.42. mnipotens ſtabilis in gloria ſua? Deinde vox Chriſti inducitur: cum accepero tēpus ego iuſtitias iudi
cabo. i. dū tempus ad iudicādū dei ſapientia inſtitutū atq; præfixum, aduenerit, ego iudicabo iuſtitias.
Quod dupliciter explanatur. Primo ſic, iuſtitias. i. opera quæ vidētur hominibus iuſta ego diſcutiam F
an ſint veraciter iuſta & recta intentione peracta, nam tam diſtricte deus opera iuſtorum diſcutiet,
1.Pet.4. vt Petrus in ſua canonica dicat, Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Secundo
ſic, iuſtitias iudicabo. i. iuſtas ſententias proferam, electos iudicando iudicio approbationis, & repro-
bos iudicio condemnationis. Propter quod Salomon loquitur, Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelli-
Prou.24 git, & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallet, reddétque homini iuxta opera ſua. Oportet autē (ſecūdum
2.Cor.5. Apoſtolū) nos omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti, & vnumquēq; noſtrū Chriſtus iudicabit ſi-
gillatim in hora propriæ mortis, vniuerſaliter vero de omnibus iudicabit in die nouiſsimo. In primo
quoq; ſuo aduentu accepit Chriſtus tempus iudicandi paſsiue & miſerendi: iuxta illud, Venit filius
Luc.19. hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. In ſecundo autem ſuo aduentu accipiet tempus iu-
dicandi actiue & vindicandi, vt ait Iohannes, Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, dare vni-
Apoc.22 cuiq; iuxta opera ſua. Et Daniel, Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt, & ecce in nubibus cæli quaſi fi-
Dan.7. lius hominis veniebat. Sed quam terribile erit illud iudicium, pandit propheta, ſubdendo. Liquefacta
eſt terra, & omnes qui habitant in ea. Nam ante finale iudicium terra & aer igne conflagrationis ac-
cendentur ac purgabuntur, hominéſque tunc viuentes, timore inſtar plumbi liqueſcent & diſſoluen-
tur, prout Saluator ait, Erunt ſigna in ſole & luna, & in terra preſſura gentium, areſcentibus homi-
Luc.21. nibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. De hac terræ liquefactione futu-
ra in die iudicii, de qua nunc loquitur propheta per modum præteriti ſecundum conſuetudinē pro- G
phetiæ, ait beatiſsimus Petrus, Adueniet dies domini tāquam fur, in quo cæli ſupple aerei magno im
2.Pet.3. petu tranſient, elemēta vero calore ſoluentur, terra autē, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Eſaias
quoque, Ecce (inquit) dies domini veniet crudelis & indignationis plenus, ad ponendam terram in
Eſa.13. ſolitudinem, & conterendum peccatores de ea: ego, dominus, confirmaui columnas eius, id eſt iuſtos
& viros perfectos, qui erunt circa finem mundi tēpore Antichriſti, confirmabo & conſeruabo in gra
Dan.11. tia, ne in tantis perſequutionibus atque terroribus deficiendo frangantur & cadant. Erit enim tunc
Matt.24 tribulatio magna, qualis non fuit à principio mundi. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua
omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur. Poſſunt quoque nomine columnarum intelligi ſancti
apoſtoli, quos Chriſtus poſt reſurrectionem confirmauit in fide. dicuntur vero viri perfecti, ſapiētes,
& ſancti columnæ mundi atque eccleſiæ, quia per preces, doctrinas & exempla, eorum alii ſuſtentan
tur. Dixi ego Chriſtus per meipſum, per prophetas, per apoſtolos, aliosque electos, iniquis, nolite
Matth,3. inique agere. Vnde in Euangelio ſcriptum eſt, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cæ
Eſaiæ.1. lorum. Et Eſaias, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis,
diſcite bene agere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo. Dixi & delinquentibus, id eſt legem diuinā
præuaricantibus, nolite exaltare cornu, id eſt nolite voſipſos iactare, nolite per ſuperbiam intumeſce H
Amos.6. re, & deo repugnare. Hinc quippe ſcriptum eſt, Iurauit dominus in anima ſua, deteſtor ego ſuperbiā.
Eodem. Et ad ſuperbos ibidem ait, Væ qui dicitis, nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cor
nua? Nolite extollere in altum cornu veſtrum, id eſt animum veſtrum magnificum nolite vltra men
1.Pet.5. ſuram erigere, ſed facite quod docet princeps Apoſtolorum, Humiliamini ſub potenti manu dei, vt
Eccle.3. vos exaltet in tempore viſitationis. Et quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Quanto maior es, humilia
te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo & hominibus. In altum extulerūt cornu ſuum, quibus
Num.16. Moſes dicit, Multum erigimini filii Leui. Et Mich. Hæc dicit dominus, Ecce ego cogito ſuper fami-
Mich.2. liam iſtam malum, & non ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſsimum eſt, nolite loqui aduerſus
deum iniquitatem, laudando, amando, & operando quod ille vituperat, odit & prohibet. Nolite pec
cata veſtra palliare, excuſare, defendere. Nolite contra prælatos veſtros murmurare, aut veſtra pec-
cata in creatorem retorquere, dicendo vos propter conſtellationem, diſpoſitionem fatalem ſeu na-
turalem non poſſe peccata effugere. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis
montibus poteritis euadere aut latere, quoniam deus iudex eſt, qui de ſeipſo apud Ieremiam aſſerit,
Iere.22. Ego ſum teſtis & iudex. Et alibi per eundem prophetam fatetur, Si occultabitur vir in abſconditis
Iere.23. ſuis, & ego non videbo eum, dicit dominus. Vndr & per Malach. deus loquutus eſt, Accedam ad vos
Malac.3. in iudicio, & ero teſtis velox maleficis. Hunc ſuperbum, deus humiliat: & hunc, id eſt humilem, exal-

A tat,ſicut in Euang.ait,Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur:& qui ſe exaltat, humiliabitur. Præterea in
præſenti deus quoſdam temporaliter exaltat,promouendo eos ad ſtatum ſublimem, & quoſdã humi Luc.14.
liat,priuando eos priſtino ſtatu,poteſtate,ſeu regno,vt patet de Babyloniis quos deiecit per Medos
ac Perſas,& de Medis ac Perſis,quos deiecit per Græcos, & de Græcis quos deiecit per Romanos, Eſa. 12.
& hoc agit deus omnipotens omniũ moderator regnorum,ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ. Propter Dan. 5.
quod apud Danielẽ ſcriptum eſt,Sit nomen domini benedictum,quoniã ipſe mutat tempora & æta- Dan.2.
tes,transfert regna atque conſtituit.Et 1 Reg.Arcus fortiũ ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt ro- 1. Reg.2.
bore.Dominus pauperem facit & ditat,humiliat & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenum, vt ſedeat
cũ principibus,&c.Et Eccleſiaſticus,Sedes ducum ſuperborũ deſtruxit dominus, & ſedere fecit mi- Eccle.10.
tes pro eis.Quod expertus Nabuc.ait,Iuxta voluntatem ſuã facit,tam in virtutibus cœli quàm in ha Dan.4.
bitatoribus terræ: & non eſt qui reſiſtat vultui eius,quia calix in manu domini, Per calicem ſcriptura
ſignificat paſsionem ſeu pœnam,ſecundũ quod Chriſtus ait ad patrem, Transfer calicem iſtũ à me.
Et ad filios Zebedei,Calicem meũ bibetis.Calix ergo in manu domini, eſt pœna in diuina poteſtate Luc.22
conſiſtens,qua deus poteſt reddere iniuſtis tormenta. Eſt autem hic calix plenus mixto vini meri,id Mat.20
eſt,repletus varietate diuerſarum pœnarũ,ſicut ſuperius dictum eſt, Pluit ſuper peccatores laqueos, Pſalm.10
ignis,ſulphur,& ſpiritus procellarum pars calicis eorũ. Per vinum merum intelligit amarũ ſaporẽ,
B ſeu guſtum auſterũ,quem ſentiunt peccatores ex inflictione vltionis diuinæ. Alii ita exponũt. Calix,
hoc eſt,menſura retributionis,eſt in manu domini iudicis mundi,calix,inquam, vini meri.i. puri vi-
ni,per quod ſignatur retributio electorum in patria, in quibus nihil inuenitur triſtitiæ. Et calix iſte
eſt plenus mixto,id eſt,commixtione triſtitiæ & conſolationis, quantum ad viatores, in quibus cum
conſolatione interna diuinitus inſpirata,miſcetur tribulatio carnis ſeu alia quælibet pœna. In electis
enim nunc miſcentur virga & baculus dei,hoc eſt,correctio pœnalis, & ſuſtentatio conſolatiua. Vel
dicitur,calix iſte plenus mixto,id eſt,temperamento miſericordiæ atque iuſtitiæ, quæ in omni opere
dei contemperantur:iuxta illud,Vniuerſę viæ domini miſericordia & veritas.Et inclinauit ex hoc in Pſal. 24.
hoc,id eſt,ipſe dominus omnium iuſtus iudex calicem ſuum effudit de vno populo in alium, flagel-
lando paulatim vnum per alium,ſicut flagellauit Hebræos per Chaldæos,& Chaldæos per Medos,
Medos quoque per Græcos,& Græcos atque Aſſyrios per Italicos. Vel inclinauit ex hoc in hoc,id
eſt,deus ex calice ſeu menſura conſolationis, effudit in calicem actionis & econuerſo, per hoc quod
in viatoribus miſcet cõſolationem tentationi ſeu afflictioni & viceuerſa. Veruntamen fex eius nõ eſt
exinanita,id eſt,inferior potus calicis domini,ſcilicet pœna ſine cõſolatione non defecit,quoniã pœ-
na inferni,quæ omni caret ſolatio & nomine fecis exprimitur,nunquam finitur, bibent de hac fece,
omnes peccatores terræ,qui modo non pœnitent,quia ęternaliter damnabũtur. Vnde alio loco ſcri-
C ptum eſt,Malus de furore omnipotentis bibet.Iſta fex calicis domini eſt fel atque abſinthiũ, de qui- Iob. 21.
bus dominus apud Ieremiam proteſtatur,Ecce ego cibabo eos abſinthio & cibabo eos felle. Deinde Ierem.23
eccleſia,ſeu quilibet iuſtus,de ſua illuminatione & correctione domino gratias agere cupiẽs,ait, Ego
autem annunciabo,beneficia dei & laudes eius,in ſeculum,id eſt,perſeueranter,quamdiu ſum, canta
bo,cum mentali lætitia,deo Iacob,hoc eſt,cuiuſlibet hominis vitia ſupplantantis. Eorũ enim qui vi-
tia ſupplantare non ceſſant,deus propriè deus vocatur.Iacob autem interpretatur ſupplantator.Se-
quitur autem vox Chriſti,Et omnia cornua peccatorum confringã,hoc eſt,omnes dignitates & exal
tationes ſuperborum & impiorum deiiciam,maxime in die nouiſsimo: iuxta quod in Eſaia ſcriptum Eſaiæ.13.
eſt,Viſitabo ſuper orbis mala,& requieſcere faciam ſuperbiam infidelium.Et apud Oſee,Gloriã eo- Oſee.4.
rum in ignominiam commutabo:& exaltabuntur cornua,hoc eſt,virtutes & alta fiducia contempla-
tioque ſublimis iuſti:quoniã quicquid perfectionis iam inuenitur in homine iuſto, hoc poſt mortem
in patria vehementer perficitur,atque æterno honore præmiatur,& in die iudicii iuſti anima & cor-
pore,ſuper omnem cœlorum mobilium altitudinẽ locabuntur.Agamus ergo quod in præſenti Pſal-
mo cantamus,dei laudibus inſiſtendo, noſtra vitia recolendo, atque præ omnibus & in omnibus o-
mnem ſuperbiam abhorrendo,veramque humilitatem inceſſabili ſtudio, amplectendo, quoniã deus
ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam.Ipſe quoque ſummus & vnicus noſter magiſter, Diſci Iaco.4.
D te (inquit) à me,quia mitis ſum & humilis corde.Odibilis enim (teſte ſcriptura) coram deo & homi Matth.11
nibus eſt ſuperbia.Propter quod bonus pater filium inſtruens ait, Superbiam nunquam in tuo ani- Eccl.10.
mo,aut in verbo tuo dominari permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Et in libro Tobiæ.4
beati Iob dicitur, Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum agri ſe liberum natum putat. Ioh.11
Porro ipſemet Chriſtus humilitatẽ nos vltimo docuit verbo & opere,in cœna nouiſsima diſcipulorũ Iohan.13
pedes lauando,eiſq; dicẽdo,Qui maior eſt in vobis,fiat ſicut minor,& q̃ pręceſſor ſicut miniſtrator.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXV.

### EXPOSITIO TITVLI.

PRæterea titulus Pſalmi præſentis eſt,In finem in carminibus Pſalmus Aſaph canticũ ad Aſſy-
rios.Pſalmus nunc declarandus,ſecundum doctores Hebræos atque catholicos, ad literam lo-
quitur de admiranda victoria populi Iudęorum tempore Ezechiæ, quam deus contulit eis de
Aſſyriis,quando percuſsit angelus domini in caſtris Aſſyriorum cẽtum octoginta quinque milia ho
minum,quo viſo fugit Sennacherib.Hanc ergo liberationẽ prænoſcens in ſpiritu autor Pſalmi præ- 4. Re.19
ſentis,fecit hunc Pſalmum,cuius titulus ita exponitur,Pſalmus pręſens in finem, id eſt, in Chriſtum 2.Par.32
nos dirigens in laudibus,quoniam continet laudẽ dei,quam decantãdo in deum dirigimur, eſt ipſius Eſa.37.

Asaph vel ſicut autoris ſecundum quoſdam, vel ſicut cantoris. Vel Aſaph, id eſt, ſynagogæ tanquam E
pro eius ædificatione conſcriptus, & eſt canticum, id eſt, ſpiritualem exultationem includens, ſcriptũ
ad Aſſyrios conterendos, id eſt, de Aſſyriorum deiectione pertractans. Ait ergo.

PRECATIO.

*Deus ſcrutator renum & cordium, cui omnis confitetur cogitatio hominum, mentium noſtrarum infirma benedictionis tuæ uirtute corrobora: ut quæ iuſta & pia ſunt cogitemus, & uota fidelia recte uiuendo, tibi domino deo noſtro reddamus.*

❡ EXPOSITIO pſalmi literalis.

NOTVS in Iudæa] id eſt, in terra & populo Iudęorum [DEVS] Aliis nanque
nationibus ad idololatriam declinantibus, permanſit in populo Iudæorũ cul-
tus vnius veri ſummique dei [IN Iſrael magnũ nomen eius] Per Iſrael eoſdẽ
Gen.32 deſignat, quos per Iudæã, quia Iudæi erant filii Iacob, qui dictus eſt Iſrael. Vel
Eſa.38. per Iſrael ſpecialiter exprimit decem tribus, quæ tempore Ezechię nondum
tranſlatæ erant: & quannis illæ pro maiori parte ad idololatriã eſſent conuer-
ſæ, adorantes vitulos aureos quos fecit Ieroboam: multi tamen manſerunt in
populo illo deum verum colentes, quorum vnus erat Tobias, vt patet in libro F
3. Re.12. Tobiæ. Vnde ſcriptum eſt, Dixit dominus ad Eliam, Dereliqui mihi in Iſrael ſeptem milia viro-
Tobiæ. 1. rum, quorum genua non ſunt curuata ante Baal. Sic ergo in Iudæa, hoc eſt, in populo tribus Iudæ &
3. Re.19. Beniamin, inter quos etiam morabãtur Leuitæ, quoniam Ieroboam fecit ſibi ſacerdotes de extremis
3. Re.12. populorum. Et item, in Iſrael, id eſt, in populo decem tribuum, credente & deum colente, magnum
fuit nomen eius, ſcilicet dei, quoniam magnitudinem dei nouerunt, & deus eis oſtẽdit potentiam ſuã
& magnificentiam, tam mirabiliter occidendo Aſſyrios. Dicitur enim nomen alicuius magnum illic,
vbi magna eius virtus oſtenditur, & ipſe clare cognoſcitur. Et horum veritas liquet ex eo quod Mo-
ſes ait populo iſti, Te elegit dominus deus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſu
Deut.7 per terrã. Et rurſus, Ecce oſtendit nobis dñs deus noſter maieſtatẽ & magnitudinem ſuã. ❡ (2) ET
Deut.3. factus eſt in pace locus eius] hoc eſt, terra Iudææ, quæ impugnabatur à rege Aſſyriorũ, pacẽ adepta
eſt, occiſo regis exercitu [ET habitatio eius] ſcilicet dei, facta eſt [IN Sion] hoc eſt, in templo, in
4.Re.20 monte Sion conſtructo. Reddita nanque pace, rex piiſsimus Ezechias cum ſacerdotibus & populo,
deuotiſsime deo gratias retulit atque ſeruiuit in templo, & ſic deus per gratiam magnam habitauit in
Abac.2 templo ſuo, ſecundum quod Abacuc ait, Dominus in tẽplo ſancto ſuo. ❡ (3) IBI] videlicet, in ter-
ra Iudææ dominus [CONFREGIT potentias arcuum, ſcutum, & gladium] id eſt, omnia bellica in- G
ſtrumenta Aſſyriorum [ET bellum] hoc eſt, bellatores regis Sennacherib. Vel bellum, id eſt, præliũ
eius diſsipauit. Confregit autem deus hęc bellica inſtrumenta, impediẽdo ea ab actu per interfectio-
nem bellatorum, vel ipſi Iudæi confregerunt hæc arma pro magna parte, ſicut & cætera ſpolia.
❡ (4) ILLVMINANS tu mirabiliter] hoc eſt, lucem miſerationum tuarum, mirabili pietate no-
bis emittens atque infundens [A MONTIBVS æternis] id eſt, ab angelis ſanctis, qui dicuntur mon
tes æterni, quoniam ſublimes ſunt & immortales. Ab his deus Iudæos mirabiliter illuſtrauit, quoniã
4.Re.19 per preces atque miniſteria angelorum Iudæos cuſtodiẽtium, deus cõceſsit iſtam victoriam. Quan-
Eſaiæ.37 uis etenim ſcriptum ſit, Egreſſus angelus percuſsit in caſtris Aſſyriorum, &c. Credẽdum eſt tamen,
quod angeli ſinguli ſingulos Iudæos ſigillatim cuſtodiẽtes, orabant deum pro illo triumpho [TVR-
BATI ſunt omnes inſipientes corde] id eſt, miniſtri peruerſi perfidi regis, videlicet Aſſyrii idola ho
norantes, corde perterriti ſunt, & corpore interfecti per gladium angeli. Vel, omnes inſipientes cor
de turbati dicuntur, quoniam gentes in circuitu Iudææ morantes audita deiectione Sennacherib ob-
Eſaiæ.37 ſtupuerunt de tam admirabili plaga. Vnde etiam lõgo poſt tempore dum Nabuchodonoſor obſide-
ret Ieruſalem, non putabant gentes vicinæ Iudææ, quod Nabuchodonoſor præualeret, propter me-
Thren.4 moriam deiectionis Sennacherib. Propter quod Ieremias ait in Threnis, Non crediderunt reges ter
ræ, quod ingrederetur hoſtis per portas Ieruſalem. Dicitur quoque illuminatio iſta mirabiliter facta,
quoniam corpora Aſſyriorum fuerunt redacta in cineres. ❡ (5) DORMIERVNT] Aſſyrii diuina
virtute occiſi [SOMNVM ſuum] id eſt, ſomnum mortis à quo nemo ſuſcitat, niſi deus [ET nihil in- H
uenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis] id eſt, prædicti Aſſyrii qui diuites erant propter ſpo
lia, quæ in multis terris à ſe vaſtatis collegerant, cum eſſent occiſi, nullum habuerunt ſubſidium, aut
profectum ex ſuis diuitiis, ſed opera eorum ſequebantur eos, non autem diuitię, ſicut ſuperius de diui
Apoc.14 te dictum eſt, Quoniam cum interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. ❡ (6)
Pſal.48 AB increpatione tua] id eſt, à diſtricta tua vltione, ô [DEVS Iacob] patriarchæ, qui dicis, Ego ſum
Exod.3. deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob. Hoc nomen mihi eſt inæternum, & hoc memoriale meum
Iob.27 in generationem & generationẽ [DORMITAVERVNT] dormitione mortis, de qua in libro Iob
Iohan.11. ſcriptum eſt, Diues cum dormierit nihil ſecum auferet. Et Chriſtus, Lazarus amicus noſter dormit
[QVI aſcenderũt equos] id eſt, miniſtri & milites regis Aſſyriorum. ❡ (7) TV terribilis es] pro-
pter vindictam tuæ iuſtitiæ, & imperſcrutabilem profunditatem iudiciorum tuorum. Propter quod
Iob.31 Sanctus Iob ait, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui deũ [ET quis reſiſtet tibi?] quaſi di-
Iere. 49. ceret: nullus, quemadmodum etiam apud Ierem. inducitur, Quis ſimilis mei, & quis ſuſtinebit me, di
cit dominus? Et quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? [EX tunc] id eſt, tẽpore quo occidiſti Aſſy
rios [IRA tua] id eſt, vltio tuæ iuſtitiæ euidenter innotuit. ❡ (8) DE cœlo auditum feciſti iudiciũ]
id eſt, iuſtam vltionem, quam exercuiſti in omnem exercitum Aſſyriorũ, audiri feciſti in terra de cœ-

A lo, id est, virtute cælesti, qua hanc vltionem fecisti. Sicut enim hæc vltio de cælo facta est ministerio angeli, sic dicitur facta, audita de cœlo, quoniam virtus cœlestis, quę fuit causa existentiæ huius vltionis, extitit etiam causa promulgationis ipsius. Vel sic, De cælo auditum fecisti iudicium, id est, audiri fecisti ab hominibus iudicium cæleste, sic quoque quod dicitur, de cælo iudicium, tantum est dicere ac si dicatur, iudicium cæleste. Hoc autem cæleste iudicium fuit, quod dominus de rege atque exercitu Assyriorum peregit, occidendo tantam cateruam. Vel sic, De cælo auditum fecisti iudicium, id est, cælitus reuelasti iudicium istud. Reuelauit enim deus Esaiæ, quæ futura erant regi huic & populo eius, imo Esaias frequenter in libro visionum suarum vaticinatur. Esaias quoque idipsum Esa. 36.
Ezechiæ prædixit [TERRA tremuit] id est, populus Iudæorum propter aduentum Assyriorum vehementer expauit. Vel dicitur, terra tremuisse, propter multitudinem exercitus Assyriorum, quemadmodum primo Machabęorum habetur, Commota est terra à voce exercituum [ET quieuit] id est, populus terræ Iudææ à suo pauore cessauit, occisis Assyriis. (9) CVM exurgeret in iudiciū deus] id est, in actum iudicandi procederet, committendo angelo suo, vt prædictum populum trucidaret. [VT saluos faceret omnes mansuetos terrę] id est, quatenus Ezechiam regem mitem & sanctū cum populo suo, de manu Assyriorum erueret. (10) QVONIAM cogitatio hominis] id est, cor & meditatio cordis regis Ezechiæ & cuiuslibet serui ipsius, eum in virtutibus sequentis, [CONFITEBITVR tibi] confessione laudis, gratias tibi agendo de liberatione tam gratiosa [ET reliquiæ cogitationis] id est, memorię huius facti, nascentes in ipso Ezechia ac populo suo, posterisque eorum, ex prima cogitatione facti istius [DIEM festum agent tibi] id est, occasio erunt vt solenniter recolatur liberatio talis à populo Ezechiæ, imo & ab aliis qui norunt tam mirabile opus, quia nos omnes hoc miraculum audientes, diem quodammodo festum agimus, contemplando, & admirando deū in opere tam pręclaro. Deinde propheta alloquitur populum Iudæorum ab Assyriis liberatum, quatenus deo sint grati, aitque, (11) VOVETE] pro gratiarum actione vota spontanea [ET reddite] id est, vota persoluite [DOMINO deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera] id est, qui ex omni terra circa Ierusalem & in gyro ipsius ac templi, in quo deus esse & habitare asseritur, conuenitis, vt domino hostias immoletis: domino (inquam) (12) TERRIBILI &] pro, id est, [EI qui aufert spiritum principum] occidendo magnos sicut & paruos [TERRIBILI apud reges terræ] qui audientes deiectionem Sennacherib, deum Israel formidabant. Vnde & Nabuchodonosor ait, Nunc igitur laudo, magnifico, & glorifico regem cæli, quoniam omnia opera eius sunt vera. Et Darius, Paueant (inquit) habitantes in vniuersa terra deum Danielis, quia ipse est liberator & saluator, faciens signa, & mirabilia in cælo & in terra.

4. Re. 18
1. Mac. 9.
B
Dan. 4.
Dan. 14.

C

EXPOSITIO Tropologica siue moralis eiusdem Psalmi.

IVxta intellectum autem moralem exponendus est Psalmus hic de statu ecclesiæ Christianæ, videlicet de quolibet homine, populo, seu communitate Christifideli, à multis periculis liberata atque ex hoc deum magnifice collaudāte, & alios ad sanctam deuotionem ac gratitudinem inuitante, eritque sensus tituli superius positi talis, Psalmus Asaph, id est, cōgregationi fidelium, significatæ per Asaph, conueniens, atque in finem (qui Christus est) tendens ac dirigens in laudibus, ita vt ipsa ecclesia ex promptitudine voluntatis, & impetu sanctæ dilectionis, deo laudes concinat, & non ex tristitia seu necessitate, quoniam hilarem datorē diligit deus, estque psalmus iste, canticum, id est, laus spiritualis iucunditatis, ad Assyrios, id est, ad dirigentes eos, videlicet qui cor suum ad dominū dirigunt. Assyrii nanque dirigentes interpretantur. Ait itaque, Notus in Iudæa deus. Hoc modo ad literam accipi nequit pro tempore isto, quia & terra Iudææ iam à Sarracenis (prohdolor) inhabitatur, & populus Iudæorum deum verum ignorat, quemadmodū Iudæis loquutus est Christus, Neque me scitis, neq; patrem meum. Et alibi, Est pater meus, quem vos dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum. Quæ est ergo Iudæa, in qua modo veraciter notus est deus, nisi Christiana ecclesia in deū corde credens, eumque ore confitens atque operibus bonis honorans? De hac quippe Iudæa, ait beatissimus euangelista Iohannes, Scimus, quoniam filius dei venit & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deum verum. Vnde Christus testatus est, Pater iuste mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & notum feci eis, scilicet quos dedisti mihi, nomen tuum. Iudæa enim interpretatur confessio. Ecclesia autem domino verissime confitetur, quoniam ipsa sola de deo veraciter sentit per catholicæ fidei veritatem, agnoscens deū vnum ac trinum, dei vnigenitum incarnatū, nostram beatitudinē in dei visione esse repositam: in Israel, id est, in homine seu populo, deum per fidem syncerā contemplante, magnū nomen eius, id est, magnificum reputatur & gloriosum, & incōparabile esse cognoscitur nomen dei seu ipsemet deus, qui de seipso alio loco ait, Rex magnus ego sum, & magnum nomen meū in gentibus. Et factus est in pace locus eius, id est, per pacem disponitur, aptatur, & dignificatur rationalis creatura, vt in ea habitet deus, qui de seipso per Esaiam locutus est, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Quietus autē pacificus est, quoniam pax est quies mentis. Est enim pax tranquillitas bene ordinati cordis, dum, scilicet caro seruit ac paret spiritui, sensualitas rationi, & ratio deo, ita vt semper inferius suo superiori prompte obedit. In anima hanc pacem sortita deus libenter moratur, de quo Paulus ait, In pace vocauit nos deus. Et iterum, Non est (inquit) dissensionis deus, sed pacis. Hæc siquidem pax facit hominem filium dei: iuxta illud, Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. In homine ergo pacifico, tanquam in filio dilecto, habitat deus, idcirco omni Christiano, & maxime religiosis & solitariis, summe studendum est, vt veram atque internā pacem stabiliter & immobiliter, quantū fieri potest, possideant. Propter quod monet apostolus, Pacem

2. Cor. 9.
Iohan. 8.
Eodem.
1. Iohā. 5.
D
Iohan. 17
Malach. 1
Esa. 66.
1. Cor. 7.
1. Co. 14.
Matth. 5.
Hebr. 12.

Galat. 6 ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit deum, contemplantes ne qua radix E
amaritudinis ſurſum germinans impediat. Et alibi, Si fieri poteſt quod in vobis eſt, cũ omnibus homi
nibus pacem habete. In pace enim ſplẽdide requieſcit omnis anima ſancta, in præſenti degens exilio,
Eſa. 32. ſecundum quod dominus apud Eſaiam aſſerit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Deni-
Lucæ. 10. que quantum appetenda ſit omni Chriſtiano hæc pax, conſtat ex eo, quod Chriſtus ante paſsionem
diſcipulos mittens, præcepit eis vt pacem ante omnia hominibus imprecarentur, In quãcunque, in-
Luc. 24 quiens, domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui, Poſt reſurrectionem quoque apparens
diſcipulis, pacem primitus annunciauit, dicendo, Pax vobis. Sed & omnes apoſtoli qui ſcripſerunt
epiſtolas, nonne in ſalutationibus ſuis pacem ſingulariter, eis quibus ſcribunt, deſiderant, dicentes,
Gratia vobis & pax, aut ſimile aliquid? Omnem ergo perturbationem, diſcordiamque vitemus, qua-
tenus deum pacis intra nos cõmanentem habere poſsimus, & habitatio eius, ſcilicet dei eſt, in Sion,
id eſt, in Eccleſia Chriſtiana, ſeu quolibet homine deum fideliter ſpeculante. His enim ait ſaluator in
Mat. 28 Euangelio, Ego vobiſcum ſum cunctis diebus. Et, Ad eũ veniemus ego & pater, & manſionem apud
Iohã. 14. eum faciemus. Sion nanque ſpeculatio interpretatur, & certũ eſt omnem ſpeculatiuã animam inhabi
tari ſanctam atque altiſsimã Trinitatem. Ibi, hoc eſt, in hoc homine virtuoſo atque eccleſia, deus per
gratiã ſuam, confregit, deſtruxit, & extirpauit potentias arcuum, id eſt, vires fallacium ſuggeſtionum
diaboli, atque occultas inſidias doli humani, ſcutum, id eſt, excuſationem propriæ culpæ, qua ſe con- F
tra corripientem defendit peccator, gladium, id eſt, manifeſtam reſiſtẽtiam qua homo deo repugnat,
veritatem impugnat, ſuperiori ſuo reſiſtit, & bellum, hoc eſt, inobedientiam ſeu rebellionẽ, qua con-
Galat. 5 tra ſpiritum caro concupiſcit atque luctatur. Omnia mala hęc deus per gratiam ſuæ pietatis expellit
Iob. 14. ab homine, quoniam ei proprium eſt peccata auferre & impium iuſtificare, ſicut Iob ait, Quis poteſt
facere mundum de immundo, nonne tu qui ſolus es? Poteſt quoque per arcũ intelligi delectatio ſubi
ta, quę ad ſimilitudinẽ arcus improuiſe ferit, ac repente occidit. Per ſcutum autẽ peruerſa voluntas,
qua ſe armat iniuſtus ad vitia. Per gladium vero operatio vitioſa, qua ſe homo actualiter perimit. Per
bellum quoque conſuetudo peccandi, qua contra legem diuinam peccator inceſſabiliter pugnat. De
Mich. 2. his enim, qui his vitiis obnoxii alibi ſcriptum eſt, Væ eis, quoniã contra deum eſt manus eorum. Illu
minans tu, deus mirabiliter, hoc eſt, ſupernaturaliter, à montibus æternis, hoc eſt, ab angelicis ſpiriti-
bus ſeu per angelos ſanctos eccleſiam militantem. Quemadmodũ enim glorioſiſsimus Theologorũ
princeps Dionyſius docet, Hierarchiam Eccleſiaſticam, ſeu militantẽ Eccleſiam, deus gubernat per
Hierarchiam angelicam, quia & ſingulis hominibus aſſunt, profunt, & pręſunt angeli ſinguli. Regna
Dan. 10 quoque archangelos habent præſidentes, & ipſa vniuerſalis Eccleſia Michaelem, paradiſi præpoſitũ
creditur habere rectorem, quemadmodũ olim ſynagoga, cuius Michael princeps fuiſſe refertur. Per G
hos montes, diuinitus copioſiſsime illuſtratos, illuminat deus corda humana, mittens nobis per eos
gratiam ſui auxilii, directionemque mentis in omnibus. Vnde ſecundum Dionyſium, multi gentilium
per illuminationem angelicam ad fidem conuerſi ſunt, atque ad vnius dei cultum, etiam ante legem
ſcriptam. Alii autem exponunt hunc locum de Apoſtolis, per quorũ pręedicationem deus mundũ mi
rabiliter illuſtrauit, conuertendo eum ad fidem per multa miracula, dicunturq; ſancti Apoſtoli mon
tes propter excellentiam gratiæ, eminentiam vitæ, & altitudinem ſapientiæ. Vocantur quoque mon-
tes æterni, quoniam ſunt cum Chriſto æternaliter regnaturi. Turbati ſunt omnes inſipientes corde,
hoc eſt, vniuerſi qui vel angelicæ inſpirationi, vel Apoſtolicæ prædicationi non conſenſerunt, men-
tis deordinationem, inquietudinem, & veræ pacis carentiam, tumultum vitiorum, & ſtrepitum paſ-
ſionum inciderunt. Propterea dormierunt ſomnũ ſuum, hoc eſt, ſomnũ peccati, de quo clamat Apo-
Ephe. 5. ſtolus, Surge qui dormis. Et rurſus, Tempus eſt, nos iam de ſomno ſurgere. Hunc ſomnum dormire,
Roma. 13 eſt in rebus carnalibus, tranſitoriis, caducis, & vanis delectari, quieſcere, aut finaliter perdurare. Vel
ſic, Dormierunt ſomnum ſuum, hoc eſt, miſerabilem mortẽ guſtauerunt, moriendo in vitiis. Siue au-
tem exponatur de ſomno peccati, ſiue de ſomno mortis, conuenienter adiectum eſt, ſuum, ita vt inſi-
pientes dormiſſe ſomnum ſuũ narrantur. Eſt enim & duplex ſomnus iuſtorum, videlicet ſomnus ſan
ctæ cõtemplationis, ſeu internæ quietis ac interioris virtutis in domino, de quo dictum eſt ſupra, In
Pſalm. 4. pace in idipſum dormiam. Et in Geneſi, Immiſit dominus ſoporem in Adam. Eſt quoq; & ſomnus
Gene. 2 beatæ mortis, qui appellatur natale ſanctorũ, de quo in Actis dictũ eſt, Cum hæc dixiſſet Stephanus H
Act. 7. obdormiuit in domino, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ, hoc eſt, auari, in manibus ſuis, id eſt,
in operibus ſuis: quia in hora mortis ſuæ, itemq; in die iudicii, ab omni opere bono ac meritorio in-
ueniuntur inanes & vacui, nec tunc proſunt eis diuitiæ, delitiæ, & bona huius momentaneæ vitæ.
Propter quod dicunt, Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarũ iactãtia contulit nobis? Tranſie
Sapien. 3 runt omnia illa tanquam vmbra. Et rurſus ſcriptum eſt, Diues cũ dormierit, nihil ſecum auferet. Ap-
Iob. 27. prehendet eum quaſi aqua inopia. Vnde & alibi habetur, Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in mi
Iacob. 5 ſeriis quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimẽta veſtra à tineis comeſta ſunt.
Aurum & argentum veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit
carnes veſtras ſicut ignis. Ab increpatione tua, id eſt, de ipſa tua caſtigatione ſeu diſciplina, & de tua
exhortatione, comminatione, correptione, & prædicatione, ô deus Iacob dormitauerunt, hoc eſt, nõ
ſunt emendati, nec ad virtutes euigilauerunt, ſed in peccato obdormierunt, qui aſcenderunt equos:
hoc eſt, qui temporales honores, dignitates, prælationes, & pompas dilexerunt. Increpat enim deus
peccatores per flagella, & exhortationes ſacræ ſcripturæ, ſed quidam inde obdurantur vnde merito
Aggæi. 2. corrigerentur, ſicut de talibus per Amos dominus ait, Percuſsi vos vẽto vrente & ærugine & gran-
dine, & non fuit ex vobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus. Vel, quia aſcenderunt equos, id eſt,

A qui in fortitudine equi confisi sunt magis, quàm in auxilio dei. Propter quod talibus dicitur in Esaia, Esaiæ.30
Dixistis, ad equos fugiemus, ideo fugietis. Et super veloces ascēdamus, ideo veloces erunt qui perse-
quentur vos. Et nobis per Osee consulitur, Conuertimini ad dominum, & dicite ei, Super equos nō Osee.14.
ascendemus: non quod bestiam (quæ equus nuncupatur) ascendere culpa sit, sed vel in equo cōfide-
re, vel in altum elationis seipsum erigere, & contra deum ceruicem protendere nephas est. Tu terri-
bilis es, quemadmodum in Ecclesiastico inducitur, Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa Eccle.16.
terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei cōmouebuntur, & cum conspexerit ea deus, tremore
concutientur. Et in omnibus his insensatum est cor hominis, deum non formidantis. Iob quoque, Po Iob.25.
testas & terror apud ipsum sunt, qui facit concordiam in sublimibus suis, & quis resistet tibi? nullus
vtique, quoniam tuipse apud Esaiam locutus es, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Esa.46
Et scriptura alia testatur, Deus cuius iræ resistere nemo potest, sub quo curuātur qui portant orbem.
Propterea beatissimus Iob ait, Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest, idcirco à fa Iob.9
cie eius turbatus sum, & considerans eum, timore solicitor. Maxime autem in futuro iudicio deus ap- Iob.23.
parebit terribilis, in tantum vt dicat Apostolus, Horrendum est incidere in manus dei viuentis: ex Hebr.19.
tunc, hoc est, ex tempore quo per gratiæ tuæ iustam subtractionē, turbati sunt omnes insipientes cor
de, & dormierunt somnum suum, &c. ira tua, hoc est, vltio tua cœpit apparere. Grauissima nanq; ira
B dei in hac vita, est peccatorem relinquere in suo errore, & ita dum impius in vitiis perseuerat, ira dei
in eo apparet. Hinc enim conscriptum est, Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sen- 2.Mic.6.
tentia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est indicium. Vel extunc, hoc est, ex tempo
re nouissimi diei, inæternum apparebit ira tua perfecta in damnatis, quia ipsi sunt vasa iræ, secūdum
Apostolum: de cælo auditum fecisti iudicium, hoc est, de ore Christi & Apostolorum sanctorum ac Roma.9.
aliorum prædicatorum fidelium, qui omnes cæli dicuntur, propter vitam suam angelicam, & conuer
sationem cælestem, audiri fecisti, ò deus Trinitas, iudicium, discretionis, quo separas in præsenti ele-
ctos à reprobis, vita & moribus. Christus enim atq; discipuli eius prædicauerunt ac docuerunt, quo-
modo deus quosdam ab æterno prędestinasset, & aliquos odisset, & nunc quotidie inter illos discer-
neret, hos misericorditer aspiciendo, illos autem iuste spernendo. Hoc vero iudiciū tempore Christi
in exordio Euangelicæ prædicationis, cœpit præcipue innotescere, quoniam tunc maxime apparere
cœpit, qui essent electi, & qui pręsciti. Propter quod dixit saluator, Nunc iudicium est mundi. Et hoc Iohan.12
quare, subiungit, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, videlicet ex cordibus electorum, vt pa-
teat qui ad deum pertineant. Vel, de cælo, id est, per illuminationem cælestem, seu spiritus sancti in-
spirationem, auditum fecisti iudicium, quod in fine mundi futurū est, quoniam ipsi apostoli & succes-
sores ipsorum ac præcessores sancti prophetæ, concorditer docuerunt, & hominibus nunciauerunt
C istud finale iudicium. Vel, de cælo auditum fecisti iudiciū, hoc est, audire facies, quando ipse dominus
in iussu, & voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo, & tuba canet, dicēs, Surgite mortui, ve- 1.Thes.4.
nite ad iudicium. Sed & quando ipse Christus sententiam proferet, dicens, Ite maledicti in ignē æter 1.Cor.15
num, & venite benedicti patris mei. Deus trinitas auditum faciet iudicium, quod ipse intra se de vni- Mat.25.
uersis concepit, cuius iudicii executor vel prolator est Christus vt homo, terra tremuit & quieuit cū
exurgeret in iudicium deus. Hoc diuersimode accipi potest. In aduentu enim Christi ad iudicium, o-
mnes homines in terra existentes, terrebuntur, sed boni ab hoc terrore cito quiescent, quoniam deus
iudicabit pro eis. Impii quoque quiescent à pristinis vitiis, quoniam amplius delitiari non poterunt.
De hac enim quiete apud Esaiam prædictum est, Quiescite agere peruerse. Vel ipsum elementū ter- Esaię.1.
ræ tunc tremet, hoc est, ad similitudinem trementis se habebit, propter ignem conflagrationis & im-
petum fluctuum maris, & quiescet ab hac agitatione, quoniam facto iudicio tēpus, & motus cæli ces-
sabunt, & terra splendebit vt aurū. Sic ergo terra tremuit & quieuit, hoc est, cōtremiscet atque quie-
scet. Cum exurgeret in iudicium deus, id est, dum Christus ad iudicandum veniet cum omnibus inco
lis cæli: iuxta illud Esa. Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus populi sui & principibus: vt sal Esaiæ.3.
uos faceret. i. quatenus ab omni corruptione, mortalitate, molestia, saluet omnes mansuetos terræ, id
est, homines mites, qui iram refrenant. Potest quoque exponi de Christo resurgente. Nā vt dicit Mat Mat.28
D thæus, Christo resurgente terręmotus factus est magnus, Angelus enim domini descendit, &c. Ab
hoc autem motu terra quieuit cum exurgeret deus dei filius, scilicet Christus, à morte in iudicium, id
est, vt suo tempore iudicet mundum, qui est iudicatus à mundo, & vt iudicaret Iudæos. Quoniam co
gitatio hominis confitebitur tibi, id est, prima occupatio seu principalis exercitatio cordis hominis
virtuosi, laudabit te & accusabit se: sicque implebit illud euangeliū, Primum quærite regnū dei, & reli Matth.6.
quię cogitationis, id est, cæteræ meditationes ex hac prima occupatione nascentes, diem festum agēt
tibi, id est, mentem implebunt bonis considerationibus, quibus intenta tibi solenniter vacabit & in-
hęrebit, tempusque festiue & fructuose expendet. Dum nanque homo deo primo confitetur sua be-
neficia, & mox memor efficitur peccatorum suorum, tunc anima eius impletur splendoribus gratiæ,
perpenditque homo quantam beatitudinem peccando amisit, quantam miseriam incidit, pœnamque
promeruit, quàm viliter tempus expendit, quàm graue peccatum sit ingratitudo, quàm clemens est
deus qui sibi tam diu pepercit, & gratiam conuersionis modo largitus est, multaq; alia considerat ani
ma sic conuersa. Vouete, id est, consulo vobis vt voueatis, vel in susceptione sacri ordinis, vel in in-
gressu religionis, vel aliud aliquid ad dei honorem agendo vel dando: & reddite, id est, iubeo vt red-
datis domino deo vestro. Vouere enim consilium est, quia ad supererogationem pertinet: soluere au-
tem vota, præceptum, quemadmodum Moses asserit, Quod semel egressum est de labiis tuis obser- Deut.23.
uabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo: imo & cito reddendum est, secundū q in Ecclesiast. Eccles.5.

habetur, Si quid vouisti domino, ne moreris reddere. Displicet enim ei stulta & infidelis promissio. E
Ideo Thomas affirmat, ꝙ votum plus obligat quàm iuramentum. Denique multo perfectius est, ma
gis meritorium, bonum ex voto facere, quàm sine voto, sicut & maius est dare arborem cum fructu,
quàm fructum tantum. Voluntas nanq; est veluti arbor, vnde fructus boni & mali, hoc est opera vir-
tuosa ac vitiosa nascuntur. Qui ergo promittit voluntatem, ipsam deo offert & obligat, ostenditur
quoque homo talis magis promptus & ardens ad dei obsequium, quàm nõ promittens: sed & ipsum
votum seu promissio, cum sit actus virtutis, quæ latria dicitur, magnum recipit præmium, sicque ex
voto operans dupliciter promeretur, videlicet ratione voti, & item ratione operis boni. Sunt autem
quædam vota cunctis communia, sine quibus nemo potest saluari, sicut in fonte baptismi promitti-
mus credere, & operibus satanæ renunciare, & ista cadunt sub præcepto sicut baptismus. Alia vero
sunt specialia vota, quemadmodum votum castitatis, paupertatis, & cætera, & ista ante promissionẽ
sunt in consilio, vota autem emissa sunt sub pręcepto. Sic ergo vouete & reddite domino deo vestro
ô omnes fideles qui in circuitu eius affertis munera, hoc est, qui ex omni parte ad deum confluitis, at-
que per modum coronæ ad deum acceditis, qui vtique est in medio vestrũ, non tamen sic sunt omnes
homines in circumitu dei, quasi deum intra se claudant ac terminent, quoniã ipse immensus est. Cæ-
Mat. 18. tera patent ex præcedenti explanatione. Ecce psalmum iucundum, amœnum, & dei laudibus plenũ
audiuimus, quem decet nos cũ interna dulcedine, cordiali lætitia, & intellectu intento proferre, qua- F
tenus nosipsi & vnusquisque nostrum esse queat Iudæa, domino fide & opere confitendo, Israel glo
2. Cor. 3. riam eius reuelata facie speculando, & ita corde pacifico & syncero, præparemus domino habitatio-
nem in nobis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXVI.

### ❡EXPOSITIO TITVLI.

DEclarandus nunc psalmus hoc titulo pręsignatur, In finem pro Idithun psalmus Asaph, Idi-
thun interpretatur transiliens, Asaph autem congregatio. Est igitur sensus Psalmus Asaph, id
est, tractatus iste congregationi fidelium, puta ecclesiæ competens, atque in finem, qui Chri-
stus est & vita æterna nos dirigens, scriptus ac editus est pro Idithun, id est, pro viro perfecto, vni-
uersa caduca, omnia vana, cuncta transitoria, creata atque finita transiliente, paruipendente, & con-
temnente, & sola diuina, æterna, cælestia, vel potius ipsum supersimplicem deũ summe & vnice con-
August. cupiscente. Vere equidem, quemadmodum beatissimus Augustinus fatetur, sentire, gustare, seu intel-
lectualiter sapere nequit huius psalmi virtutẽ ac sensum, nisi qui hoc modo inuenitur transiliens, qui G
Philip. 3. omnia cum Apostolo arbitratur vt stercora, vt Christum lucrifaciat. Loquẽs ergo Propheta in per-
sona viri iusti siue ecclesiæ, ait.

### PRECATIO.

*Ineffabilis pietatis deus misericors in milibus, non in finem iratus pro peccatis nostris misericordiam tuam abscindas à nobis, non obliuiscaris misereri nostri, sed tua miseratione iube nos æternæ saluationi annumerari.*

### ❡EXPOSITIO Psalmi.

VOCE mea ad dominum clamaui] id est, voce cordi meo cõsentiente, voce at-
tenta & propria non aliena ad dominum clamaui, nõ tam alto sono quàm ma
gno affectu, nisi ꝙ forte ex desiderio feruenti prorumpit homo in clamorẽ vo-
calem. Clamaui ergo ardenter orando, non quasi deus longe distaret à me, aut
suscitandus esset meo clamore, cum ipse vbiq; existat, & omnia distincte agno-
scat, sed clamaui, quatenus deus conspiciens me facere quod in me est, & studii
ac desiderii mei impetum cernens, statim mihi attendat, quemadmodum scri-
Iob. 8. ptum est, Si omnipotentem fueris deprecatus, & mundus ac rectus incesseris,
statim euigilabit ad te, voce mea interiori seu exteriori ad deum clamaui, ipsum solummodo inuocan
do, in eum sperando, & non aliud ab ipso nisi ipsum petendo, & ea quibus indigeo ad hoc ꝙ ad eum H
pertingam. nec inaniter feci hoc [QVIA & intendit mihi] deus, considerando clementer precem
meam, & eam exaudiendo. Ostendit ergo in me verum esse quod ait scriptura, Quis inuocauit deum,
Ecclesi. 3. & despexit illum? Atque in euangelio, Omnia quæcunque petitis, credite quia accipietis, & venient
Mar. 11. vobis. Porro in hoc versu & in sequentibus profitetur vir iustus fructum suæ orationis & studii suæ
deuotionis, quatenus nobis exauditionis fiduciam præstet, nosque ad sanctæ conuersationis & inti-
mæ exercitationis exercitia incitet & inflammet. ❡[(2) IN die tribulationis meæ] hoc est tempore
aduersitatis, persecutionis seu tentationis [DEVM] in adiutorem & saluatorem [EXQVISIVI] id
est, eximio modo diligentique studio expetiui [MANIBVS meis] corporalibus ad cœlos expansis,
Thren. 3. quemadmodum ait Ieremias in Threnis, Leuemus corda nostra cum manibus in cœlum. Vel, mani-
bus meis, id est, operibus bonis quæ vim sortiuntur orationis, quia non cessat orare, qui non cessat be
ne agere. [NOCTE] hoc est tempore nocturno quod ad orandum conuenientissimum est, propter
Esa. 26. cessationem exteriorum strepituũ, atque vacationem sensuum exteriorũ. Propter quod Esaias, Ani-
Thren. 2. ma mea (inquit) desiderauit te in nocte. Et Ieremias, Consurge, lauda in nocte, in principio vigilia-
rum. Vel nocte, id est, in vita præsenti, quæ per comparationem ad diem æternitatis, vitamque futu-
ram nox potius appellatur quàm dies. Sic vero oraui [CONTRA eum] hoc est, dirigendo oculos

A meos ad locum mihi ex aduerso seu in opposito situm, in quo habitat deus, videlicet ad cælum empyreum quod est contra me, quia est sursum, & ego deorsum. Vel contra eum, hoc est coram eo, constituendo meipsum in præsentia dei, eumque velut præsentem precando, secundum quod ait Elias, Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie. Nam loco eius quod hic dicitur: contra eum, alia translatio habet, coram eo. [ET non sum deceptus] hoc est, fraudatus non sum spei meæ effectu, sed verum esse expertus sum quod in euangelio scriptum est, Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Sacra scriptura neminem fallit, sed possibilius est cælum & terram transire, quàm vnum apicem de lege perire, vt ait Saluator. Quoniam ergo diuina scriptura frequenter promittit deum adesse omnibus inuocantibus eum, palam omnino est nullum inuocantiũ deum decipi posse, si tamen oret sicut orandũ est. Quomodo enim orandũ sit, Christus ostendit, Oportet (inquiens) semper orare & non deficere. Et istud certissime credere atque sperare debemus, & ex tam certa atq; fideli fiducia deum rogare, sicque nequaquam fallemur: quanto enim fiducialius exoramus, tanto libentius liberaliusque exaudit nos. Consequenter inducit saluberrimũ documentum & institutionẽ perfectam, qua homo diuina exauditione, consolatione, & perpetua inhabitatione dignus efficitur. ¶ (3) RENVIT cõsolari anima mea] id est, in præsenti seculo erumnoso, afflictionibus pleno, in quo ego multipliciter tribulor, temporalia amittendo, corporaliter infirmando, tentationes varias incidẽdo,
B pro peccatis meis ac alienis plorando, & maxime quoniam minus quàm cupio in spiritualibus bonis proficio, sæpius cado, gratiæ minorationem sustineo, internæ consolationis atque feruoris suspensionem incurro, menteque durus ac sterilis fio: sed in tantis miseriis nullo cõsolationem vilem recipere, contemno in temporalibus exultare, sperno humana solatia, inania verba, gesta scurrilia, atque ob dei mei super omnia prædilecti amorem omnem adulterinam lætitiam respuo, confidens & præstolans eum reuersurũ ad me, & animam meã eius amore afflictam & languidã elementissime cõsolaturum. Istud autem est signũ perfecti atque synceri amoris omnem consolationem dilecto contrariã aspernari, eiusque reditum longanimiter prẹstolari. Vnde dilectæ amatrici dicitur per Osee, Dies multos expectabis me, & non fornicaberis, & non eris viro. Apud eundem Osee quoque dominus ait, Populus meus pendebit ad reditum meum. Qui talis est potest dicere illud Ecclesiastes, Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Ideoque Salomon iterũ profitetur, Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domũ conuiuii. In illa enim finis cunctorum admonetur hominũ, & viuens cogitat quid futurũ sit. Porro consolationem habẽtibus in diuitiis, delitiis, honoribus, domibus, familiis, atq; similibus mundi huius stultitiis ait Christus, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Hæc autem ad religiosos & solitarios tanto amplius pertinẽt, quanto ipsi ad eminentiorem diuinitatis dilectionem tenentur. Ipsorũ enim est in solo domino delectari. [MEMOR fui dei] boni-
C tatem ipsius contẽplando, beneficia eius recolẽdo, promissa ipsius expectando. [ET delectatus sum] intellectuali delectatiõe ex huiusmodi speculatione [ET exercitatus sum] hoc est, occupaui meipsum in laudibus atque operibus dei, quoniam charitas otiosa non est [ET defecit spiritus meus] vel quoniam deum digne laudare, sufficienter cognoscere, plene amare, efficaciter honorare non valuit. Vel quoniam ex magna atque extatica eleuatione seu raptu in deum, à semetipso alienatus est, hoc est, ab exteriorum sensuum operatione abstractus, & in deũ omnino absorptus, sicut sæpius contingit deuotissimis pueris domini saluatoris, quibus deus ostẽdit diuitias gloriæ suæ. ¶ (4) ANTICIPAVERVNT vigilias oculi mei] id est, ante lucem surrexi, seu tempus quo alii surgunt, præueni, quatenus deum orarem, laudarem, & contemplarer, quemadmodũ in scriptura habetur, Iustus cor suũ tradet ad vigilandum diluculo ad dominum. Hoc in amorosis famulis Christi efficit æstuans amor, qui separationis impatiens est, semperque ad vnionem & amplexũ dilecti suspirat. Ignorat siquidem tarda molimina benedicti creatoris dilectio feruida, quia de ea veraciter scriptum est, Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ. Lampades eius lampades ignis atq; flãmarũ [TVRBATVS sum] ex cõsideratione peccatorum meorũ, quibus intus commaculor, & laqueorum seu periculorum quibus foris circundor [ET non sum locutus] id est, præ nimia confusione os meum ad dominũ aperire ausus non fui, secundũ quod in primo libr. Esdræ habetur, Deus meus cõfundor & erubesco leuare faciem
D meam ad te, quoniã iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrũ, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum. Similiter tres pueri loquebantur in camino. Et nunc nõ possumus aperire os, confusio & opprobriũ facti sumus. Veruntamen non debet homo in tali formidine diu persistere, ne desperet. Talia enim dicuntur ad insinuandũ grauitatem nostrorũ facinorum. Vel, non sum locutus, excusando meipsum, aut aliis mea scelera imponẽdo, aut humanã refocillationẽ quærendo. Vel, non sum locutus, aliis considerationum mearũ secreta pandendo: sed feci quod ab alio dictum est, Secretum meũ mihi, secretum meum mihi. ¶ (5) COGITAVI dies antiquos] id est, historias veteres & opera dei ab exordio mundi, cursumque seculi vsque ad tẽpus iam instans recolui: iuxta quod Ecclesiasticus dicit, Sapientiam omniũ antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, sed quia inue nit omnia quæ sub sole geruntur vanitati subiecta, ideirco [ET annos æternos in mente habui] hoc est, statum seculi futuri & diem quo viuunt electi cũ deo, reprobique in inferno, corde reuolui quatenus ex consideratione æternarum lętitiarum in patria, perpetuorumq; tormentorũ in gehenna, contemnerẽ vniuersa quę modo delectant, patienterque ferrem quæcunque tẽporaliter grauãt. O quàm salubris est cogitatio talis. Si enim æternorũ horum annorũ longitudinem perpendamus, momentaneam arbitramur vitã pręsentem quantũcunque protractam: sicque in eius contemptũ atque in futuræ vitę amorem accendimur: imo si quis à protoplasti parentis tempore vsque in præsens vixisset, nonne omne tẽpus præteritum velut momentũ videbitur, pręsertim si ad futuræ vitę æternos annos

3.Re.17.
Matth.7.
Luc.11.
Luc.18
Iacobi.1.
Philip.3.
Osee.3.
Osee.11.
Ecclesi.2.
Eccl.7.
1.Cor.13
Eccle.39
Can.8.
1.Esdr.9.
Dan.3.
Esa.24
Eccl.39.
Roma.8.

comparetur? Cordialiter ergo & præcordialissime penitus consideremus præsentis vitæ breuitatem, E
gaudiorum mundi fallaciam, huiusque status infinita pericula. Habeamus insuper in mente æternos annos qui restant, contemplando solatia electorum, atque supplicia reproborum, hisque pensatis eligamus quod nobis amplius expedire censemus, vel nunc gaudere cũ seculo, & postmodũ æternaliter cruciari cum reprobis in inferno: vel nunc sectari vestigia Christi, & paulo post possidere gaudia cæ-
Eccle. 11. li. Hinc quippe sapientissimus Salomon loquitur, Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi tẽporis & dierũ multorũ, qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. ¶ (6) ET meditatus sum nocte cũ corde meo] .i. intellectu meo non vana & friuola atque illicita cogitaui, sed in lege domini versatus sum, discutiendo & intuendo, qualiter æternos annos miserorum possem euadere, annosque æternos beatorum in patria adipisci [ET exercitabar] id est, mentaliter ac seriose occupabar in his [ET scopebam spiritũ meum] id est, animã meam discussi, conscientiam examinaui, & quicquid dignũ erat remorsu eieci, mundaui ac vitare decreui. Sed quo-
Prou. 1. niam deus non semper exaudit hominem tam cito vt cupit, sed vicissim satis diu cũ affligi permittit,
Mich. 3. propterea subditur vox iustorũ, qui in tali dilatione propter pœnarum ac persecutionum grauitatẽ ex humana fragilitate conqueruntur, & dicunt, ¶ (7) NVNQVID in æternũ proiiciet deus] preces meas, ipsas non exaudiendo, nec me ad gratiam desideratã perducendo? Hic enim est modus loquendi afflictorum, quibus duratio modica videtur longa, longa vero æterna. Vnde beatus Iob ait,
Iob. 30. Clamo ad te & non exaudis me, sto & non respicis me [AVT non apponet vt complacitior sit adhuc?] hoc est, nunquid deus semper æque crudelis & durus erit, nec poterit aliquo modo placari? F
Hæc autem non affirmando, sed negando dicuntur sicut sequentia: imo deus non solũ dignatur placari, sed etiam occasionem quærit qua mitigetur propter ineffabilissimam suam clementiam. Propter
Ezec. 22. quod ipse apud Ezech. testatur, Quæsiui virũ qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me
Iob. 30. pro terra, ne disperderem eam. Et Iob, Si fuerit angelus pro homine loquens, miserebitur ei deus, & dicet, Libera eum, inueni in quo ei propitier. ¶ (8) AVT in finem misericordiã suam abscidet] non subueniendo nobis viatoribus ad ipsum clamãtibus? an inquam abscidet misericordiã suam, id est, an misericordiæ suæ effectũ non impendet [A GENERATIONE in generationem] hoc est, in generationibus sibi succedentibus, visitando seu vlciscendo peccata parẽtum in posteros sine cessatione? ¶ (9) AT obliuiscetur misereri deus] cui proprium est misereri [AVT continebit in ira sua] scilicet exercendo iustitiam, seu infligendo vindictã [MISERICORDIAS suas] non miscendo effectũ misericordiæ operi suæ iustitiæ, nec ab vltione & indignatione cessando? Quasi dicat, Non, quoniam
Abac. 3. scriptũ est de eo, Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis. Porro nonnulli ex his verbis veritatis ac vitæ, occasionem sumpserunt falsitatis & mortis, dicentes ꝙ pœna inferni quandoque esset terminum habitura, cũ tamen manifeste pateat, ꝙ præsens scriptura loquatur de deo per cõparationem ad viatores & pœnitentes. ¶ (10) ET dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi.] Hebraica veritas, translatio quoque Hieronymi iuxta Hebræum sic fertur habere, Et dixi imbecillitas mea est hæc, id est, secundũ rationem asserui, ꝙ prędicta querulatio ex fragilitatis humanę imbecillitate nascatur. G
Nostra autem translatio ita exponitur, Et dixi, corde seu ore, nunc cœpi, id est, iam primitus spiritualiter viuere, sapienter intelligere & vere cognoscere orsus sum, intelligendo præsentis seculi vanitatem, & futuri seculi felicitatẽ, vel totam pristinã meam conuersationem, profectum, & perfectionem pro nihilo arbitrando, atque cũ recenti proposito, cũ nouo feruore, cũ studio vehementi melioris vitæ semitas apprehendendo, spũalis profectus itinera ingrediẽdo, imo quotidie quasi de nouo incipiẽdo. Sic enim agendũ esse docuerat illustris pater noster Arsenius. Nam & ipse beatus Apostolus ad nostram informationem professus est, quæ priora sunt obliuiscens, ad anteriora autem extendens me
Philip. 3. ipsum. Christus quoque, Cũ feceritis (inquit) omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles su-
Lucæ. 17. mus, quod debuimus facere fecimus. Non ergo gloriemur in meritis vitæ prioris, nec aliquid æstimemus nosipsos, sed quotidie tam recenter tamque feruenter agamus, ac si eodem die primũ inchoaremus, atque morituri essemus, attendentes illud diuini Apostoli, Ego non arbitror me apprehendis-
Philip. 3. se. Sequor autem, si quo modo comprehendã. Sed quoniã iste profectus non humanę virtutis est, sed donum gratiæ dei, ideo subditur: hæc mutatio dexteræ excelsi, hoc est, ꝙ ita mutatus sum de tenebris ignorantiæ ad splendorẽ scientię, de vitiis in virtutes, de carnali & animali in spirituale, asscribendũ est pio subsidio seu misericordi pręsentię dei sublimis. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid H
2. Co. 14 ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Vnde à Ieremia dictũ est, Scio domine quia
Ierem. 10 non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Propterea dicit Apostolus,
Philip. 2. Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Veruntamen omnia iam prædicta ab illo versu, Nunquid in æternum proiiciet deus? vsque ad versum præsentem, accipi possunt non solum quasi ex infirmitate prolata, sed quasi consolatorie negatiueque dicta, videlicet vt sic dicta sumantur, ꝙ deus in æternum non proiicit, nec placari contemnit, neque finaliter misericordiam suã abscidet, &c. sicque anima orantis roboratur ex his ad perseueranter fiducialiterque orandum, etiam quanuis deus longo tempore differat. ¶ (11) MEMOR fui operum domini] id est, gratiarum ac misericordiarum suarũ, quas mihi ostendit, infudit ac præstitit, quia Apostolus ait, Noli negligere gra-
1. Tim. 4 tiam dei, quæ data est tibi. Huius quoque memoriæ meæ signum est [QVIA memor ero ab initio mirabilium tuorum] quæ fecisti ab origine mundi in cœlo, terra, marique. ¶ (12) ET meditabor in omnibus operibus tuis] quæ in sacra scriptura lego vel audio, contemplando te deum operatorem ex
Roman. 1 tuis operibus: quemadmodum Apostolus asserit, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, conspiciuntur,
Sap. 13. sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Et quidam sapiens, A magnitudine speciei creaturæ, po-

A terit creator horum cognoscibiliter videri [E T in adinuentionibus tuis] id est, in secretissimis illis
mysteriis redemptionis humanæ, quæ tu solus ineffabiliter excogitasti, decernens humanum genus
esse redimendum per Christi incarnationem, passionē, ac mortem [E X E R C E B O R] talia cordiali-
ter reuoluendo, quemadmodum Ieremias eloquitur. Memoria memor ero, & tabescet in me anima
mea. Et subdit, Hæc recolens in corde meo, in deo sperabo. Verissime oanq; confidit in domino, qui- Thren. 3.
cunque considerat eum talia adinuenisse atque fecisse seu pertulisse pro genere humano. Vel, in ad-
inuentionibus tuis, id est, in præceptis & consiliis tuis, quæ pro nostra salute instituisti. Dicitur autem
deus adinuenisse, non vtique inquirendo aut proficiendo, sed aliunde non accipiendo. Talis nanque
locutio atque consimiles, negatiue sunt exponendæ. Et hoc modo apud alium scriptum est. Qui fecit Baruc. 4.
stellas, est deus noster. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ. Pensandum tamen, q hoc dictum est
de filio dei. Sequitur etiam. Post hæc, super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est. Cum Ibidem.
ergo filius dei à patre acceperit quicquid habet & est, quomodo dicitur omnem viam disciplinæ ad-
inuenisse, præsertim cum ipse euidenter testatus sit, Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ
ipse facit. Et alibi, A meipso non loquor, sed sicut docuit me pater. Non enim ista dicuntur de Chri- Iohan. 5
sto duntaxat propter naturã assumptam, cum de spiritu sancto Christus dicat, Nõ loquetur à semet-
B ipso, sed quæcunque audiet loquetur? Et respondendum, q filius dei dicitur omnem viam disciplinæ Iohan. 16
inuenisse, quoniam non accepit ab aliquo substantialiter à se condistincto: imo ipse & pater sunt vna
sapientia, vnumque omnis sapientiæ creatæ principium, quia de filio scriptũ est, Fons sapientiæ ver- Eccle. 1.
bum dei in excelsis. ¶ (13) D E V S in sancto via tua] hoc est in Christo sancto sanctorum est via co-
lendi te, quoniam ipse est omnis virtutis ac perfectionis magister, exemplar & causa. & qui sequitur Iohan. 8.
eum non ambulat in tenebris, sed ingreditur per fidem & contemplationem, & egreditur per ope- Iohan. 10
rationem. Ipse quoque est via, veritas & vita. Vel sic, Deus in sancto, hoc est in omni corde puro est Iohã. 14.
via tua. i. obseruatio mandatorum tuorũ. Vel, in sancto via tua. i. via tua, scilicet lex diuina in vera san
ctitate consistit, quemadmodum Daniel commemorat, Benedictus es domine quia iustus es in omni- Dan. 3.
bus, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. [Q V I S deus magnus] in omni nobilitate, sapientia,
pulchritudine, maiestate, beatitudine, sanctitate, dulcedine [S I C V T deus noster] q est trinus in per-
sonis & in essentiam simplex? Nullus vtique, quoniam deus sublimis & benedictus omnia alia incom
parabiliter seu infinite excedit. Propter quod ait Esaias propheta, Cui similem facitis deum, aut quã Esa. 40
imaginem ponetis ei? [T V es deus qui facis] propria potestate [M I R A B I L I A] id est, supernatura- Iob. 5.
lia opera, de quo in libro Iob dicitur, Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero.
C ¶ (14) N O T A M fecisti in populis virtutem tuam] hoc est in Pharaone & in populo eius demon- Exod. 9.
strasti potentiam tuam, imo in populo vniuersæ terrę notam fecisti virtutem tuam, ad quos fama de-
iectionis AEgyptiorum peruenit. Vnde deus ait ad Pharaonem, Idcirco posui te, vt ostenderem in te
fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Hinc nempe & Ietro cognatus Mosi,
AEgyptiorum deiectione audita dixit, Nunc cognoui quoniam magnus dñs super omnes deos. [R E Exod. 18.
D E M I S T I in brachio tuo] hoc est in fortitudine tua de manu & terra AEgyptiorum eduxisti [P O
P V L V M tuum filios Iacob & Ioseph]. i. tam eos qui nati sunt ex his, qui simul cũ Iacob in AEgyptũ
à terra Chanaan descenderunt, q̃ eos qui nati sunt ex his quos genuit Ioseph in terra AEgypti, vi- Gen. 47.
delicet ex Ephraim & Manasse. ¶ (15) V I D E R V N T te aquæ deus] hoc est, ita tibi obediuit ma- Gen. 41.
re rubrum in sua diuisione & consolidatione, ac si fuisset intellectualis naturæ, & tuum imperium co Exod. 14
gnouisset. Omnia enim ad nutum diuino parent imperio per obedientialem potentiam omni natu-
ræ creatæ ingenitam. Repetitur autem ista sententia ad confirmationem, [V I D E R V N T te aquæ]
maris rubri [E T timuerunt] id est, per modum timentis se habuerunt, fugiendo versus ripas atque in
modum muri illic sistendo [E T turbatæ sunt abyssi] id est, ambæ partes maris rubri, eo q contra vel
potius supra naturam steterunt ex lateribus, neque fluebant in locum inferiorem donec transissent fi
lii Israel, sicut habetur in Exodo, Filii Israel ambulauerunt per medium sicci maris, & aquę eis erant
quasi pro muro à dextris & à sinistris. ¶ (16) M V L T I T V D O sonitus aquarum] hoc est magnus Exod. 14
sonus seu strepitus erat in aquis maris rubri, quoniam cum ingenti fragore ac impetu reuertebantur
D aquæ maris rubri ad locum priorem, & super AEgyptios, ferebanturq; AEgyptii in profundũ [V O- Exod. 9
C E M dederunt nubes] hoc est, ex colũna ignis ac nubis deus fecit procedere fulgura atq; tonitrua cõ Exod. 18.
tra AEgyptios. ¶ (17) E T E N I M sagittę tuę transeunt] hoc est, pœnæ tuæ in AEgyptios processe
runt, quorũ subuertisti currus & equites [V O X tonitrui tui]. i. sonus tonitruorum illorũ fuit [I N ro-
tam] id est, ad similitudinem rotæ se habuit: quoniam sicut rotarum simul currentium strepitus ma-
nus est, ita erat vox tonitruorũ tuorũ ex nube prędicta egredientium. ¶ (18) I L L V X E R V N T co-
ruscationes tuæ orbi terræ]. i. fulgura tua in terra AEgypti fulgere fecisti, quemadmodũ scriptũ est,
Dñs dedit tonitrua & grandinẽ ac discurrentia fulgura super terrã. Vel, Illuxerunt coruscationes tuę Exod. 9.
orbi terræ. i. coruscationes illæ in AEgypto factæ ad omniũ hominũ peruenerunt notitiam. [C O M-
M O T A est & contremuit terra] hoc est AEgyptii ex tantis prodigiis moti sunt, quidã ad admiratio-
nem, quidam ad obstinationẽ, quidã vero ad vnius dei fidem & cultũ, sicut vulgus illud promiscuum
innumerabile, quod simul ascendit cũ filiis Israel ex AEgypto, vt dicitur in Exodo, Cõtremuit quo- Exod. 14
que terra, hoc est AEgyptii ex illis miraculis territi sunt. Vel, totã terra. i. homines vniuersi ad quorũ
deuenit notitiã opus mirabile dei in AEgypto cõmoti sunt & cõtremuerunt, secundũ modũ iam di-
ctum. ¶ (19) I N mari via tua] quia in mari rubro viã parasti populo tuo [A T semitæ tuæ]. i. itinera
per quæ deduxisti filios Israel, erant [I N aquis multis]. i. in medio aquarũ maris rubri, vel inter par- Exod. 14
tes huius maris, quoniam aquæ ex vtraque parte stabant solidatæ. [E T vestigia tua non cognoscen-

tur] id est, nulla apparuerunt indicia pedum seu gressuum populi tui cum pertrāsissent, statim enim E
mare ad proprium redūt locum, & intra seipsum fuit conclusum. Et simili sensu in lib. Sapientiæ di-
citur, Transierunt omnia illa. s. seculi vanitates, tanquā vmbra, & tanquam nauis quæ pertransit flu-
ctuantem aquam, cuius cum pręterierit, non est vestigium inuenire, neqne semitā carinæ illius in flu-
Neæm. 9 ctibus. ❡ (20) DEDVXISTI sicut oues populū tuum] id est, filios Israel per desertum, in quo eos
pauisti, protexisti, & custodisti, quemadmodū pastor alit & protegit oues suas, & hoc fecisti [IN ma-
Exod. 38 nu Mosi & Aaron] id est, per manum & ministeriū Mosi ducis populi tui, & Aaron primi ac summē
pontificis tui in populo Iudæorum. Spiritualiter autem seu mystice exponēdus est locus iste hoc mo
1. Cor. 1. do, Notam fecisti ô deus pater in populis totius mundi virtutem tuam. i. Christum, qui est virtus &
sapientia patris: mittendo enim filium tuum in mundum per incarnationē homines illustrasti, & tan
dem per sanctos apostolos totum mundum ad Christi notitiam conuertisti, redemisti in brachio tuo
populum tuum, id est, in Christo per quē omnia operaris, & qui virtus tua vocatur, liberasti omnes
electos de pœnis inferni & morte peccati, vtpote filios Iacob, id est, Iudæos, qui fidem & opera Ia-
cob sequuntur, & Ioseph qui interpretatur augmentum, id est, populum ex Gentilibus, ex quo auge-
tur ecclesia. Viderunt te aquæ deus viderunt te aquæ, id est, populi ad fidem conuersi tam ex Genti-
Apo. 17 libus quàm ex Iudæis, oculo contemplationis seu fidei te inspexerunt & cognouerunt. Etenim aquæ
multæ sunt populi multi, & timuerūt iam ad fidem translati tua iudicia, tuam maiestatem, pœnas in- F
ferni, aduersitatesque seculi, & turbatæ sunt abyssi, id est, corda humana ex prædicatione euangelii
mota sunt, quædam ad indurationem, quædam ad pœnitentiam. Dicitur autem cor humanum abys-
Ierem. 17 sus, id est, adeo inscrutabile & profundum vt soli deo sit cognitum. Propter quod alibi scriptum est,
Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutās cor & probans
renes. Multitudo sonitus aquarum, id est, varia fuit vox populorum ad fidem catholicam conuerso-
rum. Nam quidam benedixerunt deum in hymnis & confessionibus, quidam deplanxerunt sua pec-
cata in precibus atque gemitibus, alii informauerunt alios doctrinis & prædicationibus sanctis. Hoc
vero iccirco fecerunt, quoniam vocem dederunt nubes, id est, quia apostoli eos sua prædicatione in-
Esa. 60. duxerunt ad tam sancta exercitia. Dicuntur autem apostoli nubes: iuxta illud Esaiæ, Qui sunt isti, qui
vt nubes volant? Etenim sagittæ tuæ transeunt, id est, acutissima spiritus sancti verba in corda electo-
Iohan. 8 rum infixa sunt ab ore prædicatorum sanctorum. Qui enim ex deo fuerunt verba prædicantium re-
ceperunt: vox tonitrui tui in rota, id est, voces tonitruorum tuorum, videlicet sermones apostolorū,
Psalm. 18 processerunt in omnem mundi circuitum, & in fines orbis terrarum. Dicuntur enim apostoli toni-
Mar. 5. trua propter eminentissimam altitudinem prædicationū suarum. Vnde & Christus in euangelio Io-
hannem & Iacobum filios tonitrui legitur appellasse. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, id est,
virtutes & gratiæ atque miracula quæ contulisti apostolis & reliquis sanctis, manifestata sunt vniuer
sis hominibus, te domino sermonem illorum confirmante sequentibus signis: commota est & contre G
muit terra, id est, habitantes in terra ex prædicatione atque prodigiis apostolorum ac reliquorū apo-
stolicorum virorum, diuersimode moti sunt, & tremefacti, videlicet ad admirationem, ad pœniten-
tiam, vel etiam ad persecutionem, & item blasphemiam. In mari via tua, id est, in plebe gentili prædi
cata est lex euangelica & semitæ tuæ, id est, præcepta tua & consilia, in aquis multis, id est, in pluri-
mis nationibus manifestata sunt, recepta, & adimpleta: & vestigia tua ô Christe, id est, opera tua &
exempla non cognoscentur à populo, cui specialiter missus eras, vtpote ab incredulis Iudęis, qui ope
Mat. 12. ra tua asscripserunt Beelzebub. Vel, vestigia tua non cognoscentur, id est, occultæ impressiones mi-
Iohan. 10 rabilesque effectus, quos in toto vniuerso exerces, à nullo homine viatore poterunt perscrutari. Vn-
Iob. 11. de ad Iob dicitur, Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem repe-
ries. Deduxisti ô deus trinitas sicut oues populū tuum. s. Christianos per viam huius exilii ad patriā
felicitatis æternæ, in manu Mosi & Aaron. i. in virtute & gratia Christi per Mosen Aaronque præfi
Dan. 9. gurati, quoniam Christus est dux noster atq; sacerdos. Vnde de eo in Daniele habetur, Ab exitu ser-
Zach. 6. monis vsque ad Christum ducem, &c. Et Zacharias ait, ipse erit sacerdos super solio suo. Et Aposto.
Hebr. 7. Christus eo quod maneat in æternum, sempiternū habet sacerdotium. Ecce psalmum sententiosum, do-
ctrinalem, & totius spiritualis institutionis dogmata includentem audiuimus, in quo primo omnium
profitetur se homo transiliens, mundana contemnens, soli diuinitati ardentissime inhians, ad domi-
num ingenti proclamasse effectu, eumque in tribulatione sua cordialiter exorasse, nec aliquam conso
lationem vilem, carnalem, indignam admittere voluisse: sed dei fuisse recordatum, atque ex hoc men H
taliter delectatum. Insuper asserit se præuenisse vigilias causa orandi laudandique dominum, annos
quoque æternos considerasse, propriam conscientiā diligentissime discussisse. Deinde ostendit quàm
inæstimabilis sit misericordia creatoris, & postmodum deum laudat ac superexaltat, mirabilia eius
commemorat, beneficia recolit. Omnino ergo conemur tanti psalmi ignea verba feruida mente can-
tare, tam doctrinalis psalmi documenta implere, vniuersa terrena amore cœlestium aspernari, in solo
saluatore vera solatia adipisci, dei in omni angustia reminisci, & ex contemplationis lætitia omnem
inordinatam tristitiam propulsare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXVII.

### ❡ EXPOSITIO TITVLI.

LOngus hic psalmus hoc breui est titulo inscriptus, Intellectus Asaph, id est, in psalmo præsenti
datur intelligi quomō accipienda sint ea, quæ deus in veteri testamēto populo suo dixit & fecit.

A Omnia enim in figura contingebant illis,& ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam. Dum nanq; titulus 1.Cor.10
pſalmi ait, Intellectus Aſaph, admonetur iſta non ſimpliciter ſeu ſolū hiſtorialiter ſumere, ſed myſtice elucidare, præſertim cū in ſequenti ſecundo verſu dicatur, Aperiam in parabolis os meū. Parabolica autē eloquia non ſuperficialiter, ſed diligenter ſcrutanda ſunt. Porro euangeliſta Matth. primum iſtius pſalmi verſum allegat de Chriſto prædictū, Hęc omnia (inquiens) facta ſunt, vt impleretur illud quod ſcriptū eſt, Aperiā in parabolis os meū, eructabo abſcondita à cōſtitutione mundi: quod in hoc pſalmo aliis verbis ita exprimitur, Loquar propoſitiones ab initio. Hinc infert S. Hieronymus ꝙ euangeliſta Matth. hoc intellexerit ex perſona Chriſti. Duos igitur primos pſalmi huius verſiculos, qui per modū præfationis ſeu prologi præmittuntur ſequentibus, dicit Propheta, author pſalmi Matth.13
pręſentis, ſiue ille ſit Dauid, ſiue Aſaph in perſona Chriſti. Veruntamen quæ ſequūtur ad literam dicta videtur de populo veteris teſtamenti, videlicet de mirabilibus dei circa populū illum, olim ſibi peculiarem, de ingratitudine quoque populi huius, & digna caſtigatione ipſius, atque de electione Dauid, poſteriſque ſuis ad regnum: quæ omnia ſpiritualiter exponi poſſunt de populo Chriſtiano, ſicut Deut.7
aliqualiter tangam in ſubditis. Volens ergo propterea populum cui loquitur, docilem, beneuolum, 1.Reg.16
attentum efficere, ſic orſus eſt loquens, vt dixi, non in ſua, ſed in Chriſti perſona, qui etiam per os omnium prophetarum locutus eſt. Luc.1.
B

PRECATIO,

*Deus qui omnium miſereris, & lapſos ad te redeuntes paterna pietate ſuſcipere nō deſinis, recordare (quæſumus) quia caro ſumus, & abunda ut auertas iram, & non accendas contra nos omnem iram tuam, ſed mitiga eam & largire nobis indeficientem gloriam tuam.*

¶ ENARRATIO pſalmi iuxta ſenſum literalem.

ATTENDITE popule deus] electus à me ad fidē cultumq; diuinū [LEGEM meam] .i. legem decem præceptorum moraliū, quæ in veteri teſtamento ac nouo eadem ſunt, quæ primo Moſi in monte Sinai diuinitus data noſcuntur, atq; à Chriſto in euang. approbantur [INCLINATE aurē veſtram] tam corporis q̄ cordis [IN verba oris mei] .i. in verba ſacræ ſcripturæ ac pędicationis diuinæ, ea reuerēter auſcultando fideliterque obſeruando. ¶ (2) APERIAM in parabolis os meum] Hoc de Chriſto ad literam verum eſt, propter quod in euangel. dicitur, Sine parabolis non loquebatur ad turbas. Et ipſe ait diſcipulis, Vobis datū eſt ſcire myſteriū regni dei, illis vero qui foris ſunt omnia in parabolis fiunt. Dicuntur autē parabolæ quædā rerum ſimilitudines, quæ cōparantur rebus de quibus tractatur, dum quod de vno aſſeritur, de alio intelligi datur, [LOQVAR propoſitiones ab initio] Sicut iam patuit, Matthæus ita allegat, Eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Communiter autem dicunt expoſitores, ꝙ ab initio in noſtra tranſlatione poſitum, non ſit referendū ad mundi exordium, ſed ad initium eductionis Iſraelitarum ex AEgypto. Veruntamen quoniam Euangeliſta ſpiritu ſancto repletus allegat à conſtitutionē mundi, dicendum videtur, quod in hoc pſalmo ſaltem implicite & in generali commemorantur mirabilia dei, ab initio mundi peracta, quia in eo quod ſequitur, Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerunt nobis, non ſolum oportet accipere opera dei à tempore Moſi facta, atque à patribus ſibi contemporaneis, ſeu poſterioribus ipſo poſteris relata, ſed inſuper intelligere poſſumus magnalia dei à conſtitutione mundi facta, ſicut erat diluuium, ſubmerſio Pentapolis, ſcilicet Sodomæ, Gomorræ, Adamæ, Seboim, & Segor atque ſimilia, quæ Abraham, Gen.19
Melchiſedec, Loth & alii veteres patriarchæ narrauerunt poſteris ſuis & etiam filiis Iſrael mediate. Gene.12
Talia vero abſcondita Chriſtus in euangelio narrauit. prout ſtudioſis lectoribus conſtat. Facit nanque mentionem de Noe, atque diluuio, de ſubmerſione quoque Sodomæ, & de primæua quoque matrimonii inſtitutione. Quidam vero quod nunc dicitur, Aperiam in parabolis os meū, id eſt, dicta & facta veteris teſtamenti, quæ ſunt figurę eorū quæ ſunt in nouo teſtamento, narrabo. Loquar propoſitiones .i. orationes ſeu quæſtiones diſputatorias, quæ Græce dicuntur problemata, Hebraice autem ænigmata. Propoſitiones inquam loquentes de rebus quę contigerunt ab initio liberationis Iſrael de & 14. Gen.18. Mat.24. Luc.17. Mat.10.
D AEgypto. Deinde author pſalmi in ſua ac populi Iſraelitici loquēs perſona ſubiūgit, ¶ (3) QVANTA] mirabilia opera & magnifica beneficia dei [AVDIVIMVS, & cognouimus ea] .i. aure cordis intelligendo percepimus [ET patres noſtri] ſcilicet Moſes, Ioſue, & ſimiles ſancti patres [NARRAVERVNT nobis] mediate atq; per libros quos ediderunt, & nobis reliquerunt. ¶ (4) NON ſunt occulta] illa opera dei facta in AEgypto, in mari rubro, in deſerto, in terraq; Chanaan [A FILIIS eorum] id eſt, ab eis qui patrum ſuorum fidem & opera ſunt ſecuti, nō obliti beneficiorum dei altiſſimi. Non autem innotuerunt omnibus filiis eorum, quoniam in libro Iudicum ſcriptum eſt, Surrexerunt interea alii qui non cognouerunt dominum, & opera eius quæ fecit cum Iſrael, tales enim fuerunt ſolum filii ſecundum carnem, non ſecundum fidei imitationem. Non ſunt ergo occultata à filiis Iudicū.8.
eorum [IN generatione altera] id eſt, à filiis qui fuerunt in generatione ſuccedente, quia ad poſteros peruenit rerum geſtarum memoria. Quid autē patres narrauerunt filiis ſubditur, ¶ (5) NARRANTES laudes domini] .i. laudabilia opera eius, & verba diuinæ laudis cōtentiua. [ET virtutes eius] .i. potentias dei, qui AEgyptum decē principalibus plagis percuſſit [ET mirabilia eius quæ fecit] mare rubrum diuidendo, & AEgyptios ſubmergēdo. ¶ (6) ET ſuſcitauit teſtimonium in Iacob] .i. teſtamentum quoddam contulit populo Iudæorum ex Iacob natorum. [ET legem poſuit in Iſrael] Exo.7.8. 9.10.11. Exod.14
quoniam legem dedit per Moſen, & legem hanc ſcripſit in tabulis lapideis, quatenus ſeruaretur, & Iohan.1.
eſſet poſteris in teſtimonium diuinæ locutionis, & legiſlationis cœleſtis, peruerſis quoque eſſet in te- Exod.34

Deut. 31. ſtimonium damnationis,ſicut in Deuterono. Moſes ſæpe teſtatur. Nam ob hanc cauſam pręcepit do E
minus ſcribi Deuteronomium legis,tabulasque teſtamenti ſeruari in tabernaculo. Idem ſunt ergo te-
ſtimonium & lex,quemadmodum idem ſunt Iacob & Iſrael,ſed ratione differunt. Lex quippe voca-
tur quoniam iubet,coercet,& religat. Iubet inquam quid agendum, quid euitandum, coercet à malo
per prohibitiones ac pœnas,religat animam ſub deo per obſeruationem legalem. Teſtimonium ve-
ro vocatur,quoniam probat & conuincit. ❡ (7) QVANTA].i.quàm multa & magna facta & ver-
ba [MANDAVIT patribus noſtris] ex AEgypto eductis [NOTA facere ea filiis ſuis] narrando aut
ſcribendo quę fieri conſpexerunt [VT cognoſcat generatio altera] id eſt,quęlibet generatio illis ſuc-
cedens. ❡ (8) FILII qui naſcentur] ex vtero [ET exurgent] ad perfectionem ætatis,quantitatis &
rationis,[ET narrabunt filiis ſuis.] Hoc in populo Iudæorum ſæpe impletum eſt. Ideo autem narra-
bunt filiis ſuis,quatenus doceant eos in deo confidere,ideo ſequitur, ❡ (9) VT ponant] filii iſti [IN
deo ſpem ſuam] non in propriis viribus aut aliqua creatura. [ET non obliuiſcātur operum dei] quæ
fecit,ſaluando patres eorum atque incredulos occidendo [ET mandata eius exquirant] id eſt,exqui-
Exod. 14 ſite ac diligenter ſcire deſiderent,quatenus impleāt ea. ❡ (10) NE fiant ſicut patres eorū] ex AEgy
Exod. 20 pto deducti,qui erant [GENERATIO praua] id eſt,inobediens [ET exaſperans] id eſt, diuinam iu
Deut. 31. ſtitiam ad vindictam inflammans. Vnde Moſes generationi iſti locutus eſt , Ego ſcio contentionem
tuam & ceruicem tuam duriſsimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum,ſemper contentio- F
Exod. 32 ſe egiſtis contra dominū. Pro maiori enim parte mali fuerūt , propter quod in deſerto proſtrati ſunt.
❡ (11) GENERATIO quæ non direxit cor ſuum] id eſt, quæ dominum deum non quæſiuit corde
Deut. 29. perfecto & vero atque ſyncero. Propterea Moſes ait ad eos, Vos vidiſtis vniuerſa magnalia quæ co-
ram vobis fecit dominus,& non dedit vobis dominus cor intelligens vſque in præſentem diem. [ET
non eſt creditus cum deo ſpiritus eius].i.ſpiritus ſeu anima populi huius non eſt deo per fidem con-
iunctus,quoniam diuinis promiſsionibus non crediderūt. Vnde alia tranſlatio clarior eſt, dicens, Et
non credidit deo ſpiritus eius,& iſtud referendū non eſt ad omnes, ſed ad peruerſos qui erant in po
pulo iſto Iſraelitico,ſecundum regulam in principio expoſitionis huius libri inductam , qua dicitur
quod ſacra ſcriptura interdū loquitur cōmixtim de corpore domini permixto ex bonis & malis , vbi
conſiderandum eſt quid ad quos referri oporteat. Interdum nanq; tota cōgregatio laudatur propter
aliquos bonos in ea contentos. Viciſsim quoq; tota vituperatur propter quoſdam malos in ea cōclu
ſos,ſicut nunc agitur. ❡ (12) FILII Ephrem].i.aliqui nati ex progenie Ephraim,filii Ioſeph [IN-
TENDENTES & mittentes arcū].i.arcū protendentes,& ex arcu emittentes ſagittas [CONVER-
Gen. 41. SI ſunt in die belli].i.terga verterunt atque fugerunt,in die quando contra præceptum Moſi aſcen-
Num. 14 derunt in montē ad præliandū contra Amalechitas & Amorræos, vt ſcribitur in lib. Nume. A prin-
cipio nanq; filii Ephraim præſumptuoſi fuerunt & ambitioſi,qm̄ pater eorū,ſcilicet Ioſeph dn̄s erat
Gen. 49 fratrum ſuorū,& qm̄ Iacob prætulit Ephraim ſecundo natum primogenito Ioſeph,qui erat Manaſ- G
Leu. 31. ſes,& quia Ioſue miniſter Moſi & electus ex multis Ephrateus extiterat. Vnde eorum elatio ſæpe pa
teſcit in libro Iudicum,ideoq; Propheta in pſalmo iſto ſingulariter inuehitur cōtra filios Ephraim,
oſtendens eos non fuiſſe electos ad regiam dignitatem ſeu tribum Iuda. ❡ (13) NON cuſtodierunt
teſtamentum dei] quia tranſgreſsi ſunt iuſsionem dei per Moſen, eundo ad prælium , ſicut nunc di-
ctum eſt. [ET in lege eius noluerunt ambulare] id eſt,diuina præcepta contempſerunt implere.
❡ (14) ET obliti ſunt benefactorum eius] id eſt,filii Iſrael communiter, & non ſolū filii Ephraim,
ſeu Ephrem,quod idem eſt,beneficiis dei ingrati fuerunt,vel penitus non recolēdo, vel gratias non
agendo,nec benefactorem ipſum amando,nec venerando,ſic quoq; obliti ſunt [ET mirabilium eius
quæ oſtēdit eis] in terra AEgypti dicentes adinuicem,Conſtituamus nobis ducem,& reuertamur in
Num. 14 AEgyptum. ❡ (15) CORAM patribus eorum fecit mirabilia in terra AEgypti] vt patet in Exodo,
Exo. 7. 8. & hoc maxime fecit deus [IN campo Thaneos] i.in planitie ciuitatis illius. Thanis enim fuit ciuitas
9. 10. 11. regalis,in qua rex cum ſuis conſiliariis habitare ſolebat. Propter quod apud Eſaiam ſcriptū eſt, Stulti
Eſaiæ. 14 principes Thaneos,ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Quoniā ergo rex
& conſules ſui,qui erant principales cauſæ totius peccati & afflictionis AEgypti, in hac vrbe regia
demorari ſolebant,ideo veriſimile eſt,ꝙ ciuitas iſta grauius flagellabatur quàm reliquæ. Hincq; iam
Exod. 14 dicitur deus ſpecialiter feciſſe mirabilia in loco , ſeu campo vrbis iſtius . ❡ (16) INTERRVPIT
mare] rubrū diuidens illud [ET perduxit eos] ſicco pede per alueū eius [ET ſtatuit aquas] maris ru
bri ſic diuiſas [QVASI in vtre].i.ita firmauit eas in loco ſuo ne fluerēt,ac ſi fuiſſent in vaſe collectæ. H
❡ (17) ET deduxit eos].ſ.filios Iſrael ex AEgypto,& per mare rubrū atq; deſertū. [IN nube dei].i.
columna nubis apparentis in die [ET tota nocte].i.omnibus noctibus quibus ambulabant [IN illu-
minatione ignis].i.in columna ignis viā oſtendentis in tenebris noctis. Quēadmodū enim de die am
bulabant ſub nube,eos ab ardore ſolis protegente,ita de nocte ſequebantur ductū ignis,nec vnquam
defecit colūna nubis aut ignis,donec ingreſsi eſſent terrā promiſsionis , nec ꝓficiſcebātur diebus aut
noctibus,niſi colūna nubis aut ignis prius locū mutaret,recedēdo à tabernaculo,quæ omnia in Exo-
Num. 10. do & Num. frequenter à Moſe deſcribuntur. ❡ (18) INTERRVPIT petrā in eremo.] Bis legitur
& 12. deus omnipotēs eduxiſſe aquā de petra filiis Iſrael: ſemel videlicet de Petra Oreb, de qua eductione
Exod. 16 loquitur iſte verſiculus,quę in Exodo plenius inuenitur deſcripta. Secundo,quādo Moſes ꝑcuſsit bis
Num. 20 ſilicē,& egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ,ita vt populus biberet & iumēta,de qua eductiōe in lib. Num.
habetur,fueruntq; eductiōes iſtæ diuerſæ,qm̄ prima erat ante dationē legis. Secūda poſt eā. Ait ergo,
Interrupit petrā in eremo.i.ita fecit quandā cōcauitatē ſeu diuiſionē in ea ac ſi rupta fuiſſet, & de pe
tra ſic rupta aquas eduxit. [ET adaquauit eos].i.aqua eos potauit [VELVT in abyſſo multa].i.tā abū

A denter ac si fuissent iuxta pelagus magnum, de quo ad libitũ aqua hauritur. Cum enim fuerint sexcenta milia virorum in exercitu Hebræorum, præter mulieres & pueros, eos videlicet qui nondũ viginti annos attigerant, & item præter vulgus promiscuum AEgyptiacum innumerabile, constat ꝙ maxima copia aquæ fluxit de petra vnde vniuersi biberent. ❡ (19) ET eduxit aquam de petra] dum Moses percussit bis petram seu silicem, sicut iam dictum est. [ET eduxit] ex petra hac [TANQVAM flumina aquas] id est, aquas copiose fluentes instar fluuiorum. ❡ (20) ET apposuerunt adhuc peccare ei] id est, tantis beneficiis creatoris ingrati fuerunt, reddideruntq; malum pro bono, & prioribus suis sceleribus adiecerunt noua peccata, quia & ipsa ingratitudo magnum est peccatum. [IN irã excitauerunt excelsum] id est, ad similitudinem iræ, seu ad effectum iracundiæ, vtpote ad iustam vltionem atque magnarum inflictionẽ pœnarum, prouocauerunt deum sublimẽ suis peccatis, & hoc [IN inaquoso] id est, in deserto, in quo est naturaliter aquæ penuria. ❡ (21) ET tentauerũt deum in cordibus suis] id est, ex proposito præmeditationeque cordis experiri volebant prouidentiam dei, an scilicet deus haberet curam eorum, prouidendo eis de necessariis ad viuendum. Ideo sequitur, [VT peterent escas animabus suis] id est, alimentum pro sustentatione vitæ. Bis autem escas hoc modo petisse leguntur, semel ante legislationem, quando dixerunt ad Mosen, Cur induxisti nos in desertum Exod. 16

B istud, vt occideres omnem multitudinem fame? & tunc dominus cœpit pluere manna. Secundo petebant carnes sibi præstare dicentes, Anima nostra arida est, nihil vident oculi nostri nisi man. quemadmodum in lib. Num. scriptum est. ❡ (22) ET male] videlicet infideliter & peruerse [LOCVTI sunt de deo. dixerunt] quod subditur, [NVNQVID deus poterit parare mensam in deserto?] id est, refectionem pinguem & delitiosam? Hoc non assertiue, sed dubitatiue dixerunt, arguebant tamen ꝙ deus hoc posset. ❡ (23) QVONIAM percussit petrã & fluxerunt aquæ] ex ea [ET torrentes inundauerunt] id est, aquæ copiose inde egressæ sunt, sicut nunc patuit. Cum ergo sit ita. ❡ (24) NVNQVID & panem poterit dare?] Per panem (secundum quosdam) non intelligitur hic manna, quoniam deus hunc panem ante eductionem aquæ prædictam: sed per panem intelligitur hic quilibet cibus delicatus ab eis desideratus. Solet quippe scriptura nomine panis quemcunque cibum significare, sicut & nomine aquæ quemlibet potum. Vnde 1. lib. Reg. de Saul habetur, quòd tota die non co- 4. Reg. 6
medit panem, nec bibit aquam, id est, nihil gustauit. Et legitur Eliseus dixisse regi Israel, vt apponeret exercitui regis Syriæ, quem Eliseus miraculose adduxit, panem & aquam. Et sequitur illic, Apposita est eis magna præparatio ciborum: sic ergo & nunc per panem intelligi dicunt cibum delitiosum, & ideo additur, [AVT parare mensam populo suo?] vbi per mensam intelligi volunt refectio-

C nem delicatam, præsertim quoniam in Hebræo & in translatione Hieronymi iuxta Hebræum habetur: aut parare carnem populo suo. Hæc vero (vt tactum est) non affirmando, sed dubitando dixerunt. Dixerunt enim vt Moses scribit, Est ne deus in nobis an non? Denique de hac infidelissima ten Exod. 17.
tatione eorum in lib. Num. scribitur, Flagrabant desiderio carnium, & dicebant, Quis dabit nobis ad Num. 11.
vescendum carnes? In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri & allia, quæ comedebamus in AEgypto. ❡ (25) IDEO] id est, ex quo ista ex infidelitate dixerunt, non habentes pro certo, quòd deus posset implere quod desiderabant. [AVDIVIT dominus] petitionem ipsorum, non quia ipsi hoc meruerunt, sed vt ipse suam omnipotentiam declararet. [ET distulit] id est, non statim vltus est peccatum eorum, sed distulit debitam pœnam vt post modum tempore cõuenienti eam infligeret, & primo ostenderet suam potestatem. [ET ignis] id est, vehemens furor seu grandis vindicta [ACCENSVS est in Iacob] id est, iuste inflictus est posteritati Iacob, videlicet filiis Israel, quod consequenter clarius dicitur [ET ira dei] id est, vltio diuinæ iustitiæ [ASCENDIT in Israel] id est, in populum Israeliticum, de semine Iacob, qui dictus est Israel, genitum. Hoc modo communiter versus iste explanatur. Sed quoniam in libro Num. euidenter habetur, Ortum est murmur populi Num. 11.
quasi dolentium pro labore: quod cum audisset dominus iratus est, & accensus in eos ignis domini, deuorauit extremam partem castrorum, quod certum est dici de igne materiali. Ideo potest hic versus de illo igne exponi, nec obstat ꝙ illius ignis accensio hanc tentationem præcessit, quoniam in diuina scriptura gesta non semper narrantur eo ordine quo cõtigerunt, sed quædam per anticipationẽ,

D quædam per recapitulationem, quædam per supplementum dicuntur, quod maxime fit in libris metrice scriptis, qualis est liber psalmorum. Ideo autẽ deus eos ita puniuit. ❡ (26) QVIA non crediderunt in deo] qui eis promisit quòd induceret eos in terram Chanaan. Dixerunt nanque vt in libr. Num. habetur, Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc, ne cadamus gladio Num. 16.
& nos & filii nostri & vxores. Vnde dominus ad Mosen dixit, Vsquequo multitudo hæc pessima Num. 14
non credet mihi? [NEC sperauerunt in salutari eius] id est, salubri auxilio dei, quod deus eis promisit per Mosen, dicens, Deus pugnabit pro vobis. ❡ (27) ET mãdauit nubibus desuper]. i. ex diuino im Ibidem.
perio factũ est vt ex aere, in quo nubes gignũtur, manna descenderet. Dicitur enim deus irrationabilibus & inanimatis pręcipere, quãdo ex diuinę virtutis nutu aliquid patiũtur & agunt. Propter quod 3. Reg. 7.
dñs ait Eliæ, Pręcepi coruis vt pascant te. [ET ianuas cæli aperuit] id est, vias fecit in cælo aereo per quas manna descendit. ❡ (28) ET pluit illis manna ad manducandum & panem cęli] id est, in cælo Exod. 16.
aereo ministerio angelorũ formatum. [DEDIT eis] ad vescendũ. Propterea subditur. ❡ (29) PANEM angelorũ] ministerio angelico productũ ac descendẽtem, non ꝙ angeli sancti eo vescũtur, qm̃ non vtuntur cibo corporeo, sicut habetur in lib. Tobiæ. [MANDVCAVIT homo] quilibet in exer- Tob. 12.
citu Hebræorum. [CIBARIA misit eis in abundantia] id est, vsq; ad satietatem. Ex isto sequi videtur, quòd id quod dictum est supra, Nunquid & panem poterit dare? intelligi poterit de manna, quia tunc dicitur deus petitionem eorum audiuisse, & manna seu panem cælestem eis dedisse. De hoc pa-

Exod.16. ne seu manna quod simul descendit cum rore in lib. Exodi sic dicitur, Mane ros iacuit per circumitũ E
castrorũ, & apparuit in solitudine mãna minutũ, & quasi pilo tusum in similitudinẽ pruinæ super ter
ram, & appellauerunt filii Israel illud Manhu, id est, quid est hoc? quod erat quasi semen coriandri al
Sapien. 6 bum, gustusque eius quasi similæ cum melle. Propterea quoque alio loco scriptum est, Angelorum
esca nutriuisti populum tuum, & panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamentum in se habẽtem,
& omnis saporis suauitatem: deseruiens enim vniuscuiusque voluntati ad quod quisque volebat, con
uertebatur. ❡ (30) TRASTVLIT austrum de cælo] id est, deus cessare fecit in aere vẽtum austra-
lem seu meridionalem [ET induxit in virtute sua Aphricum] id est, in potentia sua flare fecit vẽtum
occidentalem, lateralem versus meridiem. Flat enim hic ventus inter meridiem & occidentem. Ideo
vero induxit hunc ventum ab Aphrica flantem, quatenus multitudinem coturnicũ ab illa parte exi-
Num.11. stentem suo impetu vltra mare afferret ad locum filiorum Israel: iuxta illud lib. Num. Ventus autem
egrediens à domino arreptas trans mare coturnices dimisit in castra. Iccirco subiungitur. ❡ (31) ET
pluit super eos sicut puluerem carnes] non mortuas sed viuas, de quibus subiicitur, [ET sicut are-
nam maris volatilia pennata] erant nanque coturnices aues circa terram volantes, duobus cubitis in
altitudinem super terram. Hæc autem animalia deus pluit, id est, per modũ pluuiæ misit de aere tam
Ibidem. copiose quasi arenam maris secundum quod à Mose dicitur, Ventus detulit coturnices in castra iti-
nere quantum vno die confici potest ex omni parte castrorũ per circumitũ. ❡ (32) ET ceciderunt] F
animalia hæc [IN medio castrorum eorum]. i. intra vel prope castra seu tentoria filiorum Israel, scili
cet [CIRCA tabernacula] seu papiliones [EORVM] ita ꝙ sine labore capi poterant. Vnde dicitur
in Numeris, Surgens populus toto die illo & nocte, ac die sequenti, congregauit coturnicum multi-
tudinẽ, & siccauerunt eas ꝑ gyrum castrorũ. ❡ (33) ET manducauerunt] filii Israel carnes has [ET
saturati sunt nimis] vsque ad collum & nauseam [ET desiderium eorum attulit eis] id est, rem ab eis
desideratam contulit ipsis. [NON sunt fraudati à desiderio suo] id est, adeptione rei desideratæ nõn
sunt priuati, quoniam carnium copiam sunt adepti, quæ omnia in lib. Numerorum clarius inducun-
Num.11. tur, hoc modo, Dixit dominus ad Mosen, Populo dices, cras comedetis carnes, & comedetis non vno
die, neque duobus vel quinque, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & verta-
tur in nauseam. ❡ (34) ADHVC escæ eorum] scilicet carnes istæ, [ERANT in ore ipsorum, & ira
dei] scilicet vltio sequens, [ASCENDIT super eos.] Nam, ❡ (35) ET occidit pingues eorum] id
est, in diuitiis abundãtes, superbos, carnales, [ET electos Israel impediuit.] Hoc dupliciter accipi po
test. Primo sic: electos Israel, id est, bonos & iustos Iudæos, impediuit, ita quod sua exhortatione aut
prece nihil proficere poterant reprobis illis: qm̃ exigentibus vitiis reproborum, electi pro eis exau-
diti non sunt. Secũdo sic, electos Israel. i. elegantes personas populi huius, ab ingressu terræ promis-
sionis impediuit. Et hoc est quod in Nume. dicitur, Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defe
cerat huiuscemodi cibus, & ecce furor dñi concitatus in populũ, percussit eum plaga magna nimis, G
vocatusque est locus ille, Sepulchra concupiscentiæ, ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat
carnes, ❡ (36) IN omnibus his] iam prędictis non emendati, sed in suis peruersitatibus perdurãtes
Exod.6. [PECCAVERVNT adhuc] videlicet post reditũ exploratorũ, volẽtes tunc in AEgyptum reuerti.
7, & 8. [ET non crediderunt in mirabilibus eius]. i. ex consideratione primorũ mirabilium quæ deus fecit co
ram eis in AEgypto, in mari rubro, in deserto, nolebant credere ꝙ deus posset eos in terrã Chanaan
saluos inducere, propter fortitudinem populi, ciuitatũ, atq; murorũ terrę illius: imo volebãt Caleph
& Iosue lapidare, eo ꝙ dixerãt deũ facile posse verbum suũ implere, & Chananæos deiicere. ❡ (37)
ET defecerunt in vanitate dies eorum]. i. propter peccata sua inanes erant dies ipsorũ [ET anni eo-
rum cũ festinatione] defecerunt. i. cito consumpti sunt, occisi atq; prostrati in eremo, quoniã omnes
qui tunc numerati erant & murmurauerunt, intra quadraginta annos defuncti sunt in ipso deserto,
nec ingredi poterant terram promissam, multi quoque eorum subita morte occisi sunt per serpentes
ignitos, & in contradictione Chore, & propter peccatũ Phogor. ❡ (38) CVM occideret eos quęre-
bant eũ, & reuertebãtur] Non ꝙ eidem numero occidebantur & reuertebantur, sed secundum regu
lam in principio positam, loquitur hic scriptura de diuersis ad eundem populum pertinẽtibus, quasi
de eisdem suppositis. Itaque cum deus quosdam præuaricatores occideret, aliqui territi sunt ne simi-
lia experirentur tormenta, icc irco quærebant eum. i. misericordiam dei pro indulgentia inuocabant,
& reuertebantur ad deũ per pœnitentiam. [ET diluculo] id est, celeriter ex magno pœnarum timore
[VENIEBANT ad eum] non gressibus pedum spatioq; locorum, sed mentis immutatione & pœ- H
Exod.12. nitentia cordis. ❡ (39) ET rememorati sunt] ex cõsideratione priorum mirabilium dei, & occisio-
Exod.17 ne eorũ qui ita nõ recoluerũt [QVIA deus est adiutor eorũ] in omnibus bonis sicut fuit adiutor eo-
rum in AEgypto, & contra Amalech [ET deus excelsus redemptor eorum est] eruens eos à cunctis
periculis sicut eruit eos de manu Pharaonis & eius exercitu. Veruntamen quoniam ista reuersio nõ
erat ex charitate diuina, sed ex timore seruili, quo pœna timetur, per cuius imminentiã seu experiẽtiã
Esaiæ.28 pensat hõ veritatẽ: iuxta illud, Tantũmodo sola vexatio dabit intellectũ auditui, propterea mõ subiun
gitur. ❡ (40) ET dilexerunt eũ in ore suo]. i. verbis precatoriis simulabant se deũ amare [ET lin-
gua sua mentiti sunt ei]. i. verba eorũ falsa fuerunt, neq; ex corde syncero prolata sunt. ❡ (41) COR
autem eorũ non erat rectũ cum eo]. i. deo non placuit, quoniã iustum & verũ non fuit, [NEC fideles
habiti sunt in testamẽto eius]. i. fideliter non egerũt in lege diuina, eius custodiẽdo præcepta. ❡ (42)
IPSE autẽ] deus [EST misericors & propitius fiet peccatis eorũ] posteritatẽ eorũ non penitus aufe
rẽdo, & ipsos citra condignũ puniẽdo [ET non disperdet eos] i. nõ penitus dispersit eos, sed quosdã
ad tẽpus in vita seruauit, & eis posteritatẽ concessit. ❡ (43) ET abũdauit vt auerteret irã suã]. i. co-

A piose paratus fuit vindictam interdum inceptam dimittere, populo parcere, & Mosi preces atque sa-
crificia Aaron pro peccatis acceptare. [ET non accendit omnem iram suam] id est, tantum non fla
gellauit eos vt meruerunt. ℂ(44) ET recordatus est] id est, per modum recordantis se habuit, mi-
sericorditer ignoscendo [QVIA caro sunt, spiritus vadens & non rediens.] Ponit hic partem pro
toto, appellando hominem carnem, deinde spiritum euntem & non redeuntem. Est itaque sensus, Num. 21.
Recordatus est quia caro sunt, id est, deus benigne attendit quod corporales & fragiles erãt ac pro-
cliues in malum: recordatus est quoque quia spiritus sunt vadens & non rediens, id est, quod animæ
hominum sunt multum defectuosæ, tanquam euntes de vna dispositione in aliam, vagę, instabiles, &
tandem vadunt de corpore isto mortali ad regionem ignotam, nec redeunt naturali virtute ad pri-
stinum statum. Ex hac autem recordatione inducitur deus ad indulgendum nobis facile. Vnde &
ipsemet alibi testatur, Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogita- Gen. 8.
tio cordis humani proni sunt in malum ab adolescentia sua. Propter quod Esdras ait ad dominum,
Quid est genus corruptibile vt ita amariceris de illo? Consequenter ostendit deus enormitatem pec
cati populi huius, propter multitudinem & recidiuum transgressionis ipsorum. ℂ(45) QVO-
ties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in inaquoso?] quasi dicat multoties.
B Vnde dominus ad Mosen ait, Tentauerunt me iam per decem vices. Quomodo autem dulcissimus Num. 14
atque incommotabilis deus exacerbari, & ad iracundiam concitari dicatur, sæpe expositum est.
ℂ(46) ET conuersi sunt] ad seipsos vt facerent propriam voluntatem à deo auersi [ET tenta-
uerunt deum] sicut omne sæpius dictum est [ET sanctum Israel] id est, deum omnium verorum
Israelitarum sanctificatorem [EXACERBAVERVNT] ita quod propter eorum peccata factus
est eis austerus, amarus, & durus ratione effectus seu vltionis, qui in seipso naturaliter, æternaliter &
inuariabiliter benignus, suauis & mitis est. ℂ(47) NON sunt recordati] isti ingrati [MANVS
eius] id est, potestatis & operationis diuinæ ostensæ eis [DIE qua redemit eos de manu tribulan-
tis] id est, de imperio & oppressione regis AEgypti, ℂ(48) SICVT] id est, quemadmodum seu
qualiter deus [POSVIT in AEgypto signa sua] .i. decem plagas, secundum quod in Exodo ait, Percu
tiam AEgyptum in omnibus mirabilibus meis [ET prodigia sua in campo Thaneos] quod qualiter Exod. 3.
intelligi debeat paulo ante satis prolixe monstratum est. Deinde in speciali tractat de istis prodigiis.
ℂ[49] ET conuertit in sanguinem flumina eorum] .s. AEgyptiorum [ET imbres] .i. cisternas seu
aquas ex imbre scaturientes [NE biberent.] Quemadmodum in Exodo dicitur, Prima plaga AEgy Exod. 7
pti fuit, quod extendente Mose virgam super fluuios AEgypti, versæ sunt omnes aquę AEgypti in san-
C guinem, foderuntque AEgyptii circũquaque, & inuenerunt sanguinem pro aqua, nec poterant bibe- Exod. 8.
re aquas fluminis propter alienationẽ saporis. ℂ(50) MISIT] deus [IN eos] puta AEgyptios [CY-
NOMIAM] .i. muscam caninã, seu omne genus muscarũ, quia cynomia dicitur à cenos, quod est com
mune, & musca [ET comedit eos] .i. musca ista punxit momorditq; eos [ET ranã, & disperdidit eos.]
Ponuntur autem in versiculo isto singularia pro pluralibus, quia per cynomiam & ranam, intelligen
da est multitudo muscarum & ranarum. Missio quoq; muscarum erat quarta plaga AEgypti, vt dñs Exod. 8.
ait ad Pharaonem, Immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuũ & in domus tuas omne ge-
nus muscarum. Et sequitur alibi, Venit musca grauissima .i. multitudo muscarum in domum Pharao-
nis & in omnem terram eius, corruptaque est terra ab huiusmodi muscis. Missio autem ranarũ erat
secunda plaga AEgypti, de qua in Exodo scribitur, Dixit dñs ad Pharaonem, Ecce ego percutiam Ibidem.
omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas quæ ingredientur domum tuam & cubiculum
lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos
tuos, & in reliquias ciborum tuorum. ℂ(51) ET dedit erugini] .i. vento vrenti segetes corrumpenti:
vel erugini .i. auræ noxiæ, siue rubigini [FRVCTVS eorum] .i. blada terræ ad destruendum. Hæc pla
ga non est scripta in Exodo, sicut nec plaga pruinæ, de qua loquitur finis versus sequẽtis, quia in Exo
do non recitantur nisi plagæ principales & notabiles [ET labores eorum] hoc est, fructus AEgy-
ptiorum, per eorum laborem productos, dedit deus [LOCVSTAE] id est, multitudini locustarum ad
deuorandum. Hæc fuit plaga AEgypti octaua, de qua in Exod. scriptum est, Hæc dicit dominus ad Exod. 10.
D pharaonem, Ecce ego inducam locustam in fines tuos, quæ operiet superficiem terræ, ne quicquam
eius appareat, & venerunt locustæ innumerabiles, omnia deuorantes, quæ non erant consumpta à
grandine. ℂ(52) ET occidit in grandine] id est, per casum maximę grandinis [VINEAS eorum] Exod. 9
Hæc erat septima plaga AEgypti, de qua à Mose dicitur, quod maxima grando cecidit in terra AEgy-
pti, & homines & iumenta super quæ cecidit grando moriebantur, cunctam quoque herbam agri
percussit, & omne lignũ regionis confregit [ET muros eorum] deus destruxit [IN pruina] .i. in frigo
re congelante atque nocturno, vel in humore moris nociuo. ℂ(53) ET tradidit grandini iumen- Exod. 9.
ta eorum] quia omnia bruta in agris reperta grando occidit, dedit [ET possessionem eorum] scilicet
AEgyptiorum [IGNI] ad consumendum, quia vt dicitur in Exod. Grando & ignis mixta pariter
ferebantur. ℂ(54) MISIT in eos iram indignationis suæ] hoc est, vindictam suæ vlciscentis iu- Exod. 7
stitiæ, scilicet [INDIGNATIONEM] id est, effectum sui contemptus, quo opera eorum indigne
ferebat. [ET iram] id est, æquitatis suæ vltionem [ET tribulationem] multiplicem hic non expres-
sam [IMMISSIONES] quoque [PER angelos malos] id est, pessimas cogitationes, induratio-
nem, & obstinationem permisit deus immitti cordibus AEgyptiorũ per suggestionem cooperatio-
nemque dæmonum. Mala pœnæ sunt à deo effectiue, sed mala culpę non nisi permissiue: quia de ma
lo pœnæ apud Amos prophetam dicitur, Si erit malũ in ciuitate quod dñs non fecit. ℂ(55) VIAM
fecit semitæ iræ suæ] hoc est plagas suæ iracundiæ misit versus AEgyptios, non versus Hebræos, Amos. 3.

ſieque angelum vaſtatorē fecit declinare à terra Rameſſes,in qua morabātur Indæi. Vnde dn̄s ait ad E
Exod.8 Pharaonē, Ponā diuiſionē inter populū meū & populum tuū, [NON pepercit à morte animarū eo-
rum].i.deus ſine miſericordia occidit AEgyptios magnos & paruos. [ET iumenta eorū in morte cō
Exod.9 cluſit].i.occidit. Hæc vero fuit quinta plaga AEgypti,de qua dixit dominus ad Pharaonē, Ecce ma-
nus mea erit ſuper agros tuos,ſuper equos & aſinos & camelos , boues,& oues , peſtis valde grauis,
mortuaq; ſunt omnia animātia AEgyptiorū,videlicet in agro propter peſtilentiā. ◖(56) ET per-
cuſsit omne primogenitum] tam hominum q̄ iumentorum [IN terra AEgypti] & hæc erat decima
plaga AEgypti,vt dicitur in Exodo, Percuſsit etiam deus [PRIMITIAS omnis laboris eorum] id
eſt,primitiua atque potiſsima fructuum terræ AEgypti, puta frumenta & cætera. [IN tabernaculis
Gen.10 Cham] id eſt,in locis AEgyptiorum,qui nati erant de ſemine Cham filii Noe. Meſrai quippe,vt di-
citur in Geneſi,erat filius Cham, & ab hoc Meſrai AEgyptus nomen ſortita eſt, quia in ea domina-
batur, & ideo vbi noſtra tranſlatio habet AEgyptus , in veteri teſtamento dicitur Meſraim . Deinde
Exod.12. poſt deſcriptionem plagarum AEgypti,recitatur liberatio Hebræorum. ◖(57) ET abſtulit ſicut
oues populum ſuum] hoc eſt,quemadmodum bonus paſtor eruit oues ſuas de inuaſione luporum: ſic
deus de AEgyptiis reptobis & malignis abſtulit filios Iſrael [ET perduxit eos tanquam gregem in
deſerto] quia prouidit eis de bono paſtore ac dnce,ſcilicet Moſe, & de cibo ac potu. ◖(58) ET de-
Exod.3 duxit eos in ſpe] promittendo quod induceret eos in terram lacte & melle manantem, [ET non ti- F
Exod. 14 muerunt] ad tempus,quia ſecuti ſunt Moſen per medium maris rubri [ET inimicos eorum operuit
Num. 33 mare] videlicet Pharaonem & omnē eius exercitum. ◖(59) ET induxit eos in montē ſanctificatio-
nis ſuæ] hoc eſt,in Ieruſalem & montē Sion,in quo poſt modū conſtructum eſt templū. Huc indu-
3.Reg.6. xit,non eoſdem,qui ex AEgypto egreſsi fuerant & numerati, pręter Caleph & Ioſue, ſed filios illo-
Num.16. rum ſecundū quod dn̄s dixit, Omnes qui murmuraſtis contra me nō intrabitis terram ſuper quam le
uaui manum meā,vt darem eam vobis,præter Caleph filiū Iephone, & Ioſue filium Nun. Duxit er-
go eos in montem ſanctificationis ſuæ [MONTEM quē adquiſiuit dextera eius] .i. quem deus,cuius
ſunt omnia,de mann indignorum propria poteſtate eripuit, & ſuo populo dedit . Propter quod ad-
ditur. ◖(60) ET eiecit à facie eorum gentes] hoc aſt,à conſpectu Iſraelitarum expulit gentes, in
Ioſue.9. terra promiſsionis habitantes eas occidendo,effugando,aut ſubiiciendo populo ſuo,vt patet de Ga-
Ioſ.13.14 baonitis & cæteris Chananæis , qui ſub tributo manebant inter filios Iſrael , ſicut in lib. Ioſue com-
Ioſ.15.16 memoratur [ET ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis] per manum Eleazari ſacerdotis
& Ioſue ac principum tribuum Iſrael,qui ad imperium domini diuiſerunt nouem tribubus, & dimi-
diæ tribui Manaſſe,terram Chanaan,dantes pluribus maiorem,paucioribuſque minorē. De qua di-
Num. 32 uiſione plene tractatur in libro Ioſue. Tribus nanque Ruben & Gad,media quoq; tribus Manaſſes
Ioſue. 13. ante hanc diuiſionem receperunt poſſeſsionem trans Iordanem. Tribus vero Leui non habuit poſ-
ſeſsionem,niſi ad habitandū, & ad pecora nutrienda: ſed deus Iſrael fuit eorū hæreditas. ◖(61) ET G
habitare fecit in tabernaculis eorum] id eſt,in ciuitatibus & villulis Chananæorū [TRIBVS Iſrael]
Conſequenter narrantur peccata filiorum Iſrael,commiſſa in terra promiſsionis. ◖(62) ET ten-
tauerunt deum] fidelem & verum,de eius virtute dubitantes, [ET exacerbauerunt deum excelſum]
ſecundum ſenſum præexplanatum [ET teſtimonia eius non cuſtodierunt] Duæ ſunt partes legis
diuinæ,videlicet teſtimonia & præcepta,teſtimonia pertinēt ad credēda, præcepta ad operanda aut
omittenda. Quoniam ergo deum tentauerunt ex infidelitate,conſtat quod eius teſtimonia, id eſt, aſ-
ſertiones ſacræ ſcripturæ diuinitus inſpiratæ,non cuſtodierunt firmiter,inuiolabiliter credendo .
◖(63) ET auerterunt ſe] à deo & eius imperio [ET non ſeruauerunt pactum] quod cum deo inie
Exod.24 runt,dicentes,vt legitur in Exod. Omnia quęcunque locutus eſt dominus, faciemus, & erimus obe-
Exod. 32 dientes [SICVT patres eorū] murmuratores deo rebelles, & vituli adoratores [CONVERSI ſunt
in arcum prauū].i.ſimiles facti ſunt arcui malo,quoniā ſicut ex arcu prauo iaciuntur ſagittæ non vul
nerantes,ita ex ore ipſorum verba mortifera proceſſerunt. Et iterum, Quoniā ſicut arcus prauus ex-
tenſus cito laxatur atque remittitur,ſic ipſi faciliter à bono propoſito & cultu diuino auerſi ſunt, &
ad iniquitatem laxati. ◖(64) IN iram concitauerunt eum in collibus ſuis] Sacrificando in excel-
Ioſue. 18. ſis,quod erat illicitum. Veruntamen aduertendū quod quando arca dn̄i non habuit certam ac ſtabi-
lem manſionem,videlicet,antequam poſita erat in Silo, & poſt deſtructionem Silo vſque ad conſtru
3.Reg. 4 ctionem tēpli Salomonis,licuit Iudæis offerre oblationes ſacrificiaq; votiua, alibi q̄ vbi fuerat arca:
dum vero erat in Silo & templo Salomonis,iſtud non licuit. Quoniam ergo Hebręi terram promiſ- H
ſionis ingreſsi,immolabant deo in locis excelſis ſeu collibus,etiam tunc quando arca erat in Silo Sa-
lomoniſque templo,idcirco nunc dicitur, In iram concitauerunt eum in collibus ſuis. Penſandum ta
men quod ex diſpenſatione diuina,licuit prædictis temporibus alibi immolare , quàm in loco arcæ,
3.Reg.18 quemadmodū 3.Reg.lib.legitur, Elias obtuliſſe ſacrificiū in monte Carmeli. Ex his innoteſcit quo-
3. Reg.3. modo ſaluatur quod dicitur Salomon obtuliſſe ſacrificium in excelſo Gabaon , ſed & Samuel in ex-
1. Reg.7. celſo legitur immolaſſe,cum tamen in libro Regum frequenter imputetur populo in peccatū quod
obtulit in excelſis, [ET in ſculptilibus ſuis].i.idola adorando [AD æmulationem].i.indignationem
[EVM prouocauerunt. ◖(65) AVDIVIT deus] hoc eſt,mente cognouit iſta eorum peccata [ET
Sap.14. ſpreuit] tam eos quàm culpas eorū,qm̄ ſicut Sapiens quidam ait, Odio ſunt deo impius & impietas
Eccleſ.7. eius. Hinc quoque corrigi non valebant. Iuxta illud ſapientiſsimi Salomonis, Conſidera opera dei,
quod nemo poſsit corrigere quem ille deſpexerit [ET ad nihilum redegit valde Iſrael.] Spiritualiter
Iudic.6 nanq; ad nihil eos redegit,qm̄ omne eſſe charitatis & gratiæ eis ſubtraxit,corporaliter quoq; eos ad
1.Reg.4. nihilum redigebat,tradendo iniquos poteſtati inimicorum ſuorum,vt patet in lib. Reg. & Iudicum.

A ¶ (66) ET repulit tabernaculum Silo,] hoc est,domum in qua erat arca,destrui,areamq; captiua 2.Mac.5.
ri permisit.Repulit ergo tabernaculũ Silo,vel potius habitatores tabernaculi eius, quia non propter
locũ gentẽ,sed propter gentẽ locũ dñs elegit.Similiter non propter locum gentẽ,sed ꝑpter gentẽ,lo
cum dominus repulit [TABERNACVLVM] inquam [IN quo habitauit in hominibus] id est,in-
ter homines.Deus enim in cordibus hominum bonorum per gratiam habitat,& quãdiu in ipsis ho- 1.Iohã.5.
minibus demoratur,in tabernaculis quoque eorum & maxime in consecratis habitare censetur.Pro-
pter quod ait scriptura,Ecce tabernaculum dei cum hominibus,& habitabit cum eis.Et Moses dicit, Apoc.21.
Dominus deus ambulat in medio castrorũ.Et ipse dominus per Mosen , Ego,inquit,sum qui habito Deut.23.
in medio filiorum Israel. ¶ (67) ET tradidit] dominus [IN captiuitatem]Philistæis,qui alias di- Ezec.16.
cti sunt Palæstini atq; Allophyli [VIRTVTEM eorum] id est,potentiam filiorum Israel,per quam
intelligi potest robur exercitus eorum,seu fortes ipsorũ: vel ipsa arca,cuius præsentia & virtute prę-
ualere in prælìis consueuerunt [ET pulchritudinem eorum] id est,pulchras personas,seu arcã quæ 1.Reg.4.
extitit decor & gloria eorum [IN manus inimici] .s.populi Philistinorum. ¶ (68) ET conclusit
in gladio populum suum] hoc est,per arma & bella Philistinorũ,occidi permisit filios Israel [ET hæ
reditatem suam spreuit] .i.populum istum,quem sibi elegit & coluit,non protexit. Verũtamen repro
bi illi non dicuntur populus atq; hæreditas dei,nisi secundum vocationem & nomen, nõ secundum
B prædestinationem æternam,quemadmodum & Saluator in Euangelio de Iudæis locutus est,Filii au Matth.8.
tem regni eĳcientur in tenebras exteriores. ¶ (69) IVVENES eorum] scilicet Iudæorum [CO-
MEDIT] hoc est,deuorauit & interfecit [IGNIS] id est,magna impugnatio & vehemens furor
Philistinorum [ET virgines eorum non sunt lamentatæ] quoniam vnusquisque pro suiipsius euasio-
ne tam solicitus erat,quod aliorũ deplorationi vacare non potuit. ¶ (70) SACERDOTES eorũ]
videlicet filii Eli,Ophni & Phinehes [IN gladio] Philistinorũ [CECIDERVNT] & mortui sunt
[ET viduæ eorum non plorabantur ] propter causam de virginibus assignatam. Nam & vxor Phi- 1.Reg.4.
nehes audito rumore de morte viri sui,mox incuruauit se , & in ipso partu defuncta est , nec potuit
propter perturbationem defleri . Deinde ponitur reconciliatio dei circa populum suum atque indi-
gnatio eius contra eorum aduersarios. ¶ (71) ET excitatus est,tanquam dormiens dominus,tan-
quam potens crapulatus à vino] Quemadmodum homo dormiens & vino inebriatus,propria forti
tudine non vtitur,nec pro suis præliatur,excitatus autem à somno ad sobrietatem reuersus,virtutem
suam ostendit,& fortiter pugnat,hostesq; prosternit,sic deus omnipotens quamdiu populo suo ira-
scebatur,nec eum tuebatur,erat quasi dormiens & crapulatus seu inebriatus à vino, quasi non atten
dens afflictionem populi sui,& captiuitatem arcæ testamenti:dum vero Philistæos hos cœpit per Sa 1.Reg.7.
muelem,Saul ac Dauid deĳcere,occidere,& vastare,videbatur quasi à somno suscitari, atq; ab ebrie 1.Reg.11.
C tate ad vsum rationis reuerti. ¶ (72) ET percussit inimicos suos] Philistæos [IN posteriora] hoc 2.Re.5,8
est,in secretioribus natium partibus,vbi mures rodebant prominẽtes extales eorum, & cõputruerũt 1.Reg.5.
[OPPROBRIVM sempiternũ dedit illis] quia in præsenti vita nulla obliuione delebitur memoria
tantæ confusionis ipsorum,in inferno quoq; sine fine culpa eorum torquebitur . Deinde manifesta- 1.Reg.4.
tur,quod sola tribus Iuda erat ad regiam dignitatem electa. ¶ (73) ET repulit] deus [TABER-
NACVLVM] hoc est,familiam [IOSEPH] Vel tabernaculum Ioseph.i.locum & vrbem Sylo,quę
dicitur tabernaculum Ioseph,quoniam erat in sorte Ephraim filii Ioseph,eratq; in Sylo posita arca
in tabernaculo Iosue Ephratei,quæ primo Regum plenius recitantur [ET tribum Ephraim non ele
git] ad regnandum.Nam quanuis deus contulit Ieroboam filio Nabath de tribu Ephraim decem tri 3.Reg.11
bus Israel,non tamen electus erat ad perseuerandum in regno per suam posteritatem, sicut nec Saul 2.Par.10.
de progenie Beniamin,sed vterque assumptus fuit ad tempus . Denique ad declarãdum quod tribus 1.Reg.9.
Iuda fuit ad regnum electa,merito excludit tribũ Ioseph,hoc est,Ephraim & Manassen. Deinde spe Gen.37.
cialiter tribum Ephraim,Primo quoniam Ioseph sanctior erat fratrib⁹ suis, eum iniuste vendẽtibus. Gen.41.
Secundo,quia sublimior eis,vtpote dominator AEgypti . Tertio,quia primogenita ei data fuerunt.
Iuxta illud,Ruben fuit primogenitus Israel,sed cum violasset thorum patris sui,data sunt primoge-
nita filiis Ioseph, & hoc à Iacob patriarcha,sicque progenies Ioseph videbatur ad regnandum pro- 1.Par.5.
D pinquior:maxime autem tribus Ephraim,quoniã sicut in Genesi dicitur, Iacob præposuit Ephraim Gen. 49
ipsi Manasse. ¶ (77) SED elegit tribum Iuda,] ad sceptrum & regnum . Vnde & Iacob prædi-
xit,Nnn auferetur sceptrum de Iuda,& dux de fœmoribus eius,donec veniat qui mittẽdus est [MON 2.Reg.6.
TEM Sion] sic dictũ deus elegit vt esset in eo habitatio sua,qm̃ Dauid ædificauit in eo altare,& post 3.Reg.6.
ea Salomon templum. ¶ (75) ET ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum] hoc est,deus
ædificari fecit templum suum sanctum in mõte hoc,sicut vnicornium:quod dupliciter accipi potest.
Primo sic,sicut vnicornium.i.Iudæorum,qui vnicornes per similitudinem appellantur,quoniam si-
cut animal quod vnicornis vocatur,vnum dũtaxat cornu habet in fronte:sic ipsi vnius dei cultum &
fidem habebant:ædificauit ergo sanctificium suum sicut vnicornium, id est sicut decuit ædificari tem
plum Iudæorum,vnum verum deum colentiũ.Secũdo sic,sicut vnicorniũ.i.sicut construitur habita-
culum animalium,quæ vnicornes seu rhinocerontes dicũtur,quoniam sicut hoc animal prohibet o-
mnia cætera bruta ab ingressu tabernaculi sui,sic deus prohibuit alienigenas ab introitu tẽpli . Hinc
quoque Balaham comparat deum rhinoceronti,dicendo, Deus eduxit Israelem de AEgypto,cuius Num.23.
fortitudo similis est rhinocerontis [IN terra quam fundauit in secula] id est,deus ædificari fecit tem
plum suum in terra promissionis,quam ad cultum suum consecrauit perpetuo,quantum erat in se. 1.Reg.16
¶ (76) ET elegit Dauid seruum suum] ad stabile regnum [ET sustulit eum de gregibus ouium] id
est,ab gregibus patris sui quas pauit,eum reduxit [DE post fœtantes] id est,post oues fœtas seu pro-

u v

lem habẽtes, accepit eű ad gloriam regni. ❡(77) PASCERE Iacob seruum suű, & Israel hære E
ditatem suam].i.quatenus bene & digne regeret in spiritualibus ac temporalibus populum Hebræo-
Gen.32. rum, ex Iacob, qui etiam dictus est Israel, natum. ❡(78) ET pauit eos] Dauid hoc modo[IN in-
nocentia cordis sui] id est, puri ac simplici intentione[ET in intellectibus manuum suarum]hoc est,
in prudentia operationum suarum [DEDVXIT eos] ad debitum finem, veramq́; pacem.

❡EXPOSITIO eiusdem mystica.

QVemadmodum Dauid figura extitit Christi, sic synagoga erat figura ecclesiæ, & regnum ac populus Dauid, typus fuit regni Christi, & populi Christiani. Exponendo ergo hunc Psalmű de Christo & populo Christiano, ipse Saluator & dominus noster Iesus Christus, primo excitat nos ad diligentissimam aduertentiam dicendorum: & ait, Attendite toto studio mẽtis, popule meus, id est
Act.15. plebs Christiana, meo sanguine liberata, atq; à me Christo Christiana vocata, legem meam euangelicam, inclinate aurem vestram in verba oris mei, id est reuerenter suscipite, humiliterq́; implete doctrinam noui testamẽti, quod proprio ore edocui. Aperiam in parabolis os meű &c. Quomodo hoc de Christo exponendum sit, in præcedenti elucidatione patuit. Sequitur vox ecclesiæ, Quanta audiuimus mirabilia Christi, quæ ipse in mundo egit, & quæ de eo dicta ac scripta sunt, atque in nomine
Rom.10. eius à suis discipulis facta creduntur, & cognouimus ea per fidem certissimam. Et quoniam fides est F
Matt.24 ex auditu secundum Apostolum, ideo subditur, & patres nostri, euangelistæ atque apostoli, enarraue-
Marc.16. runt nobis, quia per totum mundű opera Christi prædicauerunt, & ea ad memoriam sempiternã no-
Iohan.8. stramq́; informationem, in scriptis reliquerunt. Non sunt occultata à filiis eorum spiritualibus, scilicet bonis Christianis, qui quoniam ex deo sunt verba dei auide audiunt, in generatione altera, id est, in populo Christiano, priorum Christifidelium vestigia imitante. Narrantes patres nostri prædicti, laudes domini.i. præconia Christi contestando, quod ipse sit vnigenitus filius dei patris, æterno pa-
Act.10. tri consubstantialis, coæternus, & coæqualis, pro mũdi salute veraciter incarnatus & passus, omniűq́; iudex constitutus, & virtutes eius.i. diuinitatis suæ omnipotentiam, & suæ humanitatis potestatẽ, cui
Matt.28. data est omnis potestas in cælo & in terra. Vel, virtutes eius.i. conuersationis suæ perfectissimam sanctitatem, videlicet eius charitatem, mansuetudinem, humilitatem, patientiam, & mirabilia eius quę fe-
Matt.19. cit, tres mortuos suscitando, cæcum natum illuminando, cordium secreta propalando: non tamen o-
Lucæ.7. mnia mirabilia Christi narrauerunt, sicut scriptum est. Multa alia fecit Iesus, quæ si scribantur per sin-
Ioban.11 gula, nec ipsum (inquit) mũdű arbitror posse capere eos qui scribendi sunt libros. Et suscitauit Chri-
Iohan.9. stus testimonium, id est nouum testamentum, & ea quæ credenda sunt, in Iacob.i. in populo Christi-
Iohã.21. fideli contra vitia colluctante, & eadem supplantante, & legem vitæ & gratiæ, posuit in Israel, id est G
in ecclesia sancta catholica, deum spiritualiter contemplante. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, id est, valde multa præcepit Christus suis apostolis, aliisque nonnullis discipulis, quatenus manifestarent ea his, quos ipsi in Christo spűaliter gignerent, sicut Apost. ait ad Galat.
Galat.4. Filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, vt cognoscat generatio altera .i.o-
Iohan.3. mnes posteri. Filii qui nascentur.i. spiritualiter regenerabuntur ex aqua & spiritu sancto & exurgẽt, à somno peccati ad vigilantiam custodiæ cordis, & à terrenis ad amorem cælestium, & narrabunt filiis suis, veraciter Christianis, vt sciant & impleant diuina præcepta. Ad hanc annunciationem hor-
Ephe.5. tatur nos S. Apostolus, Implemini (inquiens) spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, & in
Ephe.6. hymnis, & canticis spiritualibus. Et rursus, Patres (ait) nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione domini. Vt ponant in deo spem suã.i. per meritű Chri-
Rom.10. sti saluari confidant, ne (quod absit) ignorantes dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sint subiecti, & non obliuiscantur operum dei, sed opera Christi incessabiliter recolant quoniam
Hebr.12. omnis eius actio, nostra est instructio. Vnde monet Apostolus, Recogitate eű, qui talem aduersus se-
1.Pet.2. metipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem. Et Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qui enim opera Christi cordialiter meminit, totius perfectionis documenta inuenit, nec faciliter cadere valet, aut perire: & mandata eius exquirant, hoc
Matt.28. est, quod Christus Apostolis dixit, Euntes docete omnes gentes, docentes eos seruare quæcűq; man-
1.Iohã.2. daui vobis. Sine obseruatione enim mandatorű, nemo potest saluari. Propter quod ait Iohãnes, Qui H
se dicit nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Ne fiant sicut patres eorum, carnales. Filii Ephrem, hoc est, mali & reprobi Christiani, qui multi sunt, & electis ad exercitium apponűtur.
Matth.13 Ephraim enim fructificatio interpretatur, intendentes & mittentes arcum oris sui, hoc est, pulchra loquentes, & plurima promittẽtes, sed turpiter operãtes & promissa non adimplentes cőuersi sunt,
Lucæ.8. ad seipsos & vitia sua, in die belli.i. tempore aduersitatis eis à mundo, carne, dæmonibúsve inflictæ.
2.Pet.2. Nam sicut ait Saluator, Hi radicem non habent, quia ad tempus credunt & tempore tentationis re-
Lucæ.6. cedunt. Contigit quippe eis illud veri Prouerbii, quod Petrus commemorat, scilicet Canis reuersus
Titum.1. ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Propter quod Christus iterum loquitur, Quid dicitis mihi
2.Pet.2. domine domine, & non facitis quæ dico? Non custodierunt testamentum dei, dicẽtes se nosse deum, & factis negantes: & in lege eius, Euangelica, noluerunt ambulare, & ita peccabant ex certa malitia,
Luc.12. atq; ex proposito, non ex infirmitate, aut ex ignorantia: quod quàm damnabile sit, Petrus docet, Me-
Baruc.3. lius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem reuerti retrorsum. Seruus nanque
Iohã.10. sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Et obliti sunt benefactorum eius, hoc
Iohã.13. est, mali Christiani obliuioni dederunt beneficia Christi, qui pro eis incarnatus est, cőuersatus in műdo,
Matt.26. do, suspensus in ligno, qui in tãtum eos dilexit, quod animam suam posuit pro eis, & corpus suum ac

A sanguinem in saluberrimum reliquit viaticum, suæq; passionis amarissimę, ac dilectionis eximiæ memoriale perpetuum. Hoc modo obliuiscitur beneficia Christi, quicunq; eum non diligit, qui mundi vanitatibus vacat, qui carnis suæ cõcupiscentiis seruit. Qui autem Christo compatitur, qui eius passionibus, propriã crucem baiulando, quotidie assimilatur, & in labore pœnitentiæ quotidie mortificatur, hic vere memor est beneficiorum domini sui. Non enim ad veram ac gratam memoriam, sufficit nuda & superficialis reminiscẽtia, sed necessaria est affectuosa quædam recordatio, & operis exhibitio. Obliti quoque sunt, & mirabilium eius, scilicet Christi, quæ ostendit eis per prædicationẽ famulorum suorum, & instructionem sacræ scripturæ, vel inspirationem & illuminationẽ spiritus sancti. Mirabilia Christi fuerunt, quod pertransiuit benefaciens, sanans omnem languorem, & omnẽ infirmitatem in populo, secundũ quod Euangelistæ testantur, Omnésq; oppressos à diabolo, vt astruit Petrus: quos autem sanauit in corpore, iustificauit in anima. Horum mirabilium obliuiscitur, qui hoc exemplo ad Christum misericordissimum, prudentissimum, ac potentissimum medicum nõ festinat, qui animæ suæ vulnera ei non detegit, qui fontem omnis salutis & gratiæ, pro oleo pietatis & riuulis gratiarum nõ deprecatur, præsertim cum ipse proclamet, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et alibi, Eum qui venit ad me, nõ eiiciam foras. Coram patribus eorũ, hoc est, in conspectu Apostolorum & discipulorum suorum, qui patres sunt omnium Christianorũ,

*Act. 10.* *Matth. 11.* *Iohan. 6.*

B fecit, Christus mirabilia in terra AEgypti, id est in mundo isto. AEgyptus enim interpretatur caligo seu tribulatio: sicq; per eam accipitur seculum istud nequam, & mundus qui totus in maligno positus est, in quo electi multipliciter tribulantur. in campo Thaneos, hoc est, in planitie humilis mãdati, quia & Christus ait, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Non enim per iactantiam aliquid fecit, quemadmodum ipsemet rursus dicit, Claritatẽ ab hominibus nõ accipio. Christus etiam nobis præceptũ humilitatis proposuit, dicens, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quia etenim Thanis humile mandatum interpretatur, recte per cãpũ Thaneos humilis mandati planities designatur. debemus quoq; præcipue humilitatem à Christo discere & sectari. Interrupit mare & perduxit eos. Per mare (vt sæpius dictum est) intelligi potest gentilitas, vitiorum amaritudine qualificata. Vnde cõuersis gentilibus Paulus clamat, Omnis amaritudo, ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. Potest quoque per mare designari tribulationum multitudo, sicut in Threnis ait Iere. Magna est velut mare contritio tua. Vtroque autem modo interrupit Christus mare, & perduxit patres nostros sanctos apostolos & eorum imitatores: nam per medium mare gentilitatis ipsos perduxit conuertendo paganos ad fidem, gentilitatẽq; rupit, destruendo ritum gentilium, cõterendo etiam peccata, & idola paganorum. Perduxit insuper eos per varias tribulationes, & de omnibus illis eripuit eos quemadmodum Paulus testatur, Benedictus deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: & statuit

*1. Iohã. 5.* *Iohã. 14.* *Iohan. 5.* *Matth. 11.* *Ephe. 4.* *Thren. 2* *2. Cor. 1.*

C aquas quasi in vtre, quia gentiles ad fidem conuersos in diuino timore stabiliuit, & à fluxu libidinis, sub iugo diuinorum præceptorum compescuit, tribulationes fecit cessare, & quasi in vtre quiescere. Et deduxit eos, videlicet omnes Christifideles, qui voluerunt pie viuere in Christo, & idcirco persecutionem perpessi sunt: in nube diei, hoc est, in refrigerio consolationis diuinæ, & sub rore ac stillicidiis gratiæ suæ, & tota nocte, hoc est, in omni aduersitate & impugnatione, in illuminatione ignis, id est, in splendore sapientiæ spiritus sancti, & in radio interioris illuminationis Christi, qui afflictis maxime prope est. Interrupit deus pater, id est perforari & rumpi permisit petram, hoc est, Christũ, seu latus ipsius, in eremo, huius mundi, seu in cruce omni humano solatio destituta. Vnde Christus clamauit, Deus meus, vt quid dereliquisti me? In huius petræ vulneribus, tuti efficimur ab omni inuasione hostili, imo & ab iracundia dei. Propterea apud Esaiam dicit scriptura, Ingredere in petrã, abscondere in fossa humo, à facie timoris domini. Et adaquauit eos velut in abysso multa, id est, deus merito sanguinis Christi Christianos abundanter potauit aqua gratiæ salutaris, & donis spũs sancti, & ideo Christus ait, Si quis sitit, veniat ad me & bibat: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et eduxit aquam de petra, quia de latere Iesu lancea perforato, exiuit sanguis & aqua. & deduxit tãquam flumina aquas, hoc est, deus Trinitas de Christo capite nostro, deduxit in membra ipsius id est, in nos copiosa munera gratiarum, quia vt Iohannes ait, de plenitudine eius accepimus omnes,

*1. Tim. 3.* *Iohã. 19.* *Matt. 27.* *Esa. 2.* *Iohan. 7.* *Iohã. 19.* *Iohan. 1.*

D gratiam pro gratia. Apostolus quoque ad Titum, Secundum suam (inquit) misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum. De hac aqua dominus ait per Ezechielem, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et apposuerunt adhuc peccare ei. Sic (prohdolor) multi Christiani post gratiam baptismi & cætera beneficia Christi, pro gratiarum actione multiplicant offensiones. In iram excitauerũt excelsum, hoc est, Christũ dei virtutẽ, in inaquoso, id est in corde suo arenti & infructuoso, omni aqua gratiæ cælestis priuato. Et tẽtauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Hoc excessiue solicitos respicit, qui promissionibus Christi increduli sunt, quibus ipse ait, Primum quærite regnum dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Rursusq;, Nolite soliciti esse, dicentes, quid manducabimus? Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. nimis solicitantur pro temporalibus congregãdis, non acquiescentes Paulo, qui ait, Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Qui etiam auaritiam nominat idolorum seruitutem. Ideo audiuit dominus Iesus, ista peccata Christianorum, & distulit, non statim vlciscendo se, sed longanimiter expectando, quemadmodum in Ecclesiastico scribitur, Altissimus patiens est redditor. Et Petrus, Patientes (inquit) agit dominus propter nos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiã reuerti. Maxime autem apparet patiẽtia dei tempore nouæ legis. Nam sicut philosophis innotuit dei maiestas, Iudæis autem iustitia: sic Christianis innotescit misericordia creatoris. Propter quod Aposto-

*Titum. 3* *Ezec. 39.* *Matth. 6.* *Eodem.* *1. Tim. 4* *Colos. 3.* *Eccl. 5.* *2. Petr. 3.*

Titum.3. lus asserit, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei: & ignis iræ Christi.s.vltio eius, E
accensus est in Iacob, hoc est, in Ecclesia Christiana, quia non redeũtes nec pœnitentes Christus tã-
to horribilius punit, quanto diutius eos expectauit: & ira dei ascendit in Israel, quia ecclesia Christi
propter sua peccata variis modis sæpe oppressa est. Nunc quoque opprimitur à Sarracenis, hæreti-
cis, & tyrannis, quemadmodũ olim synagoga à Chananæis, Philistæis, Amonitis, & Moabitis. Quia
non crediderunt in deo, hoc est, in deum, eius præceptis obtemperando, nec sperauerunt in salutari
eius, id est in Christo, sed potius in vanitatibus suis, aut propriis meritis seu viribus sunt cõfisi. Et mã
dauit nubibus desuper. Per nubes intelligi possunt angeli sancti, secundum Dionysium. Itemq; Apo-
Esa.60. stoli, de quibus Esaias interrogat, Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Quoniam ergo ministerio archã
Luc.1. geli Gabrielis, nunciata est virgini gloriosæ incarnatio Christi, ministerio quoq; angeli, nunciata est
Luc.2. pastoribus natiuitas Christi iam facta, ministerio quoq; angelorum prophetæ illuminati sunt, ad va-
ticinandum de Christi tunc futura incarnatione, idcirco nunc dicitur deus mãdasse nubibus cæli de-
super.i.angelis sanctis, videlicet vt exhiberent obsequium circa Christi descensum in mundum. Por-
ro Apostoli prædicauerunt per mundum, incarnationem Christi impletam, mandauitq; Apostolis,
vt circa Christi clarificationem in cordibus hominum, famulatum impenderent. Iuxta illud Petri,
Act.10. Præcepit nobis testificari, quia ipse est qui constitutus est iudex viuorum ac mortuorum. Vtrisque er
go nubibus deus mandauit, & ianuas cæli.i.ora apostolorum aperuit ad prædicandum Christi Euan F
Lucæ.21. gelium. Nam & Christus eis prædixit, Ego dabo vobis os & sapientiã. Vel ianuas cæli empyrei ape-
ruit quantum ad hoc, quod ex eo ad nos angelos misit. Et ita pluit illis manna ad manducãdum.i.per
hunc modum misit Christum in mundum, & annunciauit eum gentibus, vt in eum crederent, eiusq;
Esa.45. corpus in sacramento comederent. Vnde Esa. habet, Rorate cæli desuper, & nubes pluãt iustũ. Chri
stus enim est verum manna, cuius figura erat manna illud patribus datum: & panem cæli dedit eis.i.
corpus Christi contulit Christianis in salutiferum animæ cibum, secundum quod Christus fatetur,
Exod.16. Non Moses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem verum. Et iterũ, Ego sum panis vi-
Iohan.6. uus, qui de cælo descendi. Panem angelorum, hoc est, Christum sub formis sacramenti altaris, mãdu-
Eodem. cauit homo, quilibet Christianus electus sacramentaliter, vel spiritualiter seu modo vtroq;. Christus
nanq; qui est omnium beatorum refectio in cœlis, ipse quoq; est cibus noster in terris, prout ipse testa
Iohan.6. tur, Qui manducat me, & ipse viuet propter me: estq; necessarium omni credenti, hunc panem ali-
Iohan.6. quo prædictorum modorum comedere, sicut ipse affirmat, Nisi mãducaueritis carnem filii hominis,
& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: cibaria misit, deus pater eis.s. Christianis,
in abundantia, quoniam omnes Christiani, qui volunt, hoc pane cælesti refici possunt, nec tamẽ eum
consumere aut comminuere queunt. Transtulit austrum de cælo, hoc est, prædicatores angelicæ con G
uersationis, flatu verbi diuini corda audientium perflantes, misit per mundum, & induxit deus trini-
1.Cor.2. tas, in virtute sua, diuina & propria, Aphricum.i. prædicatores decliuiora dogmata prædicantes. Au-
Eodem. ster enim est ventus meridionalis. Aphricus autem est ventus occidentalis, & lateralis versus meri-
diem: ideo per Austrum designantur sublimiora prædicantes, quemadmodum ait Apostolus, Sapien
tiam loquimur inter perfectos. Per Aphricum vero humiliora prædicãtes, in quorum persona idem
ait, Non iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et pluit super
eos, hoc est, super omnes ad catholicam fidem cõuersos, sicut puluerem.i. copiosissime nimis, carnes
.i. corpus Christi, quod licet sit vnum & idem in omnibus hostiis consecratis, tamen propter multi-
tudinem materiarum seu panum, qui conuertuntur in ipsum, dictum est carnes. Vel propter partes
Psal.118. suas. Vnde Psalmista ait, Confige timore tuo carnes meas. Quod enim corpus Christi sit caro, &
Iohan.6. cibus quo reficiuntur fideles, ipse de se ostendit dicens, Caro mea vère est cibus, & sanguis meus ve
re est potus. Pluit etiam deus super Christianos, & sicut arenam maris, hoc est, in innumerabi-
li multitudine, volatilia pennata, id est, homines contemplatiuos, dei amicos, de quibus infra habe-
Psal.138. tur, Dinumerabo eos, & super harenam multiplicabuntur. Hos deus pluit super ecclesiam suam,
quatenus populum Christi irrigarent & fœcundarent pluuia verbi cælestis, essentque aliorum pa-
stores. Possunt quoque per volatilia pennata intelligi angeli sancti, quoniam deus singulis Chri-
Heb.1. stianis, mittit singulos angelos ad custodiam atque subsidium: imo secundum Apostolum omnes sunt
administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Hos autẽ H
misit deus, multo copiosius atq; frequentius tempore legis Christi quàm Mosi. Et ceciderũt, hoc est,
descenderunt pastores prædicti & angeli sancti, in medio castrorum eorum.i. ecclesiarum fideliũ, cir
ca tabernacula eorũ, hoc est, circa ciuitates, villas, imo & circa corpora Christianorum. Angeli nãq;
custodiunt corpora hominum, à multis læsionibus atq; periculis. Vnde in Actibus Apostolorũ, ange
Act.13. lus dei primo eduxit omnes apostolos de ergastulo carceris, deinde Petrum eripuit. Deinde legitur
Luc.10. & in Euangelio Christus misisse discipulos suos, binos & binos in omnem ciuitatem & locum, quo
Luc.22. erat ipse venturus. Et manducauerunt, electi Christiani corpus domini sui, sicut ipse præcepit, Hoc
(inquiens) facite in meam commemorationẽ, & saturati sunt nimis, hoc est, intus copiose repleti sunt
Iohan.6. gratia spiritus sancti, & spiritualiter impinguati, secundum quod Christus locutus est, Qui mãducat
Eodem. meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et iterum, Qui manducat hunc
panem, viuet in æternum, & desiderium eorum attulit eis, exaudiendo preces eorum. Adhuc escæ
Iohan.13 eorum erant in ore ipsorum, non electorum, sed indigne manducantium, & ira dei ascẽdit super eos,
1.Co.11. quoniam Satanas eos ingreditur, sicut & Iudam proditorem, quia de eis ait Apostolus, Quicunque
manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domi-
Eodem. ni. Et occidit deus pingues eorum, hoc est, carnaliter Christum sumẽtes, spiritualiter interfecit, sub-

A trahendo eis charitatem & gratiam. Nam vt ait Apostolus, Qui manducat & bibit indigne, iudiciũ
sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. i. non sentiens de illo spiritualiter, nec sumens
illud reuerenter atq; fideliter, sed sicut alios cibos: & electos Israel, id est, qui videbantur esse magni
in ecclesia, impediuit, ab introitu regni cælestis. Propter peccatum indignæ cõmunionis. Electi enim
non semper in sacra scriptura dicũtur prædestinati ad vitam æternam, quoniam Christus in Euange
lio apostolis ait, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Et alibi habetur, Erat Iohan.6.
Saul vir electus, quem tamen multi sanctorum dicunt damnatũ. In omnibus his peccauerunt adhuc: 1.Reg.9.
hoc est, non obstantibus tantis beneficiis Christi, ingrati Christiani Christũ offenderunt. Et defece-
runt in vanitate dies eorum, hoc est, sine fructu & merito defluxerunt, & anni eorum cum festinatio-
ne, quia sicut in libro Iob habetur, Impius antequam impleantur dies eius peribit. Et iterum de pec- Iohan.15
catoribus scriptura testatur, Quoniam ante tempus suum sublati sunt. Vnde ipsi fatentur, Nos nati Sapien.5.
continuo desiuimus esse, & in malignitate nostra consumpti sumus. Cum occideret eos, quærebãt eũ.
Nam multi peruersi, qui tempore securitatis conuerti contemnunt, dum similes sibi male perire con
spiciunt sibiq; eadem flagella imminere perpendunt, conuertuntur ad dominum. Tuncq; reminisci
incipiunt, quod deus auditor est eorum. Verũtamen quoniam pœnitentia ista potius procedere solet
ex humano timore quàm diuino amore, idcirco de ipsis mox additur, Et dilexerunt eũ in ore suo, di-
B centes, Domine, domine, & lingua sua mentiti sunt ei, quia ex eius reuerentia non recesserunt à ma- Matth.7.
lo. Ipse autem Christus, est misericors, ea proprietate naturali & propitius fiet peccatis eorum, dũ-
modo vere conuertantur, & digne pœniteant, & non disperdet eos, ab electorum consortio, nec de-
negabit eis gratiam in præsenti, nec gloriam in futuro, quoniam ipse ait, Gaudium est angelis dei su- Luc.15.
per vno peccatore, pœnitentiam agente. Et alibi, Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et abunda Marc.9.
uit Christus in seipso diuitiis misericordiæ suæ, vt auerteret iram suam, ab ecclesia sua clementissime
indulgendo. Nam cum adhuc inimici essemus, ipse pro nobis mortuus est, & quantum in se est nullũ Rom.5.
perire permittit: & non accendit, contra nos, omnem iram suam. i. iustitiæ suæ rigorem, sed effudit su
per nos copiose misericordiam suam. Sed quanta est ingratitudo Christianorum quorundam: nam
quoties, id est quàm sæpe, quasi dicat, multoties valde, exacerbauerunt eum, scilicet saluatorem tã mi-
sericordissimum, dulcissimum, atque mitissimum, in deserto, id est, in mundo isto à bonis relicto ma-
lis impleto, arescenti, & infructuoso, & quoties, in iram concitauerunt eum in inaquoso, videlicet in
animo suo indurato & sicco, tanquam aquis gratiæ destituto. Et conuersi sunt, post baptismũ & pœ-
nitentiam, ad pristinam conuersationem mundanam, & tentauerunt deum, quærentes experiri potẽ-
tiam, prouidentiã, aut scientiam eius, tanquam ambigui an deus omnia possit, cunctorum, prouiden-
tiam habeat, & an vniuersa cognoscat. Non sunt recordati, Christiani ingrati, manus eius, id est piæ
C subuentionis Iesu Christi, qua eis subuenit, die qua redemit eos de manu tribulantis, hoc est, de pote- 1.Pet.3.
state diaboli, de seruitute peccati, & morte æterna. Hoc autem Christus fecit in die parasceues, quan
do ipse iustus pro nobis iniustis passus est, vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos
autem spiritu, quemadmodũ scriptũ est, Sicut posuit in AEgypto. i. in mundo isto vitiis inuoluto, si- Matt.27.
gna sua, quoniã eo in cruce pendente obscuratus est sol, tẽpore oppositionis per suppositionem lunę
sub sole, quod mirabilissimum fuit, sicut in epistola ad Polycarpum magnus Dionysius pulchre pro- Matt.27.
sequitur, sed & terra tunc mota est, & multi defuncti surrexerunt, non in die passionis sed resurrectio
nis. Et conuertit in sanguinem flumina eorũ. decem plagæ, quæ AEgyptiis corporaliter contigerũt,
peruersis fidelibus spiritualiter accidunt. Conuertuntur enim flumina eorũ in sanguinẽ, dum sapien-
tia eorum carnalis efficitur, & spiritualia, ab eis carnaliter sentiuntur, quoniã, sicut ait Apost. anima- 1. Cor.2.
lis homo non percipit ea, quę sunt spiritus dei. Misit, & quotidie mittit Christus nõ effectiue sed per-
missiue, in eos. i. in ingratos Christianos, cynomiã, hoc est, mores caninos videlicet rabiem iræ, furo-
rem impatientiæ, irreuerentiã circa parentes atq; prælatos, & comedit eos ista tortuositas mox spiri-
tualiter eos annihilat, & ranã. i. incustodiam linguæ, & impudentissimam garrulamq; loquacitatẽ, &
disperdidit eos, hoc est, diuersimode perdidit animas eorũ loquacitatis peccatum. Vnde Salomon di
cit, Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis sperãda est quàm illius correctio. Et Ia- Prou.29.
D cob, Vniuersitas iniquitatis lingua constituitur. Propter quod in Ecclesiastico etiã scriptum est, Qui Iacob.3.
multis vtitur verbis, lædit animam suam. Sit igitur omnis homo velox ad audiendum, tardus autẽ ad Eccle.20
loquendum, & tardus ad iram. Et dedit erugini fructus eorum. Per eruginem, quæ est ventus seu au- Iacob.1.
ra occulte nocens, & fructus inficiens, designatur latens arrogantia cordis, per quam omnium ope-
rum bonorum fructus dissipatur, quoniam sola superbia destruit omnia, si comitetur. Nec mirum, Iacob.4.
quoniam deus superbis resistit: & certum quoniam non sit tutum facile contra deum pugnare. Et 1.Pet.5.
labores eorum locustæ. i. opera laboriosa & bona prius facta ab ingratis & recidiuantibus, deus per-
mittit euacuari à præmio per vitium detractionis, quia ingrati deo hoc vitium detractionis incidere
solent, quod valde abominabile est. Iuxta illud Ecclesiastes, Si mordeat serpẽs in silentio, nihil co mi Eccle.10
nus habet qui occulte detrahit. Et occidit in grandine. i. in iniquitate alios violenter opprimente, si-
cut & potestas tyrannica, vineas, hoc est, animas, eorum, quia dũ deo ingrati & arrogantes alios op-
primunt & contristant, semetipsos intus occidunt, & proprio gladio spiritualiter ruunt, & mores eo-
rum. i. opera eorum priora, igne amoris succensa, occidit. i. occidi permisit deus, in pruina, hoc est, in
nocturno frigore mentis, vtpote in rancore & odio, quod est frigus & congelatio spiritus, sicut dile-
ctio est ignis & liquefactio eius. Qui enim post charitatem receptam, ad interiorem frigiditatem odii
ducitur, priorum operum in charitate factorũ præmio iuste priuatur, & variis vitiis implicatur. Pro-
pter quod ait Saluator. Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Hoc frigore tacto ait Matt.24

Apoc.2. Iohannes, vel potius per Iohannem Christus. Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primã reliquisti. E
liquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam. Et tradidit grandini, hoc est, prædi-
ctæ iniquitati, iumenta eorum. i. sensitiuas eorum potentias, tam cognitiuas quam appetitiuas, videli-
cet sensus exteriores & interiores, appetitum quoq; concupiscibilem & irascibilem. Dum enim pec-
cator dei ingratus, toto studio quærit, quomodò alios opprimat, lædat, aut eis præualeat, tunc prædi-
ctæ potentiæ grandini dantur, quoniam per operationes earum quærit & satagit, quomodo peruer-
sum suum propositum exequatur, & possessionem eorum, hoc est, statum & perfectiões, seu interio-
res diuitias mentis hominum horum, dat deus igni, i. auaritiæ æstui, quia dum à spiritualiũ amore bo-
norum labuntur, ad terrenarum atque inanium rerum desideria conuertuntur: sicq; auaritiæ ignis in
eis deuastat & destruit, quicquid perfectionis ante inhæserat. Vnde & Paulus ad Timotheum scribit,
1.Tim.6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Et Ecclesiasticus, Nihil est ini-
Eccle.10 quius quam amare pecuniã. Hic enim (puta auarus) animam suam venalem habet. Viam fecit, deus,
semitæ iræ suæ, id est, effusioni suæ vindictæ. Dum enim peccatorem in suo errore relinquit viam fa-
cit semitæ iræ suæ, quia non tollit impedimentũ incurrendi pœnam diuinæ iustitiæ. hoc facit deus in
vasis iræ, quæ ad cõtumeliam facta sunt, puta in reprobis, quos deus in suis adinuentionibus iuste re-
relinquit, quia in eis suæ iustitiæ districtionem ostendere cogitauit, sicut in electis misericordiæ suæ di
Rom.9. uitias. De qua re plenius docet Apostolus, non pepercit à morte animarum eorum, quoniam charita F
tem, quæ est vita animæ, deus protinus subtrahit cunctis hominibus, qui mortaliter peccant, & iumẽ
ta eorum. i. carnales eorum affectus & opera carnis, deus in morte conclusit. i. æterna morte damna-
Rom. 8. uit, quoniam, teste Apostolo, qui talia agũt, regnum dei non consequentur. Et iterum, Si secundũ car
Ibidem. nem, inquit, vixeritis, moriemini. Et percussit omne primogenitũ in terra AEgypti, id est in omni-
bus cordibus in tenebris huius mundi manentibus, deus occidit fidem formatam, inquantum forma-
tam, licet in eis fides informis perseueret. Fides nanq; formata est in nobis, primogenitum. i. primum
Abac.2. dei donum, & omnium operum meritoriorum principium. Iuxta illud Abacuc, Ecce qui incredulus
Esa.21. est, non erit anima eius recta in semetipsa. Iustus autem meus ex fide viuit. Et Esaias, Qui incredulus
est, infideliter agit: primitias omnis laboris eorum, id est, interiores sanctæ charitatis feruores, ex qui-
bus omnis labor deo placens, meritoriusq; procedit, deus occidit, secundum modum prædictũ, in in-
gratis & ad vitia pristina remeãtibus, in tabernaculis Chã, id est, hominũ mundanorum, seu dæmo-
num, qui sapientes sunt vt faciãt mala, sed benefacere nescierunt. Cham enim callidus interpretatur.
Ierem.4. Et Christo testãte, Filii huius seculi, prudẽtiores in generatione sua sunt filiis lucis: Et abstulit, Chri-
Luc.16. stus, sicut oues populum suum, id est, electos de potestate diaboli, de conuersatione seculari, de socie-
tate reproborum, quemadmodum per Osee ait, De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos. G
Osee.13. Et alibi electis loquutus est, De mundo non estis, sed ego elegi vos de mũdo. Hoc agit Saluator, quo-
Iohan.15 tiescunq; homini gratiam cõuersionis infundit: & perduxit eos tanquam gregem in deserto, id est, in
Iohã.10. præsenti exilio, pascendo eos gratiis atque virtutibus. Propter quod de se ait, Ego sum pastor bonus,
& cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, & ego vitam æternam do eis. Pascit quoq; eas cibo
dignissimo, scilicet preciosissimo corporis sui & sanguinis sacramento. Et deduxit eos in spe, felicita
tis futuræ, & non timuerunt, inordinato timore, damna temporalia aut diaboli tentamenta, quoniam
audierunt quod Saluator ait ad eos, In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.
Iohã.16. Et alibi, Non turbetur cor vestrum neque formidet. Et, Nolite timere eos qui corpus occidũt: & ini-
Iohã.14. micos eorum, hoc est, persequutores iustorum, operuit mare. i. iniquitas propria seu damnatio infer-
Matt.10. nalis, vel tumultus occupationum vitæ secularis. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, id est
in obedientiam sanctæ matris ecclesiæ, quæ est regnum Christi in ea per fidem regnantis. Idcirco di-
Colos.1. cit Apostolus, Gratias agimus deo & patri, qui nos transtulit in regnum filii dilectionis suę, montem
1.Petr.1. quẽ acquisiuit dextera eius, scilicet Christi, pro nobis in cruce expansa atque transfixa. Christus nãq;
emit ecclesiam non corruptibilibus auro & argento, sed sanguine suo precioso: iuxta illud Apostoli,
Hebr.9. Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata. In Actibus quoq; Paulus apertius lo-
Act.20. quens, & pastores exhortãs, Attendite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus san
ctus episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et eiecit à facie eorum gẽtes. Hoc
in Christianis ad literam constat impletum, quoniam in vniuerso mundo, vbi olim habitabant genti- H
les, postmodum habitauerũt Christiani, nuncq; morantur, quod vtique factum est virtute diuina per
multa miracula, quibus eradicata est idololatria, & publicata fides catholica: & sorte diuisit eis terrã
in funiculo distributionis. Per sortem, Dionysius interdum intelligi vult quendam splẽdorem, seu or
dinationem spiritus sancti. Quoniam ergo apostoli secundum spiritus sancti instinctũ, mundum sibi
partiti sunt, abeuntes singuli in sortem seu partem sibi deputatam, sicut Iohannes in Asiam, Petrus
in Italiam, Andreas in Achaiam, Thomas in Indiam &c. ideo dicitur deus diuisisse eis terram in fu-
1.Co.10. niculis distributionis. Vnde & Paulus fatetur, Nos non in infinitum gloriamur, sed secundum men-
suram, qua mensus est nobis deus, mensuram pertingendi ad vos. Et habitare fecit, deus, in taberna-
culis eorum, hoc est, in locis, terris, & vrbibus paganorum: tribus Israel, id est populum Christianũ,
qui sunt patriarcharum, non carne, sed spiritu. Iterum redit propheta ad describendũ peccata Chri-
stianorum malorum, qui patrũ suorũ non sunt imitati vestigia, sed solo nomine & fide informi Chri
stiani existũt: de quibus nunc subditur, Et tentauerunt & exacerbauerũt deũ excelsum, secundũ modũ
nũc sæpe expositũ. In iram concitauerũt cũ in collibus suis, hoc est, in tumore superbiæ suæ, transfe-
rentes honorem dei, cui soli debetur omnis honor & gloria, ad semetipsos, quærentes pręesse, domi-
Iohan.5. nari ac honorari. Talibus equidem à Christo dicitur, Quomodo potestis vos credere, qui gloriã ab

A inuicem accipitis,& gloriam quæ à ſolo deo eſt,non quæritis? & in ſculptilibus ſuis,hoc eſt,in idolis
ſen phãtaſmatibus imaginationum ſuarũ,& in vanis memorię ſuę ſimulachris,ad æmulationem,hoc
eſt,ad indignationẽ,cũ prouocauerunt,cogitantes peruerſa,& viliũ rerũ recordationibus inhærẽtes,
atq; per hoc diuinorũ obliuiſcẽtes,& deũ iudicẽ offendentes,qui per Michæam ait, Væ qui cogitatis Mich.5.
inutile.Similiter per Eſaiã,Auferte malũ cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis. De talibus nanque di- Eſa.1.
cit Zacharias,Poſuerunt cor ſuum vt adamantẽ,ne audirẽt legẽ. Audiuit deus,hoc eſt,omnia iſta po Zach.7.
puli peccata cognouit,quemadmodum Amos teſtatur,Cognoui multa ſcelera veſtra,& ſpreuit ope- Amos.5.
rantes & opera,ſicut inferius dicitur,Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis,& ad nihilum rede- Pſal.118.
git valde Iſrael,hoc eſt plebem fidelium,ſpoliãdo eos omni virtute & gratia ſpiritus ſancti, propter
peccata commiſſa.Et reppulit tabernaculum Silo,per quod intelligi poteſt eccleſia, quam deus fre-
quenter vaſtari permiſit à tyrannis,& impiis,eo quod legem Chriſti reliquerit. Poteſt etiam per hoc
accipi corpus noſtrum,in quo deus habitare cenſetur:ſicut ait Apoſtolus,Glorificate & portate deũ 1.Co.6.
in corpore veſtro.Et rurſus,Neſcitis,quia corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti?Hoc taberna Ibidem.
culum deus repellit,dum animam deſerit,ab ea offenſus propter vitam carnalẽ.Vnde dominus olim
loquutus eſt.Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternũ,quia caro eſt. Et tradidit in capti- Gen.6.
uitatem virtutem eorum,hoc eſt,à tentatore permiſit eos ſuperari,& perfectionem eorum extingui.

B Superbi enim in ſeipſis confidentes,& ingrati deo bona ſua non aſcribẽtes,diuina protectione indi-
gni ſunt,ideoq; à dæmonibus ſuperantur:& pulchritudinẽ eorũ in manus inimici,hoc eſt,ſplendorẽ
gratiæ interiora ornantis,permiſit obtenebrari & tolli à ſuggeſtione & impugnatione carnis,mũdi,
aut dæmonis in hominibus ſibi ingratis.Nam de ingrato ait Saluator in Euangelio,Ei autem qui nõ Matt.25.
habet,& quod videtur habere auferetur ab eo. Sic ergo captiui ſunt,ſecũdum quod Petrus proteſta- 2.Pet.2
tur,Iniqui ſerui ſunt corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt.Et concluſit in
gladio,infidelium populũ ſuũ Chriſtianũ, quẽ Sarraceni in terra ſancta ſæpe occiderunt,& expule-
rũt.Poteſt quoq; nomine gladii intelligi impugnatio tẽtatoris,ſeu peruerſitas animæ ſeipſam necan-
tis,imo & totũ hominẽ ſpiritualiter occidẽtis gladio cõſenſus illiciti:& hæreditatem ſuã ſpreuit,hoc
eſt,plebẽ Chriſtianã,quæ merito foret hęreditas dei,tanquã eius ſanguine empta ab infidelibus non
protexit,nec à culpa retraxit.Iuuenes eorũ comedit ignis,cõcupiſcẽtiæ carnalis:ſicut Oſee ait, Spiri Oſee.4.
tus fornicationis decepit eos,& virgines eorũ,vanæ & fatuæ,non ſunt lamẽtatę,quia non eſt qui ea- Pſalm.9.
rũ vanitatẽ deploret ex cõpaſſione charitatis fraternæ,ſed laudãtur peccatrices in vanitatibus animę Ephe.6.
ſuæ.Sacerdotes eorũ in gladio ceciderũt.Gladius ſpiritualis,ſecũdũ Apoſtolũ,eſt verbũ dei. Eſt igi-
tur ſenſus,Sacerdotes,Chriſtianorũ,proprii oris prædicatione occiſi ſunt intus. Dũ enim docẽt quæ
ipſi non implẽt,mortaliter peccãt,& ita ſeipſos damnãt,ſpũaliterq; occidũt. Vnde Apoſt.ait,In quo Rom.2.

C aliũ iudicas,teipſum cõdemnas:eadẽ enim facis. Et beato Iob dicitur, Os tuũ cõdemnabit te & non Iob.15.
ego,& labia tua reſpõdebunt tibi.Et viduæ eorũ nõ plorabãtur,ſicut ait Apoſt.Vidua quæ in delitiis 1.Tim.5.
viuit,viuẽs mortua eſt.Viduæ ergo nõ plorabãtur,dũ earũ carnales delitiæ nõ deflẽtur pio cõpaſſio-
nis affectu.Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora,hoc eſt,extrema atq; finali pœna eos damnauit.
Quẽadmodũ dominus per Ieremiã ait quibuſdã,Dabo vos in opprobriũ ſempiternũ, & ignominiã Iere.23.
æternã,quæ nũquam obliuione delebitur,idcirco nũc additur:opprobriũ ſempiternũ dedit illis,pro-
iiciẽdo eos in lacum carceris gehennalis. Propter quod in Ieremia ſcriptũ eſt, Dabo eos in vexatio- Iere.24.
nem,& maledictionẽ,& ſtuporẽ,& in ſibilũ,& in opprobriũ,eo quod nõ audierint verba mea. Con
ſequẽter agit propheta de populo,ad regnũ Chriſti veraciter pertinẽte. Et repulit,deus,tabernacu-
lũ,hoc eſt,poſteritatẽ,domũ,familiã,Ioſeph,hoc eſt,populi Iudæorũ in lege ſibi finẽ & ſufficiẽtiam
cõſtituentis,qui ſe putat ſine gratia Chriſti per legẽ poſſe ſaluari. Merito quoq; per Ioſeph populus
Iudæorũ ſignatur.Primo,quoniam Ioſeph cęteris patriarchis fratribus ſuis ſanctitate atque imperio
eminebat.Secundo,quoniam Ioſeph interpretatur,additamentũ,& ita per eũ deſignãtur Iudæi,qui-
bus temporaliũ bonorũ promittebantur augmenta:& tribũ Ephraim non elegit.Ephraim interpre-
tatur frugifer ſeu fructificatio,per quẽ ſignificatur idẽ populus qui per Ioſeph,inquãtũ terrenis fru-
ctibus inhiabat.Sed elegit tribũ Iuda,hoc eſt,populũ Chriſtianũ dño cõfitentẽ deuote, & pure pro-

D pter bona cæleſtia ac diuina,montẽ Sion,hoc eſt,militantẽ eccleſiã,quẽ dilexit:iuxta illud Apoſtoli, Ephe.5.
Chriſtus dilexit Eccleſiã,& tradidit ſemetipſum pro ea,vt illam ſanctificaret.Et ędificauit ſicut vni-
corniũ,hoc eſt,ſicut ædificari decuit domũ Chriſtifideliũ,vnũ verũ deũ colentiũ,ſanctificiũ ſuũ,hoc
eſt,eccleſiã militantẽ ſeu populũ Chriſtianũ,quẽ ædificauit faciẽdo ſibi in cordibus noſtris habitacu-
lũ aptũ,per fidẽ & gratiã ſpũs ſancti.De hac quippe ædificatione ait Chriſtus per Amos, Suſcitabo Amos.9.
tabernaculũ Dauid quod cecidit,& reædificabo aperturas eius.Hoc ſanctificiũ deus ædificauit,in ter
ra quã fundauit in ſecula,hoc eſt,in vniuerſo modo,ſicut apud Malachiã teſtatur, Ab ortu ſolis vſq; Malac.1.
ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus:& in omni loco offertur mihi oblatio munda,vi-
delicet ſacramentũ altaris. Et hæc terra eſt fundata in ſecula,qm̃ ſicut Eccleſiaſtes ait,Terra in æter- Eccle.1.
nũ ſtat.Et elegit,deus trinitas Dauid ſeruũ ſuũ,hoc eſt,Chriſtũ homininẽ,qui ſecundũ quod homo Eſa.42.
eſt,ſeruus dei atq; electus eſt.Quẽadmodũ in Eſaia dñs ait, Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam illũ,electus Matt.12.
meus cõplacuit ſibi in illo anima mea.Quod Euang.Matthæus de Chriſto dictũ allegat.Chriſtũ er-
go deus elegit,vt ſit caput & princeps vniuerſalis eccleſiæ,dux,paſtor,iudex,& dñs omniũ electorũ.
Propter quod dñs ait,Saluabo gregẽ meũ,& ſuſcitabo ſup eũ paſtorẽ vnũ qui paſcat eũ Dauid ſeruũ Ezec.34
meũ.i.Chriſtus,vt oẽs exponunt & ſuſtulit eũ.ſ.Chriſtũ deus trinitas,de gregibus ouiũ.i.prę omni-
bus electis exaltauit,glorificauitq; eũ,quemadmodũ ſponſa decantat, Dilectus meus candidus & ru- Gen.5.
bicũdus,electus ex millibus:de poſt fœtãtes accepit eũ,hoc eſt,poſtquam oues ſuas in hoc mũdo ſpi-

ritualiter fœcũdauit,redemit,& confirmauit,recepit eum pater in cælos ad dexteram ſuam. Propter E
Iohã.17. quod Chriſtus ait ad patrẽ,Opus cõſummaui,quod dediſti mihi vt facerẽ:nunc aũt ad te venio. Vel,
de poſt fœtãtes accepit eũ,quia Chriſtus primo miſſus eſt ad oues perditas domus Iſrael, quibus re-
Matt.15. paratis,quo ad electos,miſit diſcipulos ſuos per totum mundũ ad oues ex gentibus congregandas,ſi-
Iohã.10. cut ipſe ait,Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere. Accepit autẽ
deus Chriſtũ.Paſcere.i.vt paſceret,Iacob ſeruum ſuum.i.populum Chriſtianũ vitia conculcantẽ, &
Iſrael hæreditatẽ ſuam.i.eundem populum ſpiritualia contemplantem, & ad vitam æternam electã.
Et pauit eos,Chriſtus in mundo corporaliter viuens,ſcientia & doctrina,& hoc,in innocentia cor-
Eſai.33. dis ſui,qm̃ ipſe iniquitatem non fecit,nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, ſicut in Eſaia legitur,& in in-
tellectibus manuum ſuarum deduxit eos.Ipſe nempe eſt virtus & ſapiẽtia patris,qui de ſeipſo diſcipu
Iohã.13. lis dixit,Vos vocatis me magiſter & dñe,& bene dicitis.Sũt etenim. Et iterũ,Nolite(ait)vocari Rab
Matt.23. bi.Vnus eſt enim magiſter veſter,Chriſtus.Omnes autẽ vos fratres eſtis. Chriſtus ergo deduxit oues
Act.1. ſuas in intellectibus manuũ ſuarum.i.in doctrina & ſanctitate,quoniã cœpit facere & docere. Paſcit
1.Cor.3. autẽ,deducitq; Chriſtus oues ſuas per ſeipſum,per vicarios ſuos eccleſiarum prælatos,& prædicato-
res,per angelos ſanctos.Ipſe enim ſolus gratiam influit,angeli vero nos ad eam diſponunt,noſq; il-
luminant,quod etiam homines facere poſſunt,quemadmodũ Paulus ad Corinth.loquitur,Ego plan
taui,Apollo rigauit,deus autem incrementum dedit.Ecce pſalmum prolixum audiuimus in ſuperfi- F
cie planum,in interioribus ſuis myſteriis plenum,quem expedit prompte intelligere,quoniam com-
pendioſe includit,quæ in diuerſis libris Moſi diſpendioſe tractantur.Cæterum,nunc omiſſa,præce-
denti expoſitione vel plene omnia pateſcunt,vel de facili intelligi queunt.

## COMMENTARIVS IN PSAL.LXXVIII.

### ¶Expositio Tituli.

SEnſus tituli pſalmi iam declarandi,videlicet pſalmus Aſaph,ex præcedentibus clarus eſt.Aduer
tendum vero,quod ter leguntur Iudæi repulſi,loquendo de repulſione eorũ grauiori & magis
famoſa,quarum prima facta eſt per Chaldæos,ſecunda per Antiochũ regem,tertia per Roma-
nos.Quod autem hic pſalmus ſcriptus non ſit de repulſione eorum per Romanos inducta,Auguſti-
nus in expoſitione pſalmi huius ſatis oſtendit.Illis nanq; non conuenit,quod in ſecundo verſu pſal-
mi iſtius habetur,videlicet,Poſuerũt morticina ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorũ
tuorum beſtiis terræ.Erãt enim Iudæi à Romanis occiſi,infideles,obſtinati,ac reprobi. Caſsiodorus
ergo & Hugo exponunt hunc pſalmum de oppreſsiõe Iudæorum ab Antiocho introducta,ſed iſtud G
Nicolao de Lyra non placet,propter id quod in fine primi verſus huius pſalmi habetur.Poſuerũt Ie
ruſalem in pomorum cuſtodiam,loco cuius habet Hebraica veritas. Poſuerunt Ieruſalem in aceruũ.
Translatio quoq; Hierony.Poſuerunt Hieruſalem in aceruis lapidũ,per quod deſignari videtur de-
ſtructio ciuitatis & templi,quæ ab Antiocho facta non inuenitur,ſed polluit templũ,ſtatuendo in eo
1.Mac.1. idolum abominandum.Verũtamen iſta obiectio facilime ſoluitur.Nam ciuitas & templum deſtructa
dicuntur,vel propter occiſionem populi & ſacerdotum,vel propter deſtructionem quarundam par-
tium ciuitatis Ieruſalem,quæ tempore Antiochi maxime impugnata eſt partimq; deſtructa, vt patet
in libris Machabæorum.Vbertim enim in diuinis ſcripturis per habitatores intelligũtur habitacula,
& per partem totum exprimitur.Non ergo oportet hũc pſalmum ad literam dũtaxat intelligi de Iu-
dæorum deiectione,& templi ac ciuitatis deſtructione factis tempore Chaldæorũ. Mihi quoq; vide-
tur,quod de vtraque eorum deuaſtatione apte ac literaliter poſsit intelligi, quoniam ad vtrãq; literã
facile applicatur,& ſicut vnam,ſic & aliam credere poſſumus,ſancto prophetæ diuinitus fuiſſe reue-
latam,ac per hoc de vtraq; ſimul prophetat.Nam qua ratione dicitur vaticinatus in pſalmo præſen-
ti de vna dici poteſt prophetaſſe de alia.Ait ergo propheta in perſona congregationis fidelium.

### PRECATIO.

*Preces noſtras quæſumus domine, placatus intende, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarũ propter nomẽ tuum laudabile & glorioſum, ut te præſtante ab omnibus liberi offenſis iugiter operibus inuigilemus æquitatis.* H

### ¶Expositio pſalmi iuxta ſenſum literalem.

1.Mac.1. DEvs venerunt gentes] videlicet Babylonii,& Antiochus cum ſuis [IN hære
ditatem tuam].i.in Iudæam,quæ erat terra diuino cultui prælecta,& filiis Iſ-
rael à deo ſpecialiter atq; hęreditarie condonata.Vel in hæreditatẽ tuam,id eſt
Eſa.19. in populum Iudæorum. Vnde per Eſaiam dominus ait, Benedictus populus
meus AEgypti,& opus manuum mearum Aſſyrius:hæreditas autẽ mea Iſrael
[POLLVERVNT templum ſanctum tuum] Nam Chaldæi polluerũt & de-
4.Re.25 ſtruxerũt templum à Salomone cõſtructum. Antiochus vero cum ſuis polluit
1.Mac.1. templum,à Zorobabel & populo à captiuitate Babylonica redeunte ædifica-
Thren.1. tum.Dicuntur autem hi templum polluiſſe, quia fecerunt in eo quæ erant per legem prohibita,po-
1.Mac.1. nendo in eo idola,vel gentes introducendo in ipſum. Vnde Ieremias, Vidit,inquit,gentes ingreſſas
Ibidem. in ſanctuarium tuum,de quibus præceperas,ne ingrederentur in eccleſiam. De hac pollutione tem-
pli.1.lib.Mach. ſcriptũ eſt,Accepit Antiochus altare aureum & omnia vaſa eius,& cõminuit omnia

A Rursusque, Aedificauit Antiochus rex abominandum idolum desolationis, super altare dei. Nempe (vt alibi dicitur) posuit in templo statuam Iouis [POSVERVNT Ierusalem] id est, domos eius ac templum [IN pomorum custodiam] hoc est, tam vilem eam reputauerunt, sicut reputatur domuncula, in qua custodiuntur poma. Vel in pomorum custodiam, quia sicut custodia pomorum, id est, domus in qua poma seruantur, relinquitur atque destruitur, pomis sublatis, sic isti ciuitatem Ierusalem destruxerunt, & eam à propriis incolis relinqui fecerunt. Propter quod in primo libro Machabaeorum legitur, Misit rex principem tributorum, & accepit spolia ciuitatis, & succendit eã igni, & destruxit domus eius, & muros eius in circuitu, ex quo constat obiectionem Nicolai praetactã nullam esse. Et iterum ait scriptura, loco praeallegato, Fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta habitatio exterorum. Vnde & Esaias, Relinquetur (inquit) filia Sion velut vmbraculum in vinea & sicut tugurium in cucumerario. ℂ (2) POSVERVNT morticina seruorum tuorum] hoc est, corpora Iudęorum occisa [ESCAS volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum] id est, cadauera meliorum ac perfectiorum famulorum tuorum dederunt in escam bestiis terrae: non enim sepelierunt ea, sed proiecerunt ea ad deuorandum auibus caeli, & bestiis terrae. Propter quod Ieremias ait de valle filiae Ennon, Non vocabitur amplius vallis filiae Ennon, sed vallis occisionis. ℂ (3) EF-

Ibidem.

Ibidem.

Esaiae.1.

Ierem.7.

B FVDERVNT sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret] Propter quod libro primo Machabaeorum habetur, Effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & non erat qui sepeliret occisos, prae multitudine corporum occisorum. Nam sicut alio in loco habetur, Erant in toto triduo, octoginta milia occisi ab Antiocho. ℂ (4) FACTI sumus opprobrium vicinis nostris] quod consequenter clarius dicitur [SVBSANNATIO & illusio his, qui in circuitu nostro sunt] Gentiles enim in circuitu Iudaeae morantes, videlicet Ammonitae, Moabitae, Idumaei, Philistaei, &c. communiter gloriari solebant, quando filiis Israel aliquid aduersitatis euenit, tunc deridebãt eos & subsannabãt. Et ideo Nehemias inducit, Audi deus noster, quia facti sumus despectui. In libro quoque Machabaeorum legitur, Sãctificatio Ierusalem, scilicet tẽplum, desolata est sicut solitudo: dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius, multiplicata est ignominia eius. Deinde sequitur vox populi ita afflicti, lamentabiliter & querulose ad dominum proclamantis. ℂ (5) VSQVEQVO domine irasceris in finem?] id est, quamdiu vindicabis peccata nostra, tamque prolixe nos vastari permittes? quasi dicant, noli tam diu populo tuo irasci [ACCENDETVR velut ignis zelus tuus] id est, quam diu indignatio tua tam vehementer vlciscetur se de nobis, tradendo nos in po-

1.Mac.1.

2.Mac.5.

Nehe.4.

1.Mac.1.

C testatem tam crudelium hominum? ℂ (6) EFFVNDE iram tuam in gentes, quae te non nouerunt] id est, vindictam quam in nobis exerces, aufer clementer à nobis cultoribus tuis, te per fidem scientibus, eámque exerce in praedictis hominibus idololatris te ignorantibus [ET in regna] Chaldaeorum, & eorum quibus imperabat Antiochus [QVAE nomen tuum non inuocauerunt] sed deos vanos, quos coluerunt. ℂ (7) QVIA comederunt Iacob] id est, populum ex Iacob patriarcha, puero tuo dilecto, natum, consumpserunt in ore gladii, aut alia morte, quemadmodum à mãducante cibus consumitur. Vnde Ieremias propheta ait, Primus Assur comedit eum, iste nouissimus Nabuchodonosor exossauit eum [ET locum eius desolauerunt] quoniam vrbes Iudaeae destruxerũt, vel populum eius effugauerunt, secundum quod primo libro Machabaeorum scriptum est, Exclamauit Mattathias voce magna, dicens, Omnis qui zelum habet legis, exeat post me. Et fugit ipse & filii eius in montes, & reliquerunt quaecunque habebant in ciuitate. Oratur autem hoc loco pro punitione aduersariorum, non ex odio, sed zelo iustitiae vel ex charitate, quatenus in praesenti corrigantur atque à malis prohibeantur, ne quotidie addant peccata peccatis, & postmodum grauius condemnẽtur. ℂ (8) NE memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ] quas nosipsi & patres nostri multo tempore perpetrauimus. Dicitur autem deus iniquitatum nostrarum reminisci, dum eas in nobis vlciscitur: dum vero indulget, obliuisci asseritur, cum tamen eius cognitio aeternaliter inuariabilis perseueret [CITO anticipent nos misericordiae tuae] hoc est, effectus tuae pietatis aeternae praeueniant nos, ne incidamus iudicium tuum, & ne iustitiae tuae effectus praeoccupent nos, faciendo no-

Ierem.5.

1.Mac.2.

Eccle.3.

D bis sicut meruimus. Hoc autem oramus, QVIA pauperes facti sumus nimis,] quoniam templo, & possessionibus ac vrbibus spoliati sumus. In spiritualibus quoque inopes sumus exigentibus vitiis nostris. Gratiam enim & spiritualium bonorum copiam, peccando perdidimus. Peccatum enim spiritualis paupertatis atque miseriae causa est: iuxta illud Salomonis, Miseros facit populos peccatum. Ecclesiastes quoque, Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Propterea propriam mentis inopiam ignoranti, spiritualiterque excaecato, propter carentiam gratiae in Apocalypsi dicitur, Dicis quia diues sum, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & caecus & nudus. Ob hanc nimiam paupertatem, dixit Mathathias, Sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra, desolata est. O quanta est virtus versiculi huius, atque duorum versiculorum sequentium. Vere enim omnem humanum sensum virtus eorum trãscendit, & deficit lingua ab elocutione laudis eorum, sed & quam bonum est propriam paupertatem agnoscere, sicque indesinenter in oratione dominica proclamare, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Admiranda est virtus orationis versuum horum, & omnino saluberrimum est mentali affectu, cum attentione ingenti, cum praecordiali sapore hos sacros versus depromere, quoniam possibilius foret caelum & terram perire, quàm talem orationem inefficacem existere. ℂ (9) ADIVVA nos deus salutaris noster] hoc est, saluator noster & causa nostrae salutis. Tu enim dixisti, Sine me nihil potestis face-

Prou.14.

Eccle.8.

Apoc.3.

1.Mach.2.

Matt.6.

Iohã.15.

2.Cor.3.

re. Nec sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis, sed vniuersa sufficientia nostra ex te est. Itaque E
adiuua nos, confortando naturam nostram per gratiam, dando in aduersis patientiam, in tentatio-
ne victoriam, in persequutione ereptionem. Mittendo quoque ad nostrum subsidium ciues cælestes
angelos sanctos, & per preces ac merita omnium tibi placentium, tribue nobis quod nostra non me-
retur oratio, nec propria obtinet vita [ET propter gloriam nominis tui domine libera nos] hoc est,
idcirco & ad hunc finem eripe nos à tribulationibus cunctis, omnibúsque peccatis atque periculis,
quatenus misericordia tua glorificetur in nobis ab omnibus, tuque misericors prædiceris, & ob hoc
Prou.16. à cunctis lauderis & honoreris. Hæc est ordinatissima deprecatio. Quanuis enim propriam libera-
tionem & beatitudinem debeamus à deo deposcere, tamen hanc ipsam nostram redemptionem de-
bemus ad dei honorem referre, deúmque precari, vt propter seipsum & nominis sui honorem nos
1.Reg.2. audiat. Nam de ipso Salomon dicit, Vniuersa propter seipsum operatus est dominus. Sic orando
deum honoramus, ideoque ab eo exaudiri & honorari meremur: quemadmodum ipse testatur, Qui-
Esa.43. cunque glorificauerit me, glorificabo eum. Deus enim gloriosus & sanctus, ad suiipsius laudem &
gloriam omnes electos creauit, secundum quod ipse alibi asserit. Omnem qui inuocat nomen meum,
in gloriam meam creaui eum. Semper igitur toto affectu, & intentione syncera, ordinemus ad dei
honorem & gloriam, quicquid pro nobisipsis vel aliis postulamus, nec vnquam reflectamur ad nos-
ipsos per priuatum amorem, neque gloriemur in nobis per stultissimam vanitatem. ❡ (10) ET F
propitius esto peccatis nostris] pœnam relaxando, & culpam penitus indulgendo, [PROPTER
Ezec.36. nomen tuum] id est, propter teipsum & propriam bonitatem, quoniam tu dixisti, Non propter vos
ego faciam, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. Et hoc facio domine deus [NE for
te dicant in gentibus.] id est, inter gentiles & insipientes, [VBI est deus eorum?] hoc est, iam ap-
Esa.48. paret quod deus eorum ipsos saluare non potest, aut eorum cultum contemnit. Ne ergo tibi ô do-
mine tanta irrogetur iniuria, audi nos, sicut per Esaiam dixisti, Propter me ego faciam, vt non blas-
phemer. ❡ (11) ET innotescat in nationibus] id est, in prædictis gentilibus [CORAM ocu-
lis nostris] id est, tam manifeste vt nobis patescat [VLTIO sanguinis seruorum tuorum, qui effu-
sus est.] hoc est, effusionem sanguinis innocentis populi nostri vindica, in paganis præfatis. Orat
propheta in persona populi Iudæorum, pro vltione homicidiorum in Ierusalem & in Iudæa facto-
2.Mac.2. rum. Vnde secundo libr. Machabæorum orat hic populus, Afflige opprimentes nos & cõtumeliam
facientes in superbia. Quod etiam Moses prædixit deum esse facturum, Sanguinem (inquiens) san-
Deut.32. ctorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum. ❡ (12) INTROEAT in cõ-
spectu tuo gemitus compeditorum] id est, captiuorum tuorum suspiria pie exaudi, & eos de capti-
uitatibus eripe. Multos enim Iudæorum captiuauerant serui Antiochi atque Chaldæi. ❡ (13)
SECVNDVM magnitudinem brachii tui] hoc est, secundum magnam potentiam tuam [POS-
SIDE filios mortificatorum] id est, nos, quorum patres à gentilibus istis occisi sunt, ita vt protegas G
atque conserues nos, sicut custoditur possessio propria ab hærede. ❡ (14) ET redde vicinis no
stris] de quibus superius dictum est, Facti sumus opprobrium vicinis nostris [SEPTVPLVM] id
est, perfectam vindictam. Septenario enim designatur perfectio [IN sinum eorum] hoc est, tam eui
denter, & tam infallibiliter pœna cadat super eos, & recipiatur ab eis ne euadant, quam infallibili-
ter recipit homo quod in gremium eius proiicitur. Hoc enim non resilit [IMPROPERIVM ip-
sorum] id est, pœnam pro improperio [QVOD exprobrauerunt tibi domine] dicendo de nobis,
Psal.113. Vbi est deus eorum? ❡ (15) NOS autem populus tuus] peculiaris [ET oues pascuæ tuæ] de
Ezec.34. quibus alibi dixisti, Ego ipse pascam oues meas. Saluabo gregem meum. In montibus Israel pascam
eas [CONFITEBIMVR tibi in seculũ] .i. diu & perseueranter laudabimus te, gratias tibi canen-
do pro nostra liberatione. ❡ (16) IN generationem & generationem annunciabimus laudẽ tu-
am] hoc est, in generatione nostra quoadusque viuimus, laudabimus te per nosipsos. In generatio-
nibus autem futuris, laudabimus te per filios seu fidei nostræ imitatores, quibus relinquimus materiã
te laudandi, dum beneficia tua nobis exhibita eis insinuamus verbo aut scripto.

❡Explanatio tropologica eiusdem psalmi.

ECclesia insuper Christi, & quilibet Christianus, merito potest & debet hunc psalmum canta-
re lamentabili voce, propter amissionem terræ sanctæ, præsertim, quoniam ipsa sacra vrbs Ie- H
rusalem, in qua Christi sepulchrum est, cum ipso venerandissimo & sanctissimo Christi sepul-
chro in manus Sarracenorum est data, atque ab eis diu possessa, & ad hoc applicari potest hic
psalmus hoc modo, Deus, dei vnigenite IESV Christe, qui es verus deus & vita æterna, venerunt
gentes, videlicet Sarraceni seu Pagani, legem Machometi sequentes, in hæreditatem tuam, hoc est,
in ciuitatem Ierusalem, ab imperatore Elio reædificatam, vel in populum huius ciuitatis Christifi-
delem, qui est hæreditas tua, polluerunt templum sanctum tuum, id est ecclesiam, in qua sepul-
chrum tuum continetur, quoniam templum illud irreuerenter tractant, nec Christi cultum in eo fie-
ri sinunt: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, occidentes in ea aut expellentes de ea omnẽ
Christianum. Et de Christianorum in ea atque in terra sancta multorum occisorum cadaueribus,
loquitur versus sequens, Posuerunt morticina, &c. secundum sensum in præcedenti elucidatione in-
troductum. Effuderunt sanguinem eorum, scilicet Christianorum Sarraceni, tanquam aquam, id est
valde abundanter, in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus per gyrum eius iacentibus. Hoc, prohdo-

A lor, factum est nimis frequenter, quemadmodum chronicæ testantur, Facti sumus opprobrium vici-
nis nostris. Omnes enim terræ circa terram sanctam situatæ & legi Machometi subiectæ, videlicet
Philistium, Amonitæ, Moabitæ, &c. contemnunt nos, & nobis illudunt, quod terra sancta & Christi
sepulchrum, eorum potestati subduntur. Effunde iram tuam in gentes, videlicet in Sarracenos, quæ
te non nouerunt, per fidem & cultum, sed immundissimi hominis ritui seruiunt, & legem vanissimã
seruant, & in regna, Sarracenorum, quæ nomen tuum non inuocauerunt, quia nec sperauerunt in te,
sed in omni angustia Machomet inuocant. Orat ergo hoc loco ecclesia pro recuperatione terræ san-
ctæ & expulsione gentilium inde. Quia comederunt Iacob, id est, populum Christianum, fidẽ & sim
plicitatem Iacob patriarchæ sectantem, & locum eius, id est, vrbes terræ sanctæ & ciuitatem Ierusa-
lem, desolauerunt, id est incolas Christianos inde eiecerunt, & paganis hominibus loca sancta imple
uerunt. Sed quoniam tantam miseriam Christiani meruerunt, propter pessimam suam vitam, maxi
me in terra sancta, quæ adhuc à Christianis in pace habitaretur, Christiani in ipsa sceleratissime vi-
xerunt. Propterea orat modo ecclesia pro indulgentia peccatorum tantorum & antiquorum, quate-
nus remissione percepta, terrenam Ierusalem readipiscatur, & ad cælestem Ierusalem perducatur.
Denique omnia hæc, generalius possunt exponi hoc modo, Deus venerunt gẽtes, id est infideles seu
B infideliter conuersantes, in hæreditatem tuam, id est, in populum tuum electum & Christifidelem:
quemadmodum lupi oues impugnare solent & dissipare. Talibus enim electis ait Christus, Ecce ego Luc.10.
mitto vos, sicut agnos inter lupos. Et, In mundo pressuram habebitis: polluerunt templum sanctum Iohã.16.
tuum, quia ecclesiam multipliciter destruxerunt, dehonestauerunt, & opera nepharia commiserunt
in ea, non solum pagani sed etiam hæretici, maxime Arriani, posuerunt Ierusalem, id est militãtem
ecclesiam, in qua est visio pacis, & locus internæ quietis, in pomorum custodiam, expellendo de ea
ministros altaris ipsamque comminnẽtes. Sequens autem versiculus de corporibus plurimorũ mar
tyrum ad literam conuenienter exponitur, imo interdum in tantum desæuiit rabies persecutorum, vt
corpora martyrum sepulta effoderent, comburerent, dissiparent vel auibus cæli ac bestiis terræ ad
deuorandum proiicerent. Effuderunt, tyranni atque eorum satellites, sanguinem eorum, videlicet
martyrum, tanquam aquam in circuitu Ierusalem, id est per omnem gyrum ecclesiæ, vtpote per to-
tum mundum, vbi Christiana viguit fides. Ecclesia nanque per vniuersum orbem diffunditur, & sæ-
pe imperatores Romani ordinauerunt & præceperunt, vt omnes Christiani trucidarentur vbicunq;
inuenirentur, quatenus nomen & memoria Christi omnino deficeret: & non erat qui sepeliret occi-
sos. Hoc nanque sub pœna mortis erat frequenter prohibitum, ne quis Christianos martyrizatos se-
C pelire præsumeret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, &c. Hoc secundum sensum præhabi-
tum dicit ecclesia, quilibetque fidelis in persona Christianorum, iuxta vel inter gentiles, hæreticos,
seu persecutores morantium, qui Christianos sæpe subsannant, præcipue dum in præliis præualent
eis. Effunde iram tuam in gentes, &c. Orat ecclesia inimicos suos diligens, pro punitione & deiectio-
ne aduersariorum suorum in præsenti seculo, ne pereant in futuro. Et innotescat in nationibus co-
ram oculis nostris, vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Orat ecclesia pro vltione sangui
nis martyrum, eo modo quo & in Apocalypsi habetur, Animæ interfectorum clamabant voce ma- Apoc.6.
gna, Vsquequo domine sanctus & verus, non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in ter-
ra? Vnde & Christus in Euangelio loquitur, Deus non faciet vindictam seruorum suorum clamantium Luc.18.
tium ad se die ac nocte? Dico vobis, quia cito faciet vindictam eorum. Intreat in conspectu tuo,
hoc est, exaudiatur à te gemitus compeditorum, qui propter iustitiam corporaliter ligantur & incar-
cerantur, vel vinculis diuinæ ac fraternę dilectionis constringuntur, in tantum vt etiam pro hostibus
& persequutoribus fideliter orent, teque omnipotentem deum ligare & prohibere dicantur, sicut tu-
ipse ad Mosen dicis, Cerno quod populus iste, scilicet filii Israel, duræ ceruicis sit, dimitte me, vt ira- Exod. 32
scatur furor meus contra eos, & deleam eos. Sed quid fecit Moses sanctus? Non acquieuit tibi, quin
potius ligatum te tenuit, dicens, Aut dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro
quem scripsisti. Libenter ô domine hoc modo vinctus teneris, vinculis sancti amoris. Tu enim es
amor, & nullus te ita ligat, nisi cuius tu mentem tam vehementer inflammas. Vel, gemitus compedi-
D torum, hoc est, seruorum tuorum mortalium, multis necessitudinibus humanæ corruptibilitatis, &
vinculis præsentis miseriæ, quotidianorúmque lapsuum miserabiliter vinctorum, atque in carcere
corporis huius gementium & cum Paulo clamantium, Infelix ego homo, quis me liberabit de cor- Rom.7.
pore mortis huius? Et rursus, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Secundum magnitudinem bra- Philip.1.
chii tui, posside, per indesinentem custodiam & gratiæ multiplicationem, filios mortificatorum, hoc
est, nos omnes, qui sumus filii spirituales Apostolorum & Martyrum ac reliquorum sanctorum pro
nomine tuo corporaliter occisorum, vel quotidie afflictorum, & in laboribus pœnitentiæ, exerci-
tiisque spiritualis vitæ incessabiliter interfectorum, quemadmodum ait Apostolus, Semper mortifi- 2.Co.4.
cationem Iesu in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mor-
tali. Postremo inducitur vox Ecclesiæ, domino regratiantis pro beneficiis eius. Nos autem popu- Act.11.
lus tuus, à te Christo Christianus vocatus, tuo sanguine liberatus, genus electum, regale sacerdo- 1.Pet.2.
tium, gens sancta, populus acquisitionis, qui fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & oues Apoc.1.
pascuæ tuæ, id est, qui sacramentis tuis reficimur, aqua sapientiæ à te potamur, pane vitæ ciba-
mur, gratia tua roboramur & crescimus, & tua gubernatione subsistimus, atque ad finem bea-
tum pertingimus, confitebimur tibi in seculum. Cætera ex præcedenti elucidatione clarissime elu-
cescunt. Decet autem nos psalmum hunc pro reparatione terræ sanctæ quotidie cum affectuosissi-
ma mente depromere, quia & hoc vere sanctũ est, & deo gratissimũ, pro hac tam pia intẽtione orare,

& si non exaudimur pro hoc,deus tamen qui nostrum desiderium approbat,in aliis copiosam nobis E
mercedem impendet.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXIX.

### ℂEXPOSITIO Tituli.

HAbet ioterea psalmus iam declarandus huoc titulum,Io finem pro his qui commutabuntur
testimonium Asaph pro Assyriis,id est psalmus præsens in Christum, qui est finis præce-
pti ac legis,oos erigens,est testimonium Asaph,hoc est,cõgregarionis fidelium, Christi in-
carnationem fideliter recipientium,est scriptus pro his qui commutabuntur, id est,ad instructionem
& vtilitatem eorum,qui toto corde cõuertuntur ad dominum,puta pro Assyriis,hoc est,vitam suam
coram deo recte dirigeotibus.Assyrii nanque dirigentes interpretantur. Noo enim sumitur hoc lo-
Thren.5. co nomen,Assyriis,pro populo illo,de quo in Threnis asserit Ieremias, AEgypto dedimus manum
4. Re.17 & Assyriis,de quo in libro Regum habetur.Psalmus iste secũdũ doctores catholicos de primo Chri-
sti aduentu,videlicet de incarnatione Saluatoris,ad literam scriptus est.Incarnatio autem Christi,sa
lus est totius mundi,seu omnium electorum qui voquam in mundo fuerant,existunt,& eruot. Voa
quoque est omnium fidelium ecclesia,eorum videlicet qui fuerunt ante legem,sub lege,& tẽpore gra F.
tiæ.Hæc autem ecclesia oomine vineæ designatur,quoniam deus eam colit, fœcundat,& regit. Sed
quoniam tempore legis Mosaicæ pene omnes declinabant ad idololatriam,idcirco pro tempore illo
per vineam domini designabatur syoagoga,seu congregatio Iudæornm. Tempore quoque euange-
Iohan.15 licæ legis per vineam domini intelligenda est Christianorum ecclesia,quoniam extra ecclesiã Chri-
sti oemo potest saluari,quemadmodũ ait Saluator,Si quis in me oon manserit, mittetur foras & are-
scet. Sancti igitur veteris testamenti,Christi incarnationem vehementissime desideraotes, dcum ora
bant vt vineam suam,quam sæpe per angelos sanctos & homines virtuosos visitauerat, per seipsum
Esa.52. visitare dignaretur appareodo in carne.Hoc nempe desiderare audebãt, quoniam deus eis hoc pro-
misit,quemadmodum apud Esaiam testatur, Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die il
Esa.33. la,quia egoipse qui loquebar ecce assum. Vode & iterum beatissimus Esaias prophetauit, Dominus
iudex noster,dominus legifer ooster,dominus rex noster,ipse veniet & saluabit nos. Per Zachariam
Zach.2. quoque ait,Lauda & lætare filia Sion,quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui.Itaque duo pri-
mi versus ad ecclesiam dei pertinent,quæ erat tempore legis scriptæ:qui tamen allegorice exponun-
tur de ecclesia dei,quæ est tempore gratiæ. Ait ergo.

### PRECATIO,

*Deus pater uirtutum, esto propitius dux itineris recti in conspectu populi,filij tui sanguine redempti:ut forti à te* G
*plantata radice Christianæ professionis impleat terram æternæ repromissionis.*

### ℂEXPOSITIO Psalmi.

Gen.37. QVI REGIS Israel] hoc est,tu deus qui gubernasti Iacob patriarcham,& po
pulum natum ex eo [INTENDE] hoc est, preces meas,& populi tui vota,mi
sericorditer intuere,[QVI deducis velut ouem Ioseph] hoc est,qui Ioseph io
innocentia & simplicitate sua custodisti,velut ouem electam ad tuũ ouile per-
tineotem.Vel,velut ouem,id est sicut pastor ouem suam ducit, custodit & alit.
Vel sic,qui deducis Ioseph, hoc est, populum Israel designatum per Ioseph,
quoniam ipse erat excellentior fratribus suis,eosque tempore famis saluauit.
Exod.13. Hunc populum deus deduxit per desertum,præcedeos eum per columnã nu-
bis in die,& per columnam ignis in oocte,potius autem per angelum sanctum,qui columnam nubis
Exo.23. & ignis mouebat.Vode dominus ait ad Mosen,Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, &
custodiat io via,& introducat ad locum quem paraui.In scripturis enim per Iacob & Israel intellige
Gen.25, re possumus, vel personam illam filium Isaac,qui dictus est Iacob & Israel.Similiter quoq; per Io-
32. seph interdum accipimus filium Iacob,qui Ioseph vocatus est. Aliquando autem populum ex semi-
Gene.30 ne Ioseph ortum.Quandoque vero totum populum Israeliticum. ℂ (2) QVI sedes super Che-
rubim] id est,qui omnem altitudioem creatæ scientiæ superexcedis, & io angelicis illis spiritibus, H
Cherubim nuncuparis,resides,eos excellenter illuminando [MANIFESTARE] id est,euidenter
teipsum oobis ostende, descendendo ad oos, & nobis visibiliter apparendo,manifestare (inquam)
[CORAM Ephraim,Beniamin,& Manasse]hoc est,coram omni populo fideli,per has tribus signi-
ficato.Per Ephraim nanque qui interpretatur fructificatio, intelliguntur hi qui dignos pœnitentiæ
Marc.1. fructus & opera sancta producunt.Per Beniamin quoque qui filius dextræ dicitur, iotelligendi sunt
illi,qui deo per operationem iustitiæ fortiter feliciterq; cohærent.Per Manassen vero qui obliuio di
citur,designantur qui propter diuinorum amorem,terrenorum atque carnalium omnium obliuiscũ-
tur.Qui autem huiusmodi sunt,digni & apti sunt,vt deus eis appareat.Tales vero vtique extiterunt
patres antiqui,qui Christi aduentum tam inhianter optabant. Sciebant enim quia beati oculi qui vi
derent.Et de eis Christus dixit discipulis suis,Multi reges & prophetę voluerũt videre quę vos vide
Matt.14. tis,& audire quæ vos auditis.Moraliter,per Israel designatur ecclesia,deum per fidẽ conspiciens,quã
deus nunc specialiter regit,dirigendo eã ad vitam æternam,quemadmodũ olim specialiter rexit syna
gogam,tanquam populum peculiarem. Per Ioseph quoque qui interpretatur augmentum, intelli-

A guntur fideles ex gentilitate ad Christum conuersi,& primitiuæ ecclesię ex Iudæis collectæ adaucti, quia hi duo populi in Christo lapide angulari vniuntur,sicut duo parietes, constituúntque vnam ecclesiam.Hunc autem populum deus deducit in huius mundi exilio per viam mandatorum suorũ, illuminans eum per euangelicam apostolicámque doctrinam,per inspirationem occultam, per aliorum informationem. Vnde apud Esaiam habetur,Hæc dicit dominus redemptor tuus, Ego deus tuus,docens te vtilia,gubernans te in via qua ambulas.Sed quia non sufficit ardentissimo amatori semel aut bis diuinam inuocasse præsentiam,ideo rursus petit quod ante petiuit,scilicet Christi aduentum,dicendo. ¶ (3) EXCITA ] tu domine deus vnigenite dei [ POTENTIAM tuam]quæ quasi obdormisse videtur dum electos tuos non liberas,præsertim dum sanctos patres in limbo inferni dereliquisti,& vniuersum pene mundum per idololatriam aliosq́ue diuersos errores permisisti seduci,atque diabolicæ dominationi miserabiliter subiugari . Excita ergo,id est exerce,in actum extende, declara potentiam tuam,qua potes fortem armatum,id est diabolum ligare,& vasa eius diripere,id est, peccatores saluare:[ET veni] non per legatum,sed in propria persona per carnem assumptam [VT saluos facias nos] à reatu originalis peccati, imo ab omni peccato mortali & veniali, & à potestate diaboli.Ob hæc enim Christus aduenit,quemadmodum Iohannes dicit, In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli.Potest etiam quilibet nostrũ pro seipso quotidie ista orare,videlicet vt dominus per gratiæ infusionem seu spiritualẽ aduentum ad ipsum descendat:sicut Saluator de seipso & deo patre loquens,Ad eum(inquit)veniemus,& mansione apud eum faciemus. ¶ (4) DEVS cõuerte nos] hoc est,corda nostra tuo aduentui præpara,à rebus caducis & vanis auerte,tibi incommutabili bono fac inhærere [ET ostende faciem tuam] hoc est,teipsũm nobis manifesta, apparendo in forma visibili . Vel,ostende faciem tuam,hoc est,placatus respice nos,& ne nobis tuis famulis indigneris. Vel,ostende faciem tuam,post hanc vitam,quatenus videamus te in patria facie ad faciẽ, hoc est,sicuti es,atque per speciem,quemadmodum in prima sua canonica ait Iohannes, Nunc filii dei sumus,& nondum apparuit quid erimus.Scimus,quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Itaq;,ostende nobis statim post egressum à corpore,faciem tuam,hoc est,essentiam tuam,vt simus sicut angeli dei,de quibus scriptum est, Angeli in cælis semper vident faciem patris.Huius faciei ostensionem concupiuit Moses dicens,Si inueni gratiam in conspectu tuo,ostende mihi faciem tuam.Si autem sic feceris domine, [ET salui erimus] in præsenti vita à culpa, & in futuro à pœna:erimus quoque salui,hoc est,beati,nunc in spe & inchoatiue,post vero in re & completiue. ¶ (5) DOMINE deus virtutum] hoc est,dator & conseruator omnium potestatum,sine quo nil valet omnis natura creata . Vel,deus virtutum,hoc est,angelorum sanctorum, qui omnes dici solent virtutes,de quibus & Christus testatur, Virtutes cælorum mouebuntur [QVOVSQVE irasceris super orationem serui tui?] hoc est,quam diu precem famuli tui repelles exaudireq́ue differes?Et quousque. ¶ (6) CIBABIS nos pane lachrymarum] hoc est,doloribus & erumnis nos implebis aut impleri permittes,sicut impletur quis cibo ? Et quam diu [POTVM dabis nobis in lachrymis] id est,potu lachrymarum nos implebis,sicut de pane prætactum est [IN mensura]iustitiæ tuæ,id est,tam vehementer sicut meruimus, scilicet secundum exigentiam culparum nostrarum non relaxando tormentum,quemadmodum testatus es . Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum . Vel,in mensura,id est,secundum nostram possibilitatem,videlicet quantum ferre nos posse cognoscis.Non enim permittis nos tentari supra id quod possumus ferre,sed facis cum tentatione prouẽtum. Est autem quidam panis & potus lachrymarum valde desiderabilis & salubris,sicut sunt lachrymæ prodeuntes ex pœnitentia pro peccatis, ex charitate diuina,pro desiderio regni cælestis,ex dilectione proximi,ex compassione infirmitatis ipsius , & hic cibus veraciter animam reficit ipsius , indulgentiam obtinet,gratiámque acquirit. ¶ (7) POSVISTI nos in contradictionem vicinis nostris] hoc est,tantum opprobrium atque miseriam nos venire & cadere permisisti,quòd hostes nostri nobis loco propinqui audenter contradicunt nobis [ET inimici nostri subsannauerunt nos] quasi inaniter deum coleremus . Hoc modo synagoga reprobatur & subsannabatur à Babyloniis tempore transmigrationis,& post reditum ad terram Iudeæ à Samaritanis,secundum quod in libro Esdræ frequenter habetur,Factum est(inquit) cum audisset Sanaballath quod ædificaremus murum,iratus est valde & subsannauit Iudæos. Sed & Tobias proximus eius dixit,ædificent . Si ascenderit vulpes,transiliet murum eorum . Primitiua quoque ecclesia Christi,multiplicem contradictionem sustinuit . Primo à Iudæis,vt patet in Actibus Apostolorum, deinde per totum mundum à paganis , vt scribitur in legendis sanctorum . Pro huius contradictionis & subsannationis amotione orat,Ierem.Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum,neq; facias nobis contumeliam . Veruntamen Paulus hanc contradictionem & subsannationem non timuit,cui Athenienses philosophi dixerunt,Quid vult seminiuerbius hic dicere? nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse . Nihilominus propter duas causas potest homo perfectus deum orare,pro ablatione subsannationis & contradictionis huiusmodi . Primo propter periculum infirmorum , ne in aduersis frangantur . Secundo propter charitatem aduersariorum , quorum errori condolere debemus ex vera charitate ne pereant:& ita possumus desiderare vt cessent nos persequi , ne deum offendant , & damnationem incurrant. ¶ (8) DEVS virtutum conuerte nos.] Non enim sine gratia tua præuenienti conuerti valemus , quemadmodum à Ieremia dicitur , Conuerte nos domine ad te , & conuertemur . Vnde & iterum flagitat Ieremias,Conuerte me domine,& conuertar . Postquam enim conuertisti me,egi pœnitentiam[ET ostende faciem tuam] nunc per fidẽ & gratiã,in futuro quoq; per speciẽ & gloriã[ET salui erimus]ex quo clarissime cõstat, quod salus seu

Marginal references: Esa.48. Matth.12. Marc.3. Lucæ.11. 1.Iohã.3. B Iohã.14. 1.Co.13. 1.Iohã.3. Matt.18. Exo.33. C Luc.21. Apoc.12. 1.Co.10. D Ibidem. Act.8. Iere.14. Act.17. Thren.5. Iere.31.

Iohan.17 beatitudo noſtra, in oſtẽſione ſeu viſione diuini vultus cõſiſtit, videlicet in actu intellectus. Vnde Sal E
Iohã.14. uator ait, Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcant te verum deum. Denique Chriſtus promittit faciei ſuę
oſtenſionem pro præmio, dicens, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ma-
nifeſtabo ei meipſum. Propter quod Auguſtinus, Viſio (inquit) eſt tota merces. Nõ ergo (vt aliqui pu
tant) beatitudo in actu voluntatis eſſentialiter ſita eſt. ℂ (9) VINEAM de AEgypto trãſtuliſti.]
hoc eſt, ſynagogam ſeu populum Iudæorum de terra AEgyptiorum eduxiſti, atque per modũ agri-
colæ eam in alia terra tranſplãtaſti, videlicet in terra promiſsionis. Dicitur autem ſynagoga vinea,
quoniam deus diligenter eam excoluit, purgauit, fœcundauit, & in cellam ſuam vinariam introduxit,
Can.1. vt habetur in Canticis, Propter quod apud Eſaiam aſſeritur, Vinea domini exercituum domus Iſrael
Eſa.9. eſt, & vir Iuda germen delectabile eius [EIECISTI gentes] Chananæorum de terra promiſsionis
Ioſue.1. [ET plantaſti eam] hoc eſt, populum Iudæorum in terra hac firmiter collocaſti, & ſine vllo panore
habitare feciſti. ℂ (10) DVX itineris fuiſti in conſpectu eius] hoc eſt, populum Hebræorũ in via
Exod.13. duxiſti de AEgypto vſque in terram eis promiſſam, præcedendo eos per angelum ſanctum, & co-
lumnam ignis ac nubis, quemadmodum pauloante plenius dictum eſt [ET plãtaſti radices eius] hoc
eſt, genitores ſeu patres, duces ac principales populi huius fortiter roboraſti in anima, ſtabiliterq; lo-
caſti in terra prædicta [ET impleuit terram] hoc eſt, populus iſte multiplicatus eſt longe ac late, &
per totam terram promiſsionis diffuſus. Quanta enim fuerat multitudo populi huius tempore Da- F
1.Par.21. uid, ſcriptum eſt, primo Paralipomenon, Dedit Ioab numerum populi Dauid, & inuentus eſt
omnis Iſrael mille milia, & centum milia virorum. De Iuda autem trecenta ſeptuaginta milia: nam
Leui & Beniamin non numerauit, eo quod inuitus exequeretur imperium regis. Ecce quomodo po-
Nnm.1. pulus iſte terram impleuit. Nam quando poſt egreſsionem de terra AEgypti primo à Moſe nume-
rabantur, erant circa ſexcenta milia tantum, & tempore Dauid erant fortaſſe in triplo plures.
ℂ (11) OPERVIT montes vmbra eius] hoc eſt, vinea iſta tam àlte excreuit, quod vmbra eius mũ
tes operuit, quia tam ſublimes perſonæ ex populo iſto nati fuerunt, videlicet reges, prophetæ, Naza-
rei, ſacerdotes & iudices, quorum vmbra, hoc eſt, gratia in hac vita conceſſa, quę gratia vmbra eſt re-
ſpectu gratiæ quæ habetur in patria, operuit, id eſt vehementer tranſcendit atque exceſsit mõtes, hoc
Deut.4. eſt, ſublimes perſonas aliarum nationum & omnium gentium. Vnde Moſes, Non eſt (inquit) alia na-
tio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt dominus noſter cunctis obſecra-
Ibidem. tionibus noſtris. Et denuo, Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias iuſtaque iudicia, &
vniuerſam legem ſicut populus Iſrael? Per vmbram quoque intelligi poſſunt cærimoniæ veteris le-
gis, quæ erant obſcuræ figuræ non euidentes ſimilitudines futurorum bonorum: iuxta illud Apoſto-
Hebr.10. li, Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Quemadmodum enim
Diony. Dionyſius docet, ſtatus Chriſtianæ religionis, medio modo ſe habet inter ſtatum veteris teſtamenti
& ſtatum beatorum in patria, ideo quæ in nouo teſtamento geruntur ſunt euidentes ſimilitudines fu G
turorum cæleſtiumque bonorum, hoc eſt, ſtatus patriæ & eorum quæ illic geruntur: ſed quæ in vete-
ri teſtamento fiebant, erant remotæ atque obſcuræ figuræ futurorũ bonorum. Eſt igitur ſenſus, Ope-
ruit montes vmbra eius, hoc eſt, lex cærimonialium præceptorum atque figuræ veteris teſtamenti
operuit noſtro intellectui, id eſt, obſcuros & ad intelligendum difficiles reddidit mõtes, hoc eſt, pro-
phetas, qui propter gratiæ excellentiam montes dicuntur. Obſcure enim & quaſi in vmbra loquun-
tur [ET arbuſta eius cedros dei.] Arbuſta ſunt quæ iuxta arborem naſci ſolent, per quæ hoc loco
intelliguntur augmenta ſeu excrementa vineæ, videlicet poſteri patriarcharum patrumque filii, quo-
rum adoptionis gratiæ atque imperii dignitas tanta fuit, vt cedros dei, hoc eſt, excellentes valde per-
ſonas excellant. Ex patriarchis enim & populo ex AEgypto tranſlato, orti ſunt ſanctiſsimi & ma-
ximi reges, prophetæ, ſacerdotes, & alii multi altiſsimæ gratiæ homines. Qui autem vineam iſtam
omnino ad literam vellet exponere, hunc quoque verſiculum poſſet corporaliter explanare. Ope-
ruit montes vmbra eius, hoc eſt, ædificia, turres, domus & muri populi Iudæorum tam alte erant cõ-
ſtructa, quod propter eorum ſublimitatem montes terræ Iſrael, quæ montoſa eſt, radiis ſolis priua-
bantur, ſicque vmbram patiebantur. Prope Ieruſalem in gyro montes fuerunt, quos certum eſt ſo-
le oriente vmbram ſuſtinuiſſe ad tempus, ex vno latere vrbis, propter altitudinem ædificiorum ipſi⁹.
1.Par.17. Vnde de Ioſaphat dicitur, quod ædificauit in Ieruſalem domos in modum turrium altas: & arbuſta
eius, hoc eſt, tuguria iuxta ædificia ſita, vel arborum excrementa operuerunt propter ſuam altitudi-
nem cedros dei, hoc eſt, cedros terræ promiſsionis, quæ dicuntur cedri dei, quia fuerunt cedri ter- H
ræ diuinitus prælectæ. Deſcripta altitudine vineæ huius, deſcribitur latitudo ipſius dum ſubditur.
ℂ (12) EXTENDIT palmites ſuos vſque ad mare] id eſt, vinea ſeu populus Iudæorum filios
Ioſ.13,14 genuit, quorum habitatio protenſa eſt vſque ad mare mediterraneum extendit, [ET propagines.]
Ioſ.15,16 hoc eſt, generationes ſuas, [VSQVE ad flumen] magnum Eufraten, & ita poſſederunt filii Iſrael
omnem terram ſibi promiſſam, multiplicatique ſunt in ea à termino vno vſque ad terminum alium.
Ioſ.17,18 Cum ergo ô domine tanta bona pręſtiteris olim vineę huic. ℂ (13) VT QVID] poſtmodum
[DESTRVXISTI] hoc eſt, abſtuliſti [MACERIAM eius] hoc eſt, ſepem, parietẽ, ſeu protectio-
nem, ſubtrahendo ei tuum auxilium angelicámque defenſionem, quibus deſtituta in idololatriam, &
alia multa facinora lapſa eſt, promeruitque quod ſequitur [ET vindemiant] hoc eſt, vaſtant, concul-
cant & deſtruunt [EAM omnes qui prętergrediuntur viam] id eſt, omnes nationes gentilium, in cir-
Eſa.5. cũitu eius & procul manentes? Porro hoc modo deſtructurum ſe eſſe maceriam vineę huius per
Ierem.12 Eſaiam dominus prędixit, Oſtendam (inquiens) vobis quid faciam vineę meę. Auferam ſe-
1.Mac.2. pem eius, & erit in conculcationem. Quod & factum oſtendit apud Ieremiam, Paſtores multi de-

A moliti sunt vineam meã. Vnde & in primo libro Machabæorum inducitur, Quæ gens non hæreditauit regnũ eius,& non obtinuit spolia eius? ¶ (14) EXTERMINAVIT eã aper de sylua,& singularis ferus depastus est eam] Quidam Cassiodorum imitantes per aprũ intelligũt Vespasianũ,per singularem vero ferũ filiũ eius Titum,sed nõ videtur. Nam populus Iudæorum tempore deuastationis suæ sibi à Vespasiano & Tito inductæ,nullomodo erat vinea domini,quia nec deus coluit eã per gratiam,nec ipsa coluit deum per fidem,sed erat populus ille pro tunc sicut & nunc omnino infidelis & reprobus,habuitq; veritatem in eis quod ait Iohannes in Apocal. Dicunt se Iudæos esse & nõ sunt,sed sunt synagoga Satanæ. Aptius ergo per aprum & singularem ferum accipimus eundẽ tyrãnum.siue ille dicatur fuisse Nabuchodonosor,siue Antiochus. Horum nãq; vterque exterminauit.i. extra proprios terminos posuit populum istum ædificia eius destruendo,& habitatores transferẽdo seu effugando,sicut de Iuda Machabæo,& fratribus eius legitur,ꝙ inter feras in desertis locis morabantur:& hic singularis ferus depastus est vineam istam,populum hunc terribiliter trucidãdo. Iudæi autem in sua perfidia indurati,per aprum singularemq; ferum intelligunt Titum seu Vespasianum. Hæc vero quæ de synagoga sub nomine vineæ dicta sunt,de ecclesia Christi mystice accipi possunt hoc modo, Vineam,hoc est,militantem ecclesiam seu populum Christianum de AEgypto.i.de seculo isto tenebroso,transtulisti,in regnum Christi, vt essent Christiani tui hæredes & Christi cohæredes. Propter quod ait Apostolus, Deus eripuit nos de præsenti seculo nequam,& trãstulit nos in regnum filii dilectionis suæ:eiecisti gentes,hoc est,gentiles commutasti in melius, conuertẽdo eos ad fidem,& conuerti nolentes fecisti deficere. & plantasti eam,id est,populum Christianum habitare fecisti in locis & terris,in quibus gentiles olim morati sunt. Vel,plantasti eam in Christo per fidem & charitatem. Dux itineris fuisti in conspectu eius,quia Apostolos per totum mundum duxisti, & oẽs electos per gratiam ad teipsum omnium rerum vltimum finem perducis,quemadmodũ protestaris. Ego sum via,veritas,& vita. Nemo venit ad patrem,nisi per me. Et iterum, Non relinquam vos orphanos,vado & venio ad vos:& plantasti radices eius,id est,primos ecclesię principes aliorũ vtique spirituales genitores,videlicet Apostolos & eorũ præcipue sectatores,vt erant Dionysius, Polycarpus,Ignatius in Christo incõcusse corroborasti,ita vt possent ipsi alios in Christo fundare, sicut fundatur palmes in vite. Nã & Christus ait, Ego sum vitis vera,vos palmites,& impleuit terrã,quia ecclesia per vniuersum orbem diffusa est. Vnde scriptũ est in Esaia, Florebit & germinabit Israel,& implebunt faciem orbis semine. Quod exponi non potest de carnali generatione & multiplicatione Iudæorum,sed de spirituali generatione apostolorum ex populo Israel prodeuntium & multiplicatione fidelium,qui sunt semen Apostolorum. Operuit montes vmbra eius,id est,electio Christianorum omnem altitudinem gratiæ aliis datæ excessit. Nam & Apostoli secure præferuntur prophetis,& ecclesia synagogæ:& arbusta eius cedros dei,quoniam gratia maior effusa est in communem populum Christianum,quàm olim in homines dei sublimes. Extendit,ecclesia,palmites suos, id est filios suos, vsque ad mare,occidentale à mari orientali,quemadmodum de Christo alibi habetur. Potestas eius à mari vsque ad mare & vsque ad flumen,id est,fontem baptismi extendit,propagines suas,quoniam quotquot gignit ecclesia,omnes intingit baptismatis aqua,sicut Saluator præcepit apostolis. Docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris,& filii,& spiritus sancti. Propter quod Petrus propagini quam in exordio suæ prædicationis in Christo produxit,dixisse scribitur, Baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Christi,in remissionem peccatorum. Vt quid destruxisti maceriam eius? hoc est, cur permisisti ecclesiam ita deficere,tuo auxilio ei subtracto? & vindemiant eam,id est,spiritualibus bonis eam spoliant omnes qui prætergrediuntur viam,hoc est,qui mandatorum tuorũ semitas transgrediuntur,videlicet dæmones,hominésque peruersi. Exterminauit eam aper de sylua,id est, Machomet Sarracenorum legislator,cuius populus ecclesiam Ierosolymorum subuertit,& singularis ferus depastus est eam. Per hunc singularem ferum intelligi potest,ipse Machomet, seu quilibet crudelis tyrannus,aut hæresiarcha. ¶ (15) DEVS virtutum conuertere] id est,teipsum ad nos clementer conuerte,quemadmodum alibi testatus es. Conuertimini ad me,& conuertar ad vos [RESPICE de cælo] oculo pietatis tuæ immensæ [ET vide] indigentiam nostrã [ET visita] in propria persona [VINEAM istam] id est,ecclesiam tuam,visita quoque corda humana quotidie per gratiæ infusionem,& spiritualium bonorum augmentum. ¶ (16) ET perfice eam] scilicet ecclesiam,dando ei spiritualem profectum & euangelica consilia,quibus perficiuntur præcepta [QVAM plantauit] in fide & indiuidua charitate [DEXTERA tua] id est,misericordia tua,seu potentia tua benigna. Christus enim stabiliuit ecclesiam suam in terra,specialiter autẽ vide [ET super filium] hoc est, Christum qui seipsum in Euangelio sæpe appellat hominis filium,in cuius figura Ezechiel tam frequenter dictus est filius hominis [QVEM] Christum [CONFIRMASTI tibi] hoc est,inseparabiliter tuæ diuinitati coniunxisti,tam secundum vnionem personalem,quam secundum vnionẽ fruitiuã: & ita Christus homo peccare non potuit,nec aliquo modo separari à deo. Nam & in triduo mortis corpus eius & anima verbo mansẽrũt vnita. Vel,super filium tuum dilectum dominum Iesum,quem confirmasti tibi,id est,quem firmiter testatus es esse filium tuum,confirmando eum tibi in conspectu hominum,dicendo ad eum tam in baptismo quàm in monte sancto, Hic est filius meus charissimus, in quo mihi complacuit. Si autem sic feceris. ¶ (17) INCENSA igni] id est,peccata ex igne cõcupiscentiæ seu flamma inordinati amoris commissa [ET suffossa] id est,peccata ex timore malo, deprimente & humiliante prouenientia [AB increpatione vultus tui peribunt] id est,in peccatore pœnitente cessabunt per increpationem tui respectus, dum hominem paternaliter increpas corrigendoque respicis,illuminas,& conuertis. In his vero qui in vitiis perseuerant, peribunt ista pec-

Apoc. 2 3
2. Mac. 5.
B Galat. 1.
Iohã. 14.
Ibidem.
Iohã. 15.
Esa. 27.
C
Zach. 9.
Matt. 28.
Act. 5.
D
Matth. 8.
Marc. 9.
Lucæ. 6.
Mar. 3, 17
Marc. 1.
Luc. 3, 9.

cata.i.æternaliter damnabuntur ab increpatione vultus tui.i.à rigore tuæ diuinæ iustitiæ,quãdo pec- E
Matt.25. catoribus dices,Ite maledicti in ignem æternum. Sciendum vero,quod ficut omnia opera meritoria
veniunt ex bono amore,aut bono timore,ſic omnia opera mala naſcũtur,aut ex malo amore,aut ma
lo timore.Timor autem ad amorem ſicut ad cauſam atq; radicẽ reducitur.Nõ enim timemus,niſi cu-
ius oppoſitum amamus,idcirco omnia opera bona originaliter ex amore diuino procedunt.Nam ſi-
ne charitate nihil eſt m ..itorium,omnia quoq; mala ex inordinato amore naſcũtur. ❡(18) FIAT
manus tua] id eſt,diuinitatis tuæ potẽtia ô deus pater [SVPER virũ dexteræ tuæ] id eſt,ſuper Chri
ſtum hominem,ita quod tua diuinitas,eius humanitati in omnibus cooperetur,& per eã noſtram ſa-
lutem finaliter operetur,ſecundum quod ipſe Chriſtus ait,Pater in me manens ipſe facit opera [ET
Iohã.14. ſuper filium hominis] id eſt,Chriſtum filium deiferæ virginis [QVEM confirmaſti tibi] ſecundum
modum expoſitum,ſecunda pars exponit priorem. Dicitur autem Chriſtus vir dexteræ dei.Primo,
quoniam fauor,amor,gratia,& miſericordia,& felix dei præſentia in omnibus,plene eius humanita-
Iohan.1. tem præuenit,impleuit,& beatificauit:prout ſcriptũ eſt,Vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnige-
niti à patre,plenũ gratiæ & veritatis.Secundo,quoniam ſecundum diuinitatem æqualis eſt patri,quę
æqualitas nomine dextræ deſignatur.Tertio,quoniam ſedet ad dexteram dei patris. Iuxta illud,Do-
Mar.16. minus Ieſus aſſumptus eſt in cælum,& ſedet à dextris dei. ❡(19) ET non diſcedimus à te] .i.non
ceſſamus clamare ad te,& inuocare præſentiam Chriſti:idcirco fiducialiter dico,quia [VIVIFICA- F
BIS nos] vita gratiæ in præſenti,& vita gloriæ in futuro,per meritum incarnationis & paſsionis do
Eſa.49. mini ſaluatoris. Tu enim per Eſaiam tuum dixiſti, Ego dominus,ſuper quo non confundentur oẽs
qui expectant eum [ET nomen tuum inuocabimus] donec æternam beatitudinem impetremus.Nõ
Iob.13. ergo diſcedamus à deo,ſi differat exaudire,dicamus cum Iob,Etiam ſi occiderit me,in ipſo ſperabo.
❡(20) DOMINE deus virtutũ conuerte nos,&c.] Ecce iam trina vice verſum hunc repetit,quo-
niam in ſummæ trinitatis viſione noſtra ſalus conſiſtit. Et item ad deſignandum effectus ſui feruorẽ
huiusq; verſiculi vtilitatem,dulcedinem,& virtutem.Eſt enim hic verſus admirabili poteſtate refer-
tus;quia in eo petitur,quod ad noſtram ſaluationem requiritur,etiam eo ordine, quo petendum eſt.
Primo enim à deo cõuertimur,quia ab eo eſt omnis boni principium. Deinde diuinitus illuſtramur,
& ita deinceps ſalui efficimur.Explicari non poteſt quãta ſit virtus,dignatas,atq; ſententia huius ver
ſus.In eo nanq; quod dicitur,Domine deus virtutum,tangitur diuina maieſtas, quæ eſt omniũ pote-
ſtatũ fontana origo:excitaturq; anima noſtra ad reuerentialem tanti dominatoris timorem, de quo à
Iere.10. Ieremia ſcriptum eſt,Magnus es tu,& magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te,ô
rex gentium?In eo quoque quod additur,conuerte nos, profitemur totam noſtram perfectionem &
ſalutem à deo penitus depẽdere inchoatiue,proſequutiue,& completiue,in tantum,vt ipſa primor-
3.Re.8. dialis noſtra conuerſio ſit dei largitio,quod Salomon innuens,ſic orat,Sit dominus deus noſter no-
biſcum,& inclinet corda noſtra poſt ſe,vt ambulemus in omnibus viis eius. Quod autem proſequu G
1.Par.29. tio ſeu continuatio boni,ſit donum altiſsimi Dauid alio loco profeſſus eſt,dicens, Domine deus cu-
ſtodi inæternum hanc voluntatem eorum,& ſemper in veneratione tui mens iſta permaneat. In eo
autem quod ſequitur [OSTENDE faciem tuam] accenditur,& certe merito incomparabili flamma
amoris æſtuare debet in nobis diuina dilectio.Quid enim tam bonum,quid tam amabile,dulce,pul-
chrum,ſalubre,iucundum,& nobile,ſicut videre faciem dei? O facies pulchra,ô pulchritudo immen
ſa,ô felicitas infinita.Promittitur nobis aſpectus faciei creatoris noſtri: ſed quis eã videre dignus ha-
Matth.5. bebitur,niſi cuius anima fuerit ab omni immunditia depurata? Propterea, Beati mundo corde,quo-
diam ipſi deum videbunt.Ecce ſi deum diligimus,affectuoſe dicamus,oſtende faciem tuam, & tanto
affectuoſius,quanto frequentius.Non enim decet nos ex frequenti iteratione & longa conſuetudine,
in bono tepeſcere,priſtinam ſolicitudinem perdere,aut remiſſius agere. Qui enim opus dei non ne-
gligenter,ſed reuerenter exoluit,quotidie in gratia creſcit,ſicq; de die in diẽ diuinum obſequiũ per-
fectius ſoluit.Indeſinenter igitur dominum deprecemur,vt faciem ſuam nobis oſtendat, nunc quidẽ
per fidem illuminatam,& gratiæ claritatem,contemplationemq; quotidie ſynceriorem, in futuro au
tem per ſpeciem & gloriæ lumen.Tanto demum faciem dei clarius iucundiusque conſpiciemus in
præſenti exilio,futuroq; ſeculo,quanto nunc affectuoſius exoramus hũc verſum,qui veraciter inæſti
mabili dulcedine ſuperexuberat.Sed & totus hic Pſalmus præclarus eſt nimis,& liquet in eo quã ve-
hementiſsimo deſiderio veteres ſancti,Chriſti aduentum optabant,& turpe eſt nobis, ſi eius incar-
nationem iam factam,minori dilectionis feruore amplectimur,quàm illi futuri deſiderabant. H

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXX.

### ❡EXPOSITIO Tituli.

EST autem Pſalmi iam perſcrutandi titulus iſte,In finem pro torcularibus quinta ſabbati Pſal mus ipſi Aſaph.Titulus hic magis pertinere videtur ad myſticã,quàm ad literalẽ Pſalmi præſentis explanationem,præſertim cum multa habeantur verba in eo, quæ nec in Hebræo ponũtur,nec in titulo Hieron.iuxta Hebræum.Idcirco in ſequenti explanatione,in qua Pſalmus iſte ſpiritualiter exponetur,præinductus quoq; titulus correſpõdẽter explanabitur.Porro Hierony.in trãslatione ſua iuxta Hebræum talẽ titulum ponit.Victori in torcularibus Aſaph. Pro cuius intellectu habendo,penſandum,quod Pſalmus iſte ſpecialiter erat decãtandus in feſto tubarum,quod fuit primo die Septembris,circa quod tempus ſolent eſſe completæ vindemiæ in terra promiſsionis, quoniam

A calida eſt, idcirco tunc fiebant libamina ſacrificiorum in templo : & ergo hic Pſalmus titulum ſorti-
tur à torcularibus, vnde vina exprimuntur, quia in eo redditur deo gratiarum actio pro fructibus an-
ni collectis. Ait ergo.

PRECATIO,

*Fac domine populum tuum uocem tuam audire, dilata os noſtrum, & imple illud laude gratiæ tuæ, ut in tribulatione præſentis uitæ te inuocantes nos exaudias, & ab omni impetu inimicorum ac tempeſtatis æternæ ſubducas.*

¶ ENARRATIO Pſalmi iuxta ſenſum literalem.

EXVLTATE deo adiutori noſtro] id eſt, ad gloriam & honorem ac laudem
dei, nos in omni bono adiuuãtis per gratiam ſuam, tam cordialiter ac vehemen
ter gaudete in eo, vt ex abundantia interioris lætitiæ, foris erumpant ſigna gau
dii interioris. Dicitur enim exultatio quaſi extra ſe ſaltatio, puta dum ex pleni-
tudine gloriæ interioris, extra manifeſtantur eius iudicia [IVBILATE deo Ia
cob] id eſt, ineffabiliter intus gaudete, & foris affectuoſiſsima laude deo canta-
te. Eſt enim iubilus gaudium animi, quod præ vehementi exceſſu, nec integre
valet explicari, nec in toto taceri. Dicitur autem deus vniuerſorum, ſpecialiter Baruch.3
B deus Iacob, propter excellentiſsimam gratiam ſibi collatam. Vnde de deo ait ſcriptura, Dedit viam
diſciplinæ Iacob puero ſuo. ¶ (2) SVMITE pſalmum] vt cum deo deuote cantetis [ET date tym-
panum] hoc eſt, non tantum voce, ſed etiam muſico inſtrumento deum laudate, & ſimul cum ſono
tympani pſalmos vocibus decantetis. Solebant enim Hebræi in inſtrumẽtis muſicalibus pſalmos can
tare, ſicut nunc in organis cantat eccleſia. Sic quoque date [PSALTERIVM iucundum cum citha- 1.Para.13
ra] laudando deum in talibus inſtrumentis, ſecundum quod Dauid inſtituit. ¶ (3) BVCCINATE Num.10.
in neomeniam] id eſt, in die nouilunii [TVBA] ad buccinandum formata, quoniam Moſes iuſsit fie- 3.Eſdr.3.
ri tubam ad hoc. Iudæi autem in omnibus nouiluniis egerant feſtum in memoriam gubernationis di
uinæ. In nouilunio vero ſeptimi menſis communiter occurrebat feſtum tubarum, apud Hebræos val
de ſolenne in memoriã redẽptionis Iſaac ab immolatione, prout in Leuit. legitur. Idcirco nunc ſub- Leuit.23
ditur [IN inſigni die ſolennitatis veſtræ]. i. in ſolẽni feſto tubarũ. Cur autẽ hæc agere debeant, pãdit.
¶ (4) QVIA præceptũ in Iſrael eſt] qm̃ dñs iuſsit ſic fieri in populo Iſraelitico, ſicut habetur in Num.29
lib. Num. [ET iudiciũ deo Iacob]. i. iſtud mandatũ eſt à deo Iacob, qui hoc iuſtũ eſſe dictauit. Vel ſic,
iudiciũ deo Iacob. i. iudiciũ dãnationis erit Iacob. i. populo ex Iacob nato à deo omniũ iuſto iudice,
ſi populus iſte omiſerit iſtud præceptũ implere. ¶ (5) TESTIMONIVM in Ioſeph poſuit illud]
id eſt, deus iſtud præceptum cum atteſtatione proprii teſtimonii propoſuit Ioſeph. i. populo Iudæo-
C rum per Ioſeph deſignato, propter hoc quod Iacob primogenita cõtulit ei, & ipſe aliis fratribus ſuis
ſanctior atque ſublimior fuit. [CVM exiret] Ioſeph, id eſt, populus Iudæorum, [DE terra AEgypti] 1.Para.5.
per manum Moſi, [LINGVAM quam non nouerat audiuit] id eſt, legem diuinam à deo per Moſen Exod.12.
ſumpſit, quam ante neſciuit. Vel hoc ideo dicitur, quoniã populus Iudæorũ cum acceſsiſſet ad mon-
tem Sinai, audiuit deum, vel potius angelum dei ſibi loquentem de medio ignis, propter quod territi Exod.20
dixerunt ad Moſen, Nõ loquatur nobis deus, ne forte moriamur: ſed loquere tu nobis. Propter quod Deuter.5
Moſes, Ecce, inquit, oſtendit nobis dominus deus noſter maieſtatem ſuã, & probauimus hodie, quod
loquente deo cum homine vixerit homo, vocem eius audiuimus de medio ignis. Vel quod dicit, lin-
guam quam non nouerat audiuit, forſitan ideo dicit, quoniam filii Iſrael in AEgypto nati & educa-
ti, cum veniſſent ad terras Amorræorum, Madianitarum, Moabitarum, Idumæorũ, &c. linguas igno-
tas audierant. ¶ (6) DIVERTIT ab oneribus dorſum eius] hoc eſt, deus populum Iudæorum eri
puit, à deportatione onerum, quæ portabant in terra AEgypti ex imperio Pharaonis cõſtruentes ei
ciuitates tabernaculorum, vt patet in Exodo [MANVS eius in cophino ſeruierunt] Nam filii Iſrael Exod.1.
in ſportis collegerunt & detulerunt lateres, ſeu alia quæque neceſſaria ad ſtructuram. Deinde mutat
propheta perſonam loquiturq; in perſona dei, ſubdens. ¶ (7) IN tribulatione inuocaſti me] id eſt,
ò popule Iudæorum dum in AEgypto affligebaris à prępoſitis operum atque AEgyptiis, vitam ve- Exod.2.
D ſtram ad amaritudinem perducentibus, clamaſti ad me pro liberatione [ET liberaui te] in manu for-
ti & maximis ſignis. Hinc enim dominus ait ad Moſen, Clamor filiorum Iſrael venit ad me, deſcen- Exod.3
dique vt liberem eos [EXAVDIVI te in abſcondito tempeſtatis] id eſt, in afflictione cordis tui oc-
culta, quando gemebunde ſuſpirabas ad me, non audens manifeſte me inuocare aut cõqueri propter
AEgyptiorum formidinem [PROBAVI te apud aquam contradictionis] hoc eſt, ibi oſtendi tuam
ingratitudinem & peruerſitatem. Vnde in libro Num. legitur, Hęc eſt aqua contradictionis, vbi iur- Num.20
gati ſunt filii Iſrael contra dominum. Poteſt quoque iſtud ſpecialiter ad Moſen Aaronque referri, qui
circa hunc locum deum per incredulitatem offenderunt, propter quod terram promiſsionis intrare
prohibiti ſunt, dicente ad eos domino, Quia non credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filiis
Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. ¶ (8) AVDI populus meus] pecu- Num.20
liaris verba legis meę, auribus cordis & corporis, [ET conteſtabor te] hoc eſt, teſtis ero verborum
meorum, operumque tuorum. Iuxta illud, Ego ſum iudex & teſtis, ait dominus [ISRAEL] id eſt, Iere.29
plebs Iſraelitica [SI audieris me] hoc eſt, ſi præcepta legis meę impleueris [NON erit in te deus re-
cens] quem colas, quia nil temporale aut creatum pro deo recipias, [NEQVE adorabis deum alie- Exod.20
num] ſed me ſolum verum, æternumque deum. ¶ (9) EGO enim ſum dominus deus tuus, qui eduxi
te de terra AEgypti] & adhuc plura beneficia dare paratus ſum. Nam [DILATA os tuum] id eſt,
deſiderium tuum aperi ad recipiendũ, & os corporale ad petendum [ET implebo illud] gratia mea,

dando tibi quod postulas.Consequenter ostenditur populi ingratitudo. ℂ (10) E T non audiuit po E
pulus meus] aure cordis, [V O C E M meam] id est,verba præceptorum meorum, [E T Israel non in-
tendit mihi] id est,non aduertit neque curauit me.Sed mirum apparet , quod deus populum rebellē
Osee.1. & inobedientem appellat populum suum,præsertim cum de tali populo per Osee prophetam dicat,
Non populus meus vos,& ego non deus vester.Et respondendū,sicut nunc sæpius dictum est, quod
populus Iudæorum (etiam reprobus) dicitur populus dei,in quantū à deo præ cæteris gentibus vo-
Iere.13. cati erant,& multis beneficiis eius honorificati . Ideo nanque dominus apud Ieremiam ait , Sicut
adhæret lumbare ad lumbos viri , sic agglutinaui mihi domum Israel , vt esset mihi in populum,&
in nomen, & in laudem, & gloriam,& non audierunt. Sic quoque dicuntur dilecti à deo, secundum
Ierem.11. quod dominus apud eundē ait, Quid est,quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Non
Psalm. 5. quod vere atque finaliter dilecti erant à deo,de quo dictū est supra, Odisti omnes qui operantur ini-
quitatem:sed quantū ad beneficia eis à deo exhibita in præsenti, dicuntur dilecti. Huius autem ingra
titudinis grauissima pœna mox subditur. ℂ (11) E T dimisi eos secundum desideria cordis eorum]
hoc est,gratiam meā eis subtraxi,qua subtracta non præseruantur à culpa , sed concupiscentias suas
sequuntur,& proprias cogitationes & inclinationes sectantur , propter quod additur [I B V N T in
Leuit.25. adinuentionibus suis] hoc est , in erroribus suis , & vitiis à se excogitatis viuent & perdurabunt.
ℂ (12) S I populus meus audisset me] id est,legem meam [I S R A E L si in viis meis] id est,in obser F
uantiis mandatorum meorum [A M B V L A S S E T. ℂ (13) P R O nihilo] id est,tanquam nihil,seu gra
tis [F O R S I T A N] id est,certitudinaliter , dummodo ipsi in viis meis perseuerassent [I N I M I C O S
eorum humiliassem] id est, septem gentes terræ promissionis,& cæteros gentiles eorum hostes deie-
cissem,atque potestati eorū subiugassem,sicut per Mosen sæpe promisi [E T super tribulantes eos] id
est,super persequutores eorum [M I S I S S E M manū meam] id est, potestatē meam, & vltionē iusti-
Num. 20 tiæ meæ extendissem. ℂ (14) I N I M I C I domini] id est, Iudæi ingrati,de quibus Moses loquitur,
Audite rebelles & increduli [M E N T I T I sunt ei] id est,ad iniuriam eius, qui nō impleuerunt quod
Exod.24 spoponderunt,dicentes, Omnia quæ loquutus est dominus , faciemus. Nam paulo post vitulum au-
reum adorauerunt [E T erit tempus eorū in secula] id est,damnatio & pœna eorum inæternū dura-
Exod.32. bit,quoniā in inferno sine fine cruciabuntur. Vnde dominus dixit ad Mosen, Ego in die vltionis visi
tabo hoc peccatum eorum. ℂ (15) E T cibauit eos] hoc est,non obstante prædicta ingratitudine In-
Exod.16. dæorum,deus cibauit illos [E X adipe frumenti] scilicet pane cœlesti seu manna,quod adeo dulce fuit
ac si de simila & adipe factum fuisset. Vel sic, Cibauit eos ex adipe frumenti,quoniam postquam in-
Iosue.3. gressi sunt terram promissionis tritico abundantem,aluit eos pane,de simila tritici facto [E T de pe-
tra melle saturauit eos] id est, melle emanante de petra. Nam terra promissionis dicitur lacte & mel G
le manare . Apes nanque in rupibus terræ promissionis mellificant , & ita de locis petrosis mel satis
copiose colligitur.

ℂ EXPLANATIO tropologica siue moralis eiusdem Psalmi.

SPiritualem denique intellectum sequendo,titulus Psalmi huius, in principio præcedentis exposi-
tionis positus,ita exponitur , Psalmus iste in finem, qui Christus est nos dirigens, proponitur &
cantatur,ipsi Asaph,id est,cōgregationi fidelium per Asaph designatæ. & agit hic Psalmus pro tor-
cularibus,id est,de tribulationibus seu ecclesiis pressura tribulationum afflictis,quibus mali separan-
tur à bonis,quæ separatio designata est,quinta sabbati.i.quinta die hebdomadæ, in qua ex aqua pro-
ducti sunt pisces,auesq;. Remanseruntq; pisces in aqua,& aues cōscenderunt in aera. Per quod præfi
guratum est,quod in ecclesia Christi contingit.omnes enim Christiani in fonte baptismatis spiritua-
liter producuntur & regenerantur,sed quidam eorum manent in terra transitoriis inhærendo, cæte
ri volant in altum,amando cœlestia. Itaque ô vniuersi filii Ecclesiasticæ congregationis. ℂ Exultate
deo adiutori nostro, videlicet, summæ Trinitati, simplici deo, iubilate deo Iacob, id est, supplantantiū
vitia. Per Iacob nanque,qui interpretatur supplantator,conculcatores vitiorum intelliguntur. Versi
culus iste spirituali hilaritate redundat. Est enim exhortatio iucundissima,admonitio saluberrima,do
ctrina prorsus angelica. Quid enim tam cœliforme,angelicum,deiforme,ac splendidum,sicut in deo
exultare & domino iubilare,congaudendo infinitæ perfectioni creatoris,infinitæ beatitudini diuini- H
tatis,infinitæ iucūditati supergloriosissimæ trinitatis? Hoc nempe est præclarissimum exercitiū sum-
mæ virtutis,videlicet charitatis diuinæ,quo esse non potest sublimius in seculo isto. Quanto enim di
gnitati & gloriæ domini dei nostri cordialius congratulamur,tanto eum ardentius diligere compro
bamur:quo autem deum calidiori mente amamus,eo deiformiores ac nobiliores consistimus,quoniā
summa nobilitas mentis creatæ est amor diuinus,id est, actualis dilectio superbenedictæ diuinitatis.
Sumite Psalmum,hoc est,bonam operationem à gratia dei accipite,quam operationē non nisi à deo
Philip. 2. habere potestis,quoniā (sicut ait Apostolus) ipse est qui operatur in nobis & velle & perficere pro
Esa. 26. bona voluntate,id est,ex sua voluntate benigna:ad quem Esaias loquens, Domine (inquit) dabis pa
Iohan. 15 cem nobis:omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Vnde & Christus ait discipulis, Sicut pal
mes à semetipso non potest ferre fructum,nisi manserit in vite:sic nec vos nisi in me mãseritis:& da-
te tympanum,id est,dulcem reddite sonum , dei auribus beneplacentem,qui vtique non est proprie
sonus sensibilis atque exterior,sed intellectualis videlicet mortificatio carnis , & castitas sancta, quæ
etiam est odor bonus. Quemadmodum nanque tympanum,id est,corium in ligno expansum,nō nisi
percussum dulciter sonat,sic caro castigationibus pœnitentialium flagellorum lassata & attenuata do
mino placet,& sua operatio coram altissimo sonat. Sumite quoque psalterium iucundum cum citha-

A ra. Psalterium quod à superioribus sonat, & decem cordas habet, designat decalogum legis diuinitus datum. Cithara vero habens sex cordas, & ab inferioribus sonans, significat sex opera misericordiæ. Est igitur sensus, Sumite psalterium iucundum cum cithara, id est, diuinæ legis præcepta implete, vocando cœlestibus, sed cum cithara, quatenus simul exerceatis opera misericordiæ, quoniã non debetis sic esse intenti cœlestibus, vt negligatis succurrere proximorũ necessitatibus. Buccinate, ô Christifideles, hoc est, audacter & amorose sonate dei prçconia, vestra peccata, & proximorum documenta, ita vt deum laudetis, vosipsos vituperetis, & proximos instruatis, in neomenia, id est, in exordio illuminationis vestræ à sole iustitiæ, scilicet, in insigni die solennitatis vestræ interioris, quando videlicet spiritus sanctus venit ad vos, & mansionem sibi facit in vobis, tunc enim gratiam vobis concessam, aliis libenter debetis communicare. Sic autem buccinate tuba, hoc est, verbo dei. Quia præceptum in Israel est, id est, Ecclesiæ Christianorũ deum per fidem speculãti, diuinitus iussum est taliter facere. Christus enim in Euangel. damnat seruum, qui talentum sibi concessum abscondit. Et Paulus vult vt singuli, non quæ nostra sunt quæramus, sed quæ aliorum. Propter quod in Eccles. scriptũ est, Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Denique excellentissimus apostolici ordinis princeps euidentius atque præclarius loquens, Vnusquisq; (inquit) sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Testimonium in

Iohã. 14.
Mat. 25.
1. Co. 10.
Eccl. 41.
1. Pet. 4.

B Ioseph posuit illud, hoc est, in populo ex gentilitate ad Christum cõuerso, & ecclesiæ addito. Ioseph enim interpretatur augmentum, sicque per eum signantur ex gentibus Christo per fidem adaucti, & his deus testatus est præceptũ prædictũ, vt patet ex autoritatibus allegatis, cum exiret de terra, AEgypti, id est, cum gentiles in Christum credentes, egrederentur de pristinis suis obscuritatibus, vitiis & ignorantiis, linguam quam non nouerat audiuit, id est, tunc audire cœperunt Euangelicam prædicationem, apostolicamque doctrinam ante ipsis prorsus ignotam. Propter quod Athenienses ad Paulũ dixerunt, Volumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur doctrina. Noua enim quædam infers auribus nostris. Tunc quoque cum sic de AEgypto exiret hic populus, deus, diuertit ab oneribus dorsum eius, id est, à pondere vitiorum, à seruitute peccati, à iugo mundi, carnis, atque diaboli. Talibus enim clamat Christus, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: manus eius, hoc est, operationes populi huius antequam conuerteretur ad deum, in cophino, id est, in vasis immundiciarum ac sordium vitiorum, seruierunt legi peccati, imo peccato ac dæmoni. Dũ enim peccator vitiis immoratur, manus operationum suarũ tenet in vase peccati, id est, in actione inordinata, seu volũtate peruersa. in quibus culpa fundatur. Deinde Christus ait ecclesiæ, cuilibetque deuoto. In tribulatione, id est, persequutione, tentatione, seu alia quacunque molestia, inuocasti me, quod est tutissimum, saluberrimumque remedium, idcirco quandocunque affligimur, siue à dæmone, siue à ma-

Act. 17.
Matth. 11

C lis hominibus, siue à propriis passionibus, deum inuocare debemus cum omni fiducia atque constantia, & ita efficiemur securi: nam exaudiemur, sicut subiungitur: & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, tempore diabolicæ suggestionis seu intimæ afflictionis, quando ad alium nullum confugere poteras. Denique hoc debet esse summa & vnica consolatio omni afflicto, quod certissimum est deum maxime adesse afflictis, quoniam promptus est succurrere eis, sicut superius dictũ est, Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Inferius quoque ipse testatur, Cum ipso sum in tribulatione. Propterea viri perfecti in tribulationibus gaudent, & in eis libenter existunt propter præsentiam dei, sed pro patientia & fortitudine animi dominum deprecantur: probaui te apud aquam contradictionis, id est, apud quamcunque aduersitatem & resistentiam, qua tibi in bono resistitur ab hostibus tuæ salutis, videlicet mundo, carne, & diabolo. Aduersitas enim & resistentia quam sustinet homo in via dei, ab his qui moliuntur eum à bono opere auertere, declarant an homo vere, fideliterque deo adhçreat. Vnde Moses ait, Adduxit te dominus vt affligeret atque tentaret, & notum fieret vtrum custodires mandata illius, an non. Et ista est ratio cur deus permittit famulos suos talia impedimẽta pati, videlicet vt probentur & innotescat vtrum syncere quçrant, iustitiam, sicque gratiam ampliorem acquirant, & aliis in exemplum proponantur. Propter quod scriptum est, Tanquam aurũ in fornace probauit electos dominus, & quasi holocausti hostiã accepit eos. Audi populus meus, qui à me Chri-

Psalm. 33
Psal. 90
Deut. 8.
Sapien. 3

D stianus vocaris, qui etiam Israel diceris, id est, deum per fidem conspiciens, tu ergo, si audieris me, implendo prçcepta mea, ita vt deũ tota anima, toto corde, & tota fortitudine diligas, non erit in te deus recens, hoc est, me non derelinques, & nec aliis magis quàm mihi adhærebis. Non seruies creaturæ potius quàm creatori, non magis amabis ventris ingluuiem, carnis luxuriã, mundi honorem, temporalia bona, siue pecuniam, quàm me summum atque incõmutabile bonum. Qui enim castitatẽ relinquit & voluptati deseruit, recẽtem suscipit deum, quoniã luxuriosi deus est sua dilecta, gulosi deus est venter, auari pecunia. Quod enim quis amplius cogitat, amat, & colit, hoc deus ipsius esse conuincitur. Ego enim, vnigenitus dei propter te incarnatus, sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra AEgypti, hoc est, de hoc seculo nequam, videlicet de caligine culpæ & tenebris ignorantiæ, per mortis meæ meritum & sanguinis precium, per gratiam baptismalem, per virtutum infusionem, & spiritus sancti multiplicem illustrationem: dilata os tuum, & implebo illud, id est, ad gratiam te dispone, & eam recipies. Misericordiam meam implora, & faciã tecum misericordiam, inuita me ad cordis tui hospitium, & ingrediar illud. Ego enim sto ad ostium & pulso, ora pro illuminatione interna, & dabo tibi sapientiæ claritatem, quemadmodum spondet Apostolus meus, dicens, Si quis indiget sapientia, postulet à deo & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Ad minus enim recipiet illam, quæ est donum spiritus sancti, quam habet omnis qui gratiam gratum facientem sortitus est. Itaque, dilata os tuum, hoc est, aperi cor tuum, obicemque depone & implebo illud, quia non est abbreuiata

Deut. 6.
Roma. 1.
Philip. 3.
Galat. 1.
Apoc. 3.
Iaco. 1.
Esaiæ. 11.
Esa. 59.

manus mea, vt saluare non valeat. Et non audiuit populus meus, qui solo nomine Christianus est, seu E
Titum. 1. per fidem & non per charitatem, qui se dicit nosse deum, & factis negat, vocem meam, id est, prçce-
pta & exhortationem sacræ scripturæ. Sic enim reprobi dicuntur populus Christi, quomodo ipse in
Mat. 12. Euangelio ait cuidam, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Et sicut de ali-
Iohan. 1. quibus dicitur, In propria venit, & sui eum non receperunt. Idcirco, Et dimisit eos secundum deside-
ria cordis eorũ. Hçc est maxima vltio dei, dũ hominẽ exigentibus suis peccatis sibiipsi relinquit. Hoc
enim tam malum est, quàm bonũ est à dño conseruari in prçsenti vita, filialiter corrigi, à vitiis cohi-
beri. Vnde certissimum signum diuinæ reprobationis atq; futuræ damnationis est, nunc in omnibus
prosperari ad libitum, à deo relinqui iuxta propriũ desideriũ, nec flagellari cũ filiis adoptionis. Ideo
Apoca. 3. nanque dñs ait, Ego quos amo, arguo & castigo. Apostolus quoq; ad Hebræos, Quis filius quem nõ
Hebr. 12. corripit pater? Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non
Prou. 3. filii estis. Et hoc quoq; Salomon monet, Disciplinã domini fili mi ne abiicias, & ne deficias, cũ ab eo
Ibidem. corriperis. Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio cõplacet sibi. Si ergo beati es-
se optamus, in præsenti vita pro nostris excessibus castigari desideremus, pensantes prudentissima
Iob. 5. mente illud in libro beati Iob, Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationẽ ergo domini ne
Tob. 12 reprobes, quia ipse vulnerat & medetur. Hinc insuper angelus dixit Tobiæ, Quia acceptus eras do-
mino, necesse fuit vt tentatio probaret te. Vnde ex persona omniũ electorum testatur alia scriptura, F
2. Mac. 6 Non sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, vt eas, cũ iudicii dies aduenerit, in plenitu
dine peccatorũ puniat, ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demũ in nos
vindicet, propter quod nunquam misericordiã suam à nobis amouet, corripiens vero in aduersis, po
Ibidem. pulum suũ non derelinquit. His autem verbis prçmittit quod sæpius allegatũ recordor. Etenim mul
to tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii
est indicium. Si populus meus audisset, &c. Pro nihilo forsitan inimicos eorũ visibiles & inuisibiles,
humiliassem, quoniam ego superbos humilio, & ego dæmones superbientes vehementer humilio, dũ
Rom. 16. eos à seruis meis humilibus, vinci, fugarique facio. Ideo nanque dicit Apostolus, Deus pacis conteret
satanam sub pedibus vestris velociter: & super tribulantes eos misissem manum meam, electos prote
gendo & illos opprimendo, saltem post terminũ vitæ præsentis. Inimici domini. i. mali Christiani, de
Luc. 10. quibus ait in Euang. Inimicos meos, qui noluerunt me super se regnare, adducite huc & occidite co-
ram me, mentiti sunt ei. i. in promissionem illam fregerunt, quam in fonte baptismatis fecerunt, pro-
mittentes se abrenunciaturos Satanæ, & eius operibus. Omnes quoque qui post confessionem, pœni
tentiam & sacrã communionẽ ad pristina vitia reuertuntur, nec student coram deo ambulare solici-
Mich. 6 te, inimici sunt Christi, mentiunturq; ei: & erit tempus dãnationis eorum in secula. i. in æternũ, quo- G
niam ibunt in ignem æternum. Non est tamen hoc ita sumendũ, quasi post diem extremi iudicii tem-
Apoc. 10 pus erit. Nam primi mobilis motu cessante, cessabit & tempus: iuxta illud in Apocalypsi, Angelus le
uauit manum suã ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus vltra non erit.
Et cibauit Christus illos, scilicet Christianos, ex adipe frumenti. i. sacramento corporis sui sub forma
panis triticei, & de petra melle. i. melle quo designatur dulcis effectus sacramenti corporis Christi, vi
delicet consolatio spiritualis, infusio gratiæ sacramentalis, impinguatio mentis. hoc melle fluente de
petra. i. Christo, seu merito passionis & sanguinis eius. Nam per meritum Christi datur nobis quic-
quid gratiæ participamus. saturauit eos, saturitate interiori, dando eis desideriũ cordis sui. Ecce psal-
mum spirituali doctrina repletum, & diuina beneficia recolentem, hominũ ingratitudinem, dei quo-
que vindictam breuiter commemorantem, audiuimus. Elaboremus itaq; omnia hæc ad nostrã infor-
mationem trahere, deo exultare & iubilare, diuinorum beneficiorũ reminisci, sacramenti Christi gra
tiam adipisci summe ac diligentissime præcauentes, ne tam inæstimabilibus beneficiis Christi inue-
niamur ingrati. Quæ autem nunc omissa sunt, in præcedenti expositione patent.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXI.

### EXPOSITIO TITVLI.

BReuis hic Psalmus, breui & facili titulo prænotatur, dum dicitur, Psalmus Asaph. Dicitur enim H
Psalmus Asaph, vel quia ab eo compositus est, vel quoniam congregationi per Asaph designatæ
præponitur. Ad literam quoque dicitur Psalmus iste esse conscriptus contra iudices iniustos, eorum
peruersitatem redarguens, diuinamque iustitiam contra eorum iniustitiam postulans. Ait ergo.

### PRECATIO,

*Deus a quo omnis iusta operatio procedit & fortis consistit, iustifica nos spiritu iustitiæ, & fortitudinis: ut non iniquitatem iudicantes, nec facies peccatorum sumentes, iusta & tibi placita semper peragere studeamus.*

### ENARRATIO Psalmi.

DEvs stetit in synagoga deorum] Deus incorporeus & immensus, in quo nul
lus est situs aut locus secundum naturam diuinitatis, dicitur in synagoga deo-
rum, id est, in congregationibus iudicum stetisse & stare, quoniam ipse vbique
est, & omnium verba ac opera intuetur, pensat, & iudicat, maxime tamen & di
stinctissime iudicum corda, verba & facta considerat. Dicuntur autem iudices
Exod. 22 dii: iuxta illud in Exodo, Ad deos vtriusque causa perueniet, id est, ad iudices.
Vnde & iterum Moses, Diis (inquit) non detrahes [IN medio autem] id est,
deus in medio vniuersorum existens. Vel in medio, id est, secundum æqualitatẽ

A iuſtitiæ [DEOS] id eſt, iudices [DIIVDICAT] hoc eſt, impios iudices reprobat, & bonos à malis diſcernit. Vnde in libro Sapientiæ ſcriptum eſt, Audite reges, & diſcite iudices finium terræ, quoniã Sapien. 6
data eſt vobis à deo poteſtas, qui interrogabit opera veſtra, cogitatiões veſtras ſcrutabitur, quoniam eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ. Horrendæ & cito apparebit, quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt, fiet. ❡ (2) VSQVEQVO] ô iudices impiĩ. [IVDICATIS] iudicio approbationis [INIQVITATEM] illam excuſando, laudãdo, aut occultando. [ET facies peccatorũ ſumitis?] id eſt, perſonas malorũ acceptatis, iuſtificando cauſam eorum amore propinquitatis aut munerum, vel timore poteſtatis ipſorum? hoc valde iniquũ eſt, & contra documentũ glorioſi regis Ioſaphat, cuius verba omniũ iudicum pleniſsime inſtructiua ſunt. Scriptum eſt enim de eo, Præcepit Ioſaphat iudicibus, Videte quid faciatis. Non enim hominum iudiciũ 2. Par. 19
exercetis, ſed domini, & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiſcum, & Ibidem.
cum diligentia cuncta facite. Deinde Propheta admonet iudices ad emendationẽ. ❡ (3) IVDICATE] id eſt, iuſtum iudiciũ facite [EGENO & pupillo] qui ſeipſos defendere nequeunt contra potentes & diuites. [HVMILEM & pauperem] ſpiritu non auarũ aut impium [IVSTIFICATE] id eſt, iuſtum eſſe dictate, ſicut veraciter eſt. ❡ (4) ERIPITE pauperem] de violenta impetitione potentis [ET egenum de manu] id eſt, iniuſta poteſtate [PECCATORIS] liberate. Talis iudex erat bea-

B tus Iob, qui de ſeipſo teſtatur, Cum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrẽtium Iob. 29.
conſolator. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam ignorabam diligentiſsime inueſtigabam. Et hoc eſt quod dominus admonet apud Eſaiam, Quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã. Conſequenter inducitur cauſa erroris & iniuſtitiæ iu- Eſa. 1.
dicum iniuſtorum. ❡ (5) NESCIERVNT] regulas iuris [NEQVE intellexerunt] ſubtiliter intentionem legiſlatoris ſeu legum: ſed ſicut ſonant, ſic eas intelligunt [IN tenebris] cordis & operum, id eſt, in cogitationibus rudibus atque iniuſtis operibus [AMBVLANT, mouebuntur] id eſt, Chriſtum iudicem formidabunt, ſaltem in die iudicii [OMNIA fundamenta terræ] id eſt, omnes principes terreni, qui aliorum fundamenta atque colũnæ eſſe deberent. Vel, mouebuntur omnia fundamenta ter- Lucæ. 21.
ræ, hoc eſt, elementum terræ mouebitur, quoniam vt dicit Sapiens, Deus armabit creaturam ad vl- Sapien. 5
tionem inimicorũ, & pugnabit cum illo orbis terrarũ contra inſenſatos. Quamuis ô iudices mali, tam indigni ſitis propter veſtram abuſionem atque malitiam, tamen ❡ (6) EGO dixi, dii eſtis.] Quia Exod. 22
per Moſen vocaui vos deos, propter poteſtatem deſuper vobis datam, & quia ad vos ſermo dei dirigitur. Hæc verba Chriſtus allegat, loquens Iudæis, In lege (inquit) veſtra ſcriptum eſt, Ego dixi, dii Iohan. 10
eſtis. quod quare dicatur ſubiungit, Illos dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt. Dicuntur autem iudices dii non per naturam, ſed per diuinæ proprietatis participationem, videlicet quoniam aliis pro-

C uidere & præeſſe debent, quod deo proprie competit, [ET filii excelſi omnes.] Hoc dupliciter accipi poteſt, ſecundum quod excelſi accipi poteſt ſingulariter & pluraliter. Si enim ſingulariter accipiatur, ſenſus eſt, Vos iudices eſtis filii excelſi, ſcilicet dei ſublimis, quia ad eius imaginem cõditi eſtis. Si vero ſumatur pluraliter, ſenſus eſt, Vos iudices eſtis filii excelſi, id eſt, ſublimes, quoniam cęteris filiis Gen. 1.
hominum præſidetis ac imperatis. ❡ (7) VOS autem ſicut homines] cæteri [MORIEMINI] in anima dum peccaueritis, atque in corpore dum hora à deo præfixa aduenerit, nec poterit vos à morte eripere veſtra poteſtas. [ET ſicut vnus de principibus] id eſt, angelis apoſtaticis & ſuperbis [CADETIS] nunc in foueam culpæ, & poſtmodũ in lacum mortis æternæ, niſi modo vixeritis iuſte. Et Apoc. 18
quoniam vltio iſta à nullo infligi poteſt niſi à deo, qui ſolus eſt dominus dominorum, & princeps ac Hebr. 12.
iudex regum ac iudicum terræ, ideo quatenus nullum malum maneat impunitum, Aſaph implorat diuinum iudicium. ❡ (8) SVRGE DEVS] hoc eſt, ad actum iuſtitiæ tuæ procede ſine motu ac Act. 10.
mutatione. [IVDICA terram] id eſt, omnes habitantes in terra, ſeu homines vniuerſos per Ieſum Chriſtum quem conſtituiſti iudicem vniuerſorum. [QVONIAM tu hæreditabis in omnibus gentibus] hoc eſt, omnes gentes tanquam hæreditatem quandã tibi ſubiicies, præſertim in die iudicii, quia ex tunc erunt electi perfecte immobiliterque ſubiecti ordini tuæ miſericordiæ, reprobi vero ordini tuæ iuſtitiæ, quoniam culpa tunc erit per pœnam ad quandam iuſtam ordinationem redacta. Augu-

D ſtinus autem & eum ſequentes exponunt hunc pſalmũ de Chriſto & ſacerdotibus ac ſcribis Iudæorum, vt ſit ſenſus, Deus, id eſt, Chriſtus dei filius homo factus, de quo ait Iohãnes, Hic eſt verus deus 1. Iohã. 1.
& vita æterna, ſtetit corporalibus pedibus ſuis in ſynagoga deorum, quia frequenter in ſynagogis ac templo Iudæorum prædicauit, atque miracula fecit, quemadmodũ dixit ad Annam, Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quo omnes Iudęi conueniunt. Et cum factus eſſet annorum duodecim, Iohan. 18
inuentus in templo à matre dixit, Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Quod Luc. 2.
etiam à Malachia prophetatum eſt ita, Statim veniet ad templum ſuum dominator quem quęritis, & angelus teſtamenti quem vos vultis. Dicuntur autem ſacerdotes dii propter rationem prædictam, quia erant principes & iudices populi. In medio autẽ ſynagogæ Chriſtus deus & homo, deos, id eſt, ſacerdotes & primos Iudæorum diiudicat, id eſt, redarguit, reprobat, & condemnat. Sæpe enim (vt euangeliſtæ teſtantur) Chriſtus in templo ſacerdotes increpauit. Propter quod Malachias de Chri- Mat. 23
ſto loquens, Ipſe (inquit) quaſi ignis conflans, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum. In- Malac. 3.
ſuper Propheta ſacerdotes magiſtratuſque templi redarguens ait, Vſquequo iudicatis iniquitatem, id eſt, quam diu iudicando approbabitis verba & dicta eorũ, qui domino ſaluatori obloquuntur, dicen- Luc. 23,
tes eum eſſe ſeductorem, & facies peccatorũ ſumitis, id eſt, falſos teſtes laudatis, & acceptatis qui fal- Lucæ. 9.
ſum teſtimonium contra Chriſtum locuti ſunt? Iudicate egeno & pupillo, id eſt, Chriſto qui erat egenus, quoniam nõ habuit vbi caput reclinaret, & pupillus, quoniam ſicut in cœlis habuit patrem ſine

Mat. 11. matre, ita in terris matrem sine patre, humilem & pauperem, id est, Christum qui ait, Discite à me E
quia mitis sum & humilis corde, iustificate, id est, iustum esse asserite, & nolite contra eum blasphe-
mias dicere. Eripite pauperem Christum de morte, & non Barabbam homicidam atque latronē, cu-
ius contrarium ô principes sacerdotum fecistis, persuadentes populo vt peterent Barabbam, Iesum
Sapien. 2 vero perderent, & egenū Christum de manu peccatoris, scilicet Iudæ proditoris, Pilati vel Caiphæ
1. Cor. 2. libertate. Nescierunt hi principes Iudæorum Iesum esse Christum, quoniam excæcauit eos malitia
Act. 3. eorum. Et si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Vnde Petrus loquens Iudæis,
Fratres, ait, scio quia per ignorantiam peccastis, sicut & principes vestri, neque intellexerunt doctri
Luc. 23. nam ipsius esse à deo, sed dixerunt, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Miracula quo-
Mat. 12. que ipsius principi dæmonum asscripserunt: in tenebris perfidiæ ambulant, propterea mouebuntur
omnia fundamenta terræ, id est, terra Iudæorum tam horribiliter vastabitur, destruetur, & cōburen-
tur ciuitates ipsius, habitatoresque occidentur, quod præ nimia perturbatione videbitur ipsa terra mo-
ueri & interius concuti, quæ omnia à Romanis facta sunt loco & genti Iudæorum, in vltionem san-
Luc. 19. guinis Christi: quemadmodū Christus prædixit, Ego dixi dii estis, hoc de Iudæorum principibus di-
citur, propter rationem de aliis iudicibus assignatam. Surge deus, id est, tu vnigenite dei, qui in mor-
te occubuisti, & in sepulchro dormisti surge tertia die à mortuis, iudica terram. i. iusto iudicio damna
hos terrenos atque carnales Iudæos, quemadmodū alibi protestaris, Calcaui eos in furore meo, & cō F
Esa. 63. culcaui eos in ira mea. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit: quoniam tu
hæreditabis in omnibus Gentibus, id est, populo Iudæorū excæcato & derelicto, tu per prædicatio-
nem apostolorum totum mundum hæreditarie possidebis, regnando per fidem & gratiam in cordi-
bus omnium gentium ad fidem catholicam cōuersarum, quemadmodum de te ait scriptura, Omnes
Dan. 7. populi, tribus, & linguæ seruient ei. Hunc versum allegat Augustinus contra hæreticos, præcipue cō
tra Donatistas, probans ex eo quod Christus ex morte resurgens, nō solum in vno angulo terræ seu mo
dico populo, vt erat pars Donati, sed in toto mundo, in cunctisque Gentibus per fidem regnaret.
Act. 1. Adduciq; Augusti. ad hoc verba Christi, quæ post resurrectionem dixit apostolis, Eritis (inquiens)
mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Ex quo sequi vi-
detur, quod psalmus iste secundum Augusti. ad literam de Christo passo & resurgente, atque principi-
bus sacerdotum loquatur, maxime quoniam, secundum Augusti. argumentum per scripturas pro fide
non valet, nisi ex sensu literali. ❡ Postremo exhortandi essent ex psalmo pręsenti pastores ouiū Chri
sti & iudices populi Christiani, vt in omni iudicio circunspecti, cauti, & iusti consistant, pensantes se
Mat. 5. iudicem habere in cœlis, qui vsque ad nouissimum quadrantem exiget rationem ab eis de omnibus,
quæ circa subditos commiserunt aut omiserunt. G

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXII.

### EXPOSITIO Tituli.

DEnique psalmi iam pertractandi titulus iste est, Canticum psalmus Asaph, hoc est, Canticum præsens est psalmus Asaph, vel quia ab eo est editus, vel quia congregationi fidelium per Asaph, qui interpretatur congregatio, designatæ proponitur. Præsens enim psalmus ad literam scriptus est de diuersis hostibus populi Iudæorum, & orat Propheta pro iusta deiectione & pœna aduersariorum populi sui, aitque.

### PRECATIO.

*Deus superne maiestatis, cui non est similis, propter multitudinem peccatorum non disperdas nos de gente electorum, sed clementi bonitate facias nomen nostrum memorari in Israel in æternum.*

### ❡ EXPOSITIO psalmi literalis.

DEVS] æterne atque omnipotens, deus Israel, deus patrum nostrorum [QVIS
similis erit tibi] similitudine vniuoca, essentiali & perfecta? nullus vtique quo-
niam tu solus cuncta in infinitum excedis, & tui comparatione est totus mun- H
Esa. 40 dus quasi puluis exiguus. De te enim veraciter scriptū est, Domine deus, crea-
1. Mich. 1. tor omnium, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es rex bonus, so-
lus præstans, solus iustus, omnipotens & æternus. In libro Iob quoque, Digne
Iob. 37. eum inuenire non possumus. Magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enar
rari non potest, ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari, qui sibi
videntur esse sapientes. Est tamen quędam similitudo imitatiua, imperfecta, atque gratuita, & secun-
dum hanc similis est creatura creatori, sicut & omnis effectus assimilatur suæ causæ. Vnde & domi-
Gen. 1. nus, Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ad hanc quoq; deiformē
Leuit. 19. similitudinem inuitamur in nouo ac veteri testamento. Dominus nanque ait, Sancti estote, quoniam
20. ego sanctus sum. Et Saluator, Perfecti estote, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quoniā ergo
Matth. 5. non est tibi similis [NE taceas] hoc est, noli dissimulare iniurias tibi ac populo tuo illatas, sed vindi-
ca eas. [NEQVE compescaris deus] hoc est, ne videaris compesci sustinendo blasphemias perfido-
rum, sed omnipotentiam tuam vlciscendo declara. ❡ (2) QVONIAM ecce inimici tui] videlicet
aduersarii nostri pagani [SONAVERVNT] hoc est, irrationabiliter cōtra te locuti sunt, & tubis in
prælio cecinerunt, atque cum fremitu super nos famulos tuos irruerunt. [ET qui oderunt te] scilicet

A inimiei prędicti [EXTVLERVNT caput] hoc est, ceruicem contra te erexerunt pręsumptuose co-
gitando, superbe loquendo, contumaciterque agendo. ¶ (3) SVPER populum tuum] puta Iudęos
[MALIGNAVERVNT] hoc est, fecerunt malum [CONSILIVM] tractantes populum tuum o-
mnino extinguere [ET cogitauerunt aduersus sanctos tuos] prophetas & Nazaræos ae reliquos re-
ligiosos. ¶ (4) DIXERVNT, venite & disperdamus] hoc est, diuersimode perdamus [EOS de gen
te] id est, de aliis populis, occidendo eos, ne amplius inter populos demorentur. Nec solũ voluerunt
vitam populi tui extinguere, verumetiam eius memoriã tollere, ideo additur, [ET nõ memoretur no
men Israel vltra] id est, tam funditus destruamus eiuitates & templum ae populum Hebræorum, vt
nemo de eætero recordetur eorum, neque reliquiæ aliquæ eorum permaneant. ¶ (5) QVONIAM
cogitauerunt vnanimiter] id est, pari consensu in malo [SIMVL aduersum te testamentũ] id est, for-
te pactum, & male propositum [DISPOSVERVNT tabernacula Idumæorum] id est, habitatores
Idumææ videlicet nati ex semine Esau, qui alio nomine dictus est Edom, à quo Idumęi nomen sorti- Gen. 25
ti sunt. [ET Ismahelitæ] hoe est, populi nati de Ismahele filio Abrahæ, fratre Isaae. Quemadmodũ Gen. 16
enim Esau persequebatur Iacob, volens eum occidere, sicut habetur in Genesi, & Ismael Isaac, vt di- Gen. 27.
cit Apost. ad Gal. sie Idumæi persequebantur Indæos de Iacob descendentes, similiter Ismaelitæ. Galat. 4
Propter quod ait Abdias propheta, Propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, Abdię. 1.
B & peribis in æternum. In die quãdo capiebant alieni exercitum eius, tu quoq; eras quasi vnus ex eis.
¶ (6) MOAB] id est, Moabitæ nati de Moab filio Loth [ET Agareni] hoc est filiĩ Abrahę ex Agar
ancilla Saræ, quę Agar alio nomine appellatur Cethura, vt aliqui dicunt, quæ legitur peperisse mul- Gen. 22
tos filios Abrahæ post mortem Saræ coniugis suæ, sicut in Genesi patet [IEBBAL] sie dictus [ET Gen. 19
Amon] id est, Amonitæ filii Amon, filiĩ Loth [ET Amelee] id est, Amelecitæ de Amelee nati, qui
Amelee primo impugnauit filios Israel, quando egrediebantur AEgyptum, & in deserto meabant,
vt dicitur in Exodo, vbi sie legitur, Cum eleuaret Moses manus vincebat Israel: si autem paululũ re- Exod. 17
misisset, vincebat Amelee. [ALIENAE] id est, Philistęi. nam in Hebræo habetur, Philistęi qui erant
Iudæis valde molesti [CVM habitantibus Tyrum] id est, eum Tyriis. Quanuis etiam Tyrii confœ-
derati essent Hebręis tempore Iram regis sui, qui habuit fœdus cum Dauid & Salomone, vt legitur
2. & 3. Regum, postea tamen ruptum est fœdus pacis eorum. ¶ (7) ETENIM Assur venit cum il- 2. Reg. 5.
lis] id est, Assyrii [FACTI sunt in adiutorium filiis Loth] hoc est, Moabitis & Ammonitis, ex quo 3. Reg. 3.
videtur ꝙ filiĩ Loth fuerunt principales aduersarii Israelitarum in prælio, de quo agitur hie. ¶ (8)
FAC illis] ô deus Israel [SICVT Madian & Sisarę, sicut Iabbin in torrente Cison] Quoniam liber
iste metriee scriptus est, contingit sæpe in eo variari ordinem rerum gestarum in narratione, sicut &
nunc. Nam in libro Iudicum legitur, Iabbin rex Chanaan oppressisse filios Israel, habuitque princi- Iudi. 4.
C pem militiæ Sysaram. Porro in eodem libro leguntur filiĩ Israel dati in manus Madianitarum. Orat Iudi. 5.
ergo Propheta vt deus deiiciat prędictos inimicos populi sui qui erant tẽpore regum Iuda & Israel
vel postea, sicut debellauit Madianitas & Sisaram. Madianitas nanque miraculose debellauit per Ge Iudi. 7.
deonem & trecentos viros eius. Similiter exercitum Iabbin regis Chanaan expugnauit per manum
Barae. Et Iahel vxor Aber Cinei elauum infixit in tempus Sisaræ, eumq; occidit, sicut Iabbin in tor-
rente Cison. Nam iuxta torrentem Cison percussus est populus Iabbin à filiis Israel. Vnde Delbora Iudi. 4.
prophetes dixit ad Barae, Vade & edue exercitũ in montem Thabor, ego autem adduceã ad te in lo-
co torrentis Cison Sisaram & omnẽ multitudinem eius. In hoe quoque torrente quidam submersi
leguntur: iuxta illud, Torrens Cison traxit eadauera eorũ. ¶ (9) DISPERIERVNT in Endor] Iudie. 5.
quia prope locum sie dictũ occisi sunt [FACTI sunt vt stercus terræ] quia insepulti manserunt, &
pro nihilo reputabantur. ¶ (10) PONE principes eorum] scilicet Idumæorum, Ismahelitarum,
Moabitarum, Agarenorum, &c. de quibus dictum est paulo ante [SICVT Oreb & Zeb] id est, eos
occide, quemadmodũ occidisti Oreb & Zeb. [ET Zebæe & Salmana] principes Madianitarũ, quos Iudie. 7.
occidisti per Gedeonem & adiutores ipsius. Oreb enim & Zeb Ephratæi decollauerunt. Zebæe au-
tem & Salmana ipsemet Gedeon interfecit, vt scribitur in libro Iudicum. ¶ (11) DEVS meus pone Iudic. 8.
illos vt rotam] id est, fac illos instabiles, currentes, & non perficiẽtes, quemadmodum rota mouetur
D motu circulari, in quo non est finem certũ aecipere [ET] pone eos [SICVT stipulam ante faciẽ ven
ti] quatenus sicut stipula à vento mouetur & cadit, sie ipsi tua virtute sueeumbant. ¶ (12) SICVT
ignis qui comburit syluam] igne succensam, seu ligna syluæ in ignem proiecta [ET sicut flamma cõ-
burens montes] id est, loca montana quæ igne succenduntur cum habitaculis suis. ¶ (13) ITA per-
sequeris illos] prænominatos, videlicet Moab, Agarenos, Iebal & Amon [IN tempestate tua] id est,
in ira furoris tui, hoe est, in districta vltione iustitiæ tuæ. Hoc totũ impletum est. Nam sicut ignis con 4. Re. 19
sumit ligna syluarum, sic deus frequenter consumpsit hostes populi sui Israel, vt patet in occisione
exercitus regis Assyriorum ae aliis multis [ET in ira tua turbabis eos] vertendo eos in fugã, aut ter-
rendo, oecidendove eos. Potest quoque hæe pœna sieut & sequẽs referri ad damnationem inferni, &
ad pœnam futuri iudieii. ¶ (14) IMPLE facies eorum ignominia] ita vt manifeste deiiciantur, o-
mnibusque innotescat ꝙ victi sunt, [ET quærent nomen tuum domine] quidam enim Gẽtilium vi-
dentes populum Iudæorum tam mirabiliter præualere, & se tam inopinate diuina virtute succumbe-
re, ad deum Israel conuertebantur. ¶ (15) ERVBESCANT & conturbentur in seculum seculi] in
die finalis iudicii, sicut de impiis sapiens quidam dicit, Turbabuntur timore horribili. Et in lib. Iudi- Sapien. 5
cum, Sic pereant inimici tui domine, & confundantur & pereant. Sæpe eundem sensum resumit ad Iudi. 5.
designandum zelum iustitiæ, qua aduersus malignos mouetur. Non enim ex impatientia aut ranco-
re, sed ex zelo iustitiæ & pro dei honore ista precatur. ¶ (16) ET cognoscant] per experientiã suæ

damnationis in futuro, seu experientiam pœnæ in sæculo isto [QVIA nomen tibi dominus] id est, ꝙ E
tu vere & digne dominus appellaris, tanquam vniuersorum princeps, prouisor, & iudex, cuius in di-
Ester. 13. tione cuncta sunt posita, qui singulis tribuis quod merentur, qui per Esaiam testatus es, Ego domi-
Esa. 42 nus, hoc est, nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Cognoscant quoque [QVONIAM tu
solus altissimus in omni terra] id est, quòd non solum Iudæa in tua potestate consistit, sed quòd o-
Esa. 37. mnia regna terræ & dii eorum tuo imperio sunt subiecta, sicut & Ezechias rex ait, Deus Israel, tu es
deus solus omnium regnorum terræ.

¶ EXPOSITIO eiusdem psalmi tropologica siue moralis.

MOralem autem intelligentiam prosequendo, longe subtilior ac fructuosior est psalmi præsentis
expositio: sic enim materia psalmi huius est secundus Christi aduẽtus, & persecutio dura ac gra
uis fidelium à peruersis. Triplex autem fuit ecclesiæ persecutio. Prima erat in gladio tyrannorum.
Secunda in verbis hæreticorum. Tertia in malis operibus fratrum fallacium. Quarta restat quæ ex
omnibus istis constabit. videlicet persecutio Antichristi, qui potestate armorũ, verbis disputationum,
operibus simulatarum virtutum, fideles persequetur, occidet & plurimos fallet. Quatenus igitur tem
pus illud grauissimæ persecutionis abbreuietur, orat nunc Asaph pro secundo Christi aduentu, seu
2. Thes. 2 acceleratione finalis iudicii, quando secundum Apost. dominus Iesus spiritu oris sui occidet, & illu-
Esaiæ. 11. stratione aduentus sui damnabit seu destruet Antichristum, de quo & Esaias, Spiritu (inquit) labio- F
rum suorum interficiet impium. Admirans itaque Asaph virtutem & gloriam, quibus Christus in iu
dicio apparebit, ita orditur, Deus quis similis erit tibi? id est, ô vnice fili patris æterni domine Christe
vniuersorum iudex quis similis tibi in sapientia discernendi inter bonũ & malum? nullus vtique: iuxta
Iob. 36. illud in Iob, Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. Quis similis tibi in æquitate cunctis red-
2. Par. 19 dendi quod promerentur? nullus vtique, quia de te scriptum est, Non est apud dominum deum no-
strum iniquitas, nec personarum acceptio, nec acceptio munerum. Quis similis tibi in potestate exe-
Dan. 7. quendi sententiam iusti iudicii? nullus vtique, quia de te ait sermo diuinus, Potestas eius, potestas æter
na quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Cum ergo ô Christe sis talis tantusq;
iudex, ne taceas iam regnans in cælo, aut in secundo tuo aduentu iudicioque futuro, quemadmodum
Iohan. 8. in primo tuo aduentu à iudicio tacuisti, dicens, Ego non iudico quenquam. Et iterũ, Non misit deus
Iohan. 3. filium suũ vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: neque compescaris deus, id est, ne
Iob. 34. retraharis ab vltione iustissima, sed verum esse ostende quod de te profitetur diuina scriptura, Absit
à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum
restituet eis. Quoniam ecce inimici tui, videlicet mali Christiani, hæretici, Iudæi, pagani: sonuerunt,
id est, irrationabiliter voces iniquas protulerunt, verba vana, vacua & peruersa effando, & ideo non G
ait, locuti sunt, sed sonauerũt. quoniam non more hominũ rationabiliter sunt locuti, sed more ferarũ
irrationabilem strepitum effuderunt murmurando, contradicendoque tibi, quod tempore Antichri-
sti maximę fiet: tunc nanque Antichristiani in liberam vocem prorumpent, sed irrationabilem pror-
sus, vt sonitus magis vocetur quàm sermo: & qui oderũt te, id est, qui malitiã diligunt, & vitia amant,
extulerunt caput, sicut superbi caput suum erigere solent. Vel extulerunt caput, id est, propriã ratio-
nem, confidentes in suo ingenio, atque seipsos sapientes esse putantes. Vel extulerunt caput, id est,
Roma. 1. Antichristum exaltauerunt, credentes esse filium dei, & dominum Iesum blasphemantes, iccirco nõ
ait, capita, sed caput, quoniam omnes in vnum filium perditionis, scilicet Antichristum consentient.
S. Augustinus affirmat, ꝙ nullius pene conscientia potest deum odisse, sed quia frequenter ait scriptu
ra ꝙ peccatores deũ odio habeant, debemus absolute concedere ꝙ impii deum habeãt odio. Quem-
Psal. 37. admodum enim diuinis præceptis obtemperantes deum amare dicuntur, sic deo rebelles eum vtique
odio habent. Nonne deum odiuit, de cuius ore semel audiui, cũ eum ad meliora hortarer, atque diui-
næ maiestatis beatitudinem cõmendarem, Mallem (inquit) deum non esse, quàm me vestram vitam,
videlicet Carthusiensis ordinis conuersationem debere subire? Quomodo verum est quod asserit Au
gustinus? Et respondendum sicut & S. Thomas respondet, ꝙ aliquis dicitur deum odisse dupliciter.
Primo secundum seipsum, secundo ratione sui effectus. Primo modo pene nullus deũ odit, cum ipse
sit pura infinitaq; bonitas, sed secundo modo multi deum oderunt, videlicet propter pœnas quas pro H
peccatis infligit, vel quia eorum voluntati placentia prohibet, displicẽtia iubet. Super populũ tuum,
hoc est, contra Christianos, malignauerunt consilium tyranni & fratres falsi, quatenus eos vel blan-
dimentis alliciant, vel pœnis & minis deterreant, aut aliquo modo à deo auertant, lædant, aut occi-
dant: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos, quia non solũ mediocres famulos tuos, sed & viros per-
Iob. 40 fectos subuertere quærunt, imitantes in hoc caput suũ diabolũ, de quo dominus ait ad S. Iob, Absor-
bebit fluuiũ, & non mirabitur, & habet fiduciam ꝙ influat Iordanis in os eius. Vbi per fluuium desi-
gnantur animæ seculares, vagæ atque instabiles, quas absorbet diabolus, nec inde miratur, id est, hoc
pro magno non reputat. Per Iordanem vero intelliguntur animæ religiosæ ac sanctæ, quas confidit
dæmon se posse decipere, ideo membra eius, videlicet reprobi non solũ communem populum Chri-
stianum, sed sanctos fallere student. Dixerunt isti aduersarii tui ô domine, venite & disperdamus eos,
scilicet Christianos de gente, id est, omnes interficiamus, ne quisquam eorum de cætero inter gentes
commoretur, & nomen Israel, id est, militantis ecclesiæ non memoretur vltra. Multi nanque tyran-
ni conati sunt cultum & fidem atque memoriã populi Christiani prorsus auferre. Simul aduersum te
testamentũ disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni, Iebal & Amon,
&c. Quemadmodum populi isti aduersati sunt synagogæ Iudæorum: sic designati per eos aduersan-
tur ecclesię Christianorum. Qui autem intelligãtur per populos istos, pensare debemus ex interpre-

A tationibus nominum horum, ſicut in Geneſi legitur, dum natus eſſet Eſau, apparuit totus in mo- Gene. 25
dum pellis hiſpidus atque ſanguineus. Propterea vocatum eſt nomen eius Edom. Idumæi ergo ab
Edom oomen ſortiti, interpretantur ſanguinei ſeu terreni. per quos deſignantur auari, terrenarum
rerum amatores inordinati. Iſmaelitæ interpretantur inobedientes, per quos hoc loco ſignantur qui
propriam voluntatẽ ſequũtur, non deo ſed ſibimetipſis obtẽperantes, per quos ſignificantur guloſi, Rom. 16.
qui non Chriſto, ſed ſuo ventri deſeruiunt. Moab interpretatur ex patre. per quem deſignantur per-
uerſi ex deo ſecundum naturam exorti, ſed propter malitiam ex patre diabolo nati, quibus Chriſtus Iohan. 8.
ait, Vos ex patre diabolo eſtis. per quem exprimuntur luxurioſi, quoniam filia maior ipſius Loth ge- Gen. 19
nuit Moab ex patre proprio. Agareni interpretantur alieni ſeu aduenæ, per quos figurantur falſi fra
tres, qui ſolo nomine inter electos computantur, ſicut Iohannes aſſerit, In nobis erãt, ſed non erant 1. Iohã. 2.
ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Iebal interpretatnr vallis vana,
ſicque per eum explicantur ſallaciter humiles atque hypocritæ, de quibus in libr. Iob habetur, Simo- Iob. 36.
latores & callidi prouocant iram dei. Et in Eccleſiaſtico, Eſt qui nequiter ſe humiliat, interiora au- Eccle. 9
tem eius plena ſunt dolo. Talibus ait Saluator, Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, dens Lucæ. 16.
autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante deum. Per Amon, qui
B interpretatur populus turbidus, deſignati ſunt iracundi, quoniam ira rationem perturhat, & homi-
nem ſtulto aſsimilat. Propter quod Eccleſiaſtes ait, Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtul-
ti requieſcit. Et in libr. Iob, Virum ſtultum interficit iracundia. Per Amalech quem genuit Elephat Eccleſ. 7.
primogenitus Eſau, & interpretatur populus lingens, ſignificantur adulatores fallaciter blandien- Iob. 5.
tes, quo vitio ſe caruiſſe oſtendit Apoſtolus dicens, Neque aliquaodo fuimus in ſermone adulatio- Gen. 36.
nis. Alienigeoæ hoc eſt Philiſtæi, qui interpretantur cadentes potione, per quos deſignantur vitiis 1. Theſ. 3
atque luxuria ebrii, cum habitantibus Tyrum, id eſt, cum inuidis. Tyrus enim interpretatur angu-
ſtia. Iouidi autem in ſeipſis torquentur, quaſi loco anguſto cooclusi: hi vtique omnes populo præele-
cto ad vitam repugnant. Etenim Aſſur venit cum illis. Per Aſſur, qui interpretatur deprimens ſeu
elatus, ſignificatur diabolus, qui in profundum peecando prolapſus eſt, & in mentis tumorem ere-
ctus, qui etiam pater eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſicut in libr. Iob ſcriptum eſt, Facti ſunt in ad- Ioh. 40
iutorium filiis Loth, hoc eſt, deelinantibus. Loth nanque interpretatur deelinans, quo ſignantur apo
ſtatæ angeli, qui cum principe ſuo Lucifero declinauerunt à deo. Dæmonum vero adiutores ſunt ho
mines impii iam prædicti, quemadmodum iuſti adiutores ſeu eooperatores ſunt dei. Deinde orat ec-
cleſia pro deiectione & iuſta punitione iſtorum, potius futura tormenta prædicendo, quàm mala im
C precando. Vel conformando ſe diuinæ iuſtitiæ, vel orando vt in præſenti caſtigentur, ne æternaliter
condemnentur, aut diutius viuendo grauius præuaricentur, & oe bonum commune atque eccleſiam
diutius perſequi permittãtur. Fac illis ſicut Median & Syſare, & cætera. Median qui erat filius Abra Gene. 25
hæ ex Cethura, interpretatur relinquens iudicium, quo figurantur qui ſeipſos non iudicant, neque
dei futurum iudicium metuunt, propter quod ſaluari non poterant, ſecundum quod in libr. Ioh qui- Iob. 34
dam dicit, Nunquid qui noo amat iudicium ſanari poteſt? Per Syſaram, qui interpretatur exclu-
ſio gaudii, illi ſignantur, qui propter muodi & carnis ſuæ delitias, æternæ beatitudinis gaudia à
ſeipſis excludunt, ſicut de talibus ait dominus Ieſus. Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis & fle- Luc. 6.
bitis. Salomoo quoque, Cor ſapientum vbi triſtitia, & cor ſtultorum vbi lætitia. Eſt tameo quædam Eccl. 7.
ſpiritualis lætitia non abiicienda, de qua dicit Apoſtolus, Gaudete in domino ſemper. Per Iabbin Philip. 4.
qui interpretatur ſapiens, intelliguntur carnaliter ſapientes, quibus ab Eſaia dicitur, Væ qui ſa- Eſaiæ. 5.
pientes eſtis in cordibus veſtris. Per Giſon, quod interpretatur duritia, intelliguntur obſtinati in
malo, ſeu induratio cordis. Orat ergo eccleſia vt perſecutoribus ſuis fiat ſicut peccatoribus nunc
prædictis ſæpius factum eſt: præcipue tamen iſta petuntur contra exercitum Antichriſti. Pone prin
cipes eorum, ſcilicet perſecutorum eccleſiæ, ſicut Oreb & Zeb & Zebæe, & cætera. Per oreb, qui
interpretatur ſiccitas, deſignantur aridi à gratia dei: de qua ariditate ſcriptum eſt, O paſtor & ido- Zach. 11.
lum derelinquens gregem, brachium eius ariditate ſiccabitur, id eſt, operatio eius gratia dei priua-
bitur. Per Zeb qui interpretatur lupus, ſignificãtur rapaces. Per Zebæe, qui interpretatur victi-
D ma lupi, figurantur qui peccando facti ſunt præda diaboli. Per Salmana, qui interpretatur vmbra
commotionis, ſeu in prauitate perfectus, ſignantur inſtabiles, ſeu cum diabolo vnum corpus ef-
fecti, qui ſimul eum illo proiiciendi ſunt in caminum ignis æterni. Omnes principes eorum, id eſt,
capitaneos peccatorum iam prænominatorum, iuſtos vaſtantium, qui principes dixerunt, Hære-
ditate poſsideamus ſanctuarium dei, id eſt, terram, poſſeſsiones, eccleſias Chriſtianorum, vel potius
ipſos Chriſtianos, ſubiiciendo eos noſtro imperio, legi & cultui. Populus nanque fidelis ſanctuarium
dei vocatur: iuxta illud Apoſtol. Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Cætera exponẽda ſunt ſi- 2. Cor. 6.
eut in pręcedenti expoſitione. ¶ Pſalmus iſte contra iniquos ſatis terribiliter inuehit, & quàm in-
æſtimabili confuſione ac pœna in futuro iudicio ſint plectendi, qui modo oon conuertuntur, in ipſo
oſtenditur. Quod vero hic dicitur, Imple facies eorũ ignominia, accipi poteſt de tarda & infructuo-
ſa pœnitentia reproborum, non ex amore iuſtitiæ, ſed timore pœnarum de peccato dolentium, de
quorum pœnitentia in lib. Sapien. ſcriptum eſt, Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, & pręangu Sapien. 5
ſtia ſpiritus gementes. Et ſequitur, Talia dixerunt in inferno. Deniq; verſus iſte, Imple facies eorum
ignominia, accipi poteſt in bono, eritq; ſenſus, da domine vt in pręſenti refutentur & contemnãtur
ac vituperentur, ſecundũ ꝙ peccatores ſunt, quatenus ex ipſa ſua ignominia ceſſent peccare. Quem-
admodum enim per adulationem & laudem falſiſsimam roboratur peccator in culpa, ita per ignomi
niam ſibi illatam à malo retrahitur, dum ſe ab omnibus argui cõtuetur. & ita ſalubriter quærent no-

Lucæ. 14 men tuum domine, per pœnitentiam salutarem & veram compunctionem. Pertinere quippe videtur E
hoc ad eos, de quibus in euangel. scriptum est, Compelle intrare.

# COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXIII.

## EXPOSSTIO TSTVLI.

DEelarandi nunc psalmi titulus est, In finẽ pro torcularibus filiis Chore psalmus. i. psalmus iste in finẽ. i. in Christũ, qui est beatitudo nostra ac vita ęterna, nos dirigens cõuenit filiis Chore. i. imitatoribus Iesu Christi crucifixi, scriptus pro torcularibus. i. tribulationibus atque pressuris ecclesiarum, seu ipsis ecclesiis multipliciter tribulatis, agens & tractans. Chore enim interpretatur
Iohan. 19 caluaria. Caluaria autem est locus in quo crucifixus est dominus. Psalmus iste ad literam de inæstimabili desiderio feruentium viatorum ad patriam suspirantium, atque dei incomprehensibili beatitudine comprehensorum scriptus videtur. Ait ergo.

## PRECATIO,

*Auxiliator deus fortis, assit nobis quæsumus uirtus tua, hac in ualle plorationis, doce nos ascensiones in cordibus nostris disponere, ut de uirtute in uirtutem euntes deum deorum in cælesti Sion nos te uidere concedas lætantes.*

## ENARRATSO Psalmi. F

QVAM dilecta tabernacula tua] hoc est, vehementer dilecta, multum amãda, & incõparabiliter desiderabilia sunt habitacula curiæ cælestis, loca & mansiones beatorum in patria. De qbus tabernaculis etiam ait Saluator, Facite vobis ami
Luc. 16. cos de mãmona iniquitatis, vt recipiant vos in æterna tabernacula. Et rursus, In domo patris mei mãsiones multæ sunt, non q in cælo empyreo, quod est locus domus, & patria beatorũ sint habitacula parietibus seu interstitiis opacis diuisa, sed pluraliter dicitur tabernacula & mansiones, ad designandum varios
1. Cor. 15 gradus præmiorũ in patria. Quemadmodũ enim alia est claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ, sic diuersa est quantitas gloriæ beatorũ, secundum exigentiã meritorum eorũ. Beatitudo tamen seu vita æterna quã habent, vna est ex parte obiecti, quæ designatur per dena
Mat. 20 rium, quẽ singuli operarii receperunt, sicut in euangelio veritas docet. Itaq; multũ dilecta cordi deuoto sunt tabernacula tua cœlestia, ô [DOMINE virtutum]. i. angelorũ sanctorũ seu omniũ potestatum
Dionysi° cælestiũ, terrestrium & infernorum. Quemadmodũ enim omnes angelici spũs angeli appellantur, ita & virtutes dicuntur secundũ principẽ theologorũ, propter efficaciã quã habent in exequendo omnẽ operationẽ deiformem eis à deo præfixã. Hæc superna tabernacula quãtum ad locum corporeũ sunt
2. Cor. 5. vnũ tabernaculũ. s. cælum empyreũ, de quo ait Apost. Scimus qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q ædificationẽ habemus ex deo, domũ non manufactã æternam in cælis. Et ad G
Hebr. 9 Hebr. Non in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorũ, sed in ipsum cælum. Horũ supermundanorum tabernaculorũ figuræ erant tentoria filiorum Israel, de quibus ait Balaham Propheta
Num. 24 verus, sed homo iniquus. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit deus. Hæc tabernacula, sibi precabatur
Can. 1. ostendi anima Christi amore succensa, eiusque sponsa dicens in Can. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie. Veruntamen mirũ videtur cur Propheta non potius commendat amabilitatem regis, & habitatoris tabernaculorum istorum quam ipsa tabernacula, præsertim cũ non propter tabernacula hęc amandus sit rex cælestis, sed propter regis decorem amanda sint tabernacula eius? Et respondendum, quod ideo tabernacula commendantur vt cognoscamus, quæ sit patria nostra, in qua mentis nostrę affectum atque intuitum semper erigere ac stabilire debemus. Nomine quoque tabernaculorũ insinuatur decor, gloria, & amabilitas regis ac creatoris ipsorum. Denique tam dilecta ac diligenda sunt tabernacula ista, quantũ sunt bona, iucunda, beata. Quam autem iucunda, itemque beata consistant, inferius tangit [CONCVPISCIT & deficit anima mea] De duplici concupiscentia loquitur sacra scriptura, quarum vna est sancta & nobilis, alia fœda ac vilis. Concu-
Sapien. 6 piscentia sancta & clara intellectualis vocatur, de qua in libr. Sap. dicitur, Concupiscentia sapientiæ
Eccl. 3. deducit ad regnum perpetuum. Et Ecclesiasticus, Auris, inquit, bona cum omni concupiscentia au-
Eccl. 8. diet sapientiam. De concupiscentia vero immunda & vili, quæ sensualis dicta est, scribitur apud eundem. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Nunc autem de intellectuali con H
cupiscentia, quæ est desiderium voluntatis, sermo inducitur. Itaque concupiscit, id est, vehemẽter desiderat anima mea cum creatore suo esse peroptans, & tendens [IN atria domini?] id est, in tabernacula iam prædicta, quæ appellantur tabernacula propter inhabitationem, & atria propter capacitatis suæ latitudinem. Nec solum concupiscit, sed insuper deficit. quod dupliciter accipi potest, Primo sic, deficit, id est, tantum desiderare atria ista non valet, quantum desiderabilia sunt, quia nec intelle-
1. Cor. 2 ctus viatorum digne aut satis cognoscere, neque affectus eorum digne aut satis appetere potest gau-
Esa. 64 dia beatorum: iuxta illud Apostol. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se. Et quasi ab eo interrogaremus, vnde hoc nosti, respondens, Nobis (inquit) reuelauit deus per spiritum suum. Secundo exponitur sic, deficit anima mea in atria domini, id est, ex vehementi affectu in alienationem seu extasim cecidit, quoniam ex vehementissima occupatione intellectualium potentiarum in deo, corporalis natura mirabiliter immutatur, naturalis harmonia constringitur, corpus obrigescit & obstupescit, sicque sensitiuæ potentiæ à suis operationibus suspenduntur, & homo à seipso alienari atque deficere perhibetur.

A ❡ (2) COR meum].i.appetitus intellectualis [ET caro mea].i.appetitus sensitiuus. Vel,cor meũ.i.
anima,& caro mea.i.corpus [EXVLTAVERVNT in deum viuum].i. cũ exultatione tenderunt in
eũ omnis vitæ principiũ,& in ipso & de ipso lætati sunt,ita ꝙ deus est obiectum,causa, & terminus
lætitiæ meæ. Sed non vniformiter cõuenit exultatio ista appetitui intellectiuo seu voluntati,appetitui
quoq; sensitiuo & carni. In voluntate nanq; est secundum essentiam, in appetitu sensitiuo secundum
redundantiã,in carne vero secũdum aliqua signa interioris lætitiæ, sicut est serenitas vultus, risus,& Prou.17.
refloritio quędã ætatis,quia vt scriptũ est, Animus gaudens ætatem floridam facit,spiritus tristis exic
cat ossa. Appetitus autem superior,qui est voluntas,appetitum sensitiuũ mouet & secum trahit,quẽ-
admodum sphæra superior inferiorem: propterea magnæ affectiones voluntatis in appetitum sensi-
tiuum redundant,ita ꝙ ipse participat naturam affectionis, quæ in voluntate consistit. ❡ (3) ET-
ENIM passer inuenit sibi domũ, & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos] Versiculus iste diuersi-
mode exponitur. Hieron. enim ad literã ita exponit,quod propheta quodammodo probat arguens à
maiori,quod vtiq; rationalis creatura habeat locum beatũ, in quem deueniens quietetur ac requie-
scat,quoniã passer qui est irrationale animal post volatũ & lassitudinem inuenit locũ quo quiescat.
Turtur quoque nidũ habet in quo pullos proprios collocet,ergo & homo locum sortitur,vbi opera Matth.6.
B sua reponat,sicut & Christus hortatur, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Secundo exponitur
sic,Etenim passer.i.homo pœnitens,de quo inferius dicitur, Factus sum sicut passer solitarius in te- Psal.101
cto,inuenit sibi domum.i.locũ misericordiæ in ecclesia Christi,qui eum qui venit ad se, non eiicit fo- Iohan.6.
ras. Et turtur.i.homo perfectus cœlestia speculans,inuenit nidũ sibi.i.mansionem,hauddubium quin
in cœlo,vbi ponat.i.finaliter statuat,pullos suos.i.opera sua,non quærens mercedẽ in terra ab homi-
ne,sed in cœlo à deo. Dicitur autem homo pœnitens passer, primo quoniam ante conuersionem ad
similitudinẽ passeris mobilis erat,vagus,libidinosus,& petulans. Secũdo quoniã post conuersionem
ad similitudinem passeris in alto ædificat,turrim virtutũ construere cupiens, & opera sua ab insidiis
dæmonũ in Christo abscondens. Vir quoq; perfectus turtur ideo dicitur, qm̃ desiderio cœlestium ge- 1.Cor.10
mit,in petra quæ Christus est nidificat,pro cantu.i.pro gaudiis mundi,gemitũ.i. terrenarum rerũ ha
bet cõtemptũ. Tertio sic,Etenim passer.i.ratio quæ instar passeris sublimiter volat penna contẽpla-
tionis atq; virtutis,inuenit sibi domũ nunc in militante ecclesia, habitando in ea per fidem dilectio-
nem,& postea in ecclesia triũphanti,habitando in ea per speciẽ,fruitionemq; beatam: & turtur.i. ca
ro mortificata,spiritui prompte obediens,in operibus pœnitẽtiæ gemens, nidũ sibi vbi ponat pullos
suos,qm̃ opera sua ponit in loco securo,videlicet non in ore hominum, sed in conscientiæ puritate.
C ❡ (4) ALTARIA tua dñe virtutũ, rex meus & deus meus.] Versus iste vno mõ exponitur,ita vt
ad præcedentẽ versum pertineat,& declaret quæ domus,& quis nidus, quẽ passer & turtur sibi inue
niunt,vtpote, Altaria tua.i.mansiones cælestes,de qbus in principio psalmi huius iam dictũ est, quæ
idcirco appellãtur altaria,quia in eis incessabiliter sacrificia laudũ dño offeruntur,imo & nostra obse
quia,oblationes,& vota ibi ab angelis sanctis deo repræsentantur & immolantur. Hæc ergo altaria
tua dñe sunt domus & nidus viatorũ,ad cælos tendentiũ ô dñe virtutũ, qui licet sis omnium deus &
rex,qm̃ cuncta creasti & regis: specialiter tamẽ es rex meus,qm̃ specialiter prouides mihi, præseruan
do me à multis periculis & peccatis,gratiamq; recte tendendi ad patriam vitæ æternæ præstando: ea
etiam specialiter deus meus,quia non tãtum in naturale esse me produxisti,sed in esse supernaturali,
diuino atq; gratifico me per gratiã reformasti, & ego te præ omnibus rebus singulariter amo & co-
lo. Non est hoc omniũ dicere,sed perfectorũ dũtaxat,vel etiã feruenter efficaciterq; proficientiũ,qui
deum quotidie feruidorũ desideriorum brachiis cõplectuntur,dicentes, Tenui illũ,nec dimittam. Et, Can.3.
Mihi adhærere deo bonum est. Secundo exponitur versus iste per se,aliquid tamen subintelligendo, Psal.72
vt sit sensus, Altaria tua dñe virtutum,sunt illa,in quibus humanus quietatur affectus, videlicet taber
nacula illa superna quæ dicta sunt nidus,propter securitatẽ,altaria vero propter oblationẽ perfectã,
præsertim cum in eis etiam Christus interpellet pro nobis. ❡ (5) BEATI qui habitãt in domo tua Roma.8.
domine].i.in regno cęlorũ,in patria electorũ,in palatio angelorum, in cælo empyreo,in domo non Hebr.9.
manufacta æterna,in triumphanti ecclesia [IN secula seculorum].i.sine fine [LAVDABVNT te] Apoc.4.
D prout in Apoca. habetur, Requiẽ non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus,sanctus,sanctus, dñs Esaiæ.6
omnipotens. Et alibi, Qui redempti fuerint venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super ca Esaiæ.51.
pita eorum,gaudiũ & lætitiam obtinebunt & fugiet dolor & gemitus. Tanta est equidem beatitudo
habitantium in domo ista cælesti,vt omnem defectum,omnem miseriã, omnem displicentiã,omnem
insecuritatem ac terminationem excludit,omnem vero sufficientiam, omnem cõplacentiam compre
hendat. Quicquid enim appetitur,præsto est,quicquid respuitur longe est. Merito igitur in euangel.
scriptum est, Beatus qui manducat panem in regno cælorum. Et Petrus, In Iesum non videntes cre- Luc.14.
ditis,videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata. In hoc itaque beatitudinis regno, 1.Pet.1.
summa & vnica occupatio nostra, totum exercitium nostrum, iucundissimumque nostrum nego-
tium erit deum laudare, superfelicissimam trinitatem glorificare, deo sublimi & benedicto inces-
sabile Alleluia cantare prout in Esaia scriptum est, Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum Esa.61.
actio & vox laudis. Sed quis ad hanc laudem perennem, mansionemque cælestem perduci merebi-
tur,nisi qui nunc dominum laudat,nunc in eis præconiis gaudet, nunc in eius veneratione lætatur,
qui in carne viuens non carnaliter conuersatur, sed in præsenti seculo angelicam ad cælestem con- 2.Co.10.
uersationem orditur ac imitatur, implere studens, quod scriptum est, Timete dominum, & da- Apoc.14
te illi honorem, & adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum? Insuper ma-
nifestat propheta,quod non humana & naturali virtute,sed ope gratiæ dei, homo perueniat ad do-

mum cœlestem. ℂ (6) BEATVS vir, cuius auxilium abs te].i.felix homo nunc in spe,& tandem in E
re.cui tu dñe modo auxiliũ gratiæ tuæ impendis,vt operetur,& adipiscatur per gratiã,quæ est super-
naturale donũ,omnem naturalē dignitatem & facultatē excedens,quod nec agere neq; acquirere suf
ficit,per naturã.in quo error Pelagianorũ confunditur,asserentiũ hominem sine gratia speciali & su
Ephe.2. pernaturali posse mereri atq; saluari.Propterea enim ait Apost. Deus viuificauit nos in Christo,cu-
Roma. 3. ius gratia estis saluati.Et rursus,Gratia (inquit) saluati estis per fidem,& non ex operibus. Dei enim
Osee.13 donum est,ne quis glorietur.Dominus quoq; per Ose.dicit,Perditio tua Israel ex te,in me tantũmo-
Roma. 8. do auxilium tuum.Igitur,beatus vir cuius est auxilium abs te: quia si deus pro nobis quis contra nos?
[ASCENSIONES].i.spiritualiũ profectuũ gradus,virtuosorũ processuum incrementa [IN corde
suo disposuit] proponēs fortiter proficere,& gratiæ dei per liberi vsum arbitrii cooperari [IN val-
le lachrymarum] .i. in præsentis peregrinationis exilio,in quo peccata semper plangenda sunt [IN
loco quem posuit].i.quem homo sibiipsi vallem lachrymarum effecit , quoniam peccando paradiso
Gen. 3. expulsus est,& in hanc vallem proiectus. Vel,in loco quem deus posuit homini pro valle lachryma-
rum,quatenus in eo vitia sua deploret,ad patriamque plorans aspiret. Vnde dominus Adæ,Maledi-
Ibidem. cta (inquit) terra in opere tuo. In sudore vultus tui vesceris pane tuo . Veruntamen de hac valle la-
chrymarum faciunt sibi nonnulli domum lætitiæ,vtentes hoc mundo vt patria, non vt via: vt para-
Iaco.4. diso,non quasi exilio. Talibus clamat scriptura,Quicunque voluerit amicus huius mundi fieri, inimi F
cus dei constituetur . Nos vero vtamur hoc mundo tanquam peregrinatione, via,exilio,lachryma-
rumque valle,& carcere,& ascensiones spiritualium profectuum intra nos disponamus,consumatio-
Prou. 16. nem vero & executionem à dño expectemus,secũdum quod à Salomone scribitur,Cor hominis dis-
ponit viam suam , sed dei est dirigere gressus eius. Ideo subditur. ℂ (7) ETENIM benedictionem]
id est,cœlestis gratiæ infusionē ac diuinorum donorum multiplicationem [DABIT] in hac via ele-
Esa.50. ctis suis [LEGISLATOR].i.Christus vtriusq; testamenti collator, qui per Esaiam admonet, Atten
dite ad me populus meus,quia lex à me exiet, & iudiciũ meũ in luce populorũ requiescet [IBVNT]
fideles [DE virtute in virtutem].i.de bono in melius,donec ad optimũ perducantur , ibunt de vnius
virtutis actu in opus virtutis alterius,nunc,orando nunc aliis succurrēdo, nunc propria mala deflen
do,& ita post hanc peregrinationem ab eis clare [VIDEBITVR deus deorum].i.summus & verus
Hebr.12. deus omnium,participatiue dictorum deorum creator & dñs [IN Sion] illa cœlesti, de qua Apost.
loquitur, Accessistis ad montem Sion & ciuitatem dei viuentis Ierusalem cœlestem,& multorum mi
Apoc. 22 lium angelorum frequentiam. Hic deus à sanctis in patria cernitur,quemadmodum in Apoca.osten-
ditur, Videbunt faciem eius,& nomen eius in frontibus eorũ. Ecce quanta & quam iucunda est mer-
ces spiritualis ascensionis,in vera humilitate fundamentum habentis, cui visio dei promittitur. Pro-
Sap.3. pter quod dicitur à quodam sapiente. Bonorum laborum gloriosus est fructus , videlicet dei clara co
Sap.15. gnitio,de qua ait eadem scriptura, Nosse te domine,consummata iustitia est: & scire virtutem tuam, G
radix est immortalitatis. Vt ergo homo hoc dei auxilium consequi mereatur,deuote nunc postulat.
ℂ (8) DOMINE deus virtutũ exaudi orationem meam] dando quod peto [AVRIBVS percipe]
id est,per misericordiã & sapientiam tuam demonstra,te precem meã acceptasse [DEVS Iacob] pa-
triarchæ & populi vitia supplantantis per Iacob signati. ℂ (9) PROTECTOR noster] in aduersis
[ASPICE deus] preces,vota,& opera mea [ET respice in faciem Christi tui] dñi saluatoris, quem
1.Iohã.2. habemus aduocatum apud te,& est propitiatio pro peccatis nostris,secundum Iohannem,qui secun
Hebr. 9 dum Paulum,ascendit in cœlum,vt appareat nunc vultui tuo pro nobis . In hunc respice , & per o-
mnem sanctitatem,dignitatem,ac meritum omniũ quæ ipse pro nostra salute assumpsit,fecit,ac per-
tulit,tribue nobis quod nostra opera non merentur,& quicquid in nomine eius precamur: quatenus
Iohan.16 verificetur,quod Christus tuus ait, Amen dico vobis,si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit
vobis. Gratiam hanc perueniendi ad gloriam tuam,ô domine ideo peto. ℂ (10) QVIA melior est
dies vna in atriis tuis] id est,in prædictis tabernaculis tuis tam dilectis, mansionibusque cœlestibus,
[SVPER milia] id est, vltra quamcunque multitudinem dierum vitæ præsentis. Nulla est enim com
paratio gaudiorum seu diuitiarum regni cœlestis, ad bona vitæ pręsentis, nobiliusque existeret deum
vna die per speciem contemplari: quàm multis milibus dierum eum per fidem conspicere. Dicit au-
tem melior est dies vna,&c.non q in cœlo sint plures dies, quia in cœlo dies nocte non rũpitur, nec
vicissitudinem temporum patitur. sed quoniam illa vna dies sanctorum in patria, quæ est participa-
ta æternitas, appellaturque æuum, multos dies continet & includit . Coniunctio quoque causalis in H
principio versus istius posita,& ad sequentem versum potest referri. ℂ (11) ELEGI abiectus es-
se in domo dei mei] id est,malui despectus videri, humiliari, subesse, obedire, contemni, & castigari
in ecclesia Christi seu qualibet congregatione fideli [MAGIS QVAM habitare in tabernaculis
peccatorum] id est, quam honorari in mundo , sublimari in seculo , præesse , dominari , hominibus
Num. 16 impiis commisceri conformari aut complacere. Per humilitatem nanque & non aliter , ad altitudi-
nem peruenitur. Hinc Moses recedite (inquit) à tabernaculis impiorum hominum,& nolite tange-
re quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. ℂ (12) QVIA misericordiam & ve-
ritatem] id est, iustitiam [DILIGIT deus] in seipso,& item in nobis, quia per eas deo placeamus,
Mich. 6. quemadmodum Michæas commemorat, Indicabo tibi homo quid sit bonum , aut quid dominus re-
quirat à te, vtique facere iudicium,& diligere misericordiam. Nam & superius dictum est, Vniuersæ
Psal.24 viæ domini misericordia & veritas,quæ etiam in omni opere deo cõueniunt. Et Salomon docet, Mi
Prou.3. sericordia & veritas non te deserant, & inuenies gratiam coram deo & hominibus [GRATIAM]
in præsenti [ET gloriam] in futuro [DABIT dominus] ab eo enim descendit omne bonum opti-

A mium,& omne donum perfectum. ❡ (13) NON priuabit bonis] prædictis,videlicet auxilio gratiæ, Iacó.1.
benedictione cœlesti,& præmio gloriæ [EOS qui ambulant in innocentia] cordis,id est,qui iuste viuunt,nulli nocendo & diuinis mandatis obediendo:de quibus asserit Salomon , Qui iusti sunt habitabunt in terra,& simplices permanebunt in ea . Vnde & ad sanctum Iob quidam dicit, Recordare obsecro,quis vnquam innocens periit?quin potius vidi iniquos deo flante perisse . Et alibi, Saluabitur innocens:saluabitur autem munditia manuum suarum [DOMINE virtutum, beatus homo qui sperat in te] per spem formatam,prout Esaias fatetur,Deus iudicii dominus, beati omnes qui expectant eum.Vnde alio loco scriptum est, Respicite filii nationes hominum & scitote quia nullus sperauit in domino,& confusus est.O quam gloriosum,amorosum,& sanctum psalmum audiuimus,qui etiam religiosos & claustrales præcipue consolatur,qui domino malunt in cœnobio,spreto seculo in humili,abiectaque vita seruire,quàm in mundo deliciari atque florere. Amemus igitur & incomparabili dilectione præamemus dilecta tabernacula domini virtutum, omnia transitoria transcendendo,& velut stercora reputando , Concupiscat, & concupiscendo deficiat anima nostra in atria dei, scientes & profitentes quoniam non habemus hic manentem ciuitatem,sed futuram inquirimus,tanquam aduenæ & peregrini. Exultemus insuper intus & foris in domino,eius dignitatem, bonitatem,
B & beatitudinem contemplando,eius beneficia recolendo,eius promissa præstolando, eum in omnibus amando,eum in singulis venerando,intendendo, & exquirendo . Conemur quoque incessanter proficere,de actu vnius virtutis in operationem alterius transmeare , atque in istis diuinis operibus perseuerare,quoadusque deum deorum in Sion per speciem contemplari sinamur.

Prou.3. Iob.22. Esa.30. Eccl.3. Hebr.12.

## ❧COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXIIII.

EXPOSITIO Tituli.

HAbet præterea psalmus nunc declarandus hunc titulum . In finem filiis Chore psalmus,id est,psalmus præsens in finem,qui Christus est,nos dirigens cantatur,& conuenit filiis Chore,atque imitatoribus Christi crucifixi,cuius tota conuersatio erat velut quædam continua passio. Psalmus iste ad literam scriptus est de primo Christi aduentu seu incarnatione,variisq; beneficiis humano generi per Christi passionem collatis,sicut sæpe iam præhabitū est,Psalmi isti,in quorum titulis ponuntur filii Chore,secundū Hierony.& Hebræ.à filiis Chore seu vno eorum conscripti sunt.Secundum August.vero omnes psalmi à Dauid editi asseruntur , & filii Chore spiritualiter exponuntur,sic,quod per eos intelligantur filii domini Iesu pro nobis crucifixi, quoniam Chore in-
C terpretatur Caluaria,vbi Christus crucifixus est.Hebræi vero (quos imitatur Hieron.) asserūt,quòd Mar.5.
dum Chore incipit Mosi esse rebellis quemadmodum Dathan & Abyron,& Hon de tribu Rubem, tunc filii Chore consenserant patri suo,sed postmodum pœnitebant.Cum vero Moses iusserat vt omnes recederent à tabernaculis Chore,& Dathan & Abyron ne simul cum illis perirent: filii Chore non recesserunt,sed cum patre suo in tentorio permanserunt, quatenus eum à sua rebellione auerterent. Verum dum ille flecti contempsit,dirupta est terra sub pedibus eius, & ipse cum tabernaculo suo à terra absorptus est,descenditque in infernum humo opertus. Et factum est grande miraculum, vt eo pereunte,filii eius non perirēt,manserant nanq; in aere suspensi,quousq; reclusa est terra, quæ omnia in lib.Num.Moses astruit.Quibus gestis & consideratis,filii Chore totis præcordiis ad deum Num.16.
conuersi sunt,propter quod spiritum prophetiæ recipere meruerunt,plurimosque psalmos fecerunt. Et dicit Hieron.omne psalterium sagaci mente perlustrās, nihil triste in psalmis filiorum Chore inuenio?semper enim in psalmis eorum læta sunt omnia & iucunda ac amorosa secularibusque contēptis,cœlestia & æterna desiderant. Ait itaque sanctus propheta,

PRÆFATIO,

*Supplices domine deus clementiam tuam exoramus,remitte iniquitatem plebis tuæ,auerte a nobis iram indignationis tuæ,uiuifica nos pia actione,potenti dextera tua,ut plebs tua lætetur in te pace præsenti & sempiterna.*

❡ENARRATIO Psalmi.

D BENEDIXISTI domine] pater seu deus trinitas per Christi incarnationem [TERRAM tuam] id est, omnium electorum ecclesiam,dando eis salutem & gratiam per Christi aduentum . Quod enim facit incarnatio & passio Christi iam facta,hoc fecit antiquis temporibus fienda atque futura, in omnibus Christo tunc futuro per fidem formatam.i.charitati coniunctā vnitis. Vnde Iohannes in Apoc.affirmat,agnum qui Christus est,ab origine mundi occisum. Be- Apoc.5.
nedictio autem dei vocatur collatio munerū diuinorū [AVERTISTI captiuitatem].i.obligationē ad pœnā damni propter originale peccatū, & spiritualem captiuitatē,qua à dæmonibus captus tenetur homo,propter iugū iniquitatis & seruitutem culpæ ac dæmonis. Sic igitur auertisti captiuitatem [IACOB].i. populi fidelis vitia supplātantis ex Iacob corporaliter vel spiritualiter nati,eripiendo eum à seruitute peccati, & captiuitate diaboli. Christus Mat.12.
enim fortem armatum alligauit,& principem huius mundi foras proiecit. De huius captiuitatis auersione per Christum iam facta,Zacharias lætabūdus cecinit. Iurauit ad Abraham patrē nostrum,da- Luc.1.
turum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi. Ieremias quo- Iere.23.
que de futura hac liberatione dicit , In diebus illis saluabitur Iuda , & Israel habitabit confidenter. Et dominus apud Esaiam ait ad Christum , Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium,vt educeres Esa.52.
de conclusione vinctum,de domo carceris sedentes in tenebris . Merito autem per Iacob seu popu-

lum Iudæorum,intelliguntur ad literam vniuersi fideles, quoniam eo tempore quo scriptus est psal- E
mus præsens,totus pene mundus ad idololatriam declinauit,præter filios Iacob,sicque per Iacob o-
mnes designantur qui fidem eius sequuntur. ℂ(2) REMISISTI] ô deus trinitas [INIQVITA-
TEM plebis tuæ] fidelis & electę,per Christi aduentum ac passionem:qui non solum originale pec-
catum deleuit,sed etiam actualia vitia abstulit,satisfaciendo pro totius mundi delictis:quemadmodũ
Iohan. 1. scriptum est,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Et Apostolus, Deus erat in Christo mun
2. Cor. 6. dum reconcilians sibi. Esaias quoque,Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Sed si vir
Esaiæ. 53 tus seu meritum incarnationis,conuersationis,passionisque Christi nobis proficere debet,oportet vt
applicetur nobis:applicatur autem nobis per fidem & charitatem, & sacramenta ecclesiæ. Propter
Act. 13. quod Paulus testatur,In hoc omnis qui credit, iustificatur, [OPERVISTI omnia peccata eorum]
per Christi mortem ac obedientiam,qui quantum in se est,ita omnia peccata moriendo deleuit, ac si
Zacha. 3. nunquam fuissent. Idcirco tu deus de Christo testatus es,Ecce ego adducam seruum meum oriẽtem,
& auferam iniquitatem terræ illius in vna die,hoc est,in die passionis ipsius. ℂ(3) MITIGASTI
omnem iram tuam] id est,vindictam tuæ iustitiæ in effectum misericordiæ conuertisti,non vlciscen-
do amplius originale peccatum,quoniam propter illud nullus à beatifica visione differtur post Chri
sti passionem,dummodo aliunde defectum nõ habeat, scilicet quia meritum Christi sibi applicatum
non est,[AVERTISTI,teipsum,ab ira indignationis tuę] id est,à magna vltione tuæ iustitiæ, quo- F
niam vsque ad Christi aduentum,dimisisti gentes variis erroribus falli,multipliciterque damnari,sed
Act. 17. Christo adueniente cœpit gentilitas illuminari. Propter quod Paulus, Tẽpora (inquit) prioris igno-
Esaiæ. 53 rantiæ despiciens deus,nunc annunciauit hominibus vt omnes vbique pœnitentiam agant. Et scri-
Esaiæ. 9. ptura ait,Nos omnes quasi oues errauimus,vnusquisq; in viam suam declinauit. Sed domino salua-
tore iam nato, Populus qui sedebat in tenebris,vidit lucem magnam, cœperuntq; homines proprias
1. Iohã. 2. vias deserere & Christi itinera ambulare,quemadmodum Iohannes edocuit, Qui se dicit in Christo
manere,debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare. Hæc autem mitigatio etiam ad Iudæos extendi-
tur,imò & vsque ad patres in lymbo,nam & ipsis per Christum indultus est originalis peccati rea-
Osee. 14. tus,propter quem retardabantur à gloria. Vnde dominus ait, Sanabo contritiones eorum, diligam
Michæ. 8 eos spontanee,quia auersus est furor meus ab eis. Quod Michæas quoque introducit,dicendo, Non
immittet dominus vltra furorem suum,quia volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur no
stri. Deponet iniquitates nostras,& proiiciet in profundũ maris omnia peccata nostra. ℂ(4) CON
VERTE nos deus salutaris noster,] conuersione stabili & perfecta,ita vt toto corde, tota anima,to-
ta virtute tibi adhæreamus per contemplationem synceram,dilectionem feruentem, deuotum & hu
milem cultum,[ET auerte iram tuam à nobis] per temetipsum descendendo ad nos,& satisfaciendo
pro nobis. Sed quia superius dixit,mitigasti omnem iram tuam, quid necesse est nunc orare, vt iram
suam à nobis auertat? Et respondendum,qudd deus quantum in se est,omnino placatus est nobis per G
Christum,sed si nos Christo ingrati efficimur grauius,quàm ante irascitur nobis deus. Oramus ita-
que vt iram suam auertat. Primo,ne dimittat nos cadere. Secundo, quatenus si ceciderimus, ipse
protinus misereatur atque subueniat. ℂ(5) NVNQVID in æternum irasceris nobis] subtrahen-
Hiere. 19. do opem & gratiam tuam,propter nostra demerita, [AVT extendes iram tuam] id est,continuabis
tuam vindictam,[A GENERATIONE in generationem] id est, à qualibet generatione præceden-
ti in quamlibet generationem sequentem sine fine, non vtique,quoniam tibi proprium est misereri
& parcere:qui locutus es,Ego scio cogitationes,quas cogito super vos,cogitationes pacis, & nõ af-
flictionis, vt dem vobis finem & patientiam. ℂ(6) DEVS tu conuersus] ad nos per tuam incar-
nationem & corporalem pręsentiã,[VIVIFICABIS nos] vita gratię in præsenti, & vita gloriæ in
Iohan. 10 futuro. Vnde Christus ait,Ego veni vt vitam habeant,& abundantius habeant. Alibi quoque, Gra-
Iohan. 1. tia & veritas,per Iesum Christum facta est. Et ipse iterum, Ego (inquit) sum resurrectio & vita, qui
Iohan. 11 credit in me,non morietur in æternnm. Viuificauit autem nos Christus,quoniam à morte peccan &
Osee. 10. nece inferni nos eruit,atque salutari sua doctrina & gratia corda nostra impleuit. Et ideo scriptum
Osee. 13. est,Tempus inquirendi dominum,cum venerit qui docebit nos iustitiam. Rursusque, De manu mor
tis liberabo eos,de morte redimã eos,[ET plebs tua] Christiana electa & sancta [LAETABITVR]
non in rebus carnalibus,vanis,illicitis,sed [IN te] tuæ bonitati,perfectioni,& beatitudini congratu-
lando atque de tuis beneficiis ac promissis cordialiter exultando. Ad hanc sanctam in deo lætitiam
Iohelis. 2 admonemur à Iohele,Exultate in domino deo vestro,quia dedit vobis doctorẽ iustitiæ. Esaias quo- H
Esaiæ. 25 que in persona populi Christiani pulcherrime ait,Ecce deus noster iste. Expectauimus eum, & sal-
uabit nos. Iste dominus,sustinuimus eum,exultabimus & lætabimur in salutari eius. Hinc etiam Aba
Abac. vlt. cuc ait,Ego autem in domino gaudeo,& exultabo in deo Iesu meo. ℂ(7) OSTENDE nobis do-
mine misericordiam tuam] id est,Christum filiũ tuum misericordiæ fontẽ, per quem tu nostri sum-
me misertus es,manifesta oculis nostris, quatenus eum oculis mentis & corporis videamus in terra
Baruch. 3 conuersari,sicut per Baruch dictum fuit. Post hæc super terram visus est,& cum hominibus conuer-
satus est. Orat ergo propheta, vt Christus visibiliter in mundo appareat,assumendo naturam huma-
1. Iohã. 3. nam,quod modo impletum est,prout Iohannes in sua canonica pandit, Quod fuit ab initio, quod
Iohan. 1. audiuimus,quod vidimus oculis nostris,& manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Alibi quo-
que, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeni-
ti à patre,[ET salutare tuum]. i. Christum saluatorẽ,per quem tu saluas nos,[DA nobis] gratis ex tua
charitate, & bonitate,non ex nostra iustitia,mittendo eum ad nos per natiuitatem ex virgine, quem-
admodum per Esaiam prædictum est,Puer natus est nobis,& filius datus est nobis. Et Iohannes, Sic

A deus dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitum daret. Nos quoque quotidie verſum iſtũ congruen- ter orare debemus ad hunc ſenſum. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, id eſt, effectum pietatis tuæ euidenter & copioſe oſtende in nobis, & ſalutare tuum, id eſt, ſaluationem ſalutarem da nobis, vel etiam Chriſtum, dando eum nobis quotidie in ſacramento altaris, & per ſpiritualem aduentum eius in nobis, ſicut de ipſo ſub nomine ſapientiæ ſcriptum eſt. Da mihi domine ſedium tuarũ aſ- Sapien.9
ſiſtricem ſapientiam. ¶ (8) AVDIAM] auribus mentis cũ ingenti aduertentia, [QVID loquatur in me dominus deus] per inſpirationem internã, ſeu illuſtrationem angelicã & occultam. Et merito audiam, [QVONIAM loquetur pacem in plebẽ ſuam]. i. mihi per alloquutionem internam inſpirabit ea, quæ ſpectant ad pacẽ plebis ſuæ, quia dũ mihi inſpirat de Chriſti aduentu, paſsione & morte, ea in me loquitur, per quæ totus mundus verã, cæleſtémque pacem ſortitur. Propterea Chriſto nato, angelus dixit paſtoribus, Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie ſaluator. Lucæ.2.
Quo iſta loquente, ſubito facta eſt multitudo cæleſtis exercitus laudantium & dicentium, Gloria in altiſsimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ (9) ET ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor] quoniam iſta loquutio pacis non ſolũ pertingit ac pertinet ad plebem cõmunem, ſed etiã ad perfectos, & ad gentiles ac peccatores, qui de idololatria, quæ ſumma eſt ſtultitia & irrationabiliſsimus error, vel de ſenſualitate atque peruerſo iudicio redeunt ad cor, id eſt, ad vſum

B rationis obediendo legi diuinæ, rationique rectæ. Docemur hoc loco diligẽter aduertere, quid in nobis dominus deus noſter loquatur, quatenus eius inſpirationi acquieſcamus. Ideo nãque Abacuc in- Abacuc.
quit, Super cuſtodiã meam ſtabo, & contẽplabor vt videam quid dicatur mihi. Sed ad hoc ſatis ne- 2.
ceſſe eſt ſcire, quis ſit inſtinctus diuinus, quis angelicus, quis naturalis, quis diabolicus. Veruntamen quicquid menti noſtræ ſecundũ deum & legem Chriſti occurrit, deo ſine periculo aſſcribere poſſumus, illudque implere ſeu conſeruare debemus. De ipſa enim increata ſapientia ait ſcriptura, Omni- Sapien.7
bus mobilibus mobilior eſt ſapientia. Attingit autem vbique propter ſuam mundiciã. Et cum ſit vna, omnia poteſt, & in animas ſanctas ſe transfert, prophetas & amicos dei conſtituit. Ideo & Iohãnes, 1.Iohã. 2
Vnctio (inquit) eius docet vos de omnibus nec diſſonat quod Paulus teſtatur, Dabit tibi dominus 1.Tim.2.
de omnibus intellectũ. ¶ (10) VERVNTAMEN prope timentes eum ſalutare ipſius]. i. Chriſtus, qui eſt ſalutare dei patris, adeſt timentibus deũ timore initiali ſeu filiali. Nam qui deũ timet, declinat à malo, & ita Chriſtus demoratur in corde ipſorum per gratiã. Vnde ſuperius dictũ eſt, Timete do- Pſal.33.
minũ omnes ſancti eius, quoniã nihil deeſt, timentibus deum. Eccleſiaſticus quoque, Qui timent do- Eccleſ. 2.
minum præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas, [VT inhabitet gloria] id eſt, Chriſtus rex gloriæ, qui eſt imago dei inuiſibilis, ſplendor glorię, & figura ſubſtantiæ eius, imò & gloria patris, prout ſcriptum eſt, Gloria patris filius ſapiẽs. Vel, gloria, id eſt, Chriſtus, qui eſt Prou. 19

C honor & gloria noſtra, [IN terra noſtra] id eſt, in Iudæa, in qua Chriſtus inter homines corporaliter vixit & habitauit, vt Zachar. teſtatur, Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo Zacha. 2
in medio tui. Et Hiere. Expectatio Iſrael, ſaluator quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator Hiere.14
declinans ad manendum. ¶ (11) MISERICORDIA & veritas] id eſt, pietas & iuſtitia dei, [OBVIAVERVNT ſibi] id eſt, conuenerunt, apparuerunt, & ſibiinuicem ſine diſcordia occurrerunt in Chriſto. Miſericordia enim dei in Chriſti incarnatione apparuit, quoniam ex ineffabili miſericordia dei factũ eſt, vt vnigenitus filius carnem aſſumeret. Iuſtitia quoq; in ea relucet, quoniã deus in Chriſti incarnatione impleuit, quod per prophetas prędixit ac repromiſit, [IVSTITIA & pax oſculatæ ſunt] i. iuſta ſatisfactio, qua Chriſtus pro nobis per viã iuſtitiæ ſatisfecit, ſuſtinendo pœnã pro culpa noſtra, & confœderatio generis humani cum deo hanc ſatisfactionẽ concomitãtes, amoroſe in Chri- 1.Cor.1.
ſto vnitę ſunt. Chriſtus nãque (ſecundũ apoſtolum) factus eſt nobis à deo iuſtitia & redemptio. Ipſe Epheſi. 2
quoq; eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ. Propter quod ait apoſtolus, In ipſo cõplacuit omnẽ ple- Coloſſ. 1.
nitudinẽ inhabitare, & per ipſum cõciliare omnia, pacificans per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quæ in cælis ſunt, ſiue quæ in terris. Hæc quoq; iuſtitia & pax oſculantur ſe mutuo in nobis per Chriſtũ redẽptis, quoniam ad iuſtificationẽ nobis per Chriſtũ collatã, ſequitur ſtatim in nobis pax qua deo pacificamur.
¶ (12) VARITAS] . i. Chriſtus dei filius incarnatus, qui de ipſo loquitur, Ego ſum via, veritas & Iohã, 14.

D vita, [DE terra orta eſt] . i. de vtero virginis glorioſæ carnẽ aſſumpſit, & naſcendo proceſsit, ſicut de hac terra, videlicet ſancta Maria, per Eſaiam affectuoſiſsime dicitur, Aperiatur terra, & germinet ſal- Eſaię.45
uatorẽ, [ET iuſtitia de cælo proſpexit]. i. æquitas dei, ſeu deus iuſtus hunc Chriſti ortũ approbauit, gratumq; habuit, atq; per eũ genus humanũ redemit. Moraliter vero veritas de terra oritur, dũ cor peccatoris rebus terrenis inuolutũ, proprias culpas integre confitetur, dúmq; deus omnipotẽs peccatorem cõfitentẽ ſtatim iuſtificat, iuſtitia de cælo mox proſpicit. Vnde Iohannes ait, Si cõfiteamur pec 1.Iohã. 1.
cata noſtra, fidelis & iuſtus eſt, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Cõuenienter antẽ virgo mater deſignatur per terrã. Nã vt deuotiſsimus ait Bernardus, Quẽadmodũ campus ſeu terra ſine omni humano floret amminiculo, nõ ſeminatus ab aliquo, non defoſſus ſarculo, ſic virginis vẽter floruit, ſic inuiolata, caſta, integra Mariæ viſcera æterni viroris florẽ protulerũt, cuius pulchritudo & gloria nunquã marceſcit. Sed ne alicui impoſsibile videatur quod virgo generet Chriſtum, oſtẽdit modũ generationis iſtius, videlicet quod nõ ſit humana virtute, ſed poteſtate diuina. ¶ (13) ETENIM dñs] ſ. trinitas deus, cuius opera ſunt indiuiſa, [DABIT benignitatẽ]. i. gratiæ miſericordiſsimã affluentiã, dando per ſpm̃ ſanctũ virgini prælectæ fœcunditatẽ ſupernaturalẽ, & plenitudinem gratiarũ, prout Gabriel declarauit, dum virgini huic locutus eſt, Aue (inquiens) gratia plena, Luc.1.
dominus tecũ, [ET terra noſtra]. i. virgo Maria noſtra ſaluatrix, mater & aduocata, (DABIT fructũ ſuum] Chriſtum gignendo, ſicut de ipſa ſuperius dictum eſt, Terra dedit fructum ſuum. De quo fru- Ibidem.

ctum suũ. De quo fructu ait ad eã S. Elisabeth, Benedictus fructus vẽtris tui. Spũaliter dñs dabit beni E
gnitatem, dũ corda nostra implet p gratiã, nostrasq; pces exaudit, pctõrẽ gratis iustificat, impiũ puenit, iustũ cõseruat, proficiẽtẽmq; pficit. Et terra nr̃a dat fructũ suũ, dum corpus nostrũ obedit spũi, &
Rom. 12 in piis exercitiis occupatur, qñ implemus illud Apostoli, Obsecro vos vt exhibeatis corpa vestra hostiã viuẽtẽ, sanctã, deo placẽtẽ. ¶ (14) IVSTITIA ante eũ ambulabit]. i. iusta doctrina & conuersatio
Act. 1. sancta, Christũ in oĩbus anteibit, ita q̃ de corde ac ore ipsius nihil nisi iustũ & sanctũ procedet. Cœ-
Eccl. 37. pit enim Iesus facere & docere, haud dubiũ quin iusta & vera. Vnde Ecclesiasticus ait, Ante oĩa opera verbũ verax pcedat te, & ante omnẽ actũ verbũ stabile [ET ponet in via gressus suos]. i. ipse Christus opere adimplebit quod docebit. In via enim gressus suos doctor ponit, dũ doctrinã, quæ est via ad vitã æternã, quã aliis proponit Ipse bene operando, verã esse ostendit. Alii ita exponunt. Iustitia. i. Iohãnes Bap. ante eũ ambulabit, qm̃ Christi pcursor extiterat, & ponet in via gressus suos, quia impleuit quod docuit. Sed q̃ Iohan. Bap. appelletur iustitia, nõ inuenio in scriptura canonica, quod tñ
Esa. 56 de Christo reperio scriptũ in Esaia, vbi de Christo ait pater æternus, Prope est salus mea vt veniat,
Moralis & iustitia mea vt reueletur. Moraliter. Iustitia ante eũ ambulabit. i. iustitia hominis in confessione &
expositio pœnitentiã culpæ cõsistens, aduentũ Christi ad animã hominis talis præcedet. Prima nanq; iustitia hominis est de malo pœnitere, & hęc pcurrit & præparat viã aduentui Christi in animã: & tũc Christus ponet in via sic sibi parata gressus suos, dãdo homini gratiã Christiformiter cõuersandi. Sed qm̃ F
tota nostra iustitia originaliter dei donũ est, nec posset esse in homine vera iustitia. s. meritoria & infusa, nisi deo eã pręueniente, fidẽ, gratiãmq; præstãdo, idcirco nõ videtur proprie dictũ q̃ iustitia hominis præcedit Christi spũalem aduentũ, imò per eius aduentũ pctõr iustificatur. Aptior ergo apparet expositio prima. Postremo quis intellectus cõcipere, quæ lingua exprimere possit dignitatẽ ac laudem psalmi præsentis, in quo primo dei beneficia deuotissime recolũtur, deinde oratio efficacissima introducitur. s. Cõuerte nos deus salutaris noster? Et merito versus iste, contra noctis insidias, dæmonum tenebras, & hominis infinitas indigentias de sero ante cõpletoriũ dicitur, quatenus diurno iam lumine recedente, mens ipsa ad deũ conuersa, luce gratiæ perfundatur atq; ab omnibus sensibilibus rebus abstracta, intelligibili, incõmutabili, summoq; bono firmiter immergatur. Et ne tãta nobis gratia denegetur propter nostra delicta, cõuenientissime superaditur, & auerte irã tuã à nobis. Hũc itaque versum, præsertim in cõpletorio cũ vehementi affectu & cordis synceritate dicamus. In versibus quoq; sequẽtibus spes cõsequendi misericordiã inflãmatur, omnisq; pusillanimitas ac diffidẽtia penitus eradicãtur. Sed & versiculus iste, ostẽde nobis dñe misericordiã tuã, nõne sentẽtiosa dulcedine ac dulci sententia omnẽ carnaliũ rerum suauitatem excedit? Præterea, tres primos versiculos huius psal. quidã ad literã exponunt de terra Iudęæ & populo Iudæorũ à captiuitate Babylonica redeũte. Verũ G
tamen melius arbitror, vt totus psal. de Christo exponatur, & spũali liberatione ecclesiæ secundũ sensum inductum, quatenus totus sensus sit sibi connexus & cõsonus. Versiculũ insuper illũ, misericordia, & veritas obuiauerũt sibi, S. Bernardus profundissime, atq; pulcherrime in quodã sermone pertractat, in quo sic eũ exponit, q̃ circa mysteriũ redemptionis humanæ videbantur quodãmodo sibi inuicẽ contradicere, misericordia dei, & veritas, qm̃ misericordia exigebat miserũ liberari, veritas autẽ dictabat reũ dãnari. Sed in hac obuiatione iustitia & pax osculatæ sunt, quia miser redẽptus est, & culpa eius impunita nõ fuit. Hanc vero expositionẽ, quoniam satis cõmunis & prolixa est, derelinquo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXV.

### ¶ EXPOSITIO TITVLI.

Titulus Psalmi est, Oratio Dauid. i. Christi secundũ Hieronymum, in cuius. s. persona Dauid hic loquitur. Secundũ alios Psalmus iste partim conuenit Christo, & partim membris ipsius. Secundum quosdam vero ad literã de Dauid exponitur. Christus itaq; secũdum q̃ homo, & passioni iam proximus, ait ad deum patrem, seu totam superbeatissimam Trinitatem.

### PRECATIO.

*Famulantes tibi nos domine deduc in uia tua, & ingrediamur in ueritate tua, ut magna super nos stillante misericordia tua, animam nostram eruas ab inferno inferiori, atque æternæ gloriæ facias participari.* H

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

INCLINA domine aurẽ tuam] Hoc est, pietatẽ tuam paternã extende ad me [ET exaudi me] dando quod postulo. Loquitur hic Propheta de deo, quasi de homine, qui dũ oratur primo aurem suã inclinat ad deprecantem, deinde eum
Esa. 63. exaudit, [QVONIAM inops & pauper sum ego] Christus inops. i. sine ope al
2. Cor. 8. terius erat, præsertim in passione secundũ q̃ Esaias contestatur, Circunspexi & non erat auxiliator. Erat etiã pauper, sicut de eo ait Apostolus, Cũ diues esset, propter nos pauper factus est. ¶ (2) CVSTODI animã meam] hoc est, vitam meã corporalem cõserua, me à Iudæis, Herode, aut aliunde occidar ante tempus passioni præordinatum. Hoc Christus petere potuit, quando quærebant eũ Iudęi pręcipitare & lapidare. Non autẽ orabat Christus custodiri à ruina peccati, qm̃ cõprehensor erat, & confirmatus in bono, [QVONIAM sanctus sum] Hic Christus meritũ suum allegat, cur dignus sit exaudiri, qm̃ (inquit) sanctus sum. Christ⁹ enim vt deus essentialiter sanctus est, & sanctitas infinita, inquantum vero est hõ omniũ creaturarũ sanctitatem solus excedit, ꝓpter quod sanctus sanctorũ vocatur à

A Daniele. Vngatur sctûs sctorû. Vnde & inimicus eius diabolus cõpulsus est dicere. Scio q̃a sis sanctus
dei[SALVVM fac seruû tuû].i.me Christû,q propter homines redimẽdos formã serui accepi,de quo Esaiæ 42
tu dicis,Ecce seruus meus,suscipiã eû. Et qui ad te ait,Hæc dicit dñs,formãs me ex vtero seruû sibi,vt Esaię 49
reducã Iacob ad eû.Itaq; saluû fac seruum tuû ô[DEVS meus]q es omniû deus generaliter,sed meus
deus,summe & specialiter,sicut quẽ incõparaliter colo & diligo,& à quo incõparabiliter elect⁹ atq; di
lectus sum[SPERANTEM IN te].i.in tua virtute & bonitate.Christus nãq;, quis spem(quæ est theo
logica virtus)nõ habuit, nihilominus inquãtû homo passibilis sperauit in deo per quandã fiducialem
cõfidentiã,qua expectauit ab eo adipisci omnẽ bonû quod cõcupiuit. Petit autẽ Christus saluari à deo
nõ vtiq; à peccato,à morte ppetua,qm̃ peccatû nõ habuit:sed à passibilitate corporis,à rabie Iudæo-
rû,à corporis morte p resurrectionẽ beatã,sicut superius de ao inductû est,salua me ex ore leonis,&c.
Vnde & ipse ait,Pater saluifica me ex hac hora. ℂ(3)MISERERE mei dñe]Pater, liberando me à Iohan.12
præsentis vitæ pœnis atq; miseriis[QVONIAM ad te clamaui]corde ardẽti seu voce sublimi[TOTA
die]hoc est,cũctis diebus quibus vixi in mũdo.Christus nanq; etiã vt homo semper in actu diuinę cõ
tẽplationis dilectionisq; fuit,& ita indesinẽter orauit,cû oratio(secũdû Damascenû)sit ascẽsus mentis
in deû,nec cesset orare qui nõ cessat laudabiliter agere.Orauit ergo saluator iugiter,& præsertim pro
humana salute[LAETIFICA animã serui tui]lætitia accidẽtalis præmii.Anima nãq; Christi incessa
B biliter erat in gaudio beatificæ fruitionis:sed animã suã,quæ tristis erat in passione,ita vt diceret, tri-
stis est anima mea vsq; ad mortẽ,petit lætificari in resurrectione de corporis sui glorificatione, patrû
in limbo existentiû eductione,omniû electorû salute,seu iustificatione. Mortuus est enim propter de- Rom.4.
licta nostra,& resurrexit propter iustificationem nostrã secundû Apost. [QVONIAM ad te domine Rom.6.
animã meã leuaui]contẽplando,seu intente orãdo. ℂ(4)QVONIAM tu dñe deus]pater seu Trini-
tas benedicta es[SVAVIS & mitis]Deus vere,proprie,& naturaliter,imò superessentialiter incircû-
scriptibiliterq; suauis est,& ipsa diuina essentia est dulcedo fontana, viua,simplex, & infinita,omnem
sensum exuperãs,quãtum ad suã plenitudinẽ omni mẽti creatæ ignota,& inexperta, à qua fluit omnis
suauitas,omnis cõsonantia,omnis fragrãtia. Mititas vero seu mãsuetudo deo nõ cõpetit proprie,sicut
nec cæteræ virtutes morales circa passionû moderationẽ versantes : sed sicut deo asscribitur ira, non
propter veritatẽ affectus, sed propter similitudinẽ effectus, sic mititas quæ proprie appellatur virtus
moralis passionẽ irę refrenãs,deo ascribitur trãssumptiue,videlicet quia iustã vindictã relaxat. Itaque
deus suauis est iustis ipsum pure & amorose contẽplantibus, in quorû affectu diuinæ dulcedinis degu
statio, omnẽ mundanæ delectationis fallaciã facit odibilẽ. Mitis quoq; est deus peccatoribus ad ipsum
toto corde redeûtibus,quoniã talibus per modû hominis mãsueti cito omnẽ vltionẽ indulget,quẽad-
modum Hieremias ait,Reuertere ad me,& nõ auertã faciẽ meam,[ET multæ misericordiæ omnibus Hiere.3.
C inuocãtibus te]hoc est multû misericors es, multiplicẽmq; pietatis effectû imponẽdis cunctis te inti-
me deprecãtibus:sicut habetur,Pius & misericors est deus, & remittit in tẽpore tribulationis peccata Eccle.2.
& protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Itẽmq;, Quis inuocauit illum, & despexit eum? Ibidem.
ℂ(5)AVRIBVS percipe domine orationẽ meã]superius dixit singulariter inclina domine aurẽ tuã,
& ibi per aurem intellecta est misericordia creatoris, nûc vero pluraliter,auribus percipe. Quid ergo
modo per aures dei,nisi misericordia & scientia eius intelligendû videtur? Per misericordiã siquidem
deus exaudit,per scientiã vero omnia audit. Interdû autẽ per aures dei nõ designãtur misericordia & Esaiæ 37.
sciẽtia,sed scientia & iustitia,sicut dû dominus ait,Superbia tua ascendit in aures meas,videlicet vt eã
iuste vlciscar. His igitur auribus percipe domine orationẽ meã, vt eã tibimetipsi tenaciter imprimas,
nõ obliuiscẽdo ipsius,hoc est,nõ tardando eius effectû,seu exauditionẽ.ideo subditur,[ET intẽde vo-
ci deprecationis meę].i.orationẽ meã vocalẽ diligẽter ac pie aduerte. ℂ(6)IN die tribulationis meę] Matt.27.
.i.tẽpore persecutionis & passionis[CLAMAVI ad te]dicẽdo,Pater,si fieri potest,transeat à me calix Lucæ 23.
iste. Et,Pater,ignosce illis. Et, In manus tuas cõmẽdo spiritû meû. Fiducialiter autẽ & secure te depre Psal.30.
catus sum[QVIA exaudisti me]semper in omnibus,& egoipse dixi,Pater,gratias ago tibi,quoniã au Iohan.11.
disti me. Ego autẽ sciebã,quoniã semper me audis. ℂ(7)NON est similis tui in diis domine]Quoniã
omnes deos,qui vel mẽdaciter dii appellantur & veraciter dæmones sunt,vel gratiã diuinitatis excel-
D lẽter participãt, p quã efficiũtur diuinæ cõsortes naturæ & dii dicũtur p participationẽ,tu summe ve- Exo.15.
ráxq; deus in infinitû excellis,sicut & Moses loquitur, Quis similis tui in fortibus domine,quis similis
tui,magnificus in sanctitate,terribilis atq; laudabilis,& faciẽs mirabilia? Sophonias quoq; ptestatur, Sopho.2.
Horribilis dominus,& attenuabit omnes deos terræ.[ET nõ est secundû opera tua]hoc est,nõ inueni
tur,qui tibi similia possit efficere. Multa nanq; sunt opera tibi propria,quæ nulli creaturæ cõueniunt,
sicut creatio,iustificatio,felicitatio,cordiû perscrutatio,futurorû pure cõtingẽtiû certa prænotio trãs- Iohan.3.
substantiatio,miraculorû operatio. De talibus operibus Christus præcipue ait in Euang. Pater meus
vsq; modo operatur,& ego operor. ℂ(8)OMNES gẽtes quascûq; fecisti, veniẽt & adorabût corã te Gen.12.
dñe]Hæc est ,pphetia de gẽtiû illuminatione & vocatione ad fidẽ:estq; distributio ista intelligẽda, si-
cut & illa qua dictû est Abrahæ,In semine tuo benedicẽtur oẽs familiæ terræ. Et qua ait virgo Chri-
stifera: Beatã me dicẽt õnes generationes. Nõ enim est in istis distributio pro singulis generû,sed pro Luc.1.
generibus singulorû. Est igitur sensus,Omnes gẽtes quascûq; fecisti, hoc est, qdã de omni genere ho-
minû à te creatorû, veniẽt ad fidẽ,& adorabût corã te dñe,q omnia cernis. Adorabût antẽ te deum in
spiritu & veritate sicut apud Sophoniã prędixisti, Quia tûc reddã populis labiû electû,vt inuocẽt oẽs Sopho.3.
nomẽ dñi,& seruiãt ei humero vno. Et alibi, Ecce leuo ad gẽtes manû meã,& exaltabo ad populos si- Esaię 49
gnû meû. Quæ omnia apud Danielẽ clare tãgûtur his verbis, Omnes populi,tribus, & linguæ seruiẽt Dani.7.
ei [ET glorificabunt nomen tuû].i.te gloriosum esse verbis pronûtiabût & opere demonstrabunt,si-

Esaiæ 34 cut apud Esaiam pulchre inducitur, In doctrinis glorificate dominum. A finibus terræ audiuimus lau B
des, gloriam iusti, scilicet Christi. ¶(9) QVONSAM magnus es tu] iuxta illud, Adonai domine ma-
Iudith 16 gnus es tu, & præclarus in virtute. Denique tam magnus es, vt magnitudinis tuæ nullus sit finis [ET
Psal.144 faciens mirabilia] in cælo & in terra [TV es deus solus] qui per Mosen locutus es. Videte quia ego
Deut.32. sum solus, & nō sit alius deus præter me. Et per Esaiam, Ego sum dominus faciens omnia, extendens
Esaię 44 cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Sumitur autem deus in his locis absolute & pro deo
Ephe.4. Trinitate. Vnde Apostolus ait, Vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Et iterū, Et si sint qui dicantur
Gala.3. dii & domini, nobis tamen vnus deus est, ex quo omnia, & vnus dominus per quē omnia. ¶(10) DE-
DVC me domine in via tua] Secundum expositores, Christus hunc versum dicit, non pro seipso, sed
Zacha.3. pro corpore suo mystico, secundum quem modū ait apud Zachariā, Qui tetigerit vos, tāget pupillā
Actu.2. oculi mei. Et in Actis Christus, Saule, Saule, quid me persequeris? Potest tamen hic versus de Christo
exponi hoc modo, Deduc me domine in via tua: via dei fuit qua anima Christi in limbū patrū descen
dit, atque post resurrectionē in cælos cōscendit, & in hac via petiit Christus à deo deduci, sicut & san
cti in patria orant in corpore glorificari. Omne etenim bonū futurū nondum adeptū quod licite desi-
Dan.7. deratur, licēter oratur secundū Augustinū [ET ingrediar] in regnū cælorum vsq; ad dexterā tuā [IN
veritate tua] .i. quemadmodum per sanctos prophetas veraciter promisisti. Scriptum est enim, Aspi-
ciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque antiquū die- F
rum .i. deum æternū peruenit, & in cōspectu eius obtulerūt eum, & dedit ei potestatē & honorē & re-
gnum [LAETETVR cor meū vt timeat nomen tuum] timore filiali, ac casto. Hoc Christus dicit non
Apoc.19. orando, vt sic sit, sed cordialiter exultando, quia sic est, sicut & sancti in patria dicunt illud in Apoca.
Gaudeamus & exultemus & demus gloriā deo. Timuit autē Christus vt homo deū timore casto, illo
præcipue, qui est vnū septem donorum spiritus sancti, secundum ꝙ scriptum est, Replebit eū spiritus
Esaiæ 11. timoris domini. ¶(11) CONFITEBOR tibi domine deus meus] .i. laudabo te [IN toto corde meo]
id est, integro nō diuiso, nec vago affectu & intellectu. Hoc Christo perfectissime cōpetit, quoniā inde
sinēter tota anima, tota virtute, tota mēte ferebatur in deū, sicut & sancti in patria, nec erat cor suum
Luc.10. per euagationē aut inordinatū amorem diuisum. Hoc modo confessus est Christus deo, ex toto corde
ipsum laudando, prout de ipso in euangelio scriptū est, Exultauit Iesus in spiritu sancto, & dixit, Con
fiteor tibi pater domine cæli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti
Iohā. 17. ea paruulis. Et alibi Christus patri confitetur confessione laudis, dum eum iustum & sanctū appellat,
eique ait, Sermo tuus veritas est [ET glorificabo nomen tuū in æternū] verbis & factis, per meipsum
Iohan. 8. & ministros, qui per meā doctrinam & gratiā ad te glorificandum inducūtur. Vnde ait saluator. Ego
nō quæro gloriam meā, sed honorifico patrem meū. ¶(12) QVIA misericordia tua magna est super
me] hoc est super naturā meam humanā quam assumpsi. Misericordia dei super illū esse asseritur, qui
misericordiā consequitur. Multiplex autē est misericordiæ dei effectus, & secundum hoc diuersimode
dicitur, misericordia dei esse super homines magna. Vnus nanq; effectus misericordiæ dei est peccata G
dimittere. Alius gratiā cōuersionis infundere, sicq; misericordia dei magna est super peccatores pœni
2.Par.36 tentes & conuersos. Propter quod in fine 2. Paralip. & in fine libri Esdræ, ait scriptura, Tu deus pro-
pter nos miseros misericors appellaris. Alter effectus misericordiæ dei est, hominē per gratiā præue-
Esdræ 10 nire atq; in innocētia sine peccato custodire: & ita misericordia dei magna & incōparabiliter magna
in Christo est, quoniam sola gratia natura eius humana est dei verbo vnita, à principio suę creationis
beata fruitione dotata, cōfirmata in bono & pręseruata ab omni malo, & ideo ante de eo dictū est deo
Psal.20. patri. Præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. Et in Euāg. Non ad mensurā dat deus spiritū san-
Iohan.3 ctum homini Christo [ET eruisti] in die resurrectionis [ANIMAM meam ex inferno inferiori] hoc
est, ex limbo inferni infra terrā existenti, de quo limbo Iacob in Geñ. Descendā (inquit) lugens ad fili-
Gene. 37 um meū in infernū. Ioh etiā, In profundissimū inferni descēdent omnia mea, putásne ibi erit requi-
Iob 17. es mihi? Ex hoc inferno eruit deus animā Christi tertia die, secundum ꝙ Christus superius dixit, Dñe
Psal.29. eduxisti ab inferno animā meā. Et, Quoniā nō derelinques animam meā in inferno. ¶(13) DEVS]
Psal.15. Trinitas [INIQVI] Iudæi [INSVRREXERVNT super me] .i. cōtra me [ET synagoga potentiū]
.i. principes sacerdotū, scribæ, pharisæi, magistratúsq; tēpli [QVAESIERVNT animā meā] .i. vitā
Mar.14. meā ad occidendū, secundum ꝙ in euāgelio dicitur, Quærebāt summi sacerdotes, quomodo Iesum te
Sapien. 2 nerent & occiderēt. Et Sapiens quidā, Dixerūt impii apud se cogitātes non recte. Opprimamus virū
iustū, qm̄ cōtrarius est operibus nostris, & gloriatur se deū patrē habere, & filium dei se nominat [ET
Danie.13 nō proposuerūt deū in cōspectu suo] .i. diuinū iudiciū nō expauerūt in tāto facinore, prout de quibus- H
dam alio loco dictū est, Euerterūt sensum suū ne recordarētur iudiciorū iustorū. ¶(14) ET tu domi-
Eccle.5. ne deus miserator] in opere [ET misericors] in natura [PATIENS] longanimiter expectādo, iuxta
illud, Altissimus est patiēs redditor. Non tamen cōuenit patiētia proprie sumpta deo, sicut de mitita-
te ostensum est, qm̄ patiētia proprie est virtus moralis, passionē tristitiæ reprimēs. Dicitur ergo deus
patiēs propter similitudinē operis, qm̄ scilicet peccatorē lōganimiter præstolatur ad veniā [ET mul-
tæ misericordiæ] expositum est [ET verax] in verbis factis atq; promissis. ¶(15) RESPICE in me]
oculo pietatis paternę [ET miserere mei] secundū sensum iam explanatū [DA imperiū tuū puero tuo]
.i. regnū militātis Ecclesiæ iudiciariámq; potestatē da mihi Christo filio tuo dilecto, quēadmodū alibi
1.Reg.2. prædictū est, Dñs dabit imperiū regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Sed quoniā omnis creatura
Heb.2. subiecta est Christo, à suæ cōceptionis maternæ exordio, qd nūc orat vt sibi detur imperiū, nisi vt de⁹
pater manifestet hominib⁹ hoc imperiū Christo esse collatū? Hoc em̄ Christus apud Iohā. deprecat.
dicēdo. Pater clarifica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te [ET saluū fac] à morte per resurrectionē [FI-

A lium ancillæ tuæ] id est, me Christū natū Mariæ, quæ ait, Ecce ancilla domini: ℭ (15) FAC me- Iohā.17.
cum] ô domine deus pater [SIGNVM in bonum] id est, signū resurrectionis ostende in me ad clari Luc.1.
ficationem nominis mei per mundū [VT videant qui oderūt me] id est, Iudæi seu custodes sepulchri, Matt.28.
qui angelo viso territi ceciderunt, & facti sunt velut mortui. Videāt (inquam) per certa argumēta atq;
miracula me resurrexisse [ET confundantur] de suis peccatis nunc per pœnitentiā, vel postmodum
per condemnationē. Quidā etenim Iudæorum per hæc signa & argumēta Iesum esse verū Christum
per fidē viderūt post resurrectionem, qui ante clamauerunt, Tolle tolle, crucifige eū. De ipsis nanq; Iohā.19.
Christus loquebatur, Cum exaltaueritis, inquiens, filiū hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Hoc Iohā.12.
signū quod Christus hic petit, est signū Ionæ prophetæ, quemadmodū in Euangelio dicit de Iudæis
dominus Iesus, Generatio adultera & peruersa signū quęrit, & signū non dabitur ei nisi signū Ionæ Matt.12.
prophetæ, qui tertio die exiuit de piscis ventre. Non ergo datū est Iudæis signū descensionis de cru-
ce quod petebant, dicentes, Si rex Israel est. Et, Si hic est Christus dei electus, descendat nunc de cru Ionæ.2.
ce & credimus ei, sed signū resurrectionis de monumēto, de quo Sophonias loquitur, Expecta me in Matt.27.
die resurrectionis meæ in futurum. De quo etiam ait alibi sermo diuinus, Viuificabit nos post duos Marc.15.
dies, in die tertia suscitabit nos. Potest quoque per hoc signū intelligi operatio miraculorū, per quod Sopho.3.
S. Apostoli in Ierusalem primitus probauerunt Christum resuscitatū. Vnde Petrus claudo nato sana Oseę.6.
B to, dixit Iudæis, Deus patrū nostrorū glorificauit filiū suū Iesum. Itaq; fac mecū signum in bonum vt Act.3.
videant &c. [QVONIAM tu domine adiuuisti me] cooperando mihi in omnibus [ET consolatus
es me] in resurrectione, liberando me ab omni pœna & passibilitate.

ℭ Explanatio tropologica siue moralis eiusdem Psalmi de quolibet vere fideli.

POrro cum Psalmus iste magna excellentia polleat (continet nanq; ardentissimas preces viri de-
uoti, pulcherrimas laudes dei, beneficiorúmque diuinorū gratā memoriam) ideo plenius pertra
ctandus est, hortando magis quàm exponendo, difficultatem enim non habet in sensu, & si ali-
qua in eo difficultas consistat, ex præcedenti expositione elucescit. In primis ergo pēsandum, ꝙ licet Lucæ.18.
homo dominū orans, misericordiæ eius debeat præcipue inniti, dicendo cum publicano, Deus propi Eccle.7.
tius esto mihi peccatori. Nam & alibi scriptum est, Non te iustifices coram deo. Vnde & S. Iob asse- Iob.9.
rit, Si iustificare me voluero, os meū condemnabit me. Nihilominus potest homo interdū in oratio-
ne aliqua opera sua bona commemorare, non ea sibiipsi cōtumaciter, sed deo humiliter attribuendo,
quatenus maiorem exauditionis fiduciam inde concipiat. Sic enim Ezechias orans, locutus est, Obse 4.Re.20
cro domine, memento quomodo ambulauerim corā te in veritate & corde perfecto. Iudith quoque, 2.Par.32
Domine deus cæli & terræ, intuere superbiam eorū, & respice ad nostram humilitatem, & faciē san- Esa.38.
C ctorum tuorū attende. Sed & sancta ac venerabilis Ester deum ita precatur, Domine mi rex adiuua Iudith.6.
me solitariam, cuius præter te nullus alius auxiliator est. Tu scis ꝙ abominer signū superbiæ & glo- Hest.14.
riæ meæ, quod est super caput meū, quasi pannū menstruatæ, & nō portē illud in diebus silentii mei,
& ꝙ nunquam læta sit ancilla tua ex quo translata sum huc. O quàm vere sublimis perfectio. Ecce Hester.1.
ex humili statu facta erat Imperatrix, & coniunx potentissimi illius regis Assueri, qui regnauit super
centum vigintiseptem prouincias, & cum esset in tanta maiestate, honore, & gloria, nunquam macu-
lauit animam eius ambitio, nunquam inaniter est læta, nunquam regis incircūcisi adamauit cubile.
Quid ad hæc nos barbati dicemus? Simili itaq; modo in Psalmo præsenti homo deuotus multas cau-
sas allegat, cur deceat se exaudiri à deo, quarum quædam sumuntur ex parte sui, quædam vero ex par
te dei. Earum autem quæ sumuntur ex parte sui quædam pertinent ad suæ imperfectionis confessio-
nem, quædam vero ad suam perfectionem. Primo igitur allegat causas ex parte sui, quarū prima est
propria indigentia & paupertas, de qua modo fatetur, Inclina domine aurē tuam & exaudi me, quo- Ephe.2.
niam inops & pauper sum ego. Tanquam dicat, tu deus qui diues es in misericordia, cuius manus nō Esa.50.
est abbreuiata, in cuius manu sunt omnia, in quo sunt infinitæ diuitiæ, exaudi me egenum & paupe- Psal.94.
rem. Decet enim liberalem & diuitem dominū, pauperem famulū exaudire, sicut tuipse apud prophe Esa.41.
tam testatus es, Ego dominus exaudiam egenum & pauperē, non derelinquam eos. Dicit autē, Incli-
D na domine aurē tuā, nō ꝙ in incircuitū scripto ac simplici deo sint aures corporeæ aut inclinatio mo
tus localis, sed secundū sensum præhabitū. Secūda ratio exauditionis ex parte hominis est bonitas vi-
tæ, & istam allegat subiungēs, Custodi animā meā, ab omni tentationis & aduersitatis periculo, quo-
niam sanctus sum, hoc est, mundus & innocens. Sanctitas enim (secundum Dionysium) est mundi-
tia ab omni impuritate seiuncta. Sed quis viator audeat hoc dicere, cum asserat Salomon, Quis po-
test dicere, mundum est cor meū, purus sum à peccato? Iob quoq;, Etiam (inquit) si simplex fuero, hoc Prou.20.
ipsum ignorabit anima mea. Et S. Iohannes protestatur, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, Iob.9.
nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Videtúrque prorsus periculosum homini dicere co- 1.Iohā.1.
ram deo, sanctus sum, in cuius conspectu cæli mundi non sunt, præsertim cum omnes nostræ iustitiæ Iob.15.
sint tanquam pannus menstruatę, secūdum Esaiā. Et teste scriptura, Nescit homo an sit dignus amo- Esa.64.
re vel odio. Hucusque argumētatus sum, quòd non sit tutum dicere coram deo, Custodi animā meā, Eccle.9.
quoniā sanctus sum. Nūc ex scriptura argumentādum est ad partem oppositā, quatenus tandē ratio-
nabile medium inueniamus, & solutionem cōdignam. Ecce scriptura testante in cōfessione omnia vi-
tia dimittuntur. Adultus ergo baptizatus, secure atque verissime dicit, sanctus sum: imo nisi hoc pu-
tet, gratiæ baptismatis derogat & Christianus non est. Similiter in professiōe vitæ monasticæ, & pas-
sione martyrii pro Christo, omnia indulgentur peccata, sanctificatúrque homo. Et qui ex cōtritione
& bono proposito confitetur, fiducialiter credere potest se esse ab omni peccato mortali immunem.

Deniq; Paulus Apostolus seipsum & coapostolos suos nõ solum sanctos, sed & sanctissimos & pro- B
Rom.8. phetis sublimiores esse demonstrat, dicẽdo, Nos ipsi qui primitias spiritus accepimus. Quid enim est
dicere, primitias spiritus accepimus, nisi primas seu summas gratias spũs sancti adepti sum⁹? Ieremias
etiam in principio libri visionum suarũ fatetur se sanctificatũ in vtero. Et respondendũ, ꝙ de eadem
Ierem.1. re diuersa proferuntur iudicia secundũ considerationes diuersas, quemadmodũ Christus ait, Neq; me
Iohan.8. scitis, neq; patrem meũ. Et tamen alibi dicit eisdem. Et me scitis, & vnde sim scitis. Similiter Iob, qui
Iob.9. sicut nũc allegatum est, dicit, Etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Idem ipse loqui-
Iob.27. tur, Donec deficiam, non recedam ab innocẽtia mea. Iustificationem meã quã cœpi tenere, nõ dese-
ram. In quibus vtiq; verbis testatur seipsum innocentem esse, iustum, constantem & perseuerãtẽ. Sed
1.Cor.4. parum est hoc, addit nanq;, Neque reprehendit me cor meũ in omni vita mea. Hoc Paulus dicere nõ
potuit, qui licet veraciter dixerat, Nihil mihi conscius sum, quantum ad hoc ꝙ de pręteritis doluit, &
à futuris abstinere peccatis proposuit, reprehendit tamen eũ cor suum in multis propter quod dixit,
1.Cor.15 Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei Et rursus, Venit Iesus pecca-
1.Tim.1. tores saluos facere, quorum primus ego sum. Non tamen præfero sanctũ Iob Paulo, imo secure præ-
fero Paulum illi. Dicendũ ergo ꝙ nemo dicere potest se sanctum esse simpliciter & absolute, videli-
Iob.15. cet quasi nullo peccato obnoxius sit, quoniã vt alibi scriptum est, Nemo mundus à sorde, nec infans
cuius est vnius diei vita super terram: ad minus enim originali peccato fuit obnoxius. Potest tamẽ ho F
mo ad punctum omni peccato carere, quantum ad maculam culpæ & pœnæ reatum, vt patet de euo
lantibus, qui sine dilatione regnum ingrediũtur cæleste, sed non potest homo diu in hac vita sine ve-
Prou.24 nialibus viuere, quoniã in Prouer. scriptũ est, Iustus septies in die cadit. Et Iob dicit, Quid est homo
Iob.15. vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere. Dicitur autem viator sanctus, secundũ exigẽ-
tiam & possibilitatem vitæ præsentis, quoniam de mortalibus solicite abstinet, venialia deflet, in gra-
tia dei & sancto eius amore quotidie crescere studet, sicq; seipsum sanctũ sine periculo profitetur, qui
integro proposito deseruire domino nititur, proponẽs incessanter proficere, quotidiana mala deplã-
gere, atq; in his seipsum quotidie pro posse exercens. Dicere ergo, Custodi animam meam quoniam
sanctus sum, non est sermo elati, neq; præsumptio hominis vani, sed vox domino non ingrati, qui san
ctitatem suam non suo labori aut viribus, sed gratiæ & misericordię saluatoris cordialiter tribuit. Qđ
Eccle.9. autem Salomon ait, Nescit homo an sit dignus amore an odio, nõ ideo dictum videtur, quasi nullus
Rom.8. ex speciali gratiæ dono hoc sciat, imo multi ex reuelatione diuina cognouerunt se esse prædestinatos:
1.Cor.1. multi quoque sciunt se esse in gratia, in quorũ persona dicit Apost. Ipse spiritus reddit testimoniũ spi
ritui nostro ꝙ filii dei sumus. Et denuo, Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui
ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Verũ est tamen ꝙ homo certitudinaliter scire nõ G
valet, an sit gratia gratum faciente, sine speciali instinctu spiritus sancti seu reuelatione diuina, idcir-
Eccle.9. co secundum communem legem loquẽdo, nescit homo an sit dignus amore an odio. Ex his (vt reor)
multa diuinæ scripturæ eloquia, quæ prima fronte dissonare videntur, concordari faciliter possunt.
Quod autem non dicat se homo pius sanctum ex elatione, hinc constat, quod in præcedenti ver-
su se inopem pauperemque vocauit, & nunc se confidere dicit, non in seipso seu meritis propriis, sed
subiungit: saluum fac seruum tuũ deus meus sperantẽ in te. Tertiam causam quam allegat pro sua ex-
1.Thes.5 auditione est, perseuerantia in orando, Oportet nãq; instãter orare: iuxta illud Apost. Sine intermis-
sione orate. Ideo subditur, Miserere mei domine, culpas delendo, pœnas laxando, gratias multiplicã-
do, quoniam ad te clamaui tota die, naturali, qui tẽpus nocturnũ includit. i. singulis horis diei ad oran
dum deputatis aut debitis. Lætifica animam serui tui. i. animæ meæ infunde cõsolationem internã de
remissione peccatorum, de infusione diuinorum charismatum, de contemplatione & spe futurorum
bonorũ, lætifica animam serui tui, vt tibi læto corde deseruiam, quoniam hilarem datorem tu diligis.
2.Cor.9. Omnem inordinatum mœrorem expelle à me, fac me omni profectui proximorũ congaudere, de o-
mni bono euẽtu lætari, quoniam ad te domine animam meam leuaui, per fidem, spem, & charitatem
te summum bonum contemplando, expectando, ac diligendo, teq; deuote inuocando. In die tribula-
tionis meæ, dum vel à carnis concupiscentiis stimulor, aut à passionibus animæ pulsor, vel à dæmoni
bus tentor, aut à mundo affligor, aut corpore infirmor: clamaui ad te, pro succursu & assistentia gra-
tiæ tuæ piissimę, sicut tuipse alibi admones, Inuoca me in die tribulationis, eruã te & glorificabis me. H
Psal.49. Et rursus, Salus populi ego sum, de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Ideo au
tem inuocaui te, quoniã exaudisti me. i. quoniam expertus sum prius me exauditum esse à te, ideo nũc
fiduciam habui te inuocandi, teq; inuocaui. Deduc me domine per gratiam tuam angelicamque custo
diam, in via tua, id est in lege diuina per quam itur ad te, quatenus illam sine offensione custodiã, di-
gne & sancte ambulando in tua præsentia: & ingrediar in veritate tua, id est in hac vita degam, & ad
futuram vitam deambulem in veritate tuæ doctrinæ, illi credendo & obediendo: in veritate tuæ iusti
tiæ illam sequendo, vt impleatur in me ô domine Christe, quod tu pro electis orasti, Pater, sanctifica
Iohã.17. eos in veritate. Nec in illorũ societate inueniar, de quibus apud Ieremiam dicitur, Vere mendacium
Ierem.16 possederunt, vanitatem quæ eis non profuit: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum, hoc est, cum
interiori delectatione te timeat, sancto & casto timore qui ex amore procedit. Cum enim timere deũ
sit actus virtuosus delectabiliter fieri debet, quoniam signũ virtutis est delectatio operationi annexa.
Deut.28 Porro quàm necessarius ad salutem sit timor domini, Moses ostendit populo Israelitico, loquẽs, Nisi
timueris nomẽ domini gloriosum atq; terribile, augebit plagas tuas & sicut ante lætabatur super vos
benefaciens vobis, sic nũc lętabitur, vos disperdens atque subuertens. Dominus quoq; per Malachiã
Malac.1. ait, Filius honorat patrem suũ, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor

A meus?Et si dominus ego sum,vbi est timor meus?Perfecti igitur timeant deũ timore filiali, ne ab ipso
separentur aut eũ offendant. De hoc nempe timore ait scripura, Ecce timor domini,ipsa est sapien- Iob. 28.
tia. Hic enim timor vere iucũdus est,sicut in Ecclesiastico scriptũ est,Nihil dulcius quàm timere deũ. Eccle. 29
Imperfecti vero timeant deũ,vel potius nomen domini quo iudex vocatur, timore partim seruili & Esa.30.
partim filiali,quia de hoc metuendo nomine domini scriptũ est,Ecce nomen domini venit de lõginquo ardens furor eius & grauis ad portandũ. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo,
confessione tuæ laudis & meæ iniquitatis,cõfitebor ad gloriã tuam mea peccata & tua præconia. Ex
intimis ergo præcordiis,& corde ad deum pure conuerso cõfiteamur dño suam bonitatem & beneficia,nostramq; prauitatem & ingratitudines plurimas:& glorificabo nomẽ tuum in æternum,hoc est
tuam felicitatem & gloriam verbis fatebor,& opere protestabor iam per fidem inchoando,& demũ
in cælo per speciem sine cessatione complendo.Sanctificatur,magnificatur,& glorificatur creatura à
creatore,& econuerso,sed dissimiliter valde. Deus nanq; mentem creatam sanctificat gratiam infundendo eamque magnificat spiritualem profectum præstando, glorificat vero beatitudinem largiẽdo.
Mens autem creata deum sanctificat,magnificat,glorificatq;,non aliquid ei præstando, sed eius sanctitatem,dignitatem & gloriam verbis & factis testando.quod fit dũ ei in sanctitate & iustitia seruit,
eiusq; laudes iugiter resonat. In hac glorificatione qua deum glorificamus consistit nostra felicitas,
B quemadmodum ait altissimus,Quicunq; glorificauerit me,glorificabo eum. Et rursus,Ego diligẽtes Luc.1.
me diligo. Propterea autem hæc faciam,Quia misericordia tua magna est super me.i.quoniam mul- 1.Reg.2.
tiplicem pietatis tuæ effectum mihi largitus es,mittendo filium tuũ pro me,eius passione me eruẽdo Prou.8.
per patientiam tuam me longanimiter expectando,ita quod & eruisti animam meã ex inferno inferiori,hoc est,de peccatis mortalibus,quorũ demerito peruenitur ad inferiorẽ infernũ, in quo reprobi demorantur in æternum damnati. Quadruplex autem ponitur infernus, videlicet locus purgatorii. Vnde in missis pro defunctis cantatur, Libera animas fidelium de pœnis inferni. Secundus infernus est,locus infantum non baptizatorum. Tertius autem limbus patrum, ad quem infernum Christus descendit. Quartus est locus reproborum sine fine pereuntium. Creditur quoque infernus esse
sub terra,sicut & purgatorium limbusque patrum. Infernus vero reproborum in infimo loco est, in
quo sepultus est diues,de quo Christus in Euãgelio loquitur, Deus iniqui,id est,spiritus maligni in- Luc.16.
surrexerunt super me,animam tentando:& synagoga potentium,id est congregatio tyrannorum hominumque malorum,quæsierunt animam meam malo exemplo subuertere,à tuo itinere elõgare,suis
peruersitatibus conformare. Respice in me,vulnera animæ meæ pie sanando, & miserere mei,miserias meas tollendo. Da imperium tuum,id est præceptum tuum da mihi puero tuo implere & custodire,quemadmodum in Euangelio dictum est,Si vis ingredi ad vitam,serua mandata, & saluum me Matt.19.
C fac filium ancillæ tuæ,puta ecclesiæ,seu fœminæ Christianæ. Ecce quàm dulcis,amorosus atq; blandisonus versus. Fac mecum signum in bonum,id est,talem effectum operare in me, per quem innotescat me esse dilectum ac prædestinatum à te,liberando videlicet me ab omni incursu hostili, & gratiam infundendo,per quam ea agam,quæ sunt signa prædestinationis. Quæ sunt,verbum dei libẽter
audire,vitia abhorrere inquantum sunt vitia,bonum habere propositum ad semper bene viuendum,
vt dæmones hominésque peruersi videant signum hoc,qui oderunt me,odio iniquo ac pessimo,inuidentes non solum temporali meæ prosperitati,sed animæ quoque saluti, & confundantur,aspiciẽtes
se non posse obtinere de me quod cupiunt:imo oppositum sui desiderii in me conspicientes, quoniã
tu domine adiuuisti me,ne illorum tentationi & persecutioni succumberem, & consolatus es me in
omni tribulatione atque angustia,ita vt illud Iacobi adimplerem,Omne gaudium existimate fratres, Iacobi.1.
cum in tentationes varias incideritis. Illud quoque Saluatoris,Gaudete & exultate in illa hora,quan Matth.5.
do videlicet exprobramini & multa aduersa patimini,quoniam merces vestra copiosa est in cælo. Vn Rom.8.
de Apostolus,Gloriamur,inquit,in spe gloriæ filiorum dei. Nõ solum autem,sed & gloriamur in tribulationibus,scientes,quoniam tribulatio patientiam operatur. Hoc modo consolatus fuit deus apostolum,qui testatur,Sicut abundant passiones Christi in nobis,ita per Christum abundat consolatio 2.Cor.1.
nostra. Ineffabilis plane est virtus huius versiculi,sed & totus hic psalmus diuina dulcedine,sancto fa
D uore,spirituali iucunditate & admiranda deuotione redundat,quem cõdecet nos cum mentali sapore,cum magna lætitia,cum attentione præcipua decantare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXVI.

### EXPOSITIO Tituli.

PSALMI iam pertractandi, qui paruus est quantitate & magnus virtute,breuis verbo,sed magnus sentẽtia,iste est titulus,Filiis Chore psalmus cãtici,hoc est psalmus iste spiritualẽ lætitiam cõtinens,cantatur & scriptus est filiis Chore,id est,fidelibus imitatoribus Christi. His enim in hoc psalmo describitur atq; laudatur ciuitas dei.i.ecclesia secũdũ duplicẽ eius statũ. Primo nãq; agit de ea secũdũ statũ suæ militiæ in præsenti,& inde in titulo dicitur:psalmus,per quẽ operatio designatur,quia operari cõuenit ecclesiæ in statu militiæ. Secundo,scilicet in vltimo versu loquitur de ecclesia secũdũ statũ sui triũphi,seu in quantũ est cũ deo regnãs in cælo. Idcirco in titulo additur,cantici, per quod spiritualis significatur iucunditas,quæ maxime conuenit sanctis in patria. Ait ergo.

PRECATIO,

*Viuifica nos domine ab operibus mortuis,& fundamenta syncerae fidei & bonae operationis in nobis construe,quibus fructum uirtutum superædificantes animas nostras ad te proficiscentes,gloriosa ciuitas tua suscipiat gratulando.*

¶Expositio Psalmi. E

FVNDAMENTA eius] Nō exprimit cuius eius, & quare hoc facit, puto quòd ob eandem causam, ob quam Maria Magdalene dixit ei, quem hortulanum cre
Iohā.20. debat, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, &c. O vehementem nępe amorem, nullius mentem credidit ab eius notitia vacuam cuius feruidus amor mētem suā omnino impleuit, occupauit, possedit. Sic nunc Propheta propter ardentissimā cordis sui dilectionem, quam ad ecclesiam habuit, nomen eius non explicat, & tamen de ea se loqui ex verbis sequentibus innotescit. Relatio igitur fit ad id quod corde prædixit. Itaque dicit, Fundamenta eius, id est, ecclesię collecta sunt & stabilita [IN montibus sanctis] id est, in Christo monte montiū & eius apostolis. Hi nāq; ecclesiam. i. Christifideles in fide & gratia fundauerunt. Quāuis enim vnum sit principale summum lumen, fundamentum & mons sanctæ ecclesiæ, sunt tamen alia quædā secūdaria & minus principalia lumina, fundamenta & montes ecclesiæ: & isti sunt sancti apostoli, quibus Christus in euange
Matth.5. lio ait, Vos estis lux mūdi. De quibus in Apoc. habetur, Murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim,
Apoc.21. & in eis duodecim nomina apostolorū. Potest etiā quāuis minus subtiliter istud exponi de montibus terræ, in quibus Christus euangelicā legē prædicauit, confirmauit & docuit, vt sit sensus, Fundamenta eius. i. fundamētalia documēta ecclesiæ initiata ac data sunt, & ipsi quoq; Apostoli instructi, sunt in F
Matth.5. montibus sanctis, id est in monte Sion, in quo situm erat templum, in quo sæpe prædicauit: & cœnaculum, in quo sacramentum altaris instituit & spiritū sanctū misit: & in monte quem legitur ascēdisse, in quo octo beatitudines docuit, & euangelicæ legis doctrinam promulgauit: atq; in monte Tha-
Matt.17. bor, in quo coram Petro Iohanne & Iacobo trāsfiguratus est, & fidem futuræ resurrectionis tali experimento probauit. [DILIGIT dominus portas Sion] id est, acceptat & approbat sacramenta, virtutes, & exorcismum, catechismum atq; baptismum ecclesiæ [SVPER omnia tabernacula Iacob] id est, magis quàm cultum veteris testamenti, qui in diuersis tabernaculis exhibebatur, videlicet in ta
Num.7. bernaculo Mosi: secundo, in tabernaculo facto à Dauid: tertio in templo Salomonis: quarto, in tem-
2.Reg.6. plo Zorobabel. Hoc est quod ait Apost. Nihil ad perfectū adduxit lex, introductio vero melioris spei
3.Reg.8. per quam approximamus ad deum. Per hoc autem ꝙ præfert portas Sion, id est cultum & sacramen
1.Esdr.6. ta, & ea per quæ Christiani regnum ingrediuntur cæleste, obseruantiis veteris legis, præfert etiā populum
Hebr.7. Christianum seu ipsam ecclesiam populo Hebræorum ac synagogæ. Synagoga equidem erat figura ecclesiæ, & cultus synagogæ typus extitit cultus ecclesiæ, secundū Dionysium. Figuratum ve-
Malac.1. ro præfertur figuris, idcirco ad synagogam dominus per Malach. ait, Non est mihi volūtas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Ecce in his verbis synagogam & eius sacrificia reprobat, ec G
clesiam vero & eius sacrificium approbās addit, Ab ortu solis magnū est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Moraliter per Sion intelliguntur speculatores cælestiū. Per Iacob autem supplantatores vitiorū. Plus ergo diligit dominus portas Siō, id est virtutes & opera bona hominū contēplatiuorum, quàm tabernacula Iacob. i. habitatores terræ per Iacob signatos, qui licet in gratia dei existant, nondum tamen vitia funditus eiecerūt, sed indigēt quotidie contra motus illicitos dimicare. Quanuis isti magis laborant quàm speculatiui viri perfecti, minus tamen merentur de præmio essentiali quàm illi, quoniam actus eorū non prodeunt ex tā syncera, perfecta ac feruida dilectione, vt actus illorū, nec tam prompte tranquille ac delectabiliter operantur vt illi. Quanto autem quis opus dei promptius, quietius, delectabiliúsque exequitur, tāto absolute loquendo amplius promeretur. Deinceps laudat ecclesiam propter excellentiam suæ famæ.

¶(2) GLORIOSA dicta sunt de te] in veteri testamento, magis autē in nouo [CIVITAS dei] id est, ô ecclesia Christi. Multa nanq; præclara loquebantur olim prophetæ de ecclesia noui testamēti, quæ tamen in Canticis canticorum copiosius cōmendatur. De ecclesia etenim ex Gentibus cōgre-
Esaię.54 gata, in Christo fundata scriptum est, Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudē & hinni, quæ non
Esa.60. pariebas, quia multi filii desertæ magis quàm eius quæ habuit virū. De qua iterū Esaias, Gens & re-
Esa.55. gnū quod non seruierit tibi, peribit. Rursúsque ad deum, Ecce, inquit, gentem quam nesciebas, voca-
Osee.1. bis. De hac etiam Christi ecclesia in Osee dictū est, Erit in loco vbi dicitur eis, Non populus meus
Amos.9. vos, dicetur eis, filii dei viuentis. Et Amos, In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, vt H
Act.15. requirant cæteri hominū dominū. Quod Iacobus exponit de vocatione Gentium ad fidem catholi-
Mich.5. cam. Et alibi laudatur ecclesia Christi hoc modo, Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui peribunt. In scriptura autē nouæ legis multo splendidius laudatur ecclesia. Vnde in Apo-
Apoc.21 calypsi habetur, Veni ostendam tibi nouā nuptam, sponsam agni. Et, Vidi Ierusalē descendentem de cælo, tanquam sponsam ornatam viro suo. Appellatur vero ecclesia ciuitas, quasi ciuiū vnitas, quia in ea colliguntur omnes nationes seu tribus terræ per fidē & charitatē, vt sint vnus populus Christi, in quo secundū Apostolum non est distinctio Iudæi & Græci. Et de hac vnione fideliū apud Iohā. scri-
Rom.10. ptum est, Christus moriturus erat non solum pro Gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congrega
Iohā.11. ret in vnum. Vnde Christus orat, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū
Iohā.17. sicut & nos. Paulus quoque, Obsecro (inquit) vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id-
1.Cor.1. ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Consequenter declaratur cōuersio Gentium ad Christi obsequium, qui ait, ¶(3) MEMOR ero Raab & Babylonis scientium me.] Raab hoc loco non est propriū nomē mulieris illius, ex qua Salomon genuit Boos, quæ legitur recepisse & abscō
Iosue.2. disse nuncios Iosue, sed secundū Hieronymū, Raab est hic nomen appellatiuū, designans superbiam seu superbā, per quod designantur pagani idololatriæ dediti, deo per elationem multū rebelles. Ba-

A bylon vero interpretatur confusio,& ita per Babylonem intelliguntur peruersi vitiis deordinati. Est
itaq; sensus, Memor ero, misericordiā impendēdo, Raab & Babylonis.i.Gētiliū superborū, & in pec
catorum confusione existentium: scientiū me per fidem, postquam eorū recordatus sum. Horum me-
mor fuit deus, mittendo ad eorū conuersionē sanctos apostolos, per quorum prædicationē corda eo-
rum edocuit, humiliauit & ordinauit, quemadmodū scriptum est, Ecce ego mittam piscatores multos
dicit dominus, & piscabuntur eos. Ad literam quoque memor fuit dominus Babylonis, quoniam per
prædicationē Simonis & Iudæ, magnā partem terræ illius conuertit ad fidem. ℭ (4) Ecce alie-
nigenæ] hoc est, olim à fide extranei. In translatione Hieronymi iuxta Hebræum habetur, Ecce Pa-
lestina.i. Philistæi [ET Tyrus] id est, populus vitiis angustiatus, priuatus latitudine charitatis. Ty- Ierem.16
rus nanq; interpretatur angustia. [ET populus AEthiopum] id est, pagani vitiis denigrati [HI fue-
runt illic] id est, in ciuitate Christi, quæ est ecclesia: huiusmodi enim peccatores facti sunt ecclesię fi-
lii. Ad literam etiam Palestina, Tyrus & AEthiopia ad Christum erant conuersæ, viguitque vehemē
ter fides orthodoxa in populis illis, & ita per homines Gentiles circa Iudæā habitātes designātur alii
infideles, qui in toto mundo ad ecclesiæ vnitatem peruenerunt. ℭ (8) NVNQVID Sion dicet ho
mo?& homo natus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus.] Versus iste multipliciter exponitur. Sion
nāq; hoc loco est datiui casus, quia in trāslatione Hieronymi iuxta Hebræū ita habetur, Ad Sion di-
B cetur, sicq; hæc dictio nunquid, non sumitur negatiue, sed affirmatiue, vt sit sensus, Nunquid? quasi di
cat, imo ipsi Sion.i.ecclesiæ per Sion significatæ, dicet homo quæ in hoc psalmo de Christo atq; ec-
clesia conscribūtur. Possumus autem per hominem accipere Christi præcursorem, de quo in euange- Iohan.1.
lio scriptum est, Fuit homo missus à deo. Hic enim primo euāgelizauit Sion, de quo in Esaia dicitur, Esa.40.
Super montem excelsum ascende tu qui euāgelizas Sion. Quid autem hic dixerit subditur: & homo
natus est in ea, id est, Christus deus & homo genitus est in populo Sion, quoniam natus est ex virgi- Heb.2.
ne gloriosa, quæ est dignissimum membrū in ipsa ecclesia. Vnde ad Hebræos ait Apost. Quia pueri
cōmunicauerunt carni & sanguini, & ipse Christus cōmunicauit eisdem, & ipse altissimus.i. Christus
ex virgine natus secundū humanitatē, altissimus vero & æternus secūdū diuinitatē, fundauit eā.i.vir- Ibidem.
ginē matrem in omni gratia stabiliuit, in tantū ꝙ nunquā à vero fundamento peccando prolapsa est.
Vel, fundauit eam.i.ecclesiā, quā à principio in fide & gratia ædificauit, contestāte deo signis & por-
tentis, & virtutibus, & variis spiritus sancti distributionibus. Propter quod de Christo loquens Za- Zach.6.
charias, Ipse (inquit) ædificabit templū domino. In hoc itaq; versu euidenter ostenditur in Christo
duplex natura, & vna persona. Dum enim dicitur: homo natus est in ea, declaratur in Christo natu-
ra humana, temporalis, creata. Dum vero idem homo demonstratur pronomine ipse, patet identitas
in persona. Postremo cum subditur: fundauit eam altissimus, manifestatur diuinitas Christi duplici-
C ter. Primo, cum ait fundauit. Nullus enim ecclesiam originaliter fundauit, nec aliquis propriam ma-
trem fecit, nisi deus. Secundo, dum ait altissimus. Nemo enim altissimus, nisi verus vnúsque deus, de
quo dictum est supra, Tu solus altissimus in omni terra. Et alia scriptura ait, Vnus est altissimus crea Psalm.82.
tor omnium, omnipotens rex, & metuendus nimis. Secundo exponitur sic, Nunquid Sion.i.ecclesia Eccle.1.
dicet homo.i. Christus, quasi dicat: imo. Nam Christus frequenter dixit Iudæis atq; discipulis primū
aduentū suum fuisse impletum. Tertio sic, Nunquid Sion.i.virgo Maria de Sion seu populo Iudęo-
rum exorta. Vel, Sion, id est, ecclesia dicet corde & ore, homo, subaudi purus est, quasi dicat, nō, quia
nec virgo Christifera, neq; ecclesia dixit seu credidit Christū esse hominē purū, sed deum & hominē.
& huic sensui consonat litera, qua Chrysostomus vtitur, qui ita hunc versum allegat, Matar Sion di-
cet homo. Quarto exponitur sic, Nunquid Sion dicet homo? id est, nunquid aliquis purus homo hu-
mana sapientia & virtute persuadebit, seu suggeret ecclesiæ ea, quæ de Christo tenenda sunt, scilicet
ꝙ & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? quasi dicat, nō, quia per humanam ratio-
nem hoc persuaderi nequiuit, quod Christus esset homo natus, & deus altissimus. Vnde dicit Aposto 1.Cor.2.
lus, Prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in sapientia spiritus &
virtutis. Fides quippe catholica diuinæ authoritati innititur, estq; deo cōprobante confirmata: iuxta Marc.16.
illud, Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante, se-
D quentibus signis. Sed quare de Christo nunc dictū est, homo natus est in ea, & non potius, homo con
ceptus est in ea, nisi ad insinuandū ꝙ Christus ab exordio suæ cōceptionis in virgine, erat homo cū- Ierem.31
ctis virtutibus scientiisq; perfectus? & hoc est nouum illud, de quo scriptum est, Nouum creabit do- Matth.1.
minus super terram, mulier circundabit virum. Propterea angelus dixit ad Ioseph, Quod natum est
in ea, de spiritu sancto est. Consequenter de Christianæ fidei, mysteriorumq; Christi euangelizatio-
ne ac publicatione subiungitur, ℭ (6) DOMINVS] Christus, seu trinitas deus [NARRAVIT]
in toto mundo [IN scripturis populorum] id est, in scriptura canonica noui testamenti, videlicet in Psal.44.
euangeliis, epistolis, & Actibus apost. Et quoniam istæ scripturæ ab apostolis atq; euangelistis Chri- Psal.46.
stianorū principibus scriptę sunt: ideo subditur, [ET principū horum qui fuerunt in ea.] De eis nāq;
prædictum est, Constitues eos principes super omnem terrā. Et, Principes populorū cōgregati sunt
cum deo Abraham.i.cum Christo omniū vero deo. Deinde describit ecclesiā secundum statum quo
nominatur triumphans. ℭ (7) SICVT lętantium omniū habitatio in te] id est, habitatio tua ô ci
uitas dei superna Ierusalem, est sicut lætantium omnium.i.talis, qualis est habitatio eorum, qui omnes
lætantur, quod proprie ecclesiæ militanti non competit, in qua omnes qui volunt pie viuere in Chri
sto, persecutionem patientur. Cui etiam in euangelio dicitur, Beati qui lugent. Et, Mundus gaudebit, Philip.2.
vos autem cōtristabimini. Et alibi, Cum metu & timore ac tremore vestram salutem operamini. Sed
verissime competit istud ecclesiæ triumphanti, cuius tota occupatio est iucundissima, incessabilisque

Apoc.7. dei laudatio,de qua in Apocalypsi scribitur, Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum,& B
mors vltra non erit,neque luctus,sed nec vllus dolor.Itaq; hæc dictio,sicut,hoc loco non similitudi
nem sed veritatem designat.Ecce in psalmo hoc compendioso præclare laudatur ecclesia, Christi cõ
tinentur mysteria,cælestis patriæ commendatur lætitia,quem decet nos eo deuotius affectuosiúsque
cantare,quo in eo vocatio Gentium clarius prænunciatur,& quoniã satis intricatus est, decet vt eius
intellectum studeamus luculenter cognoscere,& lympide intueri,quia nec aliter poterit cum deuo-
tione perfecta proferri.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXVII.

### EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi nunc explanandi talis est,Cãticum psalmus filiis Chore in finem pro Melech,
ad respondendũ intellectus Eman Israelitæ.i.tractatus præsens qui dicitur canticum,quoniã
agit de his,per quæ ad spiritualem lætitiam peruenitur, videlicet de Christi passione,quæ est
porta ad gloriam,qui tractatus appellatur etiam psalmus,quoniam monet ad bene operandũ,scilicet
ad imitationem dominicę passionis,& dirigit nos psalmus iste in finem,qui Christus est.Proponitur
Gal.5. quoq; filiis Chore.i.sectatoribus crucifixi,qui carnem suam crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis. F
Et scriptus est psalmus iste pro Melech.i.pro populo fideli per modum coronæ, seu chori ad Chri-
stum concurrenti ad respondendum.i.vt ei tanquam præcentori respondeant,imitãdo vestigia eius:
2.Cor.1. quatenus existendo socii tribulationum,socii fiãt & cõsolationis.Et hic psalmus est intellectus Eman
Israelitæ,hoc est,in eo describitur,quid frater & consors Christi intelligere debet , vtpote terrenas
delectationes esse spernendas, & pro dei amore dura & aspera,sponte & æquanimiter esse tolerãda.
Melech interpretatur chorus.Eman vero frater fidelis.Ergo concorditer & ex omni latere Christũ
imitando sunt Melech,vnusquisque quoque eorum Christo se conformando est Eman.i.frater Chri
Iohã.20. sti,qui ait in euangelio,Vade & dic fratribus meis.Est etiam Israelita.i.domini speculator.Secũdum
Hugonem psalmi in quorum titulis ponitur,psalmus,agunt de operatione : in quorum autem titulis
ponitur canticum,agunt de spirituali lætitia:sed in quibus vtrunq; coniungitur,de operatione & lę-
titia agunt.Denique secundum Hieronymum Eman Israelita, vel vt alii dicunt , Israelita extitit au-
thor psalmi præsentis,sicut & cæterorum in quorum titulo ponitur.Loquens ergo Propheta in per-
sona Christi,in passione existentis,ait.

### PRECATIO, G

*Domine deus salutis nostræ,nostri pie miserere,& repletam malis animam nostram, & inferno peccatis appro-
pinquantem uitam nostram abundantia tuæ propitiationis reuoca,& ab omni miseria nunc & semper nos elonga, ut
misericordiæ tuæ prærogatiua laudum tibi præconia persoluamus in secula.*

### EXPOSITIO psalmi literalis.

DOMINE deus salutis meæ.]Deus trinitas seu deus pater,est deus salutis Chri
sti,loquendo de salute Christi creata, quam anima eius habuit à principio suæ
creationis,deum per speciem intuendo.Huius usq; salutis pater seu trinitas di
citur deus,tanquam dator,conseruator & obiectum ipsius.Erat autem in Chri
sto etiam salus increata,æterna & infinita,quæ est ipsa diuina essentia.Et quan
uis Christus verbum dei hanc à patre susceperit sicut diuinã essentiam,nõ tamen
pater dicitur deus huius salutis Christi,quoniam in nomine dei designatur ex-
cellentia super id cuius est deus.Pater autem non est excellentior filio,quãtum
ad increatam eius salutem [IN die clamaui & nocte]id est,in prosperis & aduersis,atq; assidue exo-
raui[CORAM te]hoc est,corde non vago & à te distracto:sed coram te constituto,attento & deuo
to.Vel in die passionis seu die parasceues & nocte præcedente clamaui magno affectu te inuocãdo,
Luc.23. dicens,Pater ignosce illis.Et,Si possibile est,trãseat à me calix iste.Clamore vocali & exteriori Chri
Matt.26. stus vt homo non orauit deum nocte ac die,ita ꝙ nũquam cessauit quàm diu in mundo moratus est, H
sed credendum est ꝙ ab interiori clamore nunquam cessauit,imo quemadmodum ardentissime hu-
mani generis salutem optauit:sic indesinenter ac affectuosissime pro ea mentaliter deum deprecaba-
tur.Quid vero orando dixerit subditur, (2) INTRET in cõspectu tuo] hoc est,tibi accepta sit
[ORATIO mea,inclina aurem tuã ad precem meã] eam implẽdo,& hoc igitur oro. (3) QVIA
repleta est malis anima mea.]Triplex est malum,videlicet malũ naturæ, sicut naturalis defectus,ma
lum pœnæ & malum culpæ.Malum autem naturæ in Christo non fuit,quia secundum Damascenũ,
detrahibiles defectus non assumpsit.Malum quoque culpæ longe erat à Christo omnium sanctifica-
tore,sed malis pœnæ seu pœnis plena erat anima eius & caro,puta vulneribus,timore, dolore,tristi-
Matt.26. tia.Propter quod dixit,Tristis est anima mea vsq; ad mortem.Et,Deus meus,deus meus, vt quid de-
Matt.27. reliquisti me?Vnde in Esaia scriptum est,Vidimus eum despectum & nouissimum virorum,virũ do-
Psal.21. lorum,& sciẽtem infirmitatẽ.Vel dicitur anima Christi in malis repleta,id est peccatis, nõ propriis,
Esa. 53. sed eorum pro quibus passus est Christus,eo modo quo per Esaiã dicitur,Dominus posuit in eo ini-
Ibidem. quitatem omnium nostrum.Iuxta quem modum Apost.loquitur , Christus factus est pro nobis ma-
Gal.3. ledictum,vt nos de maledicto legis liberaret.Scriptum est enim, Maledictus omnis qui pendet in li-
Deu.27. gno.[ET vita mea in inferno] id est,morti per quam ad infernum transitur,& quę inferno assimila-

A tur.[APPROPINQUAUIT] quia morti exposita est. ℂ(4) AESTIMATUS sum] à peruersis Iudęis &
infidelibus vniuersis [CVM descendentibus in lacum].i.talis quales sunt, qui propter sua peccata ad
infernū descendunt, & sepulturæ tradūtur. Quoniam enim videbant Christū similiter aliis mori, pu-
tabant eum cū aliis similem causam mortis habere, ac per hoc corpus eius in sepulchro debere resol-
ui, animam quoq; ipsius in inferno teneri: idcirco apud Esaiam dictū est, Nos putauimus eū quasi le- Esa.53.
prosum, & à deo percussum & humiliatū. Et hoc est quod impii dicūt de Christo, Tormētis interro- Sapien.2
gemus eum, & probemus quæ ventura sunt illi, & sciemus reuerentiā eius. Si enim vere filius dei est,
liberabit eum de manibus aduersariorū.i.non sinet eum occidi. [FACTUS sum sicut homo sine adiu
torio].i.illis factus sum similis quibus nullus succurrit, quos deus non protegit, nec adiuuat hō. Tali-
bus Christus factus est similis: Primo secundum exteriorē apparentiā, qm̄ deus permisit eū ab impiis
cruciari, ac si ad ipsum non pertinuisset. Propter quod Christus dixit Iudæis, Hæc est hora vestra & Luc.22.
potestas tenebrarū. Tunc nempe filius hominis (sicut ipse prædixit) traditus est in manus peccatorū, Matt.20.
feceruntq; in eum quæcūq; voluerunt. Secūdo, factus dicitur Christus sicut homo sine adiutorio, se-
cundum Iudæorum reputationem, qui putabant deum non esse auxiliatorem ipsius, dicentes, Si rex Matt.27.
Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Et iterū,
B Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Tertio, propter solitæ consolationis subtractio-
nem, qua inferior pars animæ Christi impleri, vel aliquid participare solebat à plenitudine beatitudi
nis superioris partis animæ suæ: & ideo ait, Eloi, eloi, lamasabathani. Secundum veritatem tamen ab- Mar.15.
solute loquendo, nunquam erat Christus homo sine adiutorio dei, sicut per Esaiam testatur, Domi- Esa.50.
nus deus auxiliator meus, ideo non sum cōfusus. Per Ieremiam quoq;, Dominus mecum est tanquam Iere.20.
bellator fortis. Itaq; factus sum sicut homo sine adiutorio, ego Christus, qui solus sum [INTER mor
tuos liber.] hoc est, inter mortales culpa carens, & liberatore non indigens, qui necessitatem morien
di non habui, neque in morte detineri præualui: sed de claustris gehennæ ac fossa sepulturæ propria
potestate egressus sum. Merito dicitur Christus inter mortuos, morte peccati seu morte naturali li- Iohā.18.
ber, qui de seipso loquitur, Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. De cæ Iohā.14.
teris vero Apostolus asserit, Omnes peccarunt, & egent gloria dei. Rursusq;, Conclusit deus omnia Rom.3.
sub peccato, vt omnium misereretur. Reputatus insuper à Iudæis sum sic periisse. ℂ(5) SICUT Galat.3.
vulnerati dormientes in sepulchris.] id est, ex vulnerum inflictione occisi, somno mortis in tumulis
quiescentes [QUORUM non es memor amplius.] qui in peccatis mortalibus obierūt, & ideo sem-
piternæ obliuioni traduntur, quantum ad perceptionem misericordiæ dei: ideo additur, [ET ipsi de
C manu tua repulsi sunt] hoc est, tua protectione atque salute omnino priuati sunt. Talibus sceleratis
putabant Iudæi Christum consimilem. Vnde Pilatum affati sunt, Domine recordati sumus, quia se- Matt.27.
ductor ille dixit adhuc viuens. Iam ergo opinabantur eum cum fallacibus condemnatum. ℂ(6) PO-
SUERUNT me in lacu inferiori] id est, cum his deputauerunt me, qui ad infima ac pœnalissima lo
ca inferni proiiciuntur. Quemadmodum enim maxima scelera Christo adhuc viuenti ascripserūt, di-
cendo, Blasphemauit: sic maxima tormenta mortuo inesse arbitrabantur. [IN tenebris & in vmbra Matt.26.
mortis] Infernus enim locus tenebrosus est & vmbra mortis: iuxta illud, Dimitte me antequam va-
dam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra Iob.10.
mortis & nullus ordo & sempiternus horror inhabitat. ℂ(7) SUPER me confirmatus est furor
tuus,] hoc est, rigorem iustitiæ tuæ, quem demonstrasses in cunctis hominibus, nisi ego pro eis satis-
fecissem, demonstrasti in me, non parcendo proprio filio tuo, sed morte amarissima atque turpissi-
ma me occidi permittendo: imo pro vniuersis hominibus me tradendo, quemadmodum per Esaiam
protestatus es, Propter scelus populi mei percussi eum. [ET omnes fructus tuos] id est, omnia ge- Esa.53.
nera tormentorum [INDUXISTI] id est, induci permisisti [SUPER me.] Passio enim Chri-
sti generalissima fuit, quia omnes cruciatus generis humani pertulit quantum ad genus. In omnibus
enim viribus animæ & membris corporis passus est, scilicet captus, vinctus, colaphizatus, consputus,
contristatus, ab omnibus derelictus, contemptus, derisus, & sic omnia genera pœnarum, quæ infligi
debuerant generi humano pro peccatis, deus pater Christo induxit quodammodo. Vnde in Esaia di
D citur, Disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. ℂ(8) LONGE fecisti notos Esa.53.
meos à me] id est, discipulos meos à me fugere permisisti timore Iudæorum, quemadmodum apud Matt.26.
Matthæum legitur, Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Vel notos meos, id est, eos qui me no-
uerunt, & opera mea atque doctrinam approbauerunt, quando prædicabam atque miracula coram
eis faciebam, de quibus in Euangelio scriptum est, Omnis plebs vt vidit, dedit gloriam deo. Hos tem Luc.18.
pore passionis meæ permisisti auerti à me. Multi enim Iudæorum qui sæpe Christum & eius opera
laudauerunt, à principibus sacerdotum seducti, in die parasceues Christum occidi petierunt, de qui-
bus dicitur apud Matthæum, Respondens vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super Matt.27.
filios nostros. De quibus subiungitur, [POSUERUNT me abominationem sibi] id est, me cōtem-
pserunt, & tanquam vilem æstimauerunt: sicut superius dictum est, Omnes videntes me, deriserūt me Psal.21.
Vnde in Luca scriptum est, Deridebant eum principes dicentes, Alios saluos fecit, seipsum saluum Luc.23.
faciat si hic est Christus dei electus. ℂ(9) TRADITUS sum & non egrediebar] Christus à
deo patre traditus legitur, iuxta illud Apostoli, Proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus no-
bis tradidit illum. Christus quoque seipsum tradidit in mortem: sicut per Esaiam dictum est, Tradi- Rom.8.
dit in mortem animam suam. Propter quod in Euangelio dixit, Nemo tollit animam meam à me, Esa.53.
sed ego pono eam. Traditus quoque est Christus à Iuda proditore: & non egrediebar à voluntate Iohā.10.
paterna, sed patri vsque ad mortem obediens fui, dicendo, Fiat voluntas tua. Vel, non egrediebar

Luc.22. fugiendo Iudæos, sed eis impauide obuiaui ac dixi, Quem quęritis? Vel, nõ egrediebar .i. propter paſ E
Iohã.18. sionis meæ horrorẽ, & crucis abiectionẽ, foris non cognoscebar qualis interius fui, qm̃ sub carnis fra
gilitate abscondebatur diuinitas. Propter quod ab Esaia scribitur, Quasi absconditus vultus eius, vn-
Esa.53. de nec reputauimus eum. [OCVLS mei] corporales [LANGVERVNT præ inopia] sanitatis. Nã
ex velatione & percussionibus Iudæorũ, ex abundantia etiã lachrymarũ, & maxime ex interiori tristi
tia animæ Christi, oculi eius exteriores infirmabantur, qm̃ dolor interior solet præcipue in oculis ap
parere. Vel, oculi mei .i. oculi corporis mei mystici, puta apostoli, qui inter cęteros cælesti visione &
luce præfulgent, languerunt præ inopia fidei atq; constantiæ. nam & princeps eorum me cum iura-
Matt.26. mento negauit. De eis etenim dictum est, Percutiã pastorẽ, & dispergētur oues gregis. ℂ (10) CLA
Zach.13. MAVI ad te dñe] sicut in huius psalmi exordio patuit [TOTA die] .i. cunctis diebus vitæ meæ [EX-
PANDI ad te manus meas] .i. ad te direxi, & ad tui nominis honorẽ ordinaui opera mea, vbique &
Esa.63. semper te honorando. Vel, tota die, hoc est, pro magna parte diei parasceues, expandi ad te manus
meas corporales in cruce, quatenus omnes electos tibi colligerem atq; amplecterer. Deinde Christ⁹
argumentando ostendit, ꝙ ex decore diuinæ iustitiæ decuit se exaudiri pro seipso & corpore suo my-
stico, quatenus ipse suscitaretur in corpore, & fideles per gratiam suscitarentur in anima. Decet nãq;
vt deus hanc admirabilẽ gratiam aliquibus tribuat, sed non tribuit eam defunctis, ergo sibiipsi .s. Chri
sto & viuis danda est. Ait ergo, ℂ (11) NVNQVSD mortuis] corpore & anima [FACIES mi-
Iob.14. rabilia] resuscitãdo eos ad pristinã vitã & gratiæ statũ? quasi dicat, non: iuxta illud beati Iob, Homo F
Iob.16. cum dormierit non resurget. Et denuo, Semitam per quam non reuertar, ambulo. Quãuis enim qui-
defuncti, etiam impii, sint ex speciali gratia resuscitati: tamen de lege communi mortuus nõ resurgit.
[AVT medici suscitabunt] mortuos [ET confitebuntur tibi] mortui suscitati ab eis, tua pręconia &
sua peccata? non vtiq;, quoniã hoc naturalem artem & potestatẽ transcendit. ℂ (12) NVNQVSD
narrabit aliquis in sepulchro misericordiã tuam?] quasi dicat non, quia in monumento non iacet nisi
corpus exanime. Et nunquid narrabit aliquis [ET veritatem tuam in perditione] damnationis æter-
næ? nequaquam, quoniam in inferno veritas tua non enarratur: iuxta illud, Nec sapientia nec scientia
Eccle.2. ęrunt apud inferos. ℂ (13) NVNQVID cognoscentur in tenebris?] hoc est, in his qui fide & lu-
mine gratiæ carent [MIRABILIA tua?] non vtiq;. Et nunquid cognoscetur [IVSTITIA tua in
terra obliuionis] .i. in his qui obstinãtur in malo, quorũ pietas tua non recordatur, misericordiam im
Baruc.2. pendendo? quasi dicat nullatenus, secundũ quod apud aliũ Prophetã habetur, Nõ mortui qui sunt in
inferno, quorũ spiritus acceptus est à visceribus eorum, dabunt honorẽ tibi domino. Hi ergo exclusi
sunt à gratia dei, quatenus cæteri ostendantur exaudiendi. Augustinus & alii literam istam exponunt
alio modo. Quoniã enim opera & merita Christi non omnibus sed solis prædestinatis ad veram salu
tem proficiunt: ideo dicitur, Nunquid mortuis intus in anima morte peccati, facies mirabilia, ad vti-
litatem ipsorũ? quasi dicat non, quoniã tales indurati in culpa ex aspectu mirabilium dei non mouen
tur ad emendationẽ. Nam ipsis per Ierem. dicitur, Si mutare potest AEthiops pellẽ suã, & pardus va G
Ierem.13 rietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malũ: aut medici, spirituales .i. prædicatores
verbi dei, qui animarũ languoribus medẽtur, suscitabunt mortuos iam præfatos, & confitebũtur tibi?
non vtiq;, qm̃ nisi deus intus operetur per gratiã, frustra laborat prædicator per linguã. Nũquid nar
rabit aliquis in sepulchro malæ cõsuetudinis seu corpore vitioso, quod est animæ in peccato iam mor
tuæ monumentum, misericordiã tuã, laudando beneficia pietatis diuinæ, & reparationem naturæ hu
Eccle.15. manæ, & veritatẽ tuã in perditione .i. in vita desperata ac perdita? non quia nõ est speciosa laus in ore
peccatoris. ℂ (14) ET ego ad te domine clamaui] Hæc atq; sequẽtia exponũt doctores de corpo
re Christi mystico quod est ecclesia, sed enitendũ videtur, vt totus Psalmus de domino saluatore elu-
Hebr.5. cidetur. Christ⁹ igitur ait, Ego ad te dñe pater clamaui, quẽadmodũ ad Hebræos inducit Apost. Chri
stus cum clamore valido & lachrymis preces offerens [ET mane] hoc est, cito & in splẽdore gratiæ
tuæ, [ORATIO mea pręueniet te] .i. orationẽ meã ad te dirigã antequã alia agã. Vel, pręueniet te .i.
vltionẽ tuæ iustitiæ atq; horrendũ tuũ iudiciũ, ita quod in ea oratione te mitigabo, ne genus humanũ
Hebr.10. penitus perdas ac damnes. ℂ (15) VT quid domine repellis orationem meã?] Hoc de Christo su
Psal.21. mendũ est, quemadmodum illud quod dixit superius, Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies.
Dicitur enim oratio Christi non exaudita seu repulsa, nõ illa quæ ex deliberata eius ratione ac ratio-
nali voluntate processit: de illa quippe ait, Pater ego sciebam qm̃ semper me audis, sed illa quam se-
Iohan.11. cundum naturalem affectum seu sensitiuum appetitum effudit dicendo, Pater si fieri potest, transeat
Matt.26. à me calix iste [AVERTIS faciem tuam à me] id est, cur ô pater consolationis tuæ præsentiam & H
solitæ pietatis aspectum subtrahis naturæ meæ passibili in cruce vexatæ, ita vt clamare compulsus
Psal.21. sim, Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Nunquam tamen facies dei, quæ est ipse-
met deus benedictus, in cuius visione beatitudo consistit, ab anima Christi auersa erat, sed indesinen-
ter eam aspexit visione beata, etiam tempore passionis. ℂ (16) PAVPER sum ego] & totius pau-
Lucæ.9. pertatis exemplar, qui non habui vbi caput reclinarem, & de eleemosynis vixi deuotarum fœmina-
Lucæ.8. rum [ET IN laboribus à iuuentute mea] Christus nanque nec intus nec foris extitit ociosus, sed
Lucæ.2. orando, ieiunando, Ioseph & Mariæ seruiendo; deinde prædicando, discurrendo, esuriendo,
sitiendo, patiendo, ac moriendo laborauit. Propter quod apud Esaiam protestatur, Seruire me
Esa.43. fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vnde ab eodem propheta
Esa.53. scriptum est, Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur. Et alibi, Iesus fatigatus
Iohan.4. ex itinere [EXALTATVS autem humiliatus sum] Nam sicut Euangelista affirmat, cum voluis-
Iohan.6. sent Iudæi Christum regem facere, fugit & declinauit à turba. Cum etiam laudaretur à populo cõcla

A mante, Omnia bene fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Itemque, Nunquam sic apparuit in Marc.7.
Israel, nihil sibiipsi attribuit, sed totum ad patris retulit gloriã. Dum quoq; exaltatus fuisset à Iudæis Matt.9.
in die Palmarum, clamantibus, Osanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini, paulo- Luc.19.
post ab eisdem humiliatus fuit, dicentibus, Tolle crucifige eum [ET conturbatus] non inordinata Luc.23.
passione, sed vehementi affectu impletus, mortem naturaliter metuendo, seu peccatoribus condolen-
do. Vnde in Euangelio legitur, Iesus infremuit spiritu, & turbauit seipsum. ¶ (17) IN me trans- Iohã.11.
ierunt iræ tuæ] hoc est, vindictæ tuæ iustitiæ mihi inflictę sunt pro peccatis hominum, quæ super me
cepi, & pro quibus debitas pœnas exolui: sicut alibi scriptum est, Spiritus oris nostri Christus domi- Thren.4
nus, capt⁹ est in peccatis nostris [ET terrores tui] hoc est, terribiles pœnæ quas me pati voluisti [CON
TVRBAVERVNT me] id est, vehementer animam meam affecerunt: ita vt dicerem, Nunc anima Iohã.12.
mea turbata est. Propter quod apud Marcum scribitur, Cœpit Iesus pauere & tædere. ¶ (18) CIR Marc.14
CVNDEDERVNT me] iræ & pœnæ prædictæ, seu persecutores Iudæi [SICVT aqua] hoc est,
abundanter & copiose [TOTA die] parasceues [CIRCVNDEDERVNT me simul] in tantũ vt à
planta pedis vsque ad verticem capitis nõ esset in me sanitas. Vnde in figura Christi sanctus Iob ait, Esaiæ.1.
Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit spiritu. Conscidit me vulnere super vul Iob.16.
B nus, irruit in me quasi gygas. ¶ (19) ELONGASTI à me inimicum & proximum] id est, discipu
los meos, qui erant mei amici & proximi, à me discędere permisisti, [ET notos meos] elõgasti, [A mi
seria] mea, ita quod mihi non compatiebantur, eo modo quo dictũ est supra. Et sustinui qui simul cõ- Psal.68.
tristaretur, & non fuit: quod non de discipulis, sed de ingratis Iudæis dominus ait. De quibus alibi lo- Osee.7.
quitur, Recesserunt à me, & ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiam. Translatio Hieronymi Esa.63.
sic habet, & notos meos abstulisti, ita videlicet quod mihi nõ possunt auxilium ferre, quemadmodum Iob.19.
scriptum est, Circunspexi & non erat auxiliator. Iob quoque, Noti mei, quasi alieni recesserunt à me. Iohã.16.
Et hoc est quod Christus dixit discipulis, Venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in
propria, & me solum relinquatis.

¶ Declaratio Psalmi eiusdem tropologica siue moralis.

CVM dicat Apostolus, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circunferentes, vt & vi 2.Cor.4.
ta Iesu manifestetur in carne nostra mortali, debemus caput nostrum in passionibus eius se-
ctari, quatenus conglorificemur eidem. Vnde dicit Apostolus, Fidelis sermo. Si commortui 2.Tim.2
sumus & conuiuemus. Si sustinemus, & conregnabimus. Hinc igitur mirum non est, si Psalmi qui de
C Christi passione ad literam loquuntur, de membris ipsius spiritualiter explanentur. Ecclesia ergo seu
quilibet Christianus tribulationes expertus, variisque aduersitatibus & tentationibus circũuallatus,
proclamet hunc Psalmum: dicendo, Domine omnium gubernator, deus salutis meæ, id est fons, ori-
go, & causa totius beatitudinis meæ, à quo tota salus mea dependet, sine cuius misericordia incessabi
liter pereo, grauiter pecco, in æternũ condemnor, deus salutis meæ, in via per fidem & gratiam. Deus
quoque salutis meæ, in patria per speciem & gloriæ lumen: in die clamaui & nocte, id est, certis & cõ 1.Thes.5
gruis horis diei ac noctis, coram te, omnia conspiciẽte. Oportet enim sine intermissione orare. Quia
repleta est malis pœnæ & culpę anima mea, videlicet multis afflictionibus, variis vitiis, passionibusq;
diuersis, quæ sunt vulnera animæ. Vnde in Ecclesiaste habetur, Cuncti dies hominis doloribus & æ- Eccle.2.
rumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Hoc de malis pœnalibus. De malis vero culpæ
alibi scriptum est, In multis offendimus omnes: & vita mea inferno appropinquauit. Anima nanque Iacob.3.
peccando tendit ad inferos, & quoties peccat, toties inferno propinquior fit. Peccatum vero morta-
le est porta inferni: veniale autem peccatum est quoddam præambulum & dispositio quędam ad pec
catum mortale, & pœnam gehennæ. Qui autem mortaliter peccat, statim meretur damnari, quanuis
deus misericorditer præstoletur, sicut Petrus dicit, Patienter agit dominus propter vos, nolens ali- 2.Pet.4.
quos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. AEstimatus sum cum descendentibus in lacum. Hoc
omnibus sanctis martyribus conuenit, quos tyranni & infideles tanquã sacrilegos occiderunt, in tan
tum vt arbitrarentur obsequium se præstare deo illos occidendo. Iusti quoque qui in iustitia moriun- Iohã.16.
D tur & à peruersis iniusti reputantur, æstimantur cum descendentibus in lacum: factus sum sicut ho-
mo sine adiutorio. Hoc conuenit his quibus in Euangelio ait Saluator, Odio eritis omnibus homini- Luc.21.
bus propter me: inter mortuos liber. Solus populus Christianus inter cæteros homines veraciter li-
ber est. Nam Christi seruitus summa libertas est. reliqui vero vniuersi, serui sunt iniquitatis ac dæmo
nis. Vnde ait Apostolus, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum Rom.8.
adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba pater. Et ad Galatas, Non sumus filii ancillæ, sed libe- Gala.4.
ræ, qua libertate Christus nos liberauit. Sic ergo ab infidelibus & seruis peccati, qui spiritualiter mor
tui sunt, reputatur populus Christianus, seu quicunque fidelis ac iustus. Reputatur etiam, sicut vulne
rati dormientes in sepulchris &c. Super me confirmatus est furor tuus, id est rigorosus effectus iusti-
tiæ tuæ. Nam quid intelligendum sit per furorem dei, subiungitur, Et omnes fluctus tuos, id est, o-
mnia genera tribulationum siue pœnarum, quæ pro peccatis infliguntur, induxisti super me. Hoc
ecclesiæ Christi atque fidelibus conuenit, quoniam deus in hac vita iustos multipliciter & districte
castigat, quemadmodum in libro Sapientiæ scriptum est, Tanquam aurum in fornace probauit ele- Sapien.3
ctos dominus, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Et Iudith, Omnes (inquit) qui placuerũt deo, Iudith.8.
per multas tribulationes transierunt fideles. Et Christus discipulis ait, In mundo pressuram habe- Iohã.16.
bitis, sed confidite ego vici mundum. Hæc autem deus fecit electis vt venialia eorum expurgen-
tur, & ipsi ad gratiam ampliorem in præsenti disponentur, aliis quoque in exemplum proponan-

tut & in futuro gloriam ampliorem consequantur. Hunc furorem super se confirmatum expertus E
Iob.19. erat Iob, qui dixit, Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suũ. Ieremias etiam
Ierem. 15 qui profitetur, A facie manus tuæ solus sedebã, quoniã cõminatione replesti me. Longos fecisti notos
Luc.21. meos à me, posuerunt me abominationẽ sibi. Hoc est quod Christus in Euang. suis electis locut' est,
Matt.10. Trademini à parentibus, & fratribus, & amicis, & propinquis. Deniq; Christus venit separare patrẽ
à filiis, fratrem à sororibus, consulendo nobis vt relinquamus omnes propinquos, vxorem, atq; diui-
Iob.19. tias. Sæpe etiam contigit vt noti à Christianis aufugerẽt eosq; abominarentur propter vehementis-
simas persecutiones, aduersitates, & pœnas sibi illatas, sicut & S. Iob sibi accidisse fatetur. Traditus
Matth.5. sum vel dæmoni ad tentandum, vel tyranno ad occidendũ, vel homini prauo ad persequendũ, & nõ
egrediebar. i. has pœnas non fugi, sed omnia æquanimiter passus sum, sciens quoniam copiosa est mer
Iob.16. ces mea in cælo. oculi mei, corporales, languerunt præ inopia naturalis virtutis, eo quod interior do-
lor in oculis corporis magis redundet. Vnde à beato Iob dicitur, Facies mea intumuit à fletu, & ocu-
li mei caligauerunt. Vel oculi mei interiores & intellectuales, languerunt præ inopia diuinæ illumi-
nationis, & præ abundantia propriæ cæcitatis. Tota die, hoc est, horis competẽtibus totius diei, ex-
Thren.3. pandi manus meas ad te, domine. i. desideria mea, seu opera aut manus corporeas, sicut scribitur in
1.Timi.2. Threnis, Leuemus corda nostra cum manibus ad dominũ in cælis. Et Apostolus ait, Volo viros ora-
re in omni loco, leuãtes puras manus sine ira & disceptatione. Plurimum equidẽ cõfert ad excitãdum F
mentis feruorem ac deuotionem internam manus corporis in altum erigere, quatenus spiritus diriga
tur ad proprium creatorem, in cælestibus demorantem. Nunquid mortuis facies mirabilia? &c. Hunc
versum cum duobus sequentibus dicere potest ecclesia, seu quicunq; fidelis ad ostendẽdum quàm ra-
tionabile sit exaudiri à domino, sicut in præcedenti expositione à Christo inducti sunt, sensus enim
est idem. Et mane, hoc est, in principio infusionis gratiæ tuæ: vel mane, hoc est, in principio lucis so-
laris, oratio mea, tibi porrigẽda, prçueniet te, hoc est, tibi offeretur antequam alia operet. Iuxta illud,
Matth.6. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius. Vel, præueniet te, hoc est, tuum iudicium, ita vt quod
2.Cor.6. nunc quando est tempus acceptabile & dies salutis, conabor te mitigare & tibi placere. Vt quid do-
mine repellis orationem meam, non statim eam exaudiendo seu diutius differendo? Videtur nanque
deuoto, quod oratio sua repellitur dum pro suo voto nõ exauditur. Propter quod Iob dixit, Ecce cla-
Iob.19. mabo vim patiens, & nemo exaudiet, vociferabor, & non est qui iudicet. Et Abacuc, Vsquequo domi
Abac.1. ne clamabo, & non exaudies? Interdum quoque oratio omnino repellitur, quia non in nomine Iesu
fit, scilicet cum id non postulatur, quod expedit ad salutem. Nam & Paulus ter deprecatus est domi-
2.Co.12. num, & exauditus non fuit. Quandoq; etiam oratio in nomine Iesu oblata, ad tempus repellitur seu
differtur, quatenus deuotius continuetur, & res optata ardentius appetatur, sicque copiosius obtinea
tur. Certissime tamen tenere debemus, quod oratio in nomine Iesu formata si cõtinuetur, & pro ipso
orante fiat, semper acceptatur, auertis faciem tuam à me, gratiam suspendendo, meq; tribulationibus G
exponendo, nec statim consolando. Ista auersio non est auersio simpliciter dicta, sed similis est auer-
sioni qua mater à paruulo filio suo faciem suam abscondit, tanquam offensa esset, quatenus filius eam
cum lachrymis repetat, affectiosiusque aspiciat. Pauper sum ego, vel rebus seculi, vel merito & gra-
tia, vel affectu, omnia terrena arbitrando vt stercora, & in laboribus à iuuentute mea, id est, à prin
Philip.3. cipio quo cœperunt esse electi in mundo. Multi nanque sunt labores sanctorum, videlicet exercitia
pœnitentiæ, vigiliæ, abstinentiæ, orationes, opera exteriora, afflictiones & pœnæ. Propter quod in
Iob.5. libro Iob ait quidam, Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Ideoque de reprobis dictum
Psal.72. est supra, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et secundum Apo-
2. Tim.2 stolum, nullus coronatur nisi qui legitime certauerit, quod sine magno labore fieri nequit: exultatus
autem humiliatus sum. Nam dum boni laudantur & sublimantur ab aliis, in propriis cordibus co-
ram deo humiliantur: quia non sibi sed domino omnia bona attribuunt, & hoc est signum boni, vir-
tuosique viri. Propter quod Salomon ait, Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in for-
Prou. 27 nace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Vel exaltatus per prospera, humiliatus sum protinus
per aduersa: quia non permanet homo diu in eodem statu, sed nunc prospera, nunc aduersa ei con
Eccl.12. tingunt, idcirco in Ecclesiastico scribitur, In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die ma-
lorum ne immemor sis bonorum. Vel exaltatus superbe & inobedienter viuendo, humiliatus sum,
veraciter confitendo & conturbatus propter enormitatem peccatorum meorum, seu asperitatẽ pœ-
Iob.6. narum & persecutionum. In me transierunt iræ tuæ, id est, effectus tuæ iustitiæ seu cogitationes pœ- H
nosæ mihi inflictę sunt, sicut in libro Iob habetur, Sagittæ domini in me sunt, quarũ indignatio ebibit
spiritum meũ, & terrores domini militant contra me: ideo subditur, & terrores tui conturbauerũt me
id est, formidines de effectibus tuæ iustitiæ, scilicet de futuro iudicio, de pœnis inferni, de expulsio-
Iob.23. ne à gloria, conceptæ, solicitum me fecerunt, pœnitentem & anxium. Iuxta illud, A facie dei turba-
Iob.7. tus sum, & considerans eum, timore solicitor. Circundederũt me afflictiones prædictæ, sicut aqua to-
ta die, imo toto tempore vitæ meæ, quia militia est vita hominis super terram. Et secundũ Aug. perse
uerandũ est vsq; in finẽ, quia tentatio perseuerat vsq; in finem, circũdederũt me simul. Multoties nãq;
electi simul & semel à mũdo, carne, atq; diabolo impetũtur ac fatigantur. Cætera ex dictis in præce-
denti expositione elucescũt. Ecce psalmũ mysterialẽ, doctrinalem & vere deuotũ audiuimus, in quo
decet nos Christi passionẽ intente recolere, eiq; intime condolere, & eius vestigia digne sectari, qua-
tenus illud beati apostoli dicere singuli valeam*. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigma
Gala.6. ta dñi Iesu in corpore meo porto. Illud quoq; sponsæ, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter
Cant.1. vbera mea commorabitur. Et hãc arbitremur summã esse nostrã felicitatẽ dispositiue, & in præsenti

A perfectionem & gratiam, Christi passionibus conformari, eius obiectiones imitari, eiúsq; charitati
vtcúq; assimilari. Propterea enim hortatur Apostolus, Estote imitatores dei sicut filii charissimi, &
ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Et altissimus ille apostolici ordinis Vertex, Com Ephe.5.
municátes, inquit, Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Rursusq;, 1.Pet.4.
Si exprobramini (inquit) in nomine Christi, beati eritis. Quid enim gloriosius Christiano, quàm es- Ibidem.
se consimilem Christo?

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXVIII.

### ¶EXPOSITIO Tituli.

Declarandi nunc Psalmi titulus est, Intellectus Etham Israelitæ.i. in Psalmo præsenti contine-
tur, quid homo robustus per gratiam, deníque contemplans per fidem, de Christo intellige-
re debet. Etham nanq; interpretatur robustus. Secundum omoes autem expositores, psalmus
hic tractat de stabilitate perpetuitateq; regni Dauid, quæ in nullo completa est, nisi in Christo. Pro-
B pterea psalmus iste ad literam de Christo pertractat: & quoniam stabilitio ista per gratiam dei effi-
citur, ideo sanctus propheta à fonte omnium gratiarum, videlicet à diuina misericordia orsus est.

### PRECATIO,

*Deus gloria uirtutis sanctorum da nobis semper in lumine uultus tui ambulare, & in nomine tuo exultare, ut mise-*
*ricordia tua faciem nostram præeunte, perfecto cursu iustitiæ ad te ualeamus peruenire.*

### ¶EXPOSITIO Psalmi.

MISERICORDIAS (inquiens) domini inæternum cantabo] Dulcissimū pla
ne exordium, & omni mūdana, carnali & vana voluptate vehementer suauius.
Non ait, Misericordiam domini, sed misericordias, quoniam secundū multitu-
dinem miseriarum nostrarum, multiplicatę sunt super nos misericordię domi-
ni. Misericordia autem dei interdum vocatur ipsa pietas diuinæ naturę, quę na
turaliter clemens est, & ista misericordia non est nisi vna sicut diuina essentia:
quandoq; vero misericordia dei nominatur effectus pietatis diuinæ, sicut Ra- Tob.12.
phael ait, Benedicite deum cæli, quia fecit vobiscū misericordiam suā. Et vtro-
C que modo accipi potest hoc loco misericordia domini: sed si primo modo accipiatur, tunc vna ac sim
plex misericordia dei pluraliter explicatur, propter multiplices suos effectus. Deus enim mille mo-
dis nouit suis misericorditer auxiliari. Eritq; sensus, Misericordias domini, id est, ipsum deum natu-
raliter misericordem, seu pietatem diuinam multipliciter miserentem, inæternum cātabo, hoc est, in-
desinenter laudabo, nunc inchoatiue, & in futuro completiue. Quemadmodum oanque secundū apo r.Co.13.
stolum, Charitas nunquam excidit, quia nunc incipit & in futuro perficitur: sic actus charitatis, qui
sunt deum diligere, contemplari, admirari, laudare, ipso frui, in ipso lætari, nunquam deficiunt, sed in Luc.10.
præsenti habent exordium & in patria complementum. Propter quod de Maria Magdalena, his oc-
cupata, dixit Saluator, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Si vero misericordiæ
domini iam dicantur effectus seu opera misericordissimi creatoris: sensus erit, Misericordias domini,
hoc est, dona gratiæ seu beneficia dei, & multiplicem suæ bonitatis effectum, tam mihi quàm toti ge- Esaiæ.63
neri humano impensum, inæternum cantabo, quemadmodum in Esaia dicitur, Miserationum domi-
ni recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est nobis secūdum
indulgentiam suam. Recolat hic vnusquisque vt valet misericordias domini, id est beneficia eius ge-
neralia & specialia. Generalia quippe beneficia dei sunt creatio, recreatio, iustificatio, & glorificatio.
Specialia vero beneficia dei sunt, quæ vnicuique singulariter data sunt. Sed vtraq; vere omnem ra-
tionem, linguam, numerumq; transcendunt. Quis enim omnia beneficia Christi cōcipiat, eloquatur, Baruc.3.
D aut numeret? Propter nos factus est homo, conuersatus in mundo, suspensus in ligno. Nobis dedit se-
ipsum in sacramento, promisit pro pręmio, in cordibus nostris vult habitare, delitiari, quiescere.

¶(2) In generationem & generationem, annunciabo veritatem tuam in ore meo] Propheta autor
Psalmi præsentis, sicut prædixit, effecit. Prædixit nāq; se annunciaturum dei veritatem à generatione
in generationē.i. à qualibet generatione in quālibet generationē, succedentē, q̄m Psalmus eius vsque
in finem mundi cantabitur. Solet aūt scriptura per generationem & generationem, designare perpe-
tuam durationem, quemadmodum ait Maria, Et misericordia eius à progenie in progenies. Cum er- Lucæ.1.
go nos breui viuamus tempore, & paulopost moriamur, scrutandum est quomodo quilibet nostrum
in persona propria hæc dicere queat. Certū est enim quia in persona ecclesiæ dici à quolibet possint.
Et respondendum quod quilibet nostrum hæc dicere potest, secūdum duplicem sensum. Primo, nam
qui bene & exemplariter operatur, imitatores suæ bonæ conuersationis relinquit, & ita per suos se-
quaces veritatem diuinam incessanter annunciat. Secundo exponitur sic, A generatione, viæ seu via-
torum, in generationem sanctorum in patria, annunciabo veritatem tuā, ita quod in generatione san
ctorū viatorū hāc annunciationem incipiā. In generatione vero beatorū cōprehensorū eā cōtinuabo
atq; perficiā. Per veritatē autē dei hoc loco accipi potest iustitia eius, quæ ideo annunciatur ab eo qui
misericordiā dñi cātat, quia in omni opere dei misericordia & iustitia cōmiscētur. Pōt quoq; per veri
tatē intelligi ꝓmissionū diuinarū impletio, qua deus hominib. ꝑ Christū largit⁹ est, qđ se ꝑ illū pręsta-

Iohan.1. turũ ſpopondit. Sicq; accipitur quũ dicitur apud Iohã. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. B
Sic ergo propheta in hoc verſu motans perſonam: ait ad dominũ, In generationẽ & generationẽ an-
nunciabo veritatem tuã in ore meo, reuoluẽdo ſtabiliter in ore meo verba diuina, & non ſolũ tranſi-
torie atq; celeriter ea proferendo ex ore. Propterea aũt veritatem tuam annũciabo. ❡ (3) QVO-
Hebr.1. NIAM dixiſti] id eſt, intra te decreuiſti, & multipharie multisq; modis locutus es per angelos, per
prophetas, per filium tuũ incarnatum, atque Apoſtolos, iſtud, ſcilicet, [IN AETERNVM miſericor
dia ædificabitur in cælis] id eſt, per effectum miſericordiæ, ruinæ cælorum reparabuntur, & muri cæ
leſtis Ieruſalem ex viuis lapidibus conſtruentur, dum per Chriſti incarnationem ac paſsionem homi
nes ad ſedes apoſtatarum angelorum transferũtur. Vnde ſuperius dictum eſt, Domine in cælo miſe-
ricordia tua. Et, Magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua. Vel ſic, Quoniã dixiſti, per teipſum
& ſanctos prophetas, inæternum miſericordia ædificabitur in cælis. i. in apoſtolis ſeu per apoſtolos,
quia per eos fabricata eſt eccleſia catholica, operante per eos miſericordia tua. Dicitur nanq; miſeri-
cordia dei inæternum ędificari, dum eius effectus æternaliter perſeuerat. Eccleſia vero per miſericor
diam dei conſtructa, vſque in finem ſeculi permanebit [PRAEPARABITVR veritas tua in eis]. i.
impletio promiſsionum tuarum & prophetarũ per apoſtolos diſponetur, vt per eos ad homines vni
uerſos perueniat, quatenus per gratiam illis primo conceſſam cæteri conuertantur, quemadmodũ ab
Eccl.36. Eccleſiaſtico dictũ eſt, Vt prophetæ tui fideles inueniantur. Vel ſic, præparabitur veritas tua in eis. i. F
in cæleſtibus ciuibus ſeu angelis ſanctis, quoniam ipſi primitus de diuinis myſteriis illuſtrantur, & ita
per eos veritas diuinæ illuminationis ad homines ſanctos deducitur. Eccleſiaſtica nãq; hierarchia, à
hierarchia angelica purgatur, illuminatur & perficitur. Dixiſti quoq; ô domine. ❡ (4) DISPO-
SVI teſtamentum electis meis] id eſt, vetus teſtamẽtum, ſeu legem Moſaicam dedi filiis Iſrael. Quo-
Gala.3. niam enim lex diſponebat ad Chriſtum: iuxta illud Apoſtoli, Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto,
idcirco data non eſt, niſi populo illi ex quo Chriſtus incarnari elegit, videlicet filiis Iſrael [IVRAVI
Dauid] filio Ieſſe [SERVO meo, vſque inæternum præparabo ſemen tuum] .i. propagatio filiorum
tuorum vſq; ad Chriſtum, ex eis naſciturum pertinget, & in ipſo Chriſto perpetuabitur. Hoc in exor
dio Euang. beati Matth. verum eſſe probatur, vbi genealogia Dauid vſq; ad Chriſtum deducitur.
❡ (5) ET ædificabo in generationem & generationem] id eſt, per omnem progeniem firmabo &
1.Par.17. conſeruabo [SEDEM tuam]. i. regiam poteſtatem. primo libro Paralipomenon, & alibi deus promi
ſit regi Dauid, quod non deficeret vir de ſemine eius ſedens in throno ipſius, ita dũtaxat ſi cuſtodirẽt
4.Re.17 filii eius præcepta diuina: ſed quia frequenter illa tranſgreſſi ſunt, ad idololatriam declinantes, pro-
4.Re.25 pterea tempore Zedechiæ regnum Dauid interruptionem ſuſtinuit, quemadmodum quarto Regum
deſcribitur. Quanuis tamen ſedes ſeu regnum Dauid ad tẽpus ceſſauerit, nihilominus in Chriſto re-
Lucæ.1. paratum eſt, firmatum ac perpetuatum, prout Archang. ait ad virginem, Ecce concipies & paries fi-
lium, & filius altiſsimi vocabitur, & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in G
Eſaiæ.9. domo Iacob inæternum, & regni eius non erit finis. Quod etiam in Eſaia clariſsime ſcriptum eſt, Su
per ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud in iudicio & iuſtitia, amodo & vſ-
que in ſempiternum. Ecce quanta concordia Euangelicæ narrationis cum ſermone prophetico. Vel
ſic, & magis ſecundum doctores catholicos. Diſpoſui, hoc eſt, ordinate dedi atque propoſui teſtamẽ-
tum nouum, id eſt euangelicam legem, vbi æterna hæreditas eſt promiſſa, quod etiam teſtamentum
in morte Chriſti confirmatum eſt, electis meis, id eſt re & nomine Chriſtianis, de quibus ait Apoſto-
2.Tim. 2 lus, Firmum fundamentum dei ſtat, habens ſignaculum hoc, Cognouit dominus qui ſunt eius. Petrus
1.Petr.2. quoque, Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta. De hoc teſtamento & diſpoſi-
tione ipſius Paulus teſtatur, Noui teſtamẽti mediator eſt Ieſus vt morte intercedente, in redemptio-
Hebr.9. nem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſsionem accipiant qui voca-
ti ſunt æternæ hæreditatis: iuraui, id eſt certitudinaliter, firmitérque promiſi Dauid ſeruo meo, hoc
eſt, Chriſto, qui vt homo minor eſt me: & ſeruus meus, vſque inæternum, id eſt vſque in finem ſecu-
li, imo vſque in vitam æternam, præparabo ſemen tuum, hoc eſt, per fidem & gratiam formabo &
Eſa.53. diſponam Chriſtianos & fideles, de quo ſemine apud Eſaiam dictũ eſt, Si poſuerit, ſcilicet Chriſtus,
animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum. Frequenter in diuinis ſcripturis per Dauid in-
Iere.30. telligitur Chriſtus. Vnde dominus per Ieremiam ait, Non dominabuntur Iacob amplius alieni, ſed
ſeruient domino deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis, id eſt Meſsiæ, vt omnes exponunt.
Non enim ſuſcitauit nec ſuſcitabit deus defunctum illum Dauid filium Iſai, ad regnandum in hoc H
Oſee.3. mundo. Hinc quoque in Oſee ſcriptum eſt, Poſt hæc reuertentur filii Iſrael, & quærent dominum
deum ſuum, & Dauid regem ſuum. Sed vbi iurauit deus Chriſto, quod inæternum præpararet ſemẽ
Gen.28. ipſius? Ecce ad Abrahã dicitur, Per meipſum iuraui, dicit dominus, quia non pepercisti filio tuo vni-
genito propter me, benedicam te: & in ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes terræ. Quid autem per
Galat.3. ſemen hoc intelligere debeamus, Apoſt. exponit ad Galatas dicens, Non dicit in ſeminibus quaſi in
Dan.7. multis, ſed quaſi in vno, & ſemine tuo quod eſt Chriſtus. Daniel etiã dicit, Omnes populi, tribus &
linguæ ſeruient ei. Et ædificabo, hoc eſt, ſtabiliam in generationem & generationem, id eſt inæternũ
[SEDEM tuam] hoc eſt, iudiciariam tuam poteſtatem, & regiam dignitatem. Vnde in Daniele ſcri
Eodem. bitur, Dedit ei poteſtatem & honorem & regnum. Qualis vero ſit iſta poteſtas & regnum, ſubiun-
gitur, Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur. Vel,
ædificabo per charitatem & dona ſancti ſpiritus, ſedem tuam, hoc eſt, corda fidelium ſiue ec-
Sap.7. cleſiam in quibus tu Chriſte per gratiam habitas. Anima equidem iuſti ſedes eſt ſapientiæ, &
Zach.6. in eccleſia reſidet Chriſtus: quemadmodum ſcriptum eſt, Ipſe ſedebit & dominabitur in ſolio

A suo. Vel ædificabo sedem tuam, non manufactam, sed thronum cælestem, vt sedeas in cælo ad dexteram meam in sede, de qua tu Christe loquutus es, Ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Apoc. 3.
¶ (6) CONFITEBVNTVR cæli mirabilia tua dñe, etenim veritatem tuā in ecclesia sanctorum] Quanuis hęc de angelis sanctis & cunctis cæli ciuibus exponi possint, q vtiq; confitentur indesinēter cōfessione incessabibilis laudis mirabilia opera dei, & veritatē ipsius in ecclesia triumphāti sanctorū seu beatorū io patria, sicut de talibus in Apoc. dicitur, Magna & mirabilia suot opera tua dñe deus omnipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex sanctorum. imo secundū diuinū & magnū Dionysium angeli superiores illustrant & docent angelos inferiores de quibusdam mirabilibus dei effectibus & veritatibus diuinorum effectuum. Denique cæli isti confitentur etiam mirabilia dei & veritatem ipsius, in ecclesia militaoti, sanctorū viatorū, quorū mentes illuminant de admirandis dei operibus & sacris scripturis. Propter quod apud Matthæum angelus scribitur docuisse Ioseph de mirabili conceptione Christi. Et in Actis legitur, angelus apostolos eduxisse de carcere, eisq; dixisse, Ite & stantes loquimini io templo plebi omnia verba hæc. Nihilominus per cælos hoc loco cōueniētius intelliguntur sancti Apostoli, aliique apostolici viri, angelicam atq; cælestem coouersationē in terra habentes. eritque sensus, Confitebuntur, id est secure protestabuntur, docebuot & prædicabunt atque laudabunt cæli,
Apoc. 15. Matth. 1. Act. 5.

B id est apostoli atque eis consimiles, mirabilia tua domine, id est miracula tua ô Christe, & omoia quæ de tuis mysteriis sunt conscripta: etenim. i. etiam confitebuntur & prædicabūt, veritatem tuam, id est, iustitiam atq; euangelieam legem, omni veritate plenissimam, in eeelesia sanctorum, id est congregationibus fidelium electorum. Istud in Actibus Apostolorum clare docetur impletum, vbi inter cætera scriptum est, Videntes principes sacerdotum Petri & Iohannis constantiam mirabantur. quorum cōstantia patuit quādo dicebant, Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Non enim possumus quæ audiuimus & vidimus non loqui. Nōne mirabilia dei & Christi eius hoc modo confessi sunt sancti apostoli, dum Petrus voce omnium dixit Iudæis, Iesum Nazarenū virū approbarū in vobis à deo, virtutibus & prodigiis & signis, interemistis? Ideo autem ista egerunt apostoli. ¶ (7) QVONIAM quis] tanquam dicat, nullus [IN nubibus] id est, in sublimibus creaturis, quales sunt apostoli & prophetæ [ADÆQVABITVR domino] deo trino, vni, & benedicto, seu filio dei Iesu Christo, de quo Petrus ait, Hic est omnium dominus. Quanuis enim creatura possit deo assimilari, non tamen valet ei ęquari, sed in infinitū distat ab eo. Propter quod apud Esaiā dicitur, Cui adæquastis me dicit sanctus? Dicuntur vero prophetæ & apostoli nubes, sicut de Apostolis ait Esaias, Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Primo, quoniam sicut nubes primo illustrantur à sole, deinde terram illuminant, sic prophe-
Act. 4. Act. 5. Act. 2. Act. 10. Esa. 40. Esa. 60.

C tæ atq; Apostoli prius, copiosiúsque à sole iustitiæ Christo domino sunt edocti, deinde homines illustrauerunt. Vnde dicit eis Saluator, Vos estis lux mundi. Secundo, quoniam sicut nubes terrā pluēdo irrigant & fœcundant, sic apostoli & prophetæ corda hominum pluuia salutaris doctrinæ, & verbo gratiæ perfuderunt, impleuerunt, & à damnabili ariditate & sterilitate liberauerunt, ideo dictū est eis, Vos estis sal terræ. Tertio, propter altitudinem cōtemplationis, eleuationem desideriorum, sublimitatémque vitæ. Possunt quoque per nubes (secundū Dionysium cap. 15. cælestis hierarchiæ) intelligi angeli sancti, de quibus subiungitur [SIMILIS erit domino in filiis dei,] taoquam dicat, neq; in angelis inuenitur aliquis deo æqualis. Omnes enim (secundum Apostolum) sunt administratorii spiritus. Conuenienter vero per filios dei accipiuntur etiam angeli, quia de eis dominus apud Iob sciscitatur, Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei? De quibus etiam in libro Iob oarratur, Quadam die cum venissent filii dei, & assisterent coram domino, affuit inter eos & Satan. ¶ (8) DEVS qui glorificatur] hoc est, gloriosus esse asseritur, honoratur, & exaltatur [IN consilio sanctorū] id est, diligenti perscrutatione omniū electorū, in cælo & terra versantiū, quorum vnum, parq; consilium est, vt deum præ cunctis glorificent corde, ore ac opere [MAGNVS] imo immensus, atque in omni nobilitate simpliciter, interminabiliterq; perfectus [ET terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt] hoc est, venerandus seu metuendus præ cunctis beatis & sanctis ei assistentibus, & ad eū ex omni parte accedentibus. Dicuntur autem electi esse in circuitu dei, non quod eum intra se claudant ac finiant, cum ipse illocalis, iocircūscriptibilisque consistat, sed quoniam sic ad eum
Matth. 5. Eodem. Hebr. 1. Iob. 38. Iob. 1.

D vndique confluunt, ei deseruiunt & assistunt, ac si intra se seu in medio sui eum includerent. Vel quoniam ipse deus gloriosus & sanctus omnia penetrat, cunctisq; intimus est, & magis vicinus, quàm aliquid sibimetipsi, seu ipsa essentialia rei principia toti principiato, propterea dicuntur esse in circuitu eius. Verius tamen ipse est in circuitu eorum sicut inferius dicitur, Dominus in circuitu populi sui. Vnde in Actibus Paulus testatur, Non longe est ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus, sicut & quidam poetarum vestrorum dixerunt, secundum Thomam Aratus poeta hoc dixit. ¶ (9) DOMINE deus virtutum quis similis tui?] Nullus vtiq;, loquendo de similitudine naturali, & perfecta. Finiti enim & infiniti nulla extat proportio, quoniam quotiescunq; finitum finito addatur, nunquam exinde infinitum efficitur. Ideóque ad insinuandam infinitam dei excellentiam super omnia scriptum est apud Esaiam, Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palma ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, & liberauit in pondere montes, & colles in statera? Vnde alio in loco dictum est, Tanquam momentum stateræ sic ante te est orbis terræ, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram [POTENS es domine] per essentiam, quoniam idē est tibi esse & posse, & sicut tuum esse est infinitum, sic tua potentia est immensa, cui omnia erant facilia, prout ait scriptura, Subest tibi cum volueris, posse. Differt autem potentia dei ab aliorum potentia. Primo quoniam deus ex seipso seu propria potentia potens est, sicut de eo superius dictum est, Qui dominatur in virtute sua in æternum. Secundo, quoniam Deus vniuersaliter
Psal. 124 Act. 17. Esa. 40. Sap. 11. Sap. 12. Psal. 65. Sap. 15.

Esa.59. potens est:iuxta illud, Misereris omnium, quoniam omnia potes. Tertio, quia potentia dei est peni- E
tus infinita, nec possunt tanta támve sublimia à deo produci, quin possint in infinitum plura atq; ma
Num.11. iora ab eo creari seu effici: iuxta illud, Nunquid manus domini inualida est? Et alibi, Deus sempiter-
Iob.36. nus dominus, non deficiet. Potens vero esse deus designatur dum dicitur in libro Iob, Deus potentes
non abiicit, cum ipse sit potens [ET veritas tua] diuina & increata, resultat, splendet, atque apparet
[IN circuitu tuo] id est, in omnibus creaturis seu tibi assistentibus, in quorum tu medio es. Quemad
modum enim diuina potentia in rerum creatione relucet, sic sapientia seu veritas dei in earum ordi-
Sap.13. nibus lucet. Propter quod scriptum est, A magnitudine speciei creaturæ, poterit creator cognoscibi-
Eccl.42. liter videri. Et iterum, Gloria dei, plenum est opus eius. Vel, veritas tua, id est vera illuminatio tua, sa
cra doctrina & sapientialis ordinatio est in circuini tuo, id est, in corde seu intellectu eorum, de qui-
bus iam dictum est, Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Nostra quippe veri-
tas, & scientia à rebus causantur, sed veritas & scientia dei causa est rerum, & vti ab vno vultu diuer-
sæ resultant imagines in pluribus speculis, ita quidem ab vna ac summa veritate, multæ causantur ve-
Eccle.1. ritates in rebus creatis. Propterea de hac veritate seu sapientia creata in Ecclesiastico habetur, Deus
creauit illam in spiritu sancto, & effudit illam super omnia opera sua & super omnem carnē, & præ-
bet eam diligentibus se. ¶ (10) TV dominaris potestati maris] id est, ipsum mare & omnis na-
turalis cursus, ordo & virtus ipsius tibi subiecta sunt. Hoc patuit in diuisione maris rubri. Vnde de F
Exo.14. Christo vero & altissimo deo scriptum est, Ventus & mare obediunt ei. Iob quoque ait, In fortitudi-
Matth.8. ne illius repente maria congregata sunt. Per obediētialem nanque potentiam omnibus concreatam,
Iob.26. vniuersa creatori suo obediunt [MOTVM autem fluctuum eius tu mitigas.] hoc est, impetuosos flu-
Iob.38. ctus abyssi quiescere facis, sedas, atque confringis, quemadmodum ad sanctum Iob testatus es, Circū-
dedi mare terminis meis, & dixi, Hucusque venies & non procedes amplius, & hic confringes tumē-
Marc.4. tes fluctus tuos. Hinc quoq; de Christo à Marco inducitur. Comminatus est vento, & dixit mari, Ta
ce & obmutesce, & facta est trāquillitas magna. Moraliter exponitur sic, Tu dominaris potestati ma
ris, id est, potentibus seculi & principi huius mundi, videlicet tyrannis & dæmonibus ne quantū ve-
lint in tuos desæuiant, ideo sequitur motum aut fluctum eius, id est, impetus tentationū diaboli, per-
1.Cor.10 secutionúmque mundi, tu mitigas, quia secundum Apostolū non permittis nos tentari super id quod
1.Pet.2. possumus, sed facis eum tentatione prouentum. Vnde Petrus ait, Nouit dominus pios de tribulatio-
2.Cor.1. ne eripere. Nonne motum fluctuum horum mitigat deus de quo asserit Paulus, Benedictus deus, qui
consolatur nos in omni tribulatione nostra? ¶ (11) TV humiliasti sicut vulneratum superbum] id
est, quæcunque elatum, & præcipue primum illum apostatam angelum, qui est pater super omnes fi-
Esa.14. lios superbiæ deiecisti & oppressisti, sicut deiicitur vulneratus quemadmodum scriptum est, Deus su
Iacob.4. perbis resistit. Et rursus, Qui se exaltat, humiliabitur. Ideo ait Saluator, Videbā Satanam sicut fulgur
Luc.14. de cęlo cadentē. De cuius humiliatione seu casu & alibi scriptū est, Quomodo cecidisti de cęlo Luci- G
Luc.10. fer, qui mane oriebaris? Vnde & alibi habetur, Prudentia dei percussit superbum [IN brachio virtu-
Esa.14. tis tuæ] hoc est, in excelsa & propria tua potestate [DISPERSISTI inimicos tuos] dæmones, ho-
Iob.26. minesq; iniustos. Hos nanq; deus dispergit ab vanitate quæ ipse est, & ita conuertuntur ad multa ca-
Iob.4. duca & vana, amittentes iam esse gratiæ, & in futuro esse gloriæ, idcirco in libro Iob asseritur, Vidi
impios domino flāte perisse. ¶ (12) TVI sunt cæli & tua est terra] id est, omnia superiora & in-
feriora [ORBEM terræ & plenitudinem eius] hoc est, vniuersa in eo contenta [TV fundasti] id est,
Prouer.3 stabiliter collocasti: Iuxta illud, Dominus sapientia fundauit terrā, stabiliuit cælos prudētia [AQVI-
LONEM] id est, partem terræ aquilonarem austro appositā, seu ventum Aquilo dictū [ET mare] ma
Iob.26. gnum oceanū terram cingentem [TV creasti.] Vnde in libro Iob scriptū est, Qui extendit Aquilonē
Apoc.14 super vacuum. Et in Apocalypsi, Timete dominum & date illi claritatem, & adorate eū qui fecit cę-
Iob.12. lum & terram, mare & fontes aquarum. Propter quod sanctus Iob ait, Quis ignorat, ꝙ manus domi
ni fecit hæc omnia? Vel, Tui sunt cæli, id est angelicæ mentes, seu sancti prædicatores cæliformiter
conuersantes: & tua est terra, hoc est, homines terreni quantū ad id quod sunt. Sunt enim tui per na-
turam, orbem terræ, id est vniuersalem ecclesiam per totum mundum diffusam, & plenitudinē eius,
hoc est, spirituales eius diuitias, scilicet munera gratiarum, sacramenta, virtutes, & cætera spiritualia
bona tu fundasti, quoniam sine te conseruari non possunt, sicut nec haberi valent nisi à te. Aquilonē,
Esa.14. id est diabolum Aquiloni, id est peccatoribus propter charitatis carentiam frigidis dominantē, qui di
xit, Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, & mare, id est homines adinstar maris insta- H
biles, impetuosos, amaros, tu creasti dando eis esse naturæ & naturales proprietates, perfectiones, ac
vires, non tamen in malitia conditi sunt. ¶ (13) THABOR & Hermon in nomine tuo exultabūt]
id est, hi duo montes erunt fidelibus occasio atque materia exultandi in deo, propter beneficia dei in
Iudic.4. eis ostensa. Thabor enim est mons in terra sancta, in quo denunciata fuit victoria Barac de Sysara &
Iosue.3. eius exercitu. Hermon vero est mons prope Iordanem, quem transierunt Hebræi arido pede, sicque
montes hi propter miraculosa opera dei in eis ostensa, præbuerunt Iudæis occasionē lætandi in deo.
Et maxime præbent Christianis materiam exultandi, quia in monte Thabor transfiguratus est
Marc.9. Christus, quem montem Petrus sanctum appellat. Hanc (inquiens) vocem audiuimus, cum essemus
2.Pet.1. secum in monte sancto. In Iordane vero, iuxta quem Hermon mons situs est, baptizatus est Iesus.
Matth.3. Spiritualiter vero per Thabor, quod interpretatur lumen veniens, designantur Iudæi, quibus pri-
mo data est lex & gratia dei infusa. Per Hermon autem, quod interpretatur anathema, significan-
tur gentiles qui tempore suæ perfidiæ erant anathema deo & quasi anathematizati ab eo, propter
idololatriæ crimen. Est itaque sensus, Thabor & Hermon, id est, Iudæi & Gentiles ad vitam electi,

A non in se aut propriis viribus, sed in nomine tuo exultabunt, [TVVM brachium].i.tua fortitudo est
[CVM poteotia] ita vt nihil ei difficile. ℭ (14) FIRMETVR manus tua] hoc est, virtus tua præua Gen.18
leat hostibus veritatis, eos deiiciendo [ET exaltetur dextera tua] Aduertẽdum quod manus dei, quæ
est virtus eius operatiua, interdũ accipitur in bono, sicut cum in libro Iob dicitur, Manus eius saoa- Iob.5.
bunt. Interdũ vero in malo, vt cum ait Apostolus, Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Et Hebr.10.
Iob, Manum tuam longe fac à me. Dum itaque manus dei in bono accipitur, tunc dextera eius respi- Iob.13.
cit bona æterna. Sinistra vero temporalia bona, secuodũ quod in Prouerbiis legitur. Longitudo die- Proo.3.
rum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Dũ vero manus dei in malo accipitur, scilicet
prout concernit malum pœnæ, tunc per sinistrã dei intelligeoda est minor punitio, per dexterã vero Psal.20
quæ durius percutit punitio maior. Vode superius dictũ est. Inueniatur manus tua omnibus inimicis
tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderũt. Similiter, modo cum dicitur, Firmetur manus tua, per
manum accipitur virtus dei leuius puniens, per dexteram vero eadẽ virtus grauios puniens, quam pe
tit exaltari, per depressionem & deiectionẽ omnimodam hostium pessimorum. Posset tamen hic ver
sus expooi in bono, hoc modo. Firmetur manus tua.i. virtus tua firmiter auxilietur famulis tuis, eos-
que præualere hostibus faciat, & exaltetur dextera tua.i. benignitas tua sublimetur, liberaliter cõmu-
nicando dona gratiæ & virtutum [IVSTITIA & iudicium præparatio sedis tuæ] hoc est, per iusti-
B tiam atque iudicium tuipse paratus ac dignus es iudicare. & sedes tua.i. iudiciaria tua potestas per iu-
stitiam, atque iudicium paratur, aptatur, & idonea redditur ad iudicandum. Per iustitiam nanq; vni-
cuique quod suũ est tribuentem, & iudiciom quod est actus iustitiæ, fit iudex dignus ad iudicandum.
Vel sic, iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ.i. per iustam cõuersationem, & rectum iudicium sibi-
ipsius, fit quilibet dignus vt in eo quasi io throno ac thalamo dñs sedeat, demoretur, & conquiescat.
Ideo nanque homini tali ait saluator, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ℭ (15) Iohã.14.
MISERICORDIA] per quam culpam deles & gratiam influis [ET veritas] qua sicut promisisti
agis. In omni enim opere tuo misericordia, veritasque concurrunt [PRAECEDENT. faciem tuam]
id est, spiritualem tuam præsentiam, qua quotidie tuis electis per contemplationem appares, secundũ 2.Cor.3.
illud Apostoli, Nos autẽ reuelata facie gloriam dñi speculantes. Non enim adest alicui deus per con
templatiooem synceram, nisi primo per misericordiã suam peccata dimittat, gratiamque cõcedat: &
tunc sicut promisit, seipsum per fidem formatã osteodit. Vel, Misericordia & veritas istæ præcedent
faciem tuam.i. aduentum tuũ seu repræsentationem vultus tui, qua apparebis in finali iudicio. Tuoc
quippe erit tempus iustitiæ & iudicii, interim vero est tempus misericordiæ & veritatis [BEATVS
populus] oune in spe [QVI scit] per gustũ seu experientiam [IVBILATIONEM].i. ineffabilem
mentis exhilarationem in deo. Iubilatio nempe seu iubilus, est quædã excessiua atque insolita mentis
C in deo iucunditas, adeo æstuans & erumpens ac vehemens, vt oee plene possit exprimi oeque totali-
ter occultari. Hæc iubilatio ex contẽplatione causatur, & interdũ procedit ex contemplatione diuinę
bonitatis in se, cuius beatitudini congaudemus. Interdũ vero ex contẽplatione beneficiorũ diuinorũ.
Et vere modo beatus in spe, qui in horum consideratione tam vehementer lætatur. Est nanque talis
lætitia, certum, dulce, ac ingens præambulũ felicitatis futuræ. Sic iubilans deo seipsum nõ capit præ
gaudio, stillant per oculos lachrymæ dulces, miraturque animus, ꝙ deus tantam gratiã sibi præstare
dignatur. ℭ (16) DOMINE in lumine vultus tui] oaturali & supernaturali, [AMBVLABVNT]
de bono in melius, de virtute in virtutem, de via in patriã, de consideratione ad opera bona fideles.
Est enim in nobis naturale lumen, ab intellectu seu vultu diuioo animæ oostræ impressum, quo inter Psalm.83
bonum & malum verũ ac falsum discernit, de quo dictum est supra, Signatũ est soper nos lumen vul Psalm.4
tus tui domine. In isto ambulamus, dũ rationis iudicium sequimur. Sed quoniam homo ad supernatu
ralem beatitudinẽ ordinatur, quæ est visio dei per speciem, ideo naturale lumen ad meritoriam vitam
non sufficit, sed indiget homo lumine supernaturali, scilicet fide & donis spiritus sancti, & ita electi
ambulant in lumine naturali, informato ac confortato lumine supernaturali, omnia opera sua ordi- Iohan.12
nando ad dei honorem ac vitam æternam. Vnde saluator, Ambulate dum lucem habetis, vt nõ tene-
bræ vos comprehendant. Non in hoc lumine, sed in seosualitatis errore, & ignorantia vitiorum am-
D bulant peccatores, de quorum via scriptũ est, Via impiorum erit quasi lubricũ, in tenebris impellen- Iere.23.
tur & corruent [ET in nomine tuo].i. in teipso [EXVLTABVNT tota die] qua in corde eorũ, lux
gratiæ, diem spiritualem producit. Vel, tota die.i. assidue, prout pręsenti vitę possibile est [ET in vir
tute tua].i. per adiutorium gratiæ tuæ, non in oaturali & propria potestate [EXALTABVNTVR]
mundũ, carnem dæmonemque vincendo, & ad regna cælestia pertingendo. ℭ (17) QVONIAM
gloria virtutis eorum id est, obiectũ, causa & terminos gloriationis, qua de sua perfectione ac bonis
operibus gloriantur [TV es] quooiam non in se, sed io te gaudent, omnia tibi ascribendo, sicut dicit
Apost. Qui gloriatur, in domino glorietur. Propter quod Esaias asserit, Erit dominus exercituum co 1. Cor. 1.
rona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui [ET in beneplacito tuo].i. pia volũtate tua seu Esa.28.
per effectum voluntatis tuæ, qua tibi in nobis complacuit. s. per gratiam tuam [EXALTABITVR
cornu nostrum].i. fortitudo & dignitas nostra, qua dicimur genus electũ, regale sacerdotiũ, gens san 1.Pet.2.
cta, quia per gratiam tuam fortitudo nostra perseuerat, proficit, & coronatur, cuius ratio est. ℭ (18)
QVIA domini est assumptio nostra] id est, à deo misericorditer assumpti sumus, qui nos in suã pro-
tectionem, gratiamque suscepit, oe ab hostibus deuoremur [ET] pro, id est, ista assumptio est [SAN-
CTI Israel regis nostri] id est, dei sicut authoris, qui est sanctus sanctorum & sanctificator Israelis &
rex ooster. Vel, domini, id est, filii dei est assumptio nostra, quoniam ipse in sua incarnatione sanctis-
sima nostram naturam assumpsit. ℭ (19) TVNC locutus es in visione sanctis tuis, &c.] Hanc pa-

tem psalmi huius, vsque ibi, Tu vero repulisti & despexisti, quidam ad literam exponunt de Dauid, E
quidam vero de Christo, vtraque autem tangenda est, sed prima cursorie pertranseunda, quoniã minus fructuosa, secundæ vero diligentius immorandum. Denique in natalitiis confessorum, pontificũ, cantat ecclesia aliquos versus huius psalmi sequentes. Alloquẽs ergo propheta dominum, ait, Tunc, id est, dum ista mihi diuinitus sunt ostensa & inspirata, loquutus es, loquutione interiori, scilicet in vi
1.Reg. 2. sione prophetali, sanctis tuis, prophetis de vnctione Dauid, successione & processu regni ipsius Da
2.Re.22. uid. Isti sancti fuerunt, Samuel, Nathan, & Gad [ET dixisti] per eos [POSVI adiutorium] meũ [IN
1.Reg.17 potente] id est, in Dauid manuforti, qui (sicut legitur) adhuc adolescens existens, leonem & vrsum occidit, & sic Dauid mediante adiutorio meo, regnũ & populũ suum defendit [ET exaltaui electum]
1.Reg.17 videlicet Dauid [DE plebe mea] id est, præ cæteris elegi eum ad regnũ, quod etiam Dauid.1. Reg &
1.Par.28 primo Paral. protestatur. ❡ (20) INVENI Dauid seruũ meum] id est, consideraui quod Dauid est seruus meus fidelis & verus, idcirco [OLEO sancto meo vnxi eum] in regem per Samuelem. Ter quip-
1.Reg.16 pe vnctus est Dauid. Primo in domo patris à Samuele, quando puer erat, & oues patris sui pascebat.
Ibidem. Secundo, post mortem Saulis in Hebron, super solam tribũ Iuda. Tertio, super totum regnũ Israel.
2.Reg.2. ❡ (21) MANVS enim mea] id est, potestas mea [AVXILIABITVR ei] contra aduersa [ET bra-
2.Reg. 5. chiũ meum] id est, fortitudo mea [CONFORTABIT eũ] in regno & prosperis. ❡ (22) NIHIL
2.Reg.11 proficiet inimicus] inuisibilis, scilicet dæmon in eo finaliter. Nam quanuis eũ aliquoties ad magnam F
Roma.8. ruinam induxit, non tamen finaliter eũ decipere potuit, sed omnia etiam mala cooperata sunt in bo-
2.Reg.15 num, quia post culpam cautior, humiliorque surrexit. Vel, Nihil proficiet inimicus, visibilis, scilicet
1.Reg.22 Saul [IN eo] quia non potuit eũ occidere [ET filius iniquitatis non apponet nocere ei] id est, Achi-
2.Reg.15 tophel, Doeg, Absolon, Siba filius Bocri, seu alius quiuis iniustus aduersarius Dauid, non iterabit fre
16. quenter persequutionem suã in Dauid: quoniam redimam eum, & inimicos eos cessare faciam à per-
2.Re.18. sequutione ipsius, eos occidendo, sicut occisus est Absolon & Siba. Vel ad pœnitentiã eos conuerten
1.Re.20. do, sicut pœnituit Semæi. ❡ (23) ET concidam à facie ipsius] id est, à conspectu eius scindam de-
2.Re.19. struam & repellam [INIMICOS eius] Philistæos, Amelechitas, Amonitas [ET odientes eum in fu
2.Re.5.6 gam conuertam] Hoc secundo Reg. frequenter accidisse narratur. ❡ (24) ET veritas mea] qua promissa adimpleo [ET misericordia] qua peccata dimitto [CVM ipso & in nomine meo] id est, in mea virtute [EXALTABITVR cornu] id est, regia dignitas eius. ❡ (25) ET ponam in mari manum eius] id est, fortitudinem eius Dauid enim sibi subiecit Palestinos, quorũ terra sita est super mare mediterraneum [ET in fluminibus dexteram eius] id est, magnam potestatem ipsius ponam in Sy
2.Reg 8. ria in medio fluminũ situata, propter quod dicta est Mesopotamia Syriæ, à meso, quod est mediũ, & potamos fluuius, quia in medio fluminum hinc inde currentium iacet. Secundo autem Reg. legitur, G
Dauid Syriam debellasse, eratque Syria seruiens ei sub tributo. ❡ (26) IPSE inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ] Sæpe in hoc libro vocat Dauid in sua oratione dominum vniuersorũ deum suũ, & susceptorem suæ salutis. Nec mirum si deũ in sua prece patrem voca
Iob.34 uit propheta tam sanctus, cũ etiam præsumptuosus ille Elihu dixerit deo, Pater mi, ne desinas ab homine iniquitatis. ❡ (27) ET ego primogenitũ ponam illum] id est, cæteris honorabiliorem & ex-
2.Reg.3. cellentiorem, sicut primogenitus honorabilior esse solet. [EXCELSVM præ regibus terræ] suæ, scili
2.Reg.11 cet terræ Iudææ, quia non extitit similis ei in illa omnibus consideratis, quanuis Salomon quantũ ad aliquid eum excesserit. Vel, præ regibus terræ, regno suo vicinæ quam sibi subiecit. ❡ (28) IN æternum seruabo illi misericordiam meam] quia finaliter derelictus non est, quanuis ad tempus permissus sit incidere mala culpæ & pœnæ [ET testamentũ meum] id est, promissio quam ipsi feci de successione regum [FIDELE ipsi] id est, fideliter in ipso implebitur. Ideo additur. ❡ (29) ET ponã
4.Re.16. in seculũ seculi semen eius] .i. filios eius non permittam deficere, sed vsque ad Christũ generatio eius
4.Re.21 deducetur, atque in ipso perpetuabitur [ET thronum eius] id est, sceptrũ seu regiam potestatẽ ipsius
4.Reg. ponam & continuabo [SICVT] continuantur [DIES cœli] id est, dies à motu solis causati, quia in
24. Christo regnum Dauid perpetuatur. Porro ne quis putet hæc promissa frustranda propter peccata posteritatis Dauid, propterea de pia correctione filiorũ Dauid, dominus subdit. ❡ (30) SI autem dereliquerint filii eius] videlicet reges ab eo nati [LEGEM meam] sicut & multi eorũ fecerũt, videlicet Roboam, Achaz, Amon, Sedechias [ET in iudiciis meis] id est, in præceptis quæ ego iusta & H
2.Pa.24 obseruanda iudico [NON ambulauerint. ❡ (31) SI iustitias meas] id est, iustas leges & ceremonias
2.Par.26 à me traditas, [PROPHANAVERINT] id est, transgressi fuerint, & quasi pollutas duxerint [ET
4.Re.16 mandata mea non custodierint. ❡ (32) VISITABO in virga] paternæ correctionis [INIQVITATES eorum] eos tẽporaliter castigando, si pœnitere voluerint, vt patet in Manasse & Ozia [ET in verberibus] æternæ damnationis visitabo [PECCATA eorum] si pœnitere neglexerint, vt patet in Achaz. ❡ (33) MISERICORDIAM autem meam] id est, effectũ pietatis meæ, videlicet perpetuationem regni [NON dispergam ab eo] quia prędicti reges, quanuis iniqui, habuerunt successores regnantes vsque ad Sedechiam, & extunc fuerunt filii Dauid vsque ad Christum [NEQVE nocebo in veritate mea] Ecce iuramentum dei, id est, tam veraciter nõ inferam perpetuum nocumentum ipsi Dauid, quàm veraciter verus sum. ❡ (34) NEQVE prophanabo testamentum meum] id est, promissum meum non violabo [ET quæ procedunt de labiis meis] id est, verba oris mei [NON fa-
Gene. 22 ciam irrita] id est, sine effectu. ❡ (35) SEMEL iuraui in sancto meo] id est, meipso essentialiter san
Gen. 28. cto, & sancto sanctorum, prout alibi iurasse me dico, Per memetipsum (inquiens) iuraui [SI] pro nõ [DAVID mentiar] implebo nanque quæ dixi. Nam [SEMEN eius in æternũ manebit] quia in Christo filio Dauid perpetuatur. ❡ (36) ET thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna per-

A fecta in æternum] id est, sicut sol & luna nunquã deficiunt in natura, sic nec thronus Dauid deficiet,
quoniam Christus filius eius regnat in ecclesia militanti per fidem vsque in finẽ seculi: in ecclesia ve-
ro triumphanti, regnat per gloriam sine fine [ET] huius rei est [TESTIS fidelis in cœlo] scilicet Hebr. 29
deus benedictus & sanctus, qui horum est causa ac testis, qui ait per Ieremiam, Ego sum iudex & te- Ierem. 33
stis. Deus nanque ista alibi loquutus est, dicens, Si irritum fieri potest pactũ meum cum die, & pactũ Ibidem.
meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meũ irritum esse poterit cum Da
uid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius. Rursusque, Si leges cælo & terræ non
posui, equidem & semen serui mei Dauid proiiciam, vt non assumam ex eo principes. Veruntamen 2. Re. 25.
quoniam regnũ Dauid longam & magnam interruptionem sustinuit, videlicet à tempore Sedechiæ
vsque ad Christum, vel circiter, ideo de hac deiectione regni Dauid, & de mora seu dilatione aduen-
tus Christi, in quo recuperandum & perpetuandum fuerat regnum Dauid, propheta conqueritur.
¶ (37) TV vero repulisti] Dauid à regno [AT despexisti] eum, id est, posteritatẽ ipsius: quod ma
xime factum est tempore captiuitatis Babylonicæ, quia extunc nullus ex Iudæis regnauit vsq; ad Io-
hannem Hircanum [DISTVLISTI Christum tuum] id est, diu moratus es mittere regẽ messiam
in mundum. ¶ (38) AVERTISTI testamentum serui tui] id est, promissionem factam regi Da 2. Reg. 7
uid interrupisti propter peccata filiorum suorum [PROPHANASTI in terra sanctuarium eius] id 4. Re. 17
B est, templum eius in Ierusalem, cuius impensas atque materiam Dauid parauit, permisisti à Chaldæis
prophanari, & per eos. ¶ (39) DESTRVXISTI] permissiue [OMNES sepes eius] id est, muni
menta seu muros Ierusalem, aliarumq; vrbium Iuda [POSVISTI firmamentum eius formidinem]
id est, fortiores viros, & vrbes regni Dauid in tantum vastari ac destrui permisisti, vt omnes hoc vi-
dentes exhorrescerent, & ipsi filii Dauid ac populi regni eius metuerent. Hoc & Ierem. sæpe prædi- Ierem. 18
xit futurum tempore captiuitatis Babylonicæ, dicente deo per ipsum, Ponam vos in maledictionem 19. 25. 51
& sibilum, & stuporem omnibus regnis terræ. ¶ (40) DIRIPVERVNT eum omnes transeun-
tes viam] id est, Samaritani & reliqui per Iudæam euntes, & populum Iudæorum occidentes, [FA-
CTVS est opprobriũ vicinis suis] videlicet Idumęis, Amonitis, Moabitis, Philistæis, qui omnes po-
pulum Iudæorum irriserunt, & de eius calamitate lætati sunt. ¶ (41) EXALTASTI dexterã de-
primentium eum] id est, manũ hostium suorũ præualere permisisti aduersum eum [LAETIFICA-
STI] permissiue [OMNES inimicos eius] prænominatos. ¶ (42) AVERTISTI adiutoriũ gla
dii eius] id est, arma bellica ei non profuerunt, & viri bellatores ab eo recesserunt. Vnde scriptũ est, 4. Re. 25
quod viri bellatores à Sedechia fugerunt [ET non es auxiliatus ei in bello] quo impugnauit eũ Na- Iere. 29
buchodonosor cum suo exercitu. ¶ (43) DESTRVXISTI eum] scilicet populum & regem Iu-
dæorum [AB emundatione] id est, à purificationibus templi, quas non habuerũt templo destructo,
C & ipsis in Babylonem translatis [ET sedẽ eius] id est, regiam maiestatem [IN terra collisisti] id est,
ad nihilum deduxisti, sicut colliditur vas fictile. ¶ (44) MINORASTI dies temporis eius] id est,
populum Iudæorũ pro magna parte in sua iuuentute permisisti, & omniũ pene mors accelerata fuit
per gladium, famem, aut pestem, iuxta vaticinia Ieremiæ [PERFVDISTI eum confusione] id est,
contemptu & irrisione eum replesti. Quidam ea quæ de oppressione & deiectione regni & populi Ierem. 11.
Iudæorum sub appellatione Dauid inducta sunt, atque exposita de captiuitate & persequutione illis
à Chaldæis illata, exponunt de vastatione & deiectione Iudæorum, per Romanos inflicta. Et quãuis
litera ad hoc facilime possit applicari, conuenientior tamen videtur expositio præinducta, quoniam
in exordio descriptionis huius vastationis, propheta cõqueritur de mora seu dilatione aduẽtus Chri-
sti, dicendo, Tu vero repulisti & destruxisti, distulisti Christũ tuum, idcirco prosecutio huius quere-
læ accipienda apparet de afflictione regni Iudæorum, præcedente Christi aduentum. Consequenter
orat propheta pro reparatione regni Dauid. ¶ (45) VSQVEQVO domine auertis] populũ tuũ
à te, & misericordiam tuam ab eis [IN finem] id est, tam diu, videlicet septuaginta annis? Nunquam
enim tam diu repulsi erant Iudæi à deo, & ab hostibus suis oppressi à tẽpore quo egressi erãt AEgy-
ptum, sicut in captiuitate Babylonica, excepta hac finali repulsione eorũ, de qua dñs per Amos pro- Amos. 2.
phetam ait, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor, non conuertam eos, [EXARDESCET
D sicut ignis ira tua] id est, vsquequo vltio tuæ iustitiæ ita desæuit in nos, penitus non consumendo, si-
cut consumit stipulam ignis? Deinde loquens in persona totius populi, & quandam persuasionẽ alle-
gans ad prouocandum misericordiam dei, subiungit. ¶ (46) MEMORARE quæ mea substãtia]
id est, cõsidera quàm fragilis, labilis, & imperfecta sit natura humana: propter quod in Esdra scriptũ Esdræ. 10
est, Quid est genus corruptibile, vt ita amaricetis de eo? In Genesi quoque, Sensus & cogitatio ho- Gen. 2.
minis prona sunt in malum, ab adolescentia sua, propterea minoratur, & magis propitiabile est pec-
catum hominis. Et merito domine recordare debes huius [NVNQVID enim vane constituisti o-
mnes filios hominum] non vtique. Vanum est nanque & inaniter constitutum, quod ad nullum finẽ
debitum ordinatur. Deus autem cum sit summe bonus, potens, ac sapiens, vniuersa propter aliquem
finem molitus est. Vnde secundum philosophum, deus & natura nil agunt frustra. Et scriptura ait,
Tu dominator domine cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerẽtia disponis nos. Et iterum, Sap. 12.
Cum sis iustus, omnia iuste disponis. Deus enim omnia regit, prout in libro Iob scriptum est, Quem Ibidem.
constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Vnde denuo san- Iob. 34
ctus Iob, Vniuersorum (inquit) finem ipse considerat, & omnia quę sub cælo sunt, respicit. Propter Iob. 28.
quod alibi dicitur, Omnia in mensura & numero, & pondere constituisti. Quoniam itaque domine Sap. 11.
non vane, sed propter certum finem, videlicet supernaturalem & sempiternam beatitudinem, homi
nem cõstituisti, quem finem homo sine gratia & magna misericordia tua nequit sortiri, idcirco de-

cet te misereri, meque precantem benigne audire, quoniam aliter saluari seu finem hunc adipisci ne- E
quimus. Veruntamen qui hunc finem non consequuntur, sed æternaliter condemnantur, vane con-
stituti non sunt, quoniam deus voluntate antecedente, vult omnes homines saluari, secundum Da-
1. Tim. 2. mascenum. Propter quod ait saluator, Non est voluntas ante patrem, vt pereat vnus ex pusillis istis.
Mat. 18. Et Apostolus dicit, Deus omnes homines vult saluari, & ad agnitionē veritatis venire. Ideoq; Eze-
1. Timo. 2 chiel dicit, Reuertimini viuite dicit dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & vi-
Ezech. 18 uat. Impii ergo ad vitam æternam, seu vltimum finem qui deus est, creati sunt, quod etiam Salomon
Prou. 16. profitetur, Vniuersa (inquiens) propter seipsum operatus est dominus. Quáuis autem iniusti hoc fi-
ne priuentur, non tamen inaniter conditi sunt, quia eorum damnatio auget gloriam electorum, com
2. Tim. 2 mendat diuinam iustitiam, & cedit ad gloriam dei. Vnde Apostolus dicit, In magna domo nō solum
sunt vasa argentea & aurea, sed & lignea & fictilia. Fragilitas autem nostræ substantiæ declaratur dū
subditur. ℭ (47) QVIS est homo qui viuet, & non videbit mortem?] tanquā dicat, nullus est hō in
mundo isto conuersans, qui non moriatur. Omnes enim moriuntur, tam naturali necessitate condi-
tionis, quam merito originalis culpæ, præter Christum, secundum doctores qui mortuus est sponta-
nea voluntate. Christus enim homo non solum potuit non mori propter vnionē cum verbo, sed etiā
propter beatitudinem animæ suæ, quæ tanta erat quod redundátia eius tam copiosa fuisset in corpus
Christi & vires inferiores, nisi diuina dispensatione fuisset suspensa, quod Christi corpus fuisset im- F
passibile, & Christus homo totaliter immortalis, secundum Augustinū in epistola ad Dioscorum. Et
quis homo viuens [ERVET animam suā de manu inferi] id est, de damnatione inferni naturali vir-
tute, & sine adiutorio Christi? quasi dicat, nullus præter Christum. Primo, quoniam ante eius aduen-
tum omnes quantumcunque sancti, ad inferos descenderunt, ad quos tandem Christus sponte descen
Osee. 13 dit vt eos erueret, sicut per Osee ait, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors
tua ô mors. Secundo, quoniam nullus adultus vitare potest peccatum mortale sine gratia dei, præser
tim cum sine fide & gratia nesciat ad quem finem opera sua dirigere debeat. Cum ergo sit ita, orat
propheta pro gratia dei & Christi aduentu. ℭ (48) VBI sunt misericordiæ tuæ antiquæ] ô [DO-
MINE] id est, effectus pietatis tuæ à principio mundi electis impensi atque promissi, illi præcipue
quibus promisisti te Christum esse missurum? tanquam dicat, Tu qui ex antiquo misericordiam tuam
ostendisti, nunc eā declara [SICVT iurasti Dauid in virtute tua] id est, in teipso, qui es summa atq;
incommutabilis veritas, qui promisisti Dauid quod de semine eius Christus nasciturus esset.
ℭ (49) MEMOR esto domine opprobrū seruorum tuorum] id est, perpende quantas aduersitates
populus tuus perpessus est ab hostibus suis, à quibus indiget liberari per Christū. opprobrii inquam
[QVOD continui in sinu meo] .i. in medio cordis mei æquanimiter passus sum, & opprobrii [MVL- G
tarum gentium] id est, à diuersis nationibus populo tuo inflicti. Loquitur autem propheta in perso-
Thren. 3. na populi tribulati. Tale quoque opprobrium orat Ieremias auferri fidelibus, Ne nos, inquit, des in
opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam. ℭ (50) QVOD] opprobrium
[EXPROBRAVERVNT] id est, exprobádo intulerūt populo tuo [INIMICI tui] peruersi & in-
fideles [QVOD exprobrauerunt, cōmutationem Christi tui] id est, quod exprobrando fidelibus tuis
obiecerunt, cōmutationem Christi tui, id est, nouam doctrinā, conuersationem mirabilem, & passio-
Mar. 7. nem ignominiosam ipsius. Iudæi enim peruersi primitiuæ ecclesiæ imposuerunt quod Christus do-
Act. 6. ctrinam prophetis contrariam docuisset, atque cū publicanis & peccatoribus manducasset. Vnde di
xerunt de Stephano, Nos audiuimus eum dicentem, quia Iesus Nazarenus destruet locum hunc, &
immutabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Pagani vero christianis opposuerūt, quod in homi
nem crederent crucifixum, inter latrones suspensum. In translatione Hieronymi sic habetur. Quod
exprobrauerunt vestigia Christi tui. Principes nanque Iudæorum cum suis fautoribus dicta, & ope-
ra Christi vituperauerunt, & propter imitationem vestigiorum Christi, ecclesiam primitiuam affli-
xerunt, quam postea tyranni, & falsi fratres, atq; hæretici grauiter persequebantur. Sed quoniā Chri
stus hanc commutationem pro nobis accepit, & deus gratiam patientiæ nobis largitus est, ideo.
ℭ (51) BENEDICTVS dominus inæternum] id est, ab omnibus sine fine laudetur, & benedictus
esse sciatur ac honoretur [FIAT fiat] id est, ita agatur, ita agatur. Quod iteratur ad insinuandum ar
dentis desiderii zelum, & prouocandum aliorum affectum. H

ℭ EXPLANATIO eorundem verborum de Christo & membris eius.

TVnc loquutus es in visione sanctis tuis. Tunc (inquit) quando iam prædicta mihi cælitus re-
Amos. 3. uelasti, locutus es in visione sanctis tuis prophetis, quibus secreta tua, velut familiaribus, &
Dan. 10. amicis reuelare consueuisti, quemadmodū Amos dicit, Non faciet dominus verbum, nisi re-
Iob. 33. uelauerit secretum suū, ad seruos suos prophetas. His loquutus es in visione, non solum imaginaria,
sed etiā intellectuali, quia intelligentia est opus in visione. Interdum quidē in somno: iuxta illud, Per
Dan. 10 somnū in visione nocturna aperit deus aures virorum. Interdum autē in vigilia, vt patet de Daniele.
Exod. 33. Et ita sunt ostensa Mosi diuina mysteria, cum quo loquebatur dn̄s .i. angelus domini, facie ad faciem,
sicut loqui solet homo ad amicum suum: & dixisti, in cordibus prophetarum per inspirationē inter-
Zach. 2. nam: quæ tamen loquutio fit ministerio angelorum, secūdum quod Zacharias de seipso protestatur,
Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, &
Lucæ. 1. dixit ad eum. Curre & loquere ad puerum istum, Vel, dixisti manifeste ad aliquos pueros sanctorum,
1. Cor. 1. qui à seculo sunt prophetarū tuorum, Posui adiutorium meum, scilicet humani generis redemptio-
Hebræ. 1. nem, in potente, id est, in Christo, qui est virtus & sapientia patris, qui (secundum Apostolum) por-

A tat omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorũ faciens. & exaltaui electum, id est, Christũ, qui secundũ naturam assumptam appellatur electus & pręelectus, sicut de eo in Canticis sponsa fatetur, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Vnde secundũ Apostolũ, Prædestinatus est filius dei in virtute, secundũ spiritum sanctificationis, de plebe mea, id est, ex populo Iudæorũ, ex quibus Christus Vel, de plebe mea, quia præ vniuersis hominibus exaltatus est Christus. Inueni Dauid, id est, Christũ manufortem & aspectu desiderabilem, seruum meum, quia vt homo minor est deo & seruus ipsius, sicut de eo dominus per Esaiam ait, Ecce seruus meus, suscipiam eum. Deniq; apud Ezechielem Christus & Dauid & seruus dei vocatur, Saluabo gregem meũ ait dominus, & suscitabo super eum pastorem vnũ, qui pascat eum, Dauid seruũ meum: oleo sancto meo, id est, vnctione spiritus sancti, plenitudine gratiarum, & omnibus donis spiritus sancti, vnxi eum, sicut superius præhabitum est. Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis. Propter quod alio loco asserit Christus, Spiritus domini super me, eo ꝙ vnxerit me. Et Euangelista, Non ad mensuram, inquit, dat deus spiritum, scilicet Christo homini. Tota nanq; capacitas naturæ creatæ in Christo, impleta est gratia dei. Manus enim mea, id est, diuinitas mea ei vnita, auxiliabitur ei, in omnibus. Humanitas enim Christi erat instrumentum animatũ, coniunctum, & proprium diuinæ virtutis sibi vnitæ & operantis per eam, secundum Damascenũ, sicut & corpus nostrum est animæ nostræ instrumentũ coniunctum, animatũ, Can. 5 Roma. 1. Esa. 42 Ezec. 34 Psal. 44. Esaiæ. 61 Iohan. 3.

B ac proprium. Vnde Christus apud Esaiam ait, Dominus deus auxiliator meus. Et in euangelio, Non possum ergo à meipso facere quicquam: & brachiũ meum confirmabit eum. Quemadmodũ digitus dei est spiritus sanctus, quia per eum omnem veritatem nobis ostendit: iuxta illud, Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ, sic brachium dei est vnigenitus filius eius, quia per eum omnia operatur. De quo brachio in Esaia scriptum est, Parauit dominus brachium sanctum suũ in oculis omnium gentium. Et alio in loco, Fecit potentiam in brachio suo. Est igitur sensus, brachiũ meum, id est, verbũ seu filius meus, confirmabit eum, scilicet Christũ, secundum quod homo est, assumendo eius humanitatem ad suiipsius personalem vnionem, & confirmando eam in bono per beatificam fruitionem, cooperandoque ei per gratiam singularem. Nihil proficiet inimicus in eo, puta diabolus, quia tentator victus atque confusus recessit à Christo, dicente ad illum, Vade retro Satana: & filius iniquitatis, id est, Iudas, quem Christus in euãgelio diabolũ & filium perditionis appellat. Vel, filius iniquitatis, id est, plebs Hebræorum, quibus Christus ait, Vos ex patre diabolo estis, non apponet nocere ei, id est, non iterabit nocumentũ suum in Christo. Quanuis enim ante resurrectionem eũ occiderant, postmodũ tamen non apposuerunt ei nocere per effectũ, quia nec corpus eius tenere poterant in sepulchro nec resurgentis gloriam impedire. Nempe & Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Vel, non apponet nocere ei in anima, quoniam spirituale nocumẽtum Christo non in- Esaię. 50 Iohan. 5. Iohan. 16 Esaiæ. 52 Luc. 1. Matth. 4 Ioh. 17. 8 Mat. 28 Roma. 6.

C tulerunt, & hoc ipsum nocumentũ quod corpori eius inflixerunt, cessit ad gloriam Christi, totiusq; seculi. Vnde per Esaiam loquitur, Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Quis cõtradicet mihi? Stemus simul. Ecce omnes quasi vestimentũ conterentur. Et concidam à facie ipsius inimicos eius, puta Iudæos, qui propter christi occisionem ab exercitu Romanorũ trucidati sunt, venundati, atque per mundũ dispersi, quemadmodũ scriptum est. Abiiciet eos dominus deus meus, quia nõ audierunt vocem eius, & erunt vagi in nationibus: & odientes eũ in fugam cõuertam: quia & prædicti Iudæi fugerunt à facie Romanorũ in Ierusalem, sed non effugerunt. Dæmones quoque frequenter à Christo & eius ministris fugerunt, & tandem in die iudicii omnes aduersarii saluatoris fugere desiderabunt: secundũ illud, Reges terræ, principes, & tribuni, diuites, & fortes absconderunt se in speluncis & petris montium, dicentes montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum. Et veritas mea & misericordia mea cũ ipso. Christus enim veritate plenus fuit, sicut scriptum est, Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Erat etiam veritas dei cũ Christo, quoniã omnia quæ de Christo per prophetas prædixit, in ipso impleuit. Et de Christo filii falsitatis veraciter loquebantur, Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces & non est tibi cura de aliquo. Est quoque veritas dei cum Christo, sicut cum omnium iusto & infallibili iudice. Sed & misericordia dei erat cum Christo, quoniam per solam misericordiã dei natu- Esa. 50 Osee. 9. Apoc. 6 Iohan. 1. Mat. 22

D ra eius humana à verbo dei assumpta est, & ab omni culpa præseruata, omniumque diuinorum charismatum gratia adimpleta, & misericordiam sibi impẽsam, Christus paratus est nobis communicare: & in nomine meo exaltabitur cornu eius, id est, regia dignitas, ita vt omnes tribus, linguæ ac populi ei ministrent. Vnde de Christo pater seu trinitas per Esaiam ait, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Et ponam in mari manum eius, id est, in terris & populis circa mare morantibus dominabitur Christus. Hoc modo videmus impletum in Cypro, Portugallia, & aliis regnis: & in fluminibus dexteram eius, id est, fortitudinem Christi ponam in insulis, ita ꝙ populi habitantes in insulis Christo obedient. Vnde apud Esaiam dominus ait, Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphricam, & Lydiam. Alibi quoque habetur, Ponet domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Ipse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Nam Christus dixit, Pater ignosce illis. Et, Pater in manus tuas commendo spiritũ meum. Ecce quoties inuocauit Christus deum, nominãs eum patrem? Vocauit eum etiam deũ suum, dicendo, Deus meus, deus meus vt quid dereliquisti me? Sed & susceptorem suæ salutis, id est, ꝙ eum suscepit ad salutem, vocauit eum, dicẽdo, Omnia mea abs te sunt. Et ego primogenitum ponam illũ. Christus vt deus est vnigenitus dei, vt homo autem est primogenitus prędestinatione & dignitate, non tempore. Vnde Apostolus ait, Quos præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et rursus, Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus Dan. 7. Esaiæ. 52 Esaiæ. 66 42. Luc. 23. Psal. 39 Iohan. 17 Roma. 8. Colos. 1.

omnis creaturæ. Dicitur quoque Christus primogenitus, quoniam ante omnia creata est genitus. Po E
Apoc.19. suit itaque deus Christũ primogenitũ faciendo eum omnibus electis excellentiorẽ, & caput ecclesiæ: excelsum præ regibus terræ ponã illum, quĩ ipse est rex regũ, & dñs dñantiũ, & princeps regũ terræ.
Psalm. 71 Idcirco supra de eo inductũ est, Et adorabunt eũ oẽs reges terræ. In æternũ seruabo illi misericordiã meam .i. quicqd misericorditer suæ humanitati donaui, cõseruabo sine cessatione in ea: & testamentũ
Lucæ.24 meum fidele ipsi .i. promissionẽ sibi à me factã fideliter adimplebo, sicut & ipse ait, Necesse est impleri omnia, quę scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me. Et ponã in seculũ seculi semen eius .i. populũ Christianũ ex aqua & spiritu sancto in Christo renatum, vsq; in finem seculi cõtinua-
Mat.28 bo. Ecclesia enim in finem mundi persistet, præsertim cũ Christus ei promiserit, Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsque in consummationem seculi. De huius seminis Christi perpetuatione apud
Esa.54. Esaiam scriptũ est, Si posuerit in mortẽ animã suam, videbit semen longæuũ. Ponam, & thronũ eius, id est, sedẽ & potestatem eius regalẽ, sicut dies cœli, ita quod nunquam cessabit, & regnabit in domo
Luc.1. Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. Si autẽ dereliquerint filii eius per fidem & gratiam ba-
Osee.4 ptismalẽ, videlicet Christiani legẽ meam euangelicã eam non obseruãdo, prout de quibusdã in Osee habetur, Dereliquerunt dñm in non custodiendo. Visitabo in virga iniquitates eorum, paternaliter
Apoc.3 eos corripiendo non penitus exterminando, quĩ ego quos amo, arguo & castigo. Misericordiã autem meã non dispergam ab eo .i. gratiã meam non penitus auferam à populo Christiano: & in isto nota- F
Zach.12. tur magnitudo misericordiæ dei tẽpore euangelicæ legis, quod ideo dicitur tẽpus gratiæ. Vnde alibi scriptũ est, Erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid, cui vtiq; deus maximam misericordiã fecit. Neq; prophanabo testamentũ meum .i. promissionem meã, Christo & semini eius factam. Semel iuraui in sancto meo .i. in meipso, si Dauid mentiar .i. Christo nõ mentiar, semen eius .i. populus Christianus in æternũ manebit, nunc in via per fidẽ & gratiam, deinde in patria per fruitionẽ & gloriam. Tu vero repulisti & despexisti. Hæc & sequentia exponũt doctores catholici de regni & populi Dauid deiectione, sicut in præcedenti expositione patuit, quæ tamen aliquo modo de statu ecclesię accipi possunt, quĩ populus Christianus sępe similia passus est à paganis atq; hęreticis, qualia sustinuerunt Iudæi à Chaldæis & aliis gẽtibus. posset q; litera applicari ad hoc. Postremo quædã in hoc psalmo cõtenta de confessoribus pontificibus cantat ecclesia. s. Posui adiutoriũ in potente. Posuit nanque deus auxiliũ gratiæ suæ in illis, & exaltaui electũ de plebe mea .i. quemlibet sanctũ episcopum sublimaui, ad statum, gradũ, ac ordinem episcopalem. Nemo enim assumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à
Hebr.5. deo tanquã Aaron. Inueni Dauid seruũ meum .i. quemlibet sanctũ confessorẽ antistitem, contra mundum, carnẽ ac dæmonem fortiter dimicantẽ, oleo sancto meo vnxi eũ, quia pontifices oleo sancto vnguntur, & sancti episcopi spũaliter vngebantur ex infusione gratiarum spũs sancti, cuius vnctio do- G
cuit eos. Quomõ autem cætera quæ cantantur, eis conueniant ex præinductis clarissime liquet. Ecce psalmũ verbis & sensibus magnũ, mysteriis plenũ, omni laude dignum audiuimus, in quo primo omnium misericordia dei suauissime cõmendatur, eius promissa tanguntur, ipsa summa diuinitas pulcherrime præconizatur, Christus secundũ vtrãque naturam mirabiliter describitur, eius mysteria copiose traduntur: tandẽ humanæ naturæ cõmemoratur fragilitas, diuinæ maiestatis imploratur benignitas, atque finaliter deus iucundo laudatur versiculo, quo dicitur, Benedictus dñs in æternum, fiat fiat. Elaboremus igitur cũ deuotione condigna, & sancta hilaritate ac puritate præcipua, tantũ psalmum depromere, quatenus nobis conueniat quod in eo cantatur, beatus populus qui scit iubilationẽ. &, domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, &c. Omnino equidem decet nos in laudibus dei creatoris & saluatoris nostri cordialiter exultare, & summe lætari, tanquam in summo bono, omnium bonorum nostrorũ scaturiente & supermisericordissimo fonte.

## COMMENTARIVS IN PSAL. LXXXIX.

### ¶EXPOSITIO TITVLI.

EXponendi nunc psalmi titulus talis est, Oratio Mosi hominis dei. Secundũ Hebræos atq; Hieronymũ Moses est author Psalmi præsentis, secundũ August. vero & eũ sequentes Dauid eum cõposuit, sed intitulatur à Mose, quia in eo quædã tanguntur ad vetus testamentũ spectantia, & quædã ad nouũ pertinent testamentũ: sicque cõgruenter intitulatur à Mose, qui erat veteris testa- H
menti legislator, & noui testamenti propheta. Autor itaq; psalmi præsentis, quicunq; sit ille, rogaturus deũ pro beneficiis acquirendis, primo gratias agit de beneficiis iam concessis, quĩ ad impetranda
Mat.25 dona futura optimus modus est, gratũ existere de donis præteritis seu receptis. Habenti enim .i. grato, dabitur: ei autẽ qui non habet .i. in grato, & quod videtur habere auferetur ab eo. Itaque ait.

### PRECATIO.

*Sis domine nostrum ubique refugium, qui es deus a seculo & usque in seculũ: respice clementer in nos seruos tuos, & sit splendor diuinitatis tuæ super nos, ut opera nostra a te semper dirigantur, & cœpta per te finiantur.*

### ¶EXPOSITIO Psalmi.

DOMINE refugium factus es nobis] hoc est, per beneficia tua nobis collata, dedisti nobis fiduciam plena fide confugiendi ad te, in omni necessitate & casu. Ab initio enim fecisti cælum, & omnia sidera, solem ac lunam in ministerium cunctis gentibus. Deinde fecisti hominem ad imaginem & similitudinem tuã,
Deu.4. fecistique eum dominari piscibus maris, & bestiis terræ. Habuistique ab exor-
Gen.1. dio specialem prouidentiã generis humani, in tantũ vt dicat Apostolus, Nun-
1.Cor.9. quid cura est deo de bobus? Propter hæc atq; similia, refugium factus es nobis

A [A GENERATIONE in generationem] id eſt, indeſinenter per omnium generationum ſucceſsio-
nem. Veruntamen modo ô domine multo amplius refugiũ factus es nobis, per beneficium tuæ bene-
dictiſsimæ incarnationis, per meritũ tuæ ſanctiſsimæ conuerſationis, & effuſionẽ tui pretioſiſsimi ſan
guinis, per miſsionem ſpiritus ſancti, per ſacramẽtum corporis & ſanguinis tui, idcirco tu dicis, Ve- Mat.11.
nite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et iterũ, Qui ſitit, veniat & acci Apoc.22
piat aquã vitæ gratis. Dicitur autẽ deus factus refugiũ noſtrum, non per aliquam mutationem ſeu no
uitatem ipſius, ſed per nouã conuerſionem noſtræ mentis ad ipſum, ſicut columna fixa ſtans, fit mihi
dextera & ſiniſtra ſine ſui mutatione ſecundum quod ego me diuerſimode ad eam habeo. ❡ (2)
PRIVSQVAM montes fierent, & formaretur terra & orbis] hoc eſt, totus mundus, ſcilicet ante o-
mnem creaturam ſeu totũ vniuerſum [A SECVLO & in ſeculũ] id eſt, ęternaliter [TV es deus] non
quod ante mundi creationem fuerint ſeculũ & ſeculum, ſed quia tunc erat ipſa æternitas, omniũ ſecu
lorum durationem immobiliter continens. Poſſunt autem per montes intelligi angeli dei, vel partes
terræ ſublimes. Ante omnia iſta eſt deus, quia creator eorum: creator autem creaturam præcedit na-
tura, dignitate, ac tempore. Vnde per Eſaiam ait, Ego ſum dominus faciens omnia, extendens cælos Eſa.44
ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum. Conuenienter quoque dicit, tu es deus, & non eras, quia in
deo ſemper eſt ſtabile atq; inuariabile eſſe, in quo nec præteritum eſt neque futurũ, ſed æterna præ-
B ſentia, ac præſens ac pura æternitas, quæ eſt interminabilis vitæ tota ſimul perfecta poſſeſsio. Et hoc
modo loquendi vtitur Chriſtus, Antequam (inquiens) Abraham fieret ego ſum. ❡ (3) NE auertas Iohan. 8.
hominem] hoc eſt, ne auerti permittas hominem à te ipſo ſummo bono & à bonis ſpiritualibus atq;
virtutibus [IN humilitatem] id eſt, in vilitatem, ita vt conuertatur ad bona temporalia, & caduca, &
concupiſcẽtias carnis. Hoc age, quia [ET dixiſti, conuertimini filii hominum] id eſt, per angelos &
homines ſanctos exhortatus es homines ad pœnitentiam. Da ergo implere quod mones. Idcirco au-
tem hortatus es hominem ad conuerſionem ſalubrem. ❡ (4) QVONIAM mille anni ante oculos
tuos] hoc eſt, quia quælibet duratio temporalis, ſeu longitudo vitæ humanæ, quantumcunque ſit lon
ga, reputatur à te, & breuis eſt coram te, ſeu cõparatione tuæ æternitatis [TANQVAM dies heſter-
na quæ prȩteriit] id eſt, nullius momenti eſt, & velut nihil exiſtit, quia finiti ad infinitum non inue-
nitur proportio. Quemadmodũ itaque (ſecundum Eſaiam) omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt co- Eſa.40
ram eo, & quaſi nihil & inane reputatæ ſunt ei. Propter quod dictũ eſt ſupra. Et ſubſtantia mea tan- Pſal. 38
quam nihilum ante te. ſic omnis duratio vitæ præſentis, ſic eſt tanquam nihil ſit comparatione dura-
tionis vitæ futuræ, ſeu felicitatis æternæ. Propterea admonet deus vt deſpiciamus præſentia, tranſito-
ria & terrena: inquirentes bona futura, æterna, atque cæleſtia. Propter quod ait Apoſtolus, Non ha- Hebr.13.
bemus hic manentem ciuitatem, & futurã inquirimus. Et iterum, Feſtinemus ingredi in illam requiẽ. Hebræ.4
C Hinc quoque Salomon loquitur, Si multis annis vixerit hõ, & in his omnibus lætus fuerit, meminiſſe Eccl.11.
debet tenebroſi temporis, & dierum multorũ: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Huic
autẽ verſiculo conſonat quod in Canonica beati Petri ſcriptũ eſt, Vnus dies apud deũ tãquam mille 2.Petr. 3.
anni: & mille anni ſicut vnus dies. ❡ (5) ET cuſtodia in nocte] Iſtud ſenſum verſus præcedentis
concernit, vt ſit ſenſus, mille anni ante oculos tuos ſunt tanquã dies heſterna quæ præteriit: & cuſto-
dia in nocte. i. tanquã cuſtodia noctis quæ eſt breuior die, quoniã continet tres horas. ac ſi dicat, non
ſolum duratio vitæ humanæ comparatur diei præteritæ, quæ vigintiquatuor horas habet, ſed etiam
cuſtodiæ noctis continenti tres horas. Et conuenienter adiungit ſimilitudinem de cuſtodia noctis cõ
tinente tres horas, quoniam tantum diſtat ac deficit duratio vitæ hominum poſt diluuium à duratio-
ne vitæ eorum qui ante diluuium erant, quantum integra dies cuſtodiam noctis excedit, idcirco debe
rent homines nunc præcipue hanc vitam paruipendere, & futuram inquirere. Sumitur vero iam cu-
ſtodia pro vigilia, quoniã nox in quatuor vigilias diuiditur, quibus antiquitus fiebant excubiæ pro cu
ſtodia exercitus, à militibus ſibiinuicem ſuccedentibus, per quatuor vices, ſecundum quatuor vigilias
noctis. Aptiſsime inſuper comparat vitam humanam cuſtodiæ noctis, in qua omnia ſub obſcuritate
ac trepidatione geruntur, quoniã tota vita noſtra in ignorantia eſt, & periculoſiſsima nimis [QVAE
pro nihilo habentur, eorum anni erunt] id eſt, anni ſeu tẽpora vitæ hominum, erunt de numero ho-
D rum quæ pro nihilo computantur, propter nimiam breuitatem vitæ ipſorum. Propter quod Iacobus Iaco. 4.
ait, Quę enim eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et iſtud cõ
ſequenter oſtẽditur clarius. ❡ (6) MANE ſicut herba tranſeat] hoc eſt, prima ætas ſeu pueritia ho
minis tam cito percurrat, mutetur, & defluat, ſicut herba quæ celeriter decidit [MANE] prædictum
[FLOREAT] quia in principio ſui temporis eſt homo quaſi in flore, & ſimilis fœno virenti [ET
tranſeat] non diu in eodem ſtatu manendo, quemadmodum Iob dicit, Homo quaſi flos egreditur & Iob.24
conteritur, & fugit velut vmbra, & nũquam in eodem ſtatu permanet, [VESPERE] id eſt, ſenectus
ſeu vltima hominis ætas [DECIDAT] à priſtina fortitudine [INDVRET] id eſt, ſiccetur propter
conſumptionem humidi radicalis [ET areſcat] propter defectum naturalis caloris non valentis re-
parare deperditum. Vnde ſenes naturaliter ſunt ſicci ac frigidi. Cur autẽ iſta nobis contingant, ſub-
iungitur. ❡ (7) QVIA defecimus] à primordiali inſtitutiõe cõditionis humanæ, & ſolita duratio-
ne ætatis paternæ ſeu patrum noſtrorum, qui prȩceſſerunt diluuium, & diu vixerunt, videlicet circa
nongentos annos, ſicut in Geneſi legitur [IN ira tua] hoc eſt, in vltione tua ſeu propter vindictam Gen.7.
tuæ iuſtitiæ: nam propter originale peccatum venimus in hunc ſtatum mortalitatis & vallem lachry
marum, qui alias nati eſſemus in originali iuſtitia, collocati in paradiſo terreſtri: fuiſſemusque immor
tales per obedientiam facti. Vel ira iſta intelligi poteſt diluuium, quod deus mundo impiorum indu
xit, atq; extunc minorati & abbreuiati nimis ſunt dies noſtri, & debilitata humana cõplexio. Propter

Gen.6. quod dominus ait,Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum,quia caro eſt:eruntq; dies E
vitæ illins centum viginti annorum [ET in furore tuo] hoc eſt, in multiplici pœna, quē nohis pro-
pter originale peccatum,& per diluuium induxiſti [TVRBATI ſumus] id eſt, vehementer afflicti,
inſtabiles facti,formidoloſi atque miſeriis pleni.In magna nanq; mētis tranq uillitate creati eramus,
quoniam per originalem iuſtitiam ſubiecta erat in homine caro ſpiritui, ſenſualitas rationi, & ratio
deo:ſed homine præuaricante,inflictæ ſunt nobis pœnæ diuerſæ grauesque,quia in carne ſecutę ſunt
infirmitates,paſsibilitates,& mors. In ſenſualitate autem timor dolor,triſtitia.In menre vero ignorā
ria,inſtabilitas,& difficultas ad bene agendum,venitque ſuper nos, quod dictum eſt protoplaſto no-
Gen.3. ſtro parenti.Maledicta terra in opere tuo,In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in
terram,quia puluis es,& in puluerem reuerteris. ❡ (8) POSVISTI iniquitates noſtras in conſpe-
ctu tuo] hoc eſt,eas non indulſiſti,ſed cōſideraſti, quatenus iuſtam pœnam pro eis influgeres, quem-
Amos. 5. admodum per Amos dixiſti,Cognoui ſcelera veſtra.Et alibi, Adiuuētiones eorum, eoram facie mea
Oſee. 7. factæ ſunt.Poſuiſti & [SECVLVM noſtrum] id eſt, opera temporis noſtri quo viuimus [IN illumi
natione vultus tui] id eſt,in lucida inſpectiōe intellectus tui,quatenus vnicuique tribuas quod mere-
Ierem.32 tur,ſecundum illud Ieremiæ,Fortiſsime,cuius oculi aperti ſuper omnes filios Adam, vt reddas vni-
Eccle. 23 cuique ſecundum vias ſuas.Eccle.Oculi,inquit,domini multo plus lucidiores ſuper ſolem, circūſpi-
cientes omnes vias hominum. ❡ (9) QVONIAM omnes dies noſtri] hoc eſt, duratio ſeu opera- F
Iob.9 rio vitæ noſtræ [DEFECERVNT] id eſt,abbreuiati ſunt,velociterque conſumpti. Iob enim dicit,
1.Par. 29 Dies mei velociores fuerunt curſore,tranſierunt quaſi naues poma portantes. Et ſcriptum eſt, Dies
noſtri quaſi vmbra ſuper terram,& nulla eſt mora [ET in ira tua deſecimus] ſicut iam dictū eſt atq;
Pſal.38 expoſitum. ❡ (10) ANNI noſtri ſicut aranea meditabuntur] Huic ſimile eſt quod dictum eſt ante.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eins.Eſt itaque ſenſus,Anni noſtri,id eſt,tempora vitæ no
ſtræ vel noſipſi in hoc tempore breui viuentes,meditabuntur,ſicut aranea, id eſt, ſimiles eſſe iudica-
buntur araneæ,quoniam ſicut aranea ſemetipſam euiſcerat & ſatigat tela formādo, quatenus muſcas
capiat,cito tamen opus eius deſtruitur, modico,ſcilicet vento flante, & labor eius caſſatur,ipſaque
perit:ſic homines multipliciter occupantur temporalia congregando,honorē, & gloriam ſeculi hu-
ius quærendo,& alios opprimendo,& tamen ipſi celeriter moriuntur, labores eorū inutiles efficiun
Iob.12. tur,imo inceſſabiliter tendunt ad caſum,quemadmodum S. Iob aſſerit, Quaſi putredo conſumēdus
2. Re.14 ſum,& quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. Vnde & alibi dicitur, Omnes morimur & quaſi
aquæ dilabimur in terram,quæ non reuertentur [DIES annorum noſtrorum] ſecundum commu-
nem curſum ſunt [IN ipſis] hominibus [SEPTVAGINTA anni] quibus homo viuere poteſt in
fortitudine competenti. ❡ (11) SI autem in potentatibus] hoc eſt, fortibus & bene complexiona- G
tis hominibus inueniantur [OCTOGINTA anni,& amplius eorum] id eſt,tempus vlterioris ætatis
erit [LABOR & dolor] quoniam ſenex plenus eſt querelis,& ipſa ſenectus eſt velut labor cōtinuus.
Iſtud de communi curſu & lege intelligendum eſt. Nam & multi ante ſeptuaginta annos, ærumno-
ſam ac languidam ſenectutem incurrūt.Aliqui vero poſt octoginta annos ſatis robuſte atque hilari-
ter viuunt.Sanctus Thomas allegat hos duos verſiculos,ad oſtendendum, ꝙ vita hominum ante di-
luuium tam prolixa fuit,potius ex diuina virtute,ſeu miraculoſe quàm ex cauſa naturali, adducitque
2.Re.19. ad hoc illud,quod de Bercellai ſcriptum eſt,Erat autem Bercellai Galaadites ſenex valde.i. octoge-
3. Reg.1. narius.Et confirmatur idem per hoc quod de Dauid inducitur,Rex Dauid ſenuerat,habebatq; æta-
tis plurimos annos,& tamen Dauid ſeptuagenarius obiit. Aſſerit quoque Thomas, Dauid hos ver-
ſus tempore ſuo ſcripſiſſe,& ita ſecundum Thomam Dauid eſt author Pſalmi præſentis: ex quo ſe-
qui videtur,ꝙ Thomas ſenſerit omnes Pſalmos à Dauid cōſcriptos. Hanc autem vitæ abbreuiatio-
nem & temporalem pœnam nobis induxiſti. ❡ (12) QVONIAM ſuperuenit manſuetudo] hoc
eſt,quia iudicio tuo clemētiam addidiſti,per quam rigorem tuæ iuſtitiæ temperaſti. Meruerunt nan-
que homines penitus deſtrui ac damnari,ſed pro totali deſtructione inducta eſt decurtatio vitæ:pro
damnatione vero perpetua,temporalis afflictio [ET corripiemur] per has tuas caſtigationes man-
ſuete inflictas,cauendo de cætero à peccatis ne grauiora patiamur flagella. ❡ (13) QVIS nouit] ſi-
ne tua ſpeciali illuſtratione [POTESTATEM iræ tuæ] id eſt,virtutem iuſtitiæ tuæ,& vltionū tua-
rum rigorem [ET] quis nouit [PRAE timore tuo] hoc eſt, præ metuendo tuo iudicio,ſeu præ timo- H
Rom. 11. re proprii cordis de tua maieſtate concepto [IRAM tuam dinumerare] id eſt, omnes pœnas pecca-
toribus à tua iuſtitia pręparatas,menſurare aut explicare?quaſi dicat,nemo. Incōprehenſibilia nanq;
ſunt opera diuinæ iuſtitiæ,quibus in peccatoribus operatur. Quorūdam enim pœna nunc incipit,&
in futuro cōtinuatur. Aliorum nunc incboatur,& in futuro ſeculo deſinit.Aliorum pœna modo dif-
fertur,quatenus in æternum cōtinuetur. Quis autem iſta diſcernere valet,& cur ſingula ſingulis ac-
cidant conſiderare,niſi quem deus ſupernaturaliter,mirabiliterq; docuerit? Eluceſcit ex his,quia ſan
cti homines nonnunquam præ nimio timore maieſtatis diuinę,deficiunt à contemplatione diuinę iu
Iob.6. ſtitiæ.Nam & timor vehemens actum rationis locutionemq; impedit. Propter quod in libro Iob ha
betur,Pauor eius non me terreat,neque enim poſſum metuens reſpondere. Veruntamen moderata
afflictio timoris ſiue triſtitiæ,confert interdum ad veritatis notitiam adipiſcendam,inquantum diſſo
Eſa.26. lutionem & exceſsiuam libertatem & hilaritatem excludit. Vnde Eſaias inducit, Domine in angu-
ſtia requæſierunt te,in tribulatiōe murmuris doctrina tua eis.Inſuper pro illuminatione diuina orat,
Apoc.13. dicendo. ❡ (14) DEXTERAM tuam] hoc eſt,poteſtatem diuinam & eius correctionem terribilē
[SIC notam fac] nobis iam per fidei contemplationem ſynceram,à ſpiritu ſancto infuſam,quatenus
Prou. 2. eam veneremur,& eius iram ſeu pœnam formidemus,dicentes ex animo illud, Iuſtę & veræ ſunt vię

A tuæ rex sanctorũ. Quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum. Fac quoque nos homines [ET Psalm. 93
eruditos corde in sapientia] legis diuinę, quĩa omnis sapientia à dño deo est. Et beatus homo quem tu
erudieris domine. ☾ (15) CONVERTERE dñe] sine tui mutatione, conuertendo me ad te & cle
menter respiciendo in me [VSQVEQVO] .i. non cessando ab hac conuersione, donec ad vltimum
finem pertingam. Vel, aliquantulũ vt alia translatio habet .i. modicum, quoniã quantumcunque parũ
de gratia tua præstiteris mihi, ego illud pro magno habebo. Vel, aliquantulum .i. tribulationes meas
mitiga atque diminue nõ penitus tolle, quoniã tribulatio necessaria est electis [ET deprecabilis esto
super seruos tuos] non differendo nec indignando propter eorum peccata, sed cito ac dulciter suc-
currendo secundũ misericordiã tuam. Versiculus iste efficacissimã, affectuosissimã, ac deuotissimam
continet precem, quẽ tanto ardentius, quanto frequentius dicere corde attẽto & affectu vim verbo-
rum gustante, debemus. ☾ (16) REPLETI sumus mane] .i. cito [MISERICORDIA tua] quia
quam cito corde syncero te inuocamus: plus q̃ meremur, recipimus. Vel, mane .i. in spũali aurora seu
spũalis diei principio, quando videlicet sol iustitiæ Christus dñs lucem gratiæ imprimit mentibus no
stris. Vel, mane .i. hora resurrectionis dñicæ, & hora missionis spũss. quia & Christus mane surrexit,
& spũss. in die Pentecostes mane super discipulos visibiliter venit, tuncq; repleti sumus misericordia
B dei, quĩa Christus (secundũ Apost.) resurrexit propter iustificationẽ nostram, & illa paracleti missio Mar. 28
erat totius mundi illustratio [ET exultauimus] .i. signa lætitiæ foris ostẽdimus [ET delectati sumus] Roma. 4
interius. Vel, exultauimus, secundũ intellectualẽ appetitum, & delectati sumus secundũ appetitũ sen-
sitiuum per redundantiã intellectualis exultationis in ipsum sicut superius dictũ est, Cor meum & ca Psalm. 89
ro mea exultauerunt in deũ viuum .i. appetitus superior atq; inferior [IN omnibus diebus nostris] .i. Philip. 4.
certis horis omniũ dierum quibus in gratia viximus, eo modo quo ait Apost. Semper gaudete. Et, In 1. Thes. 5.
omnibus gratias agite. Et, Cantate, & psallite dño in cordibus vestris semper. Homines nanque vir- Colo. 3.
tuosi non solũ gaudent in prosperis, sed etiã in aduersis, quemadmodũ Christus hortatur, Gaudete
in illa hora & exultate. ☾ (17) LAETATI sumus pro diebus qbus nos humiliasti] .i. humiliari, ten
tari, & opprimi pmisisti .s. pro [ANNIS quibus vidimus] .i. experti sumus [MALA] pœnæ. Magna Matth. 5.
quippe est ratio exultandi in deo sustinuisse patienter aduersa & aspera, quĩa hoc est signum prędesti-
nationis æternæ, eo q̃ scriptura dicat, Beatus vir qui suffert tentationẽ. Et, Beatus hõ qui corripitur Iaco. 1.
à domino. Et, Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã. Et, Ego quos amo, arguo & castigo. Iob. 5.
Quidam hos versus exponunt de ecclesia triũphanti, exponendo præteritũ pro futuro, & per mane Matth. 5.
intelligentes horã resurrectionis futuræ, nec dubium est, quin hoc mõ versiculi isti plenius cõpetunt Apoc. 3.
C beatis in patria, q̃ electis in via. In beatis nanq; est misericordia cõsummata incessabilisq; lætitia, atq;
iucunda præteritarũ tribulationũ memoria. ☾ (18) RESPICE] oculo pietatis paternæ [IN seruos
tuos & in opera tua] hoc est, in seruos tuos, qui sunt opera manuũ tuarũ. Vel, in opera tua .i. opera-
tiones tuas per quas gratiã facis in eis, quẽadmodũ in Esa. habetur, Omnia opera nostra operatus es Esa. 36.
in nobis. Apostolus quoq;, Deus (inquit) est, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona vo Philip. 2.
luntate. Hæc opera sunt tua & nostra. Tua sunt, quia à te principaliter procedẽtia: & nostra, quia per
nos facta. Respice, conseruando perficiendoque ea in vitã æternam [ET dirige] gratia duce in vitam
æternam [FILIOS eorum] videlicet seruorũ tuorum. Vt autem hoc fiat, oro. ☾ (19) ET sit splen
dor domini nostri super nos] Hoc est gratia tua semper cordibus nostris effulgeat, sicut Ecclesiasti- Eccl. 36.
cus dicit, Miserere nostri deus omniũ, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum
[ET opera manuum nostrarum] .i. operationes nostras interiores & exteriores, quæ à viribus opera-
tiuis causantur, quæ nomine manuũ designantur, [DIRIGE super nos] .i. in finem supernaturalem,
in vitam æternam ad tuiipsius honorem & gloriam, quatenus non hominibus sed tibi in omnibus cõ
placere optemus, & præmium supercœleste pro nostro labore adipisci curemus & intendamus [ET
opus manuum nostrarum dirige] postquam pluraliter supplicauit opera sua dirigi, quid necesse iam
est singulariter exorare, vt opus dirigatur, nisi q̃ actum charitatis præsertim & summe dirigi cupit,
quoniam actu charitatis manente cæterarum virtutũ permanent opera, & actu autem charitatis ces-
sante, omnia opera meritoria cessant, quoniam sine actu charitatis nullius actus virtutis meretur vitã
D æternam? Ecce inclytum Psalmum audiuimus cuius primus versiculus est versus magnæ fiduciæ
atque charitatis præcipue. Debemus nanque ad dominum deum nostrum omni fiducia ac dile-
ctione confugere, sicut ad patrem & saluatorem. Vnde saluator ait, Si vos cum sitis mali nostis bo-
na data dare filiis vestris, quantomagis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Stu
deamus ergo ex documentis Psalmi pręsentis, vitæ nostræ breuitatem pensare, æternæ felicitatis in- Lucæ. 11.
deficientes dies appetere, ab omni seculari amore atque carnali affectu, vana solicitudine, & inquieta
perturbatione corda nostra purgare, quatenus splendoris gratiæ dei semper capaciores reddamur,
moxque finito huius exilii incolatu ad lumen gloriæ intromittamur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XC.

### ☾ EXPOSITIO TITVLI.

A Scribitur psalmo iam pertractando hic titulus, Laus cantici ipsi Dauid, id est, in Psalmo hoc
continetur laus spiritualis iucunditatis cõueniens ipsi Dauid, & cuilibet fideli per Dauid si-
gnificato. Agit enim hic Psalmus de tentationibus variis generis humani, quorum victor in
hoc psalmo laudatur & de æterna iucunditate per promissionem dei certus efficitur. Refert autem
Nicolaus de Lyra q̃ Psalmus iste cum psalmis sequentibus vsq; ad psalmũ centesimum, qui incipit,

A

Psal.100. Misericordiam & indicium,&c.in Hebræo titulo caret, & ꝙ titulus iste ab aliquo expositore secun- E
dum propriam voluntatem appositus sit. Asserit quoque quòd Psalmus iste cum sequentibus vsque
ad psalmum centesimum, à Mose factus sit secundum Hebræos. Hæc autem doctoribus catholicis
dissonant. Credendum est nanque titulos psalmorum ab aliquo sancto ex diuina inspiratione formatos,
sed & sancti doctores pene omnes, allegando verba horum psalmorum, frequenter S. Dauid cõmemorant
tanquam autorem eorum. Ait ergo.

PRECATIO,

*Deus altißime, concede nos quæsumus in adiutorio tuo habitare, & in tua commorari protectione, ut dextera tua auertente non accedat ad nos malum, nec tangat nos peccatoris flagellum: sed te mandante ab angelis in omnibus custodiamur viis nostris.*

❡EXPOSITIO Psalmi.

Esaiæ. 50 QVI habitat in adiutorio altissimi.] Hoc est, homo mentem suam in deo stabi-
Prou.3. liens, innitẽdo auxilio gratiæ eius, quemadmodũ Esaias dicit, Quis ambulat in
tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine dñi, & innitatur super deũ suũ.
Et Salomon, Habe fiduciã in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ
tuæ. Hic talis [IN protectione dei cæli cõmorabitur] .i. à deo stabiliter prote- F
Eccl.1. getur. Sicut enim in adiutorio dei habitat sperans ab eo adiuuari, sic in prote-
ctione dei cæli cõmorabitur effectum spei adipiscendo, qm̃ deus protector est
omniũ sperantium in se. Iuxta illud, Respicite filii nationũ & scitote, quia nul-
lus sperauit in domino & confusus est. Ad hoc itaque ꝙ mereamur à deo cælorum defendi, non suf-
ficit transitorie seu instabiliter eius subuẽtioni inniti, sed debemus in adiutorio altissimi habitare, hoc
Iohan.15. est, fixo animo permanere, pensantes nos eius ope incessabiliter indigere, quemadmodũ ait filius dei,
1.Cor.13. Sine me nihil potestis facere. Nequaquã enim permittimur in nobismetipsis seu propriis meritis vi-
2.Cor.3. ribúsq; cõfidere, si verũ esse fatemur, quod ait diuinus Apost. Gratia dei sum id quod sum. Et rursus,
Iohan.15. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.
Idcirco Christus, Qui manet (inquit) in me & ego in eo, hic fert fructũ multum. Sciẽdũ vero est, ꝙ
quidã sunt homines in deo non sperantes. Alii sunt de deo desperantes. Alii autẽ sunt in deo frustra
sperantes. Qui enim cõfidunt in vanitatibus suis, in propriis viribus, meritis seu diuitiis, non in deo
Esa. 26. sed in seipsis sperant. Qui autem sine operibus in deo sperat, inaniter sperat. Habitemus igitur sem-
Ibidem. per quantũcunque profecerimus in adiutorio altissimi, omnẽ profectum & perfectionem nostrã suæ
Osee.13. misericordissimæ bonitati, deuotione plenissima asscribentes, atque cum Esaia dicentes, A facie tua
dñe concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spm̃. Et iterum, Tantũ in te recordemur nomi
nis tui. Ad hoc nanque inducit nos deus apertissime per Osee dicens, Perditio tua Israel ex te, in me G
tantũmodo auxilium tuũ. ❡ (2) DICET domino] homo taliter in adiutorio dei habitãs, [SVSCE-
PTOR meus es tu] id est, orationum mearũ pius adiutor, meæ infirmitatis clemens curator, mei pœ-
nitentis atque ad te redeuntis clementissimis brachiis misericordiæ amplexator [ET refugiũ meum]
quoniam ad te in omni periculo, necessitate, & indigentia secure confugio sicut ad patrem ac salua-
torem [DEVS meus] omnium quidem generaliter deus es, tanquam omnium conditor & proui-
sor, sed specialiter deus meus: primo ex parte tui propter specialem pietatem & gratiam, quam mihi
impendis: secundo ex parte mei propter specialem dilectionem & cultum, quibus tibi adhæreo teque
honoro, & summe ac vnice colo [SPERABO in eum] non in homine puro, quoniam maledictus
vir qui confidit in homine, nec in aliqua pura creatura, sed in te sperans per opem & gratiam tuam
Ierem. 17 omne malum euadere, omne bonum acquirere. Scriptum est nanque, Benedictus vir qui confidit in
Eodem. domino, & erit dominus fiducia eius. Sperabo autem in eum. ❡ (3) QVONIAM ipse] per gra-
tiam [LIBERABIT me de laqueo] hoc est, à deceptione atque pestifera infectione [VENAN-
TIVM] id est, iniquorum ad peccata quibus anima captiuatur ac moritur, inducentium. Venatores
nanque hic appellantur, qui currunt & satagunt fallere animas, easque à deo auertere, ac per hoc pri
uare gratia in præsenti, & gloria in futuro. Hi vero venatores, non solum sunt dæmones, sed eorum
Sapien.2. quoq; imitatores homines reprobi, de quibus scriptum est, Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem
Mich.7. terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Vnde alibi legitur, Vir fratrem suum vena-
tur ad mortem. Laqueus vero nunc dicitur id, quo anima dæmonem seruituti subiicitur, ab hostibus H
suæ salutis capitur, vinculisque æternæ mortis ligatur. Hoc autem nihil aliud est, nisi mortale pecca-
tum. Propter quod apostolus laqueum istum interdum singulariter exprimit, nominans eum auari-
1.Tim. 6. tiam, Qui, inquit, volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & laqueum diaboli. Interdũ vero expri-
mit eum pluraliter, intelligendo quæcunque peccata mortalia nomine laqueorum, sicut cum ait, Det
2.Tim.2. illis deus pœnitentiam, vt resipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.
Vnde de his laqueis, quibus anima miserabiliter irretitur & spiritualiter moritur in euangelio asseri-
Marc.6. tur, AErumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introcũtes in cor, suf-
focant verbum & sine fructu efficitur. Quid ergo est, Ipse liberabit me de laqueo venantium, nisi
ipse per misericordiam suam eripiet me, atque saluabit ab insidiis hostium visibilium & inuisibilium.
Iob.22. Iuxta illud, Erit omnipotens cõtra hostes tuos? Liberabit insuper me [ET à verbo aspero] .i. ab omni
sermone nociuo contra me dicto, ita vt non fiam impatiens, dum alii me irrident, calũniantur, vitu-
Iob.12. perant. Deridetur enim iusti simplicitas, & vitam iustorũ peruersi sermonibus impiis lacerant. In his
Matth.5. (sed gratia dei iuuante) non conturbamur imo lætamur, pensantes quod ait saluator, Beati eritis,

A cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos men
tientes propter me. Gloriari nanque debemus, dum insurgit in nos imprudentium contumeliosa lo-
quacitas, quoniam conformamur aliqualiter domino nostro Iesu Christo, qui ait, Opprobria expro-
brantium tibi, ceciderunt super me. Et, Omnes videntes me, deriserunt me. Cui frequenter dixerunt Psal. 68.
Iudæi, Dæmonium habet & insanit, homo vorax, amicus peccatorum, & in principe dæmoniorum Psalm. 21.
dæmonia eiicit. Vel, à verbo aspero, id est, à sententia iudicis, qui dicet in die iudicii impiis verbum il Iohan. 10
lud asperrimum, Ite maledicti in ignem æternum. ❨ (4) SCAPVLIS suis obumbrabit tibi] Per Matth. 11.
scapulas dei, intelligit potestatem diuinam electos protegẽtem. Est igitur sensus, Scapulis suis, id est, Matth. 25
potestate sua benigna, obumbrabit tibi, id est, ab æstu tentationis & igne persecutionis refrigerabit,
alleuiabitque te, sicut infra dicitur, Obumbrasti super caput meum in die belli. Vnde Apostolus di- Psal. 139.
cit, Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra [ET sub 2. Cor. 1.
pennis eius] id est, sub alis ipsius, videlicet sub extensione misericordiæ atque potentiæ dei [SPE-
RABIS] quod per misericordiam atque potentiam dei saluaberis. ❨ (5) SCVTO] spirituali in a-
nima [CIRCVNDABIT] id est, vndique muniet [TE veritas eius] id est, sacræ scripturæ cogni-
tio, seu illustratio spiritus sancti. Vnde ait saluator, Si mãseritis in sermone meo, veritas liberabit vos. Iohan. 8

B Et Apostolus, Omnis (inquit) scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad corripiẽdum, 2. Tim. 2.
vt perfectus sit homo ad omne opus bonum. Quemadmodum enim scuto materiali defenditur cor-
pus à læsionibus hostis, sic per considerationem sacræ scripturæ, & commemorationem diuinæ do-
ctrinæ, protegitur anima ab impugnationibus tentatoris, reiicitque à suo consensu, quicquid diuinæ
legi conspicit dissonare. Propterea Sapiens quidam dicit, Sermo tuus domine, eos qui in te credunt, Sap. 16.
conseruat. Qui enim in omne quod agit vel deserit, sacræ scripturæ testimoniũ adhibet, inexpugna-
bili scuto innititur, nec potest errare [NON timebis à timore nocturno] id est, non formidabis incur
rere noctis timorem, neque pauebis his quæ solent nocturnis temporibus timorem incutere. Multi
enim imbecilles & modicæ spei timent, die adhuc durante quod in nocte perterrebuntur. Et quidam
paululum animo fortiores hoc non timent, tamen in ipsa nocte de facili perterrentur, ex aliquo stre-
pitu seu imaginatione aut somnio. Hic timor magnæ imperfectionis indicium est, liberatq; ab eo ve-
ritas sacræ scripturæ, seu illuminationis supernæ, quæ ait, Ne paueas repentino terrore. Vnde Salo. Prou. 28.
dicit, Fugit impius nemine persequente. Iustus autẽ quasi leo confidens, absq; terrore erit. Deniq; cõ
tra hunc stultũ timorẽ, quo timemus de nocte ꝓpter absentiã hominũ, seu propter somniorũ aut fan
tasiarũ occursum, quasi deus & sancti angeli nõ essent nobiscũ de nocte sicut in die, aut quasi dæmon

C aliquid posset in nos nisi permissus à deo. scriptũ est enim, Qui timet deũ nihil trepidabit. Et iterũ,
Quasi qui apprehendit vmbrã & persequitur ventum, secundum hoc visio somniorũ. Qui ista verba
æternæ veritatis perpendit, hoc carebit nocturno timore, quemadmodũ sapiẽtia profitetur, Qui me
audierit, absque terrore quiescet. Quod si imaginationes rerũ timorem incutientium oriuntur in no-
bis videlicet cõmemorationes iam defunctorũ, &c. multum prodest statim in corde describere imagi
nem Christi in cruce pendentis, & ea quę ipse pro nobis perpessus est. Non timebis etiã. ❨ (6) A sa
gitta volante in die] hoc est, ab aspera aduersitate quę manifeste infertur, sicut est contumelia, deprę-
datio, & quęcunq; manifesta afflictio, imo aduersitas talis tanquã donũ dei recipitur, & iucunde suf-
fertur: iuxta illud apostoli, Vobis datũ est à Christo non solũ vt credatis in eũ, verumetiã vt patiami
ni pro eo. Et ad Hebr. Rapinã (inquit) bonorũ vestrorũ cũ gaudio suscepistis. Nec timebis [A nego- Philip. 1.
tio] .i. dęmonio [PERAMBVLANTE in tenebris] .i. qui nocturnis tẽporibus permittitur inquieta
re homines. neq; formidabis [AB incursu & dæmonio meridiano] .i. dæmone qui in die permittitur
desæuire. A quatuor ergo tẽtationibus liberatur, q in adiutorio altissimi habitat. s. à timore nocturno,
à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, & ab incursu & dęmonio meridiano, &
ita nullã tentationẽ quantũcunq; grauẽ seu vndiq; illatã, veretur, dicẽs cũ Apostolo, Omnia possum
in eo q me cõfortat. Et illud Iere. Dñe fortitudo mea, & refugiũ meũ, & robur meũ in die tribulatio-
nis meæ. Vnde superius dictũ est, Dñs illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? &c. Propter quod
Petrus protestatur, Quis est q vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Nẽpe si deus pro nobis quis 1. Pet. 3.

D cõtra nos? Igitur nec dęmonem perambulantẽ in tenebris, nec dęmoniũ meridianum timebis. ❨ (7)
CADENT à latere tuo] sinistro [MILLE] ex dæmonibus [ET decẽ milia] dæmoniorum cadent à
dextris tuis, quia quicunq; seu quotcunq; ad te tentandũ accesserint, diuina virtute superabũtur ac fu
gient, quemadmodũ dicit Apostolus, Deus pacis conteret satanã sub pedibus vestris velociter. Ideo
Elisæus locutus est. Nolite timere: plures enim nobiscũ sunt q̃ cum illis. Per latus autẽ sinistrũ à quo
mille cadere perhibẽtur, intelligendus est status animæ in aduersis. Per dexteram vero, status eius in
prosperis. Dicit ergo quod mille casuri sint à latere tuo sinistro, qm̃ nulla aduersitas te deiiciet, si in
adiutorio altissimi habites, imo quantũcunq; fuerit spiritus tuus afflictus, nec murmurabit, nec à deo
recedet, neq; pusillanimitate victus, tentatori succũbet. Cadent quoq; decẽ milia à dextris tuis, quo-
niam nulla prosperitas te extollet, & quantũcunq; prospere succedat, nunquam in teipso gaudebis,
nec aliquid boni tibi ascribes, nec tentatori blandienti consenties. Sed cur à sinistro latere asseris mil
le casuros, atque à dextris decem millia? Primo sciendũ quod hic ponitur numerus determinans pro
numero indeterminato, quemadmodũ Dan. inquit, Milia miliũ ministrabant ei, & decies millies cen Dan. 7.
tena milia assistebant ei. Et in Apoca. Erat numerus angelorum milia milium, dicentium, Dignus est
agnus qui occisus est accipere virtutẽ. Est igitur sensus, quod a lateribus tuis cadet multitudo dæmo-
niorũ, quantũcunq; fuerit numerosa seu multa. Nã vt in scriptura habetur, nõ est dño difficile salua-
re in multis vel in paucis, suntque plures ac fortiores pro nobis, videlicet angeli sancti, quàm contra

nos angeli mali. Veruntamen dicuntur plures casuri à dextris quam à sinistris, quoniam plures homi E
nes seducuntur per blandimenta atq; illecebras prosperitatis, quam per molestias aduersitatis. Dele-
ctationem nanque omnes naturaliter vehementerque appetunt [A D te autem non appropinquabit]
tentatio dæmonum per consensum, seu multitudo dæmonum à te victa per opem gratię dei. Dæmo-
nes nanque victi cessant à tentatione & fugiunt, quemadmodum scriptum est, Resistite diabolo, & fu
giet à vobis. Et asserunt aliqui, quod dæmon semel victus ab aliquo, nunquam redeat ad tentandum
eundem. Alii dicunt, quod nunquam redeat ad tentandū eundē de illo peccato, quo semel ab eo exti-
tit victus. Sed probabilius reor, quod & sancto Thomæ amplius placet, videlicet quod quanuis dæ-
mones victi ad tempus recedant & à tentatione desistant, redeunt tamen vicissim ad tentādum eun-
Lucæ. 4. dem de quocunque peccato, & ad huius confirmationē allegat Thomas quod de Christo apud Luc.
scriptum est, Consumata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsque ad tempus. ¶ (8) VERVN
TAMEN oculis tuis] interioribus [CONSIDERABIS] hanc victoriam tuam tibi diuinitus præ-
stitam, ne deo ingratus existas, & ad hanc considerationem requiritur spiritus sancti infusio: iuxta il-
lud apostoli, Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ
à deo donata sunt nobis [ET retributionem peccatorum videbis] id est, iustam pœnam reproborum
pensabis & cernes, nunc quidem per fidei speculationem, recolendo districtionem futuri iudicii, pœ
nasque inferni: in seculo autem futuro ac finali iudicio eam videbis per certissimam manifestationē: F
& vt eam euadere queas, dices deo. ¶ (9) QVONIAM tu es domine spes mea] id est, obiectū, cau-
sa, & terminus spei meæ. Vel, spes mea .i. bonum à me principaliter, finaliterque speratum, quia non
aliud bonum desidero, nec aliud præmium quæro, nec alium finem expecto nisi teipsum [ALTIS-
SIMVM posuisti refugium tuum] .i. in teipso collocasti terminum nostri refugii .s. vt non quiescamus
nec stemus citra seu infra te, sed mentē erigamus in tuę bonitatis contemplationem, sicq; ad tuiipsius
ineffabilem & superaltissimam confugiamus clementiā. ¶ (10) NON accedet ad te malum] .i. pec-
cator non admittetur ad societatem & gloriā tuam. Vel malum .i. peccatum nō accedet ad te per ap-
Psalm. 5. probationem, quia non cōplacet tibi, sicut prædictum est, Quoniam non deus volens iniquitatem tu
es [ET flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo] .i. triumphāti ecclesiæ, seu cælo empyreo, quia
in patria nulla inuenitur tristitia, afflictio aut miseria, sed gaudiū & lætitia, gratiarum actio & vox lau
Esaiæ. 51. dis. Vel sic homo iustus dicet, Quoniā tu es dn̄e spes mea, & si hoc deo veraciter dixeris ô homo qui-
cunque es ille, tunc vtique altissimum posuisti refugium tuum, id est, in Christo vniuersorum condi-
tore, non in rebus creatis & vilibus, statuisti tibi locum refugii. Idcirco, non accedet ad te malum pœ
næ vel culpæ in seculo illo, vbi spei tuæ mercedem recipies, & flagellum non appropinquabit taber-
naculo tuo, id est, corpori tuo quod in futura resurrectione resumes, quoniam corpus impassibile, cla
rum, agile, atque subtile habebis. Oportet nanque (secundum apostolum) mortale hoc induere im-
1. Cor. 15 mortalitatem. Vnde apud Esaiam dominus ait, Erit securitas vsque in sempiternum, & sedebit popu G
Esa. 32. lus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & requie opulenta. Vel, Non accedet ad
te malum, culpæ mortalis in præsenti per consensum, quoniam sperātem in se dominus à ruina præ-
1. Pet. 1. seruat, secundum quod in Petri Can. habetur, Satagite vt per bona opera certam faciatis electionem
vestram. Sic enim facientes non peccabitis aliquando: & flagellum non appropinquabit tabernacu-
lo tuo, hoc est, corpori tuo in detrimentum & nocumentum ipsius, imo tale flagellum potius repu-
tandum est dulce ac prosperum purgamentum, & maximū meritū quàm durū tormentū aut aliquod
Roma. 8. nocumentum: quia vt ait apostolus, Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā,
2. Cor. 4 quæ reuelabitur in nobis. Et iterum ait, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis
nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. ¶ (11) QVONIAM
angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis] Omnes nanque (secundum apo-
Hebr. 1. stolum) sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt sa-
Matth. 18 lutis. Quod enim angeli deputantur ad custodiam hominum, Christus apud Matth. insinuat, Ange-
li, inquit, eorum in cælis semper vident faciem patris mei. Vbi Hierony. dicit, Magna est dignitas ani
marum, vt vnaquæque à natiuitatis exordio habeat angelum sanctum, ad sui custodiam deputatum.
Sed cum singulis hominibus singuli pręsint angeli, cur non ait, angelo suo mandauit de te, vel ange-
lis suis mandauit de vobis. Et respondendum, quod quanuis quilibet homo inquantum est singularis
persona specialem habeat angelum, tamen sicut vnum eundemque hominem plures tentant diaboli,
sic eidem homini adesse atque succurrere possunt angeli plures. Custodiunt autem nos angeli quan H
tum in ipsis est, in omnibus viis, hoc est, operibus nostris. In bonis enim actibus nos custodiunt ne
cessemus à bono, sed semper perseueremus in finem. In malis quoque actibus nos custodiunt, ne sta-
tim à dæmone rapiamur, & ne in vitiis persistamus. Custodiunt etiam nos à tentationibus dæmo-
num ne quantum desiderant nos molestent, & à multis periculis mentis & corporis. Vnde secūdum
Thomam infantes in vtero matrum suarum angelum specialem pro custodia sortiuntur, quia infan-
ti in vtero accidere possunt aliqua nocumenta. ¶ (12) IN manibus suis] hoc est in sua potestate &
sapientia [PORTABVNT] id est, dirigent [TE] de via huius exilii ad patriam electorum. Adiuuant
enim sua virtute nostram infirmitatem, & sua sapientia tenebras cordis nostri illustrant: sicque gra-
diuntur nobiscum portantes nos secum, cooperando nobis in omni bono opere. Portabunt igitur te
[NE forte offendas ad lapidem pedem tuum] id est, ne aliquid tibi in via obsistat, sed pede inoffen-
Esa. 28. so, & calle securo tendas ad patriam. Vel, ne offendas ad lapidem pedem tuum, id est, ne Christum
Actu. 4 qui est lapis angularis, peccando offendas. Vel, ne offendas ad lapidem, hoc est, ad culpam mor-
1. Petr. 2. talem ab ingressu patriæ prohibentem, quemadmodum lapis obstruit viam, prohibetque ingres-

A sum,pedem tuum,id est,affectum tuum,seu operis tui gressum,seruiendo ac inhærendo creaturæ potius quàm creatori.Hos duos versiculos proposuit Christo diabolus, quasi de Christo prædictos,sed eum ipse sit mendax,& cum mendacium loquitur,ex proprio loquitur, ideo mendaciter allegauit. Non enim de Christo dicta sunt ista (secundum Hierony.) sed de membris eius, quoniam Christus Iohan. 8.
angelorum custodia nullatenus eguit,quippe qui errare non potuit ministrauerunt tamen ei angeli, Matth. 4
non propter necessitatem,sed propter reuerentiam atque decentiam. ¶ (13) SVPER aspidem & basiliscum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem.] Huic simile est quod Christus ait discipulis,Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici,& nihil vobis nocebit. Quæ licet ad literam accipi possint de irrationalibus, venenosisque brutis,quæ multi sanctorum,præsertim in noua lege sine læsione calcauerunt, sic vt eorum venena sine nocumento biberunt:iuxta illud Christi apud Marcum, Si mortiferum quid biberint, non eos Mar.16
nocebit. Quod etiam partim contigit filiis Israel ex AEgypto gradientibus, per eremum vastam atque horribilem & venenosis animalibus plenam,quæ nocumentum non intulerunt filiis Israel, quemadmodum Moses scripsit,Dominus ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili,in qua erat serpens flatu adurens,& scorpio,ac dypsas.Conuenientius tamen per animalia ista accipimus dæmo-
B nes,horum animalium proprietatem habētes, vel eundem dæmonem diuersis his proprietatibus vel potius malitiis informatum,seu ipsa vitia taliter nocentia,qualiter nocent animalia ista. Dæmon itaque dicitur aspis,inquantum cordi virus inuidiæ ingerit, & occultæ tentationis veneno animam inficit & occidit: sicque per aspidem intelligi potest inuidia,quæ suo veneno charitatem dei & proximi,omniumque virtutum virorem intoxicat,& penitus demolitur,ac destruit: quoniam sicut ait Iohannes,Qui non diligit,manet in morte. Et iterum, Qui odit fratrem suum homicida est. Dæmon Iohan. 3.
quoque dicitur basiliscus,dum sola fraudulenta suggestione animam tentat atq; interficit, proponendo ei mala sub specie boni,vtpote in angelum lucis se transfigurans,secūdum Apostolum, Basiliscus 2.Co.11.
nanque solo visu interficit,non quoslibet,sed eos (vt fertur) à quibus ipse primitus nō videtur. Nam si homo illum prius conspiciat,non sibi nocet oculus venenosissimi basilisci, imo (vt legitur) si quis speculum basilisco obiiciat,repercutitur venenum , rediens ad eum vnde manauit, & proprium interimit effusorem,scilicet ipsum basiliscum. Sic plane iste diabolus,qui per basiliscum significatur, & in angelum lucis transformatur non videntem interimit, si vero aspiciat homo primum dæmonem istum,eius versutiam perdendo,non læditur,sed redit malignitas dæmonis in caput ipsius : sicq; per basiliscum vana gloria designatur,quæ incautos & mentaliter cæcos prosternit, videnti vero & spi-
C ritualiter illustrato nocere non valet. Dicitur etiam dæmon leo,dum contumaciter, violenter, ac impetuose hominem maxime innocentem,persequitur . Propter quod princeps apostolorum admonet,Sobrii estote & vigilate,quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit , quærens 1.Pet. 5.
quem deuoret,cui resistite fortes in fide . Vnde per leonem significatur ferocia animi seu omne peccatum ad violentiam pertinens . Dicitur autem diabolus draco , cum per suarum pestiferarum immissionum abundantiam, hominem prorsus absorbet,sicut de eo scriptum est, Absorbebit fluuium, & Iob. 40
non mirabitur. Itaque per draconem obstinatio designatur . Possent quoque per bruta ista intelligi homines impii,propter similitudinem imitationis in malo. Nam peruersis incredulisque Iudæis ait Iohannes Bap.Progenies viperarum,quis ostendit vobis fugere à futura ira ? Pharaoni quoque per Ezechielem dicitur, Audi Pharao draco magne. Si ergo in deo plena mente confidis , super omnes has aspides & basiliscos ambulabis,omnesque istos leones & dracones calcabis,quoniā in omni tentatione,persequutione,& vitiorum impulsu,à peccato immunis existes: iuxta illud apostoli, In omnibus his superamus propter eum qui dilexit nos. Deinde sequitur benignissima consolatio pro- Roma.8.
mittentis speranti in se multiplicem gratiam in præsenti , plenamque in futuro beatitudinem.

¶ (14) QVONIAM in me sperauit] non spe cassa & vacua, sed operosa atque formata , agens quod sibi possibile fuit,nec tamen viribus suis aliquid tribuens, nec propriæ perfectioni confidens, sed in me principaliter sperans [LIBERABO eum] iam à vitiis & in futura resurrectione ab omni pœnalitate ac imperfectione mentis & corporis,quando reformabo corpus humilitatis suæ, confi-
D guratum corpori claritatis meæ [PROTEGAM eum] in omni periculo [QVONIAM cognouit nomen meum].i.quoniam sciuit & fide ac opere recognouit me esse misericordem in ignoscendo, fidelem adiuuando,veracem in promittendo.Est autem quædam cognitio dei,quæ vocatur informis, id est,sine decore & ornamento , quoniam non est charitati & bonæ conuersationi coniuncta, de qua cognitione dicit apostolus,Confitentur se nosse deum,factis autem negant. Et ad Roman. Cum co- Roma. 1.
gnouissent deum,non sicut deum glorificauerunt,aut gratias egerunt . Alia appellatur cognitio dei 1.Iohā. 2.
formata,id est,dilectioni vnita,de qua alio loco scriptum est, Qui dicit se nosse deum,& mādata eius non seruat,mendax est.Nunc igitur loquitur propheta de cognitione dei formata , quæ vtique diuinam protectionē meretur,cum sit acceptabilior deo quàm holocaustomata,quemadmodum dn̄s per Osee proph.ait.Scientiam dei volo plus,quàm holocausta.Ecce q̄ magnum bonum est cognitio dei. Nempe tam magnum est,vt ipsa dicatur finis aduentus Christi & vita æterna.Scriptū est enim, Scimus qm̄ filius dei venit,& dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum. Et iterum, Hæc est vita æterna,vt cognoscant te deū verum. ¶ (15) CLAMAVIT ad me] feruenter orando, [ET exaudiā eū] dando quod rationabiliter atq; stabiliter postulat [CVM ipso sum in tribulatione] sicut superius dictum est,iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde.Non ergo formidemus, nec dedignemur tribulationes iugiter sustinere,si cupimus deum nobis incessanter adesse [ERIPIAM eum] ab aduersis [ET glorificabo] hoc est, gloriosum & beatum efficiam [EVM] in patria , dicendo ad eum , Euge

Mat.26 ſerue bone,quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam , Intra in gaudium domini tui. E
Luc.19. ℂ (16) LONGITVDINE dierum] hoc eſt,interminabili duratione vitæ beatæ ſeu æuo, quod eſt
æternitas participata,quę eſt menſura actionis qua beati in patria beatifice perfruuntur, in qua frui-
tione nulla eſt interruptio,viciſsitudo,aut permutatio [REPLEBO eum]dando ei ęternaliter mecũ
manere,ſicut deſiderat appetitus eius, quatenus nec velit , nec poſsit, nec timeat ſeparari à me [ET
oſtendam illi] clare per ſpeciem [SALVTARE meum] .i.filium meum dilectum, omnium ſaluato-
rem, verbum æternũ,in quo beati in patria omnia vident, qui cum me patre ſuo & ſpiritu ſancto, eſt
vnum idemque obiectum & cauſa beatitudinis omnium electorum. In hac diuinitatis Chriſti oſten-
ſione ſeu viſione tota noſtra felicitas,ſumma iucunditas , præmiumque eſſentiale conſiſtit . Vnde &
Iohã.14. Chriſtus in hac oſtenſione ſui,felicitatem noſtram conſiſtere innuit dicens, Qui diligit me,diligetur
à patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.Ecce Pſalmum ſententioſum,moralem,
doctrinalem,& conſolatiuum audiuimus, in quo docemur quam ſalutare ſit in deo cõfidere, quid ſic
confideos debeat domino dicere,quid ab eo expectare,quantis tentationibus plena ſit vita iſta,quam
multiplex adiutorium angelorum ſanctorum nobis deus contra eas donauerit, quam beatos effectus
conſequantur,ſpem fixam in domino habentes. Merito etiam Pſalmum iſtũ in completorio dicimus
contra inſidias noctis,tentationesque multiplices dæmonis. Tunc enim pręcipue diuina protectio-
ne & gratia atque angelica indigemus cuſtodia:debetque quilibet noſtrum ſpeciali veneratione ho- F
norare angelum ſuum,præſertim eum inuocãdo de mane,quatenus tota die nos protegat ac dirigat,
& de ſero, vt per totam noctem cor noſtrum ac corpus cuſtodiat, ſomnia dura repellat, mentem illu
ſtret,reſurgentes pie præueniat,indeſinenterque nobis aſsiſtat.Et vt promiſsiones diuinas in fine hu
ius Pſalmi deſcriptas mereamur ſortiri,ſatagamus hunc pſalmum in Completorio deuotiſsima men
te cantare,Quod ſi egerimus,guſtabimus ſæpe interiori palato,virtutem ac dulcedinem Pſalmi præ-
ſentis,qui vere mirabili ſuauitate exundat.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCI.

### ℂEXPOSITIO TITVLI.

HAbet Pſalmus iam exponendus hunc titulũ, Pſalmus cantici in die ſabbati, hoc eſt, Pſalmus
ſpiritualis lætitiæ decantandus in die ſabbati,hoc eſt,in ſabbato mentis,videlicet in tranquil
litate conſcientiæ,quatenus ad ſabbatum æternitatis mereamur perduci . Ad literã Pſalmus
Exod. 31. iſte ſpecialiter conueniebat ſabbato,& cantabatur à Iudæis in eo, quoniam agit de opere creationis,
Gen.2. ad quam commemorandam iuſsit dominus diem ſabbati celebrari , atque in eo ab omni actu ſeruili
ceſſare,eo quod deus die ſeptima ſeu ſabbato,requieuit ab omni opere quod patrarat. Voluit nanque
deus inducere homines ad cognitionem ſuæ æternitatis,& ad cognoſcendum omnia alia eſſe creata. G
Ad hoc autem (ſecundum rabbi Moſen) euidentiſsima atque facilima via fuit celebratio ſabbati,in
quo recolitur mundus de nouo incepiſſe , ſeu ex tempore eſſe productus, ex quo clariſsime conſtat
creatorem mundi eſſe æternum. Ait ergo ſanctus propheta.

### PRECATIO,

*Virtutibus planta nos in domo tua domine,& ut bonum ſemen fac nos in omni ſpecioſa religione fructificare , in
quo ut palma flore iuſtitiæ ſurgentes,in eo per te conſummati,perenniter ante te floreamus exultantes.*

### ℂEXPOSITIO Pſalmi.

BONVM eſt confiteri domino] Sicut vbertim prædictum eſt , duplex eſt con-
feſsio,ſcilicet confeſsio laudis diuinæ, de qua ait ſaluator, Confiteor tibi pater
Luc.10. domine cæli & terræ. Et confeſsio noſtræ culpæ,de qua alibi ſcriptũ eſt, Con-
fitemini alterutrum peccata veſtra. Vtraque autem confeſsio bona eſt & ſalu-
Iacob.5. bris,ſed prima multo melior,nobilior,atque diuinior, cum ſit actus angelicus.
Sed quoniam non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,propterea peccatori con-
Eccle.15. feſsio culpæ in primis magis neceſſaria eſt ac ſalubris,quatenus vitiis per con-
feſsionem iſtam deletis,dignus reddatur domino confiteri ſeu deum laudare.
Nunc vero de confeſsione laudis loquitur Pſalmus. Bonum eſt etiam [ET pſallere] hoc eſt, publi-
ce & in ſublimi pſalmos ac laudes diuinas cantare [NOMINI tuo] hoc eſt , ad honorem nomi -
Tobię.12 nis tui ô deus [ALTISSIME] Vnde Tobiæ angelus Raphael ait , Benedicite deum cæli , & co- H
ram omnibus viuentibus confitemini illi,quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Idcirco nunc ſub-
Eſaiæ.26 ditur. ℂ (2) AD ANNVNCIANDVM mane] id eſt, in principio diei , de quo Eſaias , De mane
(inquit) vigilabo ad te. Vel mane,id eſt,in ſpirituali aurora,quando videlicet infuſionem ſupernę cla
ritatis corde ſentimus,ex immutatione ac nouitate ſanctæ deuotionis. Vel mane,id eſt,tempore pro-
ſperitatis,ac iucũditatis [MISERICORDIAM tuam] id eſt,gratioſa beneficia tuæ piiſsimæ boni-
tatis,ſeu benignitatem tibi connaturalem,eam laudando ac pręedicando. In quolibet mane iam dicto
annunciare debemus miſericordiam dei,omnia bona noſtra diuinæ bonitati deuotiſsime aſcribendo:
& bonũ ac optimũ eſt à diuina laude diem incipere,quatenus totum diem in dei præconio expenda-
Pſal.70. mus,quemadmodũ dictum eſt ſupra, Repleatur os meum laude, vt cantem gloriã tuam, tota die ma-
gnitudinem tuam. Ad annunciandum quoq; [ET veritatem tuam] id eſt, ſacram ſcripturam Chriſti
doctrinam,ſeu diuinam iuſtitiam [PER noctem] .i.certis horis nocturni tẽporis, ſicut Ieremias hor
Thren. 3 tatur, Conſurge lauda in nocte,in principio vigiliarũ. Vel per noctem.i.tempore aduerſitatis,quate-
nus in noſtra caſtigatione tuam laudemus iuſtitiam,noſtram fateamur malitiam , ob quam flagellari

A meruimus,dicentes illud Tobiæ, Benedico te domine,quoniam tu castigasti me. Illud quoque Iob, Tobiæ.11
Peccaui & vere deliqui,& vt dignus eram non recepi. Vel per noctem mentis spirituale͂, quando vi- Iob. 33.
delicet spiritualis consolatio tollitur,gratia dei suspenditur, & anima propriam infirmitatem experi
tur:tunc enim diuinam iustitiam laudare debemus,& non fieri pusillanimes, neq; adulterinas conso
lationes desiderare,sed affectuose orare pro reditu pristinæ gratiæ,patienterq; sufferre dilecti absen-
tiam vel potius absconsionem. Veraciter nanq; præsens est,non tamen sentitur eius præsentia,dicen
tes cum Esaia,Anima mea desiderauit te in nocte,cordialiterq; pensantes, quod apud eundem pro- Esaiæ.26
phetam dominus asserit,Ad punctum in modico dereliqui te,& in miserationibus magnis congrega Esaię.34
bo te.In momento indignationis meæ abscondi parumper faciem meã à te, & in misericordia sempi
terna misertus sum tui.Et quia hebræi cũ musicis instrumentis deum laudare solebant, sicut ecclesia
iam agit,organis vtens,ideo addit. ❡ (3) IN decacordo Psalterio,cum cantico in cithara.] Qua-
liter vero psalterium decacordum,id est,decem cordarum & cythara spiritualiter exponantur,dictũ
est supra in elucidatione psalmi 80.cuius exordium est,Exultate deo adiutori nostro.Breuiter nanq; Psal.80.
tangendo,in decacordo psalterio deum collandat,qui decem præcepta obseruat. Laudat quoque in
cithara qui opera misericordiæ non omittit.Taliter conuersantis vita & laus, dulcem efficit melodiã
B in auribus dei:ita vt dicat illud,Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. Ideo autem bo- Cant.2
num est mihi psallere nomini tuo ô deus altissime. ❡ (4) QVIA delectasti me domine] spirituali,
interna ac pura delectatione,[IN factura tua] hoc est, in consideratione ac vsu creaturarum tuarum
[ET in operibus manuum tuarum].i.omnipotentię tuæ,videlicet in ordine vniuersi,in speciebus re-
rum,in pulchritudine mundi,in operibus creationis,recreationis, & glorificationis,in cõtemplatio-
ne visibilium ac inuisibiliũ rerum, [EXVLTABO] Vnde scriptum est, Quàm desiderabilia sunt o- Eccl.42.
mnia opera eius.Et quis satiabitur videns gloriam eius?In creaturis ante͂ dei,dupliciter delectari quis
potest.Primo in ipsis creaturis secundũ se.Secundo,referendo omnem perfectionem earum ad crea
torem,ita quod in sapientia atq; potentia dei potius quàm in rebus creatis homo lætatur: & ista dele
ctatio sancta est,prima quoque mala non est secundum se,nisi quis finaliter insistat in ea, vel immo-
derate in ipsa occupetur,diffundatur,aut resoluatur. Quoniam autem deum in hac vita in seipso,seu
per speciem cernere nõ valemus,compellimur ex rebus creatis ad eius cognitionem assurgere. Nam
sicut in Prouerbiis scribitur,Omnia propter seipsum operatus est dominus, quatenus scilicet diuinæ Prou.16.
naturæ perfectiones in entibus relucerent,sicut perfectio causæ splendet in suo effectu.Inquantũ igi
tur ordo specierum vniuersi est velut scala pertingendi ad creatoris notitiã, delectari & exultare de-
C bemus in operibus dei.Ex consideratione insuper rerũ,videlicet ex rapidissimo ac superuelocissimo
motu cœlorum ac syderum,solis ac planetarum,ex magnitudine cœlestium orbium, ex ordine,puri-
tate,ac ministerio angelorum,docemur q̃ sublimis sit deus, q̃ reuerenter sit ei ministrandum, quàm
prompte obediendum.Sed & in infimis rebus,puta in ape,formica,lepusculo, atque similibus inno-
tescit ineffabilis sapientia dei.Omnis quoque pulchritudo,ornatus,dulcedo,bonitas, harmonia, atq;
amabilitas creaturarum,ad omnipotentis creatoris desiderium & amorem nos prouocant. Vnde ad
hanc contemplationem ac delectationem ab Esa.inuitamur, Leuate,inquit, in excelsum oculos ve- Esaię.40
stros,& videte quis creauit hęc.Exultare etiã debet homo in operibus dei,quoniam omnia facta sunt
propter nos,& ad sustentandam indigentiam nostram condidit deus omnipotens pisces maris, volu
cres cæli,bestias terrę,ligna pomifera,herbas diuersas. ❡ (5) QVAM magnificata sunt opera tua do
mine] id est,valde magnifice,sapienter,potenter,& inscrutabiliter sunt instituta, distincta,atque or-
nata.Decuit nanque (quemadmodum Plato affirmat) à sapientissimo,speciosissimo optimoq; opi-
fice opus pulcherrimum,præclarissimum,excellentissimumque produci,qualis est machina mundi,
qui incomparabili pulchritudine cõstat. Maiora aute͂ & incomprehensibiliora sunt opera recreatio-
nis & glorificationis,quàm creationis. Vnde quæ vnigenitus filius dei pro nostra salute assumpsit,fe
cit ac pertulit,omnem magnificentiam, inuestigationem, sermonem transcendunt. Propter quod in
Apocalypsi dicitur,Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens. Et in Ecclesiaste, Apoc.15.
Cunctæ res difficiles,non potest eas homo explicare sermone.Sapiens quoque alius, Difficile inue- Eccl.1.
D nimus quæ in terra sunt,& quæ in prospectu sunt,inuenimus cum labore. Quæ autem in cælo sunt, Sapien.7
quis inuestigabit? Denique si subtilius contemplari desideramus, quàm magnificata sunt opera crea-
toris,profunde pensemus quid dominus dicat ad sanctum Iob, Vbi (inquit) eras quando ponebam Iob.38.
fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius,aut quis tetendit
super eam lineam? Super quo bases eius solidatæ sunt? Quis conclusit ostiis mare,quando erumpe-
bat quasi de vulua procedens,cum ponerem nubem vestimentum eius,& caligine illud quasi pannis
infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis, & posui vectes & ostia,& dixi, Hucusque ve-
nies & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nunquid coniungere va-
lebis micantes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Nunquid nosti ordinem cæli,
aut pones rationem eius in terra? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gal- Iob.26.
lo intelligentiam? Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli dormire quis faciet? Sed
vere quicquid de operibus supergloriosissimi creatoris intelligere aut profari valemus, pene nul-
lius momenti est ad id, quod in re ipsa est. Propter quod iterum in Iob habetur, Ecce hæc ex parte
dicta sunt viarum eius,& cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus,quis poterit tonitruum
magnitudinis eius intueri? Propter quod etiam Plato testatur, ꝙ ea quæ scimus, minima & prope
nulla sunt respectu eorum quæ ignoramus. Aristoteles quoque disseruit, Quia sicut se habet oculus
vespertilionis ad solis fulgorem,ita se habet intellectus humanus ad cognitionem manifestissimorũ Psal.103.

naturæ,hoc eſt,ad notitiam ſubſtantiarum ſeparatarum . Itaque ſi opera dei tam magna & incom- E
prehenſibilia ſunt,quàm incomprehenſibilis eſt creator eorum . Ipſe enim in infinitum cuncta in o-
mni nobilitate tranſcendit. Ideo ſubditur [NIMIS profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ] hoc eſt,
conſilium,ratio,& ordinatio ſapientię tuæ,qua omnia certo fine feciſti atque in numero,menſura,ac
Sap.11. pondere conſtituiſti, valde & penitus imperſcrutabilis ineffabiliſque conſiſtit. Certiſsime enim co-
gnoſcimus nihil ſine legitima ratione à te fieri aut permitti. Veruntamen rationem operum tuorum
in ſpeciali aſsignare omnino impoſsibile profitemur. Quis enim excogitet,cur in primordiali rerum
inſtitutione ſeu creatione,quando merita nulla præceſſerant , ampliorem perfectionem dederis vni
quàm alteri? Quis nouit cur mundum ab æterno non feceris, vel cur eũ creaueris in illo inſtanti quo
factus eſt,& non prius neque poſterius? Quis inſuper capere poterit,cur potius vnũ angelũ, vnum-
que hominem ab æterno ad vitam æternam elegeris quàm alium? Cum ergo omnia hæc tam incom-
preheoſibilia ſint,liquet ꝙ cogitationes tuæ,hoc eſt,ſapientialis tua diſpoſitio vniuerſorum finẽ, ra-
tionem,ac ordinem penſans ſit nimis profunda,iccirco ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Et
Prou.15 veraciter ſcriptum eſt, Senſum tuũ domine quis ſciet , niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum
Sap.9. tuum de cœlis. Eſaias quoque Profunditatem cogitationum diuinæ mentis declarat ex eo, ꝙ nullus
Eſa.40. prior deo formam agendi oſtendit,ſed ipſe ex propriæ ſapientiæ ſuperſplendidiſsimo atque certiſ-
ſimo fonte cuncta molitus eſt. Ait enim, Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis cõſiliarius eius fuit, F
& oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam iuſtitiæ, & erudiuit
eum ſcientia, & viam prudentiæ oſtendit illi? Huic autem prophetali eloquio cõſonat apoſtolicus ſer
mo? O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, &c. Dicuntur aũt cogitationes dei pluraliter, nõ
Roma.11 ꝙ in deo ſint diſtinctæ ac multæ cogitationes, cum cogitatio dei ſit eius eſſentia, intellectus & ſapien
tia: ſed ſicut dicuntur in deo plures atque diſtinctæ idææ, per relationẽ ad creata in deo idealiter exi-
ſtentia , ſic dicuntur in deo plures cogitationes ſecundũ diuerſitatem operationum quæ cognoſcũtur
Sap.1. à deo. ℂ (6) VIR inſipiens] hoc eſt, illa ſapientia carens quę in maliuolam animam non intrat,
quę eſt donum ſpiritus ſancti, per quam vtique ſapientiam iudicat homo recte de deo , nõ per infor-
mem notitiam, ſed per cognitionem formatam & ſapidam. [NON cognoſcet] quomodo ex creatu-
ris honorandus atq; amandus ſit deus creator, de quo ſcriptum eſt, Fecit deus opera ſua vt timeatur.
Propter quod de philoſophis huius mundi dicit Apoſtolus , Euanuerunt in cogitationibus ſuis , &
obſcuratum eſt inſipiens cor eorum [ET ſtultus] hoc eſt, qui vel vera ſcientia diuinæ legis priuatus
eſt, vel ea quæ nouit eſſe agenda, non operatur. [NON intelliget hæc] dicta atque dicenda , per in-
Ierem.5. telligentiam ſalutarem ac operoſam. Propter quod dominus apud Ieremiam ait, Audi popule ſtulte
1.Cor.1. qui non habes cor. Me non timebitis, qui poſui arenam terminum mari? Et Apoſtolus dicit, Anima-
lis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere , ſcili-
cet myſteria dei, præmia bonorum , & pœnas malorum . De quorum damnatione ſubiungitur. G
ℂ (7) CVM exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ] id eſt, quando iniqui cœperint conſurgere, pro-
ſperari, atque florere ſicut fœnum quod hodie floret & eſt, cras vero in clibanũ mittitur, eſſeque de-
ſinit, quoniam ſicut nunc ſuperius dictum eſt, impiorum proſperitas momentanea eſt, ſtatimq; mar-
Eſa.40 ceſcit eorum floritio, quemadmodum viror fœni mox decidit. Vnde in Eſaia legitur, Omnis caro fœ
num, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Et denuo, Vere fœnum eſt populus , exiccatum eſt fœnũ,
& cecidit flos. [ET apparuerint] aliquid eſſe, ſeu modico tempore præualere & gloriari [OMNES
qui operantur iniquitatem] quos deus permittit ad horam in ſuis deſideriis ambulare, quatenus æter
naliter iuſta pœna plectantur, quemadmodum ſequitur, ℂ (8) VT intereant] id eſt, ſpiritualiter mo
riantur & condemnentur [IN ſeculum ſeculi] id eſt, ſine fine, tanquam ſeparati à fonte omnis vitæ
Prou.16. ac gloriæ. Vnde Salomon ait, Impium operatus eſt dominus ad diem malum . De quo dic impiique
Iob.22. damnatione in libro Iob ſcriptum eſt, In diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris duce-
tur, & de furore omnipotentis bibet. [TV AVTEM altiſsimus in æternum domine] quia omnes
in omnipotentia, in ſapientia, in æquitate, in bonitate & felicitate incomparabiliter ſuperas . Quod
patet ex eo. ℂ (9) QVONIAM ecce inimici tui] id eſt, tibi rebelles, ingrati ac reprobi [DOMI-
NE, quoniam ecce inimici tui peribunt] gratiam in præſenti perdendo , gloriamque regni cœleſtis I
poſtmodum amittendo , atque æternæ mortis incendio in inferno ferendo . Quàm horribile nimis
eſt eſſe inimicum dei, imo horribile eſt hocipſum audire , iccirco repetitur vt amplius expaueſcas .
[ET diſpergentur] id eſt, à grege electorum repellentur in die iudicii [OMNES qui operantur] ſine H
ceſſatione & pœnitentia [INIQVITATEM] tunc enim dicetur ad eos, Ite maledicti in ignẽ æter
Mat.25 num. Propterea ait ſcriptura, Ruinæ impiorum erunt, & diſpergam eos à facie terræ, dicit dominus.
Sopho.1. Itemque, Diſperdam eos qui auertuntur de poſt tergum domini dicit dominus , & qui dominum nõ
Ibidem. exquiſierunt, nec inueſtigauerunt eum. Deinde ab hac damnatione diſtinguuntur electi, de quorum
tribulatione & gloria ſubditur, ℂ (10) ET exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum].i. imperiũ ra-
tionis meę ſenſualitati ac animo dominantis ſublimabitur per confirmationẽ gratię dei, ſicut vnicor
nis cornu ſublimatur, quia hoc animal fortiſsimum eſt, vnoq; cornu ab aliorum inuaſione ſe prote-
git: ſic cornu meum .i. fortitudo ſiue dominiũ rationis meæ roborabitur contra paſsionũ, tentationum
Gal.5. perſecutionumq; vniuerſos incurſus. In die autẽ iudicii cornu hoc animę in tantũ exaltabitur in ele-
Sap.9. ctis, vt caro nunquã concupiſcat aduerſus ſpiritũ, neq; aliquid actũ rationis impediat, quinimo cor-
pus corruptibile nunc aggrauans animã, tunc erit ſpiritale, immortale, animã ornans atq; exhilarans
Pſal.70 [ET ſenectus mea] .i. ætas mea vltima erit [IN miſericordia vberi] quia cum deficiet virtus mea non
2.Cor.4 derelinques me . Et licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur , tamen is qui intus eſt renoua-

A tur de die in diem in gratia dei secundum Apostolum. Ista sunt verba bonæ spei, non præsumptionis iniquæ, quoniā ex charitate ardenti & fiducia magna mentis in deo, ista dicuntur ab ecclesia seu quolibet iusto. ¶ (11) ET despexit oculus meus] intellectualis [INIMICOS meos] dæmones hominésq; peruersos, quoniam propter spem quam habeo in domino deo meo, non timeo superari ab eis: sicut inferius dicitur, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et rursus scriptum est, Timorem eorum ne timueritis, nec conturbemini. Inimici nostri visibiles, scilicet homines mali, in quantum sunt homines gratiæ, gloriæque capaces, amandi sunt: iuxta illud, Diligite inimicos vestros. In quantum vero sunt impii, & veritatis aduersarii, despiciendi sunt, odiendi, & vilipendendi. Vnde superius de viro iusto præhabitum est, Ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignus. [ET insurgentibus in me] iniuste videlicet [MALIGNANTIBVS audiet auris mea] id est, cum quadam derisione, & sine pauore audiam minas eorum. Vel, insurgentibus in me malignantibus, i. ad confusionem eorum audiet auris mea sententiam iudicis iusti, qui eos damnabit meque saluabit. Psal. 117. 1. Pet. 3. Matth. 5. Psal. 14.

¶ (12) IVSTVS id est, diuina mandata obseruans [VT palma] quæ est arbor fructifera [FLOREBIT] flore charitatis, virore virtutum ac bonis operibus. Non enim florebit vt fœnum quod statim siccatur & discoloratur, sed vt palma quæ diu virescit atque fructificat. [SICVT cedrus Libani multiplicabitur] procreatione spiritualium filiorum & numero meritorum. Quemadmodum nanq; cedrus crescens in monte Libano, est arbor decora, imputribilis, præ cæteris arboribus in sublime excrescens: sic iustus per gratiam splendet, per iustitiam intus non veterascit, & proficiēdo de bono in melius super alios volat, neque quiescit donec ad thronum gloriæ perducatur. ¶ (13) PLANTATI] id est, fideles per fidem & obedientiam radicati [IN domo domini] id est, in ecclesia Christi, [IN atriis domus dei nostri] id est, in propriis cordibus, quæ sunt atria mansionis diuinæ, quēadmodum ait Apostolus, Christum per fidem habitare in cordibus nostris. [FLOREBVNT] proficiēdo in gratia dei, implentes illud Apost. Exhibete vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram deo. Et alibi, Renouamini spiritu mentis vestræ. Porro huic concordat comparationi quod dominus per Osee prophetam dicit, Ero quasi ros, & Israel germinabit quasi lilium. Erumpet radix eius vt Libani, ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. Simile quoq; est in Eccle. Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarū fructificate, florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam. ¶ (14) ADHVC multiplicabuntur] id est, iugiter perseuerabunt in bono, & cumulabuntur multiplici dono spiritus sancti ac merito [IN senecta vberi] hoc est, in senectute fœcunda, matura ac graui bonis operibus plena, de qua scribitur in libro Sapientiæ, Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata, ætas senectutis, vita immaculata. [ET bene patientes erunt] id est, hilariter atque feliciter patientur infusionem illustrationis diuinæ. Vnde secundum Philosophum, beneficiatus dicitur bene passus. Hæc nāque est passio perfectiua, non destructiua [VT annuncient] laudem dei quæ sequitur. ¶ (1) QVONIAM rectus] hoc est iustus [DOMINVS deus noster, & non est iniquitas in eo] quemadmodum & alibi dictum est, Non est apud dominum nostrum iniquitas, nec acceptio personarum aut munerum. Et in libro Iob, Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Deus etenim sublimis & benedictus est omnis sanctitatis veritatis & æquitatis causa fontanea, iudex non errans, conseruator immobilis. Propter quod à sapiente quodam dicitur ei, Veritas tua iustitiæ initium est. Ecce psalmum cælesti melodia sonorum atque admiranda dulcedine plenum audiuimus, in quo dei laudatio commendatur, creatoris beneficia recoluntur, deus in suis effectibus glorificatur, inter electos reprobosque discernitur, deus postremo benedicitur. Si ergo dominum deum nostrum diligimus, si eius beneficiis grati existimus, si eum in suis operibus contemplari enitimur, si impiorum tormenta euadere, electorumque præmia adipisci conamur, studeamus hunc psalmum corde iucundo, deuoto, custodito, ac timorato depromere. Ephe. 3. Col. 1. Ephe. 4. Osee. 14. Eccl. 39 Sapiē. 4. 2. Par. 19. Iob. 34. Sapien. 2

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCII.

D ¶ EXPOSITIO Tituli.

ASsignatur autem psalmo præsenti hic titulus, Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbatū quādo fundata est terra. Dicit vero quidam hunc titulum nō haberi in Hebræo, sed ab aliquo expositore appositum secundum suam voluntatem & imaginationem, & idem dicit frequenter in aliis psalmis. Sed dato quòd ab aliquo expositore additus esset, non tamen bene sonat quòd ille titulum istum apposuit secundum suam voluntatem seu imaginationem, imo firmiter est credendū titulos psalmorum secundum spiritus sancti inspirationem formatos esse, atque psalmis appositos: quoniam omnes sancti catholicique doctores communiter approbant & exponunt hos titulos. Est igitur sensus tituli huius, psalmus præsens est laus cantici conuenientis ac decantandi ipsi Dauid, i. Christo, de quo psalmus iste ad literam scriptus est. Laus, inquam, Christo decantanda in die ante sabbatum, id est, propter ea quæ fecit ac passus est sexta feria, puta in die parasceues, quādo fundata est terra, id est formata ecclesia per sanguinem de eius latere emanantem. Secundum omnes expositores catholicos psalmus iste ad literam tractat de Christo & regno ipsius. Describit nanque inchoationē, impugnationem & confirmationem regni Christi, quod est ecclesia. Vnde de inchoatione regni huius ita orditur. Matt. 27.

PRECATIO,

*Domine regnator cæli & terræ, indue nos bonorum operum decore & fortitudine gratiæ tuæ, ac præcinge castia*

*moniæ uirtute, daq; his nitidis & nuptialibus uestibus tibi uenienti obuiare, & ornatis lampadibus ad æternitatis nu-* B
*ptias tecum intrare: qui cum deo patre uiuis & regnas deus per omnia secula seculorum.*

### ℭExpositio psalmi literalis.

Act.10. DOMINVS] scilicet Christus: de quo Petrus ait, Hic est omnium dominus, &
Iohã.13. qui de seipso asserit in Euangelio, Vos vocatis me magister & domine, & bene
dicitis, sum etenim [REGNAVIT,] per fidem in corde credentiũ, seu in eccle
sia militanti. Christus nãq; vt deus à principio mundi in cordibus electorũ re-
gnauit, subiiciendo eos per gratiã voluntati diuinæ per humilẽ seruitutẽ, vt ho
mo autem habuit potestatem regnandi in toto mundo à suæ conceptionis prin
cipio. In eodẽ nãq; instanti quo vnita est eius humanitas verbo, data est ei vir-
tus atq; dominiũ super omnẽ creaturam. Propter quod ante passionẽ Christus
Iohan.3. asseruit, Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Dum vero cœpit prædicare, miracula facere
Matth. 4 discipulosq; colligere, tũc cœpit regnare in domo Iacob, & sedere super solium Dauid. Post passio-
Esa.9. nẽ autem misso spiritu sancto, & apostolis publice pr̨edicãtibus ac multa milia cõuertentibus regna-
Act.2,3. uit Christus aperte & late, donec per vniuersum mundũ diffusa est fides ecclesiaq; constructa, & ipse
Act.4,6. Christus ab omni gente, tribu & lingua cognitus est ac honoratus. Tũcq; impletũ est illud Esaiȩ, Re F
Esa.54. demptor tuus sanctus Israel, deus omnis terræ vocabitur, [DECOREM indutus est, indutus est dñs
fortitudinẽ] Cur non potius dicit dominus Christus vnigenitus dei tam speciosus & potẽs vt pater,
indutus deformitatem infirmitatẽ seu fragilitatem, quia assumpsit carnẽ mortalem, naturam creatam,
formam seruilẽ, quæ respectu diuinitatis Christi nõ sunt decor & fortitudo, sed deformitas atq; infir
mitas? Sed ad hoc duplex responsio est. Prima quod Christus deus humanã naturam assumendo, dici
tur indutus decorẽ & fortitudinẽ, quoniam licet eius humanitas secundũ se considerata, & diuinitati
cõparata, possit dici deformis ac fragilis, tamen in quantũ est diuinæ naturæ personali vnione cõiun
cta, eiusq; instrumentum effecta, vere appellatur decor ac fortitudo: sic enim plena fuit à suȩ creatio-
nis initio plenitudine omniũ gratiarum, beatifica fruitione diuinitatis, omnibusq; donis spiritus san-
cti. Sic quoq; per eam sunt facta miracula, debellatæ potestates aereæ, reparatũ genus humanũ. Secũ-
Iohan.1. da responsio est, ꝙ Christus dicitur indutus decorem non in incarnatione, quando verbum caro fa-
Esa.53. ctum est, nec in passione, quando non fuit in eo species neque decor, sed erat quasi leprosus & à deo
percussus: sed in resurrectione, quoniam tunc resumpsit corpus suũ, non tale quale antea fuit, sed glo
riosum, splendidum, agile, subtile, immortale: idcirco tunc indutus est fortitudinẽ, hoc est corpus im-
passibile. Vel, indutus est fortitudinem, quoniã tunc cœpit potestatem suam ostendere, dicẽdo illud, G
Matt.28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, quam tamen (vt dixi) ante passionẽ habebat, quoniã
Iohã.17. passione instante dixit, de seipso loquens ad patrem, Dedisti ei potestatẽ omnis carnis, vt omne quod
dedisti ei det eis vitam æternã, quod etiam factis ostendit, quando solo verbo hostes suos prostrauit.
Iohã.18. Cum nanq; dixisset Iudæis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Tũc etiam eduxit
sanctos de limbo inferni, misitq; apostolis spiritum sanctum. Istud itaq; diuinitatis Christi indumen-
Esa.36. tum decorũ ac forte, est natura humana. De quo indumento apud Esaiam scriptum est, Quare ergo
Matt.26. rubrum est indumentũ tuũ? [ET præcinxit se] Christus, hoc est, ad redimendũ genus humanũ, debel
Philip.2. landũq; dæmonũ turbas parauit se, dicens ad patrem, Si non potest hic calix transire nisi bibam illũ,
Psal.18. fiat voluntas tua. Factus est enim obediens vsque ad mortem secundũ Apostolum, Et exultauit vt gi-
gas ad currendã viam, quod S. Ambrosius in hymno eleganter & supra humanum intellectũ expres-
sit dicendo, Procedens de thalamo suo pudoris aula regia, geminæ gigas substantiæ, alacris vt currat
Psal.44. viam. Vnde superius de Christo inductum est, Accingere gladio tuo super femur tuum potẽtissime.
Gen.1. ℭ(2) ETENIM firmauit orbem terræ qui non cõmouebitur] Quanuis hoc accipi posset de crea-
Esa.44. tione ac firma locatione terræ in medio mundi, quam Christus deus condidit & firmauit: iuxta illud,
Ego sum dominus faciens omnia, extendens cælos, stabiliens terram, quæ etiã terra non cõmouetur,
Eccle.1. quo ad se totam, cum sit centrũ mundi immobile. Propter quod ait scriptura, Generatio præterit, &
generatio aduenit, terra vero in æternum stat. Conuenientius tamen exponitur iste versiculus de con
firmatione ecclesiæ, eritq; sensus, Etenim dominus Christus firmauit per adiutorium seu gratiã spiri- H
tus sancti orbem terræ. hoc est, militantẽ ecclesiã per quatuor partes terræ diffusam. Christus ecclesiã
suam primitiuam præcipue confirmauit in die Pentecostes, mittens ei paracletũ. Tũc enim impleuit
Luc.21. quod ante passionem promisit, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterũt resistere & cõtra-
dicere omnes aduersarii vestri. Alibi quoq; dixit ad Petrum, Tu es Petrus, & super hanc petram ȩdi-
Matt.26. ficabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduersus eam. In tantum nanq; confirmauit
1.Tim.3. Christus ecclesiam, vt dicat Apostolus, Ecclesia dei viui est columna & firmamentum veritatis. Vn-
Act.9. de in Act. apostolorum Lucas testatur, Ecclesia per totam Iudæã & Samariã habebat pacem, & ȩdi-
ficabatur ambulans in timore domini, & cõsolatione spiritus sancti replebatur, idcirco nũc subditur,
qui non commouebitur. Ecclesia nanq; vsq; in finem mundi stabilis permanebit in fide seruituteque
Christi, quia regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis: iuxta testimonium Ga-
Luc.1. brielis, ℭ(3) PARATA sedes tua] ô Christe, hoc est, thronus quo sedes ad dexteram patris: de
Apoc.3. quo dicis, Ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius [EX tunc] hoc est, principio mũdi. Si enim
Matt.25. omnibus sanctis hominibus paratũ est regnũ cælorum ab origine mundi: iuxta illud, Venite benedi-
cti patris mei, percipite regnũ vobis paratũ à constitutione mundi, quãto magis sedes tua cælestis tibi
parata est ab exordio seculi? Vel, Parata est sedes tua, hoc est cȩlum empyreũ, quod est sedes tua: iuxta

A illud, Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellũ pedum meorũ: quod etiam dicitur thronus tuus & Eſa.66.
omniũ electorum: de quo conteſtaris, Qui vicerit dabo ei ſedere mecũ in throno meo, hoc eſt in cęlo Apoe.3.
empyreo, in quo omnes beati feliciter reſidẽt. Vel, Parata eſt ſedes tua.i.eccleſia, ſeu anima iuſti, quæ
eſt ſedes ſapientię, ex tunc, hoc eſt, à tempore prædicto quo ea firmaſti per gratiam ſpiritus ſancti. Ex
tunc enim parata eſt ad tuam inhabitationem, obedientiam atq; aduentum, adimplẽs quod ei dixiſti,
Vigilate itaq; omni tempore orantes vt digni habeamini ſtare ante filium hominis. [A ſeculo] id eſt, Luc.21.
ab æterno [TV es] inuariabiliter ſecundum quod deus. Vnde dicit Apoſtolus, Ieſus Chriſtus heri & Heb.13.
hodie, ipſe & in ſecula. Et cõgrue ait, à ſeculo tu es, & non fuiſti, quoniam Chriſtus vt deus incommutabi-
liter per modum æternæ præſentiæ eſt, in qua non eſt prius aut poſterius. Propter quod apud Iohã-
nem ait, Antequam Abrahã fieret, ego ſum. Eſſe quippe deo veriſsime, pleniſsime, atq; propriiſſime Iohan.8.
conuenit, quoniã in eo eſt infinita plenitudo, immẽſa nobilitas, incircũſcripta perfectio, ſimplicitáſq;
perfecta eſſendi. Omnis autem creatura per comparationem ad eſſe diuinum, eſt potius nihil ſeu nõ
eſſe, quàm aliqd. Propterea dñs ait ad Moſen, Ego ſum qui ſum. Hæc dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit Exod.3.
me ad vos. Hinc quoq; ſeptimo de trinitate Hilarius aſſerit, Eſſe non eſt accidens deo, ſed ſubſiſtens
veritas, manens cauſa, & naturalis proprietas. ¶ (4) ELEVAVERVNT flumina dñe, eleuaue-
runt flumina vocem ſuam.] ¶ (5) ELEVAVERVNT flumina fluctus ſuos,] Per flumina quæ ele
B uauerunt vocem ſuam, quidam intelligunt primos ac principales Chriſtianæ fidei prædicatores, qui
flumina appellantur, quoniam aquam ſapientiæ ſalutaris cordibus hominũ infuderunt, & hi tãquam Eccle.15.
fideles eleuauerunt vocem ſuam, rationabiliter loquendo & fidem Chriſti publice prædicando. Per
flumina vero quæ eleuauerunt fluctus ſuos intelligunt perſecutores eccleſiæ, ſcilicet principes ſacer-
dotum, imperatores Romanos, cæteroſq; tyrannos Chriſtianam doctrinã reprobantes & extirpare
conantes. Hi nãq; ſicut peruerſi ac reprobi eleuauerunt non vocẽ rationalem, ſed fluctus ſuos.i.gra-
ues comminationes, verba blaſphemiæ, impetus paſsionum, perſecutionéſque duras cõtra eccleſiam
Chriſti & flumina dei. Quidam vero vtraq; flumina cum ſuis eleuationibus exponunt de aduerſariis
Chriſti & perſecutoribus ſacroſanctæ eccleſiæ: flumina autem, hoc eſt tyranni eleuauerunt fluctus
ſuos [A vocibus aquarum multarum] id eſt, per ſermones ſeu verba multorum populorum, qui edi-
cta tyrannorũ perduxerunt ad actum. Erant nanq; miniſtri & executores ſententiæ, quam contra ec
cleſiam dictitabant tyrãni. ¶ (6) MIRABILES elatiões maris,] hoc eſt, mirabiliter magnæ &
atroces erant perſecutiones ſeculi huius ſeu hominum impiorum aduerſus Chriſti Eccleſiam. Sed &
[MIRABILIS in altis dominus] id eſt, Chriſtus qui martyres ſanctos confortauit, eccleſiãq; pro-
texit, mirabilis apparebat, & ſuam omnipotentiam oſtendebat tempore perſecutionũ eccleſiæ, in al-
tis, hoc eſt in magnis miraculis, in ſublimibus ſignis, in prodigiis inauditis: quæ fecit deus per ſuos fi-
C deles, in tantum vt inter crudeliſsimas perſecutiones eccleſia non ſolum non timeret neq; deficeret,
ſed mirabiliter dilataretur, augeretur, confortaretur, & cum ingenti alacritate vniuerſa tormẽta per-
ferret, donec tandem tyranni deficerent, ipſumq; Romanum imperium fidei Chriſti collum ſuũ ſub-
iiceret. Propterea. ¶ (7) TESTIMONIA tua] ô Chriſte, id eſt, quæcunque ſacra ſcriptura teſta
tur de te, videlicet vaticinia prophetarum, verba euangeliſtarum, articuli fidei [CREDIBILIA fa-
cta ſunt nimis] propter miracula quibus fidem confirmaſti. Duæ ſunt partes legis diuinæ, vtpote te-
ſtimonia & præcepta. Teſtimonia pertinent ad credenda, præcepta ad operãda. Duo quoq; ſunt mo
di probandi veritatem, videlicet naturalis rationis argumentatio, & diuinorum miraculorum opera-
tio. Teſtimonia autem fidei Chriſtianæ per naturalem rationem probari non valent, quoniam fides
eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, ſecundum Apoſtolum. Probãtur Hebr.11.
autem per diuina miracula.i.per opera talia, quæ fieri nequeunt niſi à deo dũtaxat, ſicut eſt mortuo-
rum reſurrectio, immutatio motus ſolis & lunæ, quæ fiebat Chriſto in cruce pendente, quantũ ad lu- Luc.27.
nam & ſupernaturalem ſolis eclipſim, futurorum pure contingentium certa prænunciatio, ſecretorũ
cordis reuelatio, quæ in nomine Chriſti, & à Chriſto copioſiſsime facta ſunt in lege & plebe Chri-
ſtiana. Ex quibus certiſsime liquet fidem eccleſiæ eſſe veram atque diuinam, vel quod ſolo auditu hor
ribile eſt, deum eſſe falſitatis confirmatorem, hominúmque deceptorem. Idcirco Iohannes, Qui non 1.Iohã.5.
D credit (inquit) in filium dei, mendacem facit deum, quoniam non credit in teſtimoniũ quod teſtificatus eſt Ibidem.
deus de filio ſuo. Et iterũ, Spiritus teſtiſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Hinc etiã Chriſtus ait, Ope Iohan.5.
ra quæ dedit mihi pater quæ facio, teſtimonium perhibent de me. Et iterum loquens Iudæis, Si nõ fa Iohã.10.
cio, inquit, opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non creditis, operibus cre-
dite. Ineffabiliter quoq; roboratur fides noſtra per hoc, quod non ſolũ Chriſtus, ſed & miniſtri eius prę-
dicta ſigna fecerunt, ſicut & Chriſtus ante paſsionem promiſit, Qui credit in me, opera quæ ego fa- Iohã.14.
cio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Nos inſuper euidẽtiſsime ſcimus
quales ſint illi, per quos Chriſtus miracula facit, quoniam homines ſunt in omni virtute perfecti, qui
ſuiipſius priuatum amorẽ penitus expulerunt, atque in dei amore prorſus abſorpti ſunt, fide immobi
les, ſpe longanimes, humillimi, mitiſsimi, innocentiſsimi, in diuino obſequio maxime timorati, feruen
tes, continui. Ecce his bene penſatis, fiunt nobis teſtimonia fidei credibilia valde, inconcuſſe creden-
tibus, quoniam poſsibilius eſſet cælũ & terram perire, quàm vnum apicem de lege Chriſtiana falſifi- Luc.16.
cari. Propter quod monet Apoſtolus, Abundantius oportet nos obſeruare ea quæ audiuimus. Quo- Heb.2.
modo enim effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ in nos confirmata eſt, conteſtante deo
ſignis & portentis & virtutibus & ſpiritus ſancti diſtributionibus? [DOMVM tuam] hoc eſt, eccleſiã
ſeu populum Chriſtianum: iuxta illud Apoſt. Scias quomodo oportet te conuerſari in domo dei, quę
eſt eccleſia [DECET ſanctitudo] id eſt, ſancta conuerſatio & cordis munditia [DOMINE in longi- 1.Tim.6.

Luc.2. tudinem dierum] hoc est,perseuerăter,quamdiu subsistit,vt seruiat tibi in sanctitate & iustitia omni- E
1.Pet.1. bus diebus suis,quemadmodum Petrus ait,Secundum eum qui vocauit vos,sanctum, & ipsi sancti in omni conuersatione sitis.Ecce psalmum breuem verbo,sed sensu vberrimum,veritate conspicuũ,mysteriis plenum,præconio dei dulcissimum,venustissimúmq; audiuimus, in quo anima sancta dulce,fi
2.Cor.7. duciale ac amorosum habet cum deo colloquium . Non ergo sine deuotione præcipua cantetur hic
2.Co.6. psalmus à nobis:& vt sic eum mereamur cantare,purgemus nos ab omni inquinamẽto carnis ac spi-
Sapiẽ.7. ritus,quatenus corpus nostrum templum spiritus sancti, & anima nostra sedes sit æternæ sapientiæ,
Deut.8. scilicet Christi,sicq; sanctitudo ornet animam nostram & carnem spiritui obedientem , vt impleatur
Matth.5. in nobis quod Moses docet,Perfectus & absq; macula eris cum domino deo tuo . Vnde & Christus ait,Estote & vos perfecti,sicut & pater vester cælestis perfectus est. Omnino enim condecens est,vt domus suo habitatori conformetur & proportionetur.Si ergo esse optamus domus Christi , necesse est vt eius conuersationem sequamur,eiúsque sanctitati assimilemur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCIII.

### ℭExpositio Tituli.

ASsignatur psalmo præsenti hic titulus,Psalmus Dauid quarta sabbati,id est psalmus iste , qui F est Dauid prophetæ sicut authoris,agit de his quæ signantur per opus quartæ diei sabbati seu
Gen.1. septimanæ.Quemadmodum enim scriptum est in Genesi,Quarta die facta sunt sydera cæli, & duo luminaria magna,videlicet sol & luna, quæ secundum diuinum præceptum velocissime cur-
Eccl.43. runt,creatori suo promptissime seruiunt,sicut de sole scriptũ est,Magnus dominus qui fecit illum,& in sermonibus eius festinauit iter.Per sydera vero & luminaria cæli, designantur electi ac iusti,quib*
Philip.2. ait Apostolus,Omnia facite sine murmuratione,vt sitis irreprehensibiles in medio nationis prauę & peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. De horum patientia,obedientia ac zelo iustitiæ agit hic psalmus,in primis ostendens errorem ac iustam damnationem eorum,qui diuinam prouidentiam negant,aitque.

### PRECATIO,

*Deus auxilium spei nostræ,in omni necessitate esto refugium familiæ tuæ,mitiga nobis à diebus malis,& semper lætificent animam nostram consolationes tuæ pietatis.*

### ℭExpositio Psalmi.

DEvs vltionum] id est,iustarum punitionum [DOMINVS] quoniam ex pro- G pria potestate ac æquitate vlciscitur de iniquis,quando,vbi,quomodo,& quãtum vult.Non est autem qui possit eum in hoc impedire siue arguere:ideo additur, [DEVS vltionum libere egit] id est,secundum quod ei placet. Nõ enim superioris alicuius legi subiicitur,sed eius voluntas est causa omnis legis creatæ.Vnde ait Apostolus,Omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ.
Ephe.2. Et rursus,Cuius vult miseretur,& quem vult indurat . Nec dissonat quod ipse
Rom.9. per Mosen ait,Miserebor cui voluero,& clemens ero in quem mihi placuerit.
Exod. 33 De iusta vero repentina ac libera vltione dei,in Deuteronomio scriptũ est,Dominus deus fortis est,
Deut.7. reddens odientibus se statim,ita vt disperdat eos , & vltra non differat , protinus eis restituens quod
Naum.1. merentur:Et Naum propheta ait,Deus æmulator & vlciscens dominus & habens furorem, vlciscẽs ipse in hostes suos.Deinde Propheta conformans suum affectũ diuinæ iustitiæ orat. ℭ(2) EXALTARE] id est,iustitiam tuam declara,atq; te summum esse iudicẽ vniuersorum ostende [QVI iudicas terram] id est,habitantes in terra, [REDDE retributionem] hoc est,iustam pœnam [SVPERBIS] tibi rebellibus,puniendo eos nũc temporalibus pœnis,ne æternaliter pereant. Debemus enim
Lucæ.6. pro omnibus orare in bonum,nec alicuius æternam damnationem appetere:cum iubeamur inimicos diligere,& de nullo desperare. Verũtamen conditionaliter possumus exorare pro impiorum damnatione perpetua,scilicet si conuerti despiciunt,& obstinati permaneant,& tũc expedit eis vt cito mo-
Rom.2. riantur & pereant,ne diu viuẽdo thesaurizent sibi iram in die iusti iudicii dei.De talibus enim apud H
Amos.3. Amos prophetam dicitur,Nescierunt facere rectum thesaurizantes impietatem. ℭ(3) VSQVEQVO] id est,quamdiu [PECCATORES domine] iuste iudex [VSQVEQVO peccatores gloria-
Prou.2. buntur] non vera sed falsa ac pessima gloriatione,videlicet cũ malefecerint exultantes in rebus pessi
Iacobi.1. mis:de quibus Iacobus,Nunc (ait)exultatis in superbiis vestris.Omnis exultatio talis maligna est.Et vsquequo domine, ℭ(4) EFFABVNTVR & loquentur] id est,corde & ore dicent[INIQVITATEM,] id est,verba iniqua [LOQVENTVR] inquam talia [OMNES qui operantur iniustitiã] id est,opera diuinis præceptis contraria. ℭ(4) POPVLVM tuum domine] tibi obedientem,electum & pium,[HVMILIAVERVNT] hoc est,contempserunt ac oppresserunt [ET hæreditatem tuam] videlicet populum iam prædictum,quem tu hæreditarie possides, ipsum colendo,fœcundando,conseruando,donec eum in vitam æternam promoueas. [VEXAVERVNT] nam ℭ(5) VIDVAM] solatio viri sui priuatam [ET aduenam] scilicet peregrinum,compatriotarum auxilio destitutum,[INTERFECERVNT,& pupillos occiderunt.] Isti sunt specialiter populus atque hæredi
Deut.10. tas dei,& deus specialiter vindicat eorũ iniurias:iuxta illud,Deus magnus,fortis atque terribilis facit
Eccle.3. iudiciũ pupillo & viduæ,amatq; peregrinũ.Sed quia veraciter scriptũ est,Peccator adiiciet ad peccãdum,idcirco istis malignis non sufficit peccare hoc modo in proximũ,sed insuper peccant in deũ, &

A ſicut Iudas apoſtolus in ſua Canonica dicit, Eum qui emit eos dominum negant, dominationem con
temnunt, maieſtatem blaſphemant, vnde ſubiungitur. ℂ(7) E T dixerunt: non videbit dominus]
nos [N E C intelliget deus Iacob] patriarchę ſeu populi ex eo nati opera noſtra, quaſi dicāt, Deus nō
habet particularē cognitionē de indiuiduis ſpeciei humanæ, nec diſtincte intelligit actus humanos, &
per conſequēs non eſt timendū diuinum iudiciū, nec retributio in alio ſeculo expectanda. Hic eſt peſ
ſimus error negantium prouidētiam dei, ex quorum perſona dicitur in libro Iob, An cogitas ꝙ deus Ioh.22.
circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat? De quibus etiam dominus ait per Malachiam Malac.3.
prophetam, Inualuerūt ſuper me verba veſtra: & dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit domino. Et quod emo Ierem.23
lumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? Contra hos arguit dn̄s per Ieremiā dicēs, Si occultabi-
tur vir in abſconditis, & ego non videbo eum? Nunquid non cælū & terram ego impleo dicit domi-
nus? Nunc vero plenius argumentatur contra eos Propheta. ℂ(8) I N T E L L I G I T E] quæ ſe-
quūtur ô [I N S I P I E N T E S in populo & ſtulti] hoc eſt, vera fide atq; notitia diuinorū priuati [A L I
Q V A N D O ſapite] hoc eſt, cū intellectuali ſapore intendite iſtud. ℂ(9) Q V I plantauit aurem,
non audiet?] hoc eſt, deus qui dedit hominibus ſenſum auditus, & ex fonte propriæ ſapiētiæ inſtituit
modū, viam ac ordinē, quo alii audiunt, præuidens ſcilicet quid ad audiendum exigatur, & neceſſaria
ad audiendum donans, non audiet ipſe? hoc eſt, an ipſe intellectualiter non cognoſcet quod tu ſenſi-
B biliter audis? quaſi dicat, imo: niſi enim ipſe omnia præcognouiſſet, ſcilicet naturam verborū atq; ſo-
norum, cætera quoq; prædicta non potuiſſet organū auditus plātaſſe. Et ſimili modo de oculo arguit
[A V T qui finxit oculum] corporalem & interiorem [N O N conſiderat?] quaſi dicat, vtique. Nam
quicquid perfectionis reperitur in creaturis, excellētius perfectiúsq; in creatore cōſiſtit. ℂ(10) Q V I Exod.14
corripit gentes] hoc eſt, qui peccatores in hac vita flagellat pro culpis, vt patet in Pharaone & in po Iudic.1.
pulo eius quos ſubmerſit, & Chananæis, quos per filios Iſrael interfecit. Vel, qui corripit gentes, hoc
eſt peccata earum redarguit per prophetas & alios ſanctos. [N O N arguet] etiam vos? quaſi dicat, imo
vos arguet atque damnabit, ſicut per Ieremiam frequenter teſtatur, Nunquid ſuper his non viſitabo, Ierem.5.
& in gente huiuſcemodi non vleiſcetur anima mea? [Q V I docet hominem ſcientiam] dando ei legē
ſcriptam & euangelicam. Nonne & ipſe ſcientiam prouidētiámque habebit vitæ humanæ? Qui vel-
let hæc ſubtiliter conſiderare ac proſequi, poſſet ex eis inſolubiles rationes elicere, ad oſtēdendū pro-
uidentiam dei, atque diſtinctā cognitionem intellectus diuini de omnibus rebus creatis. ℂ(11) D O-
M I N V S ſcit cogitationes hominū.] omnia enim aperta ſunt oculis eius & nuda. [Q V O N I A M va
næ ſunt] hoc eſt, hoc ſcit de eis ꝙ inanes ac fatuæ ſunt. Hoc autem probat dominus in Apocalypſi,
increpando mulierem nephariam Iezabel, minando ei pœnam duriſsimā: vnde concludit, Et ſcient Hebr.4.
omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutans corda & renes, & dabo vnicuiq; ſecundū opera ſua. Hunc ver
C ſum allegat Apoſtolus hoc modo, Dominus ſcit cogitationes prudentium, quoniam vanæ ſunt. 2.Cor.1.
ℂ(12) B E A T V S homo quem tu erudieris domine] per inſpirationem internam, per illuminatio-
nem occultam, ſpecialem atque continuam. [E T de lege tua] data per Moſen atq; per Chriſtū [D O-
C V E R I S eum] dando ei gratiam ſane ac lucide intelligendi, obſeruandiq; eam. Propterea ad Co- Coloſſ.1.
loſſenſes orat Apoſt. Poſtulamus vt impleamini agnitione voluntatis dei in omni ſapientia & intelle Ephe.1.
ctu ſpirituali, vt ambuletis digne deo, per omnia creſcētes in ſciētia dei. Et ad Ephe. Pater gloriæ det Oſee.4.
vobis ſpiritum ſapientiæ, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ. Vnde ait ſermo diuinus, Populus Sapien.1.
non intelligens vapulabit. Sed quia ſecundum ſcripturam, in maliuolam animam non introibit ſapiē
tia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: idcirco qui hanc beatitudinem diuinæ eruditionis con-
ſequi cupit, remoueat obicem, hoc eſt, peccata abhorreat, pœniteat, confiteatur, ſe corrigat, túcq; pro
gratia diuinæ illuſtrationis exoret, & experietur verum eſſe quod ſcriptum eſt, Si quis indiget ſapien Iacobi.1.
tia, poſtulet à deo, & dabitur ei. Itaq; dn̄e beatus quem ita docueris, ad hoc ſcilicet. ℂ(13) V T mi-
tiges ei] tempus huius exilii [A diebus malis] in quibus maligni & impii gloriātur & florent. Ipſe ve-
ro tribulatur & plangit, hoc eſt, vt pie ac dulciter ſecum agas, quatenus tribulationis quæ ſibi contin
gunt æquanimiter patiatur, neque de impiorum proſperitate triſtetur, arbitrādo eam aliquid eſſe, aut
appetibilem fore. Mitiges (inquam) ei tam diu [D O N E C fodiatur peccatori fouea.] monumenti &
D lacus inferni ei præſtetur, id eſt, donec peccator moriatur, corpusq; eius in ſepulchro, anima vero in
inferno locetur: quo facto ipſum à te eruditum tandem perduces ad gloriam. Hæc autē beneficia da-
bit deus petentibus ſe. ℂ(14) Q V I A non repellet dominus plebem ſuam] fidelem, id eſt preces
eius non ſpernit, deſideria eius adimplet, obſequiumque acceptat. [E T hæreditatem ſuam] id eſt, gre
gem electorum [N O N derelinquet] finaliter. Propter quod ait Apoſt. Non repulit dominus plebem Rom.11.
ſuam, quam præſciuit. Et Saluator, Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri dare vobis re- Lucæ.12.
gnum. Non itaq; derelinquet eā. ℂ(15) Q V O A D V S Q V E iuſtitia] eius [C O N V E R T A T V R]
id eſt, procedat [I N iudicium] .i. in actum ſeu executionē iuſtitiæ, dādo bonis & malis cōgrua præ-
mia, quod erit in die iudicii. Interim ergo deus ſuos cuſtodit per gratiā, ne decipiantur, & penitus op
primantur ab impiis: poſt iudiciū vero eos cuſtodiet per gloriam, vt nihil mali patiātur à malis [E T
qui iuxta illam?] id eſt, qui homines nunc diuinæ iuſtitiæ acquieſcūt, & in futuro iudicio ei concordi-
ter adhærebunt? Reſpondet [O M N E S qui recto ſunt corde] .i. omnes iuſti. Horū nāq; intentio, affe-
ctio, & cōuerſatio, diuinæ iuſtitiæ placet, adhæret, & æternaliter cōiungetur. Nam cum ſimilitudo ſit
cauſa amoris ac vnionis, deus iuſtus iuſtos ſibi coniungit eosq; diligit. Vnde Moſes ait, Notum faciet
dn̄s qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi, & quos elegerit appropinquabūt ei. Deinde Pro- Num.16.
pheta in perſona hominis iuſti loquēs, accenſus amore dei ac proximi, zelo zelatur pro domino exer 3.Re.19.
cituum, atq; pro conſeruatione ſeruorum dei in bono. & ait, ℂ(16) Q V I S conſurget mihi] id eſt,

ad salutem meã [ADVERSVS malignantes?].i.quis me iuuabit vt malignis resistam,eorúmque im- E
pia gesta impediam,ne eorum malo exemplo aliquis inficiatur,& deo à multis irreuerẽtia irrogetur?
[AVT quis stabit mecum].i.quis mihi constanter assistet [ADVERSVS operãtes iniquitatem?] ne
ipsi quod moliũtur exequi valeant,sed iusta pœna plectantur.Hoc sancto zelo inflammatum erat cor
Exod. 23 Mosi,qui dixit cum fecissent filii Israel vitulum aureum atque conflatilem, Si quis est domini,iunga-
tur mihi,& ponat vir gladiũ super fœmur suum,& occidat vnusquisque fratrem & amicum & proxi
mum suũ. (17) NISI quia dñs adiuuit me] id est,si dominus non adiuuisset me aduersus malignos
[PAVLOMINVS] id est,pene [IN inferno habitasset anima mea].i.eorum malis consiliis impiisq;
exemplis seductus fuissem,mortaliterq; peccassem,& ita habitasset anima mea in inferno post termi-
num vitæ pręsentis,& etiã in hac vita habitasset in inferno, faciendo opera,quibus ad infernum ve-
nitur: quemadmodum viatores sancti dicũtur habitare, & cõuersationem habere in cælo,qm̃ faciunt
opera,quibus ad regnum cæleste pertingitur.Vel,in inferno.i.in peccato mortali,quod est causa per-
ueniendi ad pœnas inferni,imo veraciter dicere potest omnis qui mortaliter deum offendit, & tamẽ
nondum in infernũ proiectus est,Nisi quia dominus adiuuit me.i.nisi pietas dei misericorditer mecũ
egisset,totaliter habitasset per damnationem æternam in inferno anima mea. Dum enim hõ morta-
liter peccat,meretur omnibus beneficiis gratiæ dei priuari,& pœnã æternam incidere:vnde ꝙ pœna
Thren.3. inferni sibi differtur,misericordiæ dei asscribere necesse est.Ideoq; à Ieremia dicitur,Misericordię do F
mini,quia non sumus consumpti. Qm̃ vero ad humilem propriæ infirmitatis confessionem,sequitur
pia subuentio dei,subiungitur, ❡(18) SI dicebam] mente coram te seu corde in humili cõfessio-
ne [MOTVS est] à rectitudine vitæ,& obseruatione legis diuinæ [PES meus] id est,affectus cordis
mei seu gressus conuersationis meæ, [MISERICORDIA tua dñe adiuuabit me.].i.tunc misericor
Iob.13. dia tua statim mihi subuenit,indulgentiam præstitit,gratiámq; infudit. Vnde Iob, Vias (inquit) meas
in conspectu eius arguam,& ipse erit saluator meus.Hoc autẽ cõsequenter clarius manifestatur.
❡(19) SECVNDVM multitudinem dolorum meorum in corde meo] .i.secundũ quod multiplici-
ter afflictus sum corde pro iustis causis,scilicet pro peccatis propriis aut alienis,pro dilatione felicita
tis æternæ,pro iniuria maiestatis diuinæ [CONSOLATIONES tuæ lætificauerunt animã meam]
id est,multiformiter consolatus es me cõsolatiõe spirituali,occulta,angelica. Hoc est,quod dicit Apo
2.Cor.1. stolus,Sicut abundant passiones Christi in nobis,ita per Christum abũdat consolatio nostra. Et de-
Ibidem. nuo,Benedictus deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Hinc alibi quoq; scriptum est,
Tob.3. Post tempestatẽ domine tranquillum facis,& post fletum exultationem infundis. Omnis nempe qui
pro causa honesta affligitur,dummodo afflictionem suam æquanimiter toleret, omnémq; carnalẽ ac
vilẽ delectationem despiciat,promeretur consolari à dño tanto exuberantius,quanto abundãtius do- G
let.Si igitur ad diuinarũ consolationum, quæ verę dulcissimæq; consistunt,gustum pertingere niti-
mur,multarum tribulationum afflictionẽ perpeti non dedignemur,sed gratulemur,quoniam si socii
fuerimus passionis,erimus & socii consolationis,secundum Apostolum. ❡(20)NVNQVID ad-
2.Cor.1. hæret tibi sedes iniquitatis] id est,anima iniusta,quæ est sedes peccati,sicut anima iusta est sedes sapiẽ
Sapien.7 tiæ & virtutis?id est,nunquid peccator tecũ erit,aut tibi placebit,[QVI fingis laborem in pręcepto]
id est,qui facis quandã difficultatẽ esse in obseruatione præceptorum tuorũ? Nõ enim sine labore im
plemus diuina mãdata.Nam secũdum Philosophum,Ars & virtus sunt circa difficilia. Propter quod
Psalm.16 dictum est supra,Propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras.Itaq; dicit,Nunquid adhę-
ret tibi?&c.quasi dicat,nõ,quoniam sicut alibi habetur,Deus fidelis & absq; vlla iniquitate,iustus &
Deut.32. rectus,idcirco iniusti nequaquam ei adhærent,præsertim cum Salomon dicat, Longe est dñs à pecca
Prou.15. toribus.Peccata enim diuidũt inter deũ & nos,sicut Esaias asserit. Vel qui fingis laborẽ in præcepto,
Esa.59. id est qui formas,facis & plasmas de ipso labore atq; dolore præceptum, qm̃ præcipis nos in hac vi-
Matt.11. ta laborare atq; dolere,dicendo,Beati qui lugent. Et iterũ,Regnum cælorũ vim patitur, & violenti
2. Tim.2 rapiũt illud.Propter quod Paulus,Labora (inquit) sicut bon⁹ miles Christi.Et Iacobus, Risus vester
Iacobi. 4 conuertatur in luctum,& gaudium in mœrorem.Potest quoq; hic versus ad hominẽ dirigi,& de pec
Psalm.1. catore exponi,eritq; sensus,Nunquid ô homo adhæret tibi sedes iniquitatis,id est nunquid insepara
biliter adhæret tibi iniquitas,seu habituatio in peccato,quæ est cathedra pestilentiæ,qui fingis laborẽ
in præcepto.i.qui mendaciter dicis te non posse dei mandata implere?quasi dicat,non. Potest enim H
se homo corrigere quamdiu in via est.Istud dicitur contra eos,qui cum admonentur cessare à pecca-
to,& viam pœnitentiæ introire,respondent,Non possum consuetudinem meam relinquere, nec mũ
dum deserere,nec concupiscentias refrenare.Itémq;,non possum ieiunare,multum orare,diu vigila-
re,in solitudine esse.Horum damnatio iusta est,quoniam mentiuntur,& deum indiscretum affirmãt,
quasi deus aliquid impossibile iusserit.fatentur quoq; suum affectum diuinæ volũtati omnino esse cõ
trarium. ❡(21) CAPTABVNT].i.frequenter violentiam facient [IN animam iusti] quatenus
falsis persuasionibus,peruersis operibus,minis aut blandimentis eam à virtutibus separent,grauẽt,ac
Ezech.13 perimant. Vnde talibus dñs ait, Mœrere fecistis cor iusti mendaciter,quem ego non contristaui,& cõ
Iob.19. fortastis manus impii. Et vir iustus ait iniquis, Vsquequo affligitis animam meam,& atteritis me ser-
monibus? En decies confunditis me,& non erubescitis opprimentes me.[ET sanguinẽ innocentem]
id est,hominem iustum ac simplicem [CONDEMNABVNT] vitã eius reprobando,seu ipsum mor
Ezec.13. te dignũ asserendo.Ideoq; scriptũ est, Interfecerũt animas quæ non moriũtur,& viuificabunt animas
quæ non viuunt. ❡(22) ET factus est mihi dominus in refugium] qm̃ dedit mihi charitatem &
spem,quibus ad ipsum fiducialiter in omni necessitate confugio.[ET deus meus] factus est mihi,[IN
adiutorium spei meæ] id est,deus ad effectum perducet spem meam, cooperando mihi per gratiam

A ſuam,ita vt non fruſtrer ſpe mea,ſed omnia poſsim in eo qui me confortat. ¶ (13) E T reddet illis] Philip. 4
ſcilicet impiis[INIQVITATEM ipſorũ] .i.iuſta tormenta,quæ eorũ peccata merẽtur,prout apud
Iohelem aſſerit,Cito velociter reddam vicißitudinẽ ſuper caput veſtrum. [ET in malitia eorũ] hoc Iohel.3.
eſt,propter malam vitam eorum [DISPERDET] id eſt,diuerſimode perdet[EOS ]prout ſinguli di
uerſimode promerentur:dabit enim vnicuiq; tantum de pœna,quãtum gloriatur in culpa: iuxta illud
Iohan.in Apoca . Quantum glorificauit ſe,& in delitiis fuit,tantum date illi tormentum & luctum. Apoc.18.
[DISPERDET illos dñs deus noſter] Chriſtus omniũ iudex in die iudicii dicet ad eos, Ite maledi-
cti in ignem æternũ.Diſcamus ex pſalmo præſenti diuinam vltionẽ metuere,omniáque peccata cor- Matt.25.
dialiter abhorrere,nedũ pſalmum hunc dicimus os noſtrum condemnet nos. Nam ſicut in Eccleſia-
ſtico legitur,Dum maledicit impius diabolũ,maledicit ipſe animam ſuam : ſic dũ peccator vitia exe- Eccle. 12
cratur,ſemetipſum condemnat.Propter quod dicit Apoſt. In quo alium iudicas,teipſum cõdemnas. Rom.2.
Taliter ergo Chriſto iudici miniſtremus,talitérq; diuinę voluntati ipſius noſtrum conformemus af-
fectum,vt mente ſyncera atque ſecura contra peruerſos cum ipſo loquamur,eiúsq; prouidentiã ac ri
goſum iudicium indeſinenter penſemus:dicentes cum S. Iob, Nõne deus conſiderat vias meas,& o- Iob.31.
mnes greſſus meos dinumerat ? Itemq;, Verebar omnia opera mea,ſciens ꝙ non parceres delinquen Iob.9.
ti.Poſtremo,quia in pſalmis iam explanatis ſæpe fit mentio de ſabbato,ſciendũ ꝙ triplex eſt ſabbatũ,
B videlicet ſabbatum temporis,quod eſt dies hebdomadæ,ſeu ipſa hebdomada. Secundũ, eſt ſabbatum
mentis,id eſt,quies conſcientiæ immaculatæ. Tertium vero eſt ſabbatum æternitatis,de quo agitur in
pſalmo præſenti.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCIIII.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

HVius præterea pſalmi titulus eſt, Laus cantici ipſi Dauid.i.pſalmus præſens,qui eſt laus ſpi
ritualis exultationis,de cõtemplatione diuinitatis concepta, cantatur ipſi Dauid.i.Chriſto.
Dum nãq; in titulis dicitur ipſi Dauid, per Dauid intelligitur Chriſtus communiter . Agit
nanq; hic pſalmus de tempore gratiæ,quo per Chriſti myſteria ad requiẽ ſempiternam deducimur.
Loquitur itaq; pſalmus iſte de Chriſto & eius aduentu,atq; introitu cæleſtis quietis ſeu regni cælo-
rum.Nam Paulus apoſtolus ad Hebræos pſalmum iſtum allegat ab illo verſu,Hodie ſi vocẽ eius au- Heb.3,4
dieritis,vſq; ad finem,tanquam loquẽtem de Chriſto, & ingreſſu regni cæleſtis nobis per Chriſtum
patefacto,vbi etiam aſſerit pſalmum iſtũ à Dauid compoſitum,inter cætera ſic dicẽs , Propter quod
determinat alium diem in Dauid,dicendo,Hodie ſi vocem eius audieritis &c. Ex quo abſolute con-
C cluditur omni Chriſtiano,quod dictum Hebræorum dicentium, vndecim pſalmos iſtos,ſcilicet, Do- Pſal.94.
mine refugium factus es nobis,& eos qui ſequuntur vſq; ad pſalmum qui incipit, Miſericordiã & iu- Pſal. 100
dicium cantabo tibi domine,inter quos hic pſalmus continetur,editos à Moſe,falſum ſit. Et quidam
qui Hebræos ſequens,affirmat hos pſalmos à Moſe factos,iſto excepto, fundamento ruinoſo inniti-
tur.Denique vbicunq; in ſcriptura Canonica noui teſtamenti allegantur verba pſalmorũ,vel nullus
author,vel Dauid exprimitur. Vnde probabile valde eſt oẽs pſalmos à Dauid cõſcriptos.Nec valet ſi
quis dicere velit,ideo interdum non exprimi Dauid,quia non omnes pſalmos compoſuit , quoniam
etiam in illorũ allegatione pſalmorum,quos omnes concorditer dicunt à Dauid factos , non ſemper
exprimitur ipſe Dauid in ſcriptura noui teſtamenti,quemadmodum ſubtiliter conſideranti pateſcit.
Inuitans itaq; ſanctus Propheta nos omnes ad præcordiale pręconium ſummæ Trinitatis,vnius ve-
ri ac ſimplicis dei ſeu Chriſti,qui in vnitate perſonæ eſt deus & homo,ait,

### PRECATIO,

*Tuæ largitatis dono,accepto continuæ pacis bono exultemus & iubilemus tibi deo ſalutari noſtro:præſta nos co-
gnoſcere uiam tuam,quam perambulantes,te iuvante intremus in requiem tuam.*

D

### ¶ EXPOSITIO Pſalmi.

VENITE ] mentis affectu,& ſi opus eſt etiã corporis greſſu, quatenus mẽte &
corpore adunati,agamus quæ ſequuntur. Venite qui diſtatis à deo per repro-
bam vitam: venite inquam,id eſt,ad ea quæ ſequuntur vos præparate per hu-
milem confeſsionem & ſatisfactionẽ iniquitatũ veſtrarũ. Venite ô omnes de-
uoti ac religioſi,id eſt à diuerſis ac multis rebus,quæ non ſunt neceſſariæ,mẽ-
tes veſtras abſtrahite, & ad illud vnum,quod ſolum neceſſarium eſt, accedite.
Venite per fidei contemplationem,per ſpei certiſsimã præſtolationẽ, per cha
ritatis feruorem. Venite per puritatem mentalem,per laudẽ vocalem,per con Luc.10.
uerſationem laudabilẽ. Venite cognoſcendo,diligendo & operando [EXVLTEMVS domino].i.tã
vehemẽter intus in dño gaudeamus,atq; ad gloriam eius iucũdemur, vt interioris lætitiæ ſigna foris
appareant. Exultemus ergo domino,id eſt de eius bonitate immenſa & beneficiis gloriemur,quẽad-
modum Abacuc dicit, Ego autem in domino gaudebo,& exultabo in deo Ieſu meo. [IVBILEMVS Abac. 3
deo ſalutari noſtro]id eſt,in Chriſto noſtro ſaluatore,ſeu deo trino ſaluatore ac ſalutari noſtro,id eſt
ſalutis noſtrę obiecto & cauſa,tam exuberãter lætemur in anima,vt gaudiũ illud præ ſuo exceſſu nec
penitus poſsit reſtringi ſeu occultari,nec integre explicari. Exultatio nanq; eſt exhilaratio mentis,fo
ris oſtenſa per ſenſibilia ſigna,quoniam exultare eſt extra ſe ſaltare . Iubilatio autem eſt tam copioſa

mentis in deo iucũditas, vt nec penitus contineri, nec plene valeat exprimi. ℂ(2) PRAEOCCV- E
PEMVS faciem eius] id est, aspectũ dei nostri, seu eius præsentiam præueniamus : ita quod ipsum in
Matth.6. primis quæramus, quemadmodũ scriptum est, Primum quærite regnum dei, & iustitiam eius. Præoc-
cupemus inquam [IN CONFESSIONE] iucunda suæ bonitatis, in confessione quoque dolo-
rosa nostræ prauitatis. Vel, Preoccupemus faciem eius, id est, futurum eius aduentum, quo in iudicio
præsens videbitur, præueniamus in confessione peccatorum nostrorum, studentes mitigare eius fu-
rorem, ipsumque placatum habere in die iudicii, quia tunc hilariter eum sunt visuri, qui modo quo-
tidie satagunt ei reconciliari. Vel, Præoccupemus faciẽ eius. i. omnia diuinæ venerationis impedimen
ta in primis à corde nostro proiiciamus, & antequam aliquam cogitationẽ extraneã, aut phantasma
inane admittamus, præueniamus, contẽplemur, ac honoremus dei præsentiã. [ET in psalmis] i. can-
ticis spiritualibus, carminibus quoq; deuotis [IVBILEMVS ei.] ipsum ore laudando, quemadmo-
Ephe.5. dum docet Apostolus, Implemini spiritu sancto, cantãtes & psallẽtes in cordibus vestris domino sem
per. Hunc psalmũ in principio matutinarũ proferimus, quatenus cor nostrũ ex verbis igneis psalmi
præsentis diuini amoris calore flammescat, diuinumq; obsequiũ hilariter, prõpte, ac feruide inchoet,
non pigra, vaga, frigida, indeuotaq; mẽte. Sed & cum soli sumus dicere possumus, Venite exultemus
domino, &c. id est, ô omnes vires animæ meæ, tota substãtia mea, ô omnia quę intra me sunt, & prę-
sertim ô ratio, volũtas, atq; memoria venite, ita quod ratio diuina consideret, voluntas eadẽ appetat, F
memoria autem stabiliatur in illis: exultemus concorditer dño, sicut iam dictũ est. Consequenter assi-
gnantur variæ causæ, cur ista agere debeamus. ℂ(3) QVONIAM deus] trinitas, seu Christus deus
incarnatus, est [MAGNVS dominus] qm̃ in ditione eius vniuersa sunt posita, & non est qui possit
Ester.13. eius voluntati resistere, vt scriptum est in libro Ester. Ipse quoq; est [ET rex magnus] imo immensus
atq; omnipotens [SVPER omnes deos] qui per gratiam facti sunt diuinæ naturæ consortes, videli-
cet super omnes sanctos in cælo terrâq; viuẽtes. Omnes enim hi dii sunt creaturæ summi dei, ab eius
excellentia infinite deficientes, & solus deus est vniuersalis dominus ac generalis rex : creaturæ vero
sortiuntur ab eo aliquod particulare dominium, specialeq; regnũ, & comparantur ad deum sicut mi-
nistri ad dominũ, instrumenta ad principalem agentem, causæ secundæ ad causam primam ac indepẽ
Rom.13. dentem. Vnde Apostolus, Non est potestas nisi à deo, & qui potestati resistit, dei ordinationi resistit:
minister enim dei est, scilicet princeps terrenus. Hinc etiã Ietro cognatus Mosi, auditis mirabilibus
Exod.18. dei, dixit, Nunc cognoui quoniã magnus dñs super omnes deos. [QVONIAM nõ repellit dominus
plebem suam] Hoc ad Iudæos referri potest, quos deus non totaliter destruit, quia reliquiæ per ele-
ctionem saluæ factæ sunt, secundum Apostolum, & in fine seculi conuertentur ad Christum, propter
Rom.11. quod de eis dicit Apost. Nunquid repulit dñs plebem suã? Absit. Melius tamen exponitur de populo G
Iohan.6. Christiano, Christi sacratissimo sanguine liberato, quem Christus non repellit sicut testatur, Eũ qui
Psalm.95 venit ad me non eiiciã foras. Hæc verba in præcedenti psalmo dicta atq; exposita sunt, nec pertinent
ad psalmum hunc, quamuis quotidiano officio annectantur. Deus itaque est rex magnus &c.
ℂ(4) QVIA in manu eius sunt omnes fines terræ] id est, in sua potestate consistunt omnia clima
ta mundi, & habitatores eorum, videlicet omnes gentes. Omnia enim creauit, cõseruat, destruere po
test, & de gentibus quas vult misericorditer saluat, & quas vult iuste relinquit ac damnat. [ET altitu
dines montium] id est, virtutes, perfectiones, & gratiæ angelorum sanctorum, hominumq; bonorum
seu prædicatorum [IPSIVS sunt] id est Christi, quoniã omnia bona ab ipso originaliter fluunt. Vn
1.Cor.15 de Apostolus, Gratia, inquit, dei sum id quod sum. ℂ(5) QVONIAM ipsius est mare] oceanus
terram circundans, ex quo cætera maria deriuantur [ET ipse fecit illud] sicut & cætera elementa.
Ionæ.1. Propter quod Ionas loquitur, Deum cæli ego timeo, qui creauit mare & aridam. [ET siccam] id est,
terram ex sua natura siccam & frigidam [FVNDAVERVNT manus eius] id est, omnipotens virtus
Prou.3. dei seu sapientia atq; potentia eius: iuxta illud, Dominus sapiẽtia fundauit terrã. Idcirco [VENITE]
secundũ modos prætactos [ADOREMVS] adoratione latriæ soli deo exhibenda [ET procidamus]
id est, humiliter prosternamur [ET ploremus] præ nimio desiderio existẽdi cum deo, & propter no
stra & aliorum peccata [ANTE dominum qui fecit nos] constituẽdo nosipsos in eius præsentia per
3.Re.17. contemplationem fidelem, dicentes cum Elia, Viuit dñs, in cuius cõspectu assistimus, nullam sinistrã
Rom.vlt. intentionem habentes, sed dei in omnibus quærentes honorẽ, atq; illud Apostoli adimplentes, Vna- H
nimes vno ore honorificetis deũ & patrẽ. [QVIA ipse est deus noster] qui creauit nos, nosq; guber-
nat, pascit, conseruat ac perficit. Ideo subditur, ℂ(6) ET nos] sumus [POPVLVS pascuæ eius]
id est, pascuis eius nutrimur mente & corpore, scilicet cibo ac potu corporali, sacramento altaris, &
gratia deuotionis, quæ est optima alimonia mentis, quoniam optimũ est gratia stabiliri cor, secũdum
Heb.13. Apostolum. Sumus quoq; [ET oues manus eius] i. oues potestatis diuinæ, seu in potestate dei con-
stitutæ, quoniam in manu eius est tota salus nostra. ℂ(7) HODIE si vocem eius audieritis] Se-
cundum expositionem certissimam sancti Apostoli, ista dicũtur specialiter ad Iudæos, qui erant tem-
pore euangelicæ prædicationis, quos hortatur Propheta, vt tempore gratię euangelicam legem reci-
piant, ne sint rebelles filio dei, quemadmodum patres eorum rebelles fuerunt deo patri. Ait ergo, Ho
die, id est, tempore gratiæ, quod dicitur dies vt Zacharias ait, In die illa applicabuntur gentes multæ
Zach.2. ad dominum. Et Esaias, In die illa erit germen domini in magnificẽtia & gloria: si vocem eius, id est,
Esaiæ.4. prædicationem Christi vel discipulorũ ipsius audieritis ô Iudæi [NOLITE obdurare corda vestra]
id est, nolite esse increduli & peruersi. ℂ(8) SICVT in irritatione] illa contigit [SECVNDVM
diem tentationis in deserto] id est in die, qua ex incredulitate experiri volebant potentiã meã, & ve-
ritatem verborũ meorum. ℂ(9) Vbi tentauerũt me patres vestri] in deserto, dicẽtes, Est ne deus

A in nobis an non? Hic loquitur Propheta in persona dei [PROBAVERVNT] per experiẽtiam quid Exod.17,
agere possem [ET viderunt] oculis propriis [OPERA mea] mirabilia in AEgypto, in mari rubro Exo.7,8,
atq; deserto. Sumitur autẽ hoc loco si, pro quia, vt sit sensus, si vocẽ eius audieritis. i. quia eã audietis, 9,10.
secũdum quem etiã modũ loquitur Christus Iudæis de Antichristo, Ego veni in nomine patris mei, Exo.14,
& non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Hortatur ergo nos spiritus san- 16.
ctus, ne obduremus corda nostra, repellendo à nobis euangelica documenta, dum vocem seu doctri- Iohan.5.
nam Saluatoris audimus, sicut populus ille Hebræorũ cor suum obdurauit, deum irritans. i. ad iustam
vltionem inducens. Quilibet etiam nostrum verba hæc ad interiora sua dicere potest hoc modo, Ho
die, scilicet in die præsenti, si vocẽ eius audieritis, ô intellectus, memoria, atq; volũtas animæ meę, no
lite obdurare corda vestra. i. proposita vestra: sed auscultate diligenter, tenete memoriter, adimplete
viriliter quæcũq; vobis dicuntur. ⁋ (10) QVADRAGINTA annis offensus fui generationi illi]. i.
populo Iudæorũ me tentanti irascebar, eum iuste castigans toto tempore, quo ipsum per desertũ de-
duxi, quia (sicut in Deuteronomio legitur) semper contentiose egit cõtra me. Alia litera habet, Pro- Deut.31.
ximus fui generationi huic, quoniam deus non reliquit eos in toto: imo indesinenter pluit illis mãna,
præcessitq; in die per columnam nubis, in nocte autem per columnam ignis. Propter quod Moses, Deut.4.
B Non est, inquit, alia natio tã grandis, quæ habet deos appropinquãtes sibi, sicut adest dominus deus
noster cunctis obsecrationibus nostris, [ET dixi semper] per angelũ ad Mosen, per Mosen quoq; ad
populum, eum reprehendendo: [HI] mihi ingrati, & murmuratores increduli [ERRANT corde.]
falsitati credendo, & illicita appetendo. ⁋ (11) ET isti non cognouerũt vias meas]. i. mandata mea
non agnouerunt, per approbationem mentis, & obedientiam voluntatis: cognouerunt tamen ea per
cognitionem informem, quoniam Moses legem omnibus manifeste proposuit. Vel, non cognouerũt Deut.29
vias meas. i. opera mea miraculosa spiritaliter non intellexerunt, neq; ex eis considerauerũt, quæ me-
rito considerassent. Hinc nanq; Moses ait ad eos, Vos vidistis vniuersa magnalia, quæ corã vobis do
minus fecit, & non dedit vobis dñs cor intelligens vsque in præsentem. Tales quoq; fuerũt filii eorũ,
scilicet Iudæi, qui erant tempore Christi & Apostolorum. Propter quod Christus ait ad ipsos, Cæci Matt.23.
duces cæcorum, implete mensuram patrum vestrorum. Et alibi, Murmuratores filii murmuratorum.
[QVIBVS iuraui]. i. firmiter dixi per Mosen: [SI intrabunt in requiem meam]. i. non ingredientur
terram promissionis, in qua quietam habitationem eis dedissem, nisi inobedientes fuissent sicut scri-
ptum est, Omnes qui murmurastis cõtra me, non intrabitis terram, super quam leuaui manum meã, Num.14
vt darem eam vobis. Hic sumitur si, pro non, secundum quem modum accipitur, cum per Amos dici-
C citur, *Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit.* Deniq; quoniam terra promissionis erat fi- Amos.3.
gura regni cælestis seu patriæ, & quies illius figura fuit quietis beatorum in cælis: idcirco intẽdit Da-
uid per verba hæc admonere fideles, & maxime populum Hebræorum, ne propter rebellionem ad
Christũ, impediantur ab introitu patriæ, quæ est terra viuentium, in qua est quies perfecta omnium
beatorum. Propter quod monet Apostolus, Videte, fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malũ di- Hebr.3.
scedendi à deo viuo & vero: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt nõ obduretur qui ex
vobis fallacia peccati. Et alibi, Festinemus ingredi in illam requiem. Ecce psalmum omni iucunditate Hebr.4.
plenum audiuimus. Psalmum vtique igne spiritus sancti animam piam totaliter inflammantem, quem
decet nos præcipue cum omni attentione atque feruore cantare, audire seu legere in exordio matuti-
nalis officii, quatenus opus dei ardenter inchoantes, totum diem salubriter expendamus. Agamus igi
tur ad quod in psalmo præsenti inuitamur, & dum ad matutinale officium surgimus, strenue inchoe-
mus, omnes cogitationes inanes & phantasmata inutilia procul à corde pellamus, cum solo deo cor
nostrum solicite occupemus, dicentes ad interiora nostra, vel ad alios si assint, Venite exultemus do-
mino, &c. & omnes hos nobilissimos actus, ad quos psalmus iste nos excitat, mente collecta ac amo-
rosa exequamur. Hi etenim actus sunt, domino exultare, iubilare, faciem eius in confessione præoccu
pare, coram eo adorare, procidere atque adorare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCVI.

D

### ⁋ EXPOSITIO Tituli.

PSalmi nunc declarãdi titulus est, Psalmus Dauid qñ domus ædificabatur post captiuitatẽ. Titu-
lus iste spiritualiter exponẽdus est, qñ psalmus pręsens nullatenus loquitur de ædificatione tẽ-
pli in Ierusalẽ post reditum à captiuitate Babylonica, sed de re significata per illius ædificatio-
nẽ templi. Sicut enim per captiuitatẽ, qua à Chaldæis capti erãt Iudæi, figurata est captiuitas generis
humani, quod per incredulitatẽ & impiam vitã captiuatum à dæmonibus fuit: sic per ædificationem
templi in Ierusalem post captiuitatem dictam significata est constructio ecclesiæ, quæ est domus dei,
nõ ex insensibilibus saxis constructa, sed viuis lapidibus. s. Christifidelibus congregata, atq; à Christo 1.Pet.2.
fabricata, & in ipso fundata. Propter quod dicit Apostolus, In Christo omnis ædificatio constructa,
crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu san Ephe.2.
cto. Loquitur ergo psalmus iste ad literam de Christo & duplici eius aduentu, de constructione quo-
que & immolatione ecclesiæ. Est igitur sensus tituli, Psalmus Dauid, id est, psalmus iste est Dauid
prophetæ sicut authoris, conscriptus pro tempore illo, quando ædificabatur domus, id est, quan-
do Ecclesia CHRISTI cœpit ædificari per prædicationem ipsius & Apostolorum suorum, post
captiuitatem, id est, post liberationem generis humani, quæ facta est per incarnationem & passio-

Gal.3. nem filii dei,qui genus humanũ redemit de potestate diaboli & seruitute peccati,quẽadmodũ asserit, E
Iohan.12 Nunc princeps huius mundi eiicietur foras,& ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-
Iohan.3. ipsum.Vnde Iohannes,In hoc,inquit,apparuit filius dei,vt dissoluat opera diaboli. Ad Christi itaq; seu summæ Trinitatis præconium nos inuitans sanctus Propheta,ita exorsus est.

PRECATIO,

*Domine qui fecisti cælos,& terribilis es super omnes deos,misericordia tua præueniente,fac nos confessionis pulchritudine faciem tuam placare,ut expurgati peccatorum colluuionibus, syncera mente & uoce tibi domino iugiter cantemus.*

¶ EXPOSITIO Psalmi.

CANTATE domino canticũ nouũ] .i.noui testamenti scripturam,euangelicã legem,& maxime hymnũ ex consiliis Christi compositũ, cuius consilia quædã ante eius aduentum erant ignota:sed nouus magister , doctor cælestis,& fons sapientiæ Christus dñs nouã doctrinã nouũq; canticũ secum aduexit,& mun-
Luc.10. do proposuit.Nouũ canticum est, Porro vnũ est necessarium. Et,Si vis perfe-
Matt.19. ctus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus.Itemq;, Nisi abun
Matth.5. dauerit iustitia vestra plus quàm Scribarũ & Pharisæorũ,non intrabitis in re-
Matt.25. gnum cælorum . Et,Patrem nolite peccare super terram,vnus est enim pater F
vester in cælo. Et hoc modo noui testamenti scriptura,nouis est cãticis plena,quæ debemus Christo ac summæ trinitati cantare,per mentis deuotionem,per oris laudationem,seu diuinorum verborum reuerentialem prolationem,atq; per operis executionem,seu obedientiam sanctam . Peccatori enim dixit deus,Quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum ? Et Christus
Psal.49. in Euang.Quid dicitis mihi domine dñe,& non facitis quæ dico?Non ergo sufficit cantatio oris nisi
Lucæ.6. concordat exhibitio honestæ conuersationis.Nec sufficit honestas exterior,nisi affuerit collectio atq; synceritas mentis interior,prout dominus per Esaiam ait de populo sibi non complacẽte,Appropin
Esa.29. quat populus iste ore suo,& labiis suis glorificat me,cor autem eius longe est à me[CANTATE domino omnis terra] .i.incolæ terræ,qui in hoc mũdo peregrinos vos esse cognoscitis, & ad futuri seculi patriam festinatis,dicentes domino cãticum illud dulce ac nouum,quod vobis præcinit Apostolus,Propter nimiam charitatẽ suam qua dilexit nos deus pater,filiũ suũ vnigenitũ misit in mundum.
Ephe.2. ¶ (2) CANTATE dño & benedicite nomini eius] .i.ipsum laudate,beneficia eius recolite,dicentes cum iubilo,Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater,vt filii dei nominemur & simus.Di
1.Iohã.3. citur autem canticum nouum,non solum propter temporis nouitatem,sed etiam propter recẽtẽ animi deuotionem,& ita debemus ex feruenti nostri Saluatoris amore , semper noua cantica secundum proprii cordis illuminationem reperire,quomodo seculi amatores noua carmina confingunt & canunt de eo,seu ea quam carnaliter amant[ANNVNCIATE de die in diẽ].i.quotidie,[SALVTARE eius] .i.Christum indesinenter exprimite,collaudate,ac prædicate,per quem,& in quo deus pa- G
Gen.49. ter nos saluat.De quo salutari loquitur Iacob patriarcha,Salutare tuum expectabo dñe. ¶ (3) ANNVNCIATE] ô prædicatores,& cæteri zelum diuini honoris atque fraternæ salutis habẽtes [INTER gentes]cõuertendas ad fidem,vt credant,seu conuersas,vt diligant Christũ ac laudent,[GLORIAM eius] .i.gloriosa omnia quæ de eo conscripta sunt, quomodo ab exordio suæ incarnationis
Matth. 4 vsque ad ascensionem angeli sancti sibi ministrauerunt,& omnis creatura sibi obediens fuit,quod ter
Matt.28. tia die à morte surrexit,quadragesimo die ascendit.50.autem paraclitũ misit. ¶ (4) QVONIAM
Act.1,2. magnus dominus & laudabilis nimis]imo tantùm laudabilis quantum honus . Cum ergo sit bonitas eius immensa,ipse quoq; in infinitum laudabilis est,nec valet ab aliqua creatura plene laudari. Pro-
Iudith.16 pter quod in lib.Iudith dicitur,Adonai dñe magnus es tu & præclarus in virtute.In lib.Iob quoque,
Iob.37. Digne eum inuenire non possumus,& enarrari non potest[TERRIBILIS est super omnes deos] .i.plus quàm omnes dii.Vel super omnes deos,quoniam omnes deos terribiliter cõdemnabit, & cruciabit.In præcedenti enim psalmo dii vocati sunt,qui gratiam diuinæ perfectionis excellenter parti-
Exod.6. cipant,sicut ad Mosen dñs ait, Ecce constitui te deum Pharaonis,& Aaron erit propheta tuus.nunc vero dii vocãtur,qui à paganis mendaciter dii putantur,inaniterq; colũtur. Dicitur autem deus terribilis præ omnibus creaturis ac diis,propter duas causas.Primo,quoniam à nullo est tam malum separari,sicut à deo.Secundo, quoniam nullus tam dira tormenta infligit,vt deus . Vnde scriptum est,
Iob.9. Deus cuius iræ nemo resistere potest,sub quo curuantur,qui portant orbem.De his falsis diis subiun H
gitur. ¶ (5) QVONIAM omnes dii gentium] .i.infidelium,sunt[DAEMONIA] Occurrit mihi hic dubitatio quædam,quam non vidi ab aliis tactam,vnde nec eam libenter tango,ne forte eam insufficienter dissoluam . Ecce multi gentilium coluerunt homines quosdam pro diis,videlicet Saturnum,Iouem,Mercurium,Herculem,Priapum &c.Alii coluerunt solem,lunam,ac sydera cæli, alii,
Rom.1. ignem , alii aquam,alii bestias terræ,sicut ad Romanos Apostolus innuit, Quomodo ergo omnes dii gentium dæmonia ? Possem de hominibus impiis,qui tanquam dii colebantur, respondere , quod appellantur dæmonia propter imitationem diabolicæ prauitatis , quemadmodum homines aliqui angeli nuncupantur propter participationem angelicæ dignitatis , prout Iohannes pastores seu episcopos septem ecclesiarum in Asia angelos nominat , & alibi sacerdos dicitur angelus domini exer-
Apo. 2,3 cituum. De aliis videtur posse dici , quod licet nullo modo sint dæmones , quoniam tamen cultores
Malac.2. ipsorum eo ipso quo ea colunt,dæmonibus seruiunt,idcirco omnes dii gentium dæmonia asserũtur. Nam & Apostolus ad Corinthios dicit,Quæ immolant gentes,dæmonibus immolãt [DOMINVS
1.Co.10. autem cælos fecit] id est , omnes orbes cælestes , angelos sanctos , hominésque in terra cælifor-

A miter cõuerſantes creauit,diſtinxit,ornauit.In principio enim creauit deus cælum & terrã.Et rurſus Gen.1.
ſcriptũ eſt,Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos,qui ſolidiſsimi quaſi ære fuſi ſunt. ¶(6) CONFESSIO Iob.37.
& pulchritudo in conſpectu eius,ſanctimonia & magnificẽtia in ſanctificatione eius.]Ver
ſus iſte decorus eſt valde,ſi lucide intelligatur. Dicitur autem eſſe ſeu fieri in cõſpectu dei,ſeu coram
deo,non quia fit & ipſo præſente,ſed qm approbatur ab eo, & complacet ei,ſicut in libro Ruth di-
citur,Ieſſe genuit Dauid,qui ambulauit coram domino.Et dominus ait ad Abraham, Ambula corã Ruth.4.
me.Et quaſi quæreres,quid eſt ambulare ô domine coram te?ſubdit,& eſto perfectus. Et iuxta hunc Gen.17.
ſenſum ſcriptum eſt in lib.Iob,Non veniet in conſpectu dei omnis hypocrita.Porro confeſsio eſt du Iob.13.
plex,ſcilicet confeſsio laudis diuinæ atq; cõfeſsio propriæ culpæ.Pulchritudo etiã quædã interior eſt,
quædam exterior.Sed ſi propter exteriorem pulchritudinẽ placeret quis deo,pulcherrimus Abſalon 2.Re.14
tñ ei non diſplicuiſſet,neque delirus illi Martinus tantùm ei complacuiſſet.Non ergo corporis, ſed
mentis pulchritudinem appetamus.Certum eſt autem,quod confeſsio culpæ locum non habet in pa
tria,in via autem vtraque confeſsio reperitur,ſed confeſsio laudis diuinæ in via valde eſt imperfecta.
Primo itaq; intendamus quomodo præſens verſiculus exponi debeat de deo in triumphanti eccleſia:
ſic enim ei pleniſsime competit hoc modo.Confeſsio,id eſt diuina laudatio,& pulchritudo,id eſt de
B cor interior,ſeu ſplendor puritatis internæ,eſt in conſpectu eius,id eſt coram deo in patria,ita quod
ſancti in patria deo inceſſabiliter offerunt confeſsionem ſeu laudem ſuæ infinitæ bonitatis, ſicut ſu-
perius dictum eſt,Beati qui habitant in domo tua domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hæc au Pſal.83.
tem confeſsio maxime complacet deo,quia in ſuis miniſtris ipſum in patria ita laudãtibus eſt pulchri
tudo interior,id eſt ſanctitas pura,munditia impermixta,& gratia conſumata.Nil enim imperfectio-
nis culpabilis reperitur in patria.Propterea confeſsio beatorum,quorum tanta eſt pulchritudo,præ-
cipue grata eſt deo.Noſtra autem confeſsio multum eſt imperfecta, quoniam omnes noſtræ iuſtitiæ Eſa.64.
ſunt tanquam pannus menſtruatæ.Pulchritudo quoque noſtra interior multis deformitatibus,ſaltem
venialium peccatorum,miſcetur & violatur,præſertim cum iuſtus ſepties in die cadat.Itaque in con Prou.24
ſpectu dei in patria ſunt,confeſsio inceſſabilis laudis,qua iugiter à beatis trinitas ſuperbenedicta lau-
datur,& pulchritudo mundiſsimæ ſanctitatis:quoniam nihil impuritatis aut culpæ eſſe poteſt in mi-
niſtris,deum hoc modo laudantibus.Propter quod ſcriptum eſt,Non intrabit in illam,ſcilicet patriã Apoc.21
peccatorum,aliquid coinquinatum.Dicitur etiam iſta confeſsio & pulchritudo in cõſpectu dei,quo-
niam complacet ei ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius,id eſt in cultu,laude,ſeu vene
ratione,qua deus in patria à beatis ſanctificatur,& ſanctimonia,id eſt ſanctitas, ſcilicet omnis impu-
C ritatis excluſio, & magnificentia,id eſt magna excellentia, ſeu magna efficientia & honor ſublimis.
Hoc autem diuinæ ſanctificationi præcipue competit. Dicitur nanque nunc ſanctificatio dei cultus,
quo deus à beatis ſanctus eſſe perhibetur,& tanquã ſanctus laudatur ac honoratur. In hac vero ſan-
ctificatione eſt ſanctitas ſeu ſanctimonia,quia quo deus amplius atque perfectius à ſuis miniſtris ſan-
ctificatur,eo ſanctificatio illa eſt verior,purior,& ab omni errore immunior, quia dei laudatio exceſ-
ſum nõ habet:ſed quo maior,eo eſt ſanctior.Vnde in Eccleſiaſtico dicitur,Glorificate dominũ quan Eccl.43.
tumcunque poteritis,ſuperualebit adhuc,maior eſt enim omni laude. Hoc autem creaturis non com
petit:poſſent nanque in tantùm ſanctificari à nobis,id eſt tam ſanctæ ac magnæ putari, tamque ma-
gnifice honorari,quod in ſanctificatione huiuſmodi non eſſet ſanctimonia,ſed idololatria,nõ ſancti-
tas,ſed falſitas,non verus honor,ſed peſsimus error,ſicut ſi alicui puræ creaturæ cultus latriæ impen
datur ſeu infinita perfectio aſcribatur. Hinc patet quomodo in ſanctificatione dei ſit magnificentia.
Eſt enim in ea ſumma excellẽtia,quoniam deus ſuper omnia in infinitum extollitur,omniúmq; crea-
tor,ſaluator,atque immenſæ maieſtatis dominus appellatur.Eſt quoque in ea magna quædam efficiẽ
tia,quoniam nullus effectus ſeu actus hominis dignior eſt,quàm deum ſanctificare, propter quod in
ſanctificatione hac eſt honor ſublimis,videlicet adoratio ſeu latriæ cultus ſoli deo exhibendus. Præ-
terea verſus iſte conuenit deo etiam in militanti eccleſia,quamuis minus perfecte ac proprie.In mili-
tanti ergo eccleſia eſt confeſsio propriæ culpæ ac laudis diuinæ,in conſpectu dei,quoniam talis con-
feſsio deo à fidelibus reuerenter offertur,qui ſeipſos accuſant,& deum collaudant,atque à deo miſe-
D ricorditer acceptatur. Per hanc vero confeſsionem venitur ad interiorem pulchritudinem mentis,
quoniam in confeſsione omnia lauantur,ſecundum ſcripturas. Student quoque fideles deo in pul-
chritudine mentis aſsiſtere,id eſt in ſanctitate, & cordis puritate adhærere,intendere,atque ſeruire,
vt ſit pulchritudo eorum coram deo,id eſt placens grata coram eo,penſantes verbũ ſui Saluatoris,di
centis,Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt.In ſanctificatione quoq; qua deum per obe Matth.5.
dientiam diuinorum præceptorum ſanctificant:ſicut quotidie orant, Sanctificetur nomen tuum, eſt Matth.9.
ſanctimonia ſeu ſanctitas ſecundum modum & poſsibilitatẽ vitæ præſentis, videlicet pura ac pia in-
tentio,deuotáque laus ac prompta ſubiectio,& ita inuenitur in ea quædam magnificẽtia qua deũ præ
omnibus mente,ore ac opere ſuperexaltant,dicẽtes illud Dan.Benedictus es domine deus patrũ no- Dan.3.
ſtrorũ,& laudabilis,& ſuperexaltatus in ſecula.Et benedictũ nomen gloriæ tuæ ſanctum,& ſuperlau
dabile,& ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis. ¶(7) AFFERTE].i.exhibete[DOMINO]ſaluatori,ô
[PATRIAE gentiũ].i.ô homines in patriis gentiũ habitãtes,qui fidẽ Chriſti recepiſtis.Vel,ô homi
nes,afferte dño patriæ gentiũ.i.Chriſto qui eſt deus omniũ regionũ,patriarũ,ac nationũ [AFFER-
TE] inquã[DOMINO].i.impẽdite deo ſoli [GLORIAM & honorẽ] quẽadmodũ in Apoſtolo ha
betur,Regi ſeculorũ,immortali,inuiſibili,ſoli deo honor & gloria. Gloria eſt clara cũ laude notitia, 1.Tim.1.
ſecundum Ambroſiũ,Quid eſt ergo deo afferre gloriã,niſi nomen eius corã aliis clarificare,ſeu alios
ad claram ac laudi coniunctam notitiam dei introducere,quatenus deũ vere agnoſcant,& digne col-

laudent? Honor antem est exhibitio reuerentię in signum virtutis. Quid est ergo deo afferre honorē, E
nisi deo humiliter obedire, omne bonum ei ascribere, & ad eius venerationem omnia ordinare? [AF-
Psal.123. FERTE domino] non solum exteriora dona, sed [GLORIAM nomini eius,] dicentes, Non nobis
domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. In exordio Psalmi huius ter dicebatur cantate. Nunc
vero ter dicitur afferte, quatenus vtrobiq; sanctæ trinitatis mysterium designetur, tanquam diceret,
Cantate patri, cantate filio, cantate spiritui sancto. Et item, Afferte patri afferte filio, afferte spiritui
sancto gloriam & honorem. ¶ (8) TOLLITE hostias] hoc est, ferte vobiscum dona ac sacrificia
Psal.50. domino immolanda, videlicet spiritum contribulatum, qm̄ sacrificium deo spiritus contribulatus, ani
mum ad obedientiam dei paratum, qm̄ salutare sacrificium est attendere mandatis, vt dicit Ecclesia-
Eccle.35 sticus, Preces quoque deuotas quæ penetrant cælos, seu alia quælibet munera dño offerenda [ET in-
troite] mente deuota, & corpore rationi subiecto [IN atria eius]. i. in Ecclesiam dei, seu loca sacrata,
diuino cultui deputata, & maxime in corda propria, redeūtes ad interiora vestra, quatenus deum in-
1.Cor.3. tra vos honoretis, contemplando, amando, & omni custodia vitia deuitando. Templum enim dei san
Esa.16. ctum est, quod estis vos, [ADORATE dominum in atrio sancto eius] id est, in templo suo materia-
li, quod est domus orationis, magis antem in templo eius immateriali, quod est mens ipsa seu spiritus,
Iohan.4. vbi per gratiam habitat deus, vbi & adorare eum oportet, quemadmodum ait Saluator, Spūs est deꝰ,
Matth.9. & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet adorare. Et alibi, Tu autem cū oraueris, intra in cu- F
biculum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. s. corde collecto, fixo, nō vago. ¶ (9) COM
MOVEATVR à facie eius vniuersa terra] hoc est, vniuersi incolæ terræ ex consideratione præsen-
tiæ maiestatisq; Christi, motu casti timoris, & admirationis ac obedientiæ conuertantur ab iniquita-
te ad deum [DICITE] ô sancti apostoli & successores ac imitatores eorum [IN gentibus] ad quarū
conuersationem seu informationem missi estis [QVIA dominus (Christus) regnauit] In toto vniuer-
so, præsertim tamen in cordibus suorum fidelium per charitatem & fidem. Christus vt deus ab initio
mundi regnauit, sed vt homo cœpit regnare, præcipue (i. potestatem suam exercere atq; ostendere)
post resurrectionem, & spiritus sancti missionem, quia per mortem vicit eum, qui mortis habebat im
Heb.1. perium, hoc est, diabolum secundum Apostolum. Vnde post resurrectionem spoliauit infernum, mū
Philip.2. dūmque cōuertit ad suū obsequium, & quia hæc facta sunt merito passionis Christi: iuxta illud Apo-
stoli, Factus est obediens vsque ad mortem, propter quod & deus exaltauit illū, ideo additur, à ligno,
Gal.3. hoc est, à crucis patibulo, in quo mundum redemit, secūdum quod Apostolus dicit, Christus nos re-
demit de maledicto, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in
ligno. Verùmtamen istud quod dicitur: à ligno, non est de textu, nec in Hebræo habetur, sed ab aliquo
translatore æstimatur appositum. Ex his elucescit Psalmum præsentem factum à Dauid, sicut in hy-
mno ecclesiæ canitur, Impleta sunt quæ cecinit Dauid fidelis carmine, dicens, in nationibus regnauit
à ligno deus. Et qui aliter dicunt, non videtur satis consonare ecclesiæ, generaliter atq; solēniter hūc G
hymnum canenti. ¶ (10) ETENIM (Christus) correxit orbem terræ] Hoc est, homines vniuer-
sos, seu vniuersalem ecclesiam, toto orbe terrarum diffusam à vitiis, & idololatria conuertit, per incre
Esa.2. pationem & prædicationem seruorum suorum. Vnde scriptum habetur, Eleuabitur dominus solus in
Zach.13. die illa, & idola penitus conterentur. Et Zacharias, In die illa dicit dominus, disperdam nomina ido-
Esa.11. lorum de terra. Hinc quoque de Christo dicitur, Percutiet terram virga oris sui, Correxit itaque or-
bem terræ [QVI non commouebitur] à fidei veritate in toto, quia ecclesia vsq; ad finem seculi sta-
bilietur in fide, quantum ad aliquos, quantumcunque tribulationibus concutiatur [IVDICABIT
populos in æquitate.] Christus in primo suo aduentu iudicauit populos in æquitate, loquendo de iu-
Iohan.21 dicio discretionis, quemadmodum ipsemet ait, Nūc iudicium est mundi. Et alibi, In iudicium, inquit,
Iohan.9. ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Per hoc ergo Chri-
stus iudicauit populos in æquitate iudicio discretionis, quod aliquos pie vocauit ad fidem & gratiam,
cæteros iuste deseruit, quæ discretio omnino iusta est, quamuis sit nobis incomprehensibilis & ignota.
Non autem iudicauit Christus populos in primo suo aduentu iudicio remunerationis. Propter quod
Iohan.9. ait, Non misit deus filium suum vt iudicet mundum, sed istud iudicium Christus acturus est in die no
uissimo. Deinde inuitantur creaturæ ad gaudium spiritale ex consideratione primi aduentus Chri-
Lucæ.2. sti, qui fuit & est mundo magna ratio exultandi, quemadmodum angelus dixit pastoribus, Annuncio
vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis Saluator. Ait igitur.
¶ (11) LAETENTVR cæli] hoc est, ciues cælorum, seu angeli sancti. nam Christo nato facta est H
cum angelo multitudo cælestis exercitus, laudantium deum. Incarnatio equidem Christi erat angelis
materia gaudii, quia per eam reparatur eorum ruina [ET exultet terra] hoc est, genus humanum in
terra exilium ducens [COMMOVEATVR] ad pœnitentiam & gratiarum actionem [MARE] hoc
est, gentilitas vitiis turbulenta amara & salsa [ET plenitudo eius] id est, viscera eius interiora, vide-
licet ratio & voluntas & cæteræ animæ vires [GAVDEBVNT campi eius] id est, homines bonis
operibus floridi, gratiaq; fœcundi in Christi primo aduentu, & postea spiritualiter exultabunt [ET
omnia quæ in eis sunt] id est, interiora eorum in domino lætabuntur. ¶ (9) TVNC exultabunt o-
mnia ligna syluarum] hoc est, populi nationū ad fidem conuersi [A facie domini] id est, ex cōsidera-
tione præsentiæ Christi [QVIA venit] in mundum per incarnationem. Vnde in Actis Apostolorū
Act.13. dicitur, Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificauerunt verbum dei. His duobus versiculis
Esa.42. consonat quod in Esaia legitur, Laudate cæli & exultet terra, iubilate montes laudem, quia consola-
tus est dominus populum suum. Et quia non solum gaudendum est de primo atque occulto Chri-
sti aduentu, quo venit iudicari, sed etiam de secundo eius aduentu quo venturus est iudica-

A re, secundũ quod ipse ait, His autẽ fieri incipientibus, leuate capita vestra.i.exhilarate corda (secũdũ Luc.21.
Greg.) quia appropinquat redemptio vestra. Ideo subditur [QVONIAM venit iudicare terrã].i.qm̃
Christus vẽturus est iudicare viuos & mortuos iudicio remunerationis. Ponit enim pręteritũ pro fu-
turo more prophetali, propter certitudinẽ prophetiæ. Per hoc ergo quod his ait, venit, innuitur du-
plex Christi aduẽtus, quorũ primus fuit in humilitate & occultus. Secũdus erit in maiestate ac mani-
festus, quemadmodum scriptum est in Euang. Tunc videbũt filiũ hominis venientẽ in nubibus cæli, Marci. 13
cum potestate magna & maiestate: ❡ (10) IVDICABIT] in die extremi iudicii [ORBEM terrę]
hoc est, homines [IN æquitate] dando singulis quod promeruerunt [ET populos in veritate sua].i.
sic eos iudicabit sicut in sanctis scripturis prædixit. Hoc est quod de Christo apud Esa. scriptũ est, Nõ Esa. 11.
secundum visionẽ oculorũ iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro man Iob.35.
suetis terræ. In lib. quoq; Iob quidã ait, Omnipotẽs causas singulorum intuebitur. Ecce psalmum cæ-
lesti pulchritudine adornatũ audiuimus, in quo gentilium pronunciatur cõuersio, diuina maiestas so-
noro commẽdatur oraculo, ad laudẽ & oblationem fideles inuitantur, duplex Christi aduẽtus innui-
tur, atq; diuini iudicii æquitas collaudatur. Qm̃ ergo psalmus præsens Christi laudib9 atq; mysteriis
plenus est, debemus eum cum singulari deuotione cantare, nostramq; cõuersationem metu futuri iu
B dicii taliter custodire, vt idonei laudatores domini Saluatoris inueniamur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCVI.

❡ EXPOSITIO Tituli.

PRæterea titulus Psalmi nunc pertractandi talis est, Psalmus ipsi Dauid, quãdo terra eius restitu
ta est ei, hoc est, Psalmus pręsens cõpetit Christo manuforti, desiderabiliq; aspectu, agens de eo
quod accidit, quando terra eius.i.genus humanũ seu ecclesia electorũ quàm per pc̃m primi pa
rentis amisit, restituta est ei precio sanguinis sui. Loquitur nãq; hic psalmus ad literam de Christo, &
secundo eius aduentu atq; iudiciaria potestate ipsius, quam Christus homo sua passione promeruit.
Eodem enim tempore restituta est Christo terra sua iam dicta, & iudiciaria potestas collata, videlicet
statim in egressiõe animæ suæ à corpore. Tunc enim plenissime satisfecit pro genere humano & tũc
dedit ei pater gentes hæreditatem suam, sicut superius dixit, Postula à me, & dabo tibi gentes hęredi- Psalm.2.
tatem tuam, quamuis (vt sæpius patuit) Christo homini ab exordio cõceptionis in virgine, data sit o-
mnis potestas in cælo & in terra. Quod autem hic Psalmus de Christo loquatur, hinc constat quod Matt.28.
C Paulus ad Hebræos inducit scripturam huius Psalmi de Christo prænunciatam dicendo, Et cum in- Hebr.1.
troducit primogenitum suum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli eius. Hoc quippe
inferius ita exprimitur, Adorate eũ omnes angeli eius. Ait ergo.

PRECATIO,

*Super omnem terram altissime domine deus, doce nos te tota deuotione diligere, & malum odire: custodi in hac vita animas nostras, & hinc migrantes eas de locis perpetuarum pœnarum eripias.*

❡ EXPOSITIO psalmi literalis.

DOMINVS] scilicet Christus habẽs in vestimẽto & in fœmore suo scriptũ, Rex Apoc.19.
regũ & dñs dominantium [REGNAVIT] in militanti ecclesia, seu cordib9 ele
ctorum, sicut de eo Abdias dixit propheta, Et erit domino regnum. De quo in Abd.1.
Apocalypsi sancti hilariter cantant, Regnauit dominus deus noster omnipo- Apoc.19
tens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei, [EXVLTET terra] hoc est,
habitatores terræ Christo domino suo regnãti cõgratulentur, & de eius regno
in seipsis pie lętentur [LAETENTVR] hoc modo in dño [INSVLAE multę]
ad fidẽ cõuersæ, sicut est Anglia, Hybernia, Cyprus, Sicilia, de quib. apud Esa. Esa.42.
prædictum est, Ponent dño gloriã, & laudẽ eius in insulis nunciabunt. Dicitur enim insulæ terræ su-
pra mare sitæ. Vnde in Esa. habetur, Glorificate dñm in insulis maris. ❡ (2) NVBES & caligo in Esa.24.
D circuitu eius] hoc est, in die iudicii erũt, & apparebũt in circuitu Christi iudicis nubes materiales, qa
veniet in nube. Christus nãq; ascendit in nube. Iuxta illud, Nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Vẽturus Luc.21.
est ergo in nube, qm̃ sicut illic angeli sancti testati sunt sanctis apostolis, sic veniet quemadmodũ vi- Act.1.
distis eum euntẽ in cælũ, [ET caligo].i.obscuritas aeris, qm̃ dies domini tanquam fur in nocte ita ve- Matt.28.
niet. Et media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, quemadmodum ipsemet sponsus ac iudex 1.Pet.3.
testatur. Creditur enim Christus tẽpore noctis ad iudicandũ venturus. Sed quæstio est, quomodo tũc Matt.25.
erit caligo, præsertim cum totus mundus stabit in igne conflagrationis, qui vtiq; (vt apparet) aerem
illustrabit. Possit fortassis responderi ad hoc, quod ignis ille fumosus erit, nec tenebras omnino expel
let sicut nec ignis inferni. Sed quia de necessitate concedere cogimur, quod ipse iudex.s. Christus ab
vniuersis hominibus etiam corporalibus oculis conspicietur: sicut & Iob ait, In nouissimo die surre- Iob.19.
cturus sum, & in carne mea videbo deum saluatorem meum, imo (secundũ Greg.) omnes angeli tũc
corporalibus oculis videbuntur, quãtomagis homines? Idcirco nõ arbitror, quod in die iudicii erit ca
ligo in circuitu iudicis, ita quod aer omnino tenebrosus erit, sed propter ignis illius fumositatẽ pote-
rit aliquid tenebrositatis remanere in aere. Potest quoq; per caliginẽ accipi tempestas illa horribilis
quæ erit in die iudicii, de qua dictum est supra. Et in circuitu eius tempestas valida. Vnde & Naum, Psal.49.
Dominus in tẽpestate, & turbine viæ eius. ❡ (3) IGNIS] cõflagrationis qui elementa exuret, atq; Naum.1.
purgabit, & tam alte ascendet, vt aqua diluuii [ANTE ipsum præcedet] hoc est, secũdũ Christi aduẽ

A ereptionem totalẽ ab eis, in die quoq; iudicii perfecte redimet eos. Hinc enim scriptũ est, Omnis qui 1. Iohã. 3.
natus est ex deo, non peccat, qm̃ semen dei manet in eo, & malignus non tangit eum. ¶ (12) LVX]
hoc est, splendor gratiæ dei, seu Christus sol iustitiæ [ORTA est iusto] qui deo ex charitate obedit:
quod nemo facere potest, nisi in quo orta est lux gratię Christi qui protestatur, Sine me nihil potestis Iohã. 15.
facere [ET rectis corde] .i. iustis omnibus orta est [LAETITIA] .i. copiosa ratio atq; materia spi-
ritualium gaudiorũ, ex incarnatione & cæteris beneficiis & promissionibus Christi. Propterea.
¶ (13) LAETAMINI] ô [IVSTI in domino] summo creatore, piissimo redemptore, ac liberalis
simo benefactore vestro [ET confitemini] confessione laudis [MEMORIAE sanctificationis eius]
hoc est, recordationi diuinæ mẽtis seu menti diuinæ, quæ clemẽter memorata est vestri, videlicet, san-
ctificãdo vos gratis per dona sancti spiritus, propter quod gratias agere incessanter debetis, nec obli-
uisci eius, qui vestri oblitus non est. Admonemur ex Psalmo præsenti futuri iudicii horrorẽ districtio
nemq; pensare, cogitando cordetenus quã horrendũ tunc erit incidere in manus dei viuentis, deũ iu-
dicem furiosum cõspicere, totũ mundum incensum videre, vniuersorum angelorũ agmina videre ar- Hebr. 10.
mata, ad assistendum Christo iudici contra iniquos: coram cælo & terra de omnibus cogitationibus,
verbis & actibus rationem exoluere, coram vniuersis hominibus, angelis, dæmonibúsq; confundi, ac
B reprobari, audire verbũ illud asperrimum, & omni tormento pœnalius, Ite maledicti in ignẽ æternũ: Matt. 25.
expectare incertam seu etiam certam sententiam iudicis, intueriq; sub se hians chaos carceris inferna
lis, & tandem ab electorũ consortio separari, atq; æternæ damnationis sententiam adipisci in profun
da inferni incidere, inextinguibilibus flammis sine spe vnquam euadendi exuri. De hac etenim die cõ
uenienter accipitur, quod alibi scriptum est, Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies cala Sopho. 1.
mitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies tubæ & clangoris. Et iterum, Ecce dies domini Esaiæ. 13.
veniet crudelis, & indignationis plenus, ad conterendos peccatores de terra, quoniam stellæ cæli &
splendor earum non expandent lumen suum obscuratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit.
Vnde altissimus ille Archiapostolus, Adueniet (inquit) dies domini tanquam fur, in quo cæli ma- 2. Pet. 3.
gno impetu transient, elementa vero calore soluentur: terra autem & quæ in ipsa sunt opera exu-
rentur. Idcirco dum Christus multa horrenda dixisset, tãdem sermonem concludens ita hortatus est Luc. 2.
nos, Vigilate omni tempore, orantes, vt digni habeamini stare ante filium hominis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCVII.

### ¶ Expositio Tituli.

C TItulus Psalmi præsentis est, Psalmus Dauid. Psalmus iste ad literam competit Christo, quia de
ipso ac duplici eius aduentu conscriptus est: specialiter tamen & euidenter loquitur de primo
Christi aduentu seu incarnatione, & ait.

### PRECATIO.

*Omnipotens æterne deus, qui facis mirabilia solus, recordare misericordiæ tuæ, nosq; aberrantes corrige, atque tibi perseueranter atq; fideliter fac adhærere, ut digni efficiamur tibi domino cantica placita perpetim decantare.*

### ¶ Expositio Psalmi.

CANTATE domino] Christo [CANTICVM nouum] videlicet Euangelicæ
legis præconia, sicut paulo ante plenius exponebatur in psalmo nonagesimo-
quinto, qui cũ isto in verbis atq; scientia pro magna parte in idem concurrit.
Ideo autẽ cantate dño canticum nouum [QVIA mirabilia fecit] imo superin-
cõprehensibilia fecit, assumẽdo humanã naturã in vnitate suppositali, progre-
diendo de clauso virgineæ matris vtero, resurgendo & de clauso monumento
egrediendo, in cælos ascendendo, spũm sanctum mittẽdo. Quãta autem mira-
bilia Christus in sua prædicatione ac passione molitus sit, euangelia pandunt:
vehementissime tamen mirabile extitit, q deus pater propriũ filiũ suũ misit in mũdum quatenus per Galat. 4.
eius passionẽ ac mortẽ saluaretur genus humanũ. ¶ (2) SALVAVIT sibi dextera eius, & brachiũ
sanctũ eius.] hoc est, dextera Christi & brachiũ eius, videlicet magna virtus Christi, & fortitudo sua
D excelsa, saluauit .i. de morte æterna genus humanũ redemit sibi .i. ad nominis sui honorẽ. Christus nã-
que propria potestate hominẽ liberauit. Vnde per Esaiam ait, Saluauit mihi brachiũ meum. Alii ita Esa. 63.
exponũt, Dextera eius & brachiũ sanctũ eius .i. Christ⁹ qui est virtus seu dextera dei. Iuxta illud Apo
stoli, Prædicamus Christũ dei virtutẽ & dei sapientiam, qui etiã dicitur brachiũ patris, quia per eum 1. Cor. 1.
omnia fecit. Sicq; per brachiũ intelligitur Christus, de quo apud Esa. legitur, Brachiũ dñi cui reuela Esa. 53.
tũ est? saluauit genus humanũ, sibi .i. deo patri seu ad gloriã eius. Hęc enim saluatio fuit opus quod pa
ter dedit filio vt faceret de quo Christus in cruce suspẽsus, dixit, Cõsummatum est. Et ante passionẽ, Iohan. 19.
Pater, ego te clarificaui super terrã, opus cõsummaui quod dedisti mihi vt faciã. Deinde propheta de Iohã. 17.
futuro loquẽs per modũ præteriti quod tñ iam completũ conspicimus, subdit. ¶ (3) NOTVM fe-
cit dñs] .s. deus pater [SALVTARE suũ] hoc est, Christũ filiũ suũ mũdi saluatorẽ. Primo in Iudæa,
quia per miracula quę Christus in nomine patris operabatur, pater declarauit Iesum Nazarenũ esse Iohan. 5.
filiũ suũ, ac regẽ Messiã: propter quod Christus ait, Opera quę dedit mihi pater, testimoniũ perhibẽt Lucæ. 2.
de me. Notificauit quoq; pater filiũ suũ pastorib⁹ p angelũ, Zachariæ atq; Elizabet per spũm sanctũ, Lucæ. 1.
Annæ & Simeoni similiter. Insup Christo baptizato, & postea transfigurato, pater de cęlo intonuit, Lucæ. 2.
Hic est (inquiẽs) filius meus dilectus. Scdo notificauit salutare suũ Gẽtibus. Vnde subiũgitur [IN con- Mat. 3, 17.
spectu gẽtiũ reuelauit] per prędicationẽ apostolorũ [IVstitiam suã] .i. Christũ essentialiter iustũ atq;
iustitiã, q appellatur iustitia dei, qa pater p eũ mũdũ redemit, nõ per potẽtiã tñ, sed p modũ ac viam

iustitiæ. Vel iustitiã suam.i. Euangelicæ legis præcepta atque cõsilia, in quibus continetur plenitudo E
Esa.46. iustitiæ. Huius pulchri dulcisque versiculi sensum ac verba, illustrissimus Isaias frequẽter in libro vi-
Esa.52. sionum suarum deprompsit. Ait enim, Reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro salutare dei
Esa.46. nostri. Et: Parauit dominus brachium suum in oculis omniũ Gentium. Et, Videbunt omnes fines ter-
ræ salutare dei nostri. Et, Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur.
¶ (4) [RECORDATVS est] Deus pater [MISERICORDIAE suæ] qua clementer promisit se
missurum filium suum in mundum [ET veritatis suæ] qua veraciter adimpleuit promissum, mittẽdo
Christum. Dicitur autem deus recordatus misericordiæ suæ & veritatis suæ, impendendo nobis effe-
ctum suæ misericordiæ ac veritatis: & quia specialiter promisit patriarchis & prophetis filiisq; eorũ
de Christi aduẽtu, idcirco nũc dicitur recordatus misericordiæ suæ & veritatis suæ [DOMVI Israel.]
.i. populo Iudæorum, videlicet ad salutem ipsorum. Vnde & Christus in Euang. Nõ sum (inquit) mis-
Matt.15. sus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et virgo Christifera, Suscepit Israel puerũ suum, recor-
Luc.1. datus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros &c. ¶ (5) [VIDERVNT omnes termi-
ni terræ salutare dei nostri] hoc est, omnes fines mũdi, seu homines vniuersi, vt distributio sit pro ge-
Luc.2. neribus singulorum, per fidem cognouerunt salutare dei nostri.s. Christum. Ideo enim Simeon iustus
Marc.16. ait, Viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omniũ populorum. Et Christus di-
xit Apost. Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Propter tantũ autem F
beneficium, inuitãtur homines ad gratiarũ actionem [IVBILATE] hoc est, cum excessiuo atq; in-
enarrabili gaudio mentis, laudem dicite dño Christo seu [DEO] trino [OMNIS terra] id est, omnes
habitantes in terra [CANTATE] voce laudando [ET exultate] corde gaudendo [ET psallite] be-
ne viuendo. ¶ (6) [PSALLITE] hoc est, psalmos deuote proferte [DOMINO] & hoc [IN cithara
& voce psalmi, in tubis ductilibus] Ad literam, Hebræi vtebantur his musicis instrumentis in laudi-
bus dei, psallendo ore & organis istis. Spiritualiter autem per citharam intelliguntur misericordiæ o-
pera, seu mortificatio carnis, sicut frequenter ostensum est. Per tubas ductiles, quæ tundendo for-
mantur, designantur tribulationes & aduersitates vitæ præsentis, quibus electi tunduntur vt sint lapi
des apti in ædificium regni cælestis. Per tubam coream, id est, de corio factam quod carnem tegit &
eminet, significatur contemplatio diuinorum, per quam temporalia transcenduntur. Est itaq; sensus,
Psallite domino in cithara, id est, cum carnis mortificatione & operibus misericordiæ: ne vita carna-
lis atque crudelis psalmodiam vestram faciat inacceptam, in cithara (inquam) & voce psalmi, quãte-
nus vita voci concordet. Psallite quoq; domino in tubis ductilibus, id est in aduersis & tribulationib9,
Iacobi.1. atque tentationibus vestris gratias agite Christo, quemadmodũ Iacobus monet, Omne gaudium exi-
stimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Psallite etiam dño [ET] in [VOCE tubæ cor-
neæ] .i. in laude vocali, ex diuinorũ cõtẽplatione procedente. ¶ (7) [IVBILATE in conspectu re
gis dñi] hoc est, corã Christo omniũ rege ac dño, iubilãdo ei corde collecto, atq; in eius præsentia cõ G
stituto [MOVEATVR mare] .i. seculũ istud [ET plenitudo eius] .i. habitãtes in eo, ad fidẽ & reueren
tiã Saluatoris. Quod clarius exponẽdo subiungit [ORBIS terrarũ, & q habitãt in eo] vel per mare &
plenitudinem eius, intelliguntur negotiãtes in mari, & habitãtes circa ipsum. ¶ (8) [FLVMINA]
hoc est, fideles, atq; baptismatis regenerati, & riuis gratiæ pleni [PLAVDENT manu simul] .i. deum
concorditer cum exultatione cordis, ac bonis operibus collaudabunt [MONTES] hoc est, contẽpla
tiui, & in omni virtute sublimes [EXVLTABVNT à conspectu dñi] id est, ex consideratione aduẽ
tus atq; præsentiæ Christi: quod de vtroq; eius aduentu & cõspectu intelligi potest. Vterq; enim iu-
stis iucundus est [QVONIAM venit iudicare terrã] in primo suo aduẽtu iudicio discretionis, incre-
pando vitia ipsorum, in secũdo autem aduentu veniet iudicare mundum iudicio retributionis finalis,
sicut subiungit. ¶ (9) [IVDICABIT orbẽ terrarũ in iustitia.] & quid sit hoc exponit adiungens
[ET] pro.i. [POPVLOS in iniquitate] Omnes enim nos oportet stare ante tribunal Christi vt reci-
2.Cor.5. piat vnusquisque prout gessit, secundum Apost. Est autem iudicium discussionis seu retributionis du
plex, videlicet particulare, quo animæ singulorum iudicantur, mox dum à corpore exeunt: & vniuer
sale quod erit in fine mundi, & de vtroq; accipi potest, quod scriptum est, Patientes estote vsq; ad ad-
Iacobi.5. uentum domini, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropinquabit. Ecce iudex
Psal.95. ante ianuam assistit. De ista materia cito pertranseo, quoniam in expositione duorũ psalmorũ pręce-
Psal.96. dentium multa de ea commemorata recordor. Deniq; decet nos psalmũ istũ dulcifluũ ac amœnũ, tan
to affectuosius deuotiúsq; cantare, atq; in eius decantatione tanto iucundius dño iubilare, quanto in H
eo de Christo, & eius primo aduentu cæterisq; mysteriis, & gentiũ vocatione ad fidem & gratiã sal-
uatoris euidentius agitur, atq; ad dei pręconia persoluenda frequentius inuitamur. Nil enim Christia
no dulcius sapere debet quàm sermo diuinus, in quo de Christi incarnatione ac mundi redemptione
tractatur, idcirco psalmi inde loquentes, deuotissime sunt cantandi.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCVIII.

¶ EXPOSITIO Tituli.

PORRO titulus psalmi nunc exponendi, in verbis ac sensu idẽ est cũ titulo Psalmi immediate pręhabiti. Loquitur enim hic Psalmus ad literã de Christo, & regia magnificẽtia atq; multiplici laude ipsius. Et qui eum ad literam exponunt de Dauid & regno eius, non solum sanctis catholicisq; doctoribus superficialiores sunt, sed etiam quibusdam Hebræorum doctoribus, qui ipsum ad literam exponunt de rege Messia. De eo igitur loquens Dauid Propheta, ait.

A PRECATIO;

*Excelsus super omnes populos deus, famulis tuis esto propitius, da nobis quæsumus custodire testimonia & sancta quæ dedisti nobis præcepta, ut ea in finem usque obseruantes deuote, mercedem a te in beata sortiamur æternitate.*

## EXPOSITIO Psalmi.

DOMINVS] Christus, qui primo suo aduentu non venit ministrari, sed mini- Mat.00.
strare [REGNAVIT] in Ecclesia militanti, post resurrectionem, & ascensio-
nem, & vsque in finem mundi regnabit in ea [IRASCANTVR POPVLI]
id est, infideles quantumcunque irati, indignati, reluctatique fuerint regno
Christi, illud impedire nō poterunt. Vel, irascantur, id est, irascentur, quia per-
uersi conati sunt regnum Christi destruere, eiusque famam & gloriā extirpa-
re. Propter quod Paulus, Ostium (inquit) mihi apertum est, & aduersarii mul 1. Cor. 16
ti. Vel, irascantur, id est, ira salubri contra vitia sua insurgāt ac vindicent [QVI
sedet super Cherubim] id est, Christus qui vt deus omnem plenitudinem creatæ scientiæ superexce-
dit. De quo in lib. Iob dicitur, Non audebunt eum contēplari omnes qui sibi videntur sapientes. Qui Iob. 37.
etiam vt homo eleuatus est super omnes ordines angelorum: regnauit [MOVEATVR terra] id est,
B populus vniuersæ terrę conuertatur motu seruitutis ac fidei ad dominum saluatorem. Vel, moueatur
ad impatientiam quantumcunque voluerit inuidendo gloriæ Christi: sed nihil proficiet. Hoc autem
non optando seu imprecando, sed insinuando insuperabilē potestatem Christi asseritur. Vel, mouea-
tur, id est, mouebitur ad resistendum Christo. Quod non optando sed prænunciando intelligi debet.
Vnde dicit Apostol. Quemadmodū Iamnes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt veritati 2. Tim. 3.
sed vltra nō proficient. Insipiētia enim illorū omnibus manifesta erit. ℂ (2) DOMINVS] Christus Luc. 1.
est [IN Sion] hoc est, in ecclesia ipsum contemplante [MAGNVS] quēadmodū Gabriel virgini ma-
tri prædixit, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Est autē Christus magnus duplici magni-
tudine. Nam vt deus est magnus magnitudine infinita & increata, quæ est tribus personis vna & indi Titum. 2.
uisa, idemq; quod ipsa diuina essentia. Vnde dicit Apostolus, Sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc se-
culo, expectantes beatā spem, & aduentum gloriæ magni dei. Est itemque Christus magnus magni- Lucæ. 2.
tudine creata atque finita, non corporali, sed spirituali, id est, in omni gratia, sapientia ac virtute per-
fectus: iuxta illud, Puer Iesus crescebat, plenus sapiētia, & gratia dei erat in eo. Hac magnitudine ma-
gnus erat à principio conceptionis suæ in virgine, & ob eā dictus est vir adhuc existens in vtero ma
tris secundum q̄ de ipso apud Iere. conscriptū est. Nouum creauit dominus super terram, mulier cir Ierem. 31.
cundabit virum [ET] dominus iste est, [EXCELSVS] loco ac dignitate [SVPER omnes populos] Marc. 16.
C Sedet enim ad dexteram patris, & vt deus omnia in infinitū excedit in omni dignitate & perfectio-
ne: sed vt homo pfectior est in omni gratia, q̄ omnes electi simul in cęlo & terra. Propter quod Esa. Esaię. 40
inquit, Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. ℂ (3) CONFI- Philip. 2
TEANTVR] ò Christe, homines vniuersi. [NOMINI tuo magno] de quo dicit Apostolus, Dedit
illi, scilicet Christo, pater nomen quod est super omne nomen: huic omnes confiteantur, id est, tibi
ipsi, duplici confessione videlicet te laudādo & se accusando [QVONIAM terribile & sanctum est.]
Est enim terribile, quoniam omnes districtissime iudicas: & sanctum, quoniam purum ac bonum, o-
mnisque puritatis fontale principiū [ET honor regis] id est, regia dignitas Christi [IVDICIVM,
id est, actum iustitiæ [DILIGIT] Præcepit nanque Christus, rex noster, in veteri ac nouo testamen
to, iudicium fieri, ordinans prælatos ac principes in militanti ecclesia, quorum est inferioribus iudi-
cium facere. Vult quoque vt ipsi prælati ac iudices propria facta discutiant, discernāt ac iudicent, imo
à quolibet nostrum requirit vt per rationem iudicet semetipsum, vitia propria condēnando, vlciscen
do, ac relinquendo. Propter quod dicit Apostolus, Si nosipsos diiudicaremus, non vtique iudicare- 1. Cor. 11.
mur. Et alibi habetur, Quęrite iudiciū, subuenite oppresso. ℂ (4) TV] Christe legifer noster [PA- Esaiæ. 1.
RASTI directiones] id est, mandata vitæ nobis ostendisti, per quæ dirigitur homo in vltimū finem, Esaiæ. 33
seu vitam æternam [IVDICIVM] id est, discretionem inter bonū ac malum, verum ac falsum [ET
D iustitiam]. i. iustitiæ executionem seu boni operationem ac mali euitationē [IN Iacob] patriarcha &
populo Iudæorū, seu populo christiano, quorū est vitia supplantare [TV fecisti] per gratiam, dando
eis virtutem recte iudicandi, ac iuste agendi. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. secūdum
Esa. & deus est qui operatur in nobis & velle & perficere, secundum Apostolū. Idcirco de tantis be-
neficiis ò fideles. ℂ (5) EXALTATE] id est, sublimiter colite, excellentissime honorate, & laude Esa. 26.
præclara vniuersis præferte [DOMINVM deum nostrum] qui solus est verus deus, dicentes illud Phil. 4.
Daniel. Oculos meos ad cælum leuo, & altissimo benedico, & viuētem in sempiternum glorifico, & Dan. 4.
regem cæli laudo atque magnifico [ET adorate scabellum pedum eius] id est, humanā naturā Chri-
sti, in qua diuinitas verbi stetit quasi supra scabellū. Hæc humanitas inquantū est vnita deo in vnitate
personæ, adoratur adoratione latriæ, non per se, neque seorsum: sed dū Christus deus & homo ado-
ratur, adoratur & eius humanitas. Pensandum vero circa præsentem materiā, quæ multis facit diffi-
cultatem, dubitationemque anxiam, q̄ secundū beatum Thomam in tertia parte, quæst. 24. duo con
siderari possunt in eo qui honoratur, videlicet ipsum totum subsistens, & ea quę in ipso sunt. Honor
autem non impenditur proprie & per se, nisi toti subsistenti. Si enim pars alicuius honoretur, vide-
licet manus aut pes, hoc non est propter se, sed inquantū est aliquid totius: sicque totū honoratur in
parte. Causa autem honoris est excellentia honorati, quoniam honor est exhibitio reuerentiæ, alteri
impensa in signum seu testimoniū perfectionis siue virtutis. Dum ergo in vno supposito sunt plures

excellentiæ, scilicet prælatio, sapientia, sanctitas vitæ, erunt plures atq; distinctę honorationes vnius, E
secundum ordinem ad causas honorationis, secundum q causæ plures sunt & distinctæ: sed ex parte
personæ quæ honoratur, erit honoratio vna. Denique adoratio in sacra scriptura non semper acci-
pitur prout est actus latriæ. s. pro cultu soli vero deo impendendo, sed vicissim sumitur pro quacun-
3.Reg. 2. que excellēti veneratione alterius. Vnde scriptum est, Surrexit rex Salomon in occursum matris suæ,
adorauitq; eā. Et eodē libro legitur, Bethsabee capite inclinato Dauid regē adorasse. Similiter in li-
3.Reg.1. bro Iosue scriptū est, quemadmodū Iosue angelū adorauit. Cū igitur quæritur, an vna atq; eadē ado-
Iosu. 5. ratione sit adoranda humanitas ac diuinitas Christi, Dicendū q imo secundū cōparationē seu ordi-
nem ad totū subsistens, qm̄ vna est adoratio qua totus Christus adoratur propter vnitatē personæ,
sed dici possunt plures adorationes, sumendo adorationē cōmuniter secundū diuersas causas honora
tionis, propter quas Christus adoratur. Nā propter sapientiam increatā, adoratur adoratione latriæ
proprie sumpta, propter sapientiā vero & sanctitatē & gratiā seu creatam, adoratur adoratione com
muniter sumpta, quæ dicitur adoratio duliæ, vel potius hyperduliæ. i. excellenti honoratione duliæ.
Sicut enim latria est virtus, quę deo cultū, ceremoniamq; impendit: sic dulia dicitur virtus, quę crea-
turis excellentibus debitū affert honorē. Cū insuper quæritur an adoratio latriæ sit impendēda huma
nitati Christi, respondendū sicut nunc tactum est, q adoratio proprie non cōpetit nisi toti subsisten-
ti seu supposito: idcirco humanitas Christi nō dicitur proprie aut directe adoranda seorsum vel per F
se, sed tamen eo modo quo potest adorari. Dicendū q adoratio humanitatis Christi dupliciter intel-
ligi potest. Primo, vt adoratio eius intelligatur esse illius cuius est ipsa. s. verbi, & ita debetur huma-
nitati Christi adoratio latriæ: sic nanq; adorare Christi humanitatē, aliud non est, nisi adorare verbū
incarnatū, quemadmodū adorare purpurā regis, est adorare regem purpuratū. Secundo, intelligi po
test adoratio humanitatis Christi, ita vt sit eius secundū se. s. vt impendatur ei ratione sui, sed propter
plenitudinem gratiæ suæ: sicque non debetur neq; impēditur ei adoratio latriæ, sed veneratio duliæ.
Christus itaq; duplici honoratione adoratur, vtpote adoratione latriæ, propter naturam diuinam &
increatā, & adoratione duliæ propter naturā humanam. Loquendo ergo de adoratione proprie di-
cta, nulli debetur proprie & per se, nisi increato supposito. Vnde Damascenus tertio lib. dicit, Ado-
ratur autē caro Christi in verbo dei incarnato, non propter seipsam, sed propter vnitū, secūdum hy-
postasim, verbū. Cuius simile ponit de purpura regis, quæ honore soli regi debito honoratur, nō se-
cundū vel propter se, sed prout est indumentū regis, & sicut rex purpuratus regio veneratur hono-
re, rex quidē proprie & per se, purpura vero, prout est aliquid regi coniunctū: sic verbum incarnatū
adoratur adoratione latrię propter se proprie & directe, caro vero seu humanitas eius, prout est ali-
quid sibi vnitum. ☾ (6) MOSES & Aaron in sacerdotibus eius] .i. de numero sacerdotū dei fuerūt G
in veteri testamento. Aaron nanque pontifex erat & summus sacerdos, preces & hostias populi do-
Num.8. mino offerens. Moses vero consecrando seu ordinando Aaron in pontificem, & filios eius in sacer-
Hebræ. 5. dotes, prout in Leuitico legitur, functus est officio sacerdotis [ET Samuel inter eos, qui inuocant no
Leuit.8. men eius] .i. de numero fuit eorū, qui deum intime orauerunt in veteri testamento. Nam & pro aduer
Leuit. 9. sariis suis precatus est, dicens, Absit à me hoc peccatū in domino, quominus cessem orare pro vobis.
1.Reg.12. ☾ (7) INVOCABANT dominum] Moses & Aaron & Samuel pro populi ignorantia [ET ipse]
Exod. 32. dominus [EXAVDIEBAT eos] quod patet de Mose & Aaron in libro Exodi & Numer. ac alibi,
Num. 21. De Samuele etiā scriptum est hoc primo Regum [IN columna nubis] .i. in nube per modū colūnæ
1.Reg.12. apparente [LOQVEBATVR ad eos] dominus, non in propria persona, sed per angelū ministran-
Exod. 23. tem. De quo dn̄s Mosi dixit, Ecce ego mitto angelū meum qui præcedat te. Quod autē loquutus sit
Exod. 33. hoc modo dominus Mosi & Aaron in colūna nubis, legitur in Exod. sed de Samuele non legitur hoc
in scriptura canonica manifeste, nisi in psalmo præsenti, propter quod certū est sic esse. Veruntamen
1. Reg. 12 1.Reg. manifeste describitur, qualiter dominus orante Samuele dedit voces & pluuias, quæ sine nu-
be non erant, & forte tunc dominus loquebatur Samueli in colūna nubis, quanuis alii loquutionem
Matth. 3. illā non audierunt, sicut nec cæteri audierunt (vt aliqui asserunt) vocem patris dicentis de Christo,
Hic est filius meus dilectus, quam tamen audiuit Iohan. Bap. Christo baptizato atq; orante, vt dicit
Luc. 9. Lucas. ☾ (8) DOMINE deus noster] trinitas adoranda & superbenedicta [TV exaudiebas eos]
in iustis eorū petitionibus [DEVS tu propitius fuisti eis] .i. pie ipsis indulsisti tam propria q̄ aliorum H
Exod. 32. peccata, quod maxime patet in Aaron, qui grauiter nimis peccauit in formatione vituli aurei & mur
Num. 12. muratione contra Mosen [ET vlciscens] .i. paterne in præsenti vita castigans [IN omnes adinuētio-
nes eorum] .i. omnia peccata ipsorū, quę non processerunt ex inspiratione diuina, sed ex adinuentio-
ne humana. Hæc nanq; eorū peccata deus in hoc mundo clementer ac tēporaliter vltus est, ne in fu
turo seculo grauius punirentur. Vnde propter incredulitatē, qua ad aquas contradictionis Moses &
Num. 20 Aaron deo increduli erant prohibiti sunt ingredi terram promissionis. Constat ergo quod dn̄s non-
nunquā permittat sanctos suos ex humana infirmitate cadere, tuncque clemēter adhibet temporalis
pœnæ remediū, quatenus tam ex propria culpa, quam ex diuina vindicta suā fragilitatē aduertant, &
humiliores, cautioresque resurgant. Quem vero deus odit, huius adinuentiones non vlciscitur cōple
te vel semper in seculo isto, sed futuro: interdum tamen vlciscitur eas in pręsenti, per inchoationem,
vt patet in reprobis, quorū pœna nunc incipit, & in inferno sine fine perdurat. ☾ (9) EXALTA-
TE] cū reuerentia mentis, cū pręconio oris, cum obsequio operis [DOMINVM deum nostrū] Chri
stum dei filium, qui est verus deus, ac vita æterna [ET adorate eum in monte sancto eius] .i. in eccle-
sia militanti, in Christo monte summo fundata: & non solū in monte Sion, qui erat in Ierusalem, aut
Iohan. 4. in monte sito iuxta Sichar, de quibus ait saluator mulieri Samaritanæ, Crede mihi, quia veniet hora,

A quando neq; in monte hoc, neq; in Ierusalē adorabitis patrem [QVONIAM sanctus dominus deus noster] Ipse enim est substantialiter sanctus & sanctitas, pura, separata, & infinita. Ipse quoq; est prima origo, mensura, & causa omnis sanctitatis, virtutis atq; munditiæ. Propter quod Pater noster cælestis volens nos esse sibi consimiles, quatenus vere ac digne eius adoptini filii nominemur, ait, Nolite cōtaminare animas vestras. Sancti estote, qm̄ ego sctūs sum. Maculatos autē, immūdos, seu vitiosos abominatur, odit, & dānat, quemadmodum Iosue dicit, Deus sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris. Sed & Christus deum patrem sanctum appellat, suosq̄ne fideles ab eo sanctificari precatur dicēs in euang. Pater sancte sanctifica eos in veritate. Agamus ergo propter quod Christus venit ad nos, Iurauit nanq; daturū se nobis, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris. Ecce psalmū præsentē laudibus dei suauem, beneficia Christi recolentē, nosq; ad dei veneratione repetitis viribus exhortātem, decet nos non sine iucunditate interna, deuotioneque præcipua decantare, & deum non solum verba sed humilis quoq; ac diligenti obsequio exaltare. Leuit. 11. Iosue. 24 Iohan. 17 Lucæ. 1.

## COMMENTARIVS IN PSAL. XCIX.

### EXPOSITIO TITVLI.

B Psalmi nunc declarandi titulus est. Psalmus in confessione, id est, psalmus iste ait de confessione diuinæ laudationis, de confessione quoque propriæ accusationis, principaliter tamen tractat de confessione laudis diuinæ, quia intendit nos inflammare atque inducere ad laudandum, regratiandum, ac benedicendum deo creatori nostro. Dic ergo.

### PRECATIO.

*AEterna cæli gloria deus, fac nos portas tuas in confessione, & atria tua in hymnis introire, ut confitens maiestati tuæ coronam vitæ, quam repromisisti te diligentibus, te donante accipiamus.*

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

IVBILATE domino].i. tam exuberanter, ineffabiliterque gaudete ac hymnū dicite deo vt sanctæ deuotionis lætitia contineri, cōpesciq̄ne nequeat, quin foras per sensibilia signa erumpat, nec tamen integre exprimi possit, sic iubilate domino [OMNIS terra].i. ô vniuersi incolæ terræ. Tam copiose decet nos domino iubilare, quoniā sicut eius maiestas nostram paruitatem infinite excedit, sic nostra iucunditas de deo concepta propriam infirmitatem & elocutionem transcendere debet. Debemus autē domino iubilare, primo & summe propter propriā bonitatem ac beatitudinem eius, cui decet nos ineffabiliter cōgaudere, si tamen diligimus, sicut & Christus ait apostolis, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia ad pa- C trem vado.i. meę exaltationi ac glorificationi congratularemini. Secundo, propter multiplicia beneficia dei nobis exhibita.s. propter dona naturæ ac munera gratiæ. Dedit enim nobis esse, viuere, sentire, intelligere, corpus & animā, vires ac membra, multiformia quoque dona gratiæ, atque misericordiæ suæ immensæ. Tertio, propter maxima bona nobis promissa, in cælestibúsque parata. Hinc ergo ô homines cuncti [SERVITE domino in lætitia].i. prompte atq; hilariter, non tamen dissolute aut irreuerenter, sed in lætitia timori coniuncta, sicut superius dictū est. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. Quid autē est dño in lætitia deseruire, nisi diuinis præceptis ex vera & feruida charitate parere? Nulla quippe forma tam facile, prōpte, & delectabiliter operatur vt charitas. Habetq; charitas feruida in omni sua operatione annexā cordialem lætitiā. Non enim gaudet super iniquitate, congaudet autē veritati, secundū Apostolum, Debemus itaque dño in lætitia ministrare, quia non cōplacet ei famulatus coactus. Propter quod dicit Apostolus, Non dedit nobis deus spiritū timoris, sed sobrietatis ac dilectionis & virtutis. Ad Coloss. quoque, Quodcunque (inquit) facitis, ex animo operamini. Quanto autē deo ex promptiori ac hilariori affectu seruimus, tanto pleniorē ab eodem mercedem sortiemur, videlicet ampliorē gratiam in præsenti, gloriamque maiorem in cælo. (2) INTROITE] in templum domini [IN conspectu eius] quia supra templū domini aperti sunt ocu- D li misericordiæ eius, quemadmodū Salomon orauit, Audi domine hymnū & orationem serui tui, vt sint oculi tui aperti super domū istam die ac nocte. Quanuis autē hoc de templo materiali accipi possit, quod est domus orationis, in quam aspicit deus, in qua etiam domo homines aspiciuntur à deo, id per approbationē cognoscuntur ab eo & misericorditer attenduntur: aptius tamen accipitur de templo immateriali, quod est anima rationalis, quæ est cubiculū, thalamus, thronus, sedes, domus ac templum sui creatoris ac saluatoris. Debemus ergo introire in animā nostram.i. redire ad cor, & cōsiderare diuina, atque discutere nostra interiora in conspectu eius.i. coram deo, cogitando præsentiā dei, & coram eo statuendo nosipsos, dicentes, Testis est deus, qui præsens aspicit. Sic autem introite [IN exultatione] id est, introeundo confitemini deo, eius præconia & vestra facinora, quatenus in contemplatione diuinæ bonitatis lætemini, in consideratione autem vestræ prauitatis tristemini, vt contristando consolari mereamini consolatione æterna. (3) SCITOTE] non solum per fidem, sed etiam per naturalem rationem & gustū seu experientiam [QVONIAM] id est, quod [DOMINVS] vniuersorum [IPSE est deus] creator, gubernatórque vester [IPSE fecit nos] per creationem, reficit etiam nos per suam incarnationem ac gratiæ infusionem. Quod autem deus creādo omnia fecit, omnia protestantur & clamant, ordo rerum ostendit, ratio dictat, scriptura affirmat, philosophi cognouerunt, theologi prædicant. Videmus nanque ordinem decentissimum esse in speciebus vniuersi, quoniā vna natura est posterior, compositior, vilior, ac dependentior alia. Oportet ergo venire ad Iohā. 14. Psalm. 2. 1. Cor. 13. 2. Tim. 1. Coloss. 3. 3. Reg. 8. Esaiæ. 56 Esa. 46. Gen. 31.

vnam naturã simpliciter primam, maxime simplicem, summe dignissimã, penitusq; independentem, E
seu nullius egente, & ista est deus. Primũ atque dignissimũ in omni genere rerum, est causa posterio-
rum in genere suo, quemadmodũ primum calidũ est causa caloris in aliis, & primũ lucidum .s. sol, est
causa claritatis in aliis omnibus. Deus ergo, qui est primũ ens, summe perfectũ, simplex ac indepen-
dens, est causa omnis entitatis, veritatis ac perfectionis in cæteris omnibus. Quod etiã Aristoteles se-
cundo primæ philosophiæ demonstrat, propter quod alibi dicit, Ab hoc ente, omnibus cõmunicatũ
est esse & viuere, his quidẽ clarius, his autem obscurius. Quemadmodũ itaque omne quod habemus
& sumus, à deo recipimus, ita nosipsos & omnia interiora, exterioraque nostra deo offerre, & in dei
laudem ac seruitutem expendere obligamur. Ideo subditur. ¶ (4) POPVLVS eius & oues pascuæ
eius] .i. ô vniuersi fideles quos possidet deus per fidẽ & gratiã qui estis oues pascuæ eius .i. qui sacra-
mentis eius reficimini, & mente & corpore donis dei sustentamini atq; alimini [INTROSTE] non
tam corporis gressu quam mẽtis profectu [PORTAS eius] .i. virtutes seu opera virtuosa, quibus ad
regnum cæleste pertingitur [IN confessione] peccatorũ vestrorum. Oportet enim confessionẽ pro-
priæ culpę præcedere cætera opera virtuosa. Per confessionẽ nanque culpa deletur, gratia datur, &
Esaiæ. 1. homo idoneus laudator, efficitur. Vnde de non confitentibus dñis per Esaiam ait, Cum extenderitis
manus vestras, auertã oculos meos. Manus .n. vestræ sanguine plenæ sunt. Introite quoq; [ATRIA
1. Pet. 4. eius] .i. latitudinem charitatis, implentes illud beatissimi principis apostolorum, Ante omnia mutuã F
in vobismetipsis charitatẽ continuam habentes, qm̃ charitas operit multitudinem peccatorũ. Vnde
Ephe. 5. & Paulus, Ambulate (inquit) in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Nam plenitudo legis est dile
Roma. 13. ctio: & qui diligit proximum, legẽ impleuit. Vel, introite atria eius .i. per contemplationẽ & spem in-
trate amplitudinẽ cœlestis palatii, & oculis fidei circumspicite plateas regni cælorum, ac ordines bea
Philip. 9. torum, habentes conuersationem in cælo. Denique potest hic versus intelligi de materialibus portis,
atriisque ecclesiæ ex lapidibus fabricatæ, ita quod admonemur visitare ac ingredi ecclesiam dei, vbi
diuina aguntur, missæ celebrantur, prędicatio verbi cælestis auditur [IN hymnis] id est, spiritualibus
Apoc. 19. laudibus [CONFITEMINI illi] .i. deum laudate, sicut in Apocalypsi admonetur, Laudem dicite
deo omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni. ¶ (5) LAVDATE nomen eius] mente
deuota, collecta, & amorosa [QVONIAM suauis est dominus] Est enim deus benedictus & sanctus,
essentialiter dulcis, & eius infinita essentia aliud nihil est, nisi dulcedo prorsus immensa, à cuius odo-
re, suauitate, ac amœnitate in infinitũ occumbit omnis dulcedo creata. Hanc tamen dulcedinem dei
aliqualiter gustare meretur, qui in continuis laudibus eius diligẽter persistit, dicens ac implens quod
Psalm. 33 dictum est supra: benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et Ecclesiasticus,
Eccl. 51. Confitebor (inquit) tibi dñe rex, & collaudabo te deum saluatorem meũ. Laudabo nomen tuũ assi- G
due, [IN æternum misericordia eius.] Misericordia enim dei est ipsemet deus misericors, & ita æter
na est sicut & deus. Vel, in æternũ misericordia eius .i. effectus pietatis diuinæ æternaliter permane-
Roma. 9. bit in electis, qui sunt vasa misericordiæ [ET vsque in generationẽ & generationem] .i. per omnes ge
nerationes & sine fine permanet [VERITAS eius] .i. veritas sacræ scripturæ, quemadmodũ Chri-
Luc. 21. stus testatur, Cælum & terra transibunt, verba autẽ mea non trãsibunt. Propter quod etiam in Esaia
Esaiæ. 9. habetur, Verbum dei nostri stabit in æternum. Vel veritas dei, intelligi potest ipsemet deus verax, seu
vera impletio promissionum ipsius quæ nunquam cessabit, qm̃ ibunt reprobi in ignem æternũ, electi
Mat. 25. vero in vitã æternam. Ecce psalmũ dulcifluum, angelica iucunditate repletũ, dei præconiis redolentẽ
audiuimus: quem debemus in persona ecclesiæ cũ ingenti attẽtione proferre, eiusq; exhortationibus
efficaciter obedire dño iubilando, ei hilariter seruiẽdo, eiusq; præsentiã iugiter cogitando, ipsumque
esse deũ nostrũ fide ac opere profitendo nec vnquã ab eius præconio segniter discedendo. Quod fa-
cere nullo mõ poterimus, nisi quotidie grauia vitia integerrimo corde abhorreamus, venialia quoq;
diligenter pro posse vitemus, corrigamus, ac deploremus, confitendo frequẽter & emendãdo feruen
Prou. 28. ter, pensantes illud Salomonis. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit &
reliquerit ea, misericordiã cõsequũtur. Hæc requirũtur ad actus ad quos inuitamur in psalmo præsen
ti, qm̃ actus isti omnino deiformes sunt, cælestes atq; angelici, saluberrimi & incomparabilis meriti.

## COMMENTARIVS IN PSAL. C. H

EXPOSITIO Tituli.

TItulus psalmi nouissimi huius quinquagenæ secundæ talis est. Psalmus Dauid. Est enim hic
psalmus Dauid prophetæ tanquã authoris, sed Christo cantatur tanquam largitori omnium
perfectionũ, virtutum, seu gratiarũ, de quibus tractat hic psalmus. Conuenit vero cuilibet ho
mini virtuoso, cuius vita aliis in exemplũ proponi potest. Fatetur enim in hoc psalmo vir perfectus
suas virtutes, non præsumptuose aut ad gloriã propriam, sed ad dei honorem & proximorũ ædifica-
tionem, quemadmodũ Iob, Tobias, Ieremias, & alii multi sanctorum diligenter describũt bona pro-
Iob. 27. pria, quod etiã Paulus in suis epistolis sæpius ait, in tantum vt dicat aliquoties, Factus sum insipiens,
To. 12. 13 vos me coegistis .i. charitas qua vestrã salutem desidero, cõpulit me laudare meipsum, quod insipien-
Ier. 15. 18. tiæ simile est, & diuinæ scripturæ videtur contrarium, quoniam Salomon dicit, Laudet te alienus, &
2. Cor. 12 non os tuum: extraneus, & non labia tua. Sed hoc iam dictũ est, ne quis laudet seipsum sine ratione le
gitima, aut ex gloria vana. Non autem prohibemur per hoc ad gloriam creatoris, ædificationemque
auditoris, & maxime subditorum, proprias enarrare virtutes, pręcipue quoniam Christus in euange
Matth. 5. lio, Sic luceat (inquit) lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrẽ
1. Petr. 2. vestrum qui in cœlis est. Vnde & Petrus ait, Conuersationem vestram inter gentes bonam, vt in eo

A quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorifi-
cent deum in die visitationis. Et Paulus dilecto discipuln ait, Prnfectus tuus manifestus sit nmnibus. 1. Tim. 4
Loquens ergo Dauid in persona ecclesiæ, seu cuiuslibet viri perfecti, sic nrsus est.

PRECATIn,

*Misericordia tua domine interueniente, præsta nobis quæsumus cordi prauo non adhærere, sed fac nos domus tuæ innocenter semper perambulare atria, quo tibi placentes æternæ gloriæ tuæ nos dignos associare.*

¶ EXPnSITIO Psalmi.

MISERICORDIAM & iudicium cantabo tibi dñe] .i. pietatem & æquitatem
tibi ô deus cum laude iucunda ascribam, non solũ laudabo te tanquã misericor Iob.24.
dem misericorditer indulgentẽ, miserationesq; maximas peccatnribus facien-
tem, sed etiã tanquã iustum, iusta iudicia diligentẽ ac facientem, terribiliter vl- Prou.19
ciscentem, & nil mali impunitũ, imo nil penitus indiscussnm, iniudicatum, im-
præmiatumque derelinquentẽ. Nuuc enim frequenter prædictũ est, quomodo Psal.24.
vniuersæ viæ domini sunt misericordia & veritas, intelligendo per veritatẽ iu-
stitiam seu iudiciũ. Cantamus autem dño iudicium multiplex, videlicet particu Mat.13.
B lare, quod singulis dũ moriuntur facit seorsum, & vniuersale. quod iu fine mundi facturus est. Can-
tamus eius iudicium discretionis, quod agit in nobis qnotidie, electos à reprobis in vita hac diuidẽs,
gratia, voto, & merito. Iudiciũ quoque retributionis finalis, quod erit in fine seculi, quãdo separabun
tur boni à malis loco & præmio. Vel sic, Misericordiam, in prosperis, & iudiciũ, in aduersis, cantabn
tibi. i. ad laudem tuam ô dñe, ita ꝙ quicquid boni seu cõsolationis tuę mihi acciderit, & quicquid me-
riti in me fuerit, totũ tibi attribuã, & tuæ misericordissimæ bonitati ascribam. Pnrro quicquid aduer-
sitatis, imperfectionis aut culpæ contigerit, hoc meis peccatis & tuo iusto iudicio deputabo, cantans
tibi illud Danielis, Iustus es dñe in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa npera tua vera, & nmnia Dan.3.
quæ fecisti nobis in vero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Sicut
ergn deus singulariter præcipit nobis misericordiam, quantum ad proximos, & iudicium quantum
ad nnsipsns, secundum illud Zachariæ, Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes Zach.7.
facite, vnusquisque cum fratre suo. Et Michæas, Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, aut quid dñs Mich.6.
requirat à te, vtique facere iudicium & diligere misericordiam, sic deus in omni opere suo miserienr-
diam, iudiciumque commiscet, propter quod hæc dun sibi specialiter decantãtur, ne vel iudicium dei
nos desperare compellat, vel misericordia intimnratos efficiat. Sed vtrunque hnrũ pensando timen- Philip.2
do speremus, & timendo timeamus atque sollicitl ambulemus cum deo nostro, cum metu & timore ac
C tremore nostrã nperantes salutẽ: iuxta admonitionẽ diuini apostoli. ¶ (2) PSALLAM] spũalia can 1. Cor.14
tica proferendo, [ET intelligam]. i. intus legã, seu intente aduertã, quæ psallo, ne sim vagus & mente Psal.46
inanis sed impleã illud Apostoli, Psallam spũ, psallam & mente. Vnde supra dictũ est, Psallite sapien
ter. Sic autẽ psallam & intelligam [IN via immaculata]. i. cũ intentione syncera, in desiderio puro, in
obseruatinne legis diuinæ, quatenus vita voci concordet. Hæ nanq; sunt viæ immaculatæ, quibus ad
deũ anima tendit. De quibus legitur in Prouerb. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacifi- Prou.3.
cæ. In via vero sancti desiderii, qun sitiuit anima mea ad te, dixi, tuã præsentiã vehementer nptando
[QVANDn venies ad me]. i. vtinã cito venias, quotidie quidem per gratiæ accumulationẽ, & in bre
ui tollendo me de isto exilio ad patriã. Cnpio enim dissnlui & esse tecum, quia hoc multo melius. Philip.1.
Cnnsequenter prosequitur in speciali, qualiter in via immaculata psallebat, dicendo.
¶ (3) PERAMBVLABAM]. i. in hac valle lachrymarũ conuersabar [IN innocentia cordis mei] Tob.4.
ita ꝙ nnn feci alteri, quod mihi nollem fieri, sed in simplicitate ac puritate conscientiæ vixi, quemad
modum ait Apostolus, Neminem læsimus, neminem corrupimus, neque aliqnando in sermnne adu- 2. Cor.7.
lationis fuimus [IN medin domus meæ]. i. in medio ecclesiæ seu fratrum meorũ, nullum malo exem
plo intoxicando. ¶ (4) NON proponebã ante oculos mens] corporales seu interinres [REM in-
iustam]. i. quicquã illicitum vt appeterem, sicut in Iob habetur, Pepigi fœdus cũ oculis meis, ne cogi- Iob.31.
D tarem quidem de virgine. Vnde iterum scriptum est, Vnusquisque nffensioues oculnrum suorũ abii- Ezec.20.
ciat, dicit dominus. Maxime enim uocet oculus incustoditus, sicut in Ecclesiastico dicitur, Oculo qd Eccle.31.
nequius creatum est? Semper ergo oculum cordis ac corporis refrenemus, si corde purn dominn cõ- 2. Reg.11.
placere nptamus. Si hoc modo Dauid oculos suns custodisset, in adulterium, homicidiũmque lapsus
nnn fuisset [FACIENTES præuaricationes]. i. diuina mandata transgredientes [nDIVI] inquan Lucæ.6.
tum huiusmodi sint, dilexi tamen eos secundum ꝙ homines sunt, & gratiæ atq; salutis capaces, quia
eorum conuersinnẽ desidero, qm̃ pro inimicis & impiis nrare præcipior: & in hoc ostẽdit se diuinæ
vnluntati conformẽ, qm̃ (sicut Sapiens dicit) odio sunt deo, impius & impietas eius. Et de impiis a- Sap.14.
pud Ieremiã dñs ait, Non est anima mea ad populũ istũ. ¶ (5) NnN adhæsit mihi cor praunm] i. Ierem.15
affectio cordis mala mihi non placuit. Multi quippe pœnales sunt hnmini iusto, affectus & actus ho
minis praui, quemadmodũ Petrus testatur de Loth, Aspectu & auditu iustus erat habitans inter eos, 2. Pet.2.
qui de die in diem animã iustam iniquis operibus cruciabant. Veruntamen in tali euentu seu casu ser
uanda est patientia, & immoderata ac impetuosa displicentia remouenda, atque pia cõpassio impen-
denda, prout docet Apostolus, Fratres, & si præoccupatus fuerit hnmo in aliqnn delictn, vos qui spi Gal.6.
rituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et rursus, Alter (inquit) alterius onera portate Ibidem.
[DECLINANTEM à me malignum]. i. igne vitiorum accensum, à mea recta vnluntate auersum, &
mihi in vita dissimilem [NON cognoscebam] per approbatinnẽ, quoniã mihi nnn placuerunt opera

Luc.13. eius,& in hoc deo seipsum conformat,qui impiis dicet in die iudicii,Nescio vos. De quibus etiã ali- E
Mat.25. bi ait,Non est mihi voluntas in vobis.❡ (6) DETRAHENTEM secreto proximo suo] eius famã
Malach. 1 denigrando coram me seu me sciente [HVNC persequebar] affligendo,increpando,seu fugiẽdo.Est enim detractionis vitium graue nimis,& grauius furto,quod tamen ex suo genere est mortale. Vnde
Eccl.10 scriptum est, *Si mordeat serpens in occulto,nihil eo minus habet qui occulte detrahit.*Detractorem igitur persequi debet verus diligensque prælatus,& quilibet nostrum eum arguere debet, si est spes de emendatione ipsius,si vero correctionem verborum non recipit,debet ei ostendere vultum tristẽ, vel omnino faciem ab eo auertere,seu aliquid boni proponere, quatenus sic erubescat & emendetur.
Ecclesi. 7. Hinc enim Salomon dicit,Per tristitiam vultus,corrigitur animus delinquentis.Et alibi habetur,Se-
Eccle. 28 pi aures tuas spinis,& noli audire linguam nequam. Hic itaq; persequutor detractoris bonus ac pius
1.Iohã. 4 est non crudelis:& quicunque cupit vere proficere,debet in primis vitium detractionis penitus abhorrere & funditus extirpare,nec omni spiritui credere,seu de facili assensum præbere omni narrationi aliorum,præcipue imperfectorũ.Maxime nanque animam inquietat, mentisque stabilitatem ac grauitatem tollit ac impedit,quam cito omnia credere,obloquentiúmque sermonibus leuiter adhærere cœperit.Hinc etenim frequentes discordiæ & iniusta odia generantur, ita vt interdum de amicissimis fiant inimici,dum vnanimes quidem,sed nimium credulas animas, maliloqua lingua disiungit.Magna vero quies est animæ,& ingens grauitas morum,non temere neque facile de aliquo quicquam sinistrũ velle recipere aut audire.Et ista valde pensanda sunt innocentibus atque simplicibus, F
Prou. 14. quia facilius totum credunt,putantes alios tales,quales sunt ipsi. Propter quod Salomon,Innocens (inquit) credit omni verbo.❡ (7) SVPERBO oculo & insatiabili corde] id est,auaro qui non impletur pecunia [CVM hoc nõ edebam] cum interiori consensu.Et ad literã,si fieri potest sine dispen
Eccl.9. dio,vitandi sunt in mensa superbi atque auari:iuxta illud,Viri iusti sint tibi conuiuæ. Et apostolus di
2.Thes.3 cit,Si quis non obedierit verbo,per epistolam hunc notate,& ne commisceamini cum illo vt confun
1.Cor.5. datur.Alibi quoque,Cum huiusmodi,inquit,nec cibum sumere, propter correctionem tamen & informationem seu aliam rationabilem causam,possumus cum talibus manducare,præsertim cũ Chri-
Lucæ.7. stus cum publicanis & peccatoribus comedisse legatur,quatenus eos conuerteret. ❡ (8) OCVLI mei] interiores & etiam exteriores [AD fideles terræ] id est,ad homines deo fideliter seruiẽtes [VT sedeant mecum] in consiliis mensis atque iudiciis,quia ad tales affectuose respicio,eisque communicare desidero [AMBVLANS in via immaculata] id est,sine labe peccati conuersans,& deo in puritate cordis deseruiens [HIC mihi ministrabat] Tales nanque esse decet ministros prælatorũ ac principum,præcipue autem decet religiosos habere deuotos seruos,non seculares,leues,vanos,in vestitu curiosos,& opere inconstantes. ❡ (9) NON habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam] G id est,superbis non cohabitabo,ne cum peruerso peruertar, & si corpore ei cohabito, mente tamen
Psalm. 17 longe distabo ab eo:quoniam scriptum est,Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea,& qui communi-
Ecclesi.33 cauerit superbo,induet superbiam.Vnde Sapientia asserit,Arrogantiam & superbiam, & viam pra-
Prou.8. uam,& os bilingue detestor [QVI loquitur iniqua,nõ direxit in conspectu oculorum meorum] hoc est,meo iudicio non fecit bene,nec ambulauit ad deum directe,imo reprobo eum. ❡ (10) IN matutino] id est, tam cito vt commode iusteque potui [INTERFICIEBAM] gladio materiali vel spirituali [OMNES peccatores terræ] hoc est,omnes grauiter criminosos,causas morte dignas habentes [VT disperderem de ciuitate domini] id est,de ecclesia seu congregatione iustorũ [OMNES operantes iniquitatem] tam grauem vt dictum est.Debent nanque principes seculares gladio materiali,prælati autem gladio spirituali,iniquos occidere seu intus mortuos declarare, vt mundent eccle
24.q.1. siam à commixtione prauorum,secundum Decreta. Vel in matutino,hoc est, in exordio tentationis
Audiuimus. interficiebam.i.cadere atque deficere feci per orationem deuotam & adiutorium gratiæ Christi, omnes peccatores terræ,hoc est,diabolos me tentantes, & terrenas concupiscentias mihi suggerẽtes, vt disperderem de ciuitate domini,id est,de consensu animæ meæ,quæ est ciuitas dei, omnes operantes iniquitatem,hoc est,omnia diabolica tentamenta,me ad opera mala inducere quærẽtia. Quomodo autem hic Psalmus Christo conueniat,certum ac facile est. Ipse enim vt perfectissimus cantauit deo patri,ac toti Trinitati misericordiam & iudicium, quia in toto euangelio docet deum pium esse ac iustum.Psallebat quoque & intelligebat in via immaculata,hoc est, in tota sua conuersatione san- H ctissima,quando venies ad me:hoc est,quando ô deus pater veniam ad te? optabat nanque redire ad
Marc.9. patrem,quemadmodum testatur,O generatio mala,quamdiu apud vos ero? Non adhæsit etiã Chri-
Iohan.15. sto cor prauum,vt patet de Iuda proditore.Cætera omnia plana sunt.Porro secũdum doctores, tres sunt status Christianæ religionis.Primus est incipientium,quorum est in luctu & actibus pœnitentię
Psalm.50 occupari.& huic appropriatur prima quinquagena psalterii, quę terminatur in psalmo pœnitentiali,videlicet,Miserere mei deus.Secundus est status proficiẽtium,qui in spiritu ambulant, quorum est in actu iustitiæ exerceri,eundo de virtute in virtutem, & huic appropriatur hæc secunda quinquage
Psalm. 83 na,quæ terminatur in psalmo præsenti,de rigore iustitiæ pertractante.Tertius vero est status perfe-
Psal.100. ctorum à vita actiua ad contemplatiuam ascendentium,quorum est laudibus dei iugiter inhærere, & huic appropriatur tertia quinquagena,quæ terminatur in laude diuina.Docetur denique vnusquisq;
Psal. 150. superior ex psalmo præsenti,vt habeat se deuote ad deum,iuste ad proximum, immaculate ac sancte ad seipsum,imo singulis nobis conandum est,vt taliter conuersemur in hoc mundo fallaci ac fragili corpore,quod vita nostra aliis exemplaris reddatur, atque in propria persona verba Psalmi huius à nobis cantentur,ad gloriam saluatoris,qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

A # D. Dionysii Carthusiani in TERTIAM PSALTERII QVINQVAGESIMAM PRAEFATIO.

DEDIT DAVID CONFESSIONEM SANCTO ET excelso, & de omni corde suo laudauit deum, & dilexit dñm qui fecit illum. In verbis indnctis cõmendatur gloriosus propheta & rex sanctus Dauid de tribus. Videlicet de confessione propriæ culpæ, quam sancto excelsoque deo humiliter est confessus, Tibi (inquiens) soli peccaui, & malum eoram te feci. Secundo, de intima confessione laudis diuinæ. Quia de omni corde suo.i.toto & integro corde, eum omni alacritate ac promptitudine dñm laudauit. Sicut inferius ait, Cantabo dño in vita mea, psallam deo meo quam diu sum. Tertio, de sancta dilectione proprii creatoris. In istis consistit vniuersa spiritualis vitæ perfectio. Cum enim non sit speciosa laus in ore peccatoris: prius cõfiteri oportet propria mala, quoniã omnia in confessione lauantur. Vnde Iosue, Fili mi da gloriam deo & confitere quid feceris. Mente autẽ per confessionem purgata, factus est homo dignus atque idoneus dñm laudare, quia confessio propriæ culpæ disponit & aptum reddit hominem ad confessionẽ laudis diuinæ, in qua inflammatur mens pura diuini amoris ardore, intantũ vt dicere possit illud Ieremiæ, Factus est sermo dñi in corde meo, quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis. Et defeci, ferre non sustinens. Deniq; sicut confessio culpæ est actus humanus, quia non cõpetit nisi homini: sic dominũ laudare est actus angelicus, quoniam eis à principio suæ creationis inerat, incessabiliter inest, & iugiter inerit. Deum autẽ diligere est actus omnino diuinus. Nam deo æternaliter, perfecte, infiniteque conuenit. Confitendo itaq; nostra peccata, ducimus vitã laudabilem & humanã. Quemadmodum enim humanũ est ex infirmitate peccare, sic humanũ per confessionem resurgere. Deum autẽ laudando ducimus vitam angelicã & cælestem, sed deũ amando deificamur, & deiformem vitam sortimur. Ad cuius adeptionẽ omnia nostra exercitia ordinare debemus. Præcipue vero confert ad eã acquirendam, laus perennis seu psalmodia continua. Iuxta illud Esaiæ, Implebit dominus splendoribus animam tuã, si glorificaueris eum. Quoniam igitur domino saluatore auxiliante, vtcunq; expositæ iam sunt duæ Quinquagenæ libri Psalmorum, incumbit nunc aggredi tertiam, secundum modũ & formam in exordio explicatos. Videlicet simpliciter procedẽdo sine stili ornatu & sensuum profunditate, atq; ipsos Psalmos dum fieri potest & expedire videtur, quadriformiter explanando, hoc est, literaliter, allegorice, tropologice, & anagogice, quantum ille dignare dignabitur, de quo scriptum habetur, Omnis sapientia à domino deo est, & cũ illo fuit semper, & est ante æuum. Cuius misericordissimam illustrationẽ affectuosissime inuoco, per dilectionem, preces, ac merita aduocatæ saluatricis & dominæ nostræ virginis sanctæ dulcis Mariæ.

Eccl.47. Psalm.50 Psal.103. Eccle.15. Iosu.7. Ierem.20 Esaiæ.32. Eccle.1.

B C

## COMMENTARIVS IN PSAL. CI.

EXPOSITIO Tituli.

PSalmi nunc declarandi titulus est, Oratio pauperis, cum anxiaretur, & in conspectu domini effuderit precem suam, hoc est, Psalmus præsens est oratio hominis pœnitentis, cum anxiatur timore futuri iudicii ac suppliciorum inferni ex recordatione peccatorum suorum, & in conspectu domini effuderit precem suam, quatenus misericordiam consequatur, videlicet à præsentibus tribulationibus releuamen, peccatorum indulgentiam, innocentiæ restitutionem & gloriam in futuro. Loquens igitur sanctus Propheta in persona hominis propriam infirmitatem, iniquitatem atque miseriam recognoscentis, ac spiritualem inopiam deplorantis, ait.

D

PRECATIO.

*Ad te clamantes exaudi orationẽ nostram domine, & de excelso sancto tuo in terram aspice, & mala præsentia & futura a nobis propitiatus auerte, ut annunciemus in Sion gloriam tuam, & in Ierusalem cælesti laudem tuam.*

¶ EXPOSITIO Psalmi.

DOMINE] Deus omnipotens, simplex, ac trinus totaliter ac naturaliterque misericors [EXAVDI] hoc est, cognoscendo adimple [ORATIONEM meam] quia petitionem decentiũ peti à te [ET clamor meus] mentalis, videlicet ardens affectio, desideriũmq; cæleste: seu clamor vocalis, qui est magni ac sancti desiderii nũtius [AD te veniat] hoc est, tibi acceptus sit, tibi complaceat & attendatur, ac impleatur à te, quemadmodum de quibusdam ait scriptura, Clamor eorum in aures domini sabaoth, introiuit. Et tu ipse dicis, Clamor filiorum Israel venit ad me. Venit autem clamor noster ad dominum, non loco, sed acceptatione. Iaco.5. Exod.3.

¶ (2) NON auertas faciem tuam] hoc est, pietatis tuæ respectum [A ME] vili ac paupere peccatore, sed pœnitente. Loquitur autẽ Propheta de deo modo humano, quasi in deo essent auris & facies, conuersio ac auersio nouæ siue recentes, secũdum nouitatem meritorũ ac demeritorum nostrorum: sed omnia hæc in deo spiritualiter, immutabiliterque cõsistunt. Facies enim dei est diuini intellectus respectus. Auris dei est misericordia eius subueniens. Auersio dei est detestatio mali. Conuersio autẽ

approbatio boni [IN quacuoque die tribulor] id est, corde affligor propter peccata cōmissa, vel ten E
tamenta seu aspera mūdi ac dæmonum [INCLINA ad me aurem tuam] hoc est, misericordiā tuam
applica mihi, pietatis tuæ effectū declarando in me.i consolando animā tristem. roborando corpus
infirmum, mitigando seu auferendo tribulatiooes, quas patior, prout expedire ooueris animæ meæ.
(3) IN quacunque die] imo quacunque hora aut momēto diei seu noctis [INVOCAVERO te]
ex intimo mentis affectu, tuam bonitatē precando [VELOCITER] sine mora, sicut indigeo [EXAVDI me] ostendendo mihi lucem atqne præsentiā miserationum tuarū, quemadmodum dicit scri-
ptura homini iusto, Inuocabis, & dñs exaudiet, clamabis, & dicet, Ecce assum. Ecce quàm sæpe repe
Esaiç. 58. tit sensum eundē sub aliis verbis. Est enim consuetudo scripturæ (præsertim in his quæ pertinent ad
affectum) frequenter eandem seoteotiam alio sermooe resumere. Quod valde salubre est. Quoties
1. Thes. 5. oanque verba affectuosa reiterantur, toties ioterna affectio renouatur, augetur, perficitur. Quoniam
vna bona affectio, ad aliam similē præparat mentem. Et in repetitione affectus accenditur appetitus,
sicque oratio exaudibilior redditur, quia tanto amplius grata est deo, quanto ex calidiore manat affe
ctu. Propter quod expedit eidem sancto desiderio immorari in prece, ipsum multoties reuoluendo,
nec pigre aut frigide ab ipso cessando. Omnino enim cauere debemus, ne ab oratiooe segniter desi-
stamus, sed feruēoter inchoandū ac consummandū est omne opus diuinū, præcipue laudatio dei atq;
Iohan. 15. oratio. Demū ad exauditionem orationis tria requiruntur secundū Augustinū, Primo vt salubria pe- F
1 Cor. 11. tantur. Hoc enim est petere in noouine Iesu seu saluatoris, ea rogare quæ spectant ad veram salutem.
Propter quod Paulus exauditus noo est, petens sibi auferri stimulum carnis. Stimulus etenim ille ei
tanquam viro exercitato ac strennuo militi cooperabatur ad booū, quoniam erat occasio meriti am-
Luc. 18. plioris. Secundo, vt perseueranter oremus, quemadmodū ait saluator, Oportet semper orare, & oon
Ephe. 6. deficere. Et Apostolus, Orate omni tēpore in spiritu, vigilantes in omni instantia & obsecratione.
Tertio, vt pro oobisipsis precemur. Noo enim semper exaudimur pro aliis propter incapacitatē eo-
rum. Et sicut beatus Thomas testatur, ad hoc vt homo exaudiatur pro alio, oecessaria quodammodo
est quædam plenitudo & exuberantia bonitatis, gratiç, virtutis, seu meriti in orante, quatenus scilicet
de pleoitudine eius accipiat alter. Nō tamen ob id cessare debemus nos imperfecti ab auxilio mutuæ
Iaco. 5. oratioois, cum scriptū sit, Orate pro inuicem, vt saluemini. Sed qui pro alio orationem assumit, talem
se coram deo recte viuendo exhibeat, vt pro alio recipi fiat idoneus. Merito autē ô domine ista preca
tus sum. (4) QVIA defecerunt] hoc est, velociter defluxerunt [SICVT fumus dies mei] .i. tem
pora quibus vixi. Quemadmodū enim fumus ascendit, ascendendoq; deficit: sic dies nostri crescendo
Iob. 9. ascendunt, & ascendendo fini propinquant. Vode in Iob habetur, Dies mei velociores fuerunt cur-
Iaco. 3. sore: transierunt quasi oaues poma portantes. Et Iacobus ait, Quæ enim est vita vestra? Vapor est ad G
modicū pareos, deinceps exterminabitur. Vel, Defeceruot sicut fumus dies mei, hoc est, sioe fructu
& bonis operibus suot consumpti, & quicquid vanitatis, voluptatis, & impietatis in eis feci ac habui,
Sapien. 5. cito pertransiit: iuxta illud, Quid oobis profuit superbia, aut quid diuitiarū iactantia contulit nobis?
Roma. 6. Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & quasi nuntius præcurrens. Hioc quoque Apostolus pec-
Ierem. 17 catoribus coouersis dicit, Quem fructū habuistis tunc in quibus nuoc erubescitis? Nam finis illorum
mors est. Veræ enim inanes & vacui sunt dies prauorū. Plenitudinem vero sortiuntur dies iustorum,
secuodū Ambrosium [ET ossa mea sicut cremium aruerunt.] Cremiū appellatur caro cremata seu
frixa quæ remanet, pinguedine per ignem extracta. Cremium nanque à cremando oomen accepit.
Quemadmodū itaque caro talis per igoem arescit, induratur & tabescit, sic ossa corporis per absti-
Prou. 17. nentiā arefiunt, & per timorem dei siccantur: secundū illud, Spiritus tristis exiccat ossa. Ossa quoque
animæ, hoc est, virtutes ac vires ipsius tanquam cremiū in frixorio torrefactū arescunt, dum per ne-
gligentiā gratia deuotionis subtrahitur, & cibus interior (scilicet obedientia sancta) relinquitur. De
Iohan. 4. hoc etenim cibo dicit Christus, Meus cibus est vt faciam voluotatem patris mei. Ioterdum vero ossa
ista arescunt igoe tentationis ac tribulationis, præsertim io his in quibus virtus noo perficitur in in-
1. Cor. 12 firmitate, qualis noo erat Apostolus. Vtroq; autem modo intelligi possunt hæc verba de pœnitente.
Nam ante conuersionē suam ossa animæ infeliciter arueruot, nulla spirituali pinguedine existente in
eis. Post conuersionē antem & arreptā pœnitentiā ossa corporis in quibusdā salubriter arefiunt, qui-
bus omnis carnalis voluptas, omois temporalis iucunditas, omnis etiā alimonia corporis ex fastidio H
sunt propter intensam mentis occupationē io deo. (5) PERCVSSVS sum] virga tentatioois ac
tribulationis [VT fœnum] quoniā sicut fœnum falce abscinditur: sic ego per tentationē aut aduersita
Roma. 15 tem à gratia excidi sicut de ooonullis ait Apostolus, Propter incredulitatē excisi sunt [ET aruit cor
meum] à spirituali gratiarum fomento [QVIA oblitus sum] ex mea ignauia [COMEDERE panem
Matth. 6. meum] mihi à deo semper paratū, dūmodo eum instanter requiram, dicendo, Panem oostrum quoti
Luc. 11. dianum da nobis hodie. Iste panis est impletio præceptorū dei: sicut Christus dicit, Meus cibus est vt
Iohan. 4. perficiam opera dei: seu studiū sacrę scripturæ & meditaoo diuinorū, de quibus scriptum est, Cibabit
Eccles. 13 illū pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Vel sacrameotū corporis Chri
sti, in quo est omnium cælestiū delitiarum plenitudo & vita animæ sempiterna. Quemadmodū veri-
Iohan. 6. tas ait, Qui manducat huoc panem viuet in æternū. Qui hos panes spiritualiter edere oegligit, cor-
Apoca. 3. de arescit, & est pauper, cæcus, nudus, miser & miserabilis. (6) A VOCE gemitus mei] hoc est,
præ nimio gemitu & dolore cordis mei, quem voce oris expressi [ADHAESIT os meū carni meæ]
Iob. 19. id est, tantū attenuatus sum corpore, vt ossa mea pelli adhærerent, quemadmodū Iob dicit, Pelli meæ
consumptis carnibus adhæsit os meum. Dolor oanq; interior de peccatis cooceptus si magnus sit &
continuus, carnē vehementer consumit. Sumitur itaque hoc loco caro pro pelle. (6) SIMILIS

A factus sum pellicano solitudinis] hoc est, sicuti pellicanus est auis solitaria, solitudinem diligens, & naturali quadam macie confecta, sic ego vt peccata mea liberius possem deflere, homines fugi, in solitudine mansi, atque humanum solatium euitaui, prout superius dictū est, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Per pellicanum autem designatur primum genus pœnitentium, scilicet ordo eremitarum, qui in eremo carnem suam castigant, ac macerant, & sua ac aliorum peccata deplangunt. Ad hoc nanque agendum locus solitarius est aptissimus. Vnde cum Ieremias dixisset, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? insinuans se hoc facere non posse in populo tam bene solitudinem cupit, dicendo, Quis dabit mihi in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum? [FACTVS sum sicut nycticorax in domicilio] hoc est, quemadmodum noctua seu coruus nocturnus in pariete domicilii habitans, cæteris auibus odibilis & abominabilis est, nec in die apparet, sed noctibus cibū quærit, sic ego nocturno tempore cæteris quiescentibus cibum animæ quæro operibus bonis & luctibus pœnitentiæ insistendo. In die autem dum alii foras vagantur, & occupantur, ego domi resideo, nec me dignum arbitror inter homines apparere, propter abominabilem vitam quam duxi. Per nycticoracem ergo significatur secundum genus pœnitentium, eorum videlicet qui humanos aspectus declinant, & domi cū

Psal. 54

Ierem. 8.

B magna contritione ac humilitate animi sedent. ❡ (8) VIGILAVI [ sicut dicit apostolus, Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione. Vigilaui, hoc est, à peccato surrexi: iuxta illud Apostoli, Tempus est iam nos à somno surgere. Et alibi, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Vigilaui sanctis operibus inhærendo: secundum quod monet Apostol. Vigilate, state in fide, viriliter agite, cōfortamini, & omnia vestra in charitate fiant. Et Christus apud Matthæum, Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Sic vigilantibus & non dormiētibus prouenit regnum cœlorū. Quapropter Salomon dicit, Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. Vel, Vigilaui, tempore noctis, & illis horis quibus licite dormire poteram, quatenus tempus inutiliter perditum recuperarem, laudibus creatoris vacando, & corpus sacris vigiliis affligēdo. Et ista est magna gratia, dum deus dat seruo suo deuoto & studioso modico contentum reddi somno, cum somnus sit morti similis & operatori multum odibilis. Vnde in Prouer. Salomon sciscitatur, Vsquequo piger dormies? quando cōsurges de somno tuo? Veruntamen sicut in abstinentia, sic in vigilia discretionem seruare oportet, & proprias vires diligenter metiri, ne efficiatur homo sacrilegii reus, incurratque maledictionē, de qua inquit Ieremias, Quia plus fecit quàm potuit, idcirco periit [ET factus sum sicut passer solitarius in tecto] hoc est, quemadmodum passer in alto ac tuto nidificat, ne vel ipsa capiatur, aut pulli eius vorētur: sic ego ne

Colos. 4.
Roma. 13
Ephes. 5.
1. Cor. 16.
Mat. 26
Prou. 20.

Prou. 6.

Iere. 48

C à diaboli laqueis irretirer, aut operum bonorum fructibus spoliarer ad nidum gremiumque Ecclesiæ seu loca monasterii fugi, vt à conuentu malignantium separatus, illic conseruer atq; saluificer. Ecclesia nanque signatur per montem, de quo angeli dixerunt ad Loth, Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in mōte saluum te fac. Claustrum vero signatur per ciuitatem, de qua Loth angelo ait, Quæso domine mi est ciuitas hic iuxta ad quam possum fugere parua, & saluabor in ea. Per passerem designatur tertium pœnitentium genus, puta eorum qui claustra ingrediuntur. Deinde pœnitens tribulationes suas commemorat, quatenus deum ad miserationem inclinet. ❡ (9) TOTA die] hoc est, quotidie atq; assidue [EXPROBRABANT mihi inimici mei] .i. amatores huius mundi quos ego non odio, sed ipsi me odiunt, & mihi insultant, sicut scriptum est, Deridetur iusti simplicitas, & S. Iohānes in sua Canonica de quodam superbo testatur, Verbis malignis garriens in nos [ET qui laudabant me] in aperto, vel dum eorum conuersationi prauæ fauebant [ADVERSVM me iurabant] hoc est, nunc postquam eorū vitam abhorreo, atque pœniteo firmiter statuerunt me persequi verbis aut factis. ❡ (10) QVIA cinerem tanquam panem manducabam] hoc est, ideo ista fecerunt, quoniam ego concupiscentias ventris contempsi, & cibo vili, duro, ac modico vsus sum [ET poculum meū cum fletu miscebam] .i. potū corporis cū lachrymis sumpsi. Vel, poculū animæ .s. iucunditatem tēporalem cū fletu miscebam, hoc est, bonæ tristitiæ miscui, ne inaniter gloriando resoluerer. Spūaliter cinerem sicut panē manducat, qui reliquias cogitationum suarum diligenter examinat, ac peccata minuta quotidie deflet, dicens deo cum sancto Iob, Signasti quasi in sacculo pecca-

Gen. 16.

Ibidem.

Iob. 12.
3. Iohā. 1.

Iob. 14.

D ta mea, & tu quidē gressus meos dinumerasti. Hæc autem feci ô domine. ❡ (11) A FACIE iræ indignationis tuæ] hoc est, ex consideratione districti iudicii tui. & præ timore iustarum pœnarum, quas impiis præparasti. Hoc timore, hacq; consideratione, impleta erat anima beatissimi Iob, qui ait, Deus solus est, & cogitationem eius nemo auertere potest: idcirco à facie eius turbatus sum, & considerans cum timore sollicitor [QVIA eleuans] id est, gratia tua adornans, & summæ Trinitatis imagine me cōsignans, ac omnibus sensibilibus rebus me præferens [ALLISISTI me] hoc est, cadere me permisisti, & multis miseriis subiacere. Sic deus allidit nos, ne vnquā iactemus nosipsos, aut de propriis viribus præsumamus, sed dum stamus, timeamus de casu, dum cadimus, resurgere affectemus. Ideo nanque Apostol. admonet, Qui stat, videat ne cadat. Et iterum, Considerans teipsum, ne & tu tenteris, & apud Ecclesiasticū scriptū est, In die bonorū ne immemor sis malorū, & in die malorū ne immemor sis bonorū. ❡ (12) DIES mei sicut vmbra] hoc est, velocissime [DECLINAVERVNT] quemadmodū in primo libro Paralipomenon habetur, Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Iob quoque ait, Dies mei velocius trāsierunt, quam à texente tela succiditur, [ET ego sicut fœnū] quod hodie est, atq; virescit, & cras in clibanū mittitur & arescit [ARVI] mente & corpore: mente ex defectu gratiæ dei, corpore propter afflictiones multiplices. Vnde apud Esaiam legitur, Vere fœnum est populus. Et rursus, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Consequenter ponitur efficacia dei ad liberandum. ❡ (13) TV autem domine in æternum permanes,]

Iob. 28.

Prou. 28.
1. Cor. 10.
Galat. 6.
Eccles. 11.

1. Par. 26.
Iob. 7.
Matth. 6.
Luc. 12.
Esa. 4.
Ibidem.

Mala.3. hoc est, æternaliter, inuariabiliterque subsistis, quemadmodum in Malachia asseris, Ego dominus & E
non mutor [ET memoriale tuum] id est, præcipuum opus quod in creatura fecisti, per quod conser
uatur in nobis memoria nominis tui, permanet [IN GENERATIONEM & generationem] hoc
est, præ magnitudine sua non permittit nos sui, vel tui obliuisci. Hoc autem memoriale dei est mise-
Esaiæ. 26 rationis eius, quam ab exordio mundi hominibus cõtulit. Vnde apud Esaiam inducitur, Nomen tuũ
& memoriale tuũ domine, in desiderio animæ, Nunquam enim obliuisci debemus beneficiorum dei.
⁋ (14) TV] domine, [EXVRGENS] hoc est, potenter nobis succurrens, & per modũ exurgentis
te habens, potentia tua recenter vtendo [MISEREBERIS Sion] .i. ecclesiæ militanti, te fideliter
contẽplanti [QVIA venit tẽpus miserendi eius] hoc est, tempus salutis & gratiæ, de quo ait Aposto
2.Cor. 6. lus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hoc tempus incepit præcipue ab incarna-
Gala.4. tione Christi, [QVIA venit tẽpus] id est, aduentus Christi in mundum, de quo tempore dicit idem
apostolus, Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Et vere misereberis Sion. ⁋ (15)
QVONIAM placuerunt seruis tuis] hoc est, angelis tibi semper ministrantibus [LAPIDES eius]
id est, Ecclesiasticæ personæ ex quibus tanquam ex viuis lapidibus construitur sancta Ecclesia. Vnde
Apoc. 19 in Apocalypsi, angelus ait Iohanni, Conseruus tuus sum & fratrum tuorũ. Gaudium quoque est an-
Luc.15. gelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente [ET TERRAE eius miserebuntur] id est, angeli
Hebr.1. pie succurrent Ecclesiæ, per orbem terrarũ diffusæ. Omnes enim sunt administratorii spiritus, pre- F
ces hominum domino offerentes, & eius gratias reportantes. ⁋ (16) ET timebunt gentes] ab idolo
latria ad fidem verã conuersæ [NOMEN tuum domine] hoc est, teipsum. Hoc in Christianis ex gen
Malac.1. tili populo natis, impletum videmus. Quod etiam in Malachia prædictum est, Rex magnus ego sum
dicit dominus, & nomen meum horribile in gentibus [ET OMNES reges terræ] id est, aliqui de o-
mni genere regum, vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, timebũt,
[GLORIAM tuam] ò Christe, id est, maiestatem tuam, quam per fidem cognoscent. De omni nan-
que genere regum, sunt quidam ad Christum conuersi eumque cum tremore adorauerunt, quemad-
Esa.49. modum Esaias prædixit, Reges videbunt (inquit) & consurgent principes, & adorabunt propter do
Esa.52. minum deum tuum. Idemque rursus de Christo asserit, Super eum continebunt reges os suũ. ⁋ (17)
QVIA ædificabit dominus] Christus [SION] hoc est, ecclesiam sanctam, [ET videbitur] ipsa ec-
clesia [IN gloria sua] id est, in magna excellentia, quoniam Christus confirmauit eam aduersus o-
1.Cor.12. mnes reprobos & peruersos. Magnis quoque ac variis gratiis eam decorauit, Alii dans sermonem sa
pientiæ, alii sermonem scientiæ, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum. Ponensque quos-
dam quidem apostolos, quosdam autẽ euangelistas, quosdam vero doctores, sicut plenius pandit apo
stolus. Vel, videbitur dominus Christus in gloria sua à filiis ecclesiæ ipsum per fidem speculantibus,
2. Cor.3. sicut testatur apostolus, Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes. Et Esaias, Regem in
Esa.33. decore suo videbunt oculi eius. In die autem iudicii, atque in patria, tam Christus quàm ecclesia ele- G
Apoc.1. ctorum, multo clarius videbuntur in gloria sua, quando implebitur illud Apocalypseos, Ecce venit
cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hanc autem ecclesiam Christus
per seipsum ædificare cœpit, prædicans mundo, congregansque discipulos. Deinde per apostolos, a-
Zacha.6. liósque apostolicos homines, ædificauit eam per totum orbem, prout Zacharias prædixit, Ecce vir
oriens nomen eius, id est, Christus, & ædificabit templum domino. ⁋ (18) RESPEXIT] dominus
[IN orationem humilium] orantium pro Christi aduentu, & ædificatione ecclesiæ [ET non spreuit
precem eorum] sed clementer eam impleuit. Exaudiuit enim prophetas, & alios sanctos ista oran-
Esa.66. tes. Quotidie etiam dominus oculo pietatis, in orationem humilium respicit, sicut per Esaiam pro-
testatur, Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementẽ sermones meos?
⁋ (19) SCRIBANTVR hæc] quæ dicuntur de deo, ac beneficiis eius [IN generatione altera] .i. à
posteris vsque ad finem seculi, ne vnquam obliuioni tradantur [ET populus qui creabitur] hoc est,
plebs Christiana ex aqua & spiritu sancto renata [LAVDABIT dominum] de vniuersis beneficiis
suis. ⁋ (20) QVIA prospexit] dominus [DE excelso sancto suo] hoc est, de sancto ac sublimi habi
taculo suo, clementer genus humanum attendit [DOMINVS de cælo in terram aspexit] oculo pie-
tatis. Sicut enim deus vbique existens, & omnia vndique cernens, dicitur specialiter habitare & esse
in cælo, quoniã ibi euidentius operatur, clariusq; videtur, sic specialiter dicitur de cælo aspicere, non
quod inter ipsum & ea quæ respicit, sit distantia aliqua, cũ ipse omnia penetret, impleat, circũcludat.
Respexit ergo de cælo. ⁋ (21) VT audiret gemitus compeditorum] hoc est, vt gementibus vincu- H
Iudic.8. lis vitiorum ligatis succurreret, ignoscendo eorum sceleribus, sicut in libro Iudicũ inducitur, Flecte-
batur dominus misericordia, & audiuit afflictorum gemitus: & liberauit eos de cæde vastãtium [VT
solueret] id est, à peccatis absolueret [FILIOS interemptorum] id est, homines de parentibus pec-
Ephe.2. catoribus natos (peccatũ enim mors animæ est) omnes autem in primo parente cecidimus. Eramus
quoq; natura filii iræ, sicq; parentes nostri interempti, seu spiritualiter interfecti erant fraude diabo-
li. Ideo autẽ audiuit & soluit eos. ⁋ (22) VT annuncient in Sion] hoc est, in ecclesia [NOMEN do-
mini] Christũ libere prædicando, & fidem catholicã ore ac opere cõfitendo [ET laudẽ eius] annun-
cient [IN Ierusalem] .i. in ipsa ecclesia quæ dicitur Sion propter speculationem, & Ierusalẽ propter
internæ pacis quietẽ Sion quippe interpretatur speculatio, Ierusalẽ vero visio pacis. Pax autẽ inter-
na maxime fuit & est in populo Christiano. De quo angeli cecinerunt, In terra pax hominibus bonę
voluntatis. Hęc autẽ annunciatio fit. ⁋ (23) IN conueniendo populos in vnũ & reges] hoc est, per
hoc quod populi vulgares, & etiam reges ac principes, in vnitate fidei congregantur, atque in Chri-
sto vnum corpus mysticum per charitatem efficiuntur [VT seruiant domino] in vnitate ecclesiæ.

A Ob hanc enim spiritualem electorum congregationem, Christus mori dignatus est: iuxta illud, Iesus moriturus erat, vt filios dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. ¶ (24) RESPONDIT] populus fidelis [ET] scilicet domino suo [IN via virtutis suæ] per operationem virtuosam. Quandoque enim respondemus alicui verbo, quandoque opere. Populus autem fidelis Christo respondet bene viuendo, gratias referendo, & eius imperio obtemperando. De tali nanque responso ait sanctus Iob domino, Vocabis me & ego respondebo tibi. Vocat enim nos deus p inspiratione internam ad vitam meliorem: & tunc respondemus, cum obedimus. Dum vero negligimus, silemus: sed dum contemnimus, contradicimus. De tali nanque responso ait Iacob, Cras respondebit mihi iustitia mea. Et vt populus iste deo perfecte responderet, orauit [PAUCITATEM dierum meorũ nuncia mihi] hoc est, da mihi sapienter attendere breuitatem vitæ præsentis, quatenus gaudia temporalia vilipendam, atque ad semper mansuram beatitudinem properem. ¶ (25) NE REVOCES me in dimidio dierum meorum] hoc est, ne me nunc de hac vita egredi iubeas, dum me in dimidio vitæ meæ esse opinor, confidens me diu victurum, ne imparatus decedam: & ne illo tempore moriar, dum vitia magis regnant in me, quod esse solet in dimidio vitæ [IN GENERATIONEM & generationem anni tui] hoc est, duratio seu æternitas tua per omnem generationem extenditur, nec vnquam Iohan. II. Ioh. 14. Gene. 30

B finitur. Aeternitatem nempe creationis annos appellat, quoniam omnem longitudinem temporum seu annorum immutabiliter comprehendit. ¶ (26) INITIO] temporis & simul cum tempore [TV DOMINE terram] hoc est, elementũ infimum [FVNDASTI] id est, firmiter in medio vniuersi, tanquam centrum mundi locasti [ET opera manuum tuarum] id est, creaturæ potestatis tuæ [SVNT cæli] vniuersi, quemadmodum in Genes. habetur, In principio creauit deus cælum & terram. Et in Ioh, Quis ignorat quod manus domini hæc omnia fecit? Vnde per Esa. dominus ait, Ego sum dominus faciens omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram & nullus mecum. Sed videtur istis contrarium quod in Ecclesiastico habetur, Primo omnium creata est sapientia. Et respondendũ, quod sapientia super omnia opera dei effusa, seu natura angelica dicitur primo omnium creata, non tẽpore sed dignitate. ¶ (27) IPSI peribunt] Nec cælum, nec terra peribit substantialiter, sed peribunt in fine mundi quantum ad esse formæ accidentalis, quoniam alium statum habebunt post iudicium quàm modo. Cælum autem aereum peribit hoc modo per ignem conflagrationis, qui aerem emundabit. Cæli vero supra sphæram ignis existentes peribunt per cessationem cælestium motuum. Dum enim generatio & corruptio in inferioribus finiuntur, desinent motus cælorum. Omnia autem generabilia & corruptibilia & inferiora, ordinantur ad hominem sicut ad finem, idcirco nu- Gene. 1. Ioh. 12. Esa. 44. Ecclesi. 1.

C mero electorũ completo, cessabit generatio hominum, & per consequens generatio & corruptio cæterorũ. Et ita motus & tempus cessabunt in cælis mobilibus. Quapropter in Apocaly. scriptum est, Angelus leuauit manũ ad cælum, & iurauit per viuentẽ in secula seculorum, quia tẽpus vltra nõ erit. Denique quæcunque ex sua natura habent aliquem ordinẽ ad semper existendũ, substantialiter manebunt post diem iudicii, cætera corrumpentur. Propterea homines permanebunt, quoniam licet secundũ corpus corruptibiles sint, secundũ animam tamen incorruptibiles sunt. Elementa quoque manebunt: nam licet secundũ partem corruptibilia sint, tamen secundũ se tota corrumpi non possunt. Cæli vero secundum se totos incorruptibiles sunt, ideo non peribunt, nisi secundum modum essendi, sicut nunc dictum est, & ita intelligenda sunt, quæ in scripturis sanctis affirmant cælos corrũpendos, vt est illud, Cæli sicut libri complicabuntur. & quod apud Lucam dominus ait, Cælum & terra transibunt. Et illud Petri, Cæli qui nunc sunt & terra igni seruati sunt in diem iudicii. Petrus tamen de cælis aereis loquitur. Item illud Apocalypseos, Vidi cælum nouũ & terram nouã. Primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est. Hic autem destruitur opinio philosophorum, qui mundum & generationem atque corruptionem, motus quoque cælestes ac tempus ab æterno fuisse, & sine fine mansura ponebant [TV AVTEM] ô domine inuariabiliter, [PERMANES] quoniam tuum esse à nullo dependet, ideo vere æternum est, totum simul & semper æque perfectum, in quo nulla vicissitudo concipi potest [ET OMNES] cæli [SICVT vestimentum veterascent] à statu volubili quem iam sortiuntur. ¶ (28) ET SICVT opertorium] quod secundum temporis exigentiã Apoc. 10. Esa. 34. Luc. 21. 2. Petr. 3. Apoc. 21.

D induitur & exuitur siue deponitur [MVTABIS eos] à statu præsenti [ET MVTABVNTVR] in melius, quia lux solis erit septempliciter, & lux lunæ sicut lux solis, vt dicit Esaias. Orbes quoque cælestes clariori lumine vestientur, quamuis scriptura quantitatem huius immutationis non determinet [TV AVTEM idem ipse es] qui nec substantialiter nec accidẽtaliter variaris, sed æternaliter in optimo simpliciterque perfecto statu subsistis [ET ANNI tui non deficient] id est, æternitas tua finiri non poterit. ¶ (29) FILII seruorum tuorum] id est, posteri apostolorũ, qui sunt spirituales filii ac imitatores ipsorũ, iuxta illud Apostoli, Filioli quos iterũ parturio, donec formetur Christus in vobis [HABITABVNT] nunc in ecclesia militanti per fidẽ & gratiã, vsque ad seculi consummationẽ. Postmodũ vero in ecclesia triumphanti per gloriã, vsq; in sempiternũ [ET semen eorum] i. bona & fructuosa conuersatio ipsorũ [IN SECVLVM] hoc est, indesinenter [DIRIGETVR] ab ipsis per gratiã tuam, vsque in vltimũ finem seu vitam æternam. Vel dirigetur, à te donec perducantur ad patriam. Ecce audiuimus vocẽ veraciter pœnitentis, formamque perfectæ pœnitentiæ. Discamus ergo ex Psalterio præsenti, quid ad vere pœnitentẽ pertineat. Studeamus quoque ea digne implere. Primi etenim versus psalmi istius declarant, q̃ ardẽter & seriose clamare oporteat pœnitentẽ ad deũ. Deinde docemur nostræ paupertatis ac defectuositatis calamitatẽ atque miseriã, coram domino lugubriter recitare. Deinceps instruimur quid nos pœnitẽdo oporteat vel expediat agere, vtpote tã cordialiter, profunde ac dolorose ingemiscere, vt ossa cuti ex maceratione carnis adhæreãt. Debemus etiam Esa. 30. Gala. 4.

asſimilari pellicano loca ſolitaria ingrediendo,in quibus libere noſipſos in pœnitentiæ luctu macte- B
mus. Debemus & cibo vili contenti eſſe,potumque planctui cõmiſcere,atque iram iudicis noſtri in-
ceſſabiliter formidare. Poſtremo docet nos Pſalmus hic glorioſus,recitationi ac deplorationi noſtrę
paupertatis,paruitatis ac culpæ miſcere diuina præconia,creatoris noſtri maieſtatem laudando, bea
titudinem admirando,bonitatem amando,miſericordiam ac beneuolentiam imitando, vt ſimus filii
Lucæ.6. patris noſtri qui in cælis eſt,quoniam ipſe benignus & bonus eſt ſuper gratos, bonos ac malos ſolem
Matth.5. ſuum faciens oriri,pluuiamque deſcendere ſuper omnes.

### ❡ EXPLANATIO eiuſdem Pſalmi allegorica de Chriſto.

QVamuis autem aliquibus viſum ſit hunc Pſalmum non poſſe conuenienter exponi de Chriſto
præſertim cum ſit vnus pœnitentialium ſpalmorum, peccatori conueniens,(Chriſto autem
nec pœnitentia competit nec culpa) nihilominus de Chriſto multum conuenienter exponitur. Pri-
Hebr.1. mo,quia Apoſtolus ad Hebræos inducit verba pſalmi huius ab illo loco, Initio tu domine terrã fun-
daſti, vſque ibi, Et anni tui non deficient, de Chriſto prædicta, probat pſalmum apte Chriſto com-
petere,& ſi nihil fecerit pœnitentia dignum,probans ex eis filium eſſe patri æqualem in potentia &
duratione. Probatio autem ſecundum Auguſtinum non valet niſi ex ſenſu literali. Pſalmus igitur iſte F
ad literam tractat de domino ſaluatore. Secundo,quia Eccleſia in officio miſſæ feria quarta ante cœ-
nam aſſumpſit tractum de principio huius Pſalmi. Vnde relinquitur quod Pſalmus iſte exponi poſ-
ſit de Chriſto in paſſione conſtituto. Totum enim officium illius diei, imo totius hebdomadæ ante
Paſcha,eſt de paſſione dominica. Tertio quia ſecundũ Auguſtinum non eſt inconueniens etiam ean
dem ſcripturam multiplicem ſenſum habere ad literam,ita quod ſenſus literalis eiuſdẽ ſcripturæ mul
tiplex eſſe poſſit. Quamuis igitur quædam in hoc Pſalmo contenta, proprie exponantur, de pœniten
te,non tamen inconueniens eſt ipſa de Chriſto intelligi ſecundum alium intellectũ. Elucidando ita-
Matth.8 que Pſalmum iſtum de Chriſto, præhabitus titulus ita exponitur. Oratio pauperis, hoc eſt, Pſalmus
Zach.9 præſens competit Chriſto propter nos pauperi, qui non habuit vbi caput reclinaret, de quo in Za-
charia habetur. Ecce rex tuus venit tibi,ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinum: cũ anxius fuerit.i.dũ
Marc.14 ipſe Chriſtus paſſione iam imminente expauit atque triſtatus eſt: iuxta illud Marci, Cœpit Ieſus pa-
Luc.22. uere & tædere,& coram domino deo patre effudit precem ſuã,dicendo, Pater ſi fieri poteſt,tranſeat
à me calix iſte. Chriſtus ergo vt homo paſsibilis paſsioni iam proximus ait ad deum patrem ſeu to-
tam ſuperbeatiſsimam trinitatem,vnum verũ ſimpliciſsimum deum. ❡ Domine exaudi orationem
meam,qua oro pro corporis mei glorificatione ac celeri reſurrectione. Vnde ipſe in euangelio ait, Pa
ter ſaluifica me ex hac hora,& clamor meus,quo oro pro corpore meo myſtico,quod eſt eccleſia,ad
Iohan.12. te veniat,vt facias quod peto apud Iohannem, Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti mi- G
Iohan.17 hi,vt ſint vnum ſicut & nos. Non auertas faciem tuã à me.i.non habeas te circa me pro aliis exoran-
tem per modũ indignantis,ita vt precem meam pro aliis fuſam,repellas propter aliorum indignita-
tem,ſed propter me illis ignoſce. Chriſtus qui erat à principio ſuæ maternæ conceptionis cõprehen
ſor perfectus,& in bono immobiliter confirmatus,non orauit,ne pater faciem tuã.i. ſuam cognitio-
nem beatificam,ſeu piam præſentiam ab ipſo auerteret (hoc enim ſciuit nunquã fieri poſſe) ſed ora-
uit,ne pater propter facinora hominũ,exauditionem ſuã auerteret à prece Chriſti pro peccatoribus
fuſam,in quacunq; die tribulor.i.à Iudæis perſequutionẽ ſuſtineo,inclina ad me aurem tuam,vt mihi
aſsiſtas,& paſsionem quam tolero pro ſatisfactione vitiorum mundi ſuſcipias. Hoc Chriſtus exora-
Ibidem. uit,Pater pro his rogo quos dediſti mihi de mundo,quia tui ſunt. Quia defecerunt ſicut fumus dies
mei,id eſt,velociter defluxerunt dies,quibus in mundo cõuerſatus ſum. Nam Chriſtus ſenuit ſeu an-
tiquior fiebat,id eſt,ad ſenium tendebat ſicut & cęteri,dieſque eius in continuo fluxu erant,quemad-
Hebræ.2. modũ tempus. Indetrahibiles quippe defectus aſſumpſit ſecũdum Damaſce. Propter quod ad Hebr.
Pſal.21. apoſtolus dicit,Debuit per omnia fratribus aſsimilari: & oſſa mea corporalia,ſicut cremiũ.i.caro cre-
mata aruerunt in paſsione,ſicut ſuperius dictum eſt, Aruit tanquam teſta virtus mea. Nam in die Pa
raſceues propter extractionem largiſsimam ſanguinis Chriſti,& carnis ſuæ extenuationem, deſicca-
tionem,& indurationẽ,oſſa ſacratiſsimi corporis ſui aruerunt,inſtar carnis in frixorio vſque ad pin-
Eſaiæ.53. guedinis eductionem combuſtæ. Propter quod de Chriſto ab Eſaia prædictum eſt, Vidimus eum, &
non erat aſpectus,& nos putauimus eum quaſi leproſum,& à deo percuſſum. Vnde nunc ſubditur, H
Percuſſus ſum vt fœnum,id eſt,quemadmodum fœnum dum adhuc floret ſalce à terra abſcinditur,
ſic ego in iuuentute mea gladio paſsionis à ſocietate viuentium ablatus ſum & occiſus,quemadmo-
Iere.11. dum in Ieremia impii aiunt, Eradamus eum de terra viuentium. In libro quoque Sapien. Morte tur-
Sapien.2 piſsima condemnemus eum: & aruit cor meum corporale,à ſuo naturali humore, propter totius cor
poris vehemẽtiſsimam vulnerationẽ,& ſanguinis emanationẽ. Non autem aruit cor.i. mens Chriſti
ab humore ſeu plenitudine gratiæ dei: quia oblitus ſum comedere panẽ meum. Hoc videtur Chriſto
non poſſe competere,& tamen veriſsime competit ei. Panis enim animæ,eſt conſolatio eius. In paſ-
ſione vero Chriſti appetitus ſenſitiuus, atque inferior portio animæ eius, priuata eſt ſolita redun-
dantia conſolationis diuinæ in ipſam,in tantum vt exclamaret, Deus meus deus meus, vt quid de-
Mat.27 reliquiſti me? Et ita oblitus eſt Chriſtus,id eſt, per effectum recordatus non eſt comedere panem
Pſal.44 conſolationis, quantum ad inferiores animæ ſuæ potentias. Obliuio autem non ſemper ignauiam
Gen.41. ſeu negligentiam ſignat,quia ſuperius dictum eſt, Obliuiſcere populum tuum. Et in Geneſ. Ioſeph
fatetur, Obliuiſci me fecit dominus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Vnde inter-

A dum dicitur homo obliuisci,quia non operatur,& ita se habet tanquã nesciret,& ita accipitur nunc. Quoniam itaque Christus inferioribus viribus animæ suæ, ac corporali naturæ redundantiam beatitudinis animæ in sua superiori parte existentis,seu consolationem subtraxit, idcirco pati moriq; potuit:alias nec pati nec mori potuisset. Quia secundum August.in epistola ad Dioscorum tanta extitit beatitudo animę Christi,quod si ipsa redundasset in corpus ipsius,ab omni passibilitate fuisset immune,multo vtique magis quàm erunt corpora electorum post diem iudicii.Sed dispensatiue suspendebatur redundantia illa,pręcipue hora passionis.Idcirco tunc percussus est Christus vt fœnum, & aruit cor eius.A voce gemitus mei,id est,ex magna & gemituosa cordis mei compassione atque dolore,quibus peccatoribus compatiebar,& de propria læsione dolebam:adhæsit os meum carni meę, id est,cuti,quia ex illis pœnis macerata atque exhausta est caro mea tempore passionis,sicque ossa cuti hærebãt,intantum vt dinumerari valuerint.Iuxta quod dictum est, Dispersa sunt omnia ossa mea: Psalm. 21 & similis factus sum pellicano solitudinis,quia ad loca deserta progressus sum, deuitans Iudæorum tumultum,quemadmodũ apud Iohan.dicitur,Iesus iam non in palam ambulabat, sed abiit in regionem iuxta desertum.Ductus est quoque à spiritu in desertum,vt tentaretur à diabolo,illicq; quadraginta diebus ac noctibus ieiunauit,non pro suo,sed pro nostro excessu. Porro secũdum Augustinum Iohan.11. Matth.4.
B Christus comparatur pellicano,quoniã auis hæc proprio rostro pullos suos fertur occidere, triduóque lugere,& tandem sanguinem suum super pullos rostro effundere.Vnde illi reuiuiscunt.Sic Christus occidit in nobis vitia nostra,& sanguine proprio viuificat nos denuo:factus sum sicut nycticorax in domicilio,quoniam tempore noctis in oratione & bonis actibus vigilaui,dum alii somno vacabãt. Hinc in Luca habetur,Erat Iesus pernoctans in oratione dei.Dicitur etiam Christus similis nycticoraci,quoniã sicut auis illa cæteris est odibilis,sic Christus ab omnibus erat despectus, prout superius dixit,Ego autem sum vermis & non homo,opprobrium hominum. Propter quod Esaias de ipso dicit,Inglorius erit inter viros aspectus eius. Vigilaui semper in opere bono.Non enim somnus corporis impediuit in Christo operationem interiorem,atq; vigiliam mentis:& factus sum sicut passer solitarius in tecto,quoniam homines dereliqui,& montem ad orandum ascendi: iuxta illud, Exiit Iesus in montem orare.Tota die passionis meæ & multis diebus prædicationis meæ, exprobrabant mihi inimici mei Iudæi, dicentes illud Matth. In Beelzebub principe dæmonium eiicit dæmonia. Et item illud Iohan. Dæmonium habet & insanit. quid eum auditis? Et qui laudabant me, quando eis prædicaui & coram ipsis miracula feci,eosque de quinque panibus saturaui,dicentes,Quia propheta magnus surrexit in nobis,& quia nunquam apparuit sic in Israel: aduersum me iurabant, id est,in Lucæ.6. Esaiæ. 52 Lucæ.6. Mat.12. Iohan.10 Matth.14 Lucæ.7.
C mortem meam vnanimiter coniurabant in die Parasceues proclamantes,Tolle,tolle, crucifige eum. Et,Sanguis eius super nos,& super filios nostros. Vel, qui laudabant me, ab extra fallaciter, scilicet pharisæi & scribæ dicentes,Magister scimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo:aduersum me iurabant, occulte proponentes firmissime me occidere. Vnde ait scriptura,Sagitta vulnerans linguam eorum. In ore suo pacem cum amico loquitur,& occulte ponit ei insidias. Quia cinerem tanquam panem manducabam.Hoc Christo secundum duplicem conuenit sensum. Quia enim cœpit facere & docere, constat quod sicut parcitatem vtilitatemque cibi ac potus edocuit,sic eam impleuit,& ita cinere,id est, non delicato seu exquisito, sed simplici cibo vsus est:& poculum meum corporalem,cum fletu oculorum seu cordis miscebam. Quando enim Christus cum publicanis & peccatoribus comedebat,dubium non est,quin eis toto corde condoluit:& in resuscitatione Lazari,infremuit spiritu,& lachrymatus est. Spiritualiter vero per cinerem designatur magna humiliatio siue afflictio, & ita Christus cinerem tanquam panem manducauit, id est,in afflictione derisione & humiliatione sui,epulabatur mente in aduersis lætando, quemadmodum docuit,Exultate (inquiens) in illa hora,quoniam merces vestra copiosa in cælo. Seipsum nanque sponte atque hilariter passioni exposuit,sicut ait, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus:& poculum meum, id est, hilaritatem quam habui de electorum salute, cum fletu miscebam, hoc est, cum tristitia quam de reproborum damnatione habebam. Specialiter autem exponi potest hic versus de fellea cibatione, ac acetosa potatione Christi in cruce. Hæc vero feci ac pertu- Matth. 9. Iohan. 19 Mat.27 Mat.22 Ierem. 9. Act.1. Iohan.11. Matth. 5. Esaiæ. 50 Iohan.19
D li à facie iræ indignationis tuæ,hoc est, propter iram tuam mitigandam seu pœnam tollendam, qua irascebaris generi humano propter originale aliaque peccata quæ super me posuisti, & pro quibus tibi satisfacere volui,prout Esaias dicit, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & vt in Apocaly.de Christo habetur,Vestitus erat veste aspersa sanguine,& vocabatur nomen eius, Verbum dei.Et ipse calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis.Hæc autem sustinui,quia tu ô deus pater eleuans,id est,me omni creaturæ pręficiens,allisisti me in mortem,id est,me occidi & opprimi permisisti,quemadmodum apud Esaiam protestaris, Propter scelus populi mei percussi eum. Dies mei temporales,non dies æternitatis sicut vmbra cito pertransiens declinauerunt.i. fini & morti appropinquauerunt,quoniã circa tricesimum tertium annũ finiti sunt,& ego sicut fœnũ arui in passione,sicut nunc patuit.Tu,deus pater exurgens misereberis Sion.i. ecclesiæ, quia tẽpus miserendi eius est me incarnato,quia venit tempus liberationis me passo.Hæc omnia in præcedenti articulo plene exposita sunt,nec modo specialem expositionem recipiunt. Dominus de cælo in terram aspexit, vt annuncient fideles in Sion nomen domini & laudem eius in Ierusalem. Hoc ad literam accipi potest de primitiua ecclesia,quæ post missionem paracleti nomen & gloriam Christi cõstantissime annunciauit in Sion,id est,in templo ædificato in monte Sion,vt scribitur in Actis, & in Ierusalẽ,ciuitate sancta:de qua Christus in Euangel.dixit,Non capit prophetam perire extra Ierusalem.Initio tu domine terram fundasti,&c.sicut ostensum est.Istam scripturam allegat Apostolus de Christo con- Esaiæ.53. Apoc.19. Esaiæ. 63 Thren. 1. Esaiæ.53. Act.3. Luc.13. Hebr.1.

Apoc.1. scriptam. Christus nanque secundum quod deus est vniuersorum creator, prout ipsemet in Apoca- E
lypsi testatur, Ego sum Alpha & ω, principium & finis. Demum sicut patris & filii & spiritus sancti
est vna essentia, sic eorum est vna potẽtia, vnaq; actio, & tres personæ sunt vnus deus vnus creator,
vnum principium, vnus prouisor. Cætera ex præinducta expositione clarescunt.

¶ EXPOSITIO Psalmi istius iuxta sensum literalem.

PRæterea quidam expositores catholici affirmant hunc psalmum ad literam scriptum de popu-
lo Iudæorum grauiter afflicto, vel tempore captiuitatis Babylonicæ. Vel tempore persequutio-
.Mac.15. nis Antiochi, qui grauiter nimis Iudæos oppressit, sicut in libris Mach. narratur. Adiiciunt ta-
2.Mach. men expositores hi, quod Psalmus iste loquitur de populo Iudæorum pro tẽpore Christi, videlicet,
5.6. quia in persequutionibus illis maxime desiderabant Christi aduentum, per quem sciebant se perfecte
Ierem. 23 liberandos: iuxta illud Iere. In diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit confidenter. Quemad-
modum autem hi exponunt hunc Psalmum de populo Iudęorum qui fuit, sic Iudæorũ doctores mo
derni exponunt Psalmum istum de populo Iudæorũ existẽti in captiuitate præsenti, per Romanos
ipsis inflicta, in qua quotidie orant & præstolantur aduentum Messiæ, quem scimus venisse. Verum
quia prędicta expositio parum deuotionis importat non nisi cursorie tangenda videtur. Loquens igi
tur sanctus propheta in persona populi Iudæorum, temporibus Nabuchodonosor seu Antiochi ve- F
hementer anxiati ac depauperati, ait, Domine exaudi orationem meam, & patet sententia trium ver
suum horum ex dictis. Deinde Psalmus iste dicit, Quia defecerũt sicut fumus dies mei. Chaldæi nan-
que & serui Antiochi Iudæos pro magna parte occiderunt, & ossa mea sicut cremium aruerunt, præ
fame, timore, ac multiformi angustia. Vel hoc dicitur ex persona eorum, quos Aotiochus fecit in sar-
2.Mac.7. tagine torreri, cremari, ac frigi, prout in libro Machabæorum legitur, Percussus sum, feruore & igne
durissimæ tribulationis, vt fœnum percutitur ardore solis, & aruit cor meum, præ inopia atque do-
Thren. 1. lore iuxta quod in Threnis inducitur, Vide domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus,
Thren. 4 subuersum est cor meum in me. Vnde iterum in Threnis de populo isto ait Ieremias, Denigrata est
super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: quia oblitus sum comedere panem meũ,
Leui.18. hoc est, quia mandata legis non obseruaui: quæ faciens homo, viuet in eis, vt Moses asserit. Vel, obli-
tus sum comedere panem meum materialem, quoniam tempore persequutionis Antiochi multi Iu-
dæorum fugerunt subito ad loca deserta, vbi panem habere non poterant, propter quod dicit scriptu
2.Mac. 5. ra, Iudas Machabæus secessit in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis age-
bat, fœni cibo vescentes. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ, id est, cuti, quia in Iudæis
caro contabuit præ timore, luctu, ac gemitu, sicque cuti ossa adhæserant. Similis factus sum pellica-
no solitudinis, fugiendo ad eremi loca præ pauore aduersariorum, factus sum sicut nicticorax in do-
micilio, quia in die apparere ausus non fui. Absconderunt se nanque temporibus illis in diuersis la- G
Eodem. tibulis, sicut in libris Machabæorum, Ieremiæ, & Regum conscriptum est. Vigilaui etiam noctibus,
3.Reg.18 quia præ solicitudine ac timore periculorum non valebam quiescere, & factus sum sicut passer soli-
Iere. 43 tarius in tecto, id est, à meipso diuisus, atque hinc inde dispersus, sicut fugitiui non vadunt collectim,
sed quilibet prouidet sibiipsi si potest & abscondit se, vbi possibile est. Tota die, id est, assidue expro-
brabant mihi inimici mei Chaldæi, & alii blasphemantes deum Israel & legem ac populũ eius, quem
Thren.3. admodum in Threnis scribitur, Factus sum in derisum omni populo, canticum eorũ tota die: & qui
laudabant me, fraudulenter & simulatorie, aduersum me iurabant, proponentes occidere me. Hoc
1.Mac. 7. maxime factum est Iudæis tempore Machabęorum à Nicanore cęterisque ministris Antiochi, & re-
gnum eum sequentium. Sæpe nanque loquebantur Iudæis verba pacis ac laudis in dolo. Translatio
Hieronymi iuxta Hebræum sic habet, Exultantes mihi, per me iurabant, id est, prædicti inimici mei
me deridentes, atque de mea calamitate gaudentes, iurabant per me iuramento execrationis, ponen-
do miseriam meam pro exemplo ita vt dicerẽt, nisi egero istud seu illud, sic accidat mihi sicut Iudæ-
is. Quia cinerem tanquam panem manducabam, fecerunt enim subcinericeos panes, in quibus mixti
fuerunt cineres pani. Tempore vero obsidionis Ierusalem à Chaldæis, vehementissima fames erat
Thren. 4 in populo Iudæorum, ita vt in Threnis dicatur, Manus mulierum misericordium coxerunt filios su-
Eodem. os. Et rursus, Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora, sicque cineres pro panibus sume-
re poterant: & poculum meum cum fletu miscebam, id est, potando ploraui propter imminentia ma
la. A facie iræ indignationis tuæ, id est, à iusta tua vltiõe, quia propter pctã mea hæc mihi fecisti, quẽ- H
Ierem.29 admodum apud Ieremiam testatus es, Dabo vos in vexationem & maledictionem, eo quod non au-
dieritis verba mea: quia eleuans, id est, aliquando me honorans, dando mihi legem, prophetas, reges,
1.Mach.1. & sacerdotes, allisisti me temporibus persecutionum istarum, prout primo Machabæorum scriptum
Eodem. est, Facta est ira magna valde super populum Iuda. Et iterum, Secundum gloriam eius sic & ignomi-
nia eius. Deinde ponitur consolatio Iudæorum per aduentum Christi, qui secundum diuinitatem
suam æternus est. Vnde de eo nunc dicitur, Tu autem dñe inæternum permanes, hoc quoque Iudæis
Iohan.12 innotuisse videtur, qui loquebantur dño Christo, Nos audiuimus ex lege quia Christus manet inęter
num. Tu exurgens, opem præbendo, seu per incarnationem veniendo, misereberis Sion .i. populo Iu
dæorum afflicto & capto. Vel Sion .i. templo & ciuitati Ierusalem à Chaldæis impie demolitis, quia
Ierem. 25 tempus miserendi eius s. templi & ciuitatis vt reædificarẽtur, consumatis 70. annis à Iere. prædictis.
2.Mac.8. Vel vt reparentur tempore Machab. post dignam castigationem populi Iudæorum. Vnde in libro
Machab. dicitur, Ira domini in misericordiam conuersa est. Vel, venit tempus miserendi eius .i. tem-
Daniel. 9 pus tui aduentus in mundum, in Daniele prædeterminatum, impletum est, & ita decet te aduenire,

A & populum Sion à spirituali captiuitate redimere, sicut in Esaia promisisti, Propter hoc sciet popu- Esaiæ. 52
lus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum: quia venit tempus prædi-
ctum, hoc repetitur ad euidentiam ampliorem. Quoniam placuerunt seruis tuis, sanctis prophetis la
pides eius, scilicet Sion, quia optabant ex lapidibus reædificare templum & ciuitatem Ierusalem, &
terræ eius miserebuntur. i. pro liberatione populi & reædificatione ciuitatum Iudæ orabunt. Pro hac
etenim causa multum orauerunt Zacharias, Daniel, Aggæus, & alii sancti. Potest autem exponi hic
versus de ædificatione ecclesiæ, intelligendo per lapides, persoaas seu membra ecclesiæ. Per seruos
autem apostolos, qui primo post Christum, construxerunt ecclesiam, conuertendo homines ad Chri
sti obsequium: & terræ eius. i. Iudææ miserebuntur, quia apostoli primo cooabantur Iudæos ad Chri
stum conuertere, prout in Actibus Paulus fatetur, Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Hæc Act. 13.
autem expositio superius tacta est. Respondit ei in via virtutis suæ. Hic secundum aliquos describit
propheta tribulationem ecclesiæ tempore Antichristi futuram, quæ erit durissima, sed non longa.
Ait ergo, Respondit ei, id est, ecclesia Christo tunc respondebit, io via virtutis suæ, id est, in obserua-
tione patientię quæ tunc summe oecessaria erit, paucitatem dierum meorum, id est, breuitatem tribu
lationis meæ nuncia mihi, quatenus in spe propinquæ liberationis respirem ac roborer. Nisi enim
B breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur, vt scribitur in
Matthæo. Ne reuoces me de hac vita, id est, ne omnino sinas extirpari ecclesiam: ne inquam reuoces Mat. 24
me in dimidio dierum meorum, id est, intra primum atque secundum tuum aduentum, sed vsque ad
fioem mundi conserua me, quemadmodum spopondisti dicens, Ecce ego vobiscum sum cunctis die- Mat. 28
bus vsque ad consummationem seculi. Quia vero omnia in figura contingebant Hebræis secundum 1. Cor. 10.
Apostolum, propterea si ista expositio esset literalis, posset hic psalmus tropologice explanari de po
pulo Christiano vehementer afflicto, sicut superius de quolibet pœnitente expositus est. Postremo si
quæ nunc omissa sunt, in primo articulo euidenter patuerunt.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CII.

### EXPOSITIO Tituli.

ASSIgnatur autem psalmo præsenti hic titulus, Psalmus ipsi Dauid, id est, psalmus iste cantan
dus est Christo per Dauid significato. Agit nanque hic psalmus de multiplici beoeficio Chri
sti, & hortatur Propheta seipsum ad gratiarum actionē coodignam. Sicut enim in præceden-
C ti psalmo locutus est in persona pœnitentis, suamque miseriam gemituose & anxie commemorantis, Psal. 101
sic modo loquitur in persona feruidi amatoris atque gratissimi seruitoris, & hoc cōgruo ordine, quia
post humilem confessionem proprię imperfectionis, & variam afflictionem contribulati spiritus, se-
qui solet ex infusione diuina iucunda laudatio diuinæ bonitatis, hilarisque memoria beneficiorum
creatoris. Propter quod in Tobia scriptum est, Post tempestatem domine tranquillum facis, & post Tob. 3.
fletum exultationem infundis. Ait itaque.

### PRECATIO,

*Deus saluator uiuentium, qui non uis mortem peccantium, tu pie pater cognosce figmentum nostrum, & pecca-
toribus nobis non irascaris in perpetuum, sed corrobora super nos misericordiam tuam, & redime de æterno interitu
uitam nostram.*

### EXPOSITIO Psalmi.

BENEDIC anima mea domino] Benedicere alteri, est bonū de ipso asserere.
Nos autem benedicimus deo, & deus benedicit nobis. Sed quia dicere dei est
causa rerum: iuxta illud, Ipse dixit & facta sunt. Nostrum vero dicere non est Psal. 148
causa rerum. Iccirco benedictio dei actiua, est causa bonitatis nostræ, & quod
benedicti sumus. Nostra autem benedictio non est causa alicuius bonitatis in
deo, nec ob eam est deus benedictus. Et ideo benedictio qua nos deo benedi-
cimus, est benedictio coofessionis seu laudis, de qua in Luca scriptum est, Be-
D nedixit Simeon deum. Et Tobias, Omni (inquit) tempore benedico deo. Be- Luc. 2.
nedictio autem qua deus benedicit oobis, est benedictio consecrationis seu actuationis. Secundum Tob. 4.
primam benedictionem, minor benedicit maiori, ipsum laudando: quantum vero ad benedictio-
nem secundam, maior benedicit minori, ipsum sanctificando seu perficiendo, quemadmodum ad
Hebræos dicit Apostolus, Sine vlla contradictione quod minus est à maiore benedicitur. Bene- Hebr. 4
dic ergo anima mea domino, id est, booa profer de deo, laudem, & gratiarum actionem ei in omni-
bus impendendo, ipsum in omnibus atque præ omnibus mente, verbo & opere honorando. Et non
solum anima mea, quantum ad id quod es, benedic deo, [SED & omnia quæ intra me sunt] id est,
omnes vires, omnes habitus, omnes actus, omnes virtutes, omnes scientiæ, omnes cogitationes ani-
mæ meæ, benedicite [NOMINI sancto eius] hoc est ipsi deo nomen sanctum habenti. Hæc autē be
nedicunt deo occasiooaliter seu materialiter, quia sunt occasio atque materia benedicendi deo, dum
scilicet perpendimus nos omnia ista à deo habere: & ita ascribimus ea deo tanquam primo princi-
pio cum laude & gratiarum actione. Vel benedicunt hęc deo causaliter, quia per ea cognoscimus deū
ac beneficia eius. Tunc anima nostra & omnia intra eam existentia benedicunt altissimo, dum ipsa
secundum totum suum esse, posse, & agere deum verbo & vita honorat, quemadmodum in Ecclesia- Eccle. 38
stico habetur, Date magnificentiam nomini eius, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum.
(2) BENEDIC anima mea dn̄o.] Quod tibi iterum dico, quatenus accendaris & penses quàm

vtile,salubre & iustum sit benedicere creatori, [A T noli obliuisci] per ignauiam & inaduertentiam, E
[O M N A S retributiones eius].i.dona pietatis diuinæ,quæ tibi frequẽter collata sunt, & ad minus re-
tributa.i.rursus tributa sunt tibi semel,quia in primo parente omnes peccauimus, & munera gratia-
rum dei perdidimus,sed misericordia dei per Christum nobis retribuit quod primus parens abstulit
1.Cor.15. & amisit.Propter quod ad Corinthios Apostolus ait, Sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Chri
sto omnes viuificabuntur. Non ergo obliuiscamur misericordiarũ dei nostri, sed attendamus quoties
nobis gratiam suam retribuit,quotiesq; corde ingemiscimus,statim ignoscit,gratiamq; refundit, imo
legatos ad nos mittit,hortans & per eos deprecans, vt conuertamur ad ipsum,quemadmodũ profite
2.Cor.5. tur diuinus Apostolus,Legatione (inquiens) pro Christo fungimur,tanquã deo exhortante per nos,
Obsecramus pro Christo,reconciliamini deo. Nunquã igitur obliuiscamur viscerum misericordiæ
Saluatoris,quia Seneca asserit,Maxima ingratitudo est beneficii collati obliuio. Prima vero gratitu-
Esaiæ. 63 do & gratię repensio,est beneficiũ gratanter recipere.Esaias oblitus nõ fuit retributionũ dei,qui ait,
Psalm.15. Miserationum dñi recordabor,laudem dñi super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est no
Psal.49. his secundũ indulgentiã suam.Vnde Ecclesiasticus inquit,Memoratus sum misericordiæ tuæ domi-
Eccles.1. ne,& cooperationis tuæ,quæ à seculo sunt.Porro cum deus bonorũ nostrorũ non egeat, aliquid ta-
men à nobis requirat,nil dignius,nihilque acceptius ei retribuere possumus, q̃ benedictionem & lau
dem.Nam sacrificiũ laudis honorificat ipsum.Consequenter cõmemorantur quædã beneficia dei, & F
prius beneficiũ indulgentiæ.¶ (3) Q V I S propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.] Mox enim dum
pœnitemus,& confitemur,deus iniquitates omnes nobis dimittit quantum ad culpam. Non enim di
mittitur vnũ peccatũ mortale,quin aliud si assit,dimittatur:vnũ tamen veniale sine alio quandoq; di
mittitur.Propitiatus est autẽ deus piissimus iniquitatibus nostris frequenter.s.in baptismo,in confes-
sione,quæ est secũda post naufragii tabula.in ingressu seu professione religionis.[Q V I sanat omnes
infirmitates tuas].i.interiores languores,qui per gratiæ infusionem sanãtur. Vel qui sanat omnes in-
firmitates tuas.i.fomitem seu pronitatẽ ad malũ,& quatuor principalia vulnera animæ,quæ sunt,ma
litia,ignorantia,concupiscentia,infirmitas.Has deus nunc sanat inchoatiue, debilitãdo eas in bapti-
smo & quotidiano profectu,impediendoque eas per gratiam à consensu ac opere malo. In resurre-
ctione autẽ futura sanabit eas perfecte,quando mortale hoc induet immortalitem, secundũ Apostο-
1.Cor.15. lum.Tunc nempe Christus aufert ab electis omnes pœnas pro originali peccato inflictas, quantum
ad reatum & existentiam:nunc vero aufert eas quo ad reatum, non quantum ad existentiam. Manet
enim in nobis fomes post baptismum,sed non imputatur ad culpam,nec pro ea pœnã damni incurri
mus morientes.Cum autẽ Christus perfecte sanauerit omnes infirmitates nostras, tunc læti cantabi-
Ibidem. mus illud Apost.Vbi est mors victoria tua,vbi est mors aculeus tuus?¶ (4) Q V I redimit de interi
Osee.13. tu vitã tuam] Interdũ redimit deus vitam nostram corporalem ac naturalem à morte improuisa &
corporali,præseruando nos à periculis variis.Vitam quoque animæ nostræ spiritualẽ de interitu spi G
rituali redimit,dũ charitatem & gratiam suam in nobis conseruat, à peccatis mortalibus nos præser-
uans.Vel,Qui redimit,merito suæ passionis de interitu.i.morte inferni seu dãnatione æterna vitam
tuam.i.vitam gratiæ tibi in præsenti collatam seu conferendã, & vitam gloriæ tibi in futuro paratã.
Vel,vitam tuam.i.te vitam,quemadmodũ dicimus,Rogo dilectionẽ tuam.i.te dilectum.De hac autẽ
Iohan.10 redemptione ait Saluator,Ego veni vt vitam habeant,& abundantius habeant. Et iterum, Animam
meam pono pro ouibus meis, [Q V I coronat te in misericordia & miserationibus].i.qui in sua mise-
ricordia & per effectus varios suæ clementiæ nunc coronat te, dando tibi victoriam de mundo, car-
2.Cor.2. ne ac dæmone, sicut ait Apostolus, Gratias deo qui semper triumphat nos in Christo Iesu nostro.
Coronat nos etiam deus in misericordia sua,faciendo animas nostras filias,sponsas atq; hæredes re-
1.Petri.2. gni æterni.Propter quod Petrus ait in prima sua Canonica, Vos (inquit) genus electũ,regale sacer-
2.Tim.1. dotium.In futuro quoque coronabit nos corona felicitatis perfectę, quemadmodũ Paulus affirmat,
De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi dominus in die illa.¶ (5) Q V I re-
plet in bonis desiderium tuum].i.rationabilem tuum affectum seu piam orationem ad actum perdu-
Luc.11. cit,dando tibi quod cupis & postulas.Omnis enim qui petit accipit,vt dictum est supra.Desiderium
Psalm.9 pauperum exaudiuit dominus.Et,Nihil deest timentibus eum.Nunc itaque implet deus desiderium
Psalm.33 nostrum gratia atque virtutibus, non simpliciter, nec plene,sed secundum modum vitæ præsentis.
In patria vero implebitur simpliciter atque perfecte:iuxta quod dictum est, Satiabor cum apparue-
Psalm.16 rit gloria tua.[R E N O V A B I T V R vt aquilæ iuuentus tua] hoc est, quemadmodum aquila inuete- H
rata reparat pristinam iuuentutem,sic tu ò anima mea ad pristinam atque deperditam spiritualis iu-
Ephe.4. uentutis valitudinem reuerteris,nunc quidem per gratiã,implendo illud Apostoli, Renouamini spi-
ritu mentis vestræ,& induite nouum hominem,qui secundum deum creatus est: in futuro autem per
gloriã,quia in die iudicii vestieris duplicibus,id est,duplici stola immortalitatis, videlicet gloria men
Apoc.21. tis & corporis,& vltra senectus non erit,sed iuuentus perpetua: iuxta illud Apocalypsis, Dixit qui
sedebat in throno,Ecce noua facio omnia.Iuuentus quoque corporis in die iudicii renouabitur,quia
in ætate virili resurgent defuncti. Demum sicut refertur,ista aquilæ est natura, quòd tempore sene-
ctutis suæ superius labium suum per modum vnci in tantum excrescit,quòd nec os aperire, nec cibũ
sumere potest.Propter quod tandem fame senioq; grauata,ex naturali instinctu labiũ collidit ad pe-
tram,deponitq; vncatum,quo sumptio cibi impediebatur, quo facto reparatur ad valitudinem pristi
nam per sumptionẽ escarum:sic anima corporis atq; terrenæ inhabitationis mole grauata, & à con-
templatione cælestium impedita,nunc quidem quotidie quantum sibi possibile est, à carnis cõmunio
ne se abstrahit,& vitam cælestem in terra ducere satagit:sicque quotidie renouatur interius,sicut ad

A Corinth.dicit Apost. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamē is qui intus est renouatur 2.Cor.4
de die in diem. Gratia enim dei & summæ Trinitatis reformatio in nobis, est renouatio iuuētutis ani
mæ nostræ. Conuersatio autem vitiosa senectus est animę. Propter quod scriptum est, Quid est Israel Baruc.3.
ꝙ inueterasti in terra aliena? coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infer
num. & causam subiungit, Dereliquisti fontem sapiētiæ. Nam si in via dei ambulasses, habitasses vtiq;
in pace super terram. Quæ autem hucusque inducta sunt ad literā, exponi possent de specialibus be-
neficiis sancto Dauid collatis: imo quilibet nostrum hos quinq; versus dicendo, beneficia sibi specia-
liter præstita pensare, & deo cum omni gratiarū actione debet asscribere, ne propter ingratitudinem Esa.17.
& obliuionem animæ nostræ dicatur, Eris deserta, quia oblita es dei saluatoris tui, & adiutoris tui nō
es recordata. ℂ (6) FACIENS misericordias dominus] id est, deus misericorditer agit nobiscū, &
misericordias .i. pietatis suæ dona nobis communicat, & non solum facit misericordias misericordib9:
de quibus ait, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, sed etiam impiis & indi Matth.5.
gnis, quos sæpe gratis iustificat, quos longanimiter præstolatur, quibus beneficia naturaliū donorum
largitur, videlicet lumen solis, vestitum & victum, rationem & sensum, corporis sanitatē, ac alia mul-
ta. Proprium nanq; est deo misereri. Est quoq; dominus faciens [ET iudicium] .i. iustam vltionem,
[OMNIBVS iniuriam patientibus] æquanimiter propter iustitiam, quemadmodū alibi ait, Mihi vin Deut.32.
B dictam, & ego retribuam. Vult enim deus sibi reseruari vindictam, prout in Leuitico hortatur, Non Leuit.19.
quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū. Deniq; quamuis aliquis impatienter ferat in-
iurias sibi illatas, deus tamen qui nullum malum inordinatum seu impunitū relinquit vlciscitur. Præ-
cipue tamen vlciscitur pro patientibus & mansuetis. Vnde in Prouerb. Non dicas, reddam malū pro Prou.20.
malo: expecta dominum, & liberabit te. ℂ (7) NOTAS fecit uias suas] id est, præcepta moralia, iu
dicialia, & ceremonialia [MOSI] legislatori in mōte Sinai, & notas fecit per Mosen filiis Israel [VO-
LVNTATES suas] id est, signa suæ æternæ voluntatis, videlicet iussiones bonorum, prohibitiones
malorū. Idem autem significatur per vias dei, & voluntates ipsius. Hęc autem tunc specialiter notifi-
cauit illis. Propter quod Baruc in persona populi Israelitici dicit, Beati sumus nos, quoniam quę deo Baruc.4.
placita sunt, manifesta sunt nobis. Moraliter vero per Mosen intelligitur quilibet sanctus de aquis cō
cupiscētiarū sublatus, cui deus per spiritum sanctum inspirat qualiter sit viuendū, quemadmodum in
Iohanne habetur, Vnctio eius docet vos de omnibus. Per filios vero Israel intelliguntur omnes fide- 1.Iohā.8.
les, quibus deus præcepta sua largitus est. ℂ (8) MISERATOR & misericors dominus] Secūdū
Damascenum misericors dicitur, quasi cor miserum habens, videlicet qui alterius miseriæ condolet.
Deus autē impassibilis immutabilisque consistens, non condolet, neq; compatitur. Non ergo miseri-
cordia competit deo, prout compassionem importat: sed in quantum gratuitam subuentionem desi-
C gnat, sicq; vocatur deus miserator actualiter miserendo. Misericors autem propter naturalē proprie-
tatem, qua ad succurrendū paratus est [LONGANIMIS] id est, diu expectans cōuersionem malo-
rum. Vnde in Ecclesiast. scriptum est, Altissimus est patiens redditor. Et in lib. Sapien. Misereris o- Eccle.5.
mniū, qm̄ omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam [ET multum miseri- Sap.11.
cors] imo abundantia pietatis suæ, & merita supplicium excedit, & vota & miserationes eius super o-
mnia opera eius. Propterea Iacobus asserit, Superexaltat autem misericordia iudicium. ℂ (9) NON Iacobi.2.
in perpetuum irascetur] exercendo vindictam [NEQVE in æternum comminabitur] se pœnas in-
flicturum. Non absolute intelligenda sunt hæc, ne incidamus eorum insaniam, qui pœnas inferni tan-
dem finiendas dixerunt. Sed, non in perpetuum irascetur dominus electis suis, neq; in æternum com
minabitur eis: quia licet ad tempus eos flagellat seu deserat, finaliter tamen eis placatur, secundum il
lud Thren. Non repellet in sempiternū dominus, quia & si abiecit, miserebitur secundum multitudi- Thren.3.
nem misericordiarum suarum. ℂ (10) NON secundum peccata nostra fecit nobis.] Primo, quia ci
tra condignum nos punit. Secundo, quoniam nullus peccator qui est in mortali, gratiam de cōdigno
meretur. Idcirco si gratia ei restituitur, non secundum peccata sua fit sibi. Tertio, qm̄ vbi superbūda-
uit delictum, superabundat & gratia. Ideo ad Timotheum Apostolus ait, Deus liberauit nos, & voca Rom.5.
uit nos vocatione sua sancta, non secundū opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. 2.Tim.1.
D [NEQVE secundum iniquitates nostras retribuit nobis] quia frequenter pœnam æternam commu-
tat in pœnam temporalem per gratiam suam. ℂ (11) QVONIAM secundum altitudinem cæli à
terra corroborauit misericordiam suam super timentes se] id est, sicut cælum super terā maxime ele-
uatur, sic misericordia dei eleuata est supra nostram malitiam, ita ꝙ incomparabiliter aliter fecit cum
timentibus se timore filiali & casto, quàm merebantur: iuxta illud Apost. Commendat autem charita Rom.8.
tem suam in nobis deus, quoniam cū adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Vel sic,
Quoniam secundū altitudinem cæli à terra, &c. id est, quemadmodū cælum ratione altitudinis & ex-
cellentiæ suæ terram operit, circuit, fœcundat, illuminat, sic deus in circuitu populi sui existens, eū in
in bono conseruat, intus illustrat, fœcunditatem operū bonorum impendit, prout filius dei apud Io-
hannē protestatur, Pater meus agricola est. ℂ (12) QVANTVM distat] distantia quātitatiua atq; Iohan.15
locali [ORTVS] id est, pars cæli orientalis [AB occidente] hoc est, à parte cæli occidētali, quæ vtiq;
tanta est, quanta est distantia inter polum arcticum & antarcticum, cum cælum sit sphæricum. Vel,
quantum distat, distantia qualitatis ortus, id est, lux seu origo diei, ab occidēte .i. à tenebris, dieiq; ter-
mino [LONGE fecit à nobis iniquitates nostras] quia ita nobis pœnitentibus eas indulget, ac si nun-
quam fuissent. Vnde per Ezechielem testatur, Si impius egerit pœnitētiam, omnium iniquitatū eius Ezec.18.
non recordabor amplius. Et in Michæa habetur, Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profun- Mich.7.
dum maris omnia peccata nostra. ℂ (13) QVOMODO miseretur pater] carnalis ac indulgentis-

ſimus [FILIORVM] ſuorum [MISERTVS eſt dñs timentibus ſe.] q̃m ſicut pater filiũ diligit, ſiue E
blandiatur, ſiue cõminetur & verberet, ſic deus timentibus ſe miſericordiã facit, ſiue eos caſtiget, ſiue
Malach.3 cõſolationẽ infundat. Et hoc eſt quod in Malachia ait, Parcam timẽtibus me, ſicut parcit vir filio ſuo
ſeruienti ſibi. Siue ergo aduerſa, ſiue proſpera accidant nobis, domino gratias referamus, ſciẽtes quo-
Rom.8. niam diligentibus atq; timentibus deũ, omnia cooperantur in bonum. Cur autẽ tam clemens ſit no-
bis dominus, pandit: [QVONIAM ipſe cognouit figmentum noſtrũ] id eſt, fragilẽ noſtram ſubſtan
tiam ad mala procliuem, propter fomitem ad vitia inclinantem. Hæc autem fragilitas noſtræ ſubſtan
tiæ plenius declaratur: cum ſubditur, ¶ (14) RECORDATVS eſt].i. pie attendit [QVONIAM
puluis ſumus] id eſt, de limo terræ, quantum ad corpus formati, atq; in puluerem reſoluendi, quẽad-
Gen.1. modum dicit ſcriptura, Formauit dominus deus hominem de limo terræ. Et, Puluis es, & in puluerẽ
Gene.3. reuerteris. [HOMO ſicut fœnum dies eius] quia tam cito areſcit & decidit ſicut fœnum, prout S. Iob
Iob.7. ait, Dies mei velocius tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur. [TANQVAM flos agri] qui hodie
eſt, & cras non reperitur [SIC efflorebit] id eſt, à flore atque vigore primæuæ ætatis deficiet.
¶ (15) QVONIAM ſpiritus] hoc eſt, anima [PERTRANSIBIT in illo] id eſt, temporalẽ du-
rationẽ habebit in homine, qua finita recedit [ET non ſubſiſtet] homo in hac vita anima eius egreſ-
Iob.14. ſa. Hinc enim ſcriptum eſt, Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Conſtitui-
2.Re.14 ſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Et in lib. Reg. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabi- F
mur in terram, quæ non reuertentur. Hæc autẽ noſtri figmenti fragilitas incitat deum ad miſerẽdum
Gene.8. nobis, quemadmodum in Geneſi teſtatus eſt, Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines.
Senſus enim & cogitatio cordis humani proni in malũ ab adoleſcentia ſua [ET non cognoſcet] ani-
ma poſt ſeparationem [AMPLIVS locum ſuum] id eſt, corpus quod reliquit, donec rurſus induat il
lud. Defuncti nanque non ſciunt in particulari quid agatur in vita præſenti, niſi ex ſpeciali reuelatio-
ne, vel propter ſpecialem habitudinem ad ea quæ hic aguntur. Sic enim ſancti in patria in verbo co-
gnoſcunt orationem, qua inuocantur, atq; obſequium quo honorantur. Translatio Hieronymi talis
eſt, Et non cognoſcet eum vltra locus eius. Vtrũq; autem veritatem ſortitur, quia ſecundũ Auguſtinũ
in libro de cura pro mortuis, Sicut viuentes in mundo ignorant quid agatur in receptaculis mortuo-
rum, ſic defuncti neſciunt quid agatur in locis viuentium. Quod intelligendum eſt de lege commu-
Eſa.63. ni, & de cognitione determinata ac naturali. Vnde Eſaias ait, Tu domine pater noſter & Abraham
neſciuit nos. ¶ (16) MISERICORDIA autem domini ab æterno & vſque in æternum] id eſt,
ſine defectu & termino, & à principio mundi vſq; in finem nunquam finiendũ, expanſa eſt [SVPER
timentes eum] timore ſancto ac filiali. Nunc enim adeſt eis indeſinenter per gratiam, in futuro quoq;
per gloriam. Sed cũ nec mundus ab æterno fuerit, neq; peccatum, quomodo miſericordia domini eſt G
ſuper timentes ſe ab æterno? Et reſpondendum ꝙ dicitur ab ęterno ſuper eos fuiſſe, ratione prędeſti-
Apoc.13. nationis ſeu præparationis, quemadmodum in Apoca. de Chriſto habetur, Agnus qui occiſus eſt ab
2.Tim.1. origine mundi. Et ad Timoth. Gratia data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tempora ſecularia, id eſt, da
ri præuiſa eſt. ¶ (17) ET iuſtitia illius] id eſt, effectus diuinæ iuſtitiæ, ſcilicet iuſta promiſſorum
impletio, & meritorum præmiatio erit & eſt [IN filios filiorum] id eſt, in omnes filios primorũ pa-
rentum. Quod de filiis iuſtis intelligi debet, de quibus annectitur [HIS qui ſeruant] per fidẽ & obe-
dientiam [TESTAMENTVM eius] id eſt, legem diuinitus datam. ¶ (18) ET memores ſunt mã
datorum ipſius] non qualitercũq;, ſed [AD faciendum ea] Multi enim ſunt memores mandatorũ do
mini, non vt ea adimpleant, ſed vt alios doceant quod ipſi non agunt, quod eſt mortale peccatũ. Vel
vt docti appareant, quod gloria eſt vana. Debemus ergo memores eſſe legis diuinæ & mandatorũ al
tiſſimi, nõ vt ſciamus, ſed vt impleamus. Vnde etiam Ariſtoteles dicit, Quid eſt virtus ſcrutamur, nõ
vt agnoſcamus, ſed quatenus boni efficiamur. Alias computabimur in Phariſæorum atq; Scribarum
Matt.25. collegio, de quibus in Matthæo ait Saluator, Omnia quæcunq; dicunt facite, ſecundum opera illorũ
nolite facere. Alligant enim onera grauia ſuper humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea tan-
gere. ¶ (19) DOMINVS in cælo parauit ſedem ſuã] Hoc multipliciter accipi poteſt. Primo ſic,
Dominus deus, Trinitas ſancta in cælo empyreo parauit ſedem ſuam.i. locum habitationis ſuæ. Nul
lus enim corporeus locus tam proprie competit deo vt cælum empyreum. Propter quod Moſes ait,
Deut.33. Habitaculum eius ſurſum, & ſubter brachia ſempiterna. Vel in cælo, hoc eſt, in ciuibus regni cęleſtis, H
& maxime in angelis pertinentibus ad infimum ordinẽ primæ Hierarchię, qui propter inhabitatio-
nem diuinam, throni.i. ſedes dei vocati ſunt. Vel in cælo, hoc eſt, in quolibet homine cęleſtem cõuer-
ſationem in terra habente. In tali nãq; per gratiam demoratur: iuxta illud, In eo quaſi in thalamo to-
Ibidem. ta die requieſcit. Vel, Dominus Chriſtus, homo, deus in cælo empyreo parauit à principio mũdi ſe-
Iohã.14. dem ſuam.i. ſtabilem manſionem tam ſibi, quàm ſuis: quibus ait, Vado parare vobis locum. A princi-
pio nanq; mundi parauit hanc ſedẽ per creationem, ſed poſt aſcenſionem ſuam parauit eam ſuis per
Heb.9. interpellationem, quia ſecundũ Apoſt. Ieſus introiit in ipſum cęlum, vt appareat nunc vultui dei pro
Hebr.2. nobis. [ET regnum ipſius] id eſt, regimen, ſeu regia Chriſti poteſtas [OMNIBVS dominabitur]
Dan.7. Omnia enim ſubiecta ſunt pedibus eius ſecundũ Apoſt. Propter quod ſcriptum eſt, Omnes populi,
Apoc.17. tribus, & linguæ ſeruient ei. Et in Apoca. Agnus dominus dominorũ eſt & rex regũ. Deinde inuitan
tur creaturæ cæleſtes, angelicæ mẽtes, ſupermundani intellectus, & animi deiformes ad laudem diui-
nam. ¶ (20) BENEDICITE domino angeli dei,] id eſt, nũcii eius [POTENTES virtute] hoc
eſt, poteſtate præcipui, [FACIENTES verbum illius] .i. commiſſionem ſeu iuſſionem vobis diuini
tus factam, implentes, [AD audiendam vocem ſermonum eius] id eſt, vt homines audiant per veſtrã
executionem, quid deus eis mandat & nunciat. Per angelos nanq; deus nobis reuelat beneplacitum

A suum.Quanuis autem per angelos accipi posſint angelici ſpiritus infimi ordinis,quorum eſt minima
nunciare ſecundum Gregorium,nihilominus per angelos intelligere poſſumus omnes ſpiritus cæle-
ſtes,de quibus ait Apoſt.Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus.Nam ſecundũ magni Dionyſii dogma, Heb.1.
omnes angelicæ mentes,angeli appellantur.Porro potentia angelorum duplex eſt,ſcilicet naturalis,
& iſta omnem corporaliũ rerum poteſtatem vehementer excedit,in tantum, vt de diabolo ſcriptum
ſit,Non eſt ſuper terram poteſtas quæ cõparetur ei. Naturalia enim in angelis apoſtatis integra per- Iob.41.
manſerunt,ſecũdum Dionyſium.4.cap.de diuinis nominibus:& per hanc poteſtatem competit an-
gelis motus cælorum,ſecundum philoſophos.Alia vero eſt potentia angelorum ſupernaturalis, quæ
maior & altior eſt,per quam angelus vnus percuſsit vna nocte omne primogenitum in terra AEgy-
pti,vt dicitur in Exodo,Et in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; milia,ſicut in Eſa.legitur. Exod.11.
Hæc tamen angelus facere potuit naturali virtute,vt videtur. ¶(21) BENEDICITE domino Eſa.36.
omnes virtutes eius,] Per virtutes accipere poſſumus angelos pertinentes ad medium ordinẽ ſecun- 4.Re.19
dæ Hierarchiæ,qui ſpeciali nomine appellantur virtutes, propter efficacisſimam excellentiam pro-
priæ poteſtatis.Rabbi Moſes vero per virtutes intelligit naturales vires omniũ rerum creatarũ. Vir-
tutes inquam [MINISTRI eius,qui facitis voluntatem eius ] id eſt,qui diuinæ voluntatis imperio
obeditis. ¶(22) BENEDICITE domino omnia opera eius] id eſt,creaturæ vniuerſæ [IN omni
B loco dominationis eius] id eſt,in cælo ac terra atq; intermediis locis. Vbiq; enim dominatur creator.
Chriſto quoque data eſt omnis poteſtas in cælo & in terra,ſecundum Dionyſium: vel vniuerſas men Matt.28.
tes angelicas,quia omnes angeli ſæpe appellantur virtutes propter quod ſcriptum eſt, Domine rex Eſter.13.
omnipotens,in ditione tua cuncta ſunt poſita,tu dominaris omnium.Irrationales autem creaturæ be
nedicunt & laudant deum materialiter,quia contemplantibus præbent materiam benedicendi domi
no,eo ꝙ in ipſis ſapientia,potentia & bonitas creatoris reſplendeat. Sed quia nil prodeſt alios exhor Matt.16.
tari,& proprias exhortationes omittere:prout ait Saluator,Quid prodeſt homini ſi mũdum vniuer-
ſum lucretur,animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?idcirco reuertitur ad ſeipſum,dicitq;,[BENE-
DIC anima mea domino] ſecundum intellectum expoſitum.Ecce pſalmum omni laude dignisſimũ,
omni conſolatione ac ſuauitate plenisſimum,& nobis peccatoribus ad pœnitentiam ſanctam conuer
ſis præcipue frequentandum,dulcem ac ſaporoſum audiuimus,quem decantando decet nos ex cõme
moratione diuinorum beneficiorum amore dei noſtri vehementer accendi , in eius laude cordialiter Luc.10.
delectari.Et vt digni inueniamur laudatores,ſtudeamus Chriſto mundo corde ſeruire. Omnia carna
lia,ſecularia,temporalia ac vana contemnere,& vnum illud,quod ſolum neceſſarium eſt, corde col-
lecto ac ſtabili contemplari,exquirere,amare,ac honorare tanto intentius atque frequentius,quanto Luc.12.
plura ab eo beneficia ſumpſimus . Ideo nanque in Luca aſſerit Chriſtus, Cui multum donatum eſt,
C multum quæretur ab eo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CIII.

¶EXPOSITIO Tituli.

BReuis autem & planus titulus eſt pſalmi præſentis dum dicitur , Pſalmus Dauid . Loquitur vero
Propheta in pſalmo iſto in perſona hominis deum grata mente laudantis.

PRECATIO,

*Deus qui reſpicis terram,& facis eam tremere,timorem tuum ſalutarem cordibus noſtris immitte , ut relictis malis quibus te grauiter offendimus, per ſpiritum tuum renouata in nobis facie peccati,ſancta tibi deuotione adhæreamus, & in iucunditate perceptæ ſalutis ſemper tibi pſallamus.*

¶EXPOSITIO Pſalmi.

BENEDIC anima mea dño] quod qualiter intelligi impleriq; debeat, in præ- Pſal.102.
cedentis pſalmi expoſitione ad longum tractatum eſt: [DOMINE deus meus
magnificatus es vehemẽter] .i.ex operibus tuis mirabilibus in nobis valde ma
gnus effectus es,ita vt excellẽtia,magnitudo,ſeu maieſtas tua nobis clare inno Num.23.
D tuit,ex conſideratione operum tuorum,quanuis tu in teipſo omnino immuta- Malac.3.
bilis & ſumme perfectus ſis. ¶(2) CONFESSIONEM & decorem indui
ſti] id eſt,laude ſanctorũ & ſpecioſo famulatu corũ circundatus es, ſicut homo
circundatur veſte,quia ex omni parte concurrunt ad te omnes beati. Vel,deco
rem induiſti.i.ita in teipſo pulcherrimo pulcherrimus es,ac ſi pulchritudo eſſet veſtis tua,te vndique
ornans [AMICTVS lumine ſicut veſtimento] hoc eſt,ſic in templo clarus ac fulgidus es, ac ſi lux 1.Iohã.1.
eſſet tibi veſtimentum te omnino operiens,ita ꝙ nihil tenebroſitatis in te inuenitur:iuxta illud,Deus
lux eſt,& tenebræ non ſunt in eo vllæ.Hæc autem de Chriſto ſpecialiter accipi poſſunt . Indutus eſt Philip.2.
enim confeſsionem,quemadmodum ad Philippenſes dicit Apoſt.Omnis lingua confiteatur,quia do
minus Ieſus eſt in gloria dei patris.Vbiq; enim electi Chriſto confitentur.Eſt quoque indutus deco-
rem,præſertim in reſurrectione,quando in forma glorioſa ſurrexit,cui in paſsione nõ erat decor aut
ſpecies.Surrexit etiam in corpore glorificato,cuius claritas ſolis ſplendorem incomparabiliter ineſti
mabiliterque tranſcendit . Propterea dicitur,Amictus lumine ſicut veſtimento. ¶(3)EXTEN-
DENS cælum]ſtellatum ſeu firmamentum[SICVT pellem]quia per modũ pellis extentæ videtur
expanſum,cum ſit ſphæricũ terram tegens atque operiens,& noſtrũ hemiſphærium per modũ tento-
rii circũcludens.Vnde Eſaias dicit,Extendit velut nihilum cælos,& expandit illos ſicut tabernaculũ Eſa.40.
ad inhabitandũ,[QVI tegis aquis ſuperiora eius] id eſt,partes cõuexas cæli ſtellati.Scriptũ eſt enim

Gen.1. in Genesi, Dixit deus, Fiat firmamentũ in medio aquarũ, vt diuidat aquas ab aquis. Fecitq; deus fir- E
mamentũ, & diuisit aquas quæ erant supra firmamentũ ab aquis quæ sunt sub firmamento. Quidam
ergo literam prædictam sequentes, dicunt supra firmamentũ esse aquas per modũ glaciei congelatas,
& cælũ tegentes. Alii vero magis philosophice loquentes, dicunt per aquas has intelligendũ esse no-
nam sphæram, quæ dicitur cælum crystallinum seu aqueum, sicut cælum immobile appellatur empy
reum, hoc est, igneum: non quasi nona sphæra sit de natura aquæ, vel cælum empyreum de natura
ignis, sed quia cælũ crystallinũ cum aqua in diaphoneitate conuenit: nam per modum aquæ congela-
tæ apparet. Cælum vero empyreum cum igne in claritate cõmunicat. Huic quoq; quod nunc ait, qui
Dan.3. tegis aquis superiora eius, concordat illud Danielis, Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt do
mino. Basilius autem per cælum hoc loco, & cælos de quibus Daniel loquitur, atq; per firmamẽtũ, de
Gene.1. quo in Geneseos libro fit sermo, intelligit cęlum aereum, supra quod nubes feruntur. Et hanc exposi
tionem asserit Augustinus laude dignissimam. Mystice per cælum designatur ecclesia, quę in Cãticis
Cant.1. canticorũ propter pressuram & tribulationem dicit, Nigra sum, sed formosa, sicut pelles Salomonis,
hoc est cęlum, quod est pellis veri Salomonis, scilicet Christi. Extendit ergo Christus cęlum, hoc est,
ecclesiam, sicut pellem, dũ eam per omnes partes mundi diffundit, & ad diuinorũ sublimia per cõtẽ-
plationem exaltat. Huius autem cæli superiora, hoc est, apostolos atque prophetas & efficaces imita-
tores ipsorum, tegit aquis scientiæ salutaris & gratiæ, seu dono spiritus sancti, quemadmodũ apud Io F
Iohan.7. hannem testatur Saluator, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ℂ(4) QVI
ponis nubem ascensum tuum] id est, qui efficis vt nubes materialis sit res tua iussione ascendens. Di-
uino enim imperio agitur, vt ex vaporibus nubes generentur ac sursum ferãtur. Vnde de deo scriptũ
Amos.5. est apud Prophetam, Qui vocat aquas & effundit eas super faciem terræ. Et in Deuteronomio, Ma-
Deut.33. gnificentia eius discurrunt nubes. [QVI ambulas super pennas ventorum] hoc est, qui in operatio-
ne tua procedis velocius, quàm venti discurrant. Velocitas quippe venti in motu, per pennas signifi-
Iob.9. catur. Dominus autem in instanti agit quodcunq; voluerit, cum sit virtutis simpliciter infinitæ. Idcir
Deut.33. co agit velocius quàm venti ferantur. In lib. Iob autem 20. cap. dicitur dominus circa cardines cæli p
ambulare, & alibi de eo legitur, Qui graditur super fluctus maris. Et in Deutero. legitur, Ascensor cę
li auxiliator tuus. Nunc vero super pennas ventorum ambulare censetur. Sed omniũ horũ est similis
Exod.33. sensus. Ambulatio enim dei est operatio eius, quemadmodũ in Exodo Moses ait ad dominũ, In quo
poterimus scire inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? Dominus autem
propter operationem omnipotentiæ suæ, quam circa cælos & mare ostendit, ambulare super ea asse-
ritur. Ad literam quoq; exponi hæc possunt de Christo, qui posuit nubem ascensum suũ, ambulauitq;
Act.1. super pennas ventorum, quando, vt in Act. habetur, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eũ G
ab oculis eorum. Mystice ascendit dominus supra nubem, dum per gratiam suam ascendit cor prædi
catoris, seu nunciatoris verbi dei. Ambulat etiam supra pennas ventorum, hoc est, operando excedit
virtutes & contemplationem animarũ sanctarum. Penne enim virtutes seu contemplationes dicũtur,
Esa.40. quibus animæ in cælum vehuntur, quemadmodũ Esaias dicit, Qui sperant in domino assument pen-
Esa.42. nas vt aquilæ. Venti vero sunt animæ, prout per Esaiam dominus protestatur, Ego dominus, dãs fla-
tum populo qui est super terrã. [QVI facis angelos tuos spiritus] hoc est, qui hoc operatus es vt an-
geli sancti sint spirituales non corporales substantiæ. Vel, facis vt spiritus seu spirituales substantiæ
sint angeli, hoc est nuncii tui. ℂ(5) QVI enim per creationem facti sunt spiritus, per iussionem
& ordinationem diuinam facti sunt angeli, hoc est nuncii dei. Spiritus enim est nomen naturæ, ange-
lus autem officii [ET ministros tuos ignem vrentem] hoc est, seruientes tibi in cælo tanto diuinita-
Hebr.12. tis amore inflammas, vt dici possint ignis vrens, seu flamma ignis. Nam & deus (secundum Aposto-
Dan.7. lum) ignis consumens est. Et Daniel scriptum reliquit, Antiquus dierum sedit, thronus eius flammæ
ignis accensus. Quid autem per thronum & rotas dei æterni nisi angelicas deiformes, atq; delferas
mentes accipimus? Vel, facis ignem vrentem, id est, summam Hierarchiam seu angelos de ordine Se-
raphim, qui summe & ardentissime diuino flagrãt amore ministros tuos, quia per eos illuminãs alios.
Matt.28. Ipsiq; mitti dicuntur, dũ missi ab eis veniũt ad nos. Propter quod Esaias, Volauit (inquit) ad me vnus
Esa.9. de Seraphim. Vel dicũtur ministri dei seu angeli sancti fieri ignis vrens, quia frequẽter in specie ignis
Exod.3. apparuerunt. Vnde Matthæus de angelo dicit, Erat aspectus eius sicut fulgur. Et in Exodo scribitur H
4.Re.2. apparuisse angelus Mosi in rubo ardenti. Elias quoque in curru igneo est translatus ministerio ange-
lorum. In hominibus insuper facit deus angelos suos spiritus, dum per religiosos atque deuotos aliis
nunciat verbum salutis: & ministros suos ignem vrentem, quando per exhortationem, increpationẽ
seu informationem prædicatorum seu prælatorũ corda audientium igne spiritus sancti succendit.
ℂ(6) QVI fundasti] hoc est, firmiter collocasti [TERRAM super stabilitatem suam]. i. super im-
mobilem basim suam, videlicet supra centũ ipsius, quoniam omnes partes terræ naturaliter tendunt
ad centrum, secundũ philosophum [NON inclinabitur in seculum seculi] hoc est, nunquam mutabit
Eccle.1. locum quo ad se totam, quemadmodum Ecclesiastes testatur, Terra inæternum stat. Vnde & Baruch
Baruc.5. ait, Fundasti terram in sempiterno tempore. Spiritualiter fundauit deus terram, id est ecclesiam mili
tantem super stabilitatem suam, hoc est, super Christum, tanquam super immobile fundamentum, in
quod omnes tendere at quiescere debent. Non inclinabitur, & cætera. i. ecclesia nunquam à fide in to
to abibit. ℂ(7) ABYSSVS sicut vestimentum amictus eius] hoc est, mare oceanũ, quod propter
immensurabilem suam profunditatem vocatur Abyssus, ex omni parte circũdat, cingit & velut ami-
ctus infra se continet terram, sicut vestimentum circundat vestitum. Quemadmodũ enim aer circun
dat, & operit mare, sic mare terrã, nisi quod vna pars terræ ex diuina dispositione manet discooper-

A ta propter animaliũ vitã saluandã [SVPER montes stabunt aquæ] pluuiales in nubibus colligatæ.
Nubes enim montibus altiores sunt, & in nubibus aquæ seruantur : prout in libro de deo conscri-
ptum est, Qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorsum. Vel super montes sta- Iob.26.
bunt aquę, id est, cacumina montium ascendent deo iubente, dũ ei placuerit, sicut in vniuersali dilu- Gen.7.
uio semel factũ cognouimus atq; in particularibus diluuiis sæpe contingit. Vel, super montes stabunt
aquæ, qm̃ aquæ in medio Oceani altiores sunt montibus terræ. Hoc Nicolaus de Lyra refert, hoc lo-
co asserere rabbi Salomonẽ, & dicit eum falsum dicere. Sed vtiq; rabbi Salomon in hoc verũ asserit,
& ideo ratio ipsius Lyræ non procedit: Dum ait, Aquæ cũ sint graues & fluidæ æqualiter tendunt ad
centrum & non sunt altiores in medio quàm in ripa. Primo destruitur hoc, quoniam aqua est corpus
homogeneum, hoc est, eiusdem naturæ in se & in partibus suis. Propterea sicut quælibet pars aquæ,
videlicet gutta tendit ad rotunditatẽ, vt patet ad sensum de guttis: sic tota aqua quantum potest ad ro
tunditatem seu sphæricam tendit figurã. Demũ terra est grauior aqua, non tamen partes terrę æqua-
liter propinquant ad centrum, sed terra in medio sui altior extat quàm alibi multo magis aqua. Insu-
per constat ad sensum stantibus iuxta ripam, quod quanto nauis in mari longius abscedit, tanto vide-
tur altius sublimari, & illud omnes magni philosophi contestantur. Spiritualiter per abyssum intelli-
gitur inundatio tribulationũ. Abyssus ergo, hoc est tribulatio copiosa est amictus terræ, id est eccle-
B siæ, quoniam vndique tribulatur ecclesia & circundatur aduersis velut amictu, quia per multas tribu
lationes oportet nos intrare regnum cælorum, id quod in actibus Pauli sentẽtia docet. Propter quod
& Iudith contestata est. Omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles : sed Act.14.
& super montes, hoc est, perfectos viros, stabunt aquæ tribulationũ, quia omnes qui volunt pie viue- Iudith.8.
re in Christo, persequutionem patientur. Stabunt quoq; interdum super hos montes aquæ consola- 2. Tim.3
tionum diuinarum, quoniam iuxta Apostolum, sicut pro Christo abundant passiones nostræ, ita per
Christum abundat consolatio nostra. Propter quod aliâs dicitur de deo, Cum iratus fueris misericor 2.Cor.1.
diæ recordaberis. ¶ (8) AB increpatione tua] .i.à te per modũ increpantis iubẽte [FVGIENT]
aquæ à montibus quos operuerunt. Vel, à loco aeris, in quo nubes ante fuerunt [A voce tonitrui tui]
id est, à præcepto tuo terribili [FORMIDABVNT] id est, per modũ formidantis se habebunt, obe- Abac.3.
diendo tuo imperio. Hinc enim Iob inquit, In fortitudine illius repẽte maria congregata sunt. Et Ec
clesiasticus, Abyssus & terra & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebuntur & cũ cõspe Iob.26.
xerit ea deus, tremore conceutientur. Mystice autem aquæ tribulationum deo impios increpante ab ec Eccle. 16
clesia fugiunt, atque deficiunt : iuxta illud, Deo concedente pacem, quis est qui condemnet? Iob.34.
¶ (9) ASCENDVNT mõtes & descẽdũt cãpi in locũ quẽ fundasti eis ] hoc est, vna pars terræ mõ
tuosa est, aliaq; cãpestris: & tã montes q̃ valles tantũ ascendunt seu descendũt, quantũ tua sapiẽtia eis
C præfixit. Spiritualiter montes ascendunt, dum homines virtuosi proficiunt: & campi descẽdunt, dum
inferiores, eorum doctrinę seipsos humiliter subdunt: in locum quem fundasti eis. i. in congregationẽ
ecclesiæ. ¶ (10) TERMINVM posuisti] aquis Oceani [QVEM non transgredientur] nec effluẽt
ripas [NEQVE cõuertẽtur] exeundo alueum suum, [OPERIRE terram ] animalium habitationi
deputatam. Vnde Salomon dicit, Certa lege & gyro vallabat abyssos. Iob quoq; inquit, Terminum
circundedit aquis, vsq; dum finiantur lux & tenebræ. Et in hoc relucet magna dei potestas, oh quam Prou.26.
metuendus est nimis. Propter quod ipse per Ieremiam locutus est, Audi popule stulte. Me nõ timebi Iob.26.
tis qui posui arenã terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit? Hoc modo cõmu Ierem.5.
niter exponitur iste versiculus. Sed quia in versu præcedenti non de aquis sed de montibus mẽtio fa-
cta est, videtur de montibus posse exponi, eritq; sensus, Terminum posuisti montibus in latitudine &
cæteris dimensionibus, quem non transgredientur, vt altius protendantur seu latius extẽdantur, neq;
conuertentur operire terram. i. cadendo non obruent loca habitationum & homines, nisi te volente,
iubente, aut permittente, sicut & sæpius dictum est, prout in libro Iob asseritur, Deus transtulit mon
tes, & nescierunt hi quos subuertit. Spiritualiter terminum ponit deus aquis, tribulationum, & mon- Iob.9.
tibus elationis dum non sinit electos tentari seu tribulari supra id quod possunt ferre, sed facit (sicut
ait Apost.) cum tentatione prouentum. Neq; conuertentur, aquæ & montes huiusmodi operire ter- 2.Co.10.
D ram. i. corda bonorum opprimere, extinguendo in eis charitatẽ dei ac proximi. Propter quod ait scri
ptura, Aquæ multę non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. ¶ (11) QVI Cant.
emittis fontes in conuallibus] id est, riuos aquarũ ex fontibus in montibus ortis manantes, descende-
re facis ad loca humilia [INTER medium montium] hoc est, inter mõtes [PERTRANSIBVNT
aquæ] id est, defluent, nec illic stabunt, sed in locis bassis quiescent. Aqua enim petit locum deorsum.
Spiritualiter emittit deus de cælo fontes. i. dona gratiæ in conuallibus. i. in humilibus mentibus. Inter
medium montium pertransibunt aquæ, hoc est inter superbos gratia non manebit. Quemadmodum
Iacobus inquit, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et Esaias, Omnis vallis exaltabi
tur, & omnis mons & collis humiliabitur. ¶ (12) POTABVNT omnes bestiæ agri.] de aquis ex Iacobi. 4
fontibus ad loca bassa venientibus [EXPECTABVNT onagri] id est, asini feri, syluestres ac natu- Esa.40.
raliter calidi [IN siti sua.] potari & refrigerari his aquis. Alii ita exponunt, Expectabunt onagri in
siti sua. i. pluuiam cęlestem pręstolabuntur. Non enim (vt asserunt hi) Onagri bibunt de aqua ex fon-
te fluente. Sed diu expectant pluuiam de cęlo, quatenus inde bibant. Mystice de riuis aquarum Chri-
sti bibunt omnes bestię agri. i. omnes gentiles ad fidem conuersi expectabunt vsque ad finem mundi.
Onagri, hoc est, crudeles Iudęi, in siti sua. i. in desiderio quo Christum expectant venturum. Nempe
in sua siti durabunt vsque ad terminum seculi: tunc enim conuertentur ad Christum. ¶ (13) SV-
PER ea] scilicet in cacuminibus montiũ, & circa vndas aquarũ [VOLVCRES cæli] hoc est, aues in

cælo aereo volitantes[HABITABVNT] quia in talibus locis nidificant [DE medio petrarum] .i. E
de locis pertrosis,in quibus sunt auium tudi, [DABVNT vocem] suam,dominum pro suo modulo
collaudantes. Spiritualiter super ea iam rædicta, scilicet super montes & aquas,volucres cæli,id est,
viri sancti & contemplatiui,habitabunt,viuendo secundum Christi mandata,atque angelieam vitam
in terra ducentes. De medio petrarum dabunt voces.i.gratiarnm actionem ac laudem tibi offerẽt de
firmissimis locis ecclesiæ. ❡(14) RIGANS montes de superioribus suis] id est,tu deus mõtes hu
midos facis de nubibus pluuiosis quæ altinres sunt montibus. Vel,de fontibus in summitate montium
ortis,qui decurrendo loca montis humectant [DE fructu operum tunrum] id est,de terræ nascẽtibus
[SATIABITVR terra] id est,incolæ terræ. Spiritualiter rigat deus montes.i.viros in grana altos
de superioribus suis.i.de cæln & ministerio angelorũ & de fructu operum dei.i.prædicatione mõtiũ
taliũ satiabitur terra,hoc ecelesia. Tu quoq; dnmine es. ❡(15) PRODVCENS fœnum iumentis]
ad pabulum [ET herbam]id est,species varias & medicinales[SERVITVTI hominum] id est,ad
commodum atq; obsequinm hominnm. Quanuis enim hæc fiant per causas secundarias, principali-
Iudith.9. ter tamen fiunt à causa prima deo sublimi & benedicto,qui non tantum hominum,sed insuper iumẽ-
torũ prouidentiam habet,sicut ex isto elarissime innotescit. Producis autem fœnum iumentis ad sustẽ
tationem vitæ. ❡(16) VT educas panem] id est,bladũ,vnde fit panis [DE terra [PER iumenta
arata & culta [ET vinum lætificet cor hominis.] Creauit nãque dens vinum,vt moderate sumptum F
Eccl.31. snmentem ordinate lætificet. Propter quod in Ecclesiastico scribitur, Vinnm in iucundiiate creatum
est,non in ebrietate. Est autem cum magna sobrietate potandum,quemadmodum scriptum est, Quã
sufficiens est homini erudito vinum exiguum. Si autem immoderate sumatur,intrat quidem suauiter,
sed pungit intus vt colnber. Verũtamen quoniam homines in vino difficulter & raro moderamẽ ob-
Ibidem. seruant,idcirco Ecclesiasticus monet, In cõuiuio vini nõ arguas proximum. Spiritualiter educit deus
panem vitæ & intellectus,de terra.i.de corde humano gratia informato,dum facit hominem bonum
verbum salutis aliis prædicare,& opera sancta producere. Vinum quoq; spirituale,videlicet consnla
tio fortis spiritus sancti lætificat animam. ❡(17) VT exhilaret]homo[FACIEM]suam[IN oleo]
id est ex condimentis ciborum.non enim sufficit ei panis sine cæteris condimentis [ET panis]de ter
ra eductus[COR hominis confirmet] alendo naturam corpoream. Spiritualiter exhilaratur facies,id
est mens,in oleo.i.in vnctione seu gratia spiritus sancti secundum quod in Apocalypsi legitur, Col-
Apoc.3. lyrio inunge oculos tuos. Sed & panis ipse cælestis, videlicet Christus,qui de seipso ait, Ego sum pa-
Iohan.6. nis vitæ,summe confirmat cor hnminis,quia conuertit sumentem in eum qui sumitur: qui vtique est
1.Cor.1. virtus & sapientia patris:ideo dicit, Qui mãducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ, in me ma-
Iohan.6. net,& ego in eo. ❡(18) SATVRABVNTVR ligna campi,& cedri Libani quas plantauit]deus G
principaliter & homo instrumentaliter.i.ex humore terræ plenarie nutrientur. Humor nanq; est ar-
Luc.8. boris alimentum. Nam Christus in Euangelio arborem asserit aruisse,quia non habebat humorem.
Demum iuxta philosophum,radices arborum se habent sicut os in animali:per radices ergn alimen-
tum attrahitur [ILLIC] puta in cedris [PASSERES nidificabunt] Inuenitur enim quoddam ge-
nus passerum,quod nidificare solet in eedris. Aliud vero passerum genns in tectis domorũ nidificat.
Mystice vero ex pane vitę & vino ac oleo spiritaliter intellecto,saturabuntur in anima ligna campi,
id est mẽbra ecclesiæ,sen inferiores,humilésq; personæ,& cedri Libani,id est,viri perfecti,quos deus
per gratiam in ecclesia sua plantauit,illic.s.in ecclesia,passeres.i.pœnitentes per modum passerum in
tuto se collocantes nidificant.i.sibi thesaurum operum bnnorum reponunt. Vnde superius à pœnitẽ-
Psal.101. te dictũ est, Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Illic quoq;,videlicet in cedris,est.❡(19) HE-
RODII domus dux est eorum] id est,nidus auis,qui appellatur herodius, quæ est auis rapax,de ra-
pina viuens cæteris auibus maior,quæ etiam aquilam superat atque manducat: & vocatur dux passe-
rum seu auium,eo modo quo leo nominatur rex animalium [MONTES excelsi] seu alti,sunt refu-
gia [CERVIS] qui ad talia loca confugiunt[PETRA] cauernosa seu subterraneus locus est refugiũ
[ERINACIIS] id est ericiis. Est autem ericius animal paruũ atq; spinosum,habitans in cauernis &
vescitur pomis. Cumq; aduersum quid sentit per modum globi se contrahit,& intra arma sua se col-
ligit,in tantũ,vt si eũ tangere velis,prius videas tuũ sanguinem,quàm eius corpusculũ. Per eeruos ad
mnntes confugientes,designantur homines virtuosi,& contemplatiui,qui dum tribulantur, ad cõtẽ- H
planda diuina accelerãt. Per ericiũ vero qui dicitur, Noli me tangere,significati sunt peccatores mor
bo animæ languentes.qui dum reprehenduntur,remnrmurant,dum aliquid eis negatur, cũ indigna-
tione despiciunt,& vnde emendari debebant,inde deteriorantur. Consequenter laudatur deus ex or
dine temporũ ex vicissitudine lationũ cælestium,ex alternatione actuũ naturaliũ rerũ. ❡(20) FE-
CIT] deus [LVNAM] quę est infimus planetarũ [IN tempora] vt per eius variũ motũ distinguan-
Eccl.43. tur anni lunares & menses. Vnde scriptũ est, Luna ostensio temporis, & signũ æui mensis secundum
nomen eius est,crescens mirabiliter in consummationem. Vas castrorũ in excelsis,in firmamento cæ
li resplendens gloriose [SOL cognnuit oecasum suũ] id est,tam ordinate atq; stabiliter fertur in occi
dẽtem,ac si intellectualis esset naturæ, quod secundũ Augustinũ de eo nec affirmari debet neque ne-
gari,donec certius cognoscatur. Mystice,fecit deus lunam.i.ecclesiam militantem,lumen suũ à Chri
sto sole iustitiæ participantem,in tempora,quatenus nunc temporaliter pugnet,tentetur,triumphet,
Iohan.1. sicq; æternaliter coronetur & regnet. Sol.i.Christus deus noster vniuersa illustrans,cognouit occa-
sum suũ,id est passionem propriam pręcognouit. ❡(21) POSVISTI tenebras] in hemisphęrio
illo,de quo sol recedit [ET facta est nox] sole abeũte [IN ipsa] nocte [PERTRASIBVNT omnes
bestiæ syluę] pro victu quęrendo. Dicitur autem deus ponere tenebras,non quod tenebrę sint ali-

A quid positiuũ, sed sunt priuatio tantùm.s.carentia lucis, quemadmodum cæcitas est carentia visus. Di
citur ergo deus tenebras ponere, quoniam facit lumen recedere, vel cessat illud influere. Sic etiam di
citur aliquos excæcare & obdurare. Spiritualiter posuit deus pmissiue tenebras infidelitatis & culpæ
Christo occiso, & facta est nox.i.veræ fidei defectus: in ipsa pertransibunt ad animas miseras deuorã
das, omnes bestiæ syluæ.i.diaboli. Nam vbi fides non adest, nil boni esse valet. ⸿ (22) CATVLI
leonum] tempore noctis egrediuntur de suis latibulis [RVGIENTES vt rapiãt] prædam [ET] pro
id est [QVAERANT à deo escam sibi] non quod ipsi deum agnoscant, sed quia ex naturali instinctu
diuinitus impresso, mouentur, atq; à deo, cuius est omnium curam habere, aluntur, quemadmodũ de
volatilibus cæli Christus ait, Pater vester cælestis pascit ea. Spiritualiter, dum animæ nostræ occum- Matth. 6.
bit sol lucis æternæ.s. Christus, obuiant nobis catuli leonum.i.adhæsores atq; fautores dæmonum, ru
gientes, vt spiritualiter deuorent quempiam. ⸿ (23) ORTVS est sol, & congregati sunt] id est, so
le orto colligũtur hæ bestiæ [ET in cubilibus] .i.latibulis suis [COLLOCABVNTVR] statim enim
die splendente antra sua introeunt. ⸿ (24) EXIBIT] in die [HOMO] qui est animal mansuetum
& rationale [AD opus suum] faciendum infra domum seu muros [ET ad operationem suam] foris
[VSQVE ad vesperam] Tũc enim cessat vt comedat & quiescat, atque pericula noctis deuitet. Hæc
tamen secundũ communem legem & solitum cursum dicuntur & fiunt, quanuis interdum ex specia-
B li causa aliter accidat. Spiritualiter, dum oritur nobis sol intelligentiæ Christus nos adiuuans, congre
gantur & fugiunt dæmones. Et ita exit homo à Christo adiutus ad opus suum intrinsecum, & ad ope
rationem suam extrinsecam peragendam & continuandam, vsque ad vesperam.i.perseueranter, quã-
diu lux gratiæ sibi refulget vsq; ad mortem, aduertens quod in Apoc. ait Saluator, Esto fidelis vsque Apoc. 2.
ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quoniam aũt ex prædictis apparet ineffabilis sapientia sum-
mi regis ac primi opificis, ideo admirãdo subiũgitur. ⸿ (25) QVAM magnificata sunt opera tua
domine] id est, valde magnifice facta sunt. Valde potenter, sapienter & pie creata, ordinata & conser
uata. Propter quod in Apocalypsi dicitur, Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipo- Apoc. 15.
tens. Sunt enim omnino incomprehensibilia & imperscrutabilia nobis. Iuxta illud Ecclesiast. Multa
dicimus & deficimus verbis. Rursusq;, Multa sunt abscondita maiora his. Pauca enim vidimus operũ Eccl. 43.
eius Et rursus Ecclesiastes dicit, Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Ecce Eccl. 1.
enim in infimis ac minimis rebus relucet inæstimabilis sapientia dei, quemadmodum in formica quæ
hyeme accedente cibum sibi colligit & exponit. In culice quoq; minutissimo, oculos, vniuersaq; mẽ-
bra habente sicut & nos. Propterea Ecclesiast. inducit, Quam desiderabilia sunt omnia opera eius: & Eccl. 42.
quis satiabitur videns gloriam eius? [OMNIA in sapiẽtia fecisti] id est, secundũ dictamen tuæ æter-
næ mentis, secundum ideales rationes, secundũ ineffabilem gloriam artis diuinæ. Omnia nãq; in mẽ- Sap. 11.
C sura & numero & pondere constituisti, vt ait Sapientia [IMPLETA est terra possessione tua] id est
hominibus & iumentis ac cæteris creaturis, quę iure creationis tua sunt: quanuis enim hæc vera con-
sistant de opere creationis totius vniuersi, veriora tamen sunt de opere recreationis generis humani,
ac reparatione ruinæ cælestis Ierusalem. Hæc nanq; per filii dei incarnationem, passionem, resurre-
ctionem, ascensionem, & spiritus sancti missionẽ magnificentissime facta sunt, fecitque deus pater o-
mnia hæc in sapientia sua genita, id est, per Christum deum & hominem. Impleta quoque est terra.s.
genus humanũ seu ipsa ecclesia, possessione dei.i.sacris Christi, donis spũs sancti viris catholicis, atq;
diuersis corporalibus ac spiritualibus bonis. Consequenter denique sanctus propheta inducit ratio-
nem laudis diuinæ ex dispositione atq; decore maris Oceani. ⸿ (26) HOC mare] Oceanus terram
circundãs, est [MAGNVM] quantitate, quoniam terram in mole vehementer nimis excedit [ET spa
tiosum manibus] id est, latũ ad mensurandũ [ILLIC] id est, in eo sunt [REPTILIA] .i.pisces na-
tando repentes [QVORVM non est numerus] nobis cognitus, quãuis non sit, nec esse possit in crea
turis aliquid simpliciter infinitum. ⸿ (27) ANIMALIA pusilla cum magnis] id est, pisces par-
ui & magni reperiuntur in mari. Spiritualiter. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, est præsens
seculum nequam tribulationibus & amaritudinibus ac vitiis plenũ. Illic reptilia, quorum non est nu-
merus.i. peccatores innumeri terræ cordialiter adhærẽtes vitiis inuolutꝰ, & more pecorum in vanis;
D sensibilibusq; repentes, quorum nonnulli sunt magni in hoc mundo, alii vero parui & ministri eorũ
[ILLIC] id est, in mari [NAVES pertransibunt] cum nautis, diuersa onera de loco & regno ad lo-
cum & regnum ferentes. Spiritualiter nauis appellatur ecclesia; quæ filios suos defert ad patriã regni
cælestis. Naues vero sunt particulares ecclesiæ seu digni prælati, qui sibi commissos portant ad Chri
stum. Hæ naues Christo duce ac nauta, secure pertranseunt fluctuantem hunc mundum, tandemque
perueniunt ad portum salutis æternę. Deinde specialiter nominat vnum animal magnũ in mari exi-
stens. ⸿ (28) DRACO iste] id est cetus, qui est piscis maximus, cuius (secũdum Plinium) magni-
tudo est quatuor iugerum terræ. Vnde Moses ait, Creauit deus cete grandia [QVEM formasti] id est, Gen. 1.
creasti, primo per te, & produxisti exinde per causas secundas [AD illudendũ ei] id est, vt huic draco-
ni illudatur. Et tenetur hæc dictio, vt, consecutiue, non causaliter: non enim finaliter factus est vt ei il
ludatur, imo ad ostendendum potentiam dei, & complẽdum ordinem vniuersi formatus est. Sed ista
illusio eius formationem consequitur. Nam quanuis sit corpore & fortitudine maximus, multiplici-
ter tamen, itémq; facile ei (vt fertur) illuditur, scilicet per symphoniam quam audit libẽter, & ob hoc
ad ripam accedit, per gallinam quoq; assatam, quæ sibi in pertica seu veru ostenditur, eámq; insequi-
tur, donec sibi aquæ deficiãt, & capiatur. Insuper cum sit corpore magnus, multo indiget cibo, & pi-
sces plurimos deuorat, propter quod pisces eo viso ex naturali instinctu ad ripas cõfugiunt, vbi cum
cetus insequendo peruenit impingit in terram, quoniam propter aquæ paruitatem non valet natare,

& ergo à piſcatoribus occiditur, quia ſe mouere non poteſt: ſicq; ſpe ſua fruſtratus, illuditur. Spiritua E
Eſa.14. liter, Draco iſte eſt angelus apoſtata, ſerpens eſt antiquus, diabolus, & Satanas, quem Eſaias Luciſe-
Ezec.28. rum Ezechiel Cherub, Iob autẽ Leuiathã nũcupat. Iſte in cælo per naturã ſactus eſt bonus, ſed pro-
Iob.3. pria voluntate factus eſt malus & de cælo prolapſus & conſecutiue factus eſt, & in hunc mundũ re-
Matth. 4 truſus, vt illudatur ei, quia à Chriſto, ab angelis ſanctis, à fortibus Chriſti militibus ſcilicet bonis ho-
Luc.4. minibus, ei illuditur. Dum enim Chriſtum deuorare tentauit, victus & captus eſt, perdiditq; quos in
inferno tenebat. Sed & regno huius mundi ſpoliatus eſt, cunctis ad Chriſtum conuerſis. Angeli etiã
ſancti dum eum ab intento ſeu cœpto malo prohibent, homines quoq; dum eius tentationi reſiſtunt,
ei illudunt [OMNIA] animantia & reptilia iam prædicta [A te expectant, vt des illis eſcam in tẽpo-
re] id eſt, expectare coguntur cibum à te, quoniam aliunde non habent niſi à te qui omniũ bonorũ cauſale
principium es. ❡(29) DANTE te illis] quod expectant [COLLIGENT] neceſſaria ſibi pro
conſeruatione indiuidui & ſpeciei [APERIENTE te manum tuam] id eſt, poteſtate tua illis neceſ
ſaria largiente [OMNIA implebuntur bonitate] id eſt, bono ſibi conueniente. Spiritualiter, Draco
iſte.i. diabolus pręſtolatur ſibi cibũ dari à deo.i. animas peccatrices, quas colligit, domino eas dãnãte.
❡(30) ADVERTENTE autem te] ab illis [FACIEM] tuam.i. prouidentiæ tuæ benignã ac lar-
gam præſentiam [TVRBABVNTVR] id eſt, inordinationẽ magnã famis, ſitis, atq; clamoris incur-
rent [AVFERES ſpiritum eorum].i. animas irrationales ipſorum tolles à vita per alimentorũ de- F
fectum [ET deficient] animalia iſta à vita naturali [ET in puluerẽ ſuum reuertentur] id eſt, in præ-
iacentem reſoluentur materiam quę pro maiori parte terra cenſetur. Vnumquodq; enim in ea reſol-
uitur, ex quibus componitur. Spiritualiter, dante domino nobis ſua diuina chariſmata, congregamus
ſpiritualia eius dona. Cũq; manum ſuam aperuerit nobis, omnia viſcera animarũ noſtrarum diuino-
rum participatione bonorum, videlicet charitate, ſapientia, gratiáq; replentur. Dum vero faciẽ ſuam
auertit.i. gratiam ſuam diſpenſatiue ſuſpendit vel iuſte aufert, turbamur.i. interius deordinamur, an-
xiamur, triſtamur, ſeu in vitia multa illabimur, propriámq; debilitatem experimur. Dum enim aufert
ſpiritum noſtrum.i. ſpiritum ſanctum nobis diuinitus datum, ſubtrahendo nobis conſolationẽ, ac mu
nera eius, deficimus & in puluerem noſtrũ reuertimur.i. rebus terrenis miſerabiliter inhæremus, in-
uoluimur, implicamur. ❡(31) EMITTES ſpiritum tuum].i. potentiam tuã exercebis [ET crea-
buntur] id eſt, reformabuntur quæ erant per mortem deſtructa, quia per potẽtiam dei, eadem ſpecie
reuertuntur. Non autem eadem numero, ſicut opinabantur Platonici: interdũ tamen miraculoſe re-
deunt eadem numero [ET renouabis faciem] id eſt, ſuperficiem [TERRAE] producendo in ea no
ua iumenta, volatilia atq; reptilia. Sumitur autem hoc verbum, creabuntur, communiter pro produ-
ctione ſeu generatione. Non enim proprie creantur hæc bruta, cum formę eorum de potentia mate- G
riæ educantur, ſecundũ philoſophos atq; theologos. Poſſunt quoq; hæc explanari de conſummatio-
ne ſeculi, & reſurrectione hominum, innouationéque mundi, vt ſit ſenſus, Auertente te faciem tuam,
id eſt, quando eam auerteris.ſ. circa tempus iudicii, turbabuntur, irrationalia animalia, auferes, tũc ſpi
ritum eorum, per ignem conflagrationis vel ante, & deficient, omnino quia nunquam redibũt ad pri
ſtinum ſtatum, nec ſecundũ ſpeciẽ quidem. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, non vtiq; animalia
iſta, ſed homines creabuntur.i. de nouo reſurgent, & renouabis faciem terræ.i. terram in meliorẽ, di-
2.Pet.3. gnioremq; qualitatem mutabis. Propter quod ſcriptum eſt, Nouum cælũ & nouam terrã, & promiſ-
ſa ipſius expectamus. Spiritualiter, O domine, Emittes ſpiritum tuum.i. dona ſpiritus ſancti nobis, vt
ſperamus, infundes, & creabuntur.i. corda munda in nobis conſurgent, & renouabis faciem terræ.i.
corpus noſtrum faciendo illud ſpiritui obedire, & honeſte ac ſobrie agere. Pater ex iſto quod nõ ſem
per in ſacra ſcriptura nomine ſpiritus dei deſignatur ſpiritus ſanctus, qui eſt tertia in superſancta tri-
nitate perſona, ſed interdum per ſpiritum dei intelligitur eius voluntas, imperium ſeu poteſtas. Quoniam
autem omnia præinducta idcirco commemorata ſunt, quatenus ex cõtemplatione operũ diuinorum
excitemur ad laudandũ, honorandum & diligendum omnium creatorem, ideo iam propheta in lau-
dem dei affectuoſe ac pulchre prorumpit. ❡(32) SIT gloria domini] id eſt, excellentia, fama, ho-
nor & laus creatoris [IN ſeculum].i. perpetuo, ita quod ſemper ab omnibus ſuperexaltetur, laudetur, &
honoretur [LAETABITVR dominus in operibus ſuis] naturalib. & ſupernaturalibus, eo quod omnia
ſint optime facta. Non tamen eſt hoc ita intelligendum, quaſi aliud à deo ſit ei cauſa lætandi aut ratio H
exultandi, præſertim cum lætitia mentis diuinæ ſit æterna, incauſata & independens. Sed dicitur do-
minus in operibus ſuis lætari, in quantum in propria poteſtate lætatur, per quam omnia tam glorio-
ſe produxit, quemadmodum voluit. ❡(33) QVI reſpicit terram] oculo ſui imperii [ET facit eam
tremere] ſicut videmus in terræ motu [QVI tangit montes] per fulgura [ET fumigant] id eſt, fumũ
Iob.9. emittunt. Ignis enim ſulphureus potius fumigat quam accendat. Vnde Iob dicit, Qui commouet ter
Eccl.16. ram de loco ſuo, & columnæ eius concutientur. Et Eccleſiaſt. Montes, inquit, ſimul & colles & fun-
damenta terræ, cum perſpexerit illa deus, tremore concutientur. Nec obſtat, quod dictum eſt ſupra,
terram non inclinari in ſeculum ſeculi. Tremit namq; & inclinatur quo ad aliquam partem, ſed quan
Iob.26. tum ad ſe totam, manet ſemper in loco eodem. Similiter enim quod dictũ eſt ſupra, Qui fundaſti ter-
ram ſuper ſtabilitatem ſuam. non obuiat quod alibi inducitur, Appendit terram ſuper nihili. Dicitur
namq; appenſa ſuper nihili: quia quod infra eam eſt non magis eam ſuſtentat; quàm ſi nihil exiſteret.
Cauſa vero naturalis cur terra non inclinatur, ſed manet in medio vniuerſi immobiliter ſtãs, eſt, quia
omnes partes eius naturaliter tendũt ad centrum ipſius, ſecũdũ philoſophum. Myſtice, Reſpicit deus
oculo pietatis terram.i. corda humana, & facit eam tremere, ex conſideratione diſtricti iudicii dei atq;
Iob.13. pœnarum inferni, prout Iob inquit, Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum, & pondus

A eius ferre nō potui. Tāgit etiā mōtes.i.gratioſe illuminat magnos atq; perfectos,& fumigāt.i.lachry-
mis fluūt deſiderio exiſtēdi cū Chriſto. Vel,tāgit mōtes.i.ſuperbos,& fumigant.i.lachrymas fundunt
pro remiſsione peccati.Ad literā,Reſpexit deus terrā,in qua erat primitiua eccleſia,fecitq; eā treme-
re motu locali,tetigit mōtes.i.apoſtolos alioſq; cū eis collectos,& fumigauerūt.i.ex plenitudine ſpūs
ſancti fumū verborū ignitorū effuderūt qn̄ accidit illud in Actis,Cū oraſſent,motus eſt locus in quo Act.3.
erant,& repleti ſunt oēs ſpū ſancto,& loquebātur verbū dei cū fiducia.Similiter recitatur in Actis de Act.16.
Paulo & Silea,qui cū vincti,& incarcerati fuiſſent,in ipſa nocte lumen cæleſte refulſit in carcere, & Pſal.113.
fundamēta carceris mota ſunt,oſtiaq; ipſi⁹ aperta.Paulus vero & Sileas dn̄m laudabāt.¶(34)C A N- Eccl.17.
T A B O dn̄o] .i.ſacrificiū laudis offerā deo[I N vita mea] quia nō mortui laudabūt dn̄m . Propter qđ
ſcriptū eſt,A mortuo quaſi nihil perit cōfeſsio:cōfiteberis viuens & ſanus [P S A L L A M deo meo]o- Matt.24
mnium quidē deo,ſed ſpecialiter,deo meo. Propter ſingularem miſericordiā eius circa me [Q V A M-
D I V ſum] .i.indeſinēter,quia qui perſeuerauerit vſq; in finē,ſaluus erit.Nō ergo cantabo & pſallam Matt.10.
creatori meo ſolū in vita pręſenti,ſed etiā in vita futura. Pſallā eīm ei in vita naturæ,in vita gratiæ,in
vita glorię,animo prōpto atq; ardēti,quēadmodū Eccleſiaſt.monet. Et nūc in omni corde & ore col Eccl.39.
laudate & benedicite nomen domini. ¶(35) I V C V N D V M ſit ei eloquiū meū] .i.deo cōplaceat,&
B ex vera charitate ac ſancta deuotione procedat.Iucundū eſt deo eorū eloquiū, de quibus per Salomo
nē teſtatur,Delitię meæ eſſe cum filiis hominū. Nō vtiq; cū omnibus filiis hominū,qm̄ virū ſangui- Prou.8.
nū & doloſum abominabitur dn̄s,ſed cū humilibus & ſimplicibus.De quibus in Prouerb.dicitur,Cū Pſalm.5.
ſimplicibus ſermocinatio eius.Iucūda eſt deo laudatio eius,qui cū iucūditate ſpiritali cantat & pſallit Prou.3.
[E G O vero delectabor in dn̄o] ex cōtēplatione & dilectione bonitatis ac beneficiorū ipſius. Hęc eſt
delectatio ſancta ac nobilis,quā qui guſtauerit,immūdas delectationes facile vilipēdit. ¶ (36) D E-
F I C I A N T peccatores à terra.]Verſiculus iſte primo exponi poteſt in malo,vt ſit vox hominis pro Luc.5.
deo zelātis atq; diuinæ iuſtitiæ ſe cōformātis,vel quid futurū ſit prænūciātis: eritq; ſenſus, Deficiant
peccatores obſtinati in vitiis à terra pręſenti,ita ꝙ moriātur,ne noceāt iuſtis,& à terra viuentium ne Eſa.26.
felicitētur:quēadmodū ſcriptū eſt,Tollatur impius,ne videat gloriā dei [E T iniqui,ita vt nō ſint] in Iudith.5.
vita gratiæ aut gloriæ,ſed ſolū in vita naturæ & pœnæ . Et hoc modo ſcriptū eſt, Sic pereant inimici
tui dn̄e.Et alibi,Nō ſit bene impio,nec prolōgentur dies eius.Secūdo exponitur in bono , Deficiant Eccle.8.
peccatores à terra.i.à cōuerſatione & affectiōe terrena deſiſtāt,& iniqui, ita vt nō ſint quales fuerūt,
nec ſint quod erāt per culpā & propriā volūtatē,ſed maneāt quod erāt per eſſentiā & gratiā . Vnde
in Prouerb.dicitur, Verte impios,& nō erunt[B E N E D I C anima mea dn̄o]deū laudādo de omnib⁹ Prou.12.
C magnificētiis ſuis iā enarratis.Ecce pſalmū ſpūali lætitia plenū audiuimus , in quo oſtēditur ſanctum
Dauid nō ſolū fuiſſe magnū theologū, ſed etiam excellentem philoſophum,quorū vtrūq; ſibi ex diui
na inſpiratione cōceſſum eſt.Debemus ergo hunc pſalmū cū omni gratiarū actione & hilaritate mē-
tali dn̄o decantare,commemorando beneficia eius nō ſegni,torpētiq; corde. Præcipue vero in princi
pio atq; in fine delectabilis,valdeq; dulcis eſt pſalmus hic nobilis.Et conādū eſt nobis,vt impleamus
quæ dicimus in fine pſalmi præſentis, Cantabo domino in vita mea,pſallam deo meo quamdiu ſum.
Debet etiam anima noſtra in diuino timore proficere,ex conſideratione poteſtatis diuinæ,quæ reſpi
cit terram,& facit eam tremere.Ideo nanque ait ſcriptura,Magnus es tu domine,& magnum nomen Iere.10.
tuum in fortitudine,quis non timebit te ô rex gentium?

## COMMENTARIVS IN PSAL. CIIII.

### ¶Expositio Tituli.

HVius pſalmi titulus talis eſt,Haleluia,quod ſignificat,laudate dominū,& ſunt duę dictiones,
qm̄ in Hebræo halelu ſignificat laudate,Ia aūt deū.Sunt autē viginti pſalmi hoc titulo præ-
notati,quorum iſte eſt primus,nec inuenitur aliquis ſanctorū hoc diuinum nomen ſcripſiſſe
ante authorem pſalmi præſentis.Eſt autem hoc nomen Heleluia ſpirituale,virtuoſum,ac myſticum,
ineffabilem beatorum lætitiam deſignans magis quàm exprimens.Propter quod nulla lingua mutare
D præſumpſit hoc nomen.Pſalmus itaq; præſens ita intitulatur,quia ad laudem dei inuitat.Recolit nā-
que beneficia dei populo Iſraelitico præſtita temporibus Abrahæ,Iſac,Iacob,Moſi,& Ioſue. Et non
eſt difficultas ad intelligendum ſenſum literalem huius pſalmi , multa tamen in eo ſpiritualiter atque
ſubtiliter intelligi poſſunt.Ait ergo.

### PRECATIO.

*Deus qui conſpicis te grauiter offenſum malis noſtris,ad impetrandam miſericordiam tuam corda noſtra quæſumus compunge ad pœnitentiam,ut conceſſa delictorum uenia,munda conſcientia tibi confiteamur,& nomen tuum inuocemus,ac pro acceptis beneficijs mirabilia tua indefeſsi narremus.*

### ¶Expositio pſalmi iuxta ſenſum literalem.

CONFITEMINI domino] confeſsione laudis.i.deum laudate [E T inuocate
nomen eius].i.ex intimo cordis affectu,& mēte collecta eū orate. Et hic eſt or
do pulcherrimus in homine iuſto.Iuſtus enim(quia in eo ſpecioſa eſt laus crea Eccle.15.
toris) dum deum vult inuocare,debet ipſum primo laudare,& exaudietur.Vn Pſal.17.
de ſuperius dictum eſt,Laudans inuocabo dominum,& ab inimicis meis ſaluus
ero.Iniuſtus vero primo oret , vt dignus fiat deum laudare [A N N V N C I A-
T E inter gentes opera eius] hoc eſt,aliis magnalia dei narrare,cōſulēdo proxi
morum ſaluti ſecundum exigentiam charitatis fraternæ. Propter quod in To-

bia legitur, Coram omnibus viuentibus confitemini ei. ℂ(2) CANTATE ei] laude vocali [ET E
psallite ei] operatione fideli [NARRATE] coram aliis prædicādo, cum aliis psallendo, vel seorsum
coram deo [OMNIA mirabilia eius] quæ scripta sunt: vel, omnia in generali, seu quædam ex omni-
Eccl.42. bus. Sic enim omnia valēt narrari: iuxta illud Ecclesiast. Nōne dn̄s enarrare fecit sanctos suos omnia
Act.20. mirabilia sua? Sic quoq; in Actibus Paulus ait, Non subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne
Eccl.18. consilium dei. Non autem enarrare valemus omnia mirabilia dei in speciali, quemadmodum in Ec-
clesiastico dicitur, Quis sufficiet enarrare opera eius [LAVDAMINI in nomine sancto eius] id est,
non in vobis, sed in domino laudari optate. videlicet, vt bona de quibus laudamini, non vobis, sed do
Esa.3. mino ascribātur. Sic etiam viuite, vt mereamini in deo laudari. Quidam vero in seipsis laudantur, &
Eccl.11. fallaciter cōmendantur, atq; interdum laudibus talibus delectantur, de quibus scriptum est, Popule
meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Non ergo delectemur inaniter dum laudamur, recolen
Ibidem. tes illud Ecclesiast. In die honoris tui non extollaris. Deniq; licitum est interdum seipsum laudare &
laudem recipere, propter dei honorē augendū & proximorum ædificationē. Sic enim sancti Aposto
li & prophetæ, virtutes & gratias suas copiose describunt. Hoc autē perfectis atq; prælatis præcipue
licet, qui in hoc diuino instinctu reguntur: cæteris vero non expedit, eo ꝙ scriptum sit, Non te iustifi-
ces ante deum. Sed quæri potest, quomodo liceat hominē in hac vita laudare, cum ab Ecclesiastico di
Ecde.7. ctum sit, Ante mortem non laudes hominem quenquam? Et respondendū, ꝙ nullus in seipso laudan- F
Eccle.11. dus est, sed solū in domino: nec expedit de lege cōmuni quenquam laudare, nisi vt prouocetur ad me-
liora, vel ob similem rationabilē & quasi necessariam causam: præsertim tamen periculosum videtur
imperfectos laudare, ne extollātur. Videmus tamen quàm vbertim Apostolus in suis epistolis discipu
los suos cōmendet. Authoritas aūt libri Ecclesiastici non cogit simpliciter, qm̄ liber iste non est in ca
none: non autē cōpellimur absolute consentire nisi libris canonicis, sicut in epistola ad Hieronymū
asserit August. Et istud Thomas dicit, Verūtamen non est authoritas libri illius paruipendenda, aut
cito neganda. ℂ(3) LAETETVR] spiritali lætitia de bona atq; salubri sua occupatione, [COR
quærentium dominum] fide & opere, quatenus eum clarius contemplentur, feruentius diligant, per-
Esaiæ. 55 fectiúsque honorent. Omne equidem opus bonum lætanter agendum est: [QVAERITE dominū]
modo prædicto & cōfirmamini] id est, quęrēdo nolite deficere, fatigari, pusillanimes fieri. Quanuis
enim deum perfecte nequeatis attingere, neq; per speciem in hac vita conspicere, tamen quo perseue
rantius quæritur, eo copiosius inuenitur, gratia maior infunditur, fides illuminatur, spes roboratur,
Luc.11. amor succēditur. Hinc enim Christus in Euāg. Quærite, inquit, & inuenietis. Omnis enim qui quæ-
2.Par.15. rit, inuenit. Et 2. Paral. ait scriptura, Vos autē confortamini, & non dissoluātur manus vestræ: erit em̄
Iohel.2. merces operi vestro. Quid vero est quærere deū & confortari, nisi quod dn̄s iubet, Conuertimini ad
me in toto corde vestro? [QVAERITE faciē eius semper] .i. dei notitiā incessanter appetite, ne vo-
bis cōtingat, quod apud Esaiam ait altissimus, Captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit sciē G
Esa.5. tiam: propterea dilatauit infernus animam suam. Vel, quærite faciē eius semper .i. in omni opere dei
pręsentiam finaliter adipisci optate, nec propter aliud præmium iuste viuatis. Oportet nāq;, vt intē
Matth.6. tio cordis feratur semper in vltimum finem: propter quod dicit Saluator, Si fuerit oculus tuus sim-
plex .i. intentio recta, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totū cor-
pus tuum tenebrosum erit. ℂ(4) MEMENTO mirabilium eius quæ fecit] cum patriarchis vete-
ris testamenti. Mementote, inquam, horum mirabilium, quæ sunt [PRODIGIA eius] .i. opera mira
procul à digito facta, quia causa eorum est voluntas diuina nobis incognita, [ET iudicia oris eius.]
id est, effectus diuinæ iustitiæ à deo ad Mosen annunciati. Iudicia dei dicūtur, vel opera diuinæ iusti-
tiæ, vel diuina præcepta atque consilia, quæ deus iudicat esse iusta. Vel censuræ seu conceptiones,
Malac.1. quas mens diuina intra se de rebus pronunciat. Horum mementote. O [SEMEN Abraham] id est,
filii Abrahæ patriarchæ [SERVI eius] quia Abraham seruus dei fuit, & vos ô [FILII Iacob] pa-
triarchæ [ELECTI eius] id est, qui fuit electus à deo, quemadmodū dominus ait, Iacob dilexi, Esau
vero odio habui. Hoc quoque quod dicitur, serui & electi, referri potest ad semē & filios, quia & ipsi
Deu.10. fuerunt serui, electíque dei. Propter quod in Deuter. Moses dicit filiis Israel, En domini dei tui cæ-
lum est, & cæli cælorum, & tamen patribus vestris conglutinatus est & elegit eos, amauitque semen
eorum post eos. [IPSE dominus deus noster.] Aliis enim nationibus ad idololatriam se vertenti-
Baruc.3. bus, permansit fides & cultus dei in populo Iudæorum. Vnde scriptum est, Qui fecit stellas, hic est
deus noster [IN vniuersa terra iudicia eius] id est, effectus diuinæ iustitiæ ad omnes habitatores ter- H
ræ ostenduntur, ita quod omnes iudicantur à deo, recipiendo quod meruerunt, quemadmodum in
Eccl.18. Ezechiele protestatur, Vnumquenque iuxta vias suas iudicabo. Vel dicuntur iudicia dei in vniuersa
terra, quia iudicia ista quæ exercuit circa Pharaonem & AEgyptios atque Chananæos, per totum
mundum sunt diuulgata. Propterea nanque dominus ait ad Pharaonem. Idcirco posui te, vt ostende-
rem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. ℂ(7) MEMOR fuit] deus
Exod.9. [IN seculum testamenti sui] id est, promissionis seu pacti vel legis & [VERBI quod mandauit in
mille generationes] id est, omnes generationes. Istud est vetus testamentum Abrahæ datum, & omni
Gen.26. bus posteris eius præceptum. Dicitur autem deus memor fuisse huius testamenti, quia frequenter ap-
probauit, reiterauitque illud. Primo enim mandauit id Abrahæ, sicut subiungit. ℂ(8) QVOD dis
posuit ad Abraham] & confirmauit hoc filio eius cum iuramento, affirmans se impleturum quod
Abrahæ repromisit, ideo additur [ET iuramenti sui ad Isaac] facti subaudi, memor fuit. ℂ(9) ET
statuit illud] testamentum seu verbum [IACOB] filio Isaac [IN præceptum] præcipiendo vt fir-
miter crederet illud implendum [ET Israel] id est, Iacob prædicto, qui dictus est Israel, id est, vidēs

A deum, quia angelum dei vidit propter quod ait, Vidi dominum facie ad faciē [IN testamentum ęter Gen. 32.
num] id est, semper mansurum quantum ad fructum, seu quātum ad præcepta moralia. De hoc testa- Ibidem.
mento ad Abraham disposito, scribitur in Genesi, Benedicā tibi & multiplicabo semen tuū sicut stel-
las cæli, & benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ. Et alibi ait ad Abraham, In Isaac vocabi- Gen. 22.
tur tibi semen, promisit quoq; (sicut in Genesi scribitur) Isaac, ꝙ terram Chanaan daret semini suo. Gen. 25.
❡ (10) DICENS] ipse dominus Iacob patriarchę [TIBI] .i. semini tuo, [DABO terram Cha- Gen. 26.
naan] in qua habitauerunt Chananæi, orti ex Cham filio iuniore Noe [FVNICVLVM] .i. partem Gene. 15.
seu sortem [HAEREDITATIS vestræ] ita ꝙ inter cæteras terræ partes istam vobis dabo hæredi- Gen. 28.
tarie possidendam, tanquā vobis proprie deputatā. Hinc enim ait ad Iacob, Ego sum dn̄s deus Abra
hā patris tui & deus Isaac. Terrā in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. ❡ (11) CVM essent] præ-
dicti patriarchæ [NVMERO breui] id est, modici numero, quando videlicet Abrahā non habuit ni-
si Saram vxorem suam, & Loth nepotem suū, paruámq; familiam. Similiter quando Isaac paucos se-
cum habebat, quando etiam Iacob nondum aliquē genuit, & quando omnes filios suos generauit, qui
in comparatione aliorum modici erant. Vnde subiungit [PAVCISSIMI & incolæ eius] .i. cum ipsi
inhabitantes terram tanquam peregrini & hospites, essent paucissimi respectu aliarum nationum.

B ❡ (12) ET pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterū] Hoc ex lib. Gene- Gene. 12.
seos clarius elucescit, Exiuit enim Abraham cum Sara & Loth de Mesopotamia Syriæ, intrans terrā Gen. 20.
Chanaan, prout in Geneseos libro habetur. Deinde ingressus est Geraran & Philistiim, atq; AEgy- Gen. 28,
ptum. Similiter Isaac aliquas harum terrarū intrauit: Iacob quoq; primo fugit de regno Chananęo- 46.
rum in Syriā. Postea cum omni domo sua introiuit regnum AEgypti. ❡ (13) NON reliquit] deus Gen. 26,
[HOMINEM] aliquem [NOCERE eis] nocumento letali: frequenter tamen molestabant Philistęi 29.
seu pastores Geraræ Isaac & eius pastores, obstruendo puteos eorum. Similiter Laban quandoq; per Gen. 20.
sequutus est Iacob, [ET corripuit pro eis reges] scilicet regem AEgypti atque Abimelec, regē Ga-
raræ, quorum vterq; sibi afferri fecit Saram coniugem Abrahæ. Propter quod deus conclusit omnem
parientem in domo eorū, donec reddita fuerat Sara viro suo. Increpauit autē homines & reges præ-
dictos, dicens per angelum seu inspirationem in somno. ❡ (14) NOLITE tangere] per violen-
tiam [CHRISTOS meos,] hoc est, prædictos sanctos à me spiritualiter vnctos oleo, & effluētia spi-
ritus sancti. Non enim dicuntur Christi, quasi corporaliter vncti, quoniam vnctio corporalis & ex- Leuit. 8.
terior regum atque pontificum primo ordinata est à deo per Mosen [ET in prophetis meis nolite
malignari] id est, maligne operari. Hi enim patriarchæ prophetæ fuerunt. Vnde de Abraham scri- Gene. 15,

C ptum est in Geneseos libro, Orabit pro te, quia propheta est. Isaac etiam plurima vaticinabatur fi- 27.
liis suis, Iacob & Esau, posterisque eorum: vt patet ex Genesi. Sed & Iacob moriens, excellentissimas
prophetias contexuit: prout in Geneseos libro describitur. ❡ (15) ET vocauit] deus [FAMEM su- Gen. 49.
per terram] id est, præcepit & dixit, vt esset fames in terra [ET omne firmamentum panis contri-
uit] id est, omnem panem cor manducantis confirmantem deficere fecit quantum ad vulgum.
Quanuis autem illud specialiter referri possit ad famem septem annorum factam in AEgypto tem-
pore Pharaonis & in terra Chanaan, quia has duas terras maxime oppresserat fames, sicut in Genesi
legitur. Potest tamen referri ad famem factam in terra Chanaan tempore Abrahæ, propter quā de- Gen. 41.
scendit in AEgyptum, vt dicitur in Genesi, Melius tamen refertur ad famem factam in AEgypto & Gen. 12.
Chanaan, quia subiungitur. ❡ (16) MISIT] deus [ANTE eos] scilicet Iacob & filios suos [VI-
RVM] id est, Ioseph virtuosum viriliter in cunctis agentem. Hunc deus dicitur in AEgyptum misis- Gen. 36.
se, quia permisit eum à fratribus vendi, & in AEgyptum deduci, illúcque venundari. Conuertit nā-
que malum quod fratres Ioseph ei inferre intendebant in bonum, tam ipsi Ioseph, quàm patri ac fra-
tribus eius. Propter quod Ioseph dixit fratribus suis, Pro salute vestra misit me deus ante vos in AE-
gyptum, vt reseruemini super terram. Non vestro consilio, sed dei voluntate huc adductus sum [ET Gene. 4.
in seruum venundatus est Ioseph] ab Hismaelitis, Putifer principi militiæ regis AEgypti, vt dici-
tur in Genesi. ❡ (17) HVMILIAVERVNT in compedibus pedes eius, hoc est, AEgyptii Gen. 39.
ex mandato principis militiæ vinculis ligauerunt, incarcerauerúntque Ioseph, propter querelā vxo-

D ris principis iam præfati, quæ false accusauit castissimum Ioseph, dicens marito suo, Ingressus est ad
me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt illuderet mihi. Qui iratus, tradidit Ioseph in carcerem, vbi
vincti regis custodiebantur [FERRVM] id est, tribulatio dura [PERTRANSIIT animam eius] Ibidem.
id est, vehementer afflixit spiritum Ioseph: non tamen impatiens extitit, sed dolor ex compedibus pe-
dum in anima ortus est [DONEC veniret verbum eius,] id est, interpretatio diuinitus inspirata, Gen. 40,
qua non solum exposuit somnium principis pincernarum, principisque pistorum, sed etiam Phara- 41, 42.
onis. Hac etiam interpretatione peracta, cœpit recreari, & se in breui liberandum cognoscere. De
hoc vero ait Ioseph, Nunquid non dei est interpretatio? ❡ (16) ELOQVIVM domini inflam-
mauit eum] id est, prædicta inspiratio & interpretatio accendit & docuit Ioseph, ideo [MISIT] ser Gen. 41.
uos suos [REX] AEgypti Pharao [ET SOLVIT eum] id est, sanctum educi de carcere iussit, au
dito à principe pincernarum, quantam industriā Ioseph haberet somnia exponendo [PRINCEPS
populorum] hoc est, prædictus rex AEgyptiorum misit [ET dimisit eū] de carcere. Vnde in Gene
si habetur, Protinus ad imperium regis eductum de carcere totonderunt Ioseph, ac veste mutata ob- Ibidem.
tulerunt regi. ❡ (19) CONSTITVIT] rex AEgypti [EVM] scilicet Ioseph DOMINVM do-
mus suæ] hoc est, familiæ & populi sui [ET principem omnis possessionis suæ] id est, totius terræ
AEgypti, omniúmque horreorum ac frumentorum suorum. Vnde ipse Pharao ait ad Ioseph, Tu
eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni

solio te præcedam. Et rursum, Ego sum Pharao. Absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum E
aut pedē in omni terra AEgypti. ℭ(20) VT erudiret] ipse Ioseph [PRINCEPS eius] videlicet
Pharaonis [SICVT semetipsum] hoc est, sua instructione faceret eos sibi in sapiētia similes, docēdo
eos non solū de rebus corporalibus, negotiisq; humanis, sed etiā de moribus in agendis. Et secūdum
Gen. 40, Cassiodorū Pharao æstimauit, quod Ioseph docere posset AEgyptios artem interpretādi occultissi-
41. ma somnia, sicut & ipse deo reuelante exposuit [ET senes eius prudentiā doceret] instruendo eos in
sciētia œconomica, ethica, atq; politica. Oeconomica quippe docet regere domū, ethica semetipsum,
politica cōmunitatē seu ciuitatē. Credi etiā pie potest, quod tā sanctus patriarcha, propheta, & cultor
Gen. 46. dei docebat nōnullos AEgyptiorū de cultu & fide vnius veri summiq; dei. ℭ(21) ET intrauit Is-
Gen. 32. rael] scilicet pater Ioseph cū filiis suis, & filiis filiorum in animabus septuaginta [IN AEgyptum, &
Gen. 46. Iacob] qui & Israel dictus est [ACCOLA] .i. peregrinus & colonus [FVIT] cū semine suo [IN ter
ra Cham] hoc est, in AEgypto, quæ fuit terra atq; possessio filiorū Cham filii Noe. Vnde Ioseph ait
Gen. 47. fratribus suis, Nunciate patri meo vniuersam gloriam meā, & adducite eum ad me. Et de Iacob scri-
ptum est, Habitauit Israel in AEgypto, in terra Cham, & vixit in ea decē & septē annis. ℭ(22) ET
auxit] Iacob, in terra AEgypti [POPVLVM suum vehementer] non quod ipse aliquē in AEgypto
Gen. 46. generauit: sed ipse fecisse asseritur quod eius posteritas fecit. Et hoc modo dn̄s ait ad eū, In gentē ma
gnam faciam te in AEgypto. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducā reuertentē: non quod F
Gen. 49. Iacob redierit, quia in AEgypto decessit [ET firmauit] Iacob [EVM] .s. populum ex se natum [SV-
PER inimicos eius] .i. super AEgyptios. Sicut enim populū suum auxit, sic eum firmauit. Vel sic, &
Exod. 1. auxit deus populum suum .i. Israelitas propter quod in Exodo dicitur, Filii Israel creuerunt, & quasi
Ibidem. germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis, impleuerūt terrā. Et iterū, Rex AEgypti ait ad po-
Exo. 4, 6 pulum suum, Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est. ℭ(23) CONVERTIT]
Deus non effectiue sed permissiue, quomodo etiam indurauit Pharaonem [COR eorū] .i. AEgyptio
Exod. 1. rum de malo in peius [VT odirent populum eius] .i. Israeliticam plebem [ET dolum facerent in ser
uos eius] id est, in populum istum qui veri dei fidē & cultum habebat. Hinc enim in Exodo dicitur,
Ibidem. Oderunt filios Israel AEgyptii, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinē perducebant vitam
illorum operibus luti & lateris. Rursusq;, Surrexit rex nouus super AEgyptū qui ignorabat Ioseph,
& ait ad populum suum, Venite, sapienter opprimamus populum Israel, ne forte multiplicetur.
ℭ(24) MISIT] deus [MOSEN seruum suum] ad Pharaonem, vt dimitteret filios Israel, prout in
Exod. 3. Exodo scribitur, Misit & [AARON] fratrem Mosi [QVEM elegit ipsum.] Elegit enim Aaron fra-
trem Mosi ad hoc, quod adiutor esset Mosi in tanto negotio. Misit autem deus Mosen de deserto Si-
Exod. 4. nai, Aaron vero existentem in AEgypto fecit occurrere Mosi, sicque ambos simul misit ad Pharao-
nem Mosen vt faceret signa, Aaron vt loqueretur ad regem, quoniam eloquens erat. ℭ(25) PO-
SVIT] Deus [IN eis] hoc est, in Mose & Aaron [VERBA signorum suorum] hoc est, minorū mi- G
Exo. 5, 7, rabilium [ET prodigiorum] hoc est, maiorum miraculorū [IN terra Cham] hoc est, in AEgypto,
8, 9, 10, 11 Per hos enim deus prædixit Pharaoni quæ signa atque prodigia die sequenti essent futura, vt sæpe in
Exodo recitatur. Deinde ponuntur plagæ AEgypti, non omnes, sed septem vel octo, quæ tamen nō
ponuntur hic eo ordine quo factæ fuerunt. ℭ(26) MISIT] deus [TENEBRAS] in terra vbi
morabātur AEgyptii [ET obscurauit] hoc est, lucem solis abstulit. Hæc fuit nona plaga de qua scri-
Exod. 10. bitur in Exodo, Dixit dominus ad Mosen, Extende manum tuam in cælum, & sint tenebræ super
terram AEgypti tam densæ vt palpari queant. Et factæ sunt tenebræ horribiles: tribus diebus ne-
mo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo stetit. Vbicunque autem habitabant filii Israel
lux erat. Hæc autem obscuratio erat valde mirabilis: erat enim per subtractionem radiorum solis ab
Exod. 9. vna parte terræ AEgypti, & non ab altera [ET non exacerbauit] hoc est, amaros non fecit sed dul-
corauit Deus [SERMONES suos] quibus minabatur AEgyptiis. Pharaone enim pœnitentiā pro-
mittente & Mose exorante plagæ cessabant, secundum quod in Exodo Moses Pharaoni locutus est,
Exod. 7. Egressus de vrbe, extēdam palmas meas ad dominum, & cessabunt tonitrua, vt scias quia domini est
terra. Vel, Non exacerbauit, hoc est, irritos non fecit sermones suos, sed adimpleuit. Insuper deus.
ℭ(27) CONVERTIT aquas eorum] hoc est, AEgyptiorum [IN sanguinem, & occidit pi-
sces eorum] qui erant ac nutriebantur in aquis. Hæc est prima plaga AEgypti: de qua scriptum est
in Exodo, Dixit dominus ad Mosen, dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam
super flumina AEgypti, vt vertantur in sanguinem. Et eleuans virgam percussit aquam fluminis H
coram Pharaone, & pisces mortui sunt. ℭ(28) ET dedit terra eorum ranas] hoc est, ex terra
Exod. 8. AEgypti eruperunt ranæ, quæ ingressæ sunt domos vulgi ac principum Pharaonis inuentæq; sunt
[IN PENETRALIBVS] id est, in locis secretis & thalamo [REGVM ipsorum] hoc est, prin-
cipum AEgyptiorum. Hæc est secunda plaga AEgyptiorum. De qua dominus ait ad Pharaonē, Ebu
lient ranæ, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lecti tui, & super stratum tuum, & in domos
seruorum tuorum, & in populum tuum. ℭ(29) DIXIT] deus, hoc est, esse & fieri iussit [ET]
ex iussione diuina [VENIT] cynomia] id est, musca canina magna atque grauissima, id est, mul-
titudo harum muscarum, cui admixtæ erant aliæ muscæ graues diuersi generis. Hæc est quarta pla-
Ibidem. ga AEgypti: de qua dominus ait per Mosen regi AEgypti, Ecce ego mittam in te & in populum
tuum omne genus muscarum. Et corrupta est terra ab huiuscemodi muscis. Dixit quoque Deus
[ET VENIT cyniphes] id est, muscæ paruæ atrocitérque mordentes. Hæc est autem tertia plaga
AEgypti, in qua defecerunt Magi Pharaonis de qua in Exodo habetur, Omnis puluis terræ versus
est in cyniphes. Dixeruntque malefici ad Pharaonem, Digitus dei est hoc, Venit autem & fuit [IN

A omnibus finibus eorum] id est,in vniuersis terminis,populisq; regis AEgypti. ℂ (30) POSVIT
pluuias eorum grandinem] hoc est,pro pluuia fecit deus descendere grandinem:posuit & [IGNEM
comburentem] id est,fulgura discurrentia,& ignem grandini mixtum [IN terra ipsorum] &.
ℂ(31) PERCVSSIT] Deus grandine,igne,ac sulphure [VINEAS eorum,& ficulneas eorũ &
contriuit] hoc est,consumpsit atque destruxit [LIGNVM finium eorum] id est,ligna terminorum Exod.9.
AEgypti.Hæc est septima plaga AEgypti:de qua dicitur in Exodo,Dominus dedit tonitrua & gran
dinem,ac discurrentia fulgura,& grando & ignis mixta pariter ferebantur. ℂ(32) DIXIT]deus
[ET venit] in terram AEgypti [LOCVSTA] id est,multitudo locustarum [ET brucus cuius non
erat numerus] id est,innumerabiles bruci,qui sunt animalia breuia breuiterq; viuẽtia. ℂ(33) ET
comedit] locusta & brucus,[OMNE fœnum] hoc est,omnem herbam [IN terra eorum comedit o- Exod.10.
mnem fructum terræ eorum] id est,segetes AEgyptiorum.Hæc est octaua plaga AEgypti,in qua à
bestiolis istis corrosum est,quod remansit igni & grãdini:quæ etiam vniuersam terræ superficiem sic
operuerunt quòd nihil eius apparuit:sicut habetur in Exod. ℂ(34) ET percussit omne primoge-
nitum] tam in hominibus quàm in iumẽtis,[IN terra eorum] percussit etiã [PRIMITIAS omnis Exod.12.
laboris eorũ] id est,primitiua fructuũ elaboratorũ.Hæc est decima plaga AEgypti:de qua in Exodo
B legitur,Factum est in noctis medio,percussit dominus omne primogenitum in terra AEgypti, à pri Exod.9.
mogenito Pharaonis qui sedebat in solio eius,vsq; ad primogenitũ captiuæ. Hic itaque omissæ sunt
duæ plagæ AEgypti,videlicet quinta & sexta.Quinta enim fuit,ꝙ omnia animantia AEgyptiorum
mortua sunt peste.Sexta,ꝙ facta sunt vulnera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis.Con
sequenter annumerantur bona Iudæis collata. ℂ(35) ET eduxit eos] Deus de AEgypto [CVM
argento & auro] quia vt in Exodo scriptum est,Dominus iussit Iudæis,vt peterẽt ab AEgyptiis va- Exod.12.
sa aurea,atq; argentea,vestémq; plurimã,& spoliarent AEgyptũ,quod etiam factũ est, nec tamẽ in- 1.Par. 29
iuste,quia dei sunt omnia,& cui vult,tribuit ea.AEgyptii quoque ingrati erant,ideo iniuste possede-
rant.Sed & filii Israel remunerati non erant ab AEgyptiis pro labore grauissimæ seruitutis [ET nõ
erat in tribubus eorũ].s.Hebræorũ [INFIRMVS.] Omnes enim incolumes deo disponẽte fuerunt,
quatenus simul egrederẽtur. ℂ (36) LAETATA est AEgyptus in profectione eorũ] hoc est,de
egressiõe Hebręorũ [QVIA incubuit timor eorũ super eos].i.pauor innasit AEgyptios,ne propter Ibidem.
retentionẽ Iudæorũ oẽs occiderentur.Vnde in Exod. Pharao dixit, Surgite & egredimini de populo
meo,& abeũtes benedicite mihi. Vrgebãtq; AEgyptii populũ de terra exire velociter,dicẽtes,Omes
moriemur. ℂ(37) EXPANDIT]Deus[NVBEM in protectionẽ eorũ].i.in refrigeriũ populi sui
C cõtra æstũ diei [ET ignẽ].i.columnã ignis [VT luceret eis per noctẽ] quẽadmodũ ait scriptura,Dñs Exod.13.
pręcedebat eos ad ostendendũ viã per diẽ in columna nubis,& per noctẽ in columna ignis. Deinde
recitãtur mirabilia dei facta in deserto. ℂ(38) PETIERVNT] Hebræi,cibũ delicatũ [ET venit] Num.11.
vento domini flante [COTVRNIX].i.multitudo coturnicũ:quę sunt aues circa terrã volãtes,ac re-
giæ.Vnde in Numeris dicitur,Flagrabant desiderio carniũ,& dicebant,Quis dabit nobis ad vescen- Exod. 16
dũ carnes?Et postea sequitur,quomodo per gyrũ castrorũ volabant coturnices spatio vnius diei [ET
pane cæli].s.manna [SATVRAVIT eos] quadraginta annis,vt dicitur in Exodo. ℂ(39) DI-
RVPIT petrã].i.Mose percutiente eũ virga petram,diuino miraculo rupta seu diuisa est petra [ET
fluxerunt aquæ] de petra: [ABIERVNT in sicco flumina] hoc est,in deserto currebãt,ex petra riui
aquarũ,ita vt biberet populus & iumenta.Porro hæc petræ diruptio & effluxio aquę facta est bis,pri
mo in petra Oreb,vt in Exodo legitur.Secundo in petra deserti Syn,quemadmodũ in Numeris scri Exod.17.
ptum est. Hæc autem beneficia contulit deus filiis Israel,non propter eorũ virtutes aut merita,cum Num.20.
semper rebelles inuẽti sint,sed propter promissionẽ Abrahæ factã implendam, & etiã propter Abra
hæ merita.Propter quod dicitur, ℂ(40) QVONIAM memor fuit]per effectũ [VERBI sancti Gen.15.
sui].i.promissionis diuinæ [QVOD habuit ad Abrahã puerũ suũ] promittẽs ei,ꝙ educeret semẽ suũ
ex AEgypto,darétq; eis terrã Chananæorũ.Deinceps scribuntur bona diuinitus data filiis Israel tpe Iosue.2.
Iosue. ℂ(41) ET eduxit dñs populũ suũ] post mortẽ Mosi per Iosue,de campestribus Moab per
Iurdanem in terram promissionis [IN exultatione] exteriori [ET electos suos] hoc est, popu-
D lum iã prędictum diuinitus prælectum [IN lætitia] interiori,vt patet in libro Iosue. ℂ(42) ET Iosue.12.
dedit illis regiones gentiũ].s.terram regis Og,terrãq; regis Seon,& terras in quibus habitabãt septẽ Iosue.13,
gẽtes,videlicet Chananęi,Ethęi,Pherezei,&c.[ET labores populorũ] istorũ videlicet vrbes,villas, 14,15,16
atq; diuitias eorũ labore factas,seu acquisitas [POSSEDERVNT] filii Israel, sicut in pluribus locis
libri Iosue legitur [VT custodiant iustificationes eius].i.obseruẽt diuina pręcepta,hominẽ iustificã-
tia [ET legẽ eius] per Mosen datã [REQVIRANT].i.diligẽtius discãt,memoriter teneãt, & spũa-
liter intelligere studeãt.Verũtamen aduertẽdũ,quod possessio tẽporaliũ rerũ non est principale,neq;
sufficiẽs pręmiũ obseruationis legis diuinę seu custodiæ mandatorũ:pręsertim cũ obseruatio legis sit
de genere boni honesti,possessio autem seu remuneratio boni tẽporalis,de genere boni vtilis vel de-
lectabilis.Bonũ vero honestũ omnino excedit in dignitate bonum vtile ac delectabile. Ideo nõ præ-
miatur finaliter per talia bona,qm̃ deus non præmiat citra,sed vltra cõdignũ.Beatitudo ergo æterna
est principale plenumq; præmium vitæ virtuosæ:remuneratio vero temporalis est pręmium secũda-
riũ,& minus principale:quæ tamen populo Israelitico frequẽter promissa ac præstita est,propter ru
ditatem ipsius:quatenus ex perceptione pręsentium sperare inciperet futura & spiritualia bona. Et
hoc modo multa intelligẽda sunt,quę Moses scribit,vt est illud Deuteronomii,Dominus est vita tua Deut. 30
& longitudo dierum tuorum,vt habites super terram quam daturus est tibi.Et illud,Honora patrem Deut.5.
tuum & matrem tuam,vt sis longæuus super terram.

¶Explanatio moralis Psalmi eiusdem. E

Secundum diuinum & magnum Dionysium inter statum veteris testamēti & patriæ medius est
1.Co.10. status euangelicæ legis. Et sicut status ecclesiæ militantis est figura status ecclesiæ triumphantis,
seu beatorum: sic status veteris testamenti erat figura testamenti noui. Propter quod secundum
Apostolum omnia in figura contingebant illis. Sicut ergo ad literam alloquitur Propheta in Psalmo
isto synagogam: ita secundum tropologiam seu moralitatem affatur ecclesiam & ait, Confitemini do
mino, id est Christum non solum vt hominem, sed etiam vt verum deum laudate. Et inuocate nomen
Act.13. eius. Annunciate, ô sancti Apostoli & successores ipsorū inter gentes, hoc est, omnibus paganis ope-
Luc.2. ra eius, scilicet Christi. Vnde in Actibus Paulus, Ecce (inquit) conuertimur ad gentes: sic enim præ-
Matth. 4 cepit nobis dominus, Narrate omnia mirabilia eius, videlicet Christi, quæ in euangelio scripta sunt,
Esa.66. qualiter ab angelo est nunciatus, à virgine conceptus & natus, ab angelis ministratus, & alia eius ma-
gnalia. De eius annunciatione Christus per Esaiam dixit, Mittam ex eis ad Gentes longe ad eos qui
non audierunt de me: & annunciabunt gloriam meam Gentibus. Mementote ô omnes Christifideles
Iohan.13 mirabilium eius quæ fecit, assumendo pro vobis naturam humanam, cōuersando in mundo, animam
Matt.26. suam ponendo pro impiis, lauando pedes discipulorum, instituendo sacramentū corporis & sangui-
Iohan.11. nis sui, longanimiter sustinendo ac præstolando peccatores, & vos misericorditer ad pœnitentiā in-
Lucæ.9. uitando, gratiose iustificādo: recolite quoque prodigia eius, quomodo solo verbo mortuos suscitauit, F
Lucæ.8. quinque milia ex quinque panibus & duobus piscibus pauit, cæcum natum illuminauit, cordiumque
Matt.28. secreta inspexit, mari & vento imperauit, tertia die resurrexit, ostiis clausis ad discipulos introiuit, cæ
Act.2. los conscendit, spiritum sanctum in visibili specie misit. Et iudicia oris eius, hoc est, præceptorum, cō
siliorum, documentorum, omniúmque euangelicorum Christi sermonum memores estote. Hęc nāq;
Lucæ.11. recordanda sunt semper, eo quod dicat Saluator, Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud.
Deut.4. Vnde & in Deuter. inducitur, Ne obliuiscaris verborum domini, & ne excidant de corde tuo cūctis
Prouer.1. diebus. Et in Prouerb. Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, puta ecclesię.
Spiritualiter, Abrahā, hoc est, filii fidei & obedientię, q credendo & obediendo sectamini Abraham
Gen.22. patrem cunctorum credentium, qui vsque ad filii immolationem paruit deo, vt dicitur in Genesi, Hu
Gen.27. ius patriarchæ filii sumus, plenissime immobiliterque credendo, atque nosipsos deo per pœnitētiā &
Iohā.25. obedientiā sacrificando, filii, spirituales, Iacob qui contra vitia colluctando estis filii Iacob, qui inter-
pretatur supplantator. Ipse, Christus est, dominus deus noster, cui Thomas dixit, Dominus meus, &
deus meus. In vniuersa terra iudicia eius, hoc est, per totum mundum prædicata, scripta, & diuulgata
Colos.1. sunt præcepta, consilia, atque iustæ censuræ domini Saluatoris, secundum quod ait Apostolus, Nunc
prædicatum est omni creaturæ quæ sub cælo est. Memor fuit, ipse Christus, in seculum, id est in per-
petuum testamenti sui, noui quod in nouissima cœna instituit, in cuius institutione vetus testamentū
impleuit & euacuauit. Huius noui testamenti memor fuit Christus in seculum, quoniam fecit ipsum G
prædicari, sicut vsque in finem seculi permansurum, & talem prædicationem per certa miracula ap-
Marc.16. probauit, quemadmodum scriptum est, Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperā-
te, & sermonem confirmante sequentibus signis. Verbi quod mandauit in mille, hoc est, in omnes ge
nerationes: ponitur enim hic numerus determinatus pro indeterminato. Iussit autem Christus ver-
bum Euangelii omnibus prædicari atq; ab omnibus vsque in finem mundi impleri, quemadmodum
Matt.28. apud Matthæum ait apostolis, Euntes docete omnes gentes, docentes eos seruare omnia quæ man-
Lucæ.6. daui vobis. Propter quod alibi, Quid (inquit) dicitis mihi, domine, domine, & non facitis quæ di-
co? Quod disposuit ad Abraham, id est, ad spirituales filios eius, sicut nunc dictum est, & iuramen
ti sui, hoc est, firmæ promissionis factæ, ad Isaac, id est ad populum Christianum, non in se, sed in do-
mino gloriantem, qui ab Apostolo didicerūt semper gaudere, & in omnibus tribulationibus cordia-
liter exultare, lætantes de hoc quod Christo per passionem conformantur, & cum electis in hoc se-
culo corriguntur: ex qua consideratione certissime sperant se filios esse illius, qui in Apocalypsi pro-
Philip. 4 testatur, Ego quos amo, arguo & castigo. Isaac quippe risus vel gaudium interpretatur. Et statuit il-
lud testamentum Iacob, hoc est Christifidelibus vitia conculcantibus, in præceptum fideliter obser-
uandum: & Israel, hoc est, populo per fidem cælestia contemplanti in testamentum æternum: quate-
nus non expectent aliam legem seu aliud testamentum futurum: sed sciant ipsum esse nouissimum:
propter quod appellatur, & nouum quia post legem Mosi datum est: & æternum, quoniam alia lex
ei nunquam succedet. Lex enim Antichristi erit peruersitas atque abusio legis: nec erit à deo, nec diu H
Deut.3. durabit, nec in toto legem Christi extinguet, dicens, Christus populo in se credēti, Tibi dabo terram
Psal.35. Chanaan, hoc est terram lacte & melle manantem, quæ est omnium terrarum egregia. Mose conte-
stante, per quam designatur terra viuentium patria beatorū. Vbi inebriantur ab vbertate domus dei.
Iohā.14. Vnde in Iohanne, Vado (inquit) parare vobis locum. Et iterum, Veniam & assumam vos ad me-
ipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Funiculum hæreditatis vestræ, hoc est, partem cuilibet iusto tra-
dendam, seu per modum sortis cuilibet euenientem. Sic enim dat Christus electis terram viuorum,
quod singulis tribuit certam mansionem in ea secundum exigentiam meritorum suorum. Propter
Ibidem. quod ait, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sicut igitur terra Chanaan, data est filiis
Israel per partes secundum exigentiam sortium quas miserunt, sic regio beatorum diuiditur ele-
Iosue.13. ctis per mansiones secundum congruentiam meritorum. Cum essent Christiani in primitiua eccle-
sia, numero breui, scilicet centum viginti, vt patet in Actibus Aposto. Paucissimi & incolæ eius, hoc
Act.1. est, cum Christiani valde pauci essent, incolæ existentes ad literam terræ Chanaan, quia in Ierusalem
& Iudæa primo incepit ecclesia. Vel, paucissimi incolæ eius, id est, terræ viuorum seu patriæ cæle-

A ſtis,quia in principio eccleſiæ paucíſsimi erant,imo & nunc(prohdolor) panci ſunt quibus illud apo
ſtoli competit.Noſtra conuerſatio in cælis eſt Et pertranſierunt,ipſi beati Apoſtoli,aliiq; diſcipuli, Philip.3.
de gente in gentem,& de regno ad populũ alterũ . Hoc præcipne pater de Paulo,qui ſicut ipſe teſta- Act.18.
tur,perambulabat Macedoniam,Galaciam,Hiſpaniã,Italiam.Sic & Petrus primo prædicauit in Iu-
dæa,deinde in Antiochia,poſtremo in Italia,In omnem enim terram exiuit ſonus eorum. Non reli- Pſal.18.
quit Chriſtus hominẽ quenquam nocere eis quantum ad interiorem ſalutem,quia licet foras corpo-
raliter affligebantur,hoc tamen ad magnũ interioris hominis conferebat profectum,ſicut ad Roma-
nos ait Apoſtolus,Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.Propter quod Rom.8.
S.Paulus perſecutores ſuos non reputauit aduerſarios,ſed promotores,dicendo , Si deus pro nobis,
quis contra nos?Hinc quoq; ſcriptum eſt,Quis eſt qui vobis noceat,ſi boni æmulatores fueritis ? Ad 1.Pet.3.
literam etiam Chriſtus multos peruerſos prohibuit à corporali Apoſtolorum ac reliquorum ſancto-
rum nocumento,quemadmodum in Actibus Apoſtolorũ leguntur Apoſtoli à carcere per angelũ li-
berari.Et corripuit pro eis reges . Multos nanque reges & principes deus improuiſa atque horribili Act.12.
morte occidit propter perſecutionem in Chriſtianos,pro vt in Actis Apoſtolorum de Herode habe
tur,quem angelus dei percuſsit,& in legendis ſanctorum hoc copioſe narratur.Corripuit autem eos Ibidẽ.
B non ſolum monendo,ſed flagellando:non ſermone,ſed opere dicens, Nolite tangere violenter Chri
ſtos meos,id eſt Chriſtianos in baptiſmate vnctos,qui etiam corporaliter vnguntur in confirmatio-
ne & ordinatione:ſpiritualiter verò vnguntur ſpiritu ſancto iuxta illud Apoſt.ad Galatas,Miſit deus Gala.4.
ſpiritum filii ſui in corda noſtra clamantem,Abba pater . Et in prophetis meis,id eſt in prædicatori-
bus verbi dei,qui de futuro iudicio,de venturo ſeculo beatorum , de æterna quoque damnatione re-
proborum aliis ſermocinantur,nolite malignari.Talium nanque iniuriam deus diſtricte vlciſcitur,in
tantum vt per Zachariam teſtetur,Qui tetigerit vos,tanget pupillam oculi mei.Et vocauit deus tri- Zach.2.
nitas famem ſuper terram:de qua fame ſcriptum eſt , Ecce dies veniunt dicit dominus,& mittam fa- Amos.8.
mem in terra.Non famem panis,neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum dei . Hæc fames præceſsit
Chriſti aduentum,quoniam tunc multo tempore non erat propheta,vſque ad Iohãnem Baptiſtam.
Idcirco tunc maxima erat penuria ſpiritualis alimenti,videlicet prædicationis verbi dei , quam boni
ſemper deſiderauerunt . Vnde propter ſubleuandam hanc famem,miſit deus pater ante eos hanc fa-
mem patientes virum,ſcilicet Chriſtum,qui à principio ſuæ conceptionis vir fuit:iuxta illud prophe
tæ Ieremiæ dictum,Mulier circundabit virum.Miſit enim pater filium ſuum ad homines, vt eos ſpi- Iere.31.
ritualiter ſatiaret,ſecundum quod Chriſtus ait Iudæis , Pater meus dat vobis panem verum . Et de-
C nuo,Operamini non cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam . Hunc enim pater ſigna- Iohan.6.
uit.In ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Amabilis ille ſanctuſque patriarcha Ioſeph,in perſona,opere
ac perſecutione figura extitit Chriſti.Nam eius venditio pro triginta argẽteis facta(vt dicitur in Ge-
neſi) Chriſti venditionem præfigurauit pro totidem argenteis factam , vt legitur apud Matthæum. Gen.17.
Similiter tranſlatio Ioſeph in aliam regionem , Chriſti miſsionem in mundum , & incarceratio Io- Mar.26.
ſeph Chriſti captiuitatem ac paſsionem ſignauit.Itaque in ſeruum,id eſt in miniſtrum voluntatis im
piorum venundatus eſt Ioſeph,hoc eſt Chriſtus , per Ioſeph ſignatus . Vendidit nanque eum Iudas Luc.22.
Iſcarioth Iudæis,vt facerent ei omnia quæ optarent,quod & fecerunt,quemadmodum Luca teſtan-
te,Chriſtus eis locutus eſt,Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarũ,id eſt,iam permittitur vobis do
minari in me,& facere mihi quod vultis.Humiliauerunt Iudæi in compedibus,hoc eſt in vinculis pe
des,ſcilicet Chriſti,id eſt,ipſum Chriſtum vinculis ligauerunt. Per pedum enim humiliationem, to-
tius corporis ligatio deſignatur,& forte in nocte,quando erat in domo põtificis,ligati erant ſanctiſ-
ſimi Saluatoris pedes.Miſerunt quoque Iudæi catenam in collum Chriſti , dum eum comprehende-
runt,quæ poſtea in Ieruſalem longo tempore oſtendebatur peregrinis cum deuotione ingenti. Fer-
rum,id eſt dolor ſenſibilis,compaſsio magna vehemenſque triſtitia pertranſiit animam eius, ſcilicet
Chriſti tempore paſsionis.Propter quod dixit, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.Et,Deus meus Matt.26.
vt quid dereliquiſti me?Donec veniret verbum eius,hoc eſt quouſque impleretur ſermo eius quẽ di- Marc.15.
xerat,Etenim ea quæ ſunt de me finem habent. Vel,verbum eius quod dixit, Conſummatum eſt.Et, Luc.22.
D Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Vel,verbum eius,id eſt,donec implerentur omnia, Iohã.12.
quæ de Chriſti paſsione prophetata fuerunt . Eloquium domini inflammauit eum . Quicquid enim Luc.23.
Chriſtus vt homo dixit , ex diuina inſpiratione proceſsit . Inflammauit autem eloquium dei Chri-
ſtum,quoniam virtuoſiſsima & ignea verba prædicando effudit : eloquentiſsimus fuit , & quicquid
ſibi futurum erat prædixit . Hinc enim apud Matthæum ſcriptum eſt, Erat Ieſus docens ſicut pote- Matth.7.
ſtatem habens,non ſicut Scribæ & Phariſæi . Et apud Iohannem , Nunquam ſic locutus eſt homo, Iohan.7.
ſicut hic loquitur,Miſit rex,id eſt,deus ſublimis:de quo in libro Eſter dicitur, Domine rex omnipo- Eſter.13.
tens,& ſoluit eum,id eſt,Chriſtum de morte & monumento ac vinculis paſsibilitatis eduxit , quem- Act.2.
admodum in Actibus Petrus teſtatus eſt , Deus ſuſcitauit Ieſum ſolutis doloribus inferni . Princeps
populorum , hoc eſt , deus omnium gentium dominus miſit virtutem ſuam exercendo , & dimiſit
eum,id eſt Chriſtum de limbo inferni reduxit: iuxta illud Actuum , Neque derelictus eſt in inferno,
neque caro eius vidit corruptionem . Conſtituit eum dominum domus ſuæ,id eſt,caput eccleſiæ , &
principem omnis poſſeſsionis ſuæ , hoc eſt totius creaturæ . Ideo Iohannes de Chriſto ait,Pater di- Iohan.3.
ligit filium,& omnia dedit in manu eius.Et apud Matth.Chriſtus ait , Data eſt mihi omnis poteſtas Iohan.3.
in cælo & in terra . Præfecit autem deus trinitas Chriſtum hominem non ſolum militanti,ſed etiam Matt.vlt.
triũphanti eccleſiæ: iuxta illud Apoſtoli ad Epheſios,Deus conſtituit eum in cæleſtibus ad dexteram Ephe.1.
ſuam,ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationem. Huius quoq; figura

eſt, ꝙ Ioſeph conſtitutus eſt dominus vniuerſæ terræ AEgypti, & appellatus eſt Saluator mundi, vt E
Gen. 41. legitur in Geneſi. Sed his obuiare videtur quod in libro Iob habetur, Quem conſtituit deus alium ſu
Iob. 39. per terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? Videtur ergo quòd deus Chriſtum nõ
præpoſuit omni creaturæ in principem. Et reſpondendum quòd illa authoritas vult tantum, ꝙ deus
non præfecit alium in prouiſorem ac principem vniuerſi, ita ꝙ ipſe deſierit eſſe prouiſor princepsq́;
mundi, & hoc verum eſt. Sic ergo deus prętulit Chriſtum eccleſiæ, vt erudiret principes eius, hoc eſt
Pſal. 46. apoſtolos: de quibus dictum eſt ſupra, Principes populorum congregati ſunt cum deo Abraham, ſi-
cut ſemetipſum, id eſt, tam fideliter ac ſi eſſent idem cum ipſo. Vel ſicut ſemetipſum, hoc eſt de rebus
diuinis atque cæleſtibus per illuſtrationem ſpiritus ſancti, de quibus ipſe per ſpiritũ ſanctum erat edo
Iohan. 15 ctus. Hoc autem Chriſtus eatenus egit, vt diceret, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos meos: quia
omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et ſenes eius, hoc eſt prædictos principes atq;
apoſtolos & imitatores eorum, qui omnes morum grauitate ſenes fuerunt, prudentiam, hoc eſt, noti-
tiam de agendis ſeu moribus doceret. Hoc Chriſtus in euangelio copioſiſsime fecit, in quo moraliſſi-
ma documenta, optima conſilia atque ſaluberrima mãdata propoſuit. Et intrauit Iſrael, hoc eſt Chri
ſtus, deum ſemper per ſpeciem videns AEgyptum, hoc eſt in mũdum, per incarnationem, ſicut apud
Iohã. 16. Iohannem aſſerit, Exiui à patre, & veni in mundum. Per AEgyptum nanque mundus ſignatur, pro-
Apoc. 11. ut in Apocalypſi dicitur, Iacebunt corpora eorum in platea ciuitatis magnæ, quæ ſpiritualiter voca- F
Eſa. 53. tur Sodoma & AEgyptus, vbi dominus eorum crucifixus eſt. Et Iacob, hoc eſt Chriſtus omnium vi
Iohã. 14. tiorum ſupplantator, quia peccatum non fecit, ſicut de ſeipſo profitetur, Venit ad me princeps huius
mundi, & in me non habet quicquam: accola, hoc eſt viator & peregrinus fuit in terra Cham, hoc eſt
in AEgypto ſeu mundo: ſicut expoſitum eſt. Vnde Ieremiam alloquens Chriſtum, Quare, inquit,
Ierem. 14 quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Et auxit Chriſtus po-
pulum ſuum fidelem vehementer merito & numero, maxime in primitiua eccleſia per prædicatio-
nem Apoſtolorum totum pene mundum conuertendo ad fidem. Propter quod in Actibus Apoſto-
Mar. 16. lorum Lucas affirmat, Dominus augebat quotidie qui ſalui fierent, & firmauit eum, ſcilicet populum
Act. 2. Chriſtianum ſuper inimicos eius, hoc eſt, mundum, carnem ac dæmonem. Dedit enim ipſis virtutem
Matt. 10. reſiſtendi atque præualendi tentationibus dæmonis, concupiſcentiis carnis, perſecutionibus homi-
Mar. 3. num impiorum, & tandem ſubiecit Romanum imperium fidei Chriſtianæ tempore Cõſtantini. Vn-
Luc. 9. de in Michæa dicitur, Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui peribunt. Et ali-
Mich. 5. bi, Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius,
Eſa. 60. hoc eſt, Chriſtus iuſto iudicio conuerti permiſit corda infidelium, & prauorum in odium Chriſtia-
norum: & dolum facerent in ſeruos eius, videlicet Chriſtianos. Hoc odium & dolum hunc habue-
runt primo Iudæi contra primitiuam Eccleſiam, vt patet frequenter in Actibus Apoſtolorum. De-
Act. 13, inde imperatores Romani cum ſatellitibus ſuis inuidioſe atque doloſe egerunt contra eccleſiã Chri- G
14, & 18. ſti, multa milia martyrum occidendo, poſtremo hæretici falſique fratres hoc faciunt. Miſit Moſen
ſeruum ſuum Aaron quem elegit ipſum. Per Moſen & Aaron ad filios Iſrael miſſos in AEgyptum,
deſignantur Apoſtoli, in totum orbem deſtinati ad conuertendum populum electorum, poſuit Chri
ſtus in eis, id eſt in Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus verba ſignorum ſuorum & prodigiorum, quia
per eos magna miracula fecit in terra Cham, id eſt, in toto mundo per terram Cham ſignificato. Vn
Matt. 10. de in Matthæo dixit Apoſtolis, Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eii-
cite. Miſit tenebras, id eſt cæcitatem mentis in animas reproborum, & obſcurauit permiſſiue intelle-
ctum eorum, & non exacerbauit ſermones ſuos, id eſt benigne illuminauit, ad pœnitentiam quoq; re-
cepit credere & obedire volentes, & ita minas ſuas relaxauit. Hæc eſt prima plaga hominum munda
norum, ex qua aliæ ſex naſcuntur ſequentes. Conuertit aquas eorum in ſanguinem, hoc eſt ſapiẽtiam
eorum fieri permiſit carnalem, animalem ac diabolicam, ita vt ſimplicitatem fidei mente ſuperba cõ-
temnerent, ſacrámque ſcripturam peruerſe exponerent, quod ad hęreticos maxime pertinet: & occi-
dit piſces eorum, id eſt animas diſcipulorum talium expoſitorum ac magiſtrorum, mori ſeu ſine vera
fide & gratia eſſe permiſit. Diſcipulos enim tanquam piſces quoſdam colligunt ſibi doctores. Et de-
dit terra eorum, id eſt, corda hominum mundanorum, ranas, id eſt, garrulam loquacitatem & ſtrepi-
2. Tim. 2 tum peccatorum, ſicut ad Timotheum dicit Apoſtolus, Sermo eorum vt cancer ſerpit: in penetrali-
bus regum, hoc eſt in domibus atq; palatiis principum, ipſorum hominũ iam dictorũ. Ipſi enim ſuis
adulationibus & fraudulentis ſermonibus ſibi alliciunt principes & potentes, atq; cum eis cõuerſari H
laborant. Dixit & venit cynomia & cyniphes. Per has muſcas & beſtias dire pungẽtes, intelliguntur
detractores deo odibiles, & remorſus conſcientiæ peccatricis, ſeu ſtimuli ſynterelis, quæ ſemper in-
Rom. 1. clinatur ad bonum, & remurmurat malo. Quapropter Eſaias ait, Vermis eorum non morietur. Po-
ſuit pluuias eorum grandinem, hoc eſt, pro rore ac refrigerio gratiæ dei, dedit deus incredulis gra-
Eſa. 66. ues ſolicitudines, & afflictiones cordis multiplices: iuxta illud in libro Iob, Anguſtia vallabit im-
pium ſicut regem qui paratur ad prælium. Et iterum, Sonitus terroris ſemper in auribus impii: &
Iob. 15. cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Poſuit & ignem comburentem in terra ipſorum, id
Ibidem. eſt, concupiſcentiam malam in corpore impiorum, ſecundum quod ad Romanos dicit Apoſtolus,
Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, vt contumeliis afficiant corpora ſua. Dixit, & ve-
Rom. 1. nit locuſta & brucus, cuius non erat numerus. Per locuſtam & brucum (quæ ſunt beſtiæ par-
uæ, omnem herbam & fructum terræ vorantes) intelliguntur reiteratores vitiorum deplorato-
rum, ſeu mentis elatio, & gloria vana. Hæc enim omnem mentis virorem & gratiam deſtruunt, &
priſtinæ conuerſationis fructum euacuant. Et percuſſit omne primogenitum in terra AEgypti,

A id eſt, fidem totius ſpiritualis ædificationis principium abſtulit deus ab animo peruerſorum, ſicque
percuſſit primitias omnis laboris eorum, quoniam ſine fide nihil acceptum eſt deo. Nam qui incre-
dulus eſt, infideliter agit, vt dicitur in Eſaia. Secundum Apoſtol. quoque, Omne quod non eſt ex fi- Hebr. 11.
de, peccatum eſt. Et eduxit Chriſtus eos, id eſt, fideles & electos de ſpirituali AEgypto, & cõmunio- Eſaiæ. 21.
ne malorum ac tenebris ignorantiæ, cum argento, id eſt, cum ſcientia rerum creatarum: & auro, id Rom. 14.
eſt, ſapientia diuinorum. Vel, cum argento, hoc eſt, cum fide, & auro, id eſt, cum charitate. De qua in
Apocal. dicitur, Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum. Vel, cum argento & anro, id eſt, cum Apoc. 3.
naturali philoſophia & ſtudio, quæ à philoſophis accommodauerunt, & ſecum tulerunt ad Chriſtũ
conuerſi. Datum eſt enim illis philoſophari propter nos, quatenus naturali philoſophia vtamur ad
obſequium fidei Chriſtianæ. Et non erat in tribubus eorum, id eſt, in congregationibus Chriſtiano-
rum, infirmus, in anima, quia & Panlus ait, Cum infirmor, tunc potens ſum. Nam virtus in infirmi- 2. Cor. 18
tate perficitur. Lætata eſt AEgyptus in profectione eorum, hoc eſt, homines ſeculares, impii, atq; in-
creduli, gauiſi ſunt de ſeparatione Chriſtianorum ab ipſis: quia incubuit, id eſt, cecidit timor eorum,
hoc eſt, Chriſtianorum ſuper eos, id eſt, infideles. Hoc interdum ad literam contigit, quòd Chriſtus
infideles euidenter percuſſit propter perſecutiones Chriſtianis illatas, ſicut Ambroſius refert in le-
genda S. Agnetis, & tunc infideles optabant Chriſtianos abire à ſe, ne durius affligerentur. Expan-
B dit Chriſtus nubem, id eſt, gratiam ſancti in protectionem eorum, hoc eſt, in defenſionem & obum-
brationem animarum cõtra æſtus tentationum fidelium & concupiſcentiarum carnalium, & ignem,
id eſt, radium veritatis & ſapientiam ſalutarem, ſeu charitatis feruorem expandit, imo infudit cordi
eorum, vt luceret eis per noctem, id eſt, in omni aduerſitate atque periculo ne errarent in via huius
exilii, ſed gratia duce perducerentur ad patriam, ſicut Apoſtolus loquitur, Deus cuſtodiat corda ve- Philip. 4.
ſtra & intelligentias veſtras. Vnde & Chriſtus in Euangel. Ignem (inquit) veni mittere in terram: & Luc. 12.
quid volo niſi vt ardeat? Petierunt fideles, & venit deo mittente, coturnix, hoc eſt, cogitationum hu-
militas. Per coturnicem nanque auem circa terram volantem, intelligi poteſt cogitatio humilis circa
diſcuſſionem propriæ conſcientiæ occupata, non cæleſtia inaniter ſcrutans, nec maieſtatem compre-
hendere quærens. Et e pane cæli, id eſt, ſacramento Euchariſtiæ ſaturauit eos Saluator, ſicut apud
Matthæum inducitur, Cœnantibus illis accepit Ieſus panem & benedixit, deditque diſcipulis, & ait, Mat. 26.
Accipite & mãducate, hoc eſt, corpus meum. Dirupit petram, id eſt, deus pater Chriſtum in paſſio-
ne perforari permiſit lancea militari, & fluxerunt aquæ, exiuit enim aqua & ſanguis, vt dicit Iohan.
Abierunt merito paſſionis Chriſti in ſicco, id eſt, in ſterili gentilitate ac arido mundo, flumina ſapien
tiæ & gratiæ multiformis. Hæc enim flumina ſpiritus ſanctus infudit credentibus per prædicatio- Iohan. 19
nem apoſtolorum, de quibus fluminibus ait Chriſtus, Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura)
C flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: quod qualiter intelligendum ſit, Euangeliſta ſubiungit, Hoc Iohan. 7.
autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Denique omnia iſta dedit deus popu-
lo Chriſtiano. Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuũ, dicens,
In ſemine tuo benedicẽtur omnes cognationes terræ. Ad hanc autem promiſſionẽ implendã, opor-
tuit Chriſtum incarnari ac pati, dictaque dona Chriſtianis largiri. Simili modo dicit Apoſtolus, Di- Roma. 13
co Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter promiſſiones patrum. Et eduxit popu-
lum ſuum Chriſtianum de gentilitate ad Chriſtianitatem, de conuerſatione vitioſa ad vitam angeli-
cam, de via ad patriam in exultatione, & electos ſuos hoc modo eduxit in lætitia. Et dedit illis regio-
nes Gentium, &c. Terræ enim & regna, in quibus olim habitabant pagani, poſtmodũ habitauerunt
Chriſtiani. Vel, dedit illis regiones Gentium, id eſt, terram viuorum ſeu regnum cœlorum, cuius lar-
gitionis typus erat largitio illa regionũ ſeculi huius. In pſalmo præſenti monemur beneficia dei re-
colere, prouidentiam eius circa genus humanum penſare, atque ex his deum laudare, magnalia eius
aliis inſinuare, inceſſabiliter quærere dominum creatorem, eius deſiderando præſcutiam, nec aliud
bonum, niſi ipſum æternum, increatum, ſupergloriosum, immenſumque deum finaliter velle, atq; in-
deſinenter pro ſanctæ conuerſationis mercede appetere. Et quamuis hic pſalmus iuxta ſuperficialem
literæ intellectum non videatur adeo in quibuſdam locis deuotus, tamen ſecundum myſticam expo
D ſitionem nunc introductam, omni deuotione exuberat. Quæ autem omiſſa ſunt, in præcedenti ex-
poſitione ſatis patent.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CV.

### EXPOSITIO Tituli.

ASSIgnatur demum pſalmo iam explanando repetitũ ſeu duplex haleluia, dum dicitur, Hale-
leluia, haleluia. Quod fit vel ad euidentiam ſeu certitudinem ampliorem: vel ad deſignandam
duplicem laudem dei, ſcilicet laudem viæ ac patriæ. Vnde in miſſa in principio verſus canta-
tur Haleluia, atque in fine repetitur. Simili modo in Apocalypſi ait Iohannes, Audiui vocem ange- Apoc. 19.
lorum in cœlo dicentium, Halleluia. Et iterum, Dixerunt Haleluia. Præterea ſicut Chriſtus in euan-
gelio interdum dicit ſemel, Amen, interdum vero reiterat: ſic aliqui pſalmi pro titulo habent hale-
luia vnum, aliqui vero duplex. Inuitat autem hic pſalmus ad duplicem confeſſionem, videlicet lau-
dis diuinæ ac propriæ culpæ, & ait,

### PRECATIO.

*Memento noſtri in beneplacito tuo domine, & doce nos iuſtitiam facere in omni tempore, facque nos in laude tua ſemper gloriari, & à ſeculo uſque in ſeculum deus Iſrael benedicere tibi.*

¶EXPOSITIO Psalmi literalis simul & mystica. E

CONFITEMINI domino] bono & iusto, ipsum laudãdo, & vos accusando,
peccatores variis vitiis sauciati, & ne retrahamini à cõfessione hac propter ve-
stram ingratitudinem & paruitatem. [QVONIAM bonus] est dominus. Et-
enim naturaliter, totaliter, & quomodolibet bonus, eiusque natura est bonitas
Mar.10. infinita ac pura. Propter quod in Marco scriptum est, Nemo bonus nisi vnus
2.Par. 30 deus. Non ergo desperandum est aliquo modo. Vnde 2. Paralipomenon piis-
Ibidem. simus Ezechias locutus est, Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto
corde suo requirunt eum. Et iterum, Pius & clemens est dominus deus vester,
& non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. [QVONIAM in seculum misericordia
eius] hoc est misericordia dei æterna est, nunquam deficiens, & à principio mundi super electos effu
sa est, nec cessabit vnquam effusio pietatis diuinæ, quoniam & in inferno citra condignum miseri af-
figuntur, in cælo quoque vltra condignum electi remunerantur. ¶(2) QVIS loquetur potentias
domini?] id est, quis exprimere poterit quàm potẽs sit deus? Et dicit potentias in plurali, cum tamen
in deo non sit nisi vna simplex potentia propter diuersos effectus diuinæ potentiæ. Vel per poten-
tias intelliguntur magnalia opera dei potenter producta. Cum vero sit deus infinitæ potentiæ atque
omnipotens, nulla creatura perfecte comprehendere valet aut explicare potentiã eius. Propter quod F
insanissimæ mentis sunt, qui diuinam potentiam metiri suo præsumunt ingenio, asserentes deũ non
posse supernaturaliter agere. Nec aliquid esse credendum quod rationem excedit, cum deus possit in
infinitum plura producere, q̃ hõ cõsumere. Imo deus benedictus & sanctus nõ potest tot tantaq; age
re, quin possit in infinitũ plura atq; maiora efficere, quantũ in se est. Demũ impossibile nobis est in-
Sapien. 9 telligere aut exprimere diuinæ potestatis effectus. Propter quod sapiens quidã contestatur, Difficile
inuenimus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cũ labore: quæ autem in cælis sunt
quis inuestigabit? Et quis [AVDITAS faciet omnes laudes eius]. i. quis proferre aut aliis annũciare
poterit vniuersa præconia creatoris, quàm laudandus sit ipse? quasi dicat nullus. Cum enim deus lau
dandus sit propter propriam bonitatem & propter opera sua, quantum à perfecta notitia bonitatis
diuinæ ac operum eius deficimus, tantum à plenitudine diuinæ laudationis occumbimus. Propterea
Iob.31. in lib. Iob scriptum est, Nos quippe inuoluimur tenebris. Digne cũ inuenire non possumus, & enar-
rari non potest. Et Ecclesiasticus, Exaltantes (inquit) replemini virtute. Ne laboretis, non enim per-
Eccl. 43. uenietis. Non ergo inaniter gloriemur dum deũ laudamus, quasi magnũ seu dignum aliquid opere-
mur, cum nec Cherubim nec Seraphim eum laudare sufficiant, sed cũ magno timore atq; profunda
Psalm.2 humilitate ipsum laudemus, sicut superius dictũ est, Exultate ei cum tremore. ¶(3) BEATI] sunt G
iam in spe [QVI custodiunt iudicium] discretionis & retributionis. Prælati nanq; & iudices custo-
dire debent vtrunque iudicium, quantum ad subditos, discernẽdo causas eorum, & debitam pœnam
infligendo. Quilibet quoque seipsum iudicare debet, discutiẽdo, accusando, castigando seipsum, discer
nendo bonum à malo, & verum à falso, quod singulis nobis necessarium est ad salutem: iuxta illud
Iob.34 Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? Et Apost. Si nosipsos (inquit) iudicaremus, non vti-
1.Cor.11. que diiudicaremur. Est autem istud iudicium valde acceptum deo, sicut per Ieremiam protestatur, Si
Ierem.15. separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. [ET faciunt iustitiam] sequẽdo & exequendo quod
recta ratio iudicat [IN omni tempore] id est, perseueranter vsque ad finem, quia qui perseuerauerit
Mat.10. vsque in finem saluus erit, sicut apud Euangelistam astruit Christus iudex noster. ¶(4) MEMEN-
TO nostri domine in beneplacito populi tui] id est, in infusione seu per infusionem gratiæ tuæ, per
quam placet tibi populus tuus, quatenus nos tibi placeamus quemadmodũ illi. Omnium quidẽ me-
Amos.8 mor est deus, cum Amos propheta dicat, Iurauit dominus, Si oblitus fuero vsque in finem opera eo-
Neemi.5. rum. Sed orat Propheta vt deus memor sit nostri, sicut memor fuit electorũ suorũ. Vnde etiã Esdras
deprecatur, Memento mei deus in bonũ [VISITA nos in salutari tuo] id est, in salubri atque beni
gna saluatione, ita vt visitemur à te per piam præsentiam ad nostrã salutem, non per districtã senten
Sopho. 1. tiam ad nostrã damnationem, quomodo reprobi visitantur. De quibus in Sophonia à te dicitur, Visi
Esaiæ.27 tabo super viros defixos in fecibus suis. Sic enim & dæmones visitantur à te, quemadmodũ Esaias af
Sapien. 9 firmat, Visitabit dominus super Leuiathan serpentẽ tortuosum. Vel, visita nos in salutari tuo, hoc est H
in Christo, mittendo illum ad nos. Ipse est enim sapiẽtia tua æterna & increata, quæ ad electos quo-
tidie inuisibiliter mittitur, prout in Sapientiæ libro quidam precatur, Da mihi domine sedium tuarũ
assistricem sapientiam. Et iterũ, Mitte illam de cælis vt mecũ sit & mecũ laboret. Hęc autẽ ò domine
tribue mihi. ¶(5) AD videndum] id est, vt spiritualiter videamus & contẽplemur nunc per fidem,
& in futuro per speciem [IN bonitate electorũ tuorum] id est, bona electis tuis parata, de quibus ait
1. Cor.2 Apostolus, Oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt, quæ præparauit deus
Esa.46. his qui diligunt illum. Hæc autẽ bona aliud nihil sunt, nisi summũ bonũ, in quo est omniũ bonorum
& pulchrorũ plenitudo immensa, seu eius visio atque fruitio. Quid ergo orat Propheta, nisi vt deum
videamus, in cuius visione beatitudo & plena merces, præmiumque finale consistit? Vel in bonitate
electorũ tuorum, id est, in gloria beatorum seu in supernaturali illuminatione, qua à te illuminantur
electi, quoniã sine hac illuminatione omnis nostra visio atque cognitio vanæ informesque sunt. [AD
lætandũ in lætitia gentis tuæ] id est, vt lætemur spirituali lætitia, qua in te iucundatur plebs tua, nũc
in spe futurorum bonorũ, in patria vero in adeptione cælestiũ præmiorũ. Vel in lætitia gentis tuę, id
est, vt lætemur cũ populo tuo, non cũ seculo isto. Et omnia hæc fiant ad nominis tui honorem, vide-
licet [VT lauderis cum hæreditate tua] id est, cũ ecclesia electorũ, ita q̃ si electi tui de bono laudan-

A tur, tu de eodem bono tanquam principalis causa boni lauderis. Vel vt lauderis tu in omnibus & pre omnibus, qui per gratiã ei cum hæreditate tua, id est, electis. Vel, vt lauderis cũ hæreditate tua, id est, ab electis, qui sunt hæreditas tua tecũ existens. ¶ (6) PECCAVIMVS cum patribus nostris] id est, sicut patres nostri, vel pariter cum eis, non declinando, sed imitando eorum delicta. Peccauimus autem præcepta moralia trãsgrediẽdo [INIVSTE egimus] transgrediẽdo præcepta iudicialia [INIQVITATEM fecimus] non seruando præcepta ceremonialia. Vel peccauimus contra deũ, iniuste egimus contra proximum, iniquitatem fecimus contra nosipsos. ¶ (7) PATRES nostri in AEgypto] id est, qui olim in AEgypto fuerunt [NON intellexerunt] spiritualiter & prudenter [MIRABILIA tua, quæ per Mosen in AEgypto, in mari rubro, in deserto fecisti, quia ex talibus mirabilibus non considerauerunt omnipotentiã dei, & ꝙ deus qui tanta pro eis fecit in AEgypto, postmodum protegeret eos, atque de facili adimpleret quæcunque eis promisit. Non intellexerunt quoque quid mirabilia illa figurabant. Propter quod in Deuteronomij volumine habetur, Dixit Moses ad filios Israel, Vos vidistis vniuersa magnalia quæ coram vobis dominus fecit, & non dedit vobis dominus cor intelligens & oculos videntes vsque in præsentẽ diem. Vnde & rursus dominus ait per Mosen, Quousque multitudo hæc pessima non credet mihi in omnibus mirabilibus meis? Ecce primum peccatum populi huius, scilicet peccatum ignorantiæ. Sequitur de ingratitudinis vitio [NON fuerũt memores] gratias referendo [MVLTITVDINIS misericordiæ tuæ] id est, multæ ac magnæ miserationis à te eis impensæ, qui propter eos tam grauiter afflixisti AEgyptios decem plagis, à quibus eos piissime præseruasti. ¶ (8) ET irritauerunt] deum & Mosen seruũ eius [ASCENDENTES] de terra AEgypti [IN mari] mari inquam [RVBRO] quia videntes Pharaonem ipsos insequẽtem, antequam ingrederentur alueũ maris rubri, diffidentes de potestate diuina, dixerunt ad Mosen, Forsitan non erant sepulchra in AEgypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti? Sed nec ipsum mare rubrum, quamuis diuisum, ingredi ausi fuerunt (vt alibi legitur) nisi ad monitionem Mosi magnam & longam. ¶ (9) ET saluauit eos] dominus, quamuis ingratos atq; incredulos: De manu AEgyptiorum, nõ propter eorum virtutes aut merita, sed [PROPTER nomen suum] hoc est, propter seipsum, & nominis sui glorificationem. Vnde in Ezechiele scriptum est, Nõ propter vos ego faciam dicit dominus, notum sit vobis, sed propter nomen sanctum meum. [VT notam faceret] cunctis hominibus [POTENTIAM suam] qua AEgyptios debellauit, & Israelem saluauit. Ideo in Exodi libro dominus ait, Glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius, sciẽtque AEgyptij, quia ego sum dominus. ¶ (10) ET increpuit] dominus, id est, increpauit, seu imperando diuisit [MARE rubrum.] Mutatio enim maris rubri à suo naturali statu ac motu, vocatur increpatio eius. [ET exiccatum est] non mare, quia aqua non exiccatur manens aqua: inseparabiliter enim con-

C naturale est aquæ esse humidum: sed dicitur mare exiccatum, eo ꝙ fundus terræ, vbi currebat, siccatus est aquis sublatis. [ET deduxit eos in abyssis] hoc est, in itinere maris rubri, non per aquas, sed per iter in quo paulo ante fluxerat aqua [SICVT in deserto] id est, tam plane & sicco pede ac si per viã deserti transissent, quemadmodum ibidem plenius recitatur. ¶ (11) ET saluauit eos de manu odientium] scilicet AEgyptiorum eos insequẽtium cum curribus sexcentis [ET redemit eos de manu inimici] id est, regis AEgypti, quod quomodo contigit, subditur, ¶ (12) ET operuit aqua] maris rubri reuertens ad locum priorem ac proprium [TRIBVLANTES eos] AEgyptios qui afflixerunt Israelitas [VNVS ex eis non remansit] omnes nanque submersi sunt. Vnde in Exodo legitur, Reuersum est mare primo diluculo ad priorem locum, fugientibusque AEgyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Ne vnus quidem superfuit ex eis. ¶ (13) ET crediderunt] filii Israel [VERBIS eius] scilicet dei viso tãto miraculo. Propter quod illic subiungitur, Timuit populus dominũ, & crediderunt domino & Mosi seruo eius. [ET laudauerunt laudem eius] id est, laudabilia opera atque laudabilem bonitatem dei hæc facientis, secundũ quod ibidem dicitur, Tunc cecinerunt Moses & filii Israel canticum hoc domino, & dixerunt, Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. & infra scriptũ est, Sumpsit ergo Maria prophetes soror Aaron tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympa-

D nis & choris, quibus præcinebat dicens, Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, &c.
¶ (14) CITO fecerunt] hoc est, in opere bono non diu perseuerauerunt. Vel, cito, post hanc laudẽ & gratiarum actionem, fecerunt quæ sequuntur, [OBLITI sunt operum eius] id est, prædicta mira cula dei non attenderunt mente sagaci grataque. Vnde in lib. Exodi habetur, Quintadecima die mensis secundi, postquam egressi sunt de AEgypto, murmurauerunt contra Mosen & Aaron in solitudine dicentes, Vtinam mortui essemus in AEgypto. Cur induxisti nos in desertum istud, vt occideres omnem multitudinem fame? [NON sustinuerunt consilium eius] hoc est, patienter non expectauerũt tempus, quo deus decreuit eis prouidere de cibo. secundum consilium sapientiæ suæ, qua omnia ordinatissime operatur: iuxta illud Apost. ad Ephesios, Omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. Huius ergo consiliũ tempus ex impatientia anticipauerunt. [ET concupierunt concupiscentiam] id est, cibum delicatum [IN deserto] videlicet carnes, secundum quod alibi legitur, Flagrabãt desiderio carnium, & dicebant, Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri nisi man. [ET tentauerunt deum in inaquoso] hoc est, in deserto, in quo aqua nulla aut modica reperitur, prout in Exodo scriptum est, Tentauerunt deum dicentes, Est ne dominus in nobis an non? ¶ (15) ET dedit eis] deus [PETITIONEM ipsorum] id est, rem postulatã, scilicet carnes & aquam [ET misit saturitatem in animas eorum] hoc est, animalem vitam, quoniam mense integro dedit eis ad edendum coturnices, donec exibant per nares eorum, & vertebantur in

Marginal references: Exo. 7.8. — Exo. 9.10 — 14.16. — Deut. 29. — Num. 14 — Exo. 7.8. 9.10. — Exod. 14 — Ezec. 36. — Exod. 14 — Exod. 12. — Exod. 14 — Ibidem. — Exod. 15. — Exod. 16. — Ephes. 1. — Nume. 11 — Exod. 14.

Num.11. nauſeam,ſicut in Numerorum lib.habetur.Conſequenter recitatur ſeditio Chore atque ſuorum. E
Exod.17. ℂ(16) ET irritauerunt] Chore de tribu Leui & Dathan ac Abyron de tribu Ruben,aliiſq; proce
res ſynagogæ centum quinquaginta,qui tempore conſilii per nomina vocabantur,vt dicitur in libr.
Num.16. Numerorum.[MOSEN in caſtris].i.in papilionibus,vel in populo habitante in tentoriis[AARON]
quoque [SANCTVM domini] hoc eſt,domino conſecratum in pontificem.Dathan nanq; & Aby-
ron,quoniam nati erant de primogenito Iacob,ſcilicet de Ruben,ambiebant principatum, vel ſaltē
Moſe & Aaron inferiores eſſe ac obedire ſpreuerunt.Chore autem atque Choritæ, quia de tribu Le
ui erant ſicut & Aaron,parificari volebant & in ſacerdotio. Irritauerunt ergo Moſen & Aaron,di-
Num.16. centes illud Numerorum, Sufficiat vobis,quia omnis multitudo ſanctorum eſt , & in ipſis eſt domi-
nus.Cur eleuamini ſuper populum domini?Propter hanc ergo rebellionem & ſeditionem. ℂ(17)
APERTA eſt terra(& deglutiuit Dathan,& operuit ſuper congregationem] id eſt,præ aliis Iſrael.
[ABYRON] ſimilem Dathan in culpa , vnde & in pœna ei aſsimilatus eſt. Abſorbuit etiam terra
Num.16. Chore & Hon,tabernacula quoque & omnem poſſeſsionem Dathan & Abyron prout in Numer.
ſcribitur.Non autem abſorbuit filios Chore,quoniam non conſenſerant patri ſuo,propter quod ſcri
ptum eſt,Factum eſt grande miraculum,vt Chore pereunte filii eius non perirent. ℂ(18) ET exar
ſit ignis in ſynagoga eorum] .i.in congregatione fautorum Chore [FLAMMA] ignis huius [COM-
Ibidem. BVSSIT peccatores] id eſt,Choritas,quemadmodum liber Numer.teſtatur,Ignis egreſſus à domi- F
no interfecit centum quinquaginta viros,qui offerebant incenſum. ℂ(19) ET fecerunt] filii Iſrael
[VITVLVM in Oreb].i.iuxta montē Oreb,qui eſt pars,ſcilicet pes montis Sinai: vertex enim mon
Exod.32. tis dicitur Sinai.Hæc formatio vituli diu præceſsit ſeditionem prædictam.Dicuntur vero filii Iſrael
feciſſe hunc vitulum,quia ad eorum inſtantiā proiecit Aaron aureas inaures eorū in ignem,& egreſ-
ſus eſt opere fuſorio vitulus conflatilis,prout in Exodo narratur [ET adorauerunt ſculptile] Aliqui
dicunt,quod hic ponitur ſculptile pro conflatili,eo quod vtrumque ſit nomen idoli. Nam vitulus il-
le fuſus erat,non ſculptus.Alii dicunt, quod primo fuſus eſt.ſed quia in fuſura non extitit plene for-
matus,poſtmodū ſculptus eſt,perfectiúſque formatus.Et ergo interdū vocatur ſculptile,interdū con
flatile.Hunc itaque vitulū adorauerunt.Immolantes nanq; ei hoſtias,dixerunt,Iſti ſunt dii tui Iſrael,
Ibidem. qui eduxerunt te de terra AEgypti,vt ſcribitur in Exodo. ℂ(20) ET mutauerunt gloriā ſuam] id
eſt,honorem & cultū legis diuinæ,ſeu deū,in quo ſolo gloriari debebant [IN ſimilitudinem vituli co
medentis fœnum] quia pro vero deo adorabant imaginē vituli. ℂ(21) OBLITI ſunt deū qui ſal-
Exod.7. uauit eos] de AEgyptiaca ſeruitute [QVI fecit magnalia] id eſt,opera magna [IN AEgypto] per-
8.9. cutiendo AEgyptios decem principalibus plagis [MIRABILIA] per Moſen [IN terra Cham] id
Exod. 10. eſt,in AEgypto,ſic dicta propter cauſam præhabitam [TERRIBILIA in mari rubro] ſubmergen G
11. do regem AEgypti cū populo ſuo. ℂ(22) ET dixit] dn̄s ad Moſen [VT diſperderet eos] propter
Exod.14 eorū ingratitudinem ac idololatriā,quemadmodū in lib.Exodi inducitur, Dixit dominus ad Moſen,
Exod.32. Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit. Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos,& deleam
eos.Et hoc vtique dn̄s feciſſet [SI non Moſes electus eius ſtetiſſet in confractione].i.in plaga popu-
lo imminente,qua erant confringendi [IN cōſpectu eius] id eſt, coram deo in monte Sinai orans in-
deſinenter pro populo,prout Exodi liber teſtatur.Moſes autem orabat deū ſuum,ſequitur,Placatúſ-
que eſt dominus.Demū intantum ſubiecit ſe mediū pro populo, vt ex ineffabili charitate diceret do
mino.Aut dimitte populo hanc noxam,aut ſi non facis,dele me de libro quem ſcripſiſti.Stetit itaque
Moſes in confractione. ℂ(23) VT auerteret iram eius] id eſt,vindictam dei à populo [NE] deus
[DISPERDERET eos:& pro nihilo habuerunt terrā deſiderabilem] id eſt,terrā promiſsionis la-
Num.14. cte & melle manantē vilipenderūt,quando territi verbis exploratorū dixerunt,vt in Nume.habetur,
Conſtituamus nobis ducem & reuertamur in AEgyptum. ℂ(24) NON crediderunt verbo eius]
id eſt, promiſsioni dei per Moſen qui dixit eis, quod dominus pugnaret pro eis, & introduceret eos
Eodem. in terram promiſſam,ſed ipſe econtra dixerunt, Vtinā non inducat nos dominus in terram hanc, ne
Eodem. cadamus gladio [ET murmurauerunt in tabernaculis ſuis] quemadmodū in Num.legitur, Vociferās
omnis turba nocte illa fleuit,& murmurati ſunt contra Moſen & Aaron dicentes, Vtinā mortui eſ-
ſemus in AEgypto,& vtinam pereamus [NON exaudierunt vocem domini] id eſt,exhortationibus
Exod.17. Moſi,& Calep,ac Ioſue,hortantium eos ad bonum non acquieuerunt,ſed lapidare eos volebant. H
ℂ(25) ET eleuauit] dominus [MANVM ſuam] id eſt,virtutis ſuæ vindictā [SVPER eos, vt pro-
ſterneret eos in deſerto] tunc enim deus abſolute dictauit,quod nullus eorū qui murmurauit , ingre-
deretur terram promiſsionis,ſed Calep & Ioſue ſoli eam intrarent de multitudine eorum qui primo
Num. 14 numerati fuerūt,prout in lib.Num.dicitur, Eleuauit etiā dn̄s manū ſuam ſuper eos propter hoc pec
catū vt ſterneret eos ſtatim oēs ſimul in deſerto,ſecundū quod ait ad Moſen, Vſquequo populus iſte
Ibidem. detrahet mihi?feriā ergo eos peſtilentia atque conſumam.Hæc autem pœna per orationem Moſi mi
tigata eſt,ita quod per partes atq; paulatim mortui ſunt in deſerto. Sic enim precatus eſt Moſes pro
Ibidem. eis,Domine patiens & multæ miſericordiæ,auferens iniquitatem & ſcelera. Dimitte obſecro pecca-
tum populi tui huius,ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, ſicut propitius fuiſti egredientibus
de AEgypto vſque ad locum iſtum.Dixitque dominus, Dimiſi iuxta verbum tuum . ℂ(26) ET vt
deiiceret ſemen].i.filios [EORVM in nationibus] faciens eos cadere in terris diuerſis [ET diſper-
geret eos in regionibus] Iſtam pœnam dominus minabatur , ſed precibus Moſi omnino ablata eſt,
Num.25. quoniam filii proſtratorum in deſerto introducti ſunt in terram Chanaan. ℂ(27) ET initiati ſunt
Beelphegor] id eſt,cultui idoli ſic vocati applicuerunt ſeipſos.Iſtud fuit circa mortem Moſi,quando
ad ſuggeſtionem Balaham.Balac rex Moabitarum miſit puellas pulchras ac nobiles iuxta tētoria fi-

A liorum Israel, habētes secum idola sua, quatenus facerent filios Israel deū suum offendere per idolo-
latriam atque luxuriam, quia (vt dicitur) non permiserunt eos secum misceri, nisi primo adorarent
idolum Beelphegor, quod & factū est, quemadmodū in libr. Numerorū plenius continetur, [ET co- Ibidem.
mederunt sacrificia mortuorum] i. carnes animaliū huic idolo immolatas. ℂ (28) ET irritauerunt
eum] id est, deū offenderunt [IN adinuētionibus suis] id est, in peccatis studiose exeogitatis & ex de-
liberatione patratis [ET] ob id [MVLTIPLICATA est in eis ruina] id est, multa & magna plaga
eis inflicta, propter hæc scelera. Percussa sunt enim XXIIII. milia hominum. Principes quoque iussi
sunt suspendi in patibulis. ℂ (29) ET stetit Phinehes] filius Eleazari, filii Aaron sacerdotis, men-
te constanti cōtra idololatras [ET placauit dominum] perfodiendo in locis genitalibus Zambri du
cem tribus Simeonis coeuntem cum Cozbi filia nobilissimi principis Madianitarum [ET cessauit
quassatio] id est, plaga prædictæ persecutionis à populo, propter hoc factū & merito zeli Phinehes.
Vnde in Numer. habetur. Dixit dominus ad Mosen, Phinehes auertit iram meam à filiis Israel, quia
zelo meo commotus est contra eos. ℂ (30) ET reputatum est ei) à deo [IN iustitiam in generatio-
nem & generationem, vsque in sempiternum] quoniā deus approbauit hoc opus ipsius, & in æternū
iustus vocabitur propter hanc causam: meruitque sacerdotio fungi in se, & in posteris suis, secundum
quod dominus ait ad Mosen, Loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei: & erit tam sibi quàm Eodem.
B semini eius pactū sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro deo suo. Consequēter describitur iur-
gatio filiorum Israel contra deū, facta ad aquas contradictionis, propter penuriam aquæ. ℂ (31) ET
irritauerunt] eum, scilicet deum [AD aquas contradictionis] impatienter loquendo: secundum quod
scriptum est, Conuenerunt aduersus Mosen & Aaron, & versi in seditionē, dixerunt, Vtinam peris- Num. 20
semus inter fratres nostros coram dño [ET vexatus] id est, animo perturbatus atque lassatus [EST
Moses propter eos] id est, propter eorū peruersitatem [QVIA exacerbauerunt spiritum eius] scili-
cet verbis ingratis & pessimis. ℂ (32) ET distinxit] Moses [IN labiis suis] id est, in hac cordis sui
perturbatione, aliū modum loquendi habuit, recitando verba domini percutiendoque petram, quàm
ante habere solebat. Fuit enim incredulus deo, atque in modo loquendi manifeste declarauit cordis
sui hæsitationem. Vt enim in Numer. libr. legitur, cum sibi ac Aaron fratri suo dominus dixisset, Lo- Eodem.
quimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas: Moses percutiendo petram cum virga protulit ser-
monem ambiguum, Num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? Propter quod mox à domi-
no reprehensus est, & tam ipse quàm Aaron ab ingressu terræ promissionis prohibitus est, dicente
eis domino, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos
populos ad terram quam dabo eis. Deinde narrantur peccata filiorum Israel commissa post ingres-
sum terræ Chanaan [NON disperdiderunt gentes] id est, habitatores terræ Chanaan non occiderūt
C in toto [QVAS dixit dominus illis] id est, quas dominus iussit occidi, earumque aras subuerti, neque
connubia, neque familiaritatem cum eis habere. Hoc frequenter præcepit filiis Israel, ne ex cohabita
tione pertraherentur ad idololatriam. Sed filii Israel ex auaritia permiserunt quosdam de gente hac
inter se morari, propter tributum quod eis soluebant. ℂ (33) ET commixti sunt] loco, corpore &
opere [INTER gentes] Chananæorum [ET didicerunt opera eorum] id est, ritum gētilitatis [ET
seruierunt sculptilibus eorum] scilicet Baalim & Astharoth, vt patet in lib. Iud. [ET factum est illis] Iudic. 2.
hoc idololatriæ scelus [IN scandalum] id est, magnam ruinā. ℂ (34) ET immolauerunt filios suos
& filias suas dæmoniis] qui in idolis colebantur. Quomodo autem eos immolauerint, subditur.
ℂ (35) ET effuderunt sanguinem innocentē] videlicet [SANGVINEM filiorū suorum & filiarum
suarum] qui propter ætatem infantilem nondum peccauerunt [QVAS sacrificauerunt] id est, obtu-
lerunt [SCVLPTILIBVS Chanaan] id est, simulachris Chananæorum. Quamuis alibi in histo.
Can. non legantur ista fecisse, credendum est tamen prophetæ hæc recitanti. ℂ (36) ET interfecta
est terra habitationis eorum] id est, habitatores terræ occisi sunt [IN sanguinibus] tam crudeliter fu
sis seu impie factis [ET contaminata est in operibus eorum] tam nefandis. Vel, interfecta est terra,
id est, homines isti terreni effundendo sanguinem innocentem spiritualiter occisi sunt, quoniam ani-
mas proprias vita gratiæ spoliauerunt, & contaminata est in operibus eorum, hoc est, ipsi in suis pec
D catis polluti sunt [ET fornicati sunt] id est, à deo per idololatriam recesserunt [IN adinuentionibus
suis] id est, in peccatis suis industriose commissis. Merito autem idololatria in sacra scriptura fornica
tio appellatur, quia per eam recedit anima à vero sponso suo, scilicet deo cui per fidem & charitatē
desponsatur, & à quo per gratiam ac dona sancti spiritus fœcundatur, quemadmodum dominus ait,
Sponsabo te mihi in fide. Quoniam vero hoc modo fornicati sunt filii Israel, ideo dicitur eis, Noli Osee. 2.
lætari Israel & noli exultare, quia fornicatus es à deo tuo. ℂ (37) ET iratus est furore dominus] id Osee. 9.
est vehementer iratus est, non per animi commotionem, sed vindictæ grauitatem [IN populū suum]
nomine, & non re [ET abominatus est hæreditatem suam] hoc est, filios Israel quos ipse specialiter
inuitauit atque vocauit, vt essent hæreditas eius, sed non obediendo facti sunt hæreditas dæmonis.
ℂ (38) ET tradidit eos in manus gentium] id est, protectionem & opem diuinā eis subtraxit, per-
mittens eos opprimi à Philistæis, Syris, ac aliis multis [ET dominati sunt eorū qui oderunt eos] Nā
sicut in lib. Iudic. scribitur, quibusdam seruierunt decem & octo annis, aliquibus lōgius, aliquibus bre Iudic. 3.
uius. Ecce quem deus relinquit, à quo deus subsidium tollit, inimicorum suorum seruituti subiicitur.
Prima quoque pœna culpæ est subtractio gratiæ. Secunda vero incursio dominationis malignæ.
ℂ (39) ET tribulauerunt eos inimici eorum] imponendo eis graues labores, magna tributa, ingen
tia damna, [ET humiliati sunt] filii Israel, id est, deiecti oppressi & victi. [SVB manibus eorum] id
est, sub potestate & persecutione aduersariorum suorum. Vel, humiliati sunt coram deo sub manibus

hostium quia ex grauitate persecutionum confessi sunt sua peccata, veniamque petebant, & emen- E
dationem spondebant,[SAEPE liberauit eos] deus de potestate infidelium populorũ, vt constat ex
Iudic.2. serie libri Iudicum, in quo scriptũ habetur, Cumque dominus iudices suscitaret, in diebus eorũ flecte-
batur misericordia & audiebat afflictorũ gemitus, & liberabat eos de cæde vastãtium. ❡ (40) IPSI
autem exacerbauerunt eum] hoc est, post liberationẽ suam à deo misericorditer factã, rursus reuersi
Ibidem. sunt ad pristina mala, & deũ offenderunt. Vnde in lib. Iudicũ dicitur, Cum mortuus esset iudex, fece-
runt multa maiora quàm patres eorũ, sequentes deos alienos non deseruerunt viam durissimam, per
quam ambulare consueuerant. Sic autẽ exacerbauerunt deum [IN consilio suo] quia ex malo eorum
consilio adinuentionibúsque vanissimis orta sunt tanta facinora [ET humiliati sunt in iniquitatibus
suis] id est, propter peccata sua ab hostibus oppressi & victi sunt, & etiam interdũ coram deo per pœ
nitentiã humiles facti. ❡ (41) ET vidit cũ tribularentur] id est, deus clementer aspexit eos, dũ tali-
ter affligerentur [ET audiuit orationẽ eorum] qua petebant ab aduersariorũ iugo liberari. ❡ (42)
ET memor fuit] per effectũ misericordiæ suæ, [TESTAMENTI sui] id est, fœderis seu promissio-
nis, qua prædixit frequenter per Mosen quod liberaret eos. quandocunque corde integro reuerteren
Deut.4. tur ad dominum deũ patrum suorum. Vnde in Deut. dictum est eis à Mose, Si ad cardines cœli fuerix
dissipatus, inde retrahet te dominus deus tuus, & assumet ac introducet in terram quam possederunt
Deut.30. patres tui. Et eodem Deut. lib. Cum quæsieris (inquit) dominũ deum tuum inuenies eũ, si taman to- F
to corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ [ET pœnituit eum] id est, per modum pœni
tentis se eis exhibuit, quia quos in direptionem, captiuitatemque dedit iterum pie eripuit [SECVN-
DVM multitudinem misericordiæ suæ] id est, secundũ quod ipse multum misericors est, & non pro-
Deut.9. pter virtutes eorum. Propter quod rursus in Deut. Moses ait, Ne dicas in corde tuo, Propter iustitiã
meam introduxit me dominus in terram hanc, cũ populus durissimæ ceruicis sis. ❡ (43) ET dedit
eos in misericordias] id est, suæ diuinæ pietatis effectus varios eis impendit [IN conspectu omnium
qui ceperant eos] quoniam illis videntibus atque per experientiam pœnæ, grauiter sæpe luentibus li
berauit filios Israel de potestate eorum. Postremo orat propheta pro populi sui liberatione, ac adiu-
uatione, seu reductione in terram patrum suorum. Et potest esse oratio ecclesiæ pro conuersione &
spirituali vnione fidelium. ❡ (44) SALVOS fac nos domine deus noster] ab omni periculo men-
tis & corporis & à malis præteritis, præsentibus & futuris [ET congrega nos de nationibus] id est,
ab infidelibus separa nos atque recollige, loco vel voto, quatenus separati à generatione peruersa ti-
Psalm.17 bi fideliter ministremus, ne cum peruersis peruertamur. ❡ (45) VT cõfiteamur nomini sancto tuo]
nostra mala & tua bona, nos accusando, teque laudando, & ita duplici confessione te venerando, vi-
delicet confessione tuæ laudis, & nostræ iniquitatis [ET gloriemur] spirituali iucunditate [IN lau- G
de tua] ita quod te laudemus delectabiliter atque feruenter, non pigre aut somnolenter. ❡ (46) BE
NEDICTVS] sit, id est, ab omnibus benedicatur, semperque laudatus sit [DOMINVS deus Israel, à
seculo & vsque in seculum] id est, per omnia secula [ET dicet omnis populus] in Christum credens,
non tantum Iudæi [FIAT fiat] id est, amen amen. In omni enim orbe terrarum consentiunt Chri-
stiani huic laudi diuinæ, dicentes, Fiat fiat. Porro multa in hoc Psalmo contenta, spiritualiter intelli-
gi possunt, quod est, Patres prædicti in AEgypto non intellexerunt mirabilia dei, nec memores fue-
runt multitudinis misericordiæ eius, significat quod multi (prohdolor) Christianorum in seculo isto
non aduertunt miracula Christi, nec opera eius sequuntur, nec recolunt beneficia eius, nec intellige-
re student mysteria saluatoris. Eductio quoque filiorum Israel de AEgypto præfigurauit conuersio-
nem gentium ad Christi fidem & cultum. Hæc nanque conuersio est spiritualis egressio de veteri vi-
2.Cor.6. ta atque consortio reproborum, de qua ait apostolus, Exite de medio eorum, & immundum ne teti-
geritis. Figurauit etiam ingressum religiosorum ad claustrum. Tunc enim AEgyptum, id est, mundũ
istum prorsus relinquunt, & dæmonum operibus plene renunciant. Demum mare rubrum signauit
baptismum Christi sanguine consecratum. Et sicut eundo per mare rubrum saluati sunt filii Israel de
Exod.14 seruitute AEgypti ac manu Pharaonis, sic fideles per fontem baptismatis liberantur à seruitute pec
cati ac potestate diaboli. Et sicut in mari rubro mergebantur AEgyptii, sic in baptismo.i. non susci-
piendo baptismũ spiritualiter pereunt infideles, quia baptizari cõtemnunt. Nisi enim qs renatus fue
Iohan.3. rit ex aqua & spiritu sancto, non potest videre regnum dei, vt apud Euang. Christus testatur. Manna H
Exod.16. quoque fuit typus sacramenti corporis & sanguinis Christi. Et sicut filii Israel post transitum maris
rubri manducauerunt manna, sic Christiani post regenerationem baptismi accipiunt Christi sacra-
1.Cor.10 menta. Hinc enim ait apostolus, Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube
fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes ean
dem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundẽ potum spiritalẽ biberunt. Biberunt autem de
spiritali, consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Hæc autem in figura facta sunt nostri. In-
super ex eo quod dictũ est, Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, monemur aduertere quàm enorme
sit seditionis ac rebellionis peccatum, atque ambitio dominandi. Expanescant igitur ex tam horren-
da dei vindicta, qui superiores suos contemnunt, qui remurmurant, qui obedire despiciunt, qui præ-
Lucæ.10. esse desiderant. Pensent quid Christus dicat prælatis suis vicariis, Qui vos audit, me audit: & qui vos
Exod.16. spernit, me spernit. Vnde in Exodo Moses rebellibus dixit, Non contra nos est murmur vestrum, sed
Num.16. contra dominum. Et alibi, Quid (inquit) est Aaron, vt murmuretis contra eum? Attendant etiam sa-
cerdotes carnaliter & indigne viuentes, qualiter flamma combussit peccatores, qui sibi officium sa-
1.Cor.11. cerdotale indigne vsurpauerunt. Nempe, vt ait Apostolus, quicunque manducauerit panem vel bibe
rit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Christi. Idcirco æterno igne cremabitur,

A cuius figura extitit flāma illa diuinitus missa Choritas cōsumens. Et mutauerunt gloriā suā in similitu
dinem vituli comedentis fœnū. His assimilantur, qui tota die circa phantasmata sua occupantur, non
contēplantes cœlestia, nec meditantes in lege diuina. Vnde Iohannes in 1. sua canonica exhortatur, 1.Iohā. 5.
Filioli custodite vos à simulachris. Preterea ex eo quod dictū est, Et dixit vt disperderet eos, si nō Mo-
ses electus eius stetisset in cōfractione in conspectu eius, vt aueteret irā eius. Discant aliorū rectores,
qui inter deū ac populū constituti sunt mediatores, pro grege sibi cōmisso instantissime, fidelissime,
ac feruentissime deprecari, nec amaro indiscretoq; zelo contra delinquētes moueri, sed compati: nec
tamen eos impunitos relinquere, sed in præsenti eos districte corripiant atq; flagellent, si fieri potest,
& prodesse cōspiciunt. Pensent qualiter Moses dixit, Aut dimitte populo hanc noxā, aut si non facis, Exod. 32
dele me de libro quē scripsisti. Hanc ergo boni pastores charitatē sequantur, & se vita ac prece me-
diatores exhibeant inter deū & sibi cōmissos, ne rei fiant dānationis eorū perpendantq; quod in Eze Ezec.22.
chiele asserit dñs, Quæsiui virū, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne
dissiparem eā: & non inueni: & effudi super eos indignationē meam. Sed & exemplo Phinehes mo- Num.25.
nentur deū amantes zelare pro deo suo contra peruersos, quemadmodū 3.libr. Reg. dicit Elias, Ze- 3. Reg.19
lo zelatus pro dño exercituū. Omnino nanque expediens est, delinquentes in hoc seculo castigari, ne
æternaliter pereant, vel ne in vitiis diutius perseuerent. Et sicut ait Chrysost. quāuis pium sit propriā
B iniuriā tolerare, impiū tamen est dei iniuriā dissimulare. Veruntamen sicut testatur apostolus, Æmu Roma.10
lationē dei quidē habent, sed non secundū scientiā, hi. s. qui propria vitia negligūt intueri, deplange-
re, corrigere, & vitare. Aliorū vero peccata amare diiudicant, sine cōpassione condēnant, nec aliorū
onera charitatiue supportant. Circa factū autē Phinehes sacerdotis hortatur Hierony. quēlibet Chri
sti sacerdotem aliorum rectorē dicēdo. Hoc diligēter ausculta sacerdos, cui animæ cōmendatæ sunt.
Euagina gladiū verbi dei, interime fornicationē, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra
in omni patientia, & doctrina vt tibi reputetur ad iustitiā. Vnde in Leuit. dñs sacerdotibus ait, Habea 1. Tim.4
tis scientiā discernendi inter sanctū & prophanū, doceatisque filios Israel omnia legitima mea. Præ- Leuit. 10.
terea ex eo quod dictū est, pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, curandum est nobis ne Chri
sti promissa paruipendamus, ne terrā viuentium, ne regnū cœlorum, ne beatitudinem sempiternam
propter huius mundi amorem, tēporalem honorē, vilem carnis delectationē, aut momentaneæ vitæ
huius cōplacentiam, miserabiliter, irrecuperabiliterq; perdamus. Sed cum diuino Apostolo illud ad
Philippenses veraciter proferamus, Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam. Postremo Philip. 3.
ex eo quod dictū est, Et vidit cū tribularentur, & audiuit orationem eorum, pensemus inæstimabilia
viscera infinitæ clementiæ piissimi dei, atque in omni angustia ad eum cū plena fiducia recurramus,
dicentes, Peccauimus cū patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Et tunc vtique pœni-
C tebit eum, secundū multitudinē misericordiæ suæ: dolebitque (sicut ait scriptura) super miseriis no- Abac.3.
stris, & propitius erit. Ex eo autem quod dictū est, Et cōmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera
eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, monemur aduertere quàm periculosum atque nociuū sit fa-
muli Christi, & maxime religiosis ac solitariis cum secularibus hominibus conuersari, mundi rumo
res inquirere, facta seculi recogitare. Hæc nanque cordis puritatem inficiunt, stabilitatem animi in-
terrumpunt, diuinam charitatem vehementer dirimunt, solitudinem in horrorem ac nauseam ver-
tunt, seculi falsam dilectionē gignunt ac nutriunt. Summe igitur nobis Carthusiensibus vitanda sunt 1.Cor.1.
ista, si digne conuersari optamus vocatione, qua nos spiritus sanctus vocauit.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CVI.

EXPOSITIO Tituli.

PSalmi insuper iam tractandi titulus in verbis ac sensu, idem est cum titulo Psalmi præcedentis.
Nam titulus eius est, Alleluia, alleluia. Materia autem Psalmi præsentis, secundum Augustinū, Psal. 105.
est gratiarum actio pro vniuersali redemptione generis humani, facta per Christum, quam san
ctus Dauid spiritu reuelante cognouit. Alii vero grosse procedentes affirmant, quod Psalmus iste sit
D gratiarum actio seu inuitatio ad gratiarum actionem aliquorum Iudæorum à diuersis malis liberato-
rum, & ex omni parte mundi diuinitus ereptorum à locis seu periculis in quibus fuerunt. Sed quoniā
prima expositio longe conuenientior est, subtilior, atque deuotior & textui cōsona, ideo ei prius prin
cipaliúsque immorandum videtur. Alia vero forsitan tangetur. Inuitans igitur sanctus propheta ho-
mines omnes ad Christi laudem pro omnibus beneficiis eius, ait.

PRECATIO.

*Te domine præcipiente sileant fluctus tempestatum vitæ nostræ, & statue procellam nostram in auram tranquillitatis & letitiæ: ut in portum salutis te gubernatore deducti, nos misericordiæ tuæ opera confiteamur tibi.*

EXPOSITIO Psalmi literalis.

CONFITEMINI dño, qm̄ bonus, qm̄ in seculum misericordia eius] Versicu
lus iste in expositione psalmi præcedentis, qui sic incipit sicut & iste, satis expo Psal.105.
situs est. (2) DICANT] ad quod versus præcedens hortatur, id est, domi-
num laudent [QVI redempti sunt à domino] id est, quos Christus sua incarna
tione ac passione redemit. Iuxta illud ad Ephesios, Christus dilexit nos, & tra-
didit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.
De quo in Apoc. ait Iohan. Christus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris Ephe.1.
in sanguine suo [QVOS redemit de manu inimici] hoc est, de potestate & ca- Apoc.1.

Iohan.12 priuitate diaboli. Propter quod in Euangelio ait, Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras. Et apud E
Ose.13. Ose. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Vnde apud Mat. angelus dixit de Chri-
Matth.1. sto, Ipse saluū faciet populum suū à peccatis eorum [DE regionibus] id est, omnibus terminis mundi, seu quatuor plagis terræ [CONGREGAVIT eos] non motu locali, sed cōuersione spirituali, nō in eundem corporeū locum, sed in vnam fidem, in vnam ecclesiam, in cultū eundem. De hac nanque
Iohan.12 spirituali congregatione credentiū, per apostolos atq; eorū cooperatores facta scriptum est in Iohā. Iesus moriturus erat pro gente: & non solū pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret
Esaiæ.66 in vnum. Et apud prophet. Mittā ex eis qui saluati fuerint, & adducēt omnes fratres vestros ad montem sanctū meum, id est, ad ecclesiam militantem. Congregauit autem eos non solum ab vno latere mundi, sed. ¶ (3) A SOLIS ortu & occasu] id est, ab oriente & ab occidente [AB aquilone & mari] id est, à parte aquilonari & australi. Per mare enim auster exprimitur, quoniam flat versus oceanum, qui mare vocatur, quia cæteris aquarū congregationibus maior est. Christus ergo ex omnibus
Mar.16 partibus mundi collegit credentes. Propter quod in Marco apostolis dicit, Euntes in mundū vniuersum, prædicate euangeliū omni creaturæ. Hoc quoque in Esaia de Christo inducitur, Videbunt gen-
Esaiæ.61. tes iustum tuum, & cuncti reges inclytū tuum: quod impleri non poterat nisi in omnibus regionibus fides Christi annunciaretur. ¶ (4) ERRAVERVNT] credentes antequā conuerterentur ad dūm [IN solitudine] .i. in mundo isto à gratia dei relicto, quod intelligendū est de mundo dānationis, & F societate angelorū priuato dicentū illud, Curauimus Babylonē, & nō est curata. Derelinquamus eā
Ierem.31. [IN inaquoso] .i. in infidelitate seu arido corde, non habente rorē gratiæ salutaris, nec pluuiā instructionis cœlestis [VIAM ciuitatis habitaculi] .i. rectū iter perueniendi ad supernā Ierusalem, ad habitationē beatorū, ad patriā electorum [NON inuenerunt] potestate humana aut lumine naturali. Hęc enim via est fides catholica, quia secundum Apost. accedentem ad deū oportet credere. Fidem vero
Hebr.12. homo sine supernaturali adiutorio adipisci, seu inuenire non potuit. Potest quoque per viā hanc intelligi conuersatio bona seu obseruatio præceptorum, quæ sine gratia haberi non potest, quemadmodum Iere. hoc clare testatur, Scio domine, quia nō est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gres-
Ierem.10. sus suos. Idcirco semper quærenda est nobis hæc via à deo, ab angelis sanctis animarum nostrarū custodibus, à doctoribus, melioribus ac superioribus nostris, ne deuiemus in isto exilio. Hinc enim rursus in Ieremia habetur, Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea. ¶ (5) ESVRIENTES &
Ierem.6. sitientes] .i. beatitudinē appetentes, quam omnes naturaliter appetunt. Vel, esurientes & sitientes, iustitiam naturalē, quā multi gentiliū intantū optabant, vt se propter eā morti exponerent. Vel, esuriētes & sitientes felicitatē, in bonis terrenis sensibilibus & caducis, in quibus multi summū hominis bonū posuerunt, vt scribit Boetius. Vel, esurientes & sitientes, iustitiā legis diuinæ, & prædicationem euan G gelii postquam fidē receperunt, [ANIMA eorum in ipsis defecit] id est, appetitū huius famis & sitis ad effectū perducere non valebant propria potestate, sed gratia indigebant. Vel, anima eorū in ipsis defecit, quoniā licet secundū aliquem modum esuriem suam ac sitim ad actū perduxerunt, acquirendo naturalem iustitiam seu temporaliū rerum copiam, non tamen sufficit hoc eis ad veram salutem. Propterea vani & vacui permanserunt. ¶ (6) ET clamauerunt ad dominum] pro auxilio gratiæ eius [CVM tribularentur] id est, affligerentur in animo, eo quod optatam perfectionem adipisci non possent, sed tentationibus vincerentur, concupiscentiis quoque succumberent, quod est studiosis tan
Roma.7. ta afflictio mentis, vt ex eorū persona dicat apostolus ad Romanos, Inuenio alteram legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum. Idcirco nunc additur [ET de necessitatibus eorū eripuit eos] hoc est, de malis seu vitiis atq; periculis, à quibus propria virtute liberari non poterant, liberati sunt gratia dei, quæ eos illuminauit ad fidē, sine qua nullus adultus vtens ratiōe, sine mortali peccato viuere potest. Quia
Rom.14. secundum apostolum, quicquid non est ex fide, peccatum est. Tamen nec fidem, nec gratiam habere quis potest, nisi à deo. Gentes ergo quàm diu luce fidei priuabantur, gratiaque carebant indesinenter seu nimis frequenter peccabant. ¶ (7) ET deduxit eos in viam rectam] id est, per prædicationem apostolorum & aliorum doctorum conuertit corda eorū ad fidem catholicam, quæ est via ad visionē
Iohan.14 dei per speciem. Vel, in viam rectam, id est, Christum, qui in Euang. Iohan. ait, Ego sum via, veritas, H & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Vel, in viam rectam, hoc est, bonā cōuersationem seu præ-
Matth.19 ceptorum custodiam, sine qua nemo saluatur: iuxta illud Matth. Si vis ingredi ad vitam, serua mādata [VT irent in ciuitatem habitationis] id est, in patriam beatorū, quam debemus quotidie ingredi,
Hebr.4. contemplatione ac voto, quatenus finita hac vita intremus eam realiter. Vnde ad Hebr. apostolus, Festinemus, inquit, ingredi in illam requiem. ¶ (8) CONFITEANTVR domino misericordiæ eius] id est, beneficia pietatis diuinæ, seu effectus misericordiæ dei hominibus præstita, inducant eos ad confitendū domino confessione laudis & gratiarum actionis [ET mirabilia eius filiis hominum] hoe est, hominibus exhibita, seu pro hominibus facta prouocent eos ad confitendum domino modo iam dicto. Debemus enim omnia bona deo ascribere, eumque pro cunctis laudare, amare ac venerari. Misericordiæ dei sunt, quod nos ad fidem vocauit, longanimiter expectauit, pie conuertit, gratis iu
Luc.1.2. stificauit, proficere fecit, in bono conseruauit. Mirabilia eius sunt, quod propter nos incarnatus est,
Baru.3. in mundo conuersatus, pro hominibus passus, quod resurrexit, ascendit, spiritum sanctum paracletū misit, per seipsum suosque ministros infinita miracula operari dignatus est. ¶ (9) QVIA satiauit animam inanem, & animā esurientem satiauit bonis] singulare ponit pro plurali. Satiauit enim Christus animas olim idololatriæ deditas, ac per hoc ab omni gratia vacuas, spiritalibus donis, videlicet

A fide,ſpe,charitate,donis ſpiritus ſancti,gratia multiformi.Sic etiam animas peccatorum,quæ inanes
vanæ ac vacuæ ſunt quàm diu vitiis ſeruiunt,ſatiat Chriſtus dũ ad pœnitentiam cõuertuntur.Et ani-
mam eſurientem.i.vehemẽter appetentem deo coniungi,deo placere, iuſte conuerſari, ſatiauit bonis
optatis,dando ei quotidianum in ſpũalibus diuitiis incrementũ.Habenti enim dabitur & abundabit. Mat.25.
Has animas ſeu homines tales ſatiat Chriſtus, nunc inchoatiue & ſecundum modum ac ſtatum vitæ
præſentis,non tamen ſatiat eas ſimpliciter,ſed in patria ſatiat eas perfecte, plene ac abſolute,ſicut ſu
perius dictum eſt,Satiabor cum apparuerit gloria tua.Hinc etiam ſcriptũ eſt in Matth.Beati qui eſu Pſalm. 16
riunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabuntur.Quantum enim anima eſurit,cupit ſeu vult, tan Matth. 5.
tum recipit à deo,tam de gratia in præſenti quàm de gloria in futuro,dummodo vere,pure, efficaci-
ter,rationabiliter atque inſtanter deſideret.Deus namque vniuerſis infundit ſecundum quod ſe præ-
parant,& capaces exiſtunt.Præparatio autem ſeu capacitas iſta in voluntate conſiſtit,quoniã deſide-
rium aperit voluntatem ad recipiendum quod amat. Idcirco deus ſingulis influit quantũ deſiderant,
deſiderio puro,efficaci ac ſtabili.Eſt autem deſiderium purum,quando alieno affectui, ſcilicet terre-
no aut carnali amori,non commiſcetur & efficax,dum quicquid valet, pro adoptione boni deſidera-
ti exequitur.Hinc quippe in libro Iob inducitur,Si direxerit homo ad deum cor ſuum,ſpiritum illius Iob.34
B & flatum ad ſe trahet.Et apud Ierem.Quis eſt iſte qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi,ait Ierem.30
dominus?Quod autem animam inanem ac eſurientem deus ſic ſatiet,Eſaias fatetur,Deus ſempiter- Eſa. 40.
nus dominus dat laſſo virtutem, & robur his qui non ſunt multiplicat. Secundum Aurelium Augu-
ſtinum in pſalmo præſenti tangũtur quatuor tentationes ſeu quatuor mala, à quibus nos eripit Chri
ſtus.Primum malum ſeu prima tentatio eſt,deuiatio in hoc mũdo à deo,ſpiritualiſque fames & men-
tis inopia : à quibus per Chriſtum eripimur, dum in rectam viam perueniendi ad deum deducimur
& ſpiritualiter ſatiamur . Secundum malum ſeu ſecunda tentatio eſt , difficultas ſuperandi concu-
piſcentias,propter conſuetudinem malam & impetum paſsionum:ſic laborantes adiuuat Chriſtus.
Tertia,eſt tentatio tædii,torporis ſeu acediæ,dum homo ſpiritualem laborem faſtidit, & opera bona
aggredi differt & horret:hunc Chriſtus per gratiam excitat & inflammat . Quarta, eſt difficultas in
bene agendo propter varia impedimenta occurrentia, quæ ſunt velut procellæ ac tempeſtates atque
diſcrimina huius maris magni , hoc eſt, mundi iſtius , in quo famulo Chriſti mille impedimenta in-
quietudinéſque occurrunt,retrahentes à deo.Ab hoc malo ſaluat nos Chriſtus , mitigando per gra-
tiam difficultates huiuſmodi,cõferendo videlicet pacem internam, ſtabilemque quietem inter omnia
turbulenta vitæ præſentis negotia . Hucúſque ergo egit propheta de liberatione à primo malo, ſeu
C prima tentatione . Nunc agit de ereptione à malo ſecundo . ❨(10) SEDENTES in tenebris &
vmbra mortis vinctos in mendicitate & ferro] hoc eſt,hos quos Chriſtus ſatiauit ac liberauit qui ſe-
derunt aut ſedent in tenebris infidelitatis aut ignorãtiæ:& vmbra mortis,hoc eſt, vita maligna,quæ
eſt imago mortis æternæ: vinctos,iugo peccati ac ſeruitute diaboli: in mendicitate, hoc eſt, in penu-
ria totius ſpiritualis boni:& ferro,id eſt,conſuetudine vitioſa,quæ tam fortiter ligat hominem in pec
cato,quam fortiter ligat catena corpus in neruo. Quod autem Chriſtus hos redimat in Eſaia oſten- Eſa.42.
ditur,vbi deus pater ait ad Chriſtum,Ego dominus vocaui te in iuſtitia , & dedi te in fœdus popu-
li,in lucem gentium,vt aperires oculos cæcorum,& deduceres de concluſione vinctum,de domo car
ceris ſedentes in tenebris.Vnde in Euangelio Zacharias clamat ad Chriſtum,Illuminare his, qui in Lucæ.1.
tenebris & in vmbra mortis ſedẽt.Cur autẽ homines tãta mala incurrerint,ſubditur. ❨(11) QVIA
exacerbauerunt].i.acerba & fugiẽda æſtimauerunt [ELOQVIA dei] obedire nolentes. Vel,exacer-
bauerunt eloquia dei.i.deum per ſcripturas ac prædicationem ſeruorum ſuorum, legemque natura-
lem in cordibus omnium ſcriptam,eis loquentem ad iracundiam prouocauerunt [ET conſiliũ altiſ-
ſimi].i.exhortationem diuinam [IRRITAVERVNT].i.irritam fecerunt, atque ſpreuerunt,idolo-
latriam aliaq; peccata nolentes relinquere.prout in Zacharia dñs ait,Noluerunt attendere, & auer- Zach.9.
terunt ſcapulas recedentes:cor ſuum poſuerunt vt adamantẽ ne audirent legẽ. ❨(12) ET humilia-
tum eſt].i.vile factum,confuſum,dæmonique ſubiectum [IN laboribus] operũ malignorum [COR
eorum] Vnde in libro Sapientiæ dicunt,Laſſati ſumus in via iniquitatis, & ambulauimus vias diffici Sapien.5.
D les.Peccatori nanque dedit deus afflictionẽ & curam ſuperfluam, vt Eccleſiaſtes teſtatur [INFIR- Eccleſ. 2.
MATI ſunt] corde,non potentes à diaboli laqueis reſipiſcere propria poteſtate [NEC fuit qui ad-
iuuaret] niſi deus,qui per Oſee teſtatur,Ego dñs,ſaluator non eſt præter me:propterea. ❨(13) ET Oſee.12.
clamauerunt ad dominũ cum tribularentur] quatenus adiutorium eis rependeret,quod & fecit,quia,
[ET de neceſsitatibus eorum].i.prædictis periculis [LIBERAVIT eos] ſicut ſubiungitur. ❨(14)
ET eduxit eos de tenebris] infidelitatis & ignorantię [ET vmbra mortis] hoc eſt,priſtina conuerſa
tione maligna [ET vincula eorũ] hoc eſt,oblationes vitiorum,quibus à dęmone capti fuerunt [DI-
RVPIT] ignoſcendo eorũ peccatis,& transferendo eos in regnũ atque hæreditatem patris cæleſtis.
Hinc enim per Eſaiã Chriſtus ait, Deducã cęcos in viã quam neſciunt, & in ſemitis quas ignoraue-
runt ambulare eos faciã.Et prima Petri Canonica habetur,Redempti eſtis de vana veſtra conuerſa- Eſa.42.
tione,prætioſo ſanguine agni immaculati.Dirũpit autẽ Chriſtus vincula peccatorũ , prout in prima 1.Petr.1.
Iohannis epiſtola ſcriptũ eſt,In hoc apparuit filius dei,vt diſſoluat opera diaboli.Propter tãta igitur 1.Iohã. 4
beneficia. ❨(15) CONFITEANTVR dño miſericordiæ eius &c.] ſecũdũ ſenſum expoſitũ. Aduer
tendũ quoq; quod hi duo verſus,Et clamauerũt ad dñm,cũ tribularetur,&c.Et cõfiteãtur dño miſeri
cordiæ eius,quatuor vicibus repetũtur,ſecundũ quod quatuor tẽtationes in pſalmo hoc deſcribũtur,
à qbus diuinitus liberamur,& pro quarũ liberatione dño regratiari tenemur. ❨(16) QVIA cõtriuit
portas ęreas].i.habit⁹ malos,ſeu vitia in anima radicata ex cõſuetudine praua,dñs extirpauit de cor-

de credentium [ET vectes ferreos] quibus portæ muniri solent, hoc est propriarum culparum axcu- E
sationes [CONFREGIT] id est, à fidelibus abstulit, ita quod non defendunt seipsos, sed culpam suã
humiliter recognoscunt. Per hæc nanque metalla designantur peccata durissima, à quorum vinculis
Esa. 48. anima difficilime soluitur. Vnde in vitiis habituato dicitur per Esaiam, Scio quia durus es tu, & ner-
uus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea dicit dominus. Sicut autem portæ vecte clauduntur, ne qui
intus est, egrediatur: sic per excusationẽ peccati, anima claudit os suum à confessione salubri, & pec-
cata intus latentia non aperiuntur neque sanantur. ¶ (17) SVSCEPIT eos] ad pœnitentiam salu-
tarem ac pristinam amicitiam [DE VIA iniquitatis eorum] id est, de via ac vita eorum iniqua, secun
Ierem. 3. dum quod per Ieremiam repromittit, Reuertere ad me, & non auertam faciem meam [PROPTER
iniustitias enim suas humiliati sunt] id est, propter culpas suas puniti sunt. Vel, propter iniustitias su
as, id est, ex consideratione peccatorum suorum, humiliati sunt coram te, confitentes se omni pœna
condignos propter suos excessus. Deinde describitur tertium malum quod est fastidium boni.
¶ (81) OMNEM escam] spiritalem, id est, omnem bonam operationem quæ mentem in vita gratię
conseruat, alit, ac perficit [ABOMINATA est anima eorum] ex tẽtatione acediæ, ex defectu feruo-
ris in deo, & torporis ignauia. & appropinquauerunt vsque ad portas mortis] id est, pene consense-
runt huic fastidio, sicq; mortalibus peccatis, quæ sunt portæ mortis atq; inferni, appropinquauerũt.
Si enim ex tali abominatione operis boni, neglexissent mãdata dei, peccassent mortaliter & ingressi F
fuissent portas mortis spiritualis, æternalis, ac infernalis, sed diuinitus præseruati sunt ne eas intra-
rent. Nam. ¶ (19) ET clamauerunt ad dominum] pro infusione sanctæ deuotionis [CVM tribula-
rentur] hoc est, cordialiter affligerẽtur ex tali torpore [ET de necessitatibus eorum].i. prædictis an-
gustiis [LIBERAVIT eos] fortitudinem, charitatisq; feruorẽ excitãdo in ipsis. ¶ (20) MISIT]
Iohan. 1. deus pater [VERBVM suum].i. filium suũ vnigenitũ, de quo scriptum est. In principio erat verbum.
Ibidem. Hunc misit per incarnationem in mundũ: iuxta illud. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis
[ET sanauit eos] à vulneribus animæ [ET eripuit eos de interitionibus eorum].i. à peccatis quibus
Ezec. 18 moritur anima, prout in Ezechiele asseritur. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Hinc enim in. 1.
1. Ioh. 4. Iohan. canon. ait scriptura, Pater misit filium suũ saluatorem mundi. Vel, deus misit verbum suum.i.
effectum verbi sui, videlicet gratiã. Vel, verbũ, hoc est prædicationem verbi cælestis, qua anima infir-
Sapiẽ. 16. ma sanatur. Quemadmodũ in lib. Sapientiæ scriptũ est, Sermo tuus dñe sanat omnia. ¶ (21) CON-
FITEANTVR dño misericordiæ eius] sicut iam dictũ est. ¶ (22) ET sacrificẽt] filii hominũ [SA-
Psalm. 25 CRIFICIVM laudis] dño qui bonorũ nostrorũ non eget, sed humili laude & spũali sacrificio dele-
Psal. 49. ctatur magis, quam omnibus holocaustis veteris legis. Vnde superius dixit, Sacrificiũ laudis honorifi
cabit me [ET annuntient].i. aliis prędicent, vel apud se recitent [OPERA eius].i. mirabilia Christi,
beneficia. s. & misericordias eius [IN exultatione].i. cũ spirituali lætitia ex diuina charitate manante.
Qui enim diligit deũ in annuntiatione operũ eius cordetenus gloriatur, sicut superius dictũ est. Exul G
Psal. 70 tabunt labia mea, cum cantauero tibi. ¶ (23) QVI descendunt mare] hoc est, qui ab exercitiis con
templatiuæ vitæ se deponunt ad opera vitæ actiuæ, consulendo saluti proximorum, & mare, hoc est,
mundũ intrantes, seu homines accedẽtes [FACIENTES operationem] hoc est, piã exhortationẽ,
diligentem inquisitionẽ, iustam correctionẽ [IN aquis multis].i. in populis plurimis. Aquę enim mul
Apoc. 17 tæ, populi sunt, secundũ Iohannem in Apocalypsi. Boni nanque pastores, & aliorum cultores multas
adhibent operationes subiectis, quatenus eos purgent, illuminent, atque perficiant. ¶ (24) IPSI]
prelati & contemplatiui sic descendẽtes [VIDERVNT] oculo fidei [OPERA dñi].i. facta Christi
in euangelio clare digesta, seu omnia opera creatoris in sacris scripturis expressa [ET mirabilia eius]
spiritualiter viderunt [IN profundo].i. in alto intellectu per quem historialia mystice intellexerunt.
Sicut ꝙ connubium Salomonis cum filia Pharaonis, significauit desponsationem ecclesiæ ex gentili-
bus congregatę cum Christo, & venditio Iosephi Christi venditionem. Ionæ quoque in ventre ceti
triduana permansio Christi sepulturam præfigurauit. Vel, viderunt mirabilia dei in profundo, id est,
in secreto cordis humani, quod dicitur profundum, quia est inscrutabile: iuxta illud in Ierem. Prauum
est cor hominis, & inscrutabile: & in hoc profundo vident pastores mirabilia dei, quando ad exhor-
tationem eorum corda dura in lachrymas resoluuntur. Animæ spiritualiter mortuæ ad vitam gratiæ
suscitantur, peccatores indurati ad pœnitentiam conuertuntur, incontinentes, & qui interdum vix
modico tempore poterant continere, tota vita sua continentiam seruant, superbi humiles fiunt, ira-
cundi mitescunt. Hæc sunt mirabilia dei, quia secundum Augustinum, maior est impii iustificatio H
quàm mundi creatio. Consequenter describitur periculum seu tentatio tẽpestatis. ¶ (25) DIXIT]
deus, cuius dicere est facere [ET stetit] id est, stabilis fuit atque inualuit [SPIRITVS procellæ] id
est, persecutio tyrannica in fideles, seu tentatio grauis. Hanc procellam deus dixit, id est, permisit es-
se ad maius meritum electorum suorum [ET exaltati] hoc est, firmati & aucti [SVNT fluctus eius]
id est, motus persecutionum istarum, quoniam dum deus permittit, augentur tribulationes iusto-
rum, & inualescit crudelitas peruersorum. ¶ (26) ASCENDVNT vsque ad cælos] id est, perse-
cutores & tentatores eriguntur in altum contra deum omnipotentem, crudelitásque eorum atque
peruersitas propter magnitudinem suam penetrat cælos, quoniam prouocat deum ad vehementem
vindictam. Vnde secundo Paralip. filiis Israel dicitur, Crudelitas vestra vsque ad cælos peruenit,
[ET DESCENDVNT vsque ad abyssos] id est, turpiter & carnaliter viuunt, & tandem defi-
ciunt, & in infernum labuntur. Vel, descendunt vsque ad abyssos, id est, quantum se contra
Ioh. 21. deum extollunt, tantum humiliantur à deo, ac pereunt. Iuxta illud in libro Iob, Si ascen-
derit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine per-

A detur. Vnde in Esaia dicitur superbo, qui supra astra cæli solium suum exaltare molitus est. Veruntamen in infernum detraheris in profundum laci [ANIMA eorum in malis tabescebat] id est, in propriis peccatis contabuit, aruit, & defecit, quemadmodum Ierem. fatetur. Vnusquisq; in iniquitatibus suis tabescet. Et iterum, Omnis qui comederit vuam acerbam, obstupescent dētes eius. Qui enim alii nocumentum inferre conatur, primo seipsum interimit, & vniuscuiusque malitia in seipsum redundat. Propter quod in prouerbiorum libro Salomon fassus est, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Vel, Ascendunt vsque ad cælos, id est, fideles tam dire afflicti orando & contemplando cælos ascendunt, vsque ad Christum, quatenus ex consideratione præmiorum cælestium facilius omnia patiantur. Nam cōsideratio præmii minuit vim flagelli. Et descendunt vsque ad abyssos. i. post tantam contemplationem ex gratia acquisitam, iterum ex humana fragilitate cadunt ad cogitationes carnales, ad phantasmata inutilia, ad occupationes indignas. Nam & Paulus post raptum passus est stimulum carnis. Hoc autem deus permittit, vt homo perpendat quid habeat ex seipso, quid item ex deo. Vel descendunt vsque ad abyssos, considerando tormenta inferni, ex quorum consideratione tolerabilia fiunt omnia mundi supplicia. Anima eorum, sic afflictorum, in malis, hoc est, in pœnis & culpis, quibus vndique circundantur homines in hac misera vita, in qua iu- Esa. 14.

B stus septies cadit in die, tabescebat, id est, tædio atque tristitia affecta & languens effecta est, sicut in Threnis ait Ieremias, Propterea in dolore mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri. ¶ (27) TVRBATI sunt] animo [ET moti sunt] à recto iudicio rationis [SICVT ebrius] sequendo impetus passionum, atque irrationabiles motus [ET omnis sapiētia eorum] quam tempore tranquillitatis videbantur habere [DEVORATA est] tempore persecutionis seu tentationis, ita quod actus rationis passioni succubuit, & insipientia eorum sapientiæ actum impediuit. Multi nanque tempore pacis, quietis, prosperitatis & iucunditatis, virtuosi ac sapientes apparent. Sed dum aduersitas, inquietudo & tribulatio eis superuenit, superantur, ratio cadit, sensualitas dominatur, virtus succumbit, & vitia præualent. Vnde & Christus de quibusdam ait in euangelio, Hi radices nō habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et rursus alio in loco ait de eo, qui nō facit qđ scit esse agēdū, sed ex passione aut persecutiōe cadit à medio rationis, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam. Venerunt flumina, flauerunt venti, & cecidit, fuitque ruina eius magna. Hæc autē præcipue iā dicuntur de rectoribus aliorū, qui propter varias causas atq; negotia subditorúmque imperfectionem cadere solent à fortitudine mentis & recto iudicio rationis, iræ & impatientiæ motum admittentes. Talibus ergo præsertim, imo omnibus nobis orandum est: Lucæ. 8. Matth. 7. Psalm. 50

C vt deus cor nostrum quotidie in ipso confirmet, ne in aduersis, atque turbulentiis aliorum frangatur, quia vt ait Apostolus ad Hebræos, Optimum est gratia stabiliri cor. Inhonestum nanque ac turpe est viro erudito, & maxime aliorum rectori, in aduersis deficere. Propter quod in libro Iob dicitur ei, qui videbatur propter aduersa turbatus, Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? ¶ (28) ET clamauerunt ad dominum] qui vt propheta Naum testatur, Increpat mare, & exiccat illud [CVM tribularentur] tantis aduersis, dicentes cum Petro, Domine salua nos, perimus. Nec frustra: nam [ET DE necessitatibus eorum] id est, prædictis periculis [EDVXIT eos] Non enim sinit nos tentari supra id quod possumus. ¶ (29) ET STATVIT procellam eius] hoc est, strepitum persecutionis, asperitatem aduersitatis, & motum tentationis mutauit [IN AVRAM] id est, ventum leniter flantem, ita quod aduersitatem mitigauit, & tranquillitatis serenitatem mēti infudit. Non tamen tentationem penitus abstulit, quia (vt ait Augustinus) perseuera vsque in finem, quoniam tentatio perseuerat vsque in finem. Sic ergo petamus vnam auferri, vt aliam præstolemur [ET siluerunt fluctus eius] hoc est, impugnationes tentationum cessauerunt ad tempus. Hebr. 13. Iob. 5. Naum. 1. Matth. 8. 1. Cor. 10

¶ (30) ET lætati sunt] in domino homines exonerati à iugo tentationum. Vnde in libro Tobiæ scriptum est, Non delectaris domine in perditionibus nostris, quia post tempestatē tranquillū facis, & post fletum exultationē infundis. Et lætati sunt, gloriantes in dño de sua liberatione [QVIA siluerunt] fluctus persecutionū istarum. Hinc nanq; Tobias sanatus ait, Benedico te dñe, quoniā tu castigasti me, & tu sanasti me. Apostolus quoq;. Benedictus deus, qui consolatur nos in omni tribulatione Tob. 3. Tob. 11. 2. Cor. 1.

D nostra [ET deduxit eos in portum voluntatis eorum] hoc est, in pacem omnibus mortalibus desideratam, in perfectionē optatam, ad conscientiæ securitatē, ad tranquillitatē dulcissimam, & post huius vitæ decursum ad patriā electorū, Qui enim aduersa fortiter tolerat, & tristibus causis Christo fidelis ac stabilis permanet, ad hunc portū pacis ac cōsolationis perduci meretur. Propter quod dicit saluator discipulis. Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Et Apost. ad Corint. ait, Scitote, qm̄ sicut socii passionū estis, sic eritis & cōsolationis. Itemq;, Sicut abundant passiones Christi in nobis: ita per Christū abundat consolatio nostra. ¶ (31) CONFITEANTVR dño misericordiæ eius, &c.] eo quod post tantā persecutionem, tantam pacem largitus sit. [ET EXALTENT eum]. i. magnifice verbo & opere eū honorent [IN ecclesia plebis]. i. in congregatione fideliū [ET in cathedra seniorū] hoc est, in loco ac sede superiorum [LAVDENT eum] qui sedent in cathedra tali. Vult ergo propheta, vt omnes deum vnanimiter laudent magni, & parui, superiores & inferiores, quemadmodum in Apocal. dicitur, Laudem dicite deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum pusilli & magni. Et Apostolus ad Romanos. Deus patientiæ & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secūdum Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis deum. ¶ (32) POSVIT flumina in desertum]. i. deus fluenta gratiæ atq; doctrinæ in corda gentiliū deriuauit. Gentilitas nanque desertum vocatur: iuxta illud Esa. Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo. Demum dum deus mentem nostram cælitus gratia sua Iohan. 16 2. Cor. 1. Ibidem. Apoc. 19. Roma. 16 Esa. 34.

Iohan. 9. perfundit,flumina ponit in desertum [ET exitus aquarum] id est, synagogam Iudæorum quæ aliis B
pluuiam prædicationis influere consueuit, posuit [IN SITIM] quooiam propter incredulitatem
ipsorum priuati sunt vera sapientia Christi. Et huic simile est quod Christus testatur, In iudicium
ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant, In Christi nanque
Esa.52. aduentu cæpit Iudæa excæcari quæ ante videbat. Gentilitas quoque illuminari,quæ ante caligebat.
Nam quem Iudæi futurum credebant. præsentem non nouerant. Gentiles vero per prædicationem
Christi & apostolorum radio sapientiæ illustrati sunt:ideoque in Esaia habetur. Quibus non est nar
ratum de eo viderunt, & qui non audierunt contemplati sunt. Posuit etiam deus. ℂ(33) TERRAM fructiferam in salsuginem] id est,Iudæam seu synagogam olim doctrina & vita fœcundam fe-
cit siccam & sterilem,abstrahendo à populo Iudæorum gratiæ infusionem,quemadmodum in Osee
vaticinio inducitur Radix eorum exiccata est,fructum nequaquam facient. Hoc autem fecit [AMA
Ibidem. LITIA inhabitantium in ea] id est,propter peccata populi huius. Secundum quod rursus Osee te-
Iere.18. statur. Abiiciet eos dominus deus meus,quia non audierunt vocem eius. Et per Ieremiam dominus
ait,Conputrescere faciam superbiam populi huius pessimi, qui nolunt audire verba mea, & ambu-
lant in prauitate cordis sui. ℂ(35) POSVIT desertum] hoc est, gentilitatem [IN stagna aqua-
rum] id est,in stabilem exuberantiam spiritualium gratiarum atq; cælestium doctrinarum. Nam vbi
Roma. 5. abundauit iniqnitas,superabundauit & gratia [ET TERRAM sine aqua] id est, gentes quondam F
sine diuina illuminatione & gratia existcotes posuit [IN exitus aquarum] id est, tam copiosam gra-
tiam eis per prædicationem apostolorum infudit,quod etiam ipsi alios docere atque conuertere po-
Ephe.2. tuerunt. Vnde ad Ephesios Apostolus, Reuelatum est (inquit) sanctis apostolis & prophetis in spi-
ritu,esse gentes cohæredes,& concorporales promissionis dei in Christo Iesu. ℂ(36) ET COLLOCAVIT] deus [ILLIC] hoc est,in prædicta affluentia gratiæ atque doctrinæ cælestis [ESVRIENTES] iustitiam, qui auide receperunt fidem catholicam, & verbi cælestis prædicationem,
Act.17. quemadmodum in Actibus apostolorum de Thessalonicensibus scriptum est, Nobiliores ex eis cum
omni auiditate susceperunt verbum domini, quotidie scrutantes scripturas [ET CONSTITVERVNT ciuitatem habitationis] id est,ecclesiam militantem, quæ est ciuitas dei & domus Christi ex
fidelibus collecta atque constructa. ℂ(37) ET] ipsi apostoli ac successores & imitatores eorum,
[SEMINAVERVNT agros] hoc est, homines in mundo morantes fœcundauerunt & impleuerũt
verbo dei,mittendo in corda ipsorum euangelium saluatoris. Vt enim apud Matthæum Christus as-
Mat.13. seruit, Semen est verbum dei,ager vero est mundus. Apostoli autem hoc semine mundum impleue-
Esaiæ.17. runt,quemadmodum in Esaia dictum est,Florebit & germinabit Israel, & implebit faciem orbis se-
Mat.21. mine. Huius seminis fructum non protulerunt Iudæi,sed gentes:& ideo Christus apud Matth.eis lo
quutus est, Auferetur à vobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructus eius [ET PLANTAVERVNT vineas] id est,ecclesias particulares fundauerunt in Christo. Nam Petrus plantauit vineam G
Act.4. 
Act.12. Christi in Italia, Iohan.in Asia, Thomas in India. Quod autem ecclesia appelletur vinea,constat ex
Esaiæ.5. eo quod in Esaiæ habetur vaticinio. Vinea domini exercituum domus Israel est [ET FECERVNT
1.Cor.4. fructum natiuitatis] id est,multos genuerũt in Christo, quemadmodum ait Apostol.in Christo Iesu
per euangelium ego vos genui. Tot enim spiritualiter genuerunt, quot ad Christum conuerterunt.
Act.13. ℂ(38) ET benedixit eis] deus,id est,gratiam copiosam contulit eis,prout in Actis apostolorum le
gitur, Discipuli replebãtur gaudio, & spiritu sancto [ET multiplicati sunt nimis] merito & numero.
Act.2. secundum quòd Lucas in Actis dicit, Dominus quotidie augebat, qui salui fierent [ET iumenta eo-
rum] id est,idiotas,& simplices iugum domini super se humiliter baiulantes [NON minorauit] nam
1.Cor.1. talium plures à deo electi sunt,quàm nobilium & sapientum. Vnde ad Corinth.dicit Apostolus, Vi-
dete vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes,
non multi nobiles sunt inter vos. Sed quæ stulta & abiecta sunt mundi, elegit deus, vt confundat sa-
pientes. ℂ(39) ET PAVCI facti sunt] fideles in aliquibus locis atq; ecclesiis, per occisionẽ eorũ
à tyrãnis ac impiis [ET VEXATI sunt à tribulatione malorum] qui pios affligunt,[ET dolore] eis
inflicto à tyrannis & perfidis. Sæpe nanque infideles vrbes & villas, terras atque ecclesias Christia-
norum vastauerunt,destruxerunt,& fideles occiderunt. ℂ(40) EFFVSA est contentio super prin
cipes] id est,maiores persequentium Christianos in contentionem versi sunt, vel contra seinuicem,
vel contra veritatẽ fidei Christianæ,vel contra principes Christianos [ET ERRARE fecit] id est,
permisit [EOS] deus [IN inuio] id est,in infidelitate, in qua nulla est via perueniendi ad vltimum H
finem [ET NON in via] id est,in fide vera,quia nec fidem habuerunt. ℂ(41) ET ADIVVIT pau
perem de inopia] id est, populum gentilem spiritualibus diuitiis destitutum subleuauit de ista penu-
ria,ditans eum spiritualibus bonis [ET POSVIT] eos,[SICVT OVES familias] id est,sic eos in do
mo sua (quæ est ecclesia) collocauit,pauit,& custodiuit,quemadmodum pastor oues suas custodit, lo
cat,& alit. Vnde apud Iohannem Christus, Alias (inquit) oues habeo, quæ non sunt de hoc oui-
Iohan.10 li,& illas oportet me adducere. Vel,adiuuit pauperem, id est, humilem, de inopia, exaudiendo pre-
cem ipsius. Deus enim superbis resistit,humilibus autem dat gratiam. Porro in tantum adiuuat eum
Iacob.4 de inopia, vt dicat in Euangelio, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Matth. 5. Quid ergo hoc paupere ditius, cui promissa est cælestis regni possessio? Merito igitur ait Tobias,
Tob. 4. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus
2.Cor.8. deum. Et Apostol. ad Corinth. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eo-
rum. ℂ(42) VIDEBVNT recti] id est,prædictas misericordias dei iusti intelligent, [ET lætabuntur] in deo propter beneficia eius tam copiosa, [ET OMNIS iniquitas] id est, omnis iniquus

A contra veritatem & contra iustos impudenter, insolenterque garriens, scilicet dæmon, tyrannus, fal-
sus frater, atque hæreticus [OPPILABIT] id est, claudet [OS suum] quoniam ab ipsa veritate vin
cetur, & confundetur, & tandem à Christo reprobabitur, atque damnabitur. Propter quod apud
Esaiam dominus ait superbo, Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in maxillis tuis. Sæpe etiã Esa.38.
impii qui iustis detrahunt, dum cõuersationem eorum sanctam conspiciunt, silent à malo, eosque in-
terdum commendant quibus detrahebant. Hinc enim Princeps apostolorum ait, Hæc est voluntas 1.Pet. 4.
dei vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. ❡ (43) QVIS sa
piens & custodiet hęc?] id est, qui vere sapiens est, ista memoriter retinebit, spiritualiter sumet, seque
inopem reputabit [ET intelliget misericordias domini] .i. multiplicem gratiam sibi ac cæteris pręsti-
tam diligenter pensabit, per experientiamq; cognoscet quàm pius & clemens sit dñs, pater misericor
diarum, & deus totius consolationis. Et huic simile est quod Osee propheta dicit, Quis sapiens & in- 2.Cor.1.
telliget ista, intelliget & faciet hæc? Sed videtur contrarium quod in Euangelio veritas astruit, Confi Osee.14.
teor (inquiens) tibi pater domine cæli & terrę, quia abscondisti hęc à sapientibus & prudẽtibus. Et Luc.10.
respondendum quod Christus loquitur ibi de sapientibus huius mundi, quorũ sapientiam deus stul 1.Cor.1.
tam facit. Nunc autem fit sermo de vere sapientibus, à spiritu sancto illuminatis.

B ❡ EXPOSITIO literalis eiusdem psalmi.

QVidam autem hunc psalmum ad literam exponunt de solis Iudæis, corporalibúsque periculis
à quibus diuinitus liberati sunt: & est expositio ista satis infructuosa, nec literæ consonat in
quibusdam. Ait itaque, Confitemini domino, sicut expositum est. Dicant qui redempti sunt, à diuer-
sis periculis, à domino, deo Israel, quos redemit de manu inimici & tyranni, eos qualitercunque affli
gentis, de regionibus, in quibus erant dispersi, congregauit eos, reducendo eos in terram patrum suo-
rum, sicut per Ezechielem dixit, Tollam vos de gentibus, & congregabo vos de nationibus, & indu- Ezec.36.
cam vos in terram vestram. A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari, id est, à terris Iudææ vicinis
ex omni latere eius, secundum quod quædam terræ respectu eius sunt orientales, quędam occidenta-
les, &c. in quibus quidam Iudæorum fuerunt dispersi, & à quibus reducti sunt. Errauerunt in solitu-
dine, id est, deserto, in inaquoso, id est, in loco sicco, quia in desertis nullæ aut modicæ aquæ reperiun
tur. Viam ciuitatis habitaculi, id est, iter tritum ac certum ad ciuitatem aliquam ducens, in qua secure
habitare possent, non inuenerunt, quia in locis deserti non inueniuntur itinera strata. Et quia ex tali
deuiatione sequitur fames ac sitis, ideo subditur, Esuriẽtes, & sitientes, panem & potum corporeum,
C anima eorum in ipsis defecit, à naturali vigore. Et clamauerũt ad dominum, pro recto meatu. Et de-
duxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis, in qua tute manerent. Propterea, Confi-
teantur domino misericordiæ eius, &c. Quia satiauit animam inanem, id est, hominem, vacuum ven-
trem habentem, & animam .i. hominem, esurientem satiauit bonis, cibi ac potus. Deinde ponitur libe
ratio à captiuate. Sedentes in tenebris, id est, in carceribus tenebrosis, & vmbra mortis. Nam talia lo
ca sunt morti similia, propter afflictiones grauissimas. vinctos in mendicitate, id est, parco victu, &
ferro, id est, catenis. Captis enim datur modicus cibus. Hos ergo redemit: qui ideo capti erant, Quia
exacerbauerũt eloquia dei, &c. Et eduxit eos de tenebris, id est, prædictis ergastulis, & vmbra mortis,
id est, misera vita captiuitatis, quæ morti est similis, & vincula eorum, quibus erant ligati, dirupit.
Quia contriuit portas æreas, quibus erant conclusi. Omnem escam, corporalem, abominata est ani-
ma eorum, ex graui corporis infirmitate: & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis, id est, ad ago-
nem, quia sanari se posse desperauerunt. Misit verbum suum, id est, dicendo præcepit, & sanauit eos,
& eripuit eos de interitionibus eorum, id est, de languoribus mortem inducentibus. Consequenter
agitur de liberatione à tempestatibus atque periculis maris, Qui descendunt mare in nauibus, ad na
uigandum in eo, facientes operationẽ in aquis multis .i. in mari diuersos labores exercentes. Ipsi vi-
derunt opera domini, quæ natant in mari, scilicet pisces & alia quædam insolita, quæ frequenter ap-
parent in mari. Vnde subiungitur, & mirabilia eius, viderunt, in profundo, maris, videlicet monstra,
beluasque marinas. Dixit deus & stetit, id est, surrexit atque inualuit, spiritus procellæ, id est, ventus
D & motus tempestatis, & exaltati sunt fluctus eius, id est, in altum ascenderunt & intumuerunt gur-
gites maris. Ascenderunt vsque ad cælos, id est, mari sic intumescente, naues, & nautæ in eis exi-
stentes, ascendunt in magnam altitudinem aeris, & descendunt vsque ad abyssos, id est, in magnam
maris profunditatem, secundum quod fluctus descendunt: anima eorum, id est, nautarum, in ma-
lis pœnæ tabescebat, propter pericula imminentia. Turbati sunt, corde, & moti sunt, corpore, ti-
more, atque tremore, sicut ebrius, qui stare & ratione vti non potest perfecte. & omnis sapientia eo-
rum deuorata est, quia in tantis periculis nesciunt sibi consulere, quoniam magnæ passiones actum ra
tionis impediunt, eo quod virtutem phantasticam multum deordinent. Et statuit procellam eius, id
est, deus tempestatem maris conuertit, in auram .i. in ventum suauem & statum quietum: & siluerunt
fluctus eius .i. fluctus maris à suo strepitu cessauerunt. Et lætati sunt nautæ, quia siluerunt, hi fluctus,
& deduxit eos, deus, in portum voluntatis eorum, id est, in portum optatum. Posuit, deus, flumina in
desertum, id est, aquas fluuiorũ fecit deficere, ita quod terra ante aquis irrigua siccata est tãquã deser
tum: & exitus aquarum in sitim, id est, terram aquis fluentem fecit sitibundam & sterilem. Terrã fru-
ctiferam, posuit in salsuginem .i. sterilem fecit, à malitia inhabitantium in ea, id est, propter incolarum
eius peccata. Posuit desertum in stagna aquarum .i. terram aridam fecit aquosam, & terram sine aqua,
posuit, in exitus aquarum, id est, abundantem in aquis. Hæc omnia agit prouidentia dei secundũ exi-
gentiam diuinæ iustitiæ & meritorum vitæ humanæ. Et collocauit illic, id est, in terra aquosa & vbe-

ri,esurientes.i.fructibus terræ indigentes,& constituerunt ciuitatem habitationis,id est, loca habita- B
bilia construxerunt iuxta terram tam fertilem,quatenus eam colere , eiusque fructus percipere pos-
sent.Et seminauerunt agros,pro cibo acquirendo,& plantauerunt vineas, pro potu habendo,& fe-
cerunt fructum natiuitatis.i.terram & vineas sic coluerunt,q fructum conuenientem protulerunt.
Et benedixit eis.i.hominibus dona suæ pietatis donauit,& multiplicati sunt nimis, in terra tam bona
ex benedictione diuina.& iumenta eorum non minorauit.i.pecora multiplicauit. Et,iterum propter
sua peccata recentia,pauci facti sunt,numero,quia partim occisi sunt aut alias perierunt, eo q deum
venerati non sunt,& vexati sunt à tribulatione malorum & dolore,ex pœna eis inflicta à prauis ho-
minibus,& propter dolorem intrinsecum quem conceperunt ex morte propinquorum suorum, per
quorum interitum pauci effecti sunt. Effusa est contentio super principes , id est, principes inter se
discordes fuerũt,& errare fecit eos in inuio, id est, deus iusto iudicio permisit eos à recta ratione de-
ficere & non in via,quia nec in bona via dirigi meruerunt. Et adiuuit pauperem de inopia,ipsum di
tando:& posuit sicut oues familias , id est, in principibus inter se discordantibus, multiplicauit filios
subditorum.Cætera patent in præcedenti articulo.Si autem iste esset sensus à propheta intentus,ne-
scio cur in fine psalmi præsentis tam specialiter ac nouiter diceret. Quis sapiens & custodiet hæc?
In quo vtique innuit psalmum præsentem aliquid singulariter mysticum,fructuosum, atque profun
dum continere.Idcirco non puto sensum istum tam superficialem ac rudem à sancto propheta fina- F
liter aut principaliter fuisse intentum,sed quemadmodũ asserit Augustinus præcedentis articuli ex-
positio vere exprimit sensum literalem psalmi præsentis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CVII.

### EXPOSITIO Tituli.

TItulus psalmi præsentis est,Canticum psalmus ipsi Dauid,id est,scriptura hęc seu iste tracta-
tus,est canticum,quia spiritualem lætitiam continet,& psalmus, quoniam ad operationẽ bo-
nam nos admonet:& conuenit ipsi Dauid secundum triplicem modum. Conuenit enim san-
cto Dauid prophetæ sicut authori,& sicut ex circunstantia literæ tangitur, Psalmus iste est exultatio
Dauid regis in domino gloriantis,& ei de suis beneficiis gratias referentis, scilicet de victoria sibi à
deo concessa & restitutione regni Israel in statum bonum. Conuenit etiam ipsi Dauid,id est,Christo
per Dauid significato,& hoc secundum allegoricum intellectum.Multa nanque contigerant sancto
Dauid in figura domini saluatoris.Conuenit quoque Dauid,id est, ecclesiæ seu vnicuiq; Christiano
pulchro interius ac manuforti in domino.Sed quoniã expositio illa de Christo dulcior, fructuosior,
deuotiorque consistit,idcirco eam in primis introducere expedit.Christus ergo secundum quod ho-
mo,deo patri in cunctis obediens,ait ad patrem seu totam superbeatissimam trinitatem . G

### PRECATIO.

*Deus qui omne quod syncerũ & mundũ est amas,& castas fideliũ mẽtes inhabitas,benignitatis munificẽtia ab omni nos contagione expurga,ut & in te semper paratum cor habeamus, & digni in gloria tua tibi cantemus & psallamus.*

### EXPOSITIO Psalmi.

PARATVM cor meum].i.voluntas mea tibi parere parata est [DEVS] pater.
Et resumit ad confirmationem eius,quod dixit [PARATVM cor meum] Pa-
ratum (inquam) ad agenda tibi placentia : paratum ad sustinendum humanæ
redemptioni necessaria: paratum ad laudem, & paratum ad opus. Hinc enim
Iohan. 6. apud Iohannem Christus testatur, Descendi de cælo,non vt faciam volunta-
tem meam,sed eius qui misit me.Et apud Matthæum ait ad patrem,Non sicut
Mat.26 ego volo,sed sicut tu. [CANTABO & psallã] .i.verbis atque operibus te lau
dabo,& tibi gratias agã [IN gloria mea].i.in clara notitia laudibus mixta, quã
notitiã mihi dedisti de tua bonitate ac maiestate.Nisi enim quis deũ cognoscat,eũ laudare non valet,
Iohan.8 propterea sicut Christus homo seu anima Christi deũ excellẽtissime nouerat in hac vita: sic perfectis
Ibidem. sime deo decantauit,psalmũmq; dixit.Vel,psallã in gloria mea.i. in omni dignitate gratiæ mihi infu-
sæ,ita quod omnia bona meæ humanitati collata in tuis præconiis occupabo, nec vnquã à tuo hono H
re cessabo,secundũ q apud Euangelistã professus sum,Ego quę placita sunt ei,facio semper.Et,Ego
non quæro gloriam meã,sed honorifico patrem meũ.Vel,in gloria mea.i.in beatitudine animę meę,
& glorificatione corporis mei.( (2) EXVRGE] ad notitiam hominũ,& ad actũ venerationis diui
næ [PSALTERIVM].i.euangelium seu doctrina mea euãgelica , in qua diuinæ maiestatis sublimia
decantaui,seu docui:quæ doctrina instar psalterii sonat suauiter in auribus dei [ET cithara].i.doctri
na mea moralis, vita exemplaris,& passio mortis meæ.Hoc modo exurge,quatenus hominibus hæc
innotescant,eosq; ad imitationẽ inducant [EXVRGAM] de loco sepulturæ [DILVCVLO] i. valde
Luc.24 mane,secundũ quod Lucas scriptum reliquit,Vna sabbati valde diluculo venerunt mulieres,& inue
nerunt lapidẽ reuolutũ ab ostio monumẽti,& ingressæ,nõ inuenerunt corpus dñi Iesu.Vnde & Mar
Marc.16. cus refert,Surgens Iesus mane prima sabbati.( (3) CONFITEBOR tibi].i.laudabo te [IN popu
lis] Iudęorũ [DOMINE] pater,qbus per meipsum prædicaui.& inter quos te semp laudaui,pcipue
inter discipulos meos,qui erant Iudæi [ET psallã tibi] per apostolos & cæteros meos ministros [IN
nationibus].i.in gẽtilibus ad fidẽ per illorũ prædicationẽ conuersis.Psallebat Christus in his gẽtibus

A deo,dū misit apost.prædieare Enangeliū regni inter gentiles. In euangelio nanq; deus summe lauda- Iohan. 17
tur. Hinc enim (referente Iohāne) ait patri vnigenitus filius, Ego te clarificaui super terrā,opus eon
summaui qnod dedisti mibi vt facerem,& notum feei hominibus nomen tuum. Sie autem laudaui te.
❨(4) QVIA magna super cælos misericordia tua] id est, copiose effusa est miseratio tuæ bonita-
tis super ciues cælestes. Et in ipsis refulget pietas tua, quoniam sola gratia sunt præseruati à malo, &
confirmati in bono [ET vsque ad nubes veritas tua] id est, illuminatio euangelieæ veritatis seu insu
sio sapientiæ salutaris sanctis apostolis & prædicatoribus bonis (qui cæli dicūtur) impressa est,quē- Iohan. 16
admodum in euāgelio promisisti, Cum venerit (inquiens) ille spiritus veriratis, docebit vos omnem
veritatem. Deinde propheta Cbristum alloquitur. ❨(5) EXALTARE super cælos deus] id est,tu
Christe verus deus existens,qui in passione tantū eoneuleatus & humiliatus es,ascende super omnes
cælos,& redi vnde venisti [ET super omnem terram gloria tua] id est,per totum mundum diuulge-
tur excellentia tua, prædieetur diuinitas tua,& agnoscatur gloria tua. Quemadmodum apud Esaiam Esaiæ. 52
prædictū est, Ecce exaltabitur seruus meus & eleuabitur,& sublimis erit valde. Vnde & rursus Esaias Esaię. 42
dicit, Ponent domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Hoe etiam Christus eommisit Act. t.
implere post resurrectionem dieens apostolis. Eritis mihi testes in Ierusalem,& in omni Iudæa & Sa
B maria,& vsque ad vltimum terræ [VT liberentur] per fidem & obseruātiam legis tuæ [DILECTI
tui] id est,omnes à te ab æterno electi. Ideo enim Christus misit apostolos prędicare vbique, vt sal- 2.Tim.1.
uarentur electi:iuxta illud apostoli, Omnia propter electos. ❨(6) SALVVM] me [FAC dextera
tua] id est,in dextera tua,ita vt in dextera tua in cælo resideam in bonis tuis potioribus atque cæle-
stibus [ET exaudi me] ista precantem [DEVS loquutus est in sancto suo] id est, pater loquutus est
nobis in filio,qui est sanctus sanctorum. Quæ autem sequuntur, possunt esse verba Christi,seu dei pa
tris,vel totius superfelicissimæ trinitatis. ❨(7) EXVLTABO] id est, in electis meis lætabor,quia Psal.143.
beneplacitum est domino in populo suo. Et apud Ieremiam testatur, Lætabor super eis eum benefe- Iere. 32.
cero eis [ET diuidam Sichimam] id est,gentilitatem quosdam gentilium conuertendo clementer ad
fidem,alios iuste relinquendo. Non enim omnium est fides. Et in Actibus apostolorum legitur Pau- 2. Tim.1.
lus à spiritu sancto prohibitus loqui verbum dei in Asia [ET conuallem tabernaculorum dimetiar] Act.16.
id est, populum Iudænrum discernam, quosdam eorum eonuertendo,& cæteros deserendo. Reliquię Rom.55
enim per electionem saluæ factæ sunt, secundum Apnstolum. Et apud Iohānem dixit Cbristus, Non Iohan. 13
de omnibus vobis dico:ego scio quos elegerim. Per Siehimam autem intelliguntur gentiles, quia in
terra Siehimorum morabantur pagani, per eonuallem vero tabernaculorū designantur Iudæi, quo-
C niam (sicut in Genesi legitur) Iacob de Syria rediens, in hoe loco fixir tentoria, propter quod vo- Gen.33.
cauit eum Soceoth, id est,tabernaeula. ❨(8) MEVS est Galaad] id est, congregatio martyrum,
qui proprii sanguinis effusione testimonium præbuerunt fidei Christianæ. Galaad nempe interpre-
tatur aceruus testimonii [ET MEVS est Manasses] id est., populus temporalium arque carnalium
obliuiseens,& diuina contemplans ac cælestia appetens, ad gregem pertinet electorum meorum.
Manasses nanque interpretatur obliuio. & Apostolus ait, Quæ posteriora sunt obliuiseens,in ante- Philip.1.
riora extendo meipsum [ET EPHRAIM] id est, populus in bonis operibus fertilis est [SVSCE-
PTIO eapitis mei] id est,à me suscipitur,quia aeceptus est mibi. Ephraim enim interpretatur fer-
tilitas. ❨(9) IVDA rex meus] id est, populus confessorum est rector corporis mei mystici, puta
ecclesiæ. Per eonfessores enim, qui vita & verbo dominum profitentur ae laudant, alii gubernantur.
Propter quod dominus per Ieremiam loquitur, Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pa- Iere.3.
scent vos scientia & doctrina. [MOAB lebes spei meæ.] Moab interpretatur ex patre:per quod in-
telliguntur electi:de quibus dicit Euangelista, Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed Iohan.1.
ex deo nati sunt. Vnde & Cbristus, Omnis (inquit) plantatio quam non plantauit pater meus eæle- Mar. 15.
stis,eradicabitur. Hi ergo sunt lebes seu olla spei ipsius Cbristi,quia per eos impletur illud, propter Apoc.1.
quod ipse sanguinem proprium fudit. Ipsi nanque saluantur, & ita per eos Christus reparat glo-
riam,glorificationem patris,per lapsum primorum parentum amissam. ❨(10) IN IDVMAEAM]
id est,in terram gentilium [EXTENDAM calciamentum meum] id est, naturam meam humanam,
D quæ erat velut ealeiamentum diuinitatis. Hoe calciamentum Christus in Idumæam extendit, dum
per totum orbem seipsum prædicari, & ad aliorum notitiam ferri fecit, sieut de Paulo in Actis ait, Act.1.
Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram regibus & prineipibus [MIHI alieni-
genæ] id est,gentiles olim alieni à deo & fide,qui aliquando non populus [AMICI facti sunt] per
prædicationem apostolorum credendo in me. Propter quod ad Ephesios talibus scripsit Aposto- Ephe.2
lus, Iam non estis hospites & aduenæ,sed estis eiues sanctorum & domestici dei. Et rursus ait, Vos Ibidem.
qui eratis longe,nunc facti estis prope in sanguine eius. Vnde & Balaam in Numerorum libro præ-
dixit, Erit Idumæa possessio eius. Sed quoniam ista facta sunt,non virtute humana & naturali,sed di Num.24
uina & supernaturali,ideo Christus vt homo subiungit. ❨(11) QVIS DEDVCET me in ciuita-
tem munitam?] id est,in vrbem Romanā,quæ erat caput & domina mundi, de qua per Esaiam præ- Esa.26.
dictum est, Ciuitatem sublimem humiliabit. Quasi dicat, Hoc humana virtute fieri nequit, vt ciuitas
ista conuertatur ad me. Veruntamen diuina virtute factum est per prædieationem Petri & Pauli, si-
cut Esaias disseruit, Conculcabit eam pes pauperis,id est Petri piscatoris,gressus egenorum.i.introi- Ibidem.
tus Petri & Pauli [QVIS deducet me vsq; in Idumæam?] vt tota terra recipiat super se iugum meū,
& eredat in me? ❨(12) NONNE tu deus] hæc facies [QVI repulisti nos].i.qui eorpus meum my-
sticum ex gentibus congregatum multo tēpore deuiare permisisti, antequam eonuerterentur, quan-
do & nondum erant corpus mysticum actualiter,sed per prędestinationem,quemadmodum in Act.

Act.17. apostolorum asserit Paulus, Prioris ignorantiæ tempora despiciens deus. Vel repulisti nos.i. corpus E
meũ & animam, quoad vires inferiores in passione quodammodo dereliquisti, ita vt pro clamarem,
Mat.27 Deus meus vt quid dereliquisti me? [E T non exibis deus in virtutibus nostris] id est, ista nõ facies in
nostra virtute, seu viribus creaturæ, sed potestate diuina. Dicitur autem deus exire, non motu aut lo-
co, sed operatione. Deinde orat Christus, inquantum passibilis fuit, pro reunione corporis sui, ac ani
Iere.17. mæ. (13) D A nobis auxiliũ de tribulatione] id est, de morte mihi in passione illata resuscita me:
quod à te solo petere debeo [Q V I A vana salus hominis] .i. homo purus verã salutem conferre non
potest, nec aliquẽ liberare. Imo qui sperat ab eo salutẽ, vanus & stultus est. (14) I N deo faciemus
virtutem] .i. diuina potestate iterũ vniemur, & de sepulchro egrediemur, atq; in cęlos ascendemus, ò
anima mea & corpus meũ [E T ipse] deus [A D nihilũ deducet inimicos nostros] .i. populũ Iudęorũ,
priuãdo eũ gratia in præsenti, & gloria in futuro, atq; p Romanos pro magna parte eũ interimendo.

EXPOSITIO Tropologica eiusdem psalmi, in quo breuiter tangitur literalis expositio eius.

Psalmus iste contextus est ex duorũ psalmorum particulis. Prima enim pars psalmi huius vsque
ibi. Saluum fac dextera tua, accepta est ex psal. 56. qui incipit, Miserere mei deus, miserere mei.
Reliqua vero pars eius accepta est ex psal. 59. cuius exordium est, Deus repulisti nos. Morali-
ter autem competit psalmus iste ecclesiæ cuilibetque deuoto, grato & feruido amatori, qui ex sanctæ F
charitatis feruore modum ignorante, & de dilecto plenissime confidente ait ad dominum, Paratum
Matth. 6. est cor meum deus, paratũ est cor meum, vt agam & patiar omnia tibi placẽtia. Oro vt fiat voluntas
tua in me, quicquid placuerit tibi, hoc erit optimum mihi cunctis diebus, quibus subsisto. Commen-
do me tibi, tuæ voluntati relinquo & offero me totum. Ecce in isto consistit tota nostra perfectio.
Quo enim cor nostrum paratius est ad omnia deo placentia, tanto deo similiores, chariores que su-
mus, & omnia quæ postulamus facilime acquiremus. Hæc nanque cordis promptitudo ex feruida di
lectione procedit, & tanto sunt opera nostra interiora & exteriora vehemẽtius meritoria, quo ex cor
de paratiore seu promptitudine ampliore nascuntur: & tanto est ista præparatio maior, quanto fue-
2.Cor. 9. rit amor priuatus minor, atque diuina dilectio maior. Hinc nanque ad Corinth. dicit Apostol. Non
1.Par.28. ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit deus. Et in libr. Paral. Dauid inquiutus est,
Tu autem fili mi scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. Cantabo, ver-
2.Cor. 1. ba diuini præconii proferendo. Et psallã, opera sancta prosequendo in gloria mea, id est, in spirituali
1.Reg.19 lætitia. Vel in gloria mea, id est, conscientia pura. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscien-
2.Reg. 6. tiæ nostræ, secundum Apostolum. Ista ad literam conuenient sancto Dauid, qui propter beneficium
restitutionis regni sui in bonum statum gratias agit deo, offerens se paratum ad vniuersa deo acce-
Exod. 20 pta. Exurge psalterium & cythara. In his enim musicis instrumentis laudauit deum. Exurgam dilucu
lo, id est, mane consurgam de lecto, vt domino psallam & obsequar. Spiritualiter vero per Psalteriũ, G
quod habet decem chordas atque à superiori parte reddit sonum, intelligitur custodia præceptorum
Exod. 34 decalogi, quæ à cælo donata & iussa sunt nobis, quorum vtique obseruatio dulcius sonat in auribus
dei, quàm omnia musica instrumẽta. Per cytharam vero, quæ sex chordas habet vel septem, & ab in-
feriori parte efficit sonum, intelliguntur opera misericordiæ quæ circa corporis indigentiam occu-
Prou.11. pantur atque ad vitam spectant actiuam. Est igitur sensus, Exurge psalterium, id est, obseruatio præ-
Matth. 5. ceptorum altissimi excitare, & esto in me, vt per te deum collaudem. Sic quoque exurge & cythara,
Tob.4. id est, operum misericordiæ executio. Nam benefacit animæ suæ vir misericors. Et, Beati misericor-
Iob.31 des, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et ideo in Tobia habetur, Quomodo poteris ita esto
misericors. Et in libro Iob, Ab infantia creuit mecum miseratio. Exurge à lecto, à peccato, ab acedia:
Eccl.39 diluculo.i. in principio auroræ in infusione illuminationis diuinæ. Hinc enim in Eccles. libro induci-
Esa.26. tur, Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum. Esaias quoque, De mane (inquit)
vigilabo ad te. Confitebor tibi in populis domine, id est, coram aliis te laudabo, & psallam tibi in na
tionibus, id est, præsentibus aliis te honorabo. Non erubescam nomen tuum coram hominibus, quo-
Luc.12. niam tu dixisti, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.
Matth. 5. Et in Matth. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent pa-
trem vestrum qui in cælis est. Interdum etiam debemus domino confiteri nostra peccata in populis,
quãdo videlicet peccata manifesta sunt. Quia magna super cælos, id est, super omnes qui in terra cæ-
Philip.3. lestem atque angelicam vitam ducunt, quorum conuersatio est in cælis. Misericordia tua, Quicquid H
enim boni in eis est, ex tua ordinatione & bonitate manauit, dependet, & conseruatur. Vel, super cæ
los, id est, beatos in patria, quoniam ipsi per misericordiam beatitudinem suam adepti sunt. Et vsque
ad nubes, id est, angelos sanctos, veritas tua, id est, illuminatio tua pertingit. Nam secundum Diony
sium.xv.cap. cælestia Hierarchiæ, per nubes sacra scriptura intelligit angelos, quoniam ipsi primo &
immediatius, copiosiusque summæ lucis radios suscipiunt, eosque transfundunt in alios. Exaltare su-
per cælos deus.i. ab omnibus ciuibus patriæ cælestis, adoreris, magnificeris, atq; lauderis, & super o-
mnem terram.i. tota militanti ecclesia augeatur, & semper existat, gloria tua.i. clara nominis tui noti-
tia, laudatio gloriosa, veneratioque præclara, quatenus omnes conuertantur ad te, & tibi obediant,
gloriamque persoluant, vt liberentur dilecti tui ab omni periculo. Saluũ fac me dextera tua.i. per be-
nignam tuam subuentionem ac gratiosam præsentiam, & exaudi me, ista precantem. Deus loquutus
est, per inspirationẽ internam seu angelicã reuelationẽ, in sancto suo, propheta.s. me seu alio quocun
que, hoc quod sequitur. Exultabo & diuidã Sichimã, &c. cuius expositio in præcedẽti articulo posita
est. Deus enim diuisit atque dimensus est Sichimã & conuallem tabernaculorum per prædicationem

A primitiuæ ecclesiæ, & ita ecclesia aliquo modo diuisionē hanc fecit electorum à reprobis, iuxta sen-
sum expositū. Similiter ipsa dicere potest, Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim susce-
ptio capitis mei, quoniam populi sancti & Christiani per Galaad & Manassen ac Ephraim designa
ti, prout in præcedenti articulo dictum est, ad vnitatem & mysticum corpus ecclesiæ pertinent, scili-
cet martyres significati per Galaad, oblitores temporalium rerum figurati per Manassen, operatores
idonei per Ephraim denotati. Et de Ephraim ait Ecclesia, quod sit susceptio capitis sui. i. à Christo
capite suo populus fœcūdus in bono suscipitur. Iuda. i. populus domino cōfitens verbo ac opere est,
rex meus. i. rector membrorum ecclesiæ, quia à talibus inferiores regēdi sunt. Moab. i. populus ex pa-
tre genitus, scilicet filii summi patris, lebes spei meæ, quia in talibus confidit ecclesia ꝙ saluabūtur, eo
ꝙ scriptum sit in prima canonica Iohannis, Omnis qui natus est ex deo, non peccat, quoniam semen 1. Iohā. 3.
dei manet in eo. Deinde ecclesia ait, In Idumæam extendam calceamentum meum. i. pedes meos ad
gentiles extendam, prædicando per totum mundum, quemadmodum dicit Apostolus, Ecce conuer- Act. 13.
timur ad gentes. Mihi alienigenæ amici facti sunt. i. gentiles per charitatem vnum facti sunt mecū in
Christo. Omnes nāq; fideles per charitatem vniūtur in deo, quia (vt ait Apostolus) Christus est pax Ephe. 2.
nostra, qui fecit vtraq; vnum. Vnde & in Zacharia prædictū est, Consilium pacis erit inter duos il- Zach. 6.
los. In ecclesia equidem Christi, duo populi charitatiue adunati sunt, vtpote Iudæi & Gentiles. Ec ce
B ce quàm amicissimi atque charissimi facti sint conuersi ex gentibus primitiuæ ecclesię, quæ ex Iudęis
constabat. Paulus enim Thessalonicensibus scribens, Fratres, inquit, mei charissimi & desideratissi- 1. Thes. 2
mi, gaudium meum & corona. Et alibi, Libentissime impendam & superimpēdar ipse pro animabus
vestris. Rursusq;, Tūc nos viuimus, si vos statis in domino. Sed quia ista progressio & prædicatio ec- 2. Cor. 12
clesiæ per vniuersum mundum facta est, non virtute humana, sed potestate diuina, ideo subdit eccle- 1. Thes. 3.
sia in persona prædicatorum suorum. Quis deducet me in ciuitatem munitam? Et patet sententia ex
prædictis, Da nobis auxilium de tribulatione, id est, aduersus omnes persequutiones & aduersitates,
ne opprimamur à malis, sed patientiam conseruemus, atq; per eam omnia dura vincamus. In deo, id
est, per gratiam dei, faciemus virtutem, resistendo mundo, carni, ac dæmoni, atq; diuina mandata ser-
uando. Et ipse ad nihilum deducet. i. conteret ac deficere faciet inimicos nostros visibiles & inuisibi-
les: secundum quod ad Romanos scriptum est, Deus cōteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Rom. 16.
Demum omnia ista conueniunt sancto Dauid, sicut & cæteris sanctis, secundum sensum iam explana
tum, vsque ad id, Deus loquutus est in sancto suo. Hæc ergo de Dauid literaliter exponenda sunt. Ait
itaque, Deus locutus est in sancto suo, id est, per Samuelem & Nathan prophetam. Dixit & promi-
sit mihi quod ego Dauid exultabo & diuidam. i. cum lętitia metiar Sichimā. i. spolia terrę Sichimorū,
seruis & adiutoribus meis mecum contra illam pugnantibus: & conuallem tabernaculorum, id est lo
C cum qui dicitur Soccoth iuxta Iordanem, dimetiar. i. filiis Israel restituam, dādo vnicuiq; debitā par-
tem. De hac nāq; conualle expulit Dauid Philistæos, qui eam iniuste possederant. Sed quoniam Da- 2. Reg. 8.
uid hæc fecit adiutorio populi sui, eorum præcipue qui magis bellicosi ac fortes fuerūt: idcirco nomi
nat tribus illas quæ ei adiutorium præbuerunt. Meus est Galaad, id est, populus habens terrā Galaad
in possessionem trans Iordanem, qui erant nominati in robore propter Iair & Iephthe de illa terra
exortos, & meus est Manasses. i. populus ex filio Ioseph dicto Manasses progenitus, qui populus erat
famosus propter Gedeonem ex illa progenie natum. Et Ephraim susceptio capitis mei. i. populus ex Iudic. 10.
Ephraim genitus à me principaliter acceptatur, quoniam numerosus atque fortissimus erat, & Iosue 11, 12.
de hac tribu fuit, prætulitq; Iacob Ephraim ipsi Manassæ. Iuda rex meus, quia de Iuda principes erāt. Gen. 41.
Moab lebes spei meæ. i. per adiutorium dei confido Moabitas expugnare ac possidere, quemadmodū Iudic. 6.
possidetur olla à patre familias. Hoc etiam factum est, nam Moabitæ seruierūt Dauid sub tributo. In Gen. 48.
Idumæam. i. in terram Edom, in qua moratus est Esau, extēdam calceamentū meum. i. illam intrabo, 3. Reg. 8.
& calceatus per eā meabo, subiiciens eam imperio meo. Mihi alienigenæ, id est, gentes in circuitu Iu Gene. 25
dææ manentes, amici facti sunt. i. confœderati, postulantes sibi pacem dari à me. Quoniam vero Da-
uid cognouit ista se non posse implere propria potestate, sed adiutorio dei, ideo subdit, Quis dedu-
cet me in ciuitatem munitam? muris ac portis, quis deducet me vsque in Idumæam, vt eam mihi sub-
D iiciam? Nonne tu deus, qui repulisti nos. i. qui præteritis temporibus permisisti populū Israel graui-
ter, multiplicitérque affligi? Cætera elucescunt ex præinductis. Ecce psalmum in exordio sui spūali
lætitia plenum, & feruido amatori suauem audiuimus. Et omnino conandum est nobis taliter in diui
no amore succrescere, vt dicamus, Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Decet nanq; ratio-
nalem creaturam creatori suo perfecte esse subiectam, & toto desiderio ad ipsius beneplacitum prō-
ptam. Debet quoq; quilibet nostrum seipsum hortari excitare & inflammare ad dei præconia atque
obsequia, dicendo, Exurge psalterium & cythara. Vnde ad Hebræos dicit Apostolus, Adhortamini Hebr. 3.
vosmetipsos per singulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Debemus insuper o-
mni hora firmum habere propositum indesinenter laudandi ac venerandi altissimum, dicentes intra
nos, Exurgam diluculo: &, confitebor tibi in populis domine. In omnibus vero & super omnia de-
cet, imo oportet nos dei honorem intendere, in eius laudibus exultare, eius beatitudini congaudere
secundum ꝙ charitas diuina efflagitat. Demum vt nos pertineamus ad gregem dominicū studeamus
spiritualiter esse Galaad, Manasses, Ephraim, & Iudas. Galaad nanq; efficimur, dum fidem nostram
operibus attestamur, in tātùm, vt nullus dicere possit, quàm bona sit fides illa, quæ talem cōuersatio-
nem suggerit & requirit. Manasses autem efficimur temporalia obliuiscendo, cælestiúmque bonorū
affectuose reminiscēdo, quatenus sicut hortatur Apostolus reuelata facie gloriā domini speculemur, 2. Cor. 3.
núncq; quotidie in Christiana sapientia illustremur, quā in tantùm concupiuit Apostolus, vt ad Phi- Philip. 3.

lippenses dixerit, Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam domini nostri Ie- E
1.Tim.6. su Christi. Et omnino decet vt victum & quibus tegamur habentes, temporalium solicitudinem re-
linquamus, atque in cælestibus bonis totaliter occupemur. Efficimur autem & Ephraim in spirituali-
bus operibus fructificando, & opera spiritus efficaciter exercẽdo. Iudas autem efficimur, domino ore
ac opere confitendo. Postremo commemorandum est, quod circa illud, In deo faciemus virtutem, di-
cit sanctissimus Hieronymus noster, Non habemus, inquit, spem nisi in deo tantum. Non dicamus, si
Matth.6. istud aut illud mihi euenerit, vnde habeo viuere? Si senuero, si infirmus factus fuero, vnde viuo? Chri
stum habes & times? Si volatilia pascit, dubitas quod possit te pascere? Nos ergo omnem solicitudinẽ
proiiciamus de cordibus nostris, & dicamus, In deo faciemus virtutẽ, & ipse erit virtus nostra, & re-
ctor noster.

# COMMENTARIVS IN PSAL. CVIII.

## ¶ EXPOSITIO Tituli.

EST autem psalmi præsentis titulus iste, In finem Psalmus Dauid, hoc est, psalmus iste in finem
qui Christus est nos erigẽs, quia de eo cõscriptus est, est ipsius Dauid tanquam authoris. Quod
enim hic psalmus de Christo ad literam loquatur, apostolica authoritate probatur. Nã Petrus,
referente Luca in Actis allegat scripturam huius Psalmi loquentem de Iuda proditore, & pœna sibi F
Act.2. inflicta, propter peccatum quo tradidit Christum. Sic enim ait in Actis, Exurgens Petrus in medio
fratrum dixit, Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid
Ibidem. de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum. Et post pauca, Scriptum est (inquit) in lib.
Psal.68. Psalmorum, Fiat commoratio eorum deserta & non sit qui habitet in ea. Et episcopatũ eius accipiat
alter. Huius autem authoritatis prima pars habita est in Psalmo 68. Alia vero pars eius cõiicitur in
psalmo præsenti. Petrus autem vtrãq; scripturam coniungit, quoniam Psalmus vterq; de Christi lo-
Matt.26. quitur passione. Prima quoq; pars authoritatis istius explicat pœnam Iudæorum, qui ad Christi em-
ptionẽ & occisionẽ ex inuidia moti sunt. Secunda vero pars eius exprimit pœnam Iudæ, qui ad Chri
sti venditionem ex auaritia motus est. Et sicut verba ementium atq; vendentium commiatim narran
tur ac describuntur, ita in psalmo hoc verba Iudæ proditoris ac Iudæorum ementium simul referun-
tur atq; cõcurrũt. Christus igitur secundũ ꝙ aliquo modo viator erat, & passibilis patrẽ orat, dicẽdo.

PRECATIO,

*Tu domine qui suauis in misericordia, cor nostrum peccatis exigentibus perturbatum intra nos, spiritu tuo bono læ
tifica, adiuua nos misericorditer & salua: lætentur in te serui tui, & fac nos in perpetuum tibi domino nimis confiteri.* G

## ¶ EXPOSITIO Psalmi.

DEVS laudem meam ne tacueris] Hoc est, eam non celes, neq; taceri permit-
Iohan.2. tas: sed tu qui vides me à Iudæis vituperari & occidi, nec propriã gloriã quæ-
rere, sed omnia ad tuum honorem referre. Fac mihi sicut facio tibi, ita vt gloriã
meam & laudem atq; iustitiam aliis manifestes, eosq; ad me laudandum cõuer
tas. Hoc est quod Christus deprecatur, Pater, venit hora, clarifica filiũ tuum, vt
Iohã.17. filius tuus clarificet te. Hæc autem ô pater te postulo [QVIA os peccatoris]
id est, populi sacerdotalis [ET os dolosi] .i. Iudæ proditoris [SVPER me] id
est, contra me [APERTVM est] Sacerdotes enim concitauerunt plebem cõ-
Marc.15. tra Christum, & multas blasphemias contra Christum locuti sunt ipsi cum suis fautoribus, dicentes,
Ioã. 10,8 Insanit, quid eum auditis? Et alibi apud eundẽ Euangelistam, Nonne bene dicimus nos, quia Samari-
tanus es tu, & dæmonium habes? Iudas quoq; contra Christum os suum aperuit, Quid (inquiens) vul
tis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Et quod Lucas refert, Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, te-
Matt.26. nete eum, & ducite caute. ¶ (2) LOCVTI sunt] Iudæi & sacerdotes [ADVERSVM me lingua
Luc.22. dolosa] proferendo adulatoria, vt me caperẽt in sermone. Sic enim apud Matthæum dicũt, Magister
Matt.22. scimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo [ET sermonibus odii
Matt.14. circundederunt me] dicentes ad me in die Palmarum, Audis quid isti dicunt? Et apud alium Euange
Iohã.8,9 listam, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Et alibi, Nos scimus, H
Osee.7. quia hic homo peccator est. Vnde per Osee ait Saluatnr, Præuaricati sunt in me, & ego redemi vos,
Iere.20. & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et in Ieremia, Audiui contumelias multorum, & terrorem in
circuitu, persequimini & persequamur eum, [ET expugnauerunt] id est, vsque ad mortem persecuti
sunt [ME gratis] id est, sine rationabili causa, propter quod Pilatus Iudæis dicebat, Nullã causam in-
Iohã.18. uenio in homine isto, sed neque Herodes. ¶ (3) PRO eo, vt me diligerent] hoc est, pro beneficiis
meis à me collatis, propter quæ me tenebantur diligere [DETRAHEBANT mihi] dicentes, Sedu-
Iohan.7. cit turbas. Et ecce homo vorax, potator vini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et, Non est hic ho
Matt.16. mo à deo, quia sabbatum nõ custodit [EGO autem orabam] pro conuersione eorum. Nam in cruce
Iohan.9. suspensus dixit, Pater ignosce illis. Vnde in Esaia scriptum est, Et pro transgressoribus orauit. Chri-
Luc.23. stus enim impleuit quod docuit, quoniam cœpit facere & docere. Docuit autem pro aduersariis esse
Esa.53. orandũ. Orate (inquiens) pro persequentibus & calumniantibus vobis. Ipse igitur pro inimicis suis
Act.1. obtulit precem. ¶ (4) ET posuerunt aduersum me mala pro bonis] id est, iniurias verborum in-
Matth.5. tulerunt mihi, pro informatione qua eis regnum dei annunciaui, & multa coram eis miracula feci, vt
Iohã.10. conuertentur ad fidem. Vnde locutus sum eis, Multa bona ostendi vobis ex patre meo, propter quod
Ierem.18 horum me lapidatis? Et per Ieremiam, Nunquid redditur pro bono malum, quia foderũt foueã ani-

A me meæ [ET odium pro dilectione mea] id est, pro dilectione mea rependerunt mihi rãcorẽ. Quẽ-
admodum in Osee legitur, Ego erudiui eos, & roboraui brachia eorum, & in me cogitauerũt mali- Osee.7.
tiam. Hinc quoq; apud Matthæum Christus ait, Ierusalem, Ierusalem, quoties volui cõgregare filios Matt.23.
tuos, quemadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alis, & noluisti. ❡ (5) CONSTITVE super
eũ] id est, populum Iudæorum [PECCATOREM] id est, principem malũ, propter demerita popu-
li huius, quemadmodũ in libro Iob habetur, Regnare facit hypocritam propter peccata populi. Hoc Iob.34.
impletum est, quando Caiphas, pontifex fuit anni illius, qui merito appellatur peccator, quoniã de-
dit finale consilium de occisione Christi, dicendo, Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo. Ab
illo ergo die cogitauerunt interficere eum, vt dicit Iohan. Vel, Constitue super eũ .i. populum istũ, & Iohan.11.
etiam super Iudam proditorem, peccatorem .i. diabolum, cuius voluntati deseruiant perseuerantes in
malo. Hinc Christus apud Iohannẽ asseruit, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vul- Ibidem.
tis perficere. Merentur enim dæmoni subdi qui nolunt acquiescere saluatori. Vnde de Iuda apud Lu
cam habetur, Intrauit Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscarioth [ET diabolus stet à dextris Luc.22.
eius] .i. cooperetur & in malo assistat per suggestionem occultã, tam populo Iudæorum quàm pro-
ditori. Ex dæmonũ enim suggestione concitati sunt, persequi Christum. Hæc dicuntur non optãdo,
sed prædicendo, & quid illi mereantur ostendendo. Ipsi enim meruerunt sic possideri à dæmone.

B ❡ (6) CVM iudicatur] ipse Iudas à Christo [EXEAT condemnatus.] Hoc fuit impletum in cœ-
na. Protulit nanq; Christus iudicium contra Iudam, dum dixit in cœna, Væ homini illi, per quem fi- Matt.26.
lius hominis tradetur: bonum ei esset, si natus non esset homo ille. Hoc autem iudicio prolato, dedit Iohan.15
Christus Iudę bucellam, qua sumpta, introiuit in eum Satanas, & exiuit continuo de felicissimo illo
Christi atque Apostolorum collegio ad filios tenebrarũ, & tunc damnatus erat sentẽtia Christi. Vel
sic, cum iudicatur, populus Iudæorum seu proditor particulari iudicio, tempore mortis, vel vniuersa-
li iudicio in die nouissimo, exeat, à conspectu iudicis, condemnatus in ignẽ æternum [ET oratio eius]
id est sermo Iudæ. Oratio enim dicitur quasi oris ratio [FIAT in peccatum] id est, imputetur ei in
culpam: sicut dum dixit, Aue rabbi. Et, Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est. Imo pœnitentia eius versa Matt.26.
est ei in desperationis peccatum. Cum enim dixisset, Peccaui, tradens sanguinem iustum, desperauit, Matt.27.
& laqueo se suspendit: quod fuit peccatum in spiritum sanctum. Nam secũdum Hieronymum magis
peccauit desperando, & seipsum occidendo, quàm Christum tradendo. Vel, oratio .i. petitio deo obla
ta, fiat in peccatũ .i. deo displiceat, & vitiosa existat: Vel, saltem occasio fiat culpæ maioris, eo ꝙ cõtra
formam à Christo præfixam oret. Christus nanq; in oratione quã docuit, dixit, Et dimitte nobis debi Matth.6.
ta nostra, sicut & nos dimittimus. Sic autem Iudas non fecit, idcirco secundum Cassiodorum pecca-
uit, dicẽdo, Dimitte nobis debita sicut & nos, &c. quoniam in fraterno fuerat odio. ❡ (7) FIANT

C dies eius] scilicet Iudæ [PAVCI.] Nam statim seipsum peremit ex desperatione Christo diiudicato.
Nam laqueo se suspendit, vt dicitur apud Matthæum, Et suspensus crepuit medius, & diffusa sunt o- Matt.27.
mnia viscera eius, vt in libro Act. inducitur [ET episcopatum eius] id est, apostolatũ [ACCIPIAT Act.1.
alter] nuta Matthias, qui pro eo in Apostolum est electus, prout in Actibus Apostolorũ plenius reci Ibidem.
tatur. Vnde episcopi dicuntur, & sunt successores Apostolorum. ❡ (8) FIANT filii eius orphani,
& vxor eius vidua.] Horum vtrũq; simul factum est, eo suspenso & merito. Nam vt fertur pro filiis
& coniuge sustentandis atque ditandis furabatur ea quæ Christo dabantur, cuius ipse procurator fu- Iohã.13.
it. Et huic consonare videtur, quod à Iohanne scriptum est, vbi post verba Iudæ quibus dixit, quare
vnguentum hoc non veniit trecentis denariis, & datum est egenis. Subdit Euangelista, Hoc antẽ di-
cebat, non quia de egenis ad eum pertinebat: sed quia fur erat, & loculos habens. Deinde describitur
pœna populi Iudęorum, qui dici possunt filii Iudæ, quoniam malitiã eius imitati sunt: de quibus sub-
iungitur. ❡ (9) NVTANTES] hoc est, gressu titubantes, & certum locum quo ire debeant igno-
rantes [TRANSFERANTVR] de propria terra [FILII eius] id est, Iudæi [ET mendicent]
tanquam ab aduersariis suis scilicet Romanis, spoliati bonis immobilibus atque mobilibus [EICI-
ANTVR de habitationibus suis] ad terras alienas. Hæc omnia facta sunt eis à Tito atq; exercitu Ro
manorum, quemadmodum per Osee prophetam Christus prędixit, Exosos habui eos propter mali- Osee.9.

D tiam adinuentionum ipsorum. De domo mea eiiciã eos, & erũt vagi in nationibus. ❡ (10) SCRV-
TETVR fœnerator] hoc est, exactor .s. Titus [OMNEM substantiam] id est, diuitias [EIVS] id est,
populi Iudæorum. Titus nãq; fecit substantiam Iudæorũ diligenter inquiri ac tolli [ET diripiãt alie-
ni] id est, Romani ministri Titi [LABORES eius] .i. diuitias Iudæorũ labore adeptas. ❡ (11) NON Iosep.lib.
sit illi] populo Iudæorum [ADIVTOR] contra Rom. Nullus enim ausus erat eos iuuare, imo vt Io 2.belli Iu
sephus scribit, Agrippa rex quanuis esset Iudæus, adhæsit tamen Romanis [NEC sit qui misereatur dai.ca.16
pupillis eius] id est, filiis Iudæorum occisorum. Romani enim sine misericordia eos vel occiderunt,
vel vendiderunt, vel grauiter afflixerunt. ❡ (12) FIANT nati eius in interitum] hoc est, filii po-
puli huius gladio, fame, & pestilentia pereant: quod factũ fuit in obsidione Ierusalem à Romanis [IN
generatione vna deleatur nomen eius] .i. populus ille cum filiis suis infra tempus vnius generationis
deficiat. Hoc plane impletũ est, quia post quadraginta circiter annos à Christi passione destructa est
Ierosolyma, & populus eius deletus est à principe & exercitu Romanorũ, quẽadmodum in Daniele
prophetatum agnoscimus, Post hebdomadas (inquit) sexagintaduas occidetur Christus, & non erit Dan.9.
eius populus qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuariũ dissipabit populus cum duce futuro.
❡ (13) IN memoriam redeat iniquitas patrum eius] hoc est, peccatum in Christum commissum à
patribus Iudæorũ, qui erant tempore Titi, recolatur [IN conspectu domini] id est, coram deo, ita ꝙ
puniatur non solum in patribus qui Christum occiderunt, & tẽpore Titi pro maiori parte defuncti

fuerunt,sed etiam in filiis, patrum infidelitatem,& culpas sectantibus,quatenus impleatur quod pa- E
Matt.27. tres horum filiorũ coram Pilato clamabant,Sanguis eius super nos,& super filios nostros [ET peccatum matris eius] id est, infidelis synagogæ [NON deleatur] quoniam ipsa non pœnitet,idcirco in præsenti vita punitur temporaliter,& in inferno æternaliter. Vnde Christus de eis ait per Osee,
Osee.9. Non addam vt diligam eos.Sed cum in Ezechiele dominus dicat:non erit vobis istud in Prouerbiũ,
Ezec.18. Patres comederũt vuam acerbam,& dentes filiorum obstupuerunt.Et iterum, Anima quæ peccauerit ipsa morietur,filius non portabit iniquitatem patris,& pater non portabit iniquitatem filii:quæri
Ibidem. potest,Quomodo peccatum Iudæorum vindicatur in filiis. Et respondendum, ꝙ duplex est pœna, videlicet temporalis & æterna. Iterum quædam est pœna inferens damnũ in spiritualibus bonis,alia vero est pœna damni corporalis:dum ergo filii non imitantur peccata parentum,non puniuntur pro peccato illorum pœna æternali aut spirituale nocumentum inferenti,videlicet gratiæ subtractionem in præsenti,aut gloriæ in futuro. Dum vero peccatum parentum sequuntur,puniuntur tali quali & illi,& interdum grauiori. Porro dũ filii non imitantur peccata parẽtũ,puniuntur quandoq; pro peccato parentum pœna temporali,& corporale nocumentum inferenti,eo ꝙ filius sit aliquid suorum parentum tanquam de eorum substantia natus. Quẽadmodum pomum pẽdens in arbore est aliquid arboris. Nec hoc iniustum putetur,præsertim cum secundum leges humanas vnus hoc modo puniatur pro culpa alterius:sicut pro crimine læsæ maiestatis à patre commissum,filius eius hæreditate priua- F
Exod.20 tur. Et ex hoc innotescit quomodo intelligendum sit,quod in Exodi libro dominus ait, Ego sum dñs
Exo.34. deus tuus fortis,zelotes,visitans iniquitatem patrũ in filios,in tertiam & quartam generationem eorum qui me oderunt. Quod in eodem libro Moses clarius dicit,loquens ad dominũ, Dominator domine nullus apud te per se innocens est,qui reddis iniquitatem patrũ filiis ac nepotibus in tertiam &
Ierem.32 quartam progeniem. Vnde & apud Ieremiam inducitur, Domine deus tu reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post eos. ℂ(14) FIANT contra dominum semper] id est, Iudæi omni tempore contra Christum regem regum,& dominũ dominorum superbiant,& infideles permaneant. Hoc
Amos.5. videmus impletũ,quoniã pene omnes obstinati sunt. Propter quod propheta testatur, Domus Israel cecidit,non adiiciet vt resurgat [ET dispereat de terra] ecclesiæ militantis ac triumphãtis [MEMORIA eorum,] scilicet, Iudæorum,eo modo quo sacra scriptura multoties perhibet perire memoriã malignorum,videlicet quantum ad bonum & vtilitatem. Sic enim perit impiorum memoria, quia nõ est eorum commemoratio reuoluenda in bonum eorum. Nihilominus quosdam fecit famosos singularis ac summa eorũ malitia,sicut Iudæos qui Christũ occiderũt. Iustorum autem memoria manet in
Prou.10. bono. Vnde in libro Prouerb. scriptum est, Memoria iusti cum laudibus,& nomen impiorum putrescet [PRO eo quod non est recordatus] populus iste & Iudas [FACERE misericordiam] cum do- G
mino saluatore,imo maximã crudelitatem fecerunt in eum,secundum quod sequitur. ℂ(15) ET persecutus est hominẽ inopem & mendicum] hoc est, Christum qui duxit in hoc mundo vitam pau-
Matth.8. perrimam,iuxta quod ipsemet ait apud Matth. Volucres cæli nidos habent,& vulpes foueas:filius au
Lucæ.8. tem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et sicut Lucas testatur, Quædam religiosæ mulieres ministrabant ei de facultatibus suis. Vnde Ierem. Christum in primo suo aduentu in omni paupertate fuisse victurum,spiritu sancto reuelante cognoscens,miratus est valde,alloquens eum his verbis,
Iere.14. Quare quasi colonus venturus es in terra,& quasi viator declinans ad manendũ? Sic quoq; describit
Zach.9. eum Zach. primo fuisse futurum, Exulta (inquiens) filia Sion,quia rex tuus venit tibi iustus & Saluator,ipse pauper & ascendens super asinam. Multum igitur errant Iudæi,qui præstolantur Messiã in primo suo aduentu in tanta maiestate venturum,quod totius mundi monarchiam obtineat, vniuersaque regna eis subiiciat [ET compunctum corde mortificare] id est,populus Iudæorum persequẽ-
Matt.15. do conatus est occidere Christum mente afflictum ex compassione errantiũ,& propter ingratitudi-
Iohã.19. nem Iudæorum,ad quorum salutem specialiter missus fuit. Vnde apud Iohannem dicũt,Nos legem habemus & secundum legem debet mori,quia filiũ dei se fecit. ℂ(16) ET dilexit] tam Iudas quã populus sibi consentiens [MALEDICTIONEM,] non sub ratione maledictionis. Nullus enĩ respiciens ad malum operatur secundum Dionysium,nec malum sub ratione mali appetitur. Sed dilexit maledictionem,id est causam pro qua maledictio eis superinducta est.s.culpam, & facto suo ostendit se id amare,quod vel maledictio est,vel maledictionis origo, [ET veniet ei] maledictio cõcupita:nã H
à Romanis atrocissime opprimebãtur [ET noluit] populus iste & Iudas [BENEDICTIONEM] id est fidem,doctrinam,& gratiam Christi [ET elongabitur ab eo] quia non infundetur cordi eorũ. ℂ(17) ET induit maledictionem sicut vestimẽtum] id est,peccatum pro quo infligitur maledictio circũdedit populum istum ac Iudam,atq; operuit eũ,sicut vestis circũdat operitq; vestitum. Propter-
Osee.7. ea Osee, Circũdederunt (inquit) eos adinuentiones suæ,coram facie mea factæ sunt [ET intrauit sicut aqua in interiora eius] .i. peccatũ istud per consensum ingressum est corda populi huius:vel ipsa maledictio.s.dolor inflictus,intrauit sicut aqua.i.copiose atq; faciliter in interiora eius,quia non solũ corpore,sed etiam mente affligebantur ab æmulis [ET sicut oleũ in ossibus eius] .i. sicut oleum ossa corporis refocillat,lenit,atq; delectat:sic isti in suo peccato gloriati sunt, & propria malignitate nutriti. ℂ(18) FIAT ei sicut vestimentum quo operitur] id est,vndique cadat super eos persecutio dura,& peccatũ ipsorum vertatur ipsis in pœnas grauissimas [ET sicut zona qua semper præcingitur] id est,maledictione sua capiatur hic populus,& vsque in finem seculi captiuitate sua ligetur. ℂ(19) Hoc opus eorum] id est,ista est pœna & maledictio Iudæorum [QVI detrahunt mihi apud dominum] id est,deo sciente & attendente,quem nil latet [ET qui loquuntur mala aduersus animã meam] id est, qui mala culpæ mihi imponunt, & mala pœnæ mihi inferre deposcunt,dicentes illud

A Luc.Hunc inuenimus subuertentem gentẽ nostram,& prohibentem tributa dari Cæsari, & dicẽtem Luc.23.
se Christũ regem esse.Illud quoq; quod apud Iohãnem clamant, Tolle,tolle, crucifige eum. Deinde
Christus orat patrem. ℂ(20) ET tu domine dñe fac mecum] id est,da mihi quod postulo [PRO- Iohan.19
PTER nomen tuum] .i.propter teipsum,& nominis tui honorẽ:resuscitando me à mortuis [QVIA
suauis est misericordia tua] id est,dulciter sapit electis misericordia tua,qua tot,tanta ac talia pro ho-
minum salute fecisti.Ecce quàm dulcis,decorus,industriosus,ac sententiosus versiculus,in quo nomẽ
domini iteratur,vt accẽdatur affectus,in quo deus rogatur,propter seipsum agere id pro quo oratur,
non propter merita alicuius.Et ad hoc adiicitur ratio,quia suauis est misericordia eius.Iustitia nanq; 2.Mac.1.
eius terribilis est. ℂ(21) LIBERA me] per resurrectionem beatam ab omni corporis passibilita-
te ac persecutione [QVIA egenus] .i.opem à te requirens,secundum quod homo sum [ET pauper
sum ego] sicut nũc patuit.Vnde Apostolus, Scitis (inquit) gratiam domini nostri Iesu Christi, quia 2.Cor.8.
cum diues esset,propter nos pauper factus est, vt nos inopia illius diuites essemus [ET cor meum]
humanum,non mens diuina [CONTVRBATVM est intra me] id est,vehementer affectum dolo- Matt.26.
re,timore,tristitia:ita vt dicerem, Tristis est anima mea vsq; ad mortem.Hinc enim vt est apud Io- Iohã.12.
hannem dixit,Nunc anima mea turbata est,& quid dicã?Sed quæri potest, quomodo turbatio Chri- Iohã.14.
sto conueniat,cum ipse apud eundem Euang.apostolis dixerit,Nõ turbetur cor vestrum neq; formi-
B det?Et respondendum,quod turbatio interdum importat deordinationem,seu immoderatam cordis
affectionem,& ita in Christo non fuit:sicq; reprobatur ab eo. Interdum vero designat vehementem
animi affectionem,ex aliqua præcipua consideratione,aut causa,& ita fuit in Christo,tamen spõte as
sumpta ex præuia ratione.Iuxta illud Iohan.Iesus infremuit spiritu,& turbauit seipsum. ℂ(22) SI- Iohan. 11
CVT vmbra cũ declinat,] ad occasum ac tenebras,cito aufertur ac deficit:ita ego [ABLATVS sum]
de vita corporali & consortio discipulorum affixus cruci,moriẽsq; in ea velociter: prout in Marco
scriptum est,Mirabatur Pilatus,si iam obiisset [ET excussus sum] de manu & persecutionib' Iudęo- Marc.15.
rum,in die resurrectionis meæ.Quia tũc in corpore immortali surrexi,atq; ab omni pœnalitate me-
ipsum excussi [SICVT locustæ] quæ euolant ne detineantur ab aliquo. Vel excussus sum fugiendo
de loco ad locum propter persecutiones aduersariorum meorũ.Nam in infantia à facie Herodis in- Matth.2.
grediebar AEgyptum,Iudæorum quoq; persecutionem subinde declinaui,sicut locustæ,quę de loco Iohan.6.
ad locum transiliunt. ℂ(23) GENVA mea infirmata sunt à ieiunio] Quanuis quidã existiment, Lucæ.4.
hoc ad literam non competere Christo, & ideo exponendum esse de mẽbris eius hoc modo,Genua
mea,id est,apostoli qui alios sustentare debuerant suo exemplo,infirmata sunt tẽpore passionis meę,
à ieiunio,hoc est,ex defectu spiritualis refectionis.Quoniam donũ fortitudinis nondum perfecte gu-
stauerunt,aut receperunt,sed omnes (vt Euangelista narrat) dispersi sunt,atq; fugerunt. Videtur ta- Matt.26.
C men non esse absurdum si asseramus Christum ex ieiunio in genibus proprii corporis infirmatũ,seu
debilitatum . Ieiunauit enim continuo quadraginta diebus & noctibus, & postea esuriit, ex attenua- Matth. 4
tione corporis.Esuries autem fatigationem facit in corpore,quę sentiri de facili solet in genibus.De-
niq; cur inconuenientius est dicere Christum ex ieiunio genibus infirmatum, quàm ex aliis labori- Lucæ.4.
bus corpore fatigatum. Est autem ex laboribus fatigatus:iuxta illud,Iesus fatigatus ex itinere sedebat Iohan.4.
super fontem.Assumpsit nanq; indetrahibiles defectus secundum Damascenum,quales sunt fames,
sitis,fatigatio,timor & dolor,naturales,atque consimiles [ET caro mea immutata est] à naturali vi-
gore ad famis defectum,seu maciem quandam [PROPTER oleum] id est,ex defectu cibi conditi.
Vnde translatio Hierony.talis est,Caro mea macilenta est absque oleo. Veritas autem hebraica ha-
het sic,Caro mea macilenta est à pinguedine.i.ex defectu pinguedinis. Christus nanq; in iuuẽtute ha
huit corpus conuenienter carnosum & plenum,quoniam sanguineæ & optimæ fuerat complexionis
tanquam ex purissimis sanguinibus sanctæ virginis habens corpus sumptũ,atq; à spiritu sancto for-
matum:sed postmodum propter diuersos labores vigiliarũ,ieiuniorũ,viarum,attenuatum erat in tan
tùm,vt Christus videretur senior quàm erat.Propter quod dixerunt ad eũ Iudæi, Quinquaginta an- Iohan.8.
nos nondum habes.Licet enim non haberet vltra triginta tres annos,videbatur tamen satis plus ha-
bere de senio.Hæc dicta sint non pertinaciter asserendo,sed pie opinando. ℂ(24) ET ego factus
D sum opprobrium illis] Sæpe enim deriserunt Christũ Iudæi,præsertim in passione, secundum quod
dictũ est supra,Ego autem sum vermis & non homo,opprobriũ hominũ & abiectio plebis [VIDE- Psalm.21.
RVNT me] pendentẽ in cruce [ET mouerunt capita sua] congratulantes de mea miseria,sicut scri
ptum est,Prætereuntes autem blasphemabant eum,mouentes capita sua,& dicẽtes, Vah,qui destruis Matt.27.
templũ dei. ℂ(25) ADIVVA me] in passione secundum quod homo sum , & humanitati meæ
assiste,eiq; in omnibus cooperare.Petit autem se Christus homo iuuari à deo, non quod timeret se
posse peccare,sed vt diuina virtute præualeret in prælio.Propter quod ait, Dominus deus auxiliator Esa.50.
meus.Itemque,Dominus mecũ est,quasi bellator fortis, [SALVVM me fac] à morte ac mortalitate Iere.20.
[SECVNDVM misericordiam tuam] Cur non ait secundũ iustitiam tuam?Potuit vtiq; vtrũq; dice-
re:sed vt nos suo exemplo doceret,nunquam de propria perfectione præsumere,magis autem in dei
pietate incessanter sperare:ideo dixit,Saluũ me fac secundum misericordiam tuam . Et item,quia in
omni opere dei misericordia cõmiscetur.Itémq;,Quoniam omnis virtus & gratia Christi sola mise-
ricordia dei concessa est animæ eius. ℂ(26) ET sciant] aduersarii mei per experientiam suæ da-
mnationis.Boni quoq; per annũciationem euangelicæ veritatis [QVIA manus tua hæc] id est,quod
ista saluatio ac resurrectio mea,est effectus tuæ diuinæ virtutis,quæ sola potest mortuos suscitare [ET
tu domine fecisti eam] id est,prædictum effectum.s.resuscitationem meam. ℂ(28) MALEDI-
CENT illi,& tu benedices] Increduli nanq; Iudæi Christum blasphemarunt ante passionẽ, in pas-

sione,& post passionem. Deus autẽ benedixit Christo homini quãtũ ad præmiũ accidentale, & quã- E
tũ ad mysticũ corpus ipsius [QVI insurgũt in me] id est, persecutores mei [CONFVNDANTVR]
vel confusione temporali erubescendo de suis sceleribus: vel confusione æterna, sentiendo tormenta,
Ierem.17 si modo non pœnitent. Vnde per Ieremiam ait Saluator, Confundantur qui me persequuntur, & nõ
Philip.3. cõfundar ego [SERVVS autem tuus lætabitur] id est, ego filius tuus qui formam serui accepi, & vt
homo seruus tuus sum, lætabor in te erubescẽtibus atq; pereũtibus illis. ℂ (28) INDVANTVR]
hoc est, vndiq; operiantur [QVI detrahunt mihi pudore] ita q̃ erubescant de sua detractione, vel ad
pœnitentiam salutarem, vel per damnationem æternam [ET operiantur sicut diploide] id est, velut
duplici veste [CONFVSIONE sua] ita q̃ coram deo atq; hominibus erubescant: imo sic quòd nunc
eorum confusio ac pœna incipiant, & in futuro æternaliter durẽt. Quorundam enim pœna nunc in-
choatur, in futuroq; seculo sine fine cõtinuatur: electorum vero castigatio modo incipit, & postea fi
nem sortitur. Hæc autem in Iudæis manifeste implentur. Nam à tempore destructionis & expulsio-
nis eorum tempore Titi, vsque in præsentem diem vagi & exules sunt, & aduersariorum suorũ ditio-
ni subduntur, variisq; pœnis ac confusionibus afficiuntur: nec tamen emendantur ex hoc, sed pœna
eorum nunc incipit, & postmodum in perpetuum perseuerat. Propter quod de eis conscriptum est,
Ierem.17 Duplici contritione contere eos domine deus noster. Porro prophetia ista de confusione Iudæorum
Apoc.1. tunc summe implebitur, quando videbunt in quem compunxerunt: puta in die iudicii. Tunc enim iu- F
dicabuntur à Christo quem iudicauerunt, & conspicient quem occiderunt. ℂ (29) CONFITE-
BOR domino nimis] id est, deuotissime [IN ore meo] ipsum laudando de omnibus bonis mihi col-
latis [ET in medio multorũ] id est, inter fideles seu in ecclesia [LAVDABO eum] de bonitate ipsi⁹
& propria perfectione eius in semetipso. Hoc Christus post resurrectionem fecit, quando discipulis
Iohan.21 suis apparuit, stansq; in medio eorum dixit, Pax vobis, sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos.
Actuũ.1. Et, Non est vestrũ scire tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Sed & per seipsum
Christus vt homo in cælo empyreo incessabiliter nunc laudat deum, seu sanctam trinitatem, cum in-
excogitabili reuerentia cordis. In ecclesia quoq; militanti laudat deum per suos ministros, quos ad di
uinam laudem induecit. ℂ (30) QVIA astitit à dextris pauperis] id est, mihi pauperi in omni tri-
Iohan.8. bulatione paternaliter affuit, nec vnquam me dereliquit, sicut in Euãg. Iohã. locutus sum, Nõ reliquit
me pater solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper [VT saluam faceret à persequentibus ani-
mam meam] id est, quatenus meipsum, seu vitam meam corporalem saluaret de manibus Iudæorum
& crucifixorum meorũ resuscitando me tertio die à mortuis. In expositione Psal. præsentis, S. Hiero-
nymus contra Iudæos sic argumentatur. Respondete mihi ô Iudæi: fuistis in Babylonia, habuistis ibi
prophetas, Danielem, Ezechielem. Septuaginta annis fuistis in captiuitate illa, & postea venistis in G
propria (computa annos à Christo vsq; Hierony.) Ecce nunc quadringenti anni sunt, quare non est
missus ad vos propheta, & quare dereliquit vos dominus? Tunc dereliquistis dominum, & idola cole
batis & miserebatur vestri. Nunc cum non colitis idola, quare dereliquit vos dominus? Hucusq; Hie
rony. Sed ecce nunc amplius quàm mille & quadringenti anni sunt, ex quo in ista captiuitate fuerũt.
Nec ad eos inuenitur missus propheta, nec aliquod signum certum, diuinũ ac euidens eis monstratũ
est, quo scire possint se pertinere ad populum dei. Imo non obstante, quod apertissime demõstramus
eis ad oculum hanc esse finalem captiuitatem eorum propter peccatum eorum in Christum commis
Dan.9. sum, quemadmodũ per Danielẽ inducitur, Non erit eius populus qui eum negaturus est, & finis eius
Osee.3. vastitas, & vsq; in finem perseuerabit desolatio. Et per Oseã, Dies multos sedebunt filii Israel sine re-
ge, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephoth, & sine Teraphim. Et post hæc re-
reuertentur filii Israel, & quærent dominum deum suum, & Dauid regem suum (id est, Messiam vt
omnes exponunt) & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. In hoc autem
quod S. Ose. perhibet eos postea reuersuros ad deum, & quæsituros Messiam dat palam intelligere,
quod illis multis diebus de quibus ipse loquitur, sedent sine deo & Christo, id est, sine vera fide & di-
gno cultu dei atque Messiæ. Vel ergo per dies illos multos, de quibus tractat Oseas, intelligendi sunt
dies huius captiuitatis, vel non. Si sic, constat, quod modo sedeant sine deo, & Christo, tanquam infi-
deles ac reprobi. Si non, tunc restat vna alia captiuitas lõgior ista, quam nec ipsi expectant. Quamuis
ergo sit ita, non tamen volunt informari, credere, aut conuerti: quatenus sancti prophetæ, qui eorum H
excæcationẽ & obstinationẽ prædixerũt, in hoc quoq; inueniãtur veraces. Vere enim peruenit super
Ephe.2. eos ira dei vsque in finem, & verificatur in eis quod Salomon dicit, Quem despicit deus, hunc nullus
Eccle.7. corrigere potest. Optime quoque nobilis noster Cassiodorus loquitur, Virgo peperit, Messias venit,
agnus immolatus occisus est, redemptor surrexit à mortuis, mundus audita credit, & adhuc Iudæus
simulat se nescire, quod totus mundus agnouit. Præsta domine obstinatis conuersionem, obscuris lu-
men, incredulis fidem, vt pro quibus in cruce orasti, periclitantibus subuenire digneris. Nam quibus
Luc.23. suadere iusta non possumus, recte pro illis tibi domine supplicamus.

ℂ Expositio Psalmi eiusdem moralis, seu tropologica.

Luc.9. CVM Christus dicat, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quo-
tidie, & sequatur me, mirũ non est, si Psalmi qui ad literam de Christi passione loquuntur, de
eius ecclesia seu quocunq; fideli moraliter exponantur. Ecclesia igitur seu quilibet hõ Christi
vestigia digne sequens, contemnendo laudes humanas, & sustinendo persequutiones diuersas in pro-
Matt.25. pria persona, domino dicere potest, Deus laudem meam ne tacueris. i. tu propter quẽ honores & lau
Luc.19. des temporales despicio, atque diuersa sustineo: me in iudicio approba, lauda, & salua, dicendo, Euge

A serue bone & fidelis,intra in gaudiū domini tui. Nec permittas ab aliis laudē meam taceri,quādo ad
ædificationem fit proximi,atq; ad gloriā nominis tui.Quia os peccatoris, & os dolosi super me aper-
tum est, id est, verba superba & dolosa aduersus me dicta sunt . Locuti sunt homines praui aduersum
me lingua dolosa,proponendo mala sub specie boni,vt quem manifesta malitia fallere nequeunt,pal
liata æquitate decipiant,quod valde iniqnū est,secundū quod per Esa.inducitur , Fraudulenti vasa.i. Esa.32.
verba pessima sunt,ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacii. Et
Malach.Maledictus,inqnit,dolosus. Verūtamen vitium istud (prohdolor) nimis commune est. Pro- Malac.1.
pter quod Ierem.ait, Vnusquisque se à proximo suo custodiat,& io omni fratre suo non habeat fidu- Ierem.19
tiam,quia omnis frater supplantans supplantabit,& omnis amicus fraudulenter incedet,& vir fratrē
suum deridebit. Hinc quoq; scriptum est, Vir fratrem suum venatur ad mortem. Ab ea quæ dormit in Mich.7.
sinu tuo,custodi claustra oris tui:quia inimici hominis domestici eius . Cum ergo sit ita,merito dicit
scriptura,Ne omni homini cor tuum reueles, & beatus qui inuenit amicū verum. Et sermonibus odii Eccl.8.
circūdederunt me,quærentes me à summo bono auertere:quod est odiū pessimū . Sed non est nobis Eccl.25.
timendum ob hoc,quoniam Christus locutus est,Beati eritis,cum oderint vos homines,& cum sepa Lucæ.6.
rauerint vos & exprobrauerint,& eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium homi-
nis.Et expugoauerunt me gratis.Hoc maxime Christi martyribus conuenit,qui propter iustitiam oc
B cidi digni fuerūt:sed & omnis qui propter institiam patitur atq; opprimitur gratis.i.sine suo demeri-
to espugnatur.Pro eo vt me diligerent,detrahebant mihi. Hoc conuenit bonis prælatis & fratribus
qui commissos seu proximos charitatiue ac iuste corripiunt,propter quod amari deberent, quemad-
modum scriptum est, Argue sapientem & diliget te.Sed ipsi econtrario ab illis odio habentur, & ob- Prou.9.
locutiones patiuntur:prout dicit scriptura,Odio habuerunt corripientem,& loquentē perfecte abo-
minati sunt:ego autem orabā pro ingratis & æmulis.Hoc est quod dicit Apostolus, Maledicimur, & Amos.5.
benedicimus:blasphemamur & obsecramus. Vnde & alibi monet, Noli vinci à malo,sed vince in bo 1.Cor.4.
no malum.Hoc est scutum patientiæ famulorū Christi,in omni iniuriatione ad orationem recurre- Rom.12.
re.Primo pro semetipso orando ne à proprio animo superemur, & ad impatientiam moueamur , sed
in omni aduersitate constantes reddamur. Secundo autem orando pro aduersariis, vt deus eis igno-
scat,gratiámq; melioris vitæ infundat. De taliter patientibus Petrus ait, Qui patiuntur (ioquit) secū- 1.Pet.4.
dum voluntatem dei,fideli creatori commendant animas suas. Vnde & Christus ait, Si eos diligitis, Matth.5.
qui vos diligunt tantùm,quid amplius facitis? Nonne & Ethnici,id est,gentiles & infideles hoc fa-
ciunt? Constitue super eum peccatorem,& diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur,exeat condēna
tus, &c. Mirum videtur, quomodo nunc tanta imprecētur aduersario iusti ab ipso iusto, qui imme-
diate prædixit se orasse pro æmulo.Sciendum ergo,quod verba ista atq; similia,quibus videtur malū
C optari inimico,tripliciter intelliguntur. Primo, per modum propheticæ prenūciationis, non per mo
dum imprecationis alicuius oociui.Secundo per modum demōstrationis quod impius mereatur. Ter
tio,per modum zeli,quo se homo conformat diuinæ iustitiæ,imprecans impiis mala secundū ordinē Iere.28.
æquitatis diuinæ,nisi pœniteant. Et hoc modo Ierem.dicit, Domine ne propitieris iniquitati eorum,
& peccatum eorum non deleatur. Ait ergo ecclesia seu fidelis, Cōstitue super eum,id est super popu-
lum præuaricatorem,constitues, & constitui decet, & oro vt statuas ad laudem iustitiæ tuæ,nisi resi-
piscat, peccatorem.i.diabolum seu indignum prælatū,quatenus quales serui,tales sint domini, & dia-
bolus stet à dextris eius,inducendo eum ad omnia opera mala. Fiant dies eius pauci.i.in vita gratiæ
non persistat, vel dies suæ naturalis vitæ breuiētur propter peccata ipsius,quemadmodum Ecclesia-
stes dicit, Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius. Et episcopatum eius accipiat alter, hoc Eccle.8.
contra indignos prælatos inducitur,qui vtinā suo officio priuarentur. Sicut enim bono prælato nihil
est vtilius:sic indigno prælato nihil nocentius. Fiant filii eius orphani.i.imitatores populi tam mali-
gni priuentur patre cælesti,ne sint filii adoptiui patris æterni:sed serui diaboli, cuius voluntati cōsen
tiunt. vxor eius.i.ecclesia malignantiū,cum qua ipse spiritualiter aut corporaliter fornicatur, fiat vi-
dua.i.desinat esse Christi sponsa,eo quod fornicetur cum amatoribus multis,nec fœcundetur luce &
gratia spiritus sancti,sed in omnibus bonis sterilis fiat. Nutantes transferantur filii eius.i.imitatores
D plebis peruersæ transferantur de regno Christi ad potestatem diaboli,de statu salutis ad statū damna
tionis,de morte temporali ad perpetuam mortem inferni: & hoc nutantes.i.instabiles, facti, vagi,ac Psal.17.
dissoluti,sicut supra dictū est, Filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Impius nāq; Prou.1.
facit opus instabile,sicut scriptum est. Et mēdicent, tanquam omnibus spūalibus bonis priuati eo mo Matt.25.
do quo fatuæ virgines mēdicabant,dicentes ad sapiētes, Date nobis de oleo vestro. Eiiciantur de ha
bitationibus suis.i.de locis ecclesiæ,tanquam indigna & putrida membra ipsius . De habitationibus
suis.i.de cælestibus mansionibus,eis (si bene vixissent) paratis . Scrutetur fœnerator.i.exactor.s.dæ-
mon,tentator,à quo peccator peccata velut pecuniam mutuat,dum eius suggestione & cooperatio-
ne concupiscentiis satisfacit. Omnem substātiam eius,id est, omnes interiores diuitias, impū scilicet,
dona naturæ & gratiæ sibi collata, & ea suo dominio subdat,anferat,aut inficiat . Et diripiant alieni,
id est dæmones de particularibus vitiis tentantes, labores.i.virtutes & merita eius spoliando eum do
nis dei. Quemadmodum enim exactor donum debitoris non poteotis debita reddere percepta licen
tia intrat, & bona eius tollit:sic dæmon cor peccatoris in vitiis persistentis,deo permittente ingredi-
tur,atq; in eo bonis spoliato,dominationem sortitur. Non sit illi adiutor. Qui enim adiutorio dei iu-
ste priuatur,ab alio nullo valet saluari,aut salubriter adiuuari . Nec sit qui misereatur pupillis eius.i.
qui praua opera eius sequuntur,sed iustā pœna plectantur,vel in hoc seculo, aut in futuro:prout scri
ptum est, Sic pereāt inimici tui domine:qui autem diligunt te,sicut sol in ortu suo splēdet,ita rutilēt. Iudic.5.

Fiant nati eius in interitum spiritualem, perdendo vitam animæ. s. charitatem & gratiam. Fiant con- E
Sap. 14. tra dominum semper. i. omni tempore deo displiceant: sicut scriptum est, Odio sunt deo impius & im
pietas eius. Et dispereat de terra viatorum ac comprehensorum. i. de præsenti ecclesia & regione vi-
uorum seu patria, memoria eorum, quantum ad bonum, ita quòd nesciantur à deo per approbationē,
pro eo quod non est recordatus conuētus eorum seu ipsi facere misericordiam cum proximo suo. Et
persequutus est hominem inopem & mendicum, quod est peccatum clamitans ante deum, & compū
ctum corde, ex contritione peccati sui & aliorum conati sunt mortificare. Merito ergo populus tam
Iob. 24. crudelis æternæ obliuioni traditur nec vllam misericordiam consequitur: sicut Iob ait, Obliuiscatur
Matth. 7. eius misericordia, & dulcedo illius vermis. Vnde & Christus, Eadem, inquit, mensura qua mensi fue-
Eccl. 28. ritis, remetietur vobis. Et alibi legitur, Homo in hominem sibi similem non habet misericordiā, & de
peccatis suis deprecatur altissimum: quis exorabit pro peccatis illius? Quasi dicat, hoc pene irremissi
bile esse. Et dilexit maledictionē, & veniet ei. Maledictionē diligit, qui opera amat propter quæ Chri
Matt. 25. stus in fine dicturus est reprobis, Ite maledicti in ignem ęternū. Maledictionem diligit qui amat quod
Prou. 2. sibi non expedit, quia lętatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis. Maledictionem dili-
Iob. 21. gunt, de quibus Iob asserit, Dixerūt deo, Recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Et
Esa. 30. Esaias, Dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta
sunt. Et noluit populus reprobus benedictionem, id est gratiam dei, quoniam spreuit legem altis- F
Prou. 1. simi, & elongabitur ab eo, quia non dabitur ei. Et induit maledictionem sicut vestimentum. i. peccato
repletus est. Hinc enim sapientia ait, Quia vocaui & renuistis, despexistis omne consilium meum, &
increpationes meas neglexistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis quod
timebatis euenerit: cum irruerit repentina calamitas. Fiat ei sicut vestimētum quo operitur, id est ma-
Esa. 47. ledictio. s. culpa & debita pœna operiant impium, sicut vestis operit veste indutum. Hoc accidit im-
Iob. 25. pœnitenti, quemadmodum Esa. dicit, Veniet super te malum atq; calamitas, & nescies ortum eius, &
veniet super te miseria repente. In Iob quoq; legitur: Propter malitiam tuam circundatus es laqueis,
Prou. 5. & conturbat te formido subita, & sicut zona qua semper præcingitur, id est, maledictione peruersus
ligetur, ne exeat rete diaboli, sicut ligatur corpus cum cingulo. Hoc est quod Salomon fassus est. Ini-
quitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Deinde ecclesia, seu qui-
libet iustus subiungit. Hoc opus corū, ista erit merces illorum, qui detrahunt mihi apud dominū. Ter
ribile ergo est, detrahere iustis. Et tu dñe domine fac mecum misericordiam tuam, propter nomen
Esa. 43. tuum, id est, propriam tuam bonitatem & gloriam, non propter iustitias meas. Hoc modo deus pro-
Esa. 48. pter seipsum dimittit nobis peccata, & dona gratiæ impartitur. Ait enim per Esa. Ego sum qui deleo
Psal. 62. iniquitates tuas propter me. Et alibi, Propter me ego faciam, vt non blasphemer. Quia suauis est no- G
bis misericordia tua. Melior est enim misericordia tua super vitas. Libera me, ab omni periculo, &
malo pœnæ & culpæ, quia egenus propter imperfectionem naturæ, & pauper, propter carentiā gra-
tiæ, ego sum, & cor meum conturbatum est intra me ex recordatione diuini iudicii, æterni tormenti,
Iob. 3. proprii quoq; peccati, & propter diuersa pericula, quibus expositus sum, ita vt cum S. Iob dicere pos
sim, Antequam comedam suspiro, & quasi inundantis aquę sic rugitus meus. Sicut vmbra cum decli-
nat ablatus sum. i. quemadmodum vmbra ad occasum progrediens statim aufertur, ac deficit: sic ego
repente defeci & cecidi, vel à pristina gratia, vel à flore iuuentutis, vel à fortitudine corporis. Et ex-
cussus sum, à statu perfectionis, stabilitateq; mentis, à contemplatione ad phantasmata inutilia cor-
ruendo, sicut locustæ excutiuntur de loco suo. Est autem quædam ablatio bona, sicut cum homo au-
Esa. 52. fertur mūdo, vt seruiat Christo, aufertur diabolo, vt viuat virtutibus. Sic quoq; est quædā excussio bo
na: de qua Esaias, Excutere, inquit, de puluere, id est, à terrenis ad cælestia per contemplationē & di-
1. Cor. 9. lectionem ascende. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: hoc secundum sensum præhabitum compe-
2. Par. 36 tit his, qui cum apostolo dicere possunt, Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Sunt tamen
quædam genua cordis, de quibus in sua oratione ait Manasses, Et nunc flecto genua cordis mei. Sic
etiam est quoddam spirituale ac malum ieiunium, dum à cibo animæ homo ieiunat, spirituali, scilicet
refectione gratiæ dei priuatus. Ab hoc ergo ieiunio genua cordis. i. virtutes informantur, quia debili-
ter & sine feruore procedunt in actum. Gratia nāq; crescente, omnes virtutes roborantur, & fortius
atq; feruentius operantur: gratia vero decrescente, infirmantur virtutes. Et caro mea immutata, id est H
hilaris facta & roborata, propter oleum. i. propter cōsolationem internam, & ex promptitudine ani-
Matth. 6. mi, omnia libenter agentis ac sustinentis. Debemus enim in ieiunando vitare exteriorem hypocrita-
rū apparentiam: propter quod Christus loquutus est, Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & fa-
Iob. 15. ciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Et ego factus sum opprobriū illis. Insti enim ab im-
piis deridentur & contemnuntur. Propter quod dicit Saluator, Si me persecuti sunt, & vos persequē
1. Cor. 4. tur: quia non est seruus maior domino suo. Viderunt me, & mouerunt capita sua, insultando, illuden-
Ibidem. doque mihi, quemadmodum Apostolus dicit, Tanquam purgamentum huius mundi facti sumus o-
mnium peripsema vsq; adhuc. Et iterum, Spectaculū facti sumus deo & angelis, & hominibus, & nos
stulti propter Christum. Adiuua me domine deus meus, ne in tantis aduersitatibus per impatientiā
vincar. Adiuua me, vt fortiter pro tuo amore cuncta sustineam. Saluū me fac, modo per spem & gra
tiæ multiplicationem, in futuro autem per rem & gloriæ infusionem. Secundum misericordiam tuā,
id est cito & copiose, sicut tu copiosus plenus & velox es in misericordia. Et sciant, id est, experimen-
taliter videant hostes mei inuisibiles, atq; visibiles, quia manus tua hæc, id est, quod ista mea conforta
tio atque saluatio sit effectus seu opus tuæ potestatis diuinæ: & tu domine fecisti eam, id est, hoc quo-
que agnoscant, quod hæc operatio fit in me ex tua virtute, ita quod à te saluata est anima mea. Male-

A dicent illi mihi ex sua malignitate:& tu benedices,id est,gratiam magnam mihi prǽstabis pro hac in-
iuria,quam æquanimiter patior.Quāto enim conspexerit deus fideles suos maiora sustinere oppro-
bria & flagella,tanto liberalius eis succurrit,sicut supra dixit,Cum ipso sum in tribulatione.Qui in- Psal.90
surgunt in me confundātur.i.de sua malitia erubescāt,seq; victos inueniāt:seruus autem tuus lętabi-
tur in te:prout Apostolus monet,Qui gloriatur,in domino glorietur. Deinde sequitur vox gratias 2.Cor.10
domino referētis,Cōfitebor domino benefactori meo nimis,id est,toto affectu, deuotione pręcipua,
& vltra naturalium virium potestatem,in ore meo ipsum laudando: iuxta illud , Semper laus eius in Psal.33
ore meo.Et in medio multorū.i.inter alios & in ecclesia laudabo eū propter bonitatē eius,& benefi-
cia mihi cōcessa. Quia astitit à dextris pauperis.i.mihi pauperi fauorabiliter affuit .Astare nanq; est
adiuuātis,vt saluā faceret à persequentibus.i.malis & importunis hominibus atq; dæmonibus animā
meā,præseruādo eam à læsione peccati,conseruādóq; eam in statu salutis . Ecce Psalmum mysteria-
lem audiuimus, in quo capitis nostri diram persequutionem, & admirandam patientiam intuemur.
Discamus ergo Christi exemplo pro aduersarijs & persequutoribus cordialiter exorare , odientibus
affectum sanctæ dilectionis rependere,& Christi vestigia in omnibus imitari.

B

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CIX.

### ¶EXPLANATIO TITVLI.

PSalmi nunc declarandi titulus talis est,Psalmus Dauid.Cōuenit nāq; hic Psalmus Dauid pro-
phetæ tanquam authori,& Christo per Dauid significato tanquā materiæ seu subiecto: quia ad
literā loquitur de Christo,quemadmodū ipsemet Christus apud Matth.testatus est . Alloquens Mat.22
enim Pharisæos,Quid vobis,inquit,videtur de Christo,cuius filius est?Quibus respōdentibus,Da-
uid:adiecit,Quomodo ergo Dauid in spū vocat eū dominū,dicēs,Dixit dominus domino meo,sede
à dextris meis?Apostolus quoq; ex ista scriptura ostēdit Christū angelis maiorē,& patri æqualē. Ad Heb.1
quē,inquiēs,angelorū dixit aliquādo,sede à dextris meis,quousq; ponā inimicos tuos scabellū pedū
tuorū?Loquit itaq; Psalmus iste de Christo secūdū vtrāq; eius naturā,& de magnificētia eius in ascē
sione,de coæternitate eius,& substātiali idētitate cū patre,de generali eius dominio,sacerdotióq; æ-
terno,atq; finali iudicio.Ait ergo beatiss.Dauid,cui incerta & occulta sapiētiæ suæ reuelauit deus, Psal.50

### PRECATIO.

*Iesu saluator seculorum secundum ordinem Melchisedech,rex & sacerdos factus in æternum,ineffabili tua misera-*
C *tione à dextris tuis in iudicio nos constitue , atque inter benedictos patris tui deputatos regnum cœleste fac possidere,*
*qui cum eodem patre.&c.*

### ¶EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

DIXIT dominus domino meo,]id est,deus pater loquutus est filio suo vnigeni-
to,vero deo ac domino meo,qui est dominus meus secundum diuinitatē, & fi-
lius meus secundum humanā,quam ex semine meo suscepit,naturā . Dixit autē
non verbo foris sonanti aut trāseunti,sed intellectualiter ei innotuit,imò ab æ-
terno ita disposuit.Quid autem dixit,subiungitur,[SEDE à dextris meis].i. tu
fili charissime, qui propter meum honorem,hominúmq; salutem sub omnibus
creaturis humiliatus es, factus opprobrium hominum , in ascensione tua super
omnes creaturas exaltare,& vsque ad thronum maiestatis ac gloriæ meæ con- Psal.2
scende,illicque ad dexteram meam æternaliter reside,habita,acquiesce, ¶(2) DONEC ponā ini- Heb.2
micos tuos,]id est,omnes incredulos & iniquos,præsertim Iudæos [SCABELLVM pedū tuorum,]
id est,sic tuæ potestati ac dominationi subiectos,sicut substernitur scabellum pedibus sedentis . Hæc
subiectio iam aliquo modo impleta est.Christus enim post resurrectionem dixit,Data est mihi omnis Mat.28
potestas in cœlo & in terra.Imò ante passionem ait de se ad patrem,Dedisti ei potestatem omnis car Iohā.17
nis.Deniq; qui aliquando Christo repugnabāt,post conuersionem ad fidem ei subiecti fuerunt . Sed
D ista subiectio maximè apparebit,& plenè implebitur in die finalis iudicij,quia tunc Christus omnes
aduersarios suos deijciet & damnabit.Nam & tunc implebitur quod in Esaia de Christo prædictum Esa.45
est,Ad eum venient,& confundentur omnes qui repugnant ei.Interim ergo Christus sedebit ad de-
xteram patris.Sed nunquid postea non sedebit?Sedebit vtique postea. In diuina enim scriptura so-
let hæc dictio,donec , in oratione affirmatiua omnia tempora ponere & includere , sicut dum & in-
fra dicitur , Oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri . Sicque tenetur hoc Psal.122
loco,quoniam Christus in æternum sedebit ad dexteram patris . In oratione verò negatiua solet o-
mnia tempora abnegare & tollere,sicut in Matthæo de Ioseph & virgine benedicta asseritur , Non Mat.1
cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum.Et istud rationabiliter fit.Dum nanq; scri-
ptura affirmat aut negat aliquid pro illo tempore,quando minus sic esse videtur,tunc certū est quòd
ipsa velit insinuare illud alijs temporibus sic se habere,sicut dum Matthæus affirmat S.Ioseph nō co
gnouisse Mariam donec peperit Christum,certum est quòd postmodum eā non cognouit. Quomo-
do enim matrem filij dei vnigeniti tentaret accedere,cui se cohabitare sciuit indignum?Simili modo
dum Propheta asserit Christum ad dexteram dei sessurum,donec subijciantur sibi aduersarij sui, cer
tum est quod illis subiectis sedebit. Aduertendum autem quod sessio Christi ad dexteram patris, dupliciter
intelligi potest.Vno modo secundum diuinam ipsius naturam , sicque per dexteram patris designa-
tur æqualitas eius:vt sit , Sede à dextris meis,id est,residendo mecum , esto mihi mihi æqualis. Et
hoc modo dixit pater filio ab æterno,vt ad dexteram suam sederet . Imò generando eum , dixit &

contulit ei hoc ipsum, cùm ipsa generatio non sit nisi verbi prolatio. Dicitur enim pater filio secun- E
dum diuinitatem eius demonstrare & dicere, quoniam generando filium dedit ei diuinã essentiam,
quæ est ipsa sapientia, quam recipiendo dicitur filius à patre audire atque cognoscere. Non est ergo
in patre dextera corporalis, ueque in filio secundum quòd deus est sessio situalis. Sed sicut per dexte-
ram patris designatur eius æqualitas, ita per sessionem filij exprimitur summa dominatio eius. Sede-
re enim cõuenit regi ac iudici. Secundò intelligitur Christus secundum humanam naturam sedere,
id est, esse & permanere ad dexteram patris, id est, in summis ac potioribus bonis sui genitoris, vide-
licet in summitate cœli empyrei, atque perfecta participatione increatæ beatitudinis dei patris. Plus
siquidem de beatitudine dei recepit anima Christi, quàm vniuersi simul electi: & hoc modo dixit pa
ter Christo homini, Sede à dextris meis, ab exordio creationis animæ Christi, quantũ ad intellectua
lem reuelationem. Reuelauit etenim sibi statim vt condita est, quòd ipsa eùm corpore suo eleuanda
Ephe.1 esset super omnes cælos: sed quantum ad executionem & complementum dixit pater Christo, Sede
Marc. 16 à dextris meis, in ascensione. Tunc enim dicendo, id est, intellectualiter causaliterque iubendo exal-
Dan.7 tauit Christũ, & dedit illi nomẽ quod est sup omne nomẽ. Et de hac Christi sessiõe dicit Euãgelista,
Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris dei. Vnde & scri-
ptum est, Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsq;
ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Consequenter Propheta allo-
quitur Christum, ℂ(3) VIRGAM virtutis tuæ,] id est, euangelicæ legis doctrinam, qua corri-
guntur iniusti, seu dominationis ac regiæ tuæ dignitatis potentiam ô Christe, [EMITTET domi-
nus] pater seu deus trinitas per seruos suos apostolos [EX Sion,] id est, ex hoc loco sic dicto, in Ieru-
2.Re.5 salem sito. Sion nanq; mons fuit in Ierusalem, in quo constructum erat templum, itemque conclaue F
Act.1,2 vel cœnaculum, in quo Christus cœnam nouissimam celebrauit, in quo post resurrectionem discipu-
lis suis apparuit, in quo apostoli alijque cum eis congregati spiritum sanctum receperunt. Ex hoc er-
go cœnaculo, & ex templo in monte Sion posito, & ex Ierusalem emisit deus per apostolos virgam
Act.2 virtutis Christi, id est, euangelicam legem & Christi magnificẽtiam per totum mundum. Cùm enim
Ibidem apostoli spiritum sanctum recepissent in die Pentecostes, statim omnes cum suo collegio velut exa-
mẽ apum de conclaui, in quo paulo ante ex timore Iudæorum clausi residebant, eruperũt, ingressiq;
templum, Christum prædicare cœperunt. Et exinde deriuata est prædicatio eorum in totum orbẽ,
Act.1 secundum quod Christus eis prædixit, Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria,
Esai.2 & vsq; ad vltimum terræ. Quod etiam Esaias prophetauit dicẽs, De Sion exibit lex, & verbum do-
mini de Ierusalem. Ad hanc autem emissionem & prædicationem sequuta est conuersio mundi ad
Christum. Ideo subditur, [DOMINARE] ô Christe [IN medio inimicorum tuorum,] id est, in re-
gnis & populis infidelium, qui tempore infidelitatis inimici tui fuerunt, sed conuersi ad fidem amici
effecti sunt: & tu dominaris in eis per teipsum ac tuos vicarios ecclesiarum prælatos. Subijciuntur et-
enim tibi per fidem atq; diuinæ legis custodiam, quoniã quæ præcepisti eis obseruant. De hoc Chri-
Mich.5 sti dominio dictum est per Michæam, Et nunc magnificabitur in medio vniuersæ terræ. Et item Za- G
Zach.9 charias, Potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. Vnde & in Danie-
Dan.7 le scriptum est, Dedit ei antiquus dierum potestatem, honorem, & regnum, & omnes populi, tribus,
& linguæ seruient ei. Quæ autem sequuntur, possunt esse verba Prophetæ ad Christum, ℂ(4) TE-
CVM principium,] id est, cum te ô Christe est pater existens principium tuum, de quo dicis apud Io-
Iohã.17 han. Omnia mea abs te sunt. Est enim pater cum filio, & filius cum patre, quia inseparabiles sunt pa-
ter & filius. Licet nanq; personaliter distinguantur, essentialiter tamẽ identificantur. Propter quod
Iohã.1 Iohan. inquit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Tecum ergo ô fili est principiũ,
id est, deus pater [IN DIE virtutis tuæ,] id est, in die æternitatis, quę est ipsa æternitas: in hoc die est
tecum pater, quia æternaliter tecum est: & tu coæternus es ei, & in hoc non est prius neq; posterius.
Mich.5 Propter quod apud Michæam inducitur, Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et in Prouerb.
Prou.8 Sapientia dei, quæ est Christus dominus protestatur, Ab æterno ordinata sum, necdum erant abyssi,
& ego iam concepta eram, ante colles ego parturiebar. Sic autem est tecum principium in die virtu-
Matt.18 tis tuæ, [IN splendoribus sanctorum,] id est, in splendidis cognitionibus beatorum in patria, quo-
niam eis à principio mundi innotescit ista coexistentia & coæternitas tua cum patre: semper quippe
Iohã.14 vident faciem patris, ergo & filij, quoniam filius (vt est apud Iohan.) ait, Qui videt me, videt & pa-
trem. Dicitur autem æternitas dies virtutis. i. potentiæ Christi, quia in eo inuariabiliter & omnipo- H
tẽter subsistit. Et ipsa æternitas propriè sumpta aliud nihil est, nisi deus æternus, nec æternitas est mẽ
sura aut dies diuinæ durationis, nisi secundum rationem. Alij exponunt aliter, vt sint verba patris ad
filium. Tecum principium, id est, vna eademq; principandi authoritas est mihi tecum, quoniam ego
Iohã.8 & tu vnum sumus in essentia, vnus omnium conditor, vnusq; vniuersorum creator. Hinc enim Chri
stus se dixit esse principium respondens Iudæis, Principium qui & loquor vobis. Istud verò sic esse
innotescit in die virtutis tuæ, id est, in claritate patriæ, vbi in lumine tuo vidẽt beati quomodo vna
sit authoritas creandi & gubernandi in me atq; in te: in splẽdoribus sanctorum. i. in plena illustratio-
ne electorũ in patria. Nã tunc sancti ista cõspiciunt, quãdo diuino lumine perfundũtur, ita vt fulge-
Mat.13 ant sicut sol in regno patris eorũ. Nũc enim secũdũ Apost. videmus per speculũ in ænigmate, quia p
1.Cor.11 fidẽ ambulamus, nõ p speciẽ. Tunc verò cognoscemus sicut cogniti sumus. Vnde Iohã. in sua Cano.
1.Ioh.3 Similes, inqt, ei erimus, q̃a videbim⁹ eũ sicuti est. In hoc igit verbo declarãtur coęternitas atq; ęqua-
litas patris & filij. [EX VTERO]. i. ex pprio corde [ANTE Luciferũ]. i. ante pductionẽ oĩs lucis createę,
& ante pductionẽ astrorũ, q̃ noĩe Luciferi designãt [GENVI te] generatiõe ęterna, intellectuali, pura

A & actualissima. Filius oaq; ex substātia patris natus est, ita q immediatè procedit à substantia patris per intellectū emanatione oaturali, sicut procedit splēdor à lumine. Ipsa quoq; generatio filij à patre aliud non est, nisi processus lucis à luce, actus ab actu, & dei à deo. In patre equidē idē sunt essentia, potētia & opatio. Et ita pater intelligēdo seipsum intra se profert verbum sibi simillimum, in hoc solo ab eo distinctū, quia procedit ab eo. Et sicut pater seipsum vno intuitu, & omnia alia creādo & creata & creabilia plenè cognoscit: sic æternaliter vna conceptione ioterna vnicum verbum intra se gignit, io quo tota sua oatura atq; perfectio omnino plenissimè contioetur ac splēdet, & in quo omnia alia comprehenduntur ac lucent. Idcirco hoc verbum est imago patris & omnis creaturæ exemplar, proceditq; immediatè ab iotellectu patris secundum Thomam in diuersis locis. Christus itaq; secūdum q deus, ab æterno est genitus, sicut si sol ab æterno fuisset, splendor ab æterno ab eo manasset & ortus fuisset. Propter quod in Ecclesiast. testatur, Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante oēm creaturam. Et in Sap. lib. ait, Sapientia tua domine nouit opera tua, quæ & affuit tunc cùm orbē terrarum faceres, & sciebat quid placitum esset oculis tuis. In his verbis euidēter ostēditur duplex esse sapiētia in deo, videlicet genita & ingenita. Insuper agit Propheta de sacerdotio Christi, ℂ(5) IVRAVIT dominus] irretractabiliter affirmauit, firmiterq; spopōdit, [ET non pœnitebit eū] ita vt rursus quod sequitur, [TV] Christe inquantum homo [ES sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedech.] Christus non obtulit sacrificia legis, quæ sacerdotibus filijs Aaron incumbebat offerre, sed fuit sacerdos offerēdo seipsum deo, & reconciliando mundum patri æterno, per crucē dissoluēs inimicitias in semetipso secundū Apost. ad Eph. qui iterum ait, Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorē suauitatis. Et ad Hebræos, Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. De excellentia autem sacerdotij Christi dicit Apost. Talis decebat vt esset nobis pontifex sanctus, innocens, impollutus, & excelsior cœlis factus. Vnde in Zacharia dicitur, Ipse portabit gloriam, & sedebit & dominabitur, & erit sacerdos super solio suo. Denique quomodo Christus dicatur sacerdos in æternum, declarat Apost. ad Hebræos, dicens, Christus eo quòd maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare potest in perpetuum, accedens per semetipsum ad deum, semper viuēs ad interpellandum pro nobis. Sacerdotis quippe officium est, inter deum ac populum mediatorem & aduocatum existere, preces populi deo offerre, deum placare, populo beoedicere. Omnia autē hæc congruunt Christo. Propter quod io Canon. Iohan. ioducitur, Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Dicitur quoque Christus sacerdos in ęternū secundum ordinem Melchisedech. Primò, quoniam sicut Melchisedech obtulit deo panem & vinum, vt legitur in Genesi: sic Christus sub formis panis & vini corpus suum & sanguinem obtulit seu dedit discipulis, conuertēdo panem in corpus, & vinum in sanguinem. Secūdò, quoniā sicut Melchisedech sine patre & matre ac genealogia fuisse asseritur, non quia non habuit, sed quia scriptura propter mysterium ea subticuit: sic Christus sine humanæ generationis naturali ordine natus est, & vere fuit æternus. Hinc nāq; dicit Apostolos, Præcursor pro nobis introijt Iesus secūdum ordinē Melchisedech factus sacerdos io ęternū. Et denuo, Melchisedech rex Salē (quod est rex pacis) sine patre, sine matre assimilatus filio dei. Hæc ergo iurauit deus Christo homini, In ipso enim momento, quo animam eius creauit, reuelauit ei hoc ipsum. [ET non pœnitebit eum.] Pœnitentia nanque propriè dicta in deo locum non habet, prout in lib. Reg. scriptum est, Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. neque eoim homo est vt agat pœnitentiam. Et tamen eodē capite dominus ait ad Samuelē, Pœnitet me quòd constituerim Saul regē. sed hoc dicitur propter similitudinem operis, non propter veritatē affectus. Loquitur enim deus frequenter in scripturis sanctis more humano. ℂ(6) DOMINVS à dextris tuis.] Hoc dupliciter accipi potest. Prioiō sic, Dominus pater seu deus trinus existens à dextris tuis ô Christe, sicut de teipso in præcedenti psalmo dixisti, Confitebor domino nimis in ore meo, qui astitit à dexteris pauperis, quod illic expositum est. Supra quoq;, Prouidebā dominum in cōspectu meo semper, quoniā à dextris est mihi ne cōmouear. Vel sic, dominus Christus, qui est omniū dominus, existēs & residēs à dextris tuis ô deus pater, sicut paulò antè dixisti, Sede à dextris meis. [CONFREGIT in die irę suæ]. i. tēpore suę vindictæ: de quo per Esa. dicit, Dies vltionis in corde meo [REGES] infideles, priuādo eos in hoc mundo vita gratiæ, vel etiā vita corporali, & postmodum æternaliter eos damnando. Potissimum autē loquitor nunc de illorū regū confractione, de quibus supra dictum est, Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnū aduersus dominū & Christum eius. Hi enim reges (sumēdo nomē regis cōmuniter pro præsidente, videlicet Herodes, Pilatus, & principes Iudæorū prædicto modo ex diuina vltione coofracti sunt, quæ confractio ascribi potest cuilibet personæ in diuinis, quoniā effectus supergloriosissimæ trinitatis sunt indiuisi. Vnde per Esa. Christus testatus est, Calcaui eos io furore meo, & cōculcaui eos in ira mea. ℂ(7) IVDICABIT in nationibus, implebit ruinas.] Duplex est Christi aduentus. Primos fuit vt iudicaretur, secuodus erit vt iudicet. Propter quod ait Apostolus, Christus semel passus est ad multorū exhauriēda peccata. Secūdò aūt sine peccato apparebit expectātibus se in salutē. Secūdum hoc duplex est iudiciū. s. iudicium discretiooīs & iudicium remunerationis. Primum iudiciū fecit Christus in primo suo aduentu, & vsque ad finem mundi hoc faciet, quosdam vocando ad fidem & gratiam, quosdam verò deserendo occulto quidē, sed iusto iudicio, de quo ante passionem dixit, Nunc iudiciū est mūdi, nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Christus ergo in primo suo aduentu, & vsq; in præsens iudicabit in nationibus. i. ipsas nationes faciēdo in gētibus iudiciū discretionis, quasdam misericorditer adiuuādo, cæteras iustè derelinquēdo. In secundo aūt aduē-

Marginal references: B (at "sedech. Christus non obtulit"), C (at "Christus sacerdos in ęternū"), D (at "ne cōmouear"); Eccl. 24; Sapi. 9; Eph. 2; Eph. 3; Heb. 9; Heb. 5; Zach. 6; Heb. 5; 1. Ioh. 2; Mat. 26; Gen. 14; Heb. 6; Heb. 7; 1. Re. 15; Iudic. 6; Psalm. 15; Act. 10; Esa. 63; Psal. 2; Esai. 63; Heb. 6; Iobā. 12

tu iudicabit in nationibus, iustas saluãdo, impiásq; damnando: quemadmodum apud Iohan. locutus E
Luc.1 est, Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius: & procedẽt qui bona fe-
cerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala, in resurrectionem iudicij .i. damnationis. In primo aũe
aduentu & in iudicio quod nunc agitur, implet Christus ruinas .i. defectus humanos, gratiam infun-
dẽdo cordibus vacuis, mẽtésq; inanes ditando spiritualibus bonis. In futuro verò iudicio de his qui
saluantur implebit ruinas angelorum, restaurãdo mãsiones cœlestes angelorũ casu euacuatas. [CONQVASSABIT capita] .i. corda humiliabit [IN terra multorum,] id est, in multis locis & habitaculis
hominum. In omni etenim terra fidelium humiliauit quosdam superbos. In finali autem iudicio con-
Esai.23 quassabit, id est, æternaliter condẽnabit capita in terra multorum, id est, capitaneos in multis terris
eum elatione regnãtes. Vnde in Esa. scriptũ est, Dominus exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret su-
perbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. Præterea Christo se-
cundũ quod deus est cõpetit iudiciaria potestas authoritatiuè, sed ꝓut homo est cõuenit ei instrumẽ-
taliter, & sic meruit eam per suam humiliationẽ & passionẽ. Propter quod ait loquẽs de patre atq; se-
ipso, Dedit ei potestatẽ & iudicium facere, quia filius hominis est. Et hoc est quod modò subiũgitur,
¶ (8) [DE torrente in via bibet] .i. Christus in hoc mundo pœnas, tribulationes & mortem acerbis-
simam patietur: sicq; de torrente tribulationum bibet gustando aduersa. De huius torrẽtis potatione
Iohã.5 dixit Iohanni & Iacobo, Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? Quòd autẽ nomine torrẽtis
tribulationis magnitudo designetur, patet per illud Esaiæ, Spiritus eius velut torrẽs inundãs ad per-
dendas gentes in nihilum. [PROPTEREA] .i. merito huius potationis [EXALTABIT] Christus
[CAPVT] suum, id est, glorificabit & eriget semetipsum, resurgendo in corpore glorioso, & ascẽden-
Mat.20 do ad patrem, quatenus sedeat secum tanquam vniuersorũ iudex ac dominus. Christus enim vt deus F
Esa.30 suscitauit, exaltauit, & glorificauit seipsum vt homo est. Et ideo apud Iohã. ꝓfitetur, Potestatẽ habeo
ponẽdi animã meam, & potestatẽ habeo iterum sumẽdi eam. Et quoniã opera sanctæ Trinitatis sunt
indiuisa, idcirco exaltatio ista attribui potest vnicuiq; diuinæ personæ. Christus nãq; apud eundem
Iohã.10 Euangelistã, Quæcũq;, inquit, facit pater, hæc & similiter filius facit. Et de spiritu sancto dicit Apo-
Iohã.3 stolus, Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus. Opera igitur superbenedictæ Trinitatis sunt indi-
uisa. Porro in expositione huius psalmi circa illud, Iurauit dominus, dicit Hugo, ꝙ deus legitur tri-
bus locis iurasse, videlicet Gen.22. dicens ad Abrahã, Per memetipsum iuraui. Item hoc loco. Infra
quoq; in Psalmo 131. vbi scriptum est, Iurauit dominus Dauid veritatẽ. Sed istud nõ est intelligẽdum
Esai.45 præcise, quia multo frequentius quàm ter legitur in scriptura Canonica deus iurasse. In Esaia nanq;
Amos 6 ait pater, In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum. Et in propheta Amos scriptũ
est, Iurauit dominus deus in anima sua, Detestor ego superbiam Iacob. Supra quoque in psalmo 88.
qui incipit, Misericordias domini, dominus loquitur, Iuraui Dauid seruo meo, vsq; in æternum præ-
Luc.1 parabo semen tuum. Et apud Lucam ait Zacharias, Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrẽ no-
Heb.6 strum. Et ad Hebræos Apostolus, Deus, inquit, interposuit iusiurandum. Et alibi quoq; legitur deus
iurasse. Ecce psalmus iste verbo breuis, quàm infinitus est sensu. Ostẽditur enim in eo duplex Christi G
natura, simplexq; seu vna persona. Describitur in eo Christi ad patrem locatio, inimicorum eius de-
iectio, Christianæ fidei promulgatio, coæternitas quoque & consubstantialitas patris ac filij. Decla-
ratur etiam sacerdotium Christi, & iudicialis eius potestas, ac finale iudiciũ in psalmo præsenti. Quæ
decet nos cum multa reuerentia, cum deuotione præcipua, cum contemplatione profunda proferre,
propter dignitatem, dulcedinem, & altitudinem sensuum eius.

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CX.

### ¶ EXPLANATIO TITVLI.

Psal.116 HIus Psalmi titulus est, Haleluia, quod significat, Laudate deum: de cuius præconijs perpul-
chrè atq; iucundè tractat hic psalmus, præsertim de admirabilissimo opere dei in consecrati-
one corporis & sanguinis Christi. Sicut enim psalmus præcedens tractat de sacerdotio Chri-
sti: sic iste determinat de institutione sacrificij huius, & efficacia sacramẽti altaris. Loquẽs ita-
q; sanctus Propheta in propria atq; ecclesiæ omniũmq; fidelium persona, dicit,

### PRECATIO.

*Misericors & miserator domine, qui diu nobis peccãtibus solita pepercisti bonitate, intellectu tandem bono nos re-* H
*ple, & initiũ sapiẽtiæ timorẽ tuum mẽtibus nostris infunde, atq; deinceps fac nos sobriè & iustè uiuendo tibi placere.*

### ¶ EXPOSITIO psalmi iuxta sensum literalem.

CONFITEBOR tibi,] id est, laudabo te [DOMINE in toto corde meo,] id est,
ex toto intellectu & affectu, mẽte collecta & fixa. Cor hoc loco non pro orga-
no corporis, sed pro anima ponitur. Anima autem immaterialis est, nec partes
habet. Quomodo ergo perhibet se domino cõfiteri toto corde, tanquã possit ei
cõfiteri pro parte cordis? Et respondendũ ꝙ anima nõ habet partes quãtitati-
uas, cũ sit incorporalis: nec essentiales, cũ sit forma simplex: sed potestatiuas .i.
vires distinctas. Vires autẽ seu partes potestatiuæ animæ rationalis, inquantum
est rationalis, sunt tres, in quibus summæ Trinitatis imago consistit, in anima. s.
intellectus, memoria & voluntas. Ad intellectum spectat cognitio, ad voluntatem dilectio, ad memo-
riam in vtroq; firma inhæsio. Toto igit corde domino cõfitetur, qui intellectu, volũtate atq; memo-
ria eum collaudat, ita quòd intellectu aduertit, volũtate diligit, memoria retinet verba diuina, quib⁹

A domino cōfeſsionem laudis ſacrificat. Qui autem deum ore laudat, & mēte illicita amat aut cogitat,
non toto corde domino cōfitetur. Vnde de quibuſdam animo vagabūdis ac vagis ſcriptum eſt, Diui- Oſee 10
ſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Et in Ieremia dominus loquitur, Si reuerteris, cōuertere, id eſt, Ierem. 4
ſi tu ô homo cor tuum ad deum conuertere optas, toto corde ad deum conuertere, adhærēdo ei per- Apoc 3
fectè, eiq; totis viribus miniſtrādo, ne ſis tepidus ac diuiſus. Cōfitebor autem tibi ô domine, non in-
conſultè, indiſcretè aut vana intentione, ſed [IN conſilio iuſtorum,] id eſt, eo modo quo iuſtorū cō- Eccl. 15
ſilium eſt te laudare. Iuſtorum namq; cōſilium eſt te laudare corde à uitijs expurgato, cùm nō ſit ſpe-
cioſa laus in ore peccatoris, & propter nominis tui amorē atq; honorem, non propter tēporale emo-
lumentum aut laudem humanam. [ET congregatione] iuſtorum, id eſt, non in conuenticulis hęreti-
corum, ſed in eccleſia fidelium tibi confitebor. Cur autem domino cōfiteatur ſubiungit, (2) MA-
GNA opera domini,] id eſt, magnificè facta, ſeu laude admirationeq; digna ſunt, vt patet de creatio-
ne cæli & terræ, de gubernatione vniuerſi, de operibus recreationis, glorificationis ac cæteris dei ef-
fectibus. Effectus quippe proportionatur & correſpōdet ſuæ cauſæ. Cùm ergo deus ſublimis & bene
dictus ſit infinitæ magnitudinis, ſapientiæ & dignitatis, decuit magna ab eo opera fieri. [EXQVISI-
TA]. i. exquiſitè producta [IN omnes voluntates eius,] id eſt, ſecundū omne deſiderium ſeu benepla-
citum creatoris. Singula namq; produxit tunc, taliter, ideo, vbi, & ſecundum quod voluit: propter qđ
B per Eſaiam teſtatur, Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Et Apoſtol. ait, Deus opera- Eſa. 46
tur omnia ſecundum cōſilium voluntatis ſuæ. Sed cùm in deo non ſit niſi vna, æterna, ſimplex inua- Ephe. 1
riabiliſq; voluntas, cur nunc pluraliter dictum eſt: in omnes voluntates eius? Et reſpondendum ꝙ ſi-
cut in deo dicuntur plures ideæ ſeu multæ notitiæ per reſpectum ad creaturas: ſic dicūtur plures vo-
luntates ſecundum rationem noſtram per comparationem ad volita creata, quæ multa ſunt. (3)
CONFESSIO,] id eſt, dei laudatio, ſeu propriæ culpæ prolatio [ET magnificentia,] id eſt, magnifi-
ca operatio ad dei honorem exhibita [SVNT OPVS eius,] id eſt, opera deo placentia, & nobis ab eo
cōceſſa. Omne enim bonum ab ipſo procedit, & hæc duo opera deo præcipuè placēt, nec nobis in-
ſunt niſi ex gratia dei, ideo deo magis quàm nobis attribuuntur. [ET iuſtitia eius manet in ſeculū ſe-
culi.] Iuſtitia nāq; in deo exiſtens, quæ eſt ipſemet deus, æterna eſt, ſicut diuina eſſentia, à qua ſola ra
tione diſtinguitur. Iuſtitia quoq; quæ eſt effectus diuinæ æquitatis in perpetuū perſeuerabit, quoniā
electorū gloria, & impiorum miſeria nunquam ceſſabunt. (4) MEMORIAM fecit mirabilium
ſuorum miſericors & miſerator dominus, &c.] Verſiculus iſte nec melius nec literalius valet exponi
quàm de inſtitutione ac alimonia ſacramēti altaris: vt ſit ſenſus, Dominus Chriſtus qui eſt miſericors
C in natura, & miſerator in actu, fecit memoriam, id eſt, memoriale inſtituit mirabilium ſuorum, id eſt,
incarnationis, dilectionis, conuerſationis ac paſsionis ſuæ. In cœna enim nouiſsima receſſurus à ſuis
corporali præſentia, volens nos iugiter memores eſſe eximiæ ſuæ dilectionis atq; amariſsimę paſsio-
nis, imo omnium, quæ pro noſtra ſalute tam dignanter aſſumpſit, fecit, ac pertulit, ſacramentum cor-
poris ac ſanguinis ſui inſtituit, panem conuertens in corpus, & vinum in ſanguinem, ſicque ſub ſpe-
ciebus panis & vini [ESCAM dedit timentibus ſe,] id eſt, corpus & ſanguinē dedit apoſtolis, & per
eos ac ſucceſſores eorum dari cōmiſit vniuerſis fidelibus: propter quod dixit, Hoc facite in meā cō- Ibidem
memorationem. Vnde Apoſtolus, Quotieſcunq;, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem bibe 1. Cor. 11
tis, mortem domini annunciabitis donec veniat. De hac etiam eſca Chriſtus apud Ioban. locutus eſt,
Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. (5) MEMOR erit] ipſe Chriſtus [IN ſe- Iohā. 6
culum,] id eſt, indeſinenter [TESTAMENTI ſui] id eſt, huius ſacramenti, quod dicitur teſtamētum,
iuxta illud Apoſt. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Huius teſtamenti ſeu ſacramē- 1. Cor. 11
ti erit Chriſtus in perpetuum memor, per hoc ꝙ omnibus hoc ſacramētum deuotè fideliterq; ſumē-
tibus cōfert gratiam in præſenti, & vitam æternam in futuro, ſicut promiſit dicēs, Qui māducat me- Iohā. 6
am carnē, & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in eo. Rurſusq;, Qui manducat hunc panem, Ibidem
viuet in æternū. Vel dicitur Chriſtus ſemper memor futurus huius teſtamēti, quoniā facit nos memo
res eius, cōſeruabitq; fidē huius ſacramēti in cordibus hominū vſq; ad ſeculi cōſummationē. [VIR-
D TVTEM operū ſuorū]. i. fructū & efficaciā huius ſacramēti, videlicet corporis & ſanguinis ſui, quæ
ſunt opa creatoris. Vel, virtutē operū ſuorū. i. potentiā ſacramētaliū effectuū corporis ſui & ſanguinis
[ANNVNCIABIT] Chriſtus [POPVLO ſuo]. i. diſcipulis ſuis, atq; per eorū prędicationē cunctis
fidelibus. Horū operū ſuorū virtutē Chriſtus diſcipulis annūciauit dicēdo, Hic eſt panis de cælo de- Ibidem
ſcendens, ſi quis manducauerit ex eo, non morietur in æternū. Et, Qui manducat me, viuet propter
me. Poſſunt quoq; hæc generalı⁹ explanari: eritq; ſenſus, Memoriā fecit mirabiliū ſuorū, quoniā per
ſpūm ſanctū edocuit ſanctos prophetas atq; apoſt. ad cōſcribendū & annunciandū mirabilia ſua, quę
vtiq; in veteri ac nouo teſtamēto copioſe narrātur, & fidelibus recolūtur: eſcā ſpūalē dedit timenti- Eccl. 15
bus ſe, reficiēdo mētes eorū pane vitæ & intellectus, & verbo & gratia ſpūs ſancti. De eſca quoq; cor
porali prouidit deus famulis ſuis timoratis, quibus apud Matth. ait, Quærite primò regnū dei, & iu- Mat. 6
ſtitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Propter quod iterū dicit, Ne ſoliciti ſitis animę veſtrę qđ
mādu cetis: & corpori veſtro, quid induamini: ſcit enī pater veſter cęleſtis qa his omnibus indigetis.
Memor erit in ſeculū teſtamenti ſui. i. nouæ atq; euāgelicæ legis corroborādo, cōſeruādóq; eā vſq; ad
terminū mūdi. Memor erit etiā teſtamēti ſui. i. promiſsionis ſuæ factæ in nouo teſtamēto, quoniā eam Sap. 3
implebit, dūmodo nos agamus quod ipſe nobis pręcepit. Promiſsio noui teſtamēti eſt, Fulgebunt iu-
ſti ſicut ſol in regno patris eorū. Et, In futuro ſeculo neq; nubent neq; nubētur, ſed erūt ſicut angeli Mat. 13
dei. Illud quoq; qđ Chriſt⁹ clariſsimè loquit, Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint Mat. 22
mecū, vt videat claritatē meā quā dediſti mihi. Hęc oīa implebūt in nobis, ſi impleuerim⁹ illud qđ ad Iohā. 17

2.Cor.7 Corinth.ait Apostolus,Has promissiones habẽtes charissimi,mũdemus nos ab omni inquinamento E
carnis & spũs,perficientes sanctificationẽ in timore dei. Virtutẽ operũ suorũ .i. miraculorũ potẽtiam
seu opera sua virtuosa ac sancta annũciabit populo suo. Christus enim per seipsum prædicauit opera
dei patris,& subinde cõuersationis suæ innocentiã ac miraculorũ suorũ excellentiã annũciauit Iudę-
Iohã.8 is,sicut apud Iohã.Quis,iqt,ex vobis arguet me de peccato?Et,Ego non quæro gloriã meã. Et ali-
Ibidem bi,Opera quæ dedit mihi pater testimonium perhibent de me.Hæc autẽ opera.i.vita & signa Chri-
Iohã.7 sti annunciata sunt nobis per apostolos,imò quotidie annũciantur nobis in scriptura canonica noui
testamenti,præsertim in Euangelijs.Omnia autẽ hæc fecit deus fidelibus suis, ¶(6) VT det illis
hæreditatem Gentium,]hoc est,regnum cælorum & vitã æternã hominibus ab origine mundi para-
Mat.25 tam,quemadmodũ apud Matth. dicit Saluator,Venite benedicti patris mei,possidete paratum vobis
regnũ à constitutione mundi.Specialiter tamen regnũ cælorũ appellatur hæreditas gẽtium, qoia Iu-
dæis ppter incredulitatem iustè ablatum est,& gentibus humiliter credẽtibus datum.Propter quod
Mat.25 Christus ait,Auferetur à vobis regnũ dei,& dabitur genti faciẽti fructus eius.Et denuo ait,Multi ab
oriente & occidente venient,& recumbent cum Abraham & Isaac, & Iacob in regno dei. Filij autẽ
regni eijciẽtur foras.Merito itaq; regnum cælorum nuncupatur hæreditas gentium,quibus ait Apo
Matth.8 stolus,Estis ciues sanctorum & domestici dei.Itemq; ad Romanos,Filij dei sumus.Si autẽ filij & hę-
Eph.2 redes:hæredes quidem dei,cohæredes autem Christi.Si tamen compatimur ei, vt & glorificemur.
Rom.8 [OPERA manuum eius].i.effectus diuinæ potestatis sunt [VERITAS & iudiciũ,] hoc est, saluatio
& damnatio. Veritas enim vocatur vera impletio promissionis diuinę factę de hęreditate cęlesti ele-
ctis donanda,quibus & datur.Hæc impletio est eorum saluatio,& ipsa est opus Christi. Iudicium au-
Iohã.3 tem frequenter accipitur pro reprobatione malorum.Vnde apud Iohannem dicitur,Qui credit in fi F
1.Cor.11 lium dei non iudicatur,qui autem non credit iam iudicatus est,hoc est,reprobatus.Et Apost. Si nos-
Iohã.5 ipsos,ait,dijudicaremus, non vtiq; diiudicaremur.Hinc quoque Christus apud Iohãnem clarius lo-
quens,Qui audit,inquit,verbum meum,& credit ei qui misit me,habet vitam æternam,& in iudiciũ
non venit.Iudicium ergo,id est,reproborum iusta damnatio est opus dei. Vel sic, veritas & iudiciũ,
id est,quælibet veritas,quodlibetque iudicium est opus dei. Est enim veritas naturæ,veritas vitæ,&
ueritas orationis. Est quoque iudicium discretionis,& iudicium remunerationis.Et omnia hæc ope-
ra sunt manuum diuinarum. Vel sic,opera manuum eius veritas & iudiciũ,id est,vera & iusta seu dis-
creta. Dum enim aliquid conuenit rei excellenter,enũciatur de eo non solum in concreto,sed etiam
Math.5 in abstracto:sicut ait Christus apostolis,Vos estis lux mundi. Et Apost. Fuistis aliquando tenebræ,
Eph.5 nunc autem lux in domino,id est,fuistis aliquãdo vitijs tenebrosi,nunc autem per gratiã lucidi. Vn-
de de homine multum dilecto ac dulci dicimus, Iste est amor meus & dulcedo seu consolatio mea.
Quoniam ergo omnia opera dei sunt valde iusta,vera atque discreta, idcirco non solum vera & iu-
sta,sed veritas & iudicium nominantur.Potest quoq; referri ad sacramentum altaris,in cuius conse-
cratione opera dei sunt veritas:quia in hoc sacramento non solum figuraliter, sed verè ac substanti-
1.Cor.11 aliter Christus continetur,& iudicium mortis sumenti indignè:Qui enim manducat indignè, iudi- G
cium sibi manducat. ¶(7) FIDELIA omnia mandata eius,]hoc est,diuina præcepta non sunt
fallacia,sed firma & certa,ita quòd obseruatores eorum fidelem ac veram mercedẽ recipient, [CONFIRMATA in seculum seculi,]id est,per diuina miracula & cætera quibus fides innititur, in æter-
num roborata, ita quòd certum est ista mandata esse à deo, & per consequens sancta atque salubria
Mat.22 [FACTA,]id est,nobis iussa & exhibita[IN veritate & æquitate,]ita ꝙ ipsa sunt vera & æqua. Vel
Marc.12 in veritate,id est,in sapientia & æquitate.i.iustitia præcipientis dei,qui secundum suam sapientiã at-
que iustitiam,seu in sua sapientia & iustitia nobis ista mãdata fecit & contulit. Vel dicuntur facta seu
data in veritate angelicæ illustrationis,& æquitate angelicæ administrationis. Præcepta nanq; lega-
Act.7 lia data sunt Mosi ministerio angelorum:sicut Stephanus ait Iudæis,Accepistis legem in dispositio-
ne angelorum. ¶(8) REDEMPTIONEM,]hoc est,salutem & saluatorem, videlicet Christum
Iohã.3 [MISIT]pater[POPVLO suo,]id est,electis in hunc mundum Christum transmittens. Non enim
misit deus filium suum, vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum,sicut apud Iohannem
Esai.49 scriptum est.Vnde in Esaia pater dicit ad Christum,Dedi te in lucem gentium : vt sis salus mea vsq;
ad extremum terræ. Vel ipse Christus misit,id est, per prædicationem apostolorum annunciauit re-
demptionem,id est,humani generis saluationem sua passione adeptam:populo suo, id est, vniuersis
Mat.28 fidelibus,secundum quod in Marco dicit ad eos, Euntes in mundum vniuersum prædicate Euange- H
Marc.16 lium omni creaturæ.[MANDAVIT in æternum testamentum suum,]id est,euãgelicam legem præ-
cepit vsque in finem seculi custodiri,quod de veteri testamento non iussit,quoniam illi successit no-
uum testamentum in illo præfiguratum:nouo autem testamento aliud non succedet. Propterea vs-
q; ad seculi consummationem iubetur seruari:quod tamen de sacramento altaris præsertim nunc di-
citur,quoniam hoc vsque in finem mundi frequentandum est. ¶(9) SANCTVM & terribile no-
men eius,]hoc est, ipse deus est sanctus in seipso, quoniam substantialiter purus atque perfectus est,
Deut.10 & terribilis ratione sui effectus. Omnibus autem est deus terribilis,formidandus timore filiali &
Eccl.1 casto, sic enim beati in patria timent deum. Impijs verò terribilis est timore seruili, quo Deus
timetur non ex amore secum existendi, sed ex pauore tormenta sustinendi. [INITIVM SAPIENTIAE TIMOR DOMINI.] Timor enim seruilis incipit ad sapientiam recipiendam animam
præparare,inquantum facit à malo recedere. Timor verò initialis magis propinquè disponit ad sa-
pientiæ infusionem seu potius perfectionem, timor enim initialis sine charitate & sapientia ha-
beri non potest. Hoc autem quod dictum est, Initium sapientiæ timor domini, in Ecclesiastico &

A alibi scriptum est. Sed videtur huic contrarium quod idē Ecclesiasticus testatur, Plenitudo sapiētiæ timere dominum. Et Iob inquit, Ecce timor est ipsa sapientia. Et respondendū φ ista intelligēda non sunt de timore seruili, sed casto & filiali, quem pfecta charitas non expellit, sed exerit & diffundit seu causat. Hoc enim timore Christus extitit plenus: iuxta illud Esa. Replebit eum spiritus timoris domini. Verūtamen iste timor non est sapientia, aut sapientiæ plenitudo essentialiter, quia realiter ab ea distinguitur: sed dicitur sapientia secundum resplendentiam quandam, quia in hoc quòd aliquis timet deum casto amore, maximè liquet eum veraciter esse sapientē. Et hoc modo sapientia de multis virtutibus virtutumque actibus prædicatur, sicut cùm dicitur, Nolle præesse, sed velle subesse est sapiētia. Homines fugere est sapientia, propter Christum despici velle est sapientia. ¶(10) INTELLECTVS bonus omnibus facientibus eum,] hoc est, cognitio fructuosa & vtilis est his qui agunt quod sciunt agendum. Nam vt dicitur secunda Petri, Melius erat nō cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti. Et Iacobus affirmat, Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Vnde & Christus in Euang. Seruus, inquit, qui scit voluntatē domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. Qui ergo putat se eruditum, qui se illuminatum à deo exultat, & se sapientē confidit, aduertat & impleat quod Iacobus præcipit, Quis sapiens & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Alioquin audiet à Christo illud Esaiæ, B Sapientia tua & scientia tua decepit te. Vel sic, Intellectus bonus, id est, vis intellectiua, habitus intellectualis & operatio intellectiua sunt sana laudeq; digna omnib⁹ facientibus eum, scilicet timorē, seu timentibus deum, qui scilicet viuunt secūdum quod suggerit timor, de quo per Ecclesiasticū inducitur, Timor domini expellit peccatum. Et alibi, Qui timet deum nihil negligit. [LAVDATIO eius] qui ita intelligit, & intellecta adimplet, [MANET in seculum seculi,] quia & ipse deum sine fine laudabit, & à deo æternam laudem pro mercede recipiet, atq; cum sanctis laudabitur, sicut Ecclesiasticus testatur, Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsq; in seculum non delebitur. Deniq; psalmus iste anagogicè exponi potest. Nam beatis in patria congruunt quæ in eo dicuntur. Ecclesia ergo triumphans seu quilibet beatorum dicere potest, Confitebor tibi domine in toto corde meo. Sancti enim in patria deum sine aliqua interruptione iugiter laudant, & hoc toto corde, id est, in omnibus viribus suis. Sicut enim præceptum charitatis perfectissimè implent deum amando toto corde, tota fortitudine & omnibus viribus suis, quia totaliter, actualiter, & indesinēter feruntur in deum: sic domino confitentur confessione laudis toto corde, quemadmodum per Esaiam dominus contestatur, Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis. In consilio iustorum, id est, secundum actum prudentiæ electorum in patria. Sancti nanque in regno deum collaudant, secundum quod donum cōsilij eis à spiritu sancto influxum suggerit & suadet: & cōgregatione, id est, in vnione beatorū seu triumphanti ecclesia. Beati enim deum concorditer atq; generaliter laudant, glorificantes nomen eius in idipsum. Magna opera domini, ea præsertim quæ facit in cœlo empyreo circa beatos, quos sua per speciem visione beatificat, & in quibus mirabilissima efficit opera, nobis prorsus occulta. Confessio qua deum incessantissimè laudant: & magnificentia, qua ei reuerenter obsequuntur ac parent: opus eius, id est, sunt opera dei placita deo. Memoriā fecit mirabilium suorum. Deus facit in cordibus beatorum memoriam mirabilium suorum, admittendo eos ad beatificam suæ essentiæ visionem, in qua splendidissimè contemplantur, quæ, quanta, & qualia fecerit deus pro eorum salute. Escam dedit timentibus se, id est, nobis beatis, qui eum timore casto timemus, quantum ad reuerentialem subiectionem, non quantum ad effectionem pœnalem, præstitit suę diuinitatis fruitionem, qua feliciter hilaritérque intus reficimur, sustentamur, atque perficimur. Memor erit in seculum testamenti sui, id est, promissionem suam in æternum verificabit, qua nobis promisit pro præmio suipsius visionem, ita φ nunquam relabemur ad miserias pristinas, sed cum deo sine fine manebimus. Virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Deus nanq; sanctis in patria reuelat suos diuinos atque potentes effectus, & per angelos superiores illuminat inferiores de operibus talibus. Cætera ex præinductis faciliter elucescunt. Postremò psalmum præsentem laudibus creatoris dulcissimè redolentem, affectum D psallentis mirabiliter inflammantem spirituali hilaritate perfusum, quia dignè laudare præualeat, in quo homo fidelis deum tam fiducialiter tàmq; affectuosè alloqui orsus est, in quo deus in suis effectibus tam præclarè extollitur, diuina iustitia commendatur, sacramenti Eucharistiæ institutio prophetatur, noui testamenti perpetuitas annunciatur, vitæ æternæ remuneratio commemoratur, Christi missio tangitur, & alia multa pulcherrima continentur. Si ergo deum vere diligimus, nequaquam psalmum hunc tam mysterialem ac sententiosum sine piæ deuotionis feruore cantemus. Qui enim deum veraciter amat, quanto eum ardentiore affectu complectitur, tanto in eius præconijs atq; obsequijs vehementius delectatur. Quod vt nobis quoque conueniat, enitamur semper cor purum domino repræsentare, in eius gratia quotidie crescere, & debita nostra officia cum omni diligētia ordinata persoluere. Tunc nāq; poterimus in spiritualibus gratijs abundare, si conemur opus dei non negligenter sed reuerenter exoluere.

Eccl. 1
Iob 28
Esai. 14 & 11
Act. 5
2. Pet. 2
Iaco. 4
Luc. 12
Iacobi 3
Esai. 47
Eccl. 1
Eccl. 7
Eccl. 39
Esa. 65
Psal. 148
1. Ioh. 3
1. Par. 29
2. Tim. 2

## COMMENTARIVS IN PSALMVM CXI.

¶Explanatio tituli.

HAbet Psalmus iste pro titulo Haleluia. Quod aūt adiūgitur, reuersionis Aggęi & Zacharię, non habetur in Hebręo, neq; in translatione Hieroy. iuxta Hebręū, nec debet ita intelligi, quasi hic Psalmus sit editus ab his prophetis, aut eorum tēporibus: sed hoc ideo additur, quia sicut Aggæus &

Agg. 1, 2
Zach. 2

Zacharias prophetauerunt de ædificatione materialis templi in Ierusalem post reditum à captiuita- E
te Babylonis. sic in psalmo præsenti tractatur de virtutibus per quas fideles ædificant Christo imma
teriale templum in cordibus suis post reditum à misera seruitute peccati, seu captiuitate diaboli. Spe-
cialiter verò loquitur psalmus iste de operibus misericordiæ, de quibus & Christus specialiter perhi
bet se facturum iudicium in die nouissimo. Ait itaque,

PRECATIO.

*Operatione tibi placita effice nos domine potentes in terra, & uiuat te præstante in iustitia tua anima nostra: tribue nobis quæsumus, ut in mandatis tuis semper manere cupiamus, cuius gratia totum quod rogamus impetremus.*

¶ EXPOSITIO Psalmi.

Mat.25 BEATVS vir,] hoc est, felix hō nunc in spe, & postmodū felix erit in re[, QVI
timet dominum] timore casto & filiali, vel saltem initiali. Timor nanque serui-
lis non est meritorius, quoniam non ꝓcedit ex charitate, sine qua nihil est me-
Eccl.1 ritorium vitæ æternę. Hinc enim Ecclesiast. contestatur. Timenti deum bene
Eccl.12 erit in extremis, & in die defunctionis benedicetur. Et alibi, Beatus cui datum
est habere timorem dei. Et Ecclesiastes ait, Finem loquendi pariter omnes au-
diamus, Deum time, & mandata eius obserua. Denique cùm nihil separet nos
à deo nisi peccatum, eo ipso quo timor peccata expellit, ad omne bonum dispo
nit, omniumque bonorum quodāmodo causa est: [IN mandatis eius volet nimis,] id est, iste deum ti-
mens valde optabit implere diuina mandata. Timor enim filialis quoniam timet offensam dilecti &
separationem ab ab eo maxime studet vitare, quibus dilectus offenditur & aufertur, videlicet pecca- F
ta omissionis & cōmissionis, & per cōsequens nimis cupit facere quæ placent dilecto, quod est obe-
dire præceptis animo prompto ac feruido. Nam istud nimis non designat vitiosum excessum, sed fer
uentem affectum. Insuper timor iste facit nimis velle in præceptis dei implendis: quia delectat cor, &
Eccl.1 parit lætitiam: iuxta illud in Ecclesiastico, Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudiū
in longitudine dierum. ¶(2) POTENS in terra erit semen eius,] hoc est, fructus bonæ conuersa-
tionis hominis timorati erit fortis ac stabilis in ecclesia tam militāti quàm triumphanti. Nam fructus
Sapi.3 iste æterno præmio fulcietur: iuxa illud, Bonorum laborum gloriosus est fructus. [GENERATIO
RECTORVM,] id est, populus iustus [BENEDICETVR] à deo, recipiendo gratiam eius, & ab
Prou.10 hominibus qui eis bona imprecantur. Scriptum est enim, Benedictio domini super caput iusti. Et,
Prou.3 Qui recti sunt habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. ¶(3) GLORIA,] id est, spi-
ritualis lætitia, bona fama, vitæ excellentia, [ET diuitiæ,] id est, spiritualium bonorum affluentia [IN
DOMO EIVS,] id est, in corde viri deum timentis, sicut in Ecclesiastico legitur, Nihil melius quàm
Eccl.29 timere deum. [ET IVSTITIA,] id est, iusta conuersatio [EIVS MANET in seculum seculi.]
Homo enim timoratus perseuerat vsque in finem, & tunc æternaliter coronatur. Vnde rursus in Ec-
Eccl.32 clesiastico dicitur, Timenti deum non occurrent mala, sed deus in tentatione illum conseruabit, & G
liberabit à malis. Salomon quoq; ait, In timore domini esto tota die, & habebis spem in nouissimo.
¶(4) EXORTVM est in tenebris,] hoc est, inter peccatores seu in hoc seculo tenebris ignorantiæ
atq; caligine vitiorū repleto [LVMEN] diuinū, æternum, & increatum [RECTIS corde] .i. iustis ho-
minibus. Et quid sit lumen hoc subditur, [MISERICORS & miserator & iustus] .i. deus qui dici-
tur misericors in natura, miserator in ope, iustus in retributione. Dicitur aūt deus iustis oriri per hoc
ꝙ lumen gratiæ ab ipso recipiūt, per quod creatorē suū cōtēplantur & diligūt. Propter quod per Ma
Mala.3 lachiā ait, Orietur vobis timētibus nomē meū sol iustitiæ. Potest quoq; hic versus de Christi aduētu
intelligi: vt sit sensus, Exortum est in tenebris lumen, videlicet Christus, rectis corde. Nam per incar
nationē inuisibile lumen iustis visibiliter apparuit, & ad salutē eorū ipsis exortū est, prout in Esaia ait
Esai.96 scriptura, Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucē magnā, habitātibus in regiōe vmbræ mortis lux
Iohā.8 orta est eis. Et apud Iohan. ipsemet Christus, Ego, inquit, sum lux mundi: qui sequitur me, non ambu
lat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. ¶(5) IVCVNDVS homo] .i. spūaliter in domino gaudēs, ali-
isq; causam lætitiæ præbēs [QVI miseretur] .i. opera misericordiæ ꝓximis exhibet. Quod nō solū de
corporalibus eleemosynis, sed de spūalibus quoq; operibus pietatis intelligēdum est, sicut sunt, igno-
rantē instruere, peccāti ignoscere, errantē corrigere, &c. [ET cōmodat] .i. de suo alijs mutuat sine vsu
Prou.9 ra. Vel cōmodat .i. alijs tēporalia donat, quatenus à deo æterna recipiat. Vnde Prou. lib. dicitur, Fœ- H
neratur domino qui miseretur pauperi. [DISPONIT sermones suos] .i. verba sua ꝓfert [IN iudicio]
Coloss.4 discretionis, ne loquēdo excedat, quēadmodū ad Coloss. monet Apost. Sermo vester semp in gratia
Eccl.20 sale .i. discretione sit conditus. Nā vt in Ecclesiast. scriptum est, Qui multis vtitur verbis lędit animā
Prou.13 suā. Et alibi, Qui inconsideratus est ad loquendū, sentiet mala. Ideoq; in Prouerb. Salomon loquitur
Prou.14 Qui custodit os suum, custodit ab angustijs animam suam. Sic autem disponit in iudicio rectæ ratio-
nis sermones suos, vt sciat se non posse hoc ipsum implere sine singulari & magno auxilio gratiæ dei.
Iacobi 3 Nam vt Iacobus testatur, Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir. Propterea iterū Salomō
Prou.16 dicit, Hominis est animam præparare, & dei est gubernare linguam. [QVIA in æternum non com-
mouebitur] à statu salutis & gratiæ: quia (vt dictum est) iustitia eius manet in seculum seculi. Vnde
in Prouerb. lib. scriptum est, Via iustorum absque offendiculo. ¶(6) IN memoria æterna erit iu-
Prou.15 stus,] hoc est, deus per effectum pietatis suæ & gratiæ æternaliter memor erit ipsius. Nam scri-
ptus est in libro vitæ, & deus per approbationem eum cognoscit, eritque sine fine in conspectu ma-
iestatis diuinæ in regno felicitatis æternæ, [AB auditione mala] malitia pœnæ non culpæ, videlicet à

A verbo illo asperrimo, Ite maledicti in ignem æternum, [NON timebit] in die iudicij, quamuis modo Mat.25
eam vehementer formidet. Erunt enim tunc securi qui modo sunt pauidi, tuncque pauebunt qui mo
do timorem non habent. Dies nempe iudicij, iudicisque dura sententia, sicut peruersis sunt metuen-
di, sic electis sunt ratio exultandi. Propter quod Christus dixit, His autem fieri incipientibus leuate Luc.21
capita vestra, id est, mentes lætificate, quia appropinquabit redemptio vestra. ¶(7) PARATVM
cor eius sperare in domino,] quia per spem in se existentem quæ est habitus virtuosus, promptus &
facilis est, vt actualiter speret in deo, non in aliquo bono creato, caduco, & vano. Vnde in Ecclesia- Eccl.3
stico habetur, Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt a-
nimas suas, [CONFIRMATVM est cor eius] in deo per gratiam, eo modo quo dicit Apostolus ad
Heb. Optimum est gratia stabiliri cor. Et in Prouerb. scriptum est, Iustus quasi fundamentum æter- Heb.13
num. [NON commouebitur] à stabilitate iustitiæ [DONEC despiciat inimicos suos,] id est, quousque Prou.10.
vitã seu viã huius exilij finiat, atq; de beatitudine securus existat. Cum enim iustus ad deũ peruene-
rit, omnes aduersarios suos visibiles & inuisibiles pro nihilo reputabit, non ea superbia, sed ea vera
iustitia, quia illorum vitia despicit, & eos in quantũ iniqui sunt, pro nihilo æstimat, sicut superius de
viro iusto inductum est, Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus. ¶(8) DISPERSIT,] Psal.14
id est, vndiq; diffudit & [DEDIT pauperibus] sua tẽporalia bona, seu spiritualia dona, sicut in pri-
ma sua Cano. Petrus adhortatur, Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administran- 1.Pet.4.
tes. [IVSTITIA eius manet in seculum seculi.] hoc iam in psalmo isto dictum est atque expositum
est. [CORNV eius,] id est, dignitas seu sublimitas gratię quã habuit in pręsenti [EXALTABITVR,]
id est, perficietur & consummabitur [IN gloria] beatorum, quia tunc plenum præmium sortietur, &
B lumen gratiæ per lumen gloriæ erigetur. Propter quod Salomon dicit, Qui miseretur pauperi, bea- Prou.14.
tus erit. ¶(9) PECCATOR] impœnitẽs [VIDEBIT] felicitatem iustorum, quam modo habent in-
choatiue, & in futuro iudicio habebunt perfecte, [ET irascetur] contra eos ex impatientia, vel cõtra
seipsum, quòd tanta tormẽta promeruit, [DENTIBVS suis fremet,] quia ex interiori furore corpus
eius concutitur, & motu dentium impetum iræ suæ ostendit. Vel, dentibus suis fremet in inferno, Matt.25.
vbi erit fletus & stridor dẽtium, [ET tabescet] in seipso ex inuidia, [DESIDERIVM peccatorũ pe-
ribit,] id est, suo effectu seu re oprata priuabitur. Quemadmodum enim iusti desiderant deo æterna-
liter frui, & in hac vita spiritualibus bonis ditari: sic impij cupiũt rebus temporalibus & caducis iu-
giter frui, quoniam eis finaliter inhęrent. Tale autem desiderium penitus perit post mortẽ, quia tunc
amplius frui non possunt temporalibus rebus, sed pro earum delectationibus compelluntur sentire
æterna tormenta. Desiderium verò iustorum post hanc vitam impletur. Propter quod in Prouerb.
lib. scriptum est, Desiderium suum iustis dabitur, quasi tempestas transiens non erit impius. Prou.10

¶EXPOSITIO allegorica eiusdem psalmi de Christo.

DEnique psalmus iste de Christi persona conuenientissime explanatur, eritque sensus. Beatus
vir scilicet Christus, qui ab exordio suæ cõceptionis in virgine, & beatus erat deum viden-
do per speciem, & vir propter omnium virtutũ ac sapientiæ perfectionẽ. Anima enim Chri-
C sti à primo suæ creationis instanti deum per speciem vidit, omnibusque virtutibus imperfectionẽ in
sua ratione non includentibus, atque scientijs plena fuit. Vnde de eo vt nondum nato, sed adhuc in-
fantulo in materno vtero cõsistenti, scriptum est per Ieremiam, Nouum creauit dominus super ter- Iere.31
ram, mulier circundedit virum. Hic ergo beatus est vir qui timet, inquãtum homo dominum timo-
re filiali, illo præcipue, qui est vnum septem donorum spiritus sancti, quemadmodum per Esaiam di- Esa.11
citur: Replebit eum spiritus timoris domini in mãdatis eius volet nimis. Quanto enim Christus pre
cæteris vniuersis deum amauit feruentius, tanto in eius mãdatis implendis voluit plenius, quoniam
ardentissimo appetitu optauit in omnibus deo parere, nec solum voluit, sed etiam volita plenissime
adimpleuit, quia præcepta moralia & duo charitatis mandata perfecte impleuit, propter quod apud
Iohan. ait, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et apud eundem, Ego quæ placita sunt ei fa- Iohã.14
cio semper. Imo tam desiderabile tamque delectabile fuerat Christo homini patris pręcepta seruare, Iohã. 8
vt dicat, Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, qui misit me, vt perficiam opera eius. Po- Iohã.4
tens in terra erit semen eius. Semen Christi, est populus Christianus de quo apud Esaiam dicitur, Si Esa.53
posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. Hoc semen potens est in terra huius
D exilij, quoniam populus Christianus magnus, multus, & fortis est in spiritualibus & corporalibus bo
nis. Potentius tamen est semen istud in patria beatorum, vbi parificatum est angelis dei. Potest quo-
que per semen Christi intelligi prædicatio euangelicę legis: quemadmodum Christus ait, Semen est
verbum dei. Hoc autem semen Christi potẽs fuit, quia vt dicit Marcus, Erat docẽs sicut potestatem Matt.13
habens, non sicut scribæ. Generatio rectorum, id est, congregatio Christianorum, ex aqua & spiritu Marc.1
sancto renata, benedicetur à deo, secũdum quod ait Apost. Benedictus deus qui benedixit nos omni Ephe.1
benedictione in cælestibus in Christo Iesu. Et Lucas de Christo dicit, Eleuatis manibus benedixit Lucę 24.
eis, & ferebatur in cælum. Vnde apud Esaiam dominus protestatur, Electi mei non laborabunt fru- Esai.65
stra, quia semen benedictorũ domini est. Gloria, hoc est æterna felicitas, & diuitiæ, hoc est, omnium
bonorum sufficientia, in domo eius, id est, in regno cælorum, in triumphãti ecclesia, in patria beato-
rum, quæ est domus Christi. Pręterea in ecclesia militanti sunt gloria atque diuitiæ, secũdum sensum
in præcedẽti articulo introductum, & ista ecclesia est domus Christi: iuxta illud ad Timotheum, Sci- 1.Tim.3
as quomodo oportet te conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viui: & iustitia eius manet in se-
culum seculi, diuina namque & increata iustitia Christi æterna est, creata verò iustitia eius nunquam

deficiet. Exortum est in tenebris lumen rectis, &c. Versiculus iste in praecedenti articulo de Chri- B
Esa.42 sto expositus est. Iucūdus homo, videlicet Christus, de quo Esaias asserit, Non erit tristis neque turbulentus. Nam anima Christi semper erat in gaudio beatę fruitionis. Qui miseretur. Ipse enim intantum compassus atq; misertus est nostri, ꝙ animam suam pro nobis posuit, & proprio sanguine liberauit: omnibus etiā ad se clamantibus miseretur, veniam gratiāmque praestando, & cōmodat. Omnia quae à Christo recepimus, ipse nobis quodāmodo cōmodauit, quoniā ratione de eis requiret & fru-
Luc. 19 ctum, queādmodum apud Lucam dicitur in parabolis de talētis. Disponit sermones suos in iudicio
Luc. 4 verae prudētiae. Nam Christus nihil inordinate aut indiscrete locutus est. Imo vt Lucas testatur, Mirabantur omnes in verbis gratiae, quae procedebant de ore eius quia in aeternum non cōmouebitur, quia anima Christi à suae creationis exordio cōfirmata erat in bono. Paratum cor eius sperare in domino. In Christo non erat spes, quae est virtus theologica, quoniam illa est expectatio futurae beatitudinis, quam Christus nunquam expectauit, sed à principio conceptionis fuerat comprehensor tam perfectus vt modo: sperauit tamen in deo, per quandam fiduciam qua certissime confidebat omne bonum quod cupiebat, se recepturum à deo. Confirmatum est cor eius, per gratiam consummatam, ita ꝙ nunquā peccare valebat, sicut nec sancti in patria. Dispersit spiritualia dona spiritus sancti, de-
Act. 2 dit ea pauperibus, id est, humilibus. Propter quod Euāgelista fatetur, De plenitudine eius accepimus
1. Iohā. 5 omnes gratiam pro gratia. Misit enim spiritum sanctum apostolis. & sicut in 1. Iohan. Canonica di- F
Matt. 28. citur, Quicquid petierimus, accipiemus. Cornu eius, hoc est, regia Christi potestas, quae latebat quā diu inter homines vixit, exaltabitur in gloria resurrectionis, ascensionis, & claritatis caelestis. In resurrectione nanque data est ei omnis potestas in caelo & in terra, quantum ad manifestationem ac vsum, & in patria sedet ad dexteram patris tanquam rex regum & dominus dominorum. Peccator, id est, omnis haereticus, paganus, Iudaeus & reprobus Christianus, & maxime Antichristus, videbit in
Sapien. 5 die iudicij maiestatem & gloriam Christi, & irascetur, id est, corde turbabitur: iuxta illud, Videntes turbabuntur timore horribili, dentibus suis fremet aduersus seipsum, ꝙ euadendi locus nō erit. Cetera ex praecedenti articulo clara sunt. Ecce psalmum doctrinalem ac pulchrū audiuimus, in quo ad opera misericordiae praecipue inuitamur, ad quā sacra scriptura frequenter nos allicit. Vnde in Pro-
Prou. 9. uer. Salomon. Misericordia (inquit) & veritas non te deserant, & inuenies gratiā corā deo & homi-
Matt. 5 nibus. Et apud Matthaeum dicit iudex noster, Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam conse-
Eccle. 29 quentur. Et Ecclesiasticus, Foenerare proximo tuo in tempore necessitatis. Itemq;, Perde pecuniam
Ibidem propter amicum & fratrem. Dicit autem Gregorius ꝙ misericordia aptius potest dici iustitia quam misericordia, quoniam dum pauperibus aliquid erogamus, non nostra largimur, sed quae eorū sunt, eis praestamus. Et ideo S. Ambrosius atque excellens ille Basilius, Esurientium (inquiunt) panis est quem tu tenes, nudorum vestis quam recludis, captiuorum redemptio pecunia quam sub terra tu fodis. Hinc Augustinus quinque disseruit, Quaere quantum tibi deus dederit, & ex eo tolle tibi quod sufficit, caetera quę superfluunt pauperū sunt. Res alienae possidentur, cum superflua nō erogantur. G
1. Cor. 4 Erogari sibi vult deus ex eo quod dedit. Quid enim das quod ille non dedit? quid habes quod non accepisti? Itaque non sunt retinenda superflua, neque diuitibus & satis habentibus, sed indigentibus eroganda: alioquin tam retinens quàm recipiens timeant de rapina.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXII.

### ¶EXPOSITIO TITVLI.

Assignatur autem psalmo praesenti pro titulo Halleluia, quia in toto psalmo offertur laus deo, ad cuius praeconia nos inuitans S. Propheta, ait,

PRECATIO.

*Deus noster, qui in altis habitas, & de stercore inopem suscitas, nos humiles tuos in terra clementer respice, atque ad sublimia uirtutum attolle, in quibus indies proficientes, in his perseueremus non deficienter.*

¶EXPOSITIO psalmi. H

LAVDATE pueri, ] hoc est, puri & innocētes [DOMINVM.] Tales enim pueri digni sunt deum laudare, ad quā pueritiā inuitamur ab Apost. Fratres noli-
Mat.18 te pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti. Et Christus apud Matth. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Sunt verò nonnulli pueri non aetate sed sensu,
Esa.65 iuxta illud Esaiae, Puer centum annorum morietur. [LAVDATE nomen domini.] Frequenter hortatur nos sacra scriptura laudare & benedicere nomen domini, sed hoc de nomine nominato, videlicet de re significata per nomē, & non de nomine nomināte intelligēdum est. Semper autē debemus deū laudare, quoniā hoc est pror-
Esai.43 sus angelicum opus, quo homo efficitur amicus & filius dei. Vnde apud Esaiam quoq; dominus ait,
Ephe.5 Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriā meā creaui eum. Et ad Ephes. dicit Apost. Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in hymnis & psalmis & cāticis spiritualibus, cātantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes pro omnibus semper. Sic autem laudantes dicite,
¶(2) SIT nomen domini benedictum, ] hoc est, ipse deus ab omnibus laudetur & benedicatur [EX hoc nunc & vsque in seculum, ] id est, indesinenter, continue atque perpetue. Qui diligit deū seruenter zelo diuini honoris frequēter accēditur, desiq; ab omnibus laudari, benedici & omnibus modis

A honorari desiderat. ⁋(3) A SOLIS ortu vsque ad occasum,] id est, de mane vsque ad vesperũ. Vel à solis ortu, id est, à terra ac populo orientali vsque ad occasum, id est, vsque ad terram ac populũ occidentalem, est [LAVDABILE nomen domini,] quia vbique terrarum apparet, operatur ac inuenitur bonitas dei, propter quod vbique & semper laudandus est, prout per Malachiam testatur, A solis ortu magnum est nomen meum in gẽtibus. ⁋(4) EXCELSVS super omnes gentes dominus,] id est, cunctis hominibus dignior est atque sublimior: iuxta illud Esaiæ, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram illo, & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei. Et in lib. Iob, Non accipiam personam viri, & deum homini non æquabo. Sapiens quoque quidam ait, Tanquam momentũ stateræ, sic ante te est orbis terrarũ, & tanquã gutta roris antelucani, quæ descendit in terram, [ET super cælos gloria eius,] id est, gaudium beatorum quod ipsi à deo pro mercede recipiunt, est super omnes cęlos volubiles, scilicet in cælo empyreo, quod est locus glorię dei & electorum. Vel super cælos, id est, super omnes ciues & incolas curię cęlestis est gloria eius, id est, excellentia dei creatoris, quoniam angelicis spiritibus deus præstatior est, secundum quod in lib. Iob inducitur, Columnæ cæli contremiscũt & pauent ad nutum ipsius. Et alibi, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. ⁋(5) QVIS sicut dominus deus noster,] videlicet Trinitas benedicta. quasi dicat, nullus ei similis est similitudine ęqualitatis, quãuis similitudine imitationis multi sint similes ei. Vnde apud Ieremiam habetur, Quis similis mei, & quis sustinebit me, ait dominus? [QVI in altis habitat,] hoc est, in cælis, de quibus quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis, vbi per cælos intelliguntur sanctæ contemplatiuæque mẽtes. vel cælum empyreũ, quod pluraliter dicitur cæli, quia hoc nomen cælum in Hebræo caret numero singulari, secundum Chrysostomum, in his habitat deus incircun-

B scriptus per gratiam. [ET humilia] corda respicit per approbationem & conseruationem [IN cęlo & in terra,] imò in omni loco & tempore. Humilibus enim dat gratiam. Et in Esaiæ libr. secundum aliam translationem testatur, Ad quem respiciam, nisi ad quietum & humilem, & trementem sermones meos? Qui ergo à deo respici cupit, spiritum suum humiliet, perpendens illud virginis gloriosę, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Quanto enim seipsum homo profundius deprimit, tanto à deo altior iudicatur. ⁋(6) SVSCITANS] deus per gratiam suam [A TERRA,] id est, à vita carnali, ab amore rerum terrenarum, à cogitatione temporalium rerum [INOPEM,] hoc est, in spiritualibus vacuum & egenum, ditans eum donis diuinis, amore cælestium, contemplationibus diuinorum, [ET DE stercore,] id est, de habitatione huius corruptibilis corporis [ELEVANS] ad habitationem regni cælestis [PAVPEREM] spiritu, scilicet humilẽ: quia qui se humiliat, exaltabitur: iuxta illud, Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Propter quod subditur, ⁋(7) VT COLLOCET EVM] in patria [CVM PRINCIPIBVS,] id est, cum angelis sanctis, [CVM principibus populi sui,] hoc est, cum maioribus electorum, videlicet cum apostolis & prophetis. Ecclesia nanque triumphans vna est ex hominibus bonis, & angelis sanctis vnita. Horum autem duorum sententia versuum in cantico Annæ continetur 1. lib. Regum, vbi de deo sic legitur, Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem. Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Vel vt collocet eum in die iudicij ad dexteram suam cum principib⁹, de quibus ab Esaia scriptum est, Dominus ad iudicium ve-

C niet cum senibus populi sui & principibus eius. ⁋(8) QVI HABITARE facit sterilem,] id est, congregationem gentilium, olim omni spirituali fœcunditate carentem [IN DOMO,] hoc est, in ecclesia militanti per gratiam, & postmodum in ecclesia triumphanti per gloriam. Facit (inquam) eam habitare [MATREM FILIORVM lætantem,] id est, taliter quòd habitando est mater iucunda spiritualium filiorum, quos ex aqua & spiritu sancto regenerat, synagoga Iudæorum quæ quõdam erat fœcunda, sterili facta. Et ad hunc sensum allegat Apostolus illud Esaię, Lætare sterilis quæ nõ paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, hoc est gentilitatis, magis quàm eius quę habet virum, id est, synagogæ, cuius sponsus & vir fuerat deus, sed eam propter incredulitatem suam reliquit: quemadmodum per Ieremiam protestatur, Reliqui domum meam, dimisi hęreditatẽ meam, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua. Appellat autem Propheta gentilitatem seu plebem gentilem sterilem atque desertã, quoniam diu deserta erat à deo propter idololatriam, ita quòd nullum fructum spiritus sancti produxit, nec aliquos filios Christo generauit. vnde 1. lib. Regum, Anna prophetice est locuta, Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Ecce hunc psalmum iucundum ac breuem decet nos cum ingenti hilaritate cãtare, eo quòd totus ad do-

D mini dei creatorisque nostri laudem pertineat. Et omnino satagẽdum est nobis, vt tales pueri, id est, tam puri, innocentes ac humiles simus, vt deũ digne laudare, atque ab eo pie respici mereamur, quoniam non est speciosa laus in ore hominis vitiosi.

Malach. 1 · Esaię 40 · Iob 32 · Sapien. 11 · Iob 2. · Iob 4. · Ierem. 50 · Matt. 6 · Lucę 1 · Iaco. 4 · Esa. 66 · Luc. 14 · Iob 22 · 1. Reg. 2 · Matt. 25 · Esa. 3 · Gal. 4 · Esa. 54 · Ierem. 12 · 1. Reg. 2. · Eccle. 15.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXIII.

### EXPOSITIO TITVLI.

TITVLVS psalmi est Halleluia. Ad literam enim laudatur deus in psalmo præsenti ex consideratione mirabilium, quæ fecit circa populum Iudæorum in AEgypto, in mari rubro, atque deserto. Ait ergo,

### PRECATIO.

*Fortissime deus creaturarum, qui conuertis petram in stagna aquarum, à facie tua ad pœnitentiam moueatur corporis nostri terra, unde sit nomini tuo gloria pro nobis misericorditer saluandis in beatitudine perpetua.*

¶EXPOSITIO PSALMI iuxta sensum literalem. E
N EXITV,] id est, dum exiret [ISRAEL,] id est, populus Israeliticus [DE
AEgypto domus Iacob,] id est, in exitu familiæ seu populi huius quæ dicitur
domus Iacob patriarchæ, tanquam natus ex semine eius, [DE populo barba-
I ro,] id est, de plebe AEgyptiaca, quæ dicitur populus barbarus, quoniã barba-
ram linguam habet. Omnia enim idiomata barbara appellantur, præter He-
bræum, Græcum & Latinum. Ideoque omnes populi dicti sunt barbari præter
Hebræos, Græcos & Latinos. Dum itaque populus iste de Aegypto exiret, se-
Exod.13 cundum quod in Exodo recitatur, tunc ¶(2) FACTA est Iudæa].i. populus
Iudæorũ [SANCTIFICATIO eius,] videlicet dei, id est, res sanctificata, seu populus sanctificatus
à deo, quia ad vnius dei cultum electus & deputatus est. Sæpe quoque in Exodo & alibi dixit domi-
Ibidem nus Mosi, Sanctifica mihi omne primogenitum filiorum Israel. Tunc quoque factus est [ISRAEL,]
Num. 13 hoc est, populus natus ex Iacob, qui alio nomine dictus est Israel [POTESTAS eius,] id est, id in quo
deus potestatem suam ostẽdit, liberãdo eum de Aegyptijs in manu robusta. Quamuis autẽ in præce-
denti versu non sit nomen dei expressum, conuenienter tamẽ pronomen relatiuum eius, refertur ad
deum, quoniam in diuinis scripturis pronomina sæpe demõstrant & referunt non quod exprimitur,
Luc.1 sed quod intelligi datur: quemadmodum apud Lucam angelus dixit de Iohãne, Ipse præcedet ante F
illum in spiritu & virtute Heliæ. vbi per illum Christus mõstratur, qui ante expressus non fuit. Alij
ita exponũt, Facta est Iudæa sanctificatio eius.i. sanctificatus est populus ille in Iudæa, scilicet in terra
promissionis. Israel potestas eius.i. populus ille potens effectus est in terra prædicta. Sed quoniã ista
sanctificatio post quadraginta annos secuta est exitum de Aegypto, secundũ hoc aptius dici potuis-
Exod.14 set, post exitum Israel de Aegypto. Denique sicut Gentilitas significat populum Gentilem, sic Iudæa
populum Iudæorum. ¶(3) MARE vidit & fugit,] id est, mare rubrũ deo iubẽte ita diuisum est: sicq;
deo obediuit, acsi fuisset intellectualis naturæ. Fuit enim pro muro ex vtraque parte filijs Israel, do-
Ibidem. nec sicco pede transirent, vt in Exodo legitur. [IORDANIS cõuersus est retrorsum].i. aliquæ partes
aquæ Iordanis redierũt versus suam originẽ, quia non descenderunt, sed in modum mõtis intumue-
Iosue 3. runt, prout in Iosue lib. dicitur, Ingressis filijs Israel Iordanẽ, steterunt aquæ descẽdentes in vno lo-
co, & instar montis intumescentes apparebant procul. quæ autem inferiores erant in mare solitudi-
nis, descenderunt quousque omnino deficerẽt, omnisque populus per arentẽ alueũ transibat saluus.
¶(4) MONTES exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.] Deinde sanctus Propheta iu-
bilando in domino de mirabilibus eius, alloquitur atque interrogat inanimata: non vt illa intelligãt
& respondeant, sed vt homines in admirationem & dei præconium excitentur. Dicit enim, ¶(5)
QVID est tibi mare q̃ fugisti? secundũ modum iam dictum, [ET tu Iordanis] quid est tibi [QVIA G
conuersus es retrorsum?] quasi dicat, Vnde & qua potestate facta sunt mirabilia ista? Quid etiam vo-
Esa.55 bis est ô. ¶(6) MONTES] quia [EXVLTASTIS sicut arietes?] qui ex gaudio saltant, & quid vobis
ô [COLLES] quia exultastis [SICVT agni ouium?] qui ad vbera matrum hilariter currunt. Potest
quoque hic versus non interrogatiue, sed assertiue legi atque exponi, & ita est idem cum versu quo
dictum est, Montes exultauerunt. Montes exultauerunt vt arietes. Dicuntur mõtes exultare, quẽad-
modum terra dicitur domino benedicere. s. metaphorice, materialiter, & occasionaliter, inquantum
dederũt filijs Israel occasionẽ gaudendi. Quidam hanc exultationẽ montiũ exponunt de scopulis.i.
arduis rupibus, quæ erãt iuxta fluuiũ Arnon, quæ, vt asserunt, inclinauerũt se vsq; ad aliã partẽ fluuij
Num.21. huius, præbẽtes filijs Israel iter per fluuiũ. Vnde in Numerorũ lib. habetur, Sicut fecit in mari rubro,
Ibidem. sic faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentiũ inclinati sunt. Consequenter respõdet ad quæstio-
nem factã de exultatione terræ, ¶(7) A FACIE domini mota est terra,] id est, ab aspectu diuini im
Num.16. perij contigerunt miracula ista, sicut q̃ terra deglutiuit Dathan & Abyron, inclinatiq; sunt mõtium
scopuli [A facie dei Iacob] patriarchæ, cui tanquã omnipotẽti creatori omnia animata & inanimata
Eccle. 16 nutu eius parent. Propter quod in Ecclesiastico dicitur, Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus, &
vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei cõmouebuntur: & cũ conspexerit illa deus,
tremore concutientur. ¶(8) QVI conuertit petram in stagna aquarũ,] hoc est, de petra fecit efflue- H
Exod. 17 re aquas, sicut ex aqua stagnali riui aquarum erumpũt facto meatu. Hæc erat petra Oreb, quam cum
Moses percussisset, egressæ sunt aquæ largissimæ, prout in Exodi lib. scriptum est, Conuertit quo-
Num. 20 que, [ET rupem] id est, silicem [IN fontes aquarum,] quia vt in Numerorum volumine legitur, cum
percussisset Moses virga bis silicem, aqua copiosa effluxit. Quoniã igitur ista non nostris meritis aut
viribus, sed diuina virtute ac miseratione peracta sunt, ideo ¶(9) NON nobis domine, non nobis,
sed nomini tuo da gloriam] id est, fac vt omnes qui ista cognoscunt, non nos, sed te gloriose collau-
dent, & tibi totum ascribant. Da (inquam) gloriam nomini tuo. ¶(10) SVPER misericordia tua &
veritate tua,] id est, de istis effectibus ex tua pietate & æquitate productis, Hæc nanque prodigia mi-
sericorditer facta sunt, quoniã sine meritis hominũ præuijs agebantur. Sunt etiã iuste facta, inquantũ
Gen.50 deus promisit patriarchis sanctis, quòd semen eorũ ex AEgypto educeret, & sua diuina virtute eos
Exod.3 protegeret. Dũ ista oramus diuinæ voluntati nostrũ affectũ conformamus, quoniã deus per Esaiam
Exod.20 testatus est, Ego dominus, hoc est nomen meum: gloriã meã alteri non dabo. Et Apost. Soli (inquit)
Esa.42 deo honor & gloria. Qui autẽ ista ex corde postulant, à deo glorificari merentur, qui in lib. Reg. ait,
1.Tim. 1 Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autẽ contemnunt me, erunt ignobiles. Quoniam
1.Reg. 2. ergo de opere bono soli deo gloria danda est & debetur, mirum non est, si veris & humilibus famulis
Christi molestissimũ est, dum ab hominibus gloriam sibi attribui cernũt: quia quod dei est, vsurpare

A nnn audēt. Hæc autem age ô dnmine,[NEQVANDO,]id est,ne aliquo tempore [DICANT gētes] idnlolatriæ dedite,[VBI est deus eorum?]videlicet Hebræorum, id est, nunc apparet quòd non sit verus & omnipotens deus,quoniā nomen suū non glorificat,demonstrando suā virtutem atque implendo quod spopondit.Hanc causam exauditionis Moses sæpe cōmemorat, deū sic alloquens, Ne (quæso)dicant AEgyptij,Callidè eduxit eos,vt interficeret in mōtibus.Iosue quoque dixit,Mi domine deus,quid dicā vidēs Israelem hostibus suis terga vertētem? & quid facies nomini tuo magno? Ob hanc etiā causam dominus perhibet se exaudire preces nostras. Propter me (inquiens)ego faciā, vt non blasphemer. ❡(11)DEVS autem noster in cælo]est,id est, in eodem deunto, quod est immateriale cælum.Vel,in cælo empyrco,in quo specialiter esse censetur,quoniā illic excellentius operatur,clariúsque videtur[OMNIA quæcunque voluit fecit]cū sit omnipotens.Et ideo in lib. Iob legitur, Cogitationem dei nemo auertere potest,& anima eius quodcunque voluit fecit.❡(12) SIMVLACRA gentium,]id est,idola paganorum substantialiter aliud non sunt,nisi[ARGENTVM ET aurum,]quod intelligendum est de precíosioribus earum simulacris . Habent nanque simulacra cuprea, ænea,lignea,in quibus materia est tota substantia, quia secundū Philosophum in artificialibus tota substātia est materia. Hęc autem simulacra artificialia sunt,sicut subiūgitur,[OPERA manuum hominum.]Formata sunt nanque manu & arte humana. ❡(13) Os habent]non vere neque vniuoce,sed similitudinarie, eo modo quo homo defunctus dicitur habere pedes seu oculos, [ET non loquentur,]quia nō viuunt neque intelligunt:[OCVLOS habēt]eo modo quos os,[ET non videbūt] per eos. Et simili modo in duobus sequentibus versibus dicuntur habere organa sine officijs.Laures sine auditu, nares sine odoratu,manus sine palpatione,pedes sine ambulatione, guttur sine clamore.

Esod. 32
Iosue 7
Iob 23

B Sed videtur contrarium,nam idola gentiū dant suis cultoribus responsa,imo futura prædicunt. Aduertendum ergo,quòd sicut Valer.max.refert,quidā Romanorū, & præsertim antiqui Romani non colebant simulacra propter se tanquam essent viua aut animata , sed in honorem eorū quos repræsentabant. Alij verò Romani coluerunt ea tanquā per se honoranda, videlicet,vt viua animata & rationalia,quorū insania ex errore Hermetis originē sumpsit . Queadmodum enim octauo de ciuitate dei August.describit,Hermes Trismegistus asseruit, quòd sicut summus deus est factor deorum cęlestium,sic homo factor est deorū,qui in templis venerantur,& humana proximitate cōtenti sunt.Statuas enim dixit sensu & spiritu plenas,futurorū præscias,de somniis ac alijs multis prædicentes,hominibus imbecillitatem facieēntes,eosque curantes, lætitiā atq; tristitiā dantes pro meritis.Hęc autem positio nō solum theologicæ veritati,sed etiā naturali rationi discordat, sicut in summa contra gentiles S.Thomas pulchre efficacíterque demonstrat.Contra hunc quoque errorē in libro Sapien.plenissime disputatur. Vnde etiam Seneca dixit idola nec animata esse,neque colenda,quāuis ipse propter aliquos videretur ea colere foris . De qua tamen simulatione beatus Aug.grauiter arguit Senecam.❡(14)SIMILES illis fiant qui faciunt ea,]id est,omnes qui idola formant aut fieri procurāt, similes fiant idolis suis,quatenus sicut illi corporaliter cæci,surdi,muti,& sine naturali vita existunt, sic isti spiritualiter cæci,surdi,muti,& mortui fiant,carendo vita gratiæ,[ET omnes qui cōfidunt in eis]non in deo vero similes illis fiant.Hoc autē nō optando,sed prænūciando,& quid illi mereantur

Sapiē.13.
Esaię 44

C ostendendo asseritur,nisi intelligatur de obstinatis.❡(15)DOMVS Israel,]id est,populus fidelis ex Iacob ortus[SPERAVIT in domino, ]non in simulacris. Propter quod Balaam dixit, Non est idolum in Iacob,nec simulacrū in Israel . Dominus deus eius cū eo est,& clangor victoriæ regis in illo est. Et hoc est quod subditur,[ADIVTOR eorū & protector eorum est,]hoc est,deus adiuuit eos in bonis, & protexit in aduersis.Submersit enim AEgyptios,& Chananæos ꝓpter eos occidit.❡(16) DOMVS Aaron,]id est,posteritas eius[SPERAVIT in domino,]videlicet sacerdotes veteris testamenti. Et quanuis domus Aaron includatur in domo Iacob,vt pars in toto, fit tamen de eis mentio specialis,propter sacerdotij dignitatem.[ADIVTOR eorum & protector eorum est]& fuit,vt patet in libris legis ac prophetarum.❡(17)QVI timent dominum]timore filiali,vel saltem initiali[SPERAVERVNT in domino]alias desperassent. Sperauerunt ergo in domino quòd daret eis virtutem & gratiam omnia mala euadendi,cunctaque bona adipiscendi: nec frustra,quia[ADIVTOR eorum & protector eorum est.]Vnde scriptū est, Respicite & scitote,quia nullus sperauit in domino & confusus est. Et ideo illic mōet scriptura , Qui timetis dominum sperate in illo,& in oblectationem vobis veniet misericordia. ❡(18)DOMINVS MEMOR fuit nostri,] scilicet populi Israelitici ostendēdo nobis per effectum,quòd curam & dilectionem haberet circa nos, [ET benedixit nobis[dando nobis abundantiam spiritualium,temporaliumque bonorū,quam diu in eius cultu permansimus.

Num.23.
Exod.13
Deut.1
Osee 11
Mich.6
Eeclesi.2.
Ibidem

D Quod clarius subditur, ❡(19)BENEDIXIT domui,]id est,familiæ[ISRAEL,benedixit domui Aaron,]hoc est,sacerdotibus.❡(20)BENEDIXIT omnibus qui timent dominum,] scilicet [PVSILLIS,] id est,paruis & subditis [CVM maioribus] & prælatis. Non enim est personarum acceptor dens,sed in omni gente qui timet eum,& operatur iustitiam acceptus est illi,vt dicitur in Actis. ❡(21) ADIICIAT dominus super vos] bona maiora, quaten⁹ indeficiēter proficiatis in spiritualibus,quia non proficere est deficere. Hoc etiam orat pro nobis Apostolus ad Thessal. Deus dirigat viam vestrā, & abundare faciat charitatem vestram in inuicē,& in omnes. Et alibi, Oro vt abundetis magis,[SVPER vos & super filios vestros]carnales & spirituales,dādo vobis & eis quotidianum profectum,vt ambuletis de virtute in virtutem. ❡(22) BENEDICTI]estis [VOS] ô patres & filij [DOMINO,] id est, à domino,vel ad honorem & gloriam dei, qui contulit vobis bona exteriora & interiora,temporalia & æterna [QVI fecit cælum & terram]cum omnibus intermedijs. Creauit autem ❡(23)CAELVM]supremum atque empyreum [CAELI domino,] id est, sibiipsi pro sua pa-

Act.10.
2.Thes.3
1.Thes.4
Psal.83

latio, vt in eo cum beatis æternaliter demoretur: non quòd ipse loco indigeat, sed ad gloriam electorum parauit sibi hanc domum: [TERRAM autem dedit filijs hominum] ad inhabitandum atque co- B
Iere.27 lendum eam, prout vitæ humanæ necessarium est, sicut per Ieremiam testatur, Ego creaui terram, & dedi eã ei qui placuit in oculis meis. ¶ (26) NON mortui] in peccatis mortalibus [LAVDABVNT te domine] laudatione meritoria, quoniam sine charitate & gratia nullus meretur bonum diuinum, [NEQVE omnes qui descendunt in infernum] damnatorum. Tales enim deum blasphemant. Vnde
Eccl.9 Ecclesi. hortatur, Quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sa-
Baru.2 pientia, nec scientia erunt apud inferos. Baruch quoq; ait, Non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus eorum, dabunt honorem tibi domino. ¶ (27) SED nos qui viuimus] spiritualiter habendo charitatẽ, quæ est animæ vita [BENEDICIMVS domino,] id est, deum laudamus [EX hoc nunc,] id est, ex instanti iam præsenti, [ET vsq; in seculum,] id est, sine fine. Nunc enim laudatio ista incipitur, & vsque ad mortem continuatur, atque cum anima à corpore separatur,
Esa.65 & simul in ea manet in regno cælorum in sempiternũ, secundum quod per Esaiam dominus ait, Gaudebitis & exultabitis vsque in æternum.

¶ EXPOSITIO Tropologica seu moralis eiusdem Psalmi.

2.Cor.10 QVemadmodũ ad Corinth. dicit Apostolus, Hæc omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt F autem propter eruditionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Debemus ergo prędicta ad nostram moralem instructionem cõuertere. Denique sicut subinde prætactum est, per AEgyptum intelligitur hoc præsens seculum seu mundus, qui (secundum Iohan. in sua Can.) totus in
1.Iohã.5 maligno positus est. Quapropter Iac. dicit, Quicunque voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus
Iaco.4 dei constituetur. Vbi per mundum non significatur machina mũdialis, ex elementis & cæteris irrationabilibus cõstans, sed populus mundanus, seculariter viuens, de quo ait Apostolus, Si hominibus
Gal.1 placerem, Christi seruus non essem. Quia vt Iacobus scriptum reliquit, Amicitia huius mũdi inimi-
Iacobi 4 ca est deo. Per Israel quoque, qui interpretatur vir videns deum, intelligitur plebs fidelis, deum per fidem contemplans. Per Iacob verò, qui dicitur supplantator, intelligitur quilibet cõtra vitia luctãs. Exitus autem filiorum Israel de AEgypto, significat exitum Christianorum de hoc mundo, vel potius de vita mundana ac vitiosa, quoniam mundum egredimur, non motu & loco, sed conuersatione & merito. Ait ergo, In exitu Israel, id est, populi Christiani, de Aegypto, id est, de conuersatione seculari, domus Iacob, id est, eiusdem populi, de populo barbaro, id est, congregatione reproborum: qui barbari appellantur, quia vt ait August. Non nostra lingua est, sed barbara, quæ deũ laudare non nouit. In hoc exitu facta est Iudęa, id est, plebs confitens deo (Iudæa nãque confessio interpretatur) sanctificatio eius, id est, res seu gẽs sanctificata à domino. Dum enim mundum vitã mutãdo egredi- G mur, dei gratia nobis præstatur, per quam sanctificamur. Israel potestas eius, id est, in exitu isto, qui aliud non est, nisi auersio mentis à rebus illicitis, & cõuersio eius ad deum homo seu populus contemplatiuus factus est speculum potestatis diuinæ, quia in eo relucet diuina potestas, quasi in speculo, cum maius sit peccatorem iustificare, quàm cælum creare. Itaque Israel factus est potestas eius, id est, potens dei effectus. Vel sic, facta est Iudæa sanctificatio eius, id est, in ipsa confessione qua purgatur, sanctificatur Israel, id est, deum cognoscens, diuina iudicia fide contẽplans, seipsum coram deo vbique constituens atque examinans: factus est potestas eius, id est, potens in deo, quia per hæc potens efficitur ad resistendum tentationibus vniuersis. Mare, id est, populus inquietus, turbulentus, vitijs-
Esa.57 que amarus, de quo in Esaia scriptum est, Impij quasi mare fremens, quod quiescere non potest. Hoc igitur mare vidit prædictum exitum electorum de caligine vitiorum, & fugit, id est, imitari eos non
Iere.2 voluit. Fugiunt nanque & à deo recedunt, qui conuerti despiciunt, propter quod per Ierem. domi-
Prou.2 nus, Elongauerunt (inquit) à me, & ambulauerunt post vanitatẽ, & vani facti sunt. in Prouerb. quoque dicitur, Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Iordanis, id est, homo humilis seipsum dijudicans (Iordanis quippe interpretatur descensus seu riuus iudicij) sicque designatur per per eum homo ab alto elationis ad profundum humilitatis descendens, atque seipsum discutiẽs. Hic ergo Iordanis vidit sicut & mare, sed non fugit, imò cõuersus est retrorsum, id est, à cœpto itinere H malo se retraxit, à praua consuetudine redijt, & ad fontem suæ salutis, videlicet deum reuersus est. Ecce quomodo quidam ex bono opere aliorum deteriores fiunt & fugiunt, alij ædificantur atque
2. Cor. 2 proficiunt. Ideo nanque Apostolus de se & sibi similibus ait, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Alijs quidem odor vitæ ad vitam, alijs verò odor mortis ad mortem. Ex hac autem conuersione Iordanis, montes, id est, sancti apostoli, sanctitate, sapientia, & miraculorum operibus eleuati præ cæteris, exultauerunt in domino, gratias referendo, vt arietes, ducentes ad ouile ouiculas. Ideo nanque Iohan. in sua Cano. profitetur, Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos
3.Iohã.1 in veritate ambulare. Et Paulus sæpe in suis epistolis, de conuersione gẽtium ineffabiliter se gloria-
2.Cor.12 ri testatur. Et certe sicut bono prælato nihil adeo graue est, sicut peruersitas & incorrigibilitas sui gre-
Gal.2 gis: sic nihil ei iucundius est, quàm profectus & emẽdatio subditorũ. Et colles, id est, inferiores prælati, successores & imitatores apostolorum exultauerũt, ob hanc causam in domino, nihil suis viribus tribuentes, vt agni ouium. Quid est tibi mare, id est, popule secularis, quòd fugisti à deo, nolens conuerti: & tu Iordanis. i. popule humilis, quid est tibi, quòd conuersus es retrorsum? cessans à malo inchoato: de quo, scilicet quod quidam recte conuersi sunt, vos ò montes exultastis sicut arietes? &c. quasi dicat. Quæ est causa huius discretionis: quod vnus corrigitur, alius induratur? Et respõdet, A facie domini mota est terra, id est, ex respectu diuinę præsentiæ ista cõtingunt, quòd vnus misericor

A diter tãgitur à spiritu sancto & emẽdatur, alius iuste despicitur, & obstinatus efficitur. Propter quod Rom.11
clamat Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehẽsibilia sunt iu- Ibidem.
dicia eius. Et iterum, Vide bonitatem & seueritatem dei. Seueritatem quidem in eis qui ceciderunt:
Bonitatem autem in te, si tamen permanseris in bonitate. Qui conuertit petram, id est, mẽtes duras
in stagna aquarum, id est, lachrymas largas, vt defleant sua & aliorum delicta, qui etiam conuertit &
rupem, id est, cor in malo habituatum, in fontes aquarum, ita quòd copiose defluant lacbrymæ san-
ctæ ex eo. Nam sicut Apostolus dicit, Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Potest quoq; Rom. 5
exponi de Saluatore, de quo legitur, Petra erat Christus. ipse est etiã rupes, propter immobilẽ men- 1.Cor.10.
tis suæ in deo constantiam. Hanc petram, istamq; rupem cõuertit deus in stagna & fontes aquarum,
quando pro omnibus nobis tradidit illum, ita vt foderẽtur manus eius, pedes ac latus, ex quibus flu- Psalm.21.
xerunt quinq; lympidissimi fontes sanguinis sacri, qui aqua dicitur non substantialiter, sed propter
effectum, quoniã sicut aqua abluit corpus, sic sanguis Christi abluit corda, secundũ quod in Apoc. Apoc. 1
Iohan. dicit, Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. De his autem beneficijs
tuis, seu nostris profectibus, qui sunt dona tuæ pietatis, non nobis domine nõ nobis, sed nomini tuo
da gloriam. Super misericordia tua, id est, de gratia nobis pie indulta, & veritate tua, qua nos pie in-
formas, veraciter corrigis, & de lege tua nos doces. Nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? id
est, nomen tuum in nobis clementer glorifices, nosque magnifice salues, ne blasphemeris ab impijs
dicentibus te vel nolle, vel non posse saluare. Simulacra, id est, dij & idola gentium, id est, bestialiter
criminaliterque viuẽtium, sunt argentum & aurum, opera manuum hominum, id est, humano artifi-
cio ad formam deducta. Auari enim pecuniam colunt pro deo. Propter quod dicit Apostolus, quòd Coloss.3.
B auaritia est idolorum seruitus. Vniuscuiusque equidem deus est quod amplius cogitat, amat & colit,
secundum Augustinum, Et ergo luxuriosi deus atque simulacrum est fœmina, gulosi venter. Sed hæ
longe ab eo sunt, qui cum sancto Iob dicere potest, *Si putaui aurum robur meum, & obryzo dixi fi-* Iob 31
*ducia mea.* Vnde Apostolus prima ad Timoth. ait, Diuitibus huius seculi præcipe nõ sublime sape- 1. Tim.6.
re, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo viuo, qui præstat omnia nobis abunde. Quidam etiam
in phantasmatibus suis, atque vanissimis phantasijs deo relicto occupantur. Homines autẽ quorum
sunt ista simulacra, dij & opera, Os habent & non loquentur salubria, deum laudando, & propria vi-
tia confitendo: oculos habẽt apertos ad vana & secularia, & non videbunt bona æterna atq; cæle-
stia. Aures habent, ad inutilia verba intentas, & non audient, per obedientiam diuina eloquia: nares
habent ad discernendum, & non odorabũt, bonę vitæ fragrantiam & virtutum dulcedinem. Pedes
habent, currentes ad mala, & non ambulabunt, viam mandatorum dei. Manus habent extentas ad
opera vitiosa, & non palpabunt, hoc est, digitis suis non tangent, quæ dicunt, vt bona quæ docent
ant sciunt exequantur: non clamabunt in gutture suo, personando deuote præconia creatoris. Simi-
les illis fiant qui faciunt ea, id est, qui illos ad idola facienda aut veneranda inducunt, illis assimilen-
tur in malis culpæ & pœnæ, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, aut cooperantur
facientibus, digni sunt morte, secundum Apostolũ, Ecce qualiter peccatores impij & ingrati, omni- Rom.1
bus donis dei, videlicet membris corporis & viribus animæ abutuntur. Nam quibus vti debuerãt in Matt.25
C dei obsequio, vtuntur in operibus tenebrarum. talenta sibi commissa non solum abscondunt, sed ini- Rom.6
que dilapidant. Propter hoc Romanos hortatur Apostolus, Sicut exhibuistis membra vestra seruire
immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sancti-
ficationem. Domus Israel, id est, ecclesia Christi, deum per fidem amorose contemplans, de qua do-
mo dicit Apostolus ad Hebræos, Christus tãquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, spera- Heb.
uit in domino, sciens scriptũ esse, Benedictus vir qui confidit in domino. Huic enim domui ait Chri- Ierem.
stus apud Lucam, Noli timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luc. 12
Adiutor eorum & protector eorum est. Christus nanque vt in Matth. legitur, promittit ecclesię, Ego Matt.
vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Domus Aaron, hoc est, cõgrega- 1. Tim.5
tio fidelium sacerdotum, de quibus Apostolus loquitur, Qui bene præsunt presbyteri duplici hono
re digni sunt. Quibus apud Esaiam dicitur, Vos sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri Esa.61
dicetur vobis Sperauit in domino, quòd eius auxilio sacerdotaliter viuat, & alijs digne prę sit. Quã-
to enim ad perfectiorem vitam tenẽtur, & grauiori periculo subijciuntur, si indigne se habeant, tan-
to indigent firmius, pleniusque sperare in domino. Sed (prohdolor) multi iam sacerdotes inueniun-
D tur, non in domino confidentes, nec sacerdotaliter conuersantes, sed thesaurizantes sibi argentũ &
aurũ, in quo confidunt homines, Veneremque colentes: quibus cõuenit illud Ierem. Sacerdotes non Iere.2
dixerunt, Vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Il-
lud quoque Ezech. Sacerdotes inter mundum & pollutum non intellexerunt. Impletumq; cerni- Ezec. 22
mus quod per prophetas Esaiam & Osee prædictum est, Erit sicut populus, sic sacerdos. Cætera pa- Esa.24
tent ex præcedenti articulo. Egrediamur itaque spiritualiter ex AEgypto, festinando ad patriam, & Osee 4
odientes (secundum monita Iudæ apostoli) eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Nam vt scri- Iud.apos.
bit Corinthijs Paulus, Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut 2.Cor. 4
quæ pars fideli cum infideli? Denique non compingamus animas nostras simulacris sensibilium re-
rum aut imaginibus transitoriorum bonorum, sed mundo corde & mente theorieis cõtemplationi-
bus adornata, domino ministrare, placere, & semper assistere enitamur: implentes illud Iudæ, Super- Iudæ 1
ædificantes vosmetipsos sanctissimæ fidei vestræ, in spiritu sancto orantes: vosmetipsos in dilectione
dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.

# D DIONYSII CARTHVSIANI
# COMMENTARIVS IN PSAL. CXIIII. E

EXPOSITIO TITVLS.

TItulus Psalmi est, Haleluia. Loquitur autem Propbeta in psalmo hoc in persona cuiuscunque fidelis peregrinantis à domino in hoc seculo nequam, quod est regio vitiorum. Talis igitur bomo gratias agens deo de sua liberatione, partim iam facta seu incboata, postmodum verò complenda, ita exorsus est,

PRECATIO.

*Deus cæli & terræ uocem orationis te diligentium benignus admitte, aurem clementiæ precibus te inuocanti inclina, ab omni tribulatione & dolore nos libera, & ab hac transeuntibus uita redde nobis bona sempiterna.*

¶EXPOSSTIO PSALMI iuxta sensum literalem.

DILEXI] summum bonnm, quod solum in se & propter se summe amandum est. Et non
dixit quid diligeret, ad insinuandnm quòd deus solus propter se amandus sit, & alia tan
tnm in eo, [QVONIAM exaudiet dominns vocem orationis meæ,] hoc est, verbū bonæ
Iacob. 4 spei. Omnino enim sperare debemus quòd deus preces nostras inanes esse non sustinet,
dummodo postulemns sicut petendū est: aliàs conuenit nobis quod Iaco. asserit, Petitis F
& non accipitis, eo quòd male petatis. Talis autem petitio nec vere, nec proprie dici potest oratio,
quoniam oratio (secundum Damasc.) est petitio decentium à deo. Hic autem dicit se diligere deum
propter beneficium exauditionis. Nam propter beneficia sua deus amandus est, & tanto plus cæteris,
quanto plnra atque maiora dona ab eo recepimus. Magis tamen amādus est deus, propter seipsum
ac propriā bonitatē, quæ vere pura & infinita est. Debemus autē deum propter vtranque causam si-
1. Iohā. 4 mul ac summe amare: ad quod pertinet quod in cano. Iohā. scriptum est, Nos ergo diligamus deum,
quoniam ipse prior dilexit nos. Quod autē dominus exauditurus sit me, hinc confido. ¶(2) QVIA
inclinauit aurē suam mihi,] id est, misericordiam suā obtulit mihi, asserens se paratum infirmāti suc-
currere, miserū exaudire, periclitantem saluare. Propterea [ET in diebus meis,] id est, cunctis diebus
quibus subsisto, & non solū ad hnram, seu modico tēpore [INVOCABO] id est, ex intimo cordis af-
Luc. 18 fectu deum orabo, secūdum quod apud Luc. Christus testatur, Oportet semper orare, & nō deficere.
¶(3) CIRCVNDEDERVNT,] id est, copiose & vndique inuaserunt [ME] in medio laqueorum
positum, [DOLORES mortis,] id est, pœnæ mortales, vehementes tentationes, inordinatæ affectio-
nes, quæ mortē perpetuā animæ ingerunt, nisi pietas dei succurrat, [ET pericula inferni,] id est, pec-
cata mnrtalia, vel saltem via facile incidendi ea [INVENERVNT me,] quando gratiā perdidi, con- G
sentiendo malignis affectibus. Dicuntur autē peccata mortalia inferni pericula, quia per ea perit ani
ma inæternū proijcienda in infernū. Possumus quoque per dolores mortis accipere pœnas ex origi-
nali peccato sequutas, & propter illud nobis inflictas, sicut sunt languores, & moriēdi necessitas, re-
bellio sensualitatis, & reliqua vulnera animæ. Pericula verò inferni sunt omnia illa, quæ hominē tra-
Iob 6 hunt ad spiritualem interitū. Hos dolores, hæcque pericula non ignorabat beatus Iob, qui ait, Sagit-
tæ domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritū meum, & terrores domini militāt cōtra me.
¶(4) TRIBVLATIONEM] in corpore, [ET dolorem] in anima [INVENI] per experientiā ea-
2. Cor. 7. rundem, quemadmodum dicit Apostolus, Foris pugnæ, & intus timnres, & nullā requiem habuit ca
2. Cor. 1 ro nostra. Et, Supra modum grauati sumus. Ecce quomodo prælecti dei viuentis flagellis præsentis
vitæ purgantur, circūciduntur, & poliuntur, vt fiant lapides apti, ex quibus ædificētur muri Hieru-
salem. Ideoque in Prouerb. scriptū est, Disciplinam domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cū ab illo
Prouer. 3 corriperis. Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Hinc quoque
angelus Raphael dixit Tobiæ, Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Non er-
Tob 12. go frangamur aduersis, sed quo pluribus malis vallamur, eo fiducialius, pleniusque speremus nos ad
electorum ac filiorū numerum pertinere. Sed pro gratia inconcussæ patientiæ indesinenter oremus,
sicut subiungitur, [ET nomen domini inuocaui] vt mecū esset per gratiam, meque erueret, si vtile es-
set animæ meæ. Vnde scriptū est, Clamaui ad dominū de tribulatione mea, & exaudiuit me. Cū angu H
Ionæ, 2 stiaretur in me spiritus meus, domini recordatus sum. ¶(5) O DOMINE libera animā meā] ab o-
mni periculo, qui es [MISERICORS dominus,] quoniam peccatori pœnitēti statim indulges, [ET
iustus], quoniā nullum malum impunitū relinquis, & me propter peccata mea in hac vita tantis casti
gationibus percussisti. Vnde Iob ait, Deus inultū abire nō patitur, [ET deus noster miseretur] prout
Iob 24. liber Sapient. testatur, Misereris omnium, quoniā omnia potes, & dissimulas peccata hominum pro-
Sapien. 11 pter pœnitētiam. Et in Iohele, Conuertimini ad dominū, quia benignns & misericors est, patiens, &
Iohelis 2 multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. ¶(6) CVSTODIENS paruulos,] id est, humiles
à peccatis gratiose preseruans est [DOMINVS.] superbis enim resistit, humilibus autem dat gratiam.
Iaco. 4 Quapropter in Prouerb. legitur, Sapientia protegit gradientes simpliciter, id est, humiliter. Et apud
Prouer. 3 Esa. Dominus excelsus & sublimis habitans æternitatem, & cū cōtrito ac humili spiritu, vt viuificet
Esa. 37 spiritum humilium & cor contritorū [HVMILIATVS sum] descendens à monte superbiæ, & agens
quod Ecclesiasticus consulit, Quanto magnus es, humilia te in omnibus, [ET liberauit me] à malis
Eccles. 3 pœnarū multarū, ac varijs vitijs. Propter quod prima Petri monet sermo diuinus, Humiliamini sub
1. Pet. 5 potenti manu dei, vt vos exaltet in tēpore visitationis. ¶(7) CONVERTERE anima mea] à turbu-
lentis cogitationibus, à superuacuis solicitudinibus, ab impetuosis inordinatisque motibus passio-
num atque facinornm [IN requiem tuam,] id est, ad pacem internam, ad cōtemplationē quietam, ad

A stabilitatem mentalem, ad tuiipsius vacationem, ad conscientiæ securitatem. Et quoniam ista reperiri non valent nisi in deo, idcirco conuertere ô anima mea, à multis in requiem tuam, videlicet ad vnum quod solum necessariũ est, à creaturis ad creatorem, de quo in Esaia scriptum est. Requiem dabit tibi dominus, semper, & implebit splendoribus animam [QVIA DOMINVS benefecit tibi] id est, merito in deum conuerti debes, quiescẽdo in eo, sicut in vltimo fine summoque bono propter beneficia eius, quibus te à malis eripuit à periculis præseruauit, gratiaque impleuit. Hæc autem beneficia specificantur, dum subditur. ℂ (8) QVIA eripuit animam meam de morte] peccati, in qua fuit: de morte quoque inferni, in qua nisi deus misericorditer pepercisset, fuisset [OCVLOS meos à lachrymis] id est, à causa plangendi, quia enim de peccato eum eripuit, abstulit ei causam lachrymandi. Vel à lachrymis quas pro peccatis effudi, dando mihi consolationem internam de spe remissionis, & ita mitigauit in me dolorem ac fletum. Vel sic, & melius vt videtur, Eripuit oculos meos à lachrymis, quæ solent venire ex pusillanimitate, seu inordinata tristitia, aut alia qualibet irrationabili causa. Has lachrymas expedit nobis auferri, non autem lachrymas ex recordatione peccati, seu desiderio dei ac patriæ emanantes, nisi forte ad tempus, cum ipsæ sint maximum donum spiritus sancti. De illarum vero cessatione lachrymarum dominus ait per Ieremiã, Quiescat vox tua à ploratu, Ierem. 31
B & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo. De his autẽ lachrymis dominus ait apud Matth. Matth. 5.
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur [PEDES meos] id est, affectus meos, cogitationes & opera eripuit [A LAPSV] id est, à ruina peccati. Hinc ergo (vt spero) ℂ (9) PLACEBO DOMINO] plene atque perfecte [IN regione viuorum] id est, in patria beatorum, qui veraciter viuunt, in tantum, vt nostra vita illorum vitæ comparata mors sit potius dicenda, quam vita. In hac vita, in qua Prou. 24
iustus septies cadit in die, in qua omnes nostræ iustitiæ sunt, quasi pannus menstruatæ, deo perfecte Esa. 64
placere non possumus, quoniam videt in nobis venialia mala, quæ sibi nullatenus placent, & aliqualiter displicẽt. In patria vero perfecte ei placebimus, quoniam nihil impuritatis inerit nobis, sed erimus ei ratione perfectæ mundiciẽ similes. Specialiter autem conuenire possunt tres isti versiculi viro deuoto in extremis agenti, qui videns mortem sibi iam esse propinquam, alloqui potest animam suam dicendo, Conuertere anima mea de corpore mortis huius, de præsentibus istis pressuris, de graui isto exilio, in requiem tuam, id est, in paradisum cælestem, in vitam æternam, quia dominus benefecit tibi, in vita ista per gratiam. Idcirco redi ad creatorem tuum, per feruentem amorem, vt benefaciat tibi per gloriam. De hac etenim requie accipi potest quod dominus per Esaiam testatur, Erit Esaiæ. 32
(inquiens) securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in ta-
C bernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Quia eripuit animam meam de morte, sicut expositum est. Vel, ideo ista dicitur, quoniam sanguine suo eripuit Christus animas nostras à morte æterna, de qua in Apocalyp. scriptum est, Qui vicerit, non lẹdetur à morte secunda. Oculos meos à lachrymis, quas Apoc. 2
in inferno habuissem, in quo erit fletus stridorque dentium, nisi Christus me liberasset. Pedes meos à Luc. 13.
lapsu, quia in se stabiliuit vota & opera mea. Ecce psalmus hic breuis sententiarum plenitudine decoratur: in quo pulchre instruimur, quid nobis in aduersis agendum sit, vbi intentionem ac desideria nostra figere debeamus, & beneficia dei in ipso compendiose recolimus. Merito etiam psalmus iste in defunctorum officio caput est, quia in eo multa dicuntur, quæ vel in persona defunctorum, vel pro ipsis defunctis dici possunt. Defuncti enim (pro quibus oramus) qui sunt in purgatorio diligunt deum, & sciunt se à tormentis liberandos, pro qua tamen liberatione ipsi orare non possunt oratione meritoria, quamuis eam inæstimabiliter cupiant. Denique certi sunt se nunquam damnandos, de quo (proh dolor) nos certi non sumus. Propter quod necesse est nos timorate atque solicite ambulare cũ Mich. 6
deo nostro, illudque apostoli adimplere, Cum metu, timore, & tremore vestram salutem operamini. Philip. 2.
Ob hanc etiam causam sanctus Iob dixit, Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum. Nec Iob. 31.
mirum, cum nemo nostrum sciat an amore dignus sit an odio. Eccles. 9

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXV.

D

### ℂ EXPOSITIO TITVLI.

HVius quoque Psalmi sicut præcedentium titulus est, Haleluia. Et sicut præcedentem Psalmũ Psal. 114
quidam exponunt ad literam de Dauid, constituto in persequutione Saulis, ita quod in psalmo illo petit liberari ab illa persequutiõe iniusta, sic psalmũ præsentem exponũt ad literam de Dauid, constituto in persequutione Absolonis filii sui, vt sit sensus primi versiculi, Credidi, Sibæ
dicenti mihi de dño suo Mephiboseth verba mẽdacia, propter quod locutus sum, ad Sibam. Omnia 2. Re. 15.
quæ erant domini tui, tua sunt, ego autẽ humiliatus. i. contẽptus & exprobratus sum nimis, quia pro- 2. Re. 16.
pter Absolonem inii fugam. Secundum hanc expositionem loquitur Dauid hic de sua credulitate mala, & leui atque decepta. Nam credidit pessimo detractori, sine debita inquisitione, & de loquutione sua iniusta, qua ex falsa crudelitate contulit Sibæ omnia bona pii viri, puta Mephiboseth. Hæc autem expositio non videtur consonare expositioni seu allegationi Pauli apostoli, qui sancto spiritu plenus, & mentem Dauid plenissime sciens, allegat hæc verba in epistola ad Romanos tanquam di- Roma. 10
cta de bona credulitate fidei sanctæ, & sancta confessione veritatis creditæ, de quibus ait, Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Sic enim allegat versum præsentem. Sicut scriptũ Ibidem.
est, Credidi propter quod loquutus sum. Et nos credimus, propter quod & loquimur. Vnde certũ est, quod apostolus innuit istam scripturã ad literam loqui de bona credulitate, atq; salubri loquutione.

Et ita Dauid non fecit hunc psalmum de seipso ad sensum prætactum. Dicendum itaque quod ma- B
teria psalmi istius est constantia fidelium, & maxime sanctorum martyrum in fide, & fidei publica
professione: in quorum persona, ait propheta.

PRECATIO.

*Preces populi in te credentis domine suscipe, & concede nos sacrificium laudis tibi semper offerre: dirumpe peccatorum nostrorum uincula, ut tibi digna reddamus fidei Christianæ uota.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

CREDIOI] quæcunq; fides catholica exigit esse credẽda [PROPTER quod
loquutus sum] publice confitendo coram infidelibus & tyrannis, seu aliis qui-
buscunque ea quæ credo. Primo creditur, deinde vera confessio sequitur, quæ
ex fide originatur: nec sufficit, vnum sine alio in certo casu. Quod enim sine fi-
Roma. 1. de non sufficiat loquutio seu confessio certum est, cum iustus ex fide viuat.
Quod vero necesse sit fidem confiteri coram hominibus, quando rationabilis
causa occurrit, videlicet ne aliĩ scandalizẽtur, vel deus blasphemetur, liquet ex
Lucæ. 9 eo quod Christus ait, Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius homi-
2. Tim. 1. nis erubescet, cum venerit in regno suo. Et ad Timotheum ait Apostolus, Noli erubescere testimo- F
nium domini nostri Iesu Christi. Hoc martyres sancti eminentissime impleuerunt. Nos quoq; in pa
ce ecclesiæ credimus, & proximis nostris credita loquimur & confitemur [EGO autem] propter ve-
ram fidem, & sanctam confessionem [HVMILIATVS] id est, vexatus, contemptus, & passus [SVM
Iohan. 16 nimis] ab aduersariis veritatis. Quemadmodum Christus in Euangelio ait, In mundo pressuram ha-
Mat. 10. bebitis. Et iterum, Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meũ. Vel, ego humiliatus sum ni-
Luc. 21. mis, hoc est, de vera fide & confessione, constanti non superbiui, nec aliquid boni viribus meis asscri-
psi, sed meipsum coram deo profundissime humiliaui, idcirco ab eo merui conseruari. ¶ (2) EGO
dixi in excessu meo] id est, in sublimi consideratione, seu cõtemplatione extatica, qua speculatus sum
distinctionem inter diuinã essentiam, atq; humanã naturam [OMNIS homo mendax] .i. quilibet ho
mo per cõparationẽ eius ad deũ, & cõsideratus secundũ seipsum est mendax, verbo vel opere, vel pa
tientia, vel comparatione: ita ꝙ sicut deus est ens & veritas, sic homo est nihil & mendax, si referatur
ad veritatem, essentiamque diuinam. Dicitur ergo omnis homo mendax, non ab habitu falsitatis, sed
quia interdum mentitus est verbo vel actu, loquendo aut operando non recte, non iuste, non vere,
Roma. 3. & per consequens mendaciter & oblique. Vnde ad Rom. scribit Apost. Est autem deus verax, omnis
Iere. 16. autem homo mendax. Et apud Ieremiam dicitur deo, Ad te gentes venient ab extremis terræ: & di-
cent, Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Quemadmodum
nanque verum multipliciter dicitur ita & mendax. Nam alia est veritas vitę, alia veritas entis, alia ve G
ritas propositionis. Iterum alia est veritas vitæ, alia veritas doctrinæ, alia iustitiæ. Similiter aliud est
mendacium vitæ, quod simulatio appellari posse videtur, vel iniustitia: aliud est mendacium entis, si-
cut dicimus istud est falsum & sophisticatum aurum: aliud vero est mendacium orationis. Et certum
est, quod omnis homo viator sit aliquo horum modorum mendax, cum non sit homo super terram,
Eccle. 7 qui facit bonum & non peccet, vt dicit Eccle. Imo Iacobo teste, in multis offendimus omnes. Vel di-
Iacob. 3. citur omnis homo secundũ se mendax, id est, instabilis, fragilis, ad peccata procliuus. Cũ ergo omnis
homo ex se sit mendax, ego autem ex gratia dei verax sum, ideo. ¶ (3) QVID retribuam domino]
hoc est, quid dignum restituam ei, & quam ei vicissitudinem reddam [PRO omnibus quæ retribuit
mihi] id est, pro omnibus donis gratiæ suæ, quæ sæpe contulit mihi, quia in primo parente dedit ea
mihi & peccaui in illo amisique ea? Rursus dedit mihi ea in baptismo, sed iterum peccans, perdidi do
na gratiæ dei. Ipse vero in sacramento pœnitẽtiæ ea mihi retribuit. Quis autem omnia beneficia dei
generalia & specialia, naturalia, atq; gratuita numerare vel exprimere poterit? Omnia condidit pro-
Baruc. 3. pter nos, ad nostram custodiam deputat, atq; transmittit angelos sanctos. Tandem ipsemet venit ad
nos, & in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est, corpore suo & sanguine alit nos, propter
nos mori dignatus est. Versiculus iste cum ingenti deuotione dicendus est, quatenus tota mẽte opte-
mus deo esse grati, eius beneficia memoriter atque frequenter recolendo, eaque domino humiliter
Psal. 15. confitendo, ipsum pro eis feruenter amando. Sed quoniam deus bonorum nostrorum non eget sicut
2. Par. 29 primo Paralip. scriptura affirmat, Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus H
tibi, idcirco nil dignius ei rependere possum, nisi vt sequar vestigia eius, & offeram ei meipsum, pas-
sionem ac mortem, seu alia dura sustinendo libenter pro eius amore, sicut subiungitur. ¶ (4) CA-
LICEM salutaris] id est, passionem, persequutionem, seu mortem salutis .i. per quam ad salutẽ pertin
gitur. Per calicem nanq; venitur ad gloriam [ACCIPIAM] .i. æquanimiter feram. Vel calicem salu
taris .i. vitam pœnitentialem, mei ipsius districtam castigationem, quotidianámque mortificationem,
Roma. 8. accipiam, baiulando crucem meam quotidie & Christum sectando. Nam vt ait Apostol. ad Roma. Si
spiritu facta carnis mortificauerimus, viuemus [ET nomen domini inuocabo] ne in aduersis defi-
ciam, aut in propriis meritis sperare incipiam, aut mihi aliquid tribuam. ¶ (5) VOTA mea] id est,
desideria mea [DOMINO REDDAM] nihil inordinatum aut deo contrarium cupiendo, sed cæ-
lestia acquirendo, atque pro eis rogando [CORAM OMNI POPVLO eius] fideli præsente, vt
ipsi quoque desideria sua domino reddant, & meo exemplo cælestia appetant. Vel, Vota mea domi-
Eccle. 5 no reddam, id est, promissiones meas ad laudem domini adimplebo. Iuxta illud Ecclesiastes, Si quid
Ionæ. 2. vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et Ionas, Quęcunque

A (inquit) voui reddam domino pro salute. In baptismo promisimus abrenunciare omnibus pompis & 
actibus satanæ, in religionis professione spopondimus paupertatem, castitatem & obedientiam. Et 
vtinam vota istá domino persoluamus. Reddam ergo domino vota hæc, non solũ in occulto, sed co-
ram omni populo, nõ propter inanem gloriam, sed ad dei honorem & proximorum ædificationem, 
quatenus illud Matthæi perficiam, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona facta ve- Matth. 5.
stra & glorificent patrem [PRACIOSA in conspectu domini mors sanctorũ eius] .i. coram deo di- Esaię. 57.
gna atque accepta est discessio hominum perfectorũ, quoniam mors hæc ianua est vitæ æternæ. Ho-
mines autem vbertim paruipendunt mortem, vel occisionem sanctorum, sed deus iudicat eam æter-
no præmio munerandam. Hinc nempe ab Esaia dicitur, Iustus perit, & non est qui recogitet in cor-
de suo, & viri misericordiæ tolluntur, & non est qui intelligat. Et in libro Sap. Iustus si morte præoc
cupatus fuerit, in refrigerio erit. ℂ (6) O DOMINE] hoc est, merito te dominum voco [QVIA 
ego seruus tuus] tibi obediens in credendo [EGO seruus tuus] operando [ET filius ancillæ tuæ] id 
est, natus de matre fideli te colente. Vel filius ancillæ tuæ, hoc est, ecclesiæ tibi ministrantis. ℂ (7) 
DIRVPISTI vincula mea] id est, consuetudines malas & opera vitiosa quæ hominem stringunt, 
ne ad dei obsequium libere vadat. Hæc enim ligant, captumq; tenent peccatorem, sub potestate dia-
B boli. Hæc vincula rumpit in nobis deus, dum peccata dimittit, gratiam influit, & de seruis peccati ef-
ficit filios adoptionis. Propter quod ait Apost. Misit deus spiritum filii sui in corda nostra, clamantẽ, Galat. 4
Abba pater. Vel. Dirupisti vincula mea, id est, omnia impedimenta, quibus à tua contemplatione im
pedior, scilicet pœnalitates & obligationes pœnarum. Hoc deus non facit perfecte nisi in morte ho-
minum perfectorum qui euolant, quales pręsertim sunt martyres. Alii enim quanuis sint sancti, & mi
racula maxima operati, non tamen vadunt ad dominum securi, sed horrescit eorũ conscientia secun-
dum Hierony. quod secũdum communem legem accipi potest: aliqui tamen ex speciali gratiæ dono 
certificati fuerunt de sua saluatione, imo & euolatione, qui martyres non fuerunt [TIBI sacrificabo Ionæ. 2.
hostiam laudis] id est, pro istis beneficiis te laudabo & meipsum seu alia quælibet munera tibi cũ lau- Mich. 6.
dibus immolabo, quemadmodum scriptum est. Ego autem in voce laudis immolabo tibi. Et rursus. 
Quid digne offeram domino? curuabo genu deo excelso [ET nomen domini inuocabo] pro conser-
uatione atque profectu in omni bono. O quanta est virtus huius versiculi. ℂ (8) VOTA mea dño Matt. 21.
reddam in conspectu omnis populi eius] sicut nunc dictum atque expositum est, [IN atriis domus 
domini] hoc est, in locis ecclesiæ, quæ est domus orationis [IN medio tui Ierusalem] id est, in me-
dio vniuersalis ecclesiæ, per totum mundum diffusæ, ita quód perseuerabo in ecclesiastica vnitate, at-
C que catholica fide, scissuras hæreticorum deuitans. Interdum enim per Ierusalem significatur anima 
fidelis, & ecclesia militans.

ℂ EXPOSITIO eiusdem psalmi de Christo, & quomodo à sacerdote celebraturo dicendus sit.

OMnia insuper verba psalmi istius de Christo cõueniẽter satis intelligi possunt, excepto primo 
verbo quo dicitur. Credidi. Cum enim Christus à principio creationis suæ animæ fuerit cõ-
prehensor, non conuenit ei fides, quæ est theologica virtus, sed sicut in superioribus frequen
ter attributum est Christo sperare seu spes, non prout spes est virtus theologica, seu in quãtum acci-
pitur pro quadã præstolatione boni futuri, sic Christo attribui potest actus credendi, sumendo hunc 
actum pro quacunque cognitione fideli. Sicut enim interdum accipit scriptura scire pro credere, vt 
cum sanctus Iob dicit, Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sim. Fu Iob. 19.
turam nanque resurrectionem non sciuit nisi per fidem. Itaque contra quandoque sumit scriptura 
credere pro scire. Sicque conuenit Christo, de quo psalmus iste exponi potest hoc modo. Credidi, id 
est, de veritate eorum quæ deus mihi (vt homo sum) reuelauit, non dubitaui, propter quod loquutus 
sum, doctrinam euangelicæ legis, asserendo me esse Christum, & veritati testimonium exhibendo: si- Iohan. 18
cut in euangelio dixi, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam 
veritati: ego autem humiliatus sum nimis à Iudæis, qui me contempserunt, blasphemauerunt, & tur-
pissima atque amarissima morte occiderunt. Vnde in Esaia scriptum est, Nos putauimus eum quasi Esaiæ. 53
D leprosum, & percussum à deo, & humiliatum. Vel, humiliatus sum nimis, id est, in proprio corde hu
milimus fui, secundum quod dixi apud Matt. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et alibi, Mat. 11.
Ego non quæro gloriam meam. Ego dixi in excessu meo, id est, in cõtemplatione qua deum vidi per Iohan. 8.
speciem: omnis homo, præter me, mendax sicut in præcedenti articulo plenius est dictum. Et quia 
hoc dixi, cognoui quod omnes indigerent liberari per me, sicut fatetur Apostolus. Omnes peccaue- Roma. 3.
runt, & egent gloria dei. Et hoc modo in Michæa dicitur, Periit sanctus de terra, & rectus in homi- Mich. 7.
nibus non est. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? id est, pro incomparabili-
bus gratiis mihi concessis: quia non ad mensuram dedit mihi deus spiritum & sine præuiis meritis Iohan. 3.
assumpsit meam humanitatem ad suũ esse diuinũ dei verbum, imo plus dedit mihi quàm toti vniuer-
so. Sicut Christus deo gratissimus fuit, sic ista affectuosissime dixit. Et respondet, Calicem saluta- Iohan. 18
ris accipiam, id est, passionem saluificam, & mortem qua mundus viuificetur, sustinebo, quatenus Luc. 22
dei honorem recuperem, moriendo pro omnibus vt reducantur ad deũ. Hoc est, quod Christus pas- Mat. 20.
sione instante dixit, Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illũ? Et alibi, Pater si non potest hic 
calix transire à me nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et filiis Zebedei, Potestis (inquit) bibere cali-
cem quẽ ego bibiturus sum? & nomen domini inuocabo. Frequenter Christus patrem inuocauit. Vn
de scriptum est, Erat Iesus pernoctans in oratione dei. Passione quoque instante orauit, quemadmo- Luc. 6.
dum ad Hebręos dicit Apost. Iesus cum clamore valido & lachrymis preces, supplicationésque sun- Hebrę. 5.

dens ad eum, qui posit illum à morte saluum facere, exauditus est pro sua reuerentia. Vota mea do- E
mino reddã.i. desideria mea deo offerã orãdo atq; docendo pro eius honore & mundi salute, coram
Iohan.8 omni populo eius, præsente. Nam apud Iohãnem Christus dixit coram discipulis atque Iudęis. Ego
Lucæ.23. honorifico patrem meum. Et in cruce suspensus, orauit, Pater ignosce illis. Pretiosa in conspectu do-
Lucæ. 21. mini mors sanctorum eius. Hoc est quod Christus in euangelio ait, Capillus de capite vestro non
Mat.10. peribit. Et rursus, Nolite timere eos qui corpus occidunt: quasi dicat, Tam pretiosa erit mors vestra
Iohã.14. domino, quam pro nomine eius suffertis, vt merito debeatis appetere eã. O domine, quia ego seruus
Ibidem. tuus, in quantum homo. Vnde dixit, Pater maior me est. Et, sicut mandatum dedit mihi, sic facio. In
Esa.49 Esaia quoque, Dominus formans me ex vtero seruum sibi. Et ipse dominus ait de me, Ecce ego ad-
Zacha.3. ducam seruum meũ orientem: ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ, videlicet virginis benedictæ, quæ
Lucæ.1. ait, Ecce ancilla domini. Dirupisti vincula mea, hoc est, passibilitatem & omnes naturales defectus,
quos sponte assumpsi, abstulisti à me, resuscitãs me in corpore glorioso. Vel, Dirupisti vincula mea,
hoc est, corpus meum & corporis membra tempore passionis, rumpi vulnerari ac lacerari permisi-
Esaiæ.1. sti, ita vt à planta pedis vsque ad verticem capitis non esset in eo sanitas. Tibi sacrificabo hostiam lau
dis, hoc est, meipsum in cruce offeram ad gloriam tuam, pro redemptione humana, quemadmodum
Hebr. 10 ad Hebræos ait Apostol. Christus per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. Vo-
ta mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, sicut iam patuit, in atriis domus domini, in F
medio tui Ierusalem. Ad literam Christus orauit & prędicauit in templo dei quod erat in Ierusalem,
Malac. 3. prout per Malachiam fuit prædictum. Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæ-
ritis: & angelus testamenti, quem vos vultis. ¶ Porro cum psalmus iste sit vnus eorum qui à sacer-
dotibus ante celebrationem dici solent, tangendum est breuiter, qualiter ab eis applicandus sit sensus psalmi istius ad sacrosanctum officium missæ, sacramentumque altaris. Dicat ergo fidelis ac deuotissimus Christi sacerdos, Credidi, id est, firmissime tenui & tenebo ac teneo, quod in hoc sacramento sit totus Christus, eo modo quo ipse testatur, & ipsa ecclesia profitetur. Propter quod loquutus sum confessionem meam, & sermonem ad populum, seu alia quælibet bona ad hanc fidem spectantia, meique præparatoria ad tantum officium. Ego autem humiliatus sum nimis, id est, omnino indignũ me reputaui ac reputo ad accedendum Christi altare, & immolandum sacrificium tam diuinum, ad quod dignus non essem considerata dignitate sacramenti, quanuis totius mundi virtutes ac merita possiderem. Ego dixi in excessu meo, id est, in alta consideratione eorum quæ circa hoc sacramẽtum pensanda sunt, Omnis homo mendax, id est, nullus vere dignus est ipsum cõsecrare aut sumere, quoniam omnes fragiles sunt & caduci. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi, præsertim pro sacrosancta communione corporis & sanguinis sui? Calicem salutaris, id est, calicem saluatoris, in quo sanguis eius consecratur & continetur, accipiam, manibus meis in altari: & nomẽ domini inuocabo, orando pro meipso ac aliis, pro viuis & mortuis, atque pro omnibus causis pro qui- G
bus ecclesia statuit, aut mihi incumbit. Vota mea, hoc est desideria mea domino reddam coram omni populo eius, id est, coram vniuersis astantibus offerendo eis præsentibus vota & preces deo. Dirupisti vincula mea, ô Christe, id est, tuo preciosissimo sanguine abstulisti peccata mea, imo quotidie rumpis vincula vitiorum meorum, per saluberrimam hostiam corporis tui & sanguinis, tibi ô deus pater, seu trinitas superbenedicta, sacrificabo hostiam laudis, offerendo ad laudem tuam corpus & sanguinem saluatoris, per quam oblationem, laus, honor, & gloria, tibi impenditur, cætera patent. Ecce psalmum vere ineffabili laude dignum audiuimus, in cuius principio fidem veram, & sanctam confessionem homo deuotus & martyr inuictus fatetur. Deinde respectu diuinæ veritatis, cęteros omnes arbitratur mendaces. Insuper solicitatur ne deo inueniatur ingratus, perhibens se multa opera bona acturum ad gloriã creatoris ne ingratus existat. Cum præcipua igitur deuotione decet nos psalmum tam dulcem, decorum, & sententiosum cantare, quatenus vim eius mereamur gustare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXVI.

### ¶ EXPOSITIO TITVLI.

EST autem titulus psalmi præsentis Haleluia, quia propheta in hoc psalmo omnes gentes, omnesque populos, id est, homines vniuersos. Iudæos videlicet atque Gentiles inuitat ad laudem dei pro beneficio incarnationis Christi, & pro adimpletione eorum quæ prophetata erãt H
de Christo gentiúmque conuersione. Et quòd iste sit literalis sensus psalmi huius, constat ex eo quòd
Rom. 15. Apostolus ad Roma. allegat scripturam psalmi istius, tanquam de gentium conuersione prædictam.
Psalm.17 Dico (inquiens) Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis. Gentes autem super misericordia
Esaiæ.28 honorare deum: sicut scriptum est, Propterea confitebor tibi in gentibus. Et iterum, Laudate omnes
Ephes. 2. gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Christus enim est lapis angularis, in quo Gen-
Galat.5. tes & Iudæi coniuncti sunt: vnam constituens ex vtrisque ecclesiam, in qua non est distinctio Iudæi
& Græci. Nam sicut ait apost. In Christo Iesu neque circuncisio est aliquid neq; præputium sed noua creatura. Quoniam vero plures de Gentibus quam de Iudæis ad Christum conuersi sunt, idcirco propheta hoc præuidens, primo inuitat Gentes, dicendo.

### PRECATIO.

*Omnipotens pater domine, condignas maiestati tuæ laudes fac nos tibi semper offerre: confirma super nos misericordiam tuam, ne aliqua corruptela criminum inficiat animam nostram, ut ueritas tua tibi consubstantialis nobiscum maneat in æternum.*

A ℂExpositio Psalmi.

LAVDATE dominnm omnes gentes] ad fidẽ vocatæ, de quibus Christus ait, Lucæ.24
Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius
pœnitentiam in omnes gentes [LAVDATE eum omnes populi] ex Iudaismo
conuersi. Causa autẽ huius inuitationis annectitur. ℂ(2) QVONIAM con-
firmata est super nos misericordia eius] hoc est, effectus pietatis diuinę, seu gra
tia dei copiose, & plenius quàm ante, effusa & roborata est super totum genus
humanum, videlicet super gentes & populos omnes: quando vtiq; nisi in Chri
sti aduentu? Tunc enim (sicut Iohannes testatur) gratia per Christũ facta est.
Loquebatur ergo propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinẽ prophetiæ. De hac Iohan.1.
confirmatione misericordiæ dei super nos quæ facta est in Christi aduentu non ante, dicit Apostol. Act.17.
Tempora prioris ignorantiæ, despiciens deus nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbiq; pœniten-
tiam agant [ET veritas domini] hoc est, impletio diuinarum promissionum, mysteriorumq; Christi,
[MANET in æternum] quantũ ad fructum ex ea consequutum, qui est liberatio generis humani. De
hac veritate habetur apud Iohannem. Veritas per Christum facta est, Ipse nanque omnia de se præ- Iohan.1.
B dicta impleuit. Vnde pendens in cruce dixit, Consummatũ est. Vel veritas domini .i. doctrina & præ- Iohan.19
dicatio Christi atq; euangelicæ legis, manet in æternũ, quemadmodum Christus testatur. Cælum & Lucæ.21.
terra transibũt, verba autẽ mea non transibũt. Vel veritas domini, hoc est Christus filius dei, qui ait,
Ego sum via, veritas, & vita, manet in æternũ: quod Iudæi quoq; confessi sunt dicẽtes ad saluatorem. Iohã.14.
Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Psalmum hunc verbis permodicum, & sen Iohan.12.
sibus plenum ac magnum, sancti doctores vehementer commendant. Cõtinet enim summatim, quod
in aliis psalmis sparsim tractatur. Denique quid desperatis gentibus iucundius, quid miseris, cæcis &
perditis dulcius dici potuit, quàm quod super eas confirmata esset misericordia dei, atque ob hoc deũ
laudarent? Cum quadam igitur flamma sanctæ deuotionis pronuntietur à nobis hic psalmus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXVII.

EXPOSITIO Tituli.

ADsignatur psalmo huic pro titulo Haleluia. Inuitatur enim populus electorum ad laudem dñi
ninam in hoc psalmo. Secundũ Hiero. psalmus iste de Christi primo aduentu manifeste con
scriptus est, sicut in processu patebit. Quod enim inferius dicitur, Lapidem quem reprobaue
C runt ædificantes, &c. dixit Christus Iudæis de seipso prædictum. Nunquid (inquiens) legistis in scri-
pturis, Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, &c. Petrus quoque lo- Matth.21
quens principibus sacerdotũ de Christo, probansq; eis Christi glorificationem ait, Hic est lapis qui
reprobatus est à vobis ædificãtibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Pro- Act.4.
batio autem non valet nisi ex sensu literali, præsertim Iudæis, qui (vt fertur) non recipiunt nisi sen- Ephes.2.
sum literalem. Multi ergo dicunt hunc psalmum ab illo loco, Aperite mihi portas iustitiæ, vsq; ad fi-
nem loqui de Christo. Cæteri vero dicũt eũ loqui de inuitatione Iudæorũ ad laudem dei, propter li-
berationem Dauid à multis periculis, ita quod Dauid vsq; in illũ locum loquitur in propria persona
de suis periculis. Hæc autẽ non videntur cõgruere. Petrus nanq; in Actib. apost. allegat illũ versicu- Act.2.
lum, Dextera dñi exaltauit me, dextera dñi fecit virtutẽ, de exaltatione Christi diuinitus facta, & ta-
men ille versiculus pręcedit versum. Aperite mihi portas iustitiæ. Totus ergo hic psalmus, quantũ fie
ri potest de Christo exponẽdus videtur. Loquẽs ergo sanctus Dauid in psona Christi siue ecclesia, ait.

PRECATIO.

*Deus fortitudo & laus fidelium, spesque cunctorum in te confidentium, da nobis in salute tua pietatis profectum, dextera tua in bonis nos exalta, ut te aperiente portas iustitiæ ingressi perenniter cum iustis confiteamur tibi.*

ℂExpositio Psalmi literalis.

CONFITEMINI domino] confessione laudis .i. deum laudate [QVONIAM
bonus] hoc est, propter seipsum, quoniam naturaliter quomodolibet incircum
D scriptibiliter & superessentialiter bonus est in tãtum, vt in Marco Christus af- Mar.10
firmet. Nemo bonus nisi vnus deus, quod apud Lucam ita disseruit, Nemo bo Lucę.18.
nus, nisi solus deus. Et non solum debetis domino confiteri, quoniam bonus in
seipso, sed etiam quoniam bonus per cõparationem ad vos, sicut subiungitur,
[QVONIAM in seculum misericordia eius] hoc est, semper paratus est vobis
misereri, & eius misericordia æterna est, sicut & ipse, cum idem sit ei esse, & mi
sericordem esse. Effectus quoq; diuinæ misericordię manet in seculũ, quoniam indefinenter dat gratiam sal
tem aliquibus in præsenti, & in omni opere dei misericordia admiscetur, imo miserationes eius super
omnia opera eius. Propter quod apud Iacobum scriptum est, Superexaltat autem misericordia iudi- Psa.144
cium. Sed repugnare videtur quod ab eodem dicitur, Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit Iacob.2
misericordiam. Cui concordat in libro Iob. Obliuiscatur eius misericordia. Et respondendum quod Ibidem.
in aliquibus operibus dei iustitia præponderat, clariúsque refulget, vt in damnatione æterna malo- Iob.24
rum Idcirco dicitur eis fieri iudicium sine misericordia, & quod misericordia dei eorum non memi-
nit, non quod omnino nulla misericordia eis impendatur, cum citra condignum patiantur, sed quia
misericordiam euidentem non cõsequuntur eo, quod æternaliter puniantur. ℂ(2) DICAT nunc]
id est, in Christi aduẽtu, præcipue. [ISRAEL, quoniam bonus] est deus [QVONIAM in seculũ mĩa eius]

dat enim gratiam in præſenti,gloriamq́ue æternã in futuro. ℂ(3) DICAT nunc domus Aaron, E
quoniam in ſeculũ miſericordia eius] Iſta intelligi poſſunt tã de populo Iſraelitico ex Iacob patriar-
cha orto,& ſacerdotibus ex ſemine Aaron natis,quàm de populo Chriſtiano, & ſacerdotibus Chri-
ſti per illos ſignificatis.Populus enim Chriſtianus dicitur Iſrael,id eſt,deum fide per dilectionẽ ope-
rante contemplans . Domus autem ſeu familia Aaron figuraliter eſt congregatio ſacerdotum eccle-
ſiæ,qui ſunt filii ſacerdotis magni,videlicet Chriſti,qui eſt ſacerdos & pontifex noſter, quemadmo-
1.Pet.1. dum Petrus in prima ſua canonica proteſtatur,Eratis aliquando ſicut oues errãtes, ſed conuerſi eſtis
ad paſtorem & epiſcopum animarũ veſtrarum.ℂ(4) DICANT nunc qui timent dominũ] timo-
re ſancto & filiali [QVONIAM in ſeculũ miſericordia eius] ſicut etiã ait virgo beata, Et miſericor-
Lucæ.1. dia eius à progenie in progenies,timentibus eũ.Vnde in Exodo dñs ait,Ego ſum dñs deus faciens mi
Exodi.20 ſericordiã in milia,his qui diligunt me,& cuſtodiunt præcepta mea.Deinde Chriſtus de ſeipſo teſta-
Hebr.5. tur. ℂ(5) DE tribulatione inuocaui dñm] hoc eſt, quod nunc ex verbis Apoſtoli cõmemoratũ eſt,
quia Chriſtus paſsione inſtante cum clamore valido,& lachrymis preces fecit ad deũ. Propter quod
Lucæ.22 Lucas dicit,ꝙ factus in agone prolixius orabat, [ET exaudiuit me in latitudine] ſuæ dilectionis &
Hebr.5. pietatis,[DOMINVS] pater omnipotens. Ideo Apoſt.addidit, quod exauditus eſt pro ſua reuerẽtia.
Iohan.18 Et ipſe ait ad patrẽ,Gratias ago tibi pater,qm̃ audiſti me:ego autem ſciebam, qm̃ ſemper me audis.
ℂ(6) DOMINVS mihi] ſecundũ quod homo ſum [ADIVTOR] fuit & eſt,cooperando mihi, & F
Ierem.20 protegẽdo me ſemper dũ erã in via.Quemadmodũ apud Iere.ait de me ſermo diuinus.Dñs mecũ eſt
tanquã bellator fortis.Idcirco [NON timebo] timore inordinato [QVID faciat mihi homo] peruer
ſus,quicunque ſit ille:iuxta quod in Eſaia ſcriptũ eſt de me.Quis eſt aduerſarius meus?accedat ad me.
Eſa.50. ℂ(7) DOMINVS mihi adiutor] quemadmodum idem Eſaias ait, Dominus deus auxiliator meus
Ibidem. [ET ego deſpiciã inimicos meos] me perſequentes,non deſpiciendo eorum naturam , ſed malitiam,
ita quod eorum malignitatem non formidabo,nec eos aliquid eſſe reputabo,in quantum iniqui ſunt.
Præterea quilibet Chriſtianus de ſeipſo hæc dicere poteſt. Debemus enim de tribulatiõe clamare ad
Pſal.48. dominum,ſicut ſuperius dictum eſt. Inuoca me in die tribulationis. Et tunc vtique ſi perſeueranter
clamemus,exaudiet nos deus noſter in latitudine,id eſt,late & copioſe,prout ipſe pius & bonus eſt,
Eccle.2. & noſtra merita exigunt.Quis enim inuocauit eum,& deſpexit eum? Cuilibet quoque fideli adiutor
2.Cor.3. eſt dominus,quia non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia no
ſtra ex deo eſt.Ideo non timet veraciter Chriſtianus,quid faciat ſibi homo peruerſus , imo in aduer-
ſis lætatur,& propter amorem Chriſti,præmiique cæleſtis paratus eſt mori.Quoniam ſcriptum eſt,
Nolite timere opprobrium hominum,& blaſphemias eorum. Quis tu vt timeas ab homine morta-
Eſaiæ.51. li,& à filio hominis,qui quaſi fœnum areſcit? Propterea Salomon proteſtatur, Qui timet hominem,
Prou.29 cito corruet,qui autem ſperat in domino ſubleuabitur. Dominus mihi adiutor, per gratiam ſuam in
proſperis atque aduerſis conſeruans me:& ego deſpiciam inimicos meos,viſibiles & inuiſibiles, con G
fidendo in adiutorio dei,non innitendo viribus meis.Certus ſum enim quod mihi domino adhæren
ti nocere non poterunt.Ex quo ſequitur,quod. ℂ(8) BONVM] id eſt,melius [EST confidere in
Ierem.17 domino,quam confidere in homine] Nam benedictus homo,qui confidit in domino,maledictus ve-
ro qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum,& à domino recedit cor eius. ℂ(8) BO
NVM] id eſt,melius [EST ſperare in domino] qui ſolus poteſt ſaluare [QVAM ſperare in princi-
pibus] qui neque ſeipſos nec alios valent ſaluare . Inſuper Chriſtus ait. ℂ(9) OMNES gentes]
hoc eſt,aliqui de omni genere hominum,ſcilicet viri & mulieres, ſuperiores & ſubditi, antiqui & iu-
niores,Iudæi atque Gentiles [CIRCVMIERVNT me] tempore paſsionis,conſentientes in mor-
tem meam.Nec mirum ſi propter hos Chriſtus vniuerſaliter dicat,Omnes gentes, cum Lucas ſcri-
Act.2. pſerit,Erant autem in Ieruſalem habitantes viri religioſi,ex omni natione,quæ ſub cælo eſt. Et alibi
Mat.27. legitur,Exclamãs vniuerſus populus,dixit,Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Ecce qua-
liter omnes gẽtes circũierunt Chriſtũ in malo.Interdũ quoq; omnes gentes circũierunt eum in bo-
Iohan.12 no,eo modo quo phariſæi & principes Iudæorum dixerunt, Videtis quia nihil proficimus? Ecce to-
tus mundus poſt eum abiit [ET IN nomine domini] id eſt,ad gloriam dei factum ſit iſtud [QVIA
Eſa.63. vltus ſum in eos] ex zelo iuſtitiæ,non ex impatientia aliqua.Vnde Chriſtus loquitur , Dies vltionis
in corde meo.Vltus quippe eſt Chriſtus in Iudæos,excæcando cor eorum, auferendo eis gratiam in
præſenti,& gloriam in futuro,tradendo etiam eos in manus Romanorum , atque in hac captiuitate
grauiſsime eos tenendo,in qua iam vltra mille & trecentos annos fuerunt.Hanc vltionem fecit Chri H
Ierem.11. ſtus vt deus,ſed vt homo orauit pro ea apud Ieremiam dicens, Tu autem domine Sabaoth,qui iudi-
cas iuſte,& probas corda & renes,videam vltionem tuam ex eis:tibi enim reuelaui cauſam meam.
ℂ(11) CIRCVMDANTES circundederunt me] id eſt,cum magno malignitatis affectu ambie-
Iohan.19 runt me coram Pilato clamantes , Tolle, tolle , crucifige eum [ET IN nomine domini quia vltus
ſum in eos] Iſtud in verſu ſequenti repetitur,& eſt ſenſus idem. Terque ponuntur hæc verba ad de-
ſignandum magnitudinem zeli iuſtitiæ , quem habuit Chriſtus, qui ſemper erat diuinæ iuſtitiæ vni-
Apoc.1. tus,& conformatus ? ℂ(12) CIRCVMDEDERVNT me ſicut apes] quæ pungunt aculeo,ſic
Iudæi verbis & ictibus me pungebant, dicendo contra me verba blaſphemiæ plena . Vnde & ſcri-
ptum eſt,Videbunt in quem cõpunxerunt [ET exarſerunt ſicut ignis in ſpinis] id eſt,igne furoris &
vehementiſsima iracundiæ flamma accenſi ſunt cõtra me,ſicut in ſpinis ignis accenditur. Qua pro-
Sapien.2. pter ex eorum perſona ſcriptũ eſt,Circũueniamus virum iuſtum, quoniã contrarius eſt operibus no
ſtris grauis eſt nobis etiã ad videndum. ℂ(13) IMPVLSVS] .i. à Iudæis captus,& vſque ad locum
Mat.27. Caluariæ crucẽ baiulans ductus [EVERSVS ſum] à vita corporali [VT caderem] .i. omnino mor-

A tuus remanerem, nec amplius memoria esset nominis mei in terra, prout scriptum est, dicunt aduersarii de me, Eradamus cum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra [ET dominus suscepit me].i. ab ista ruina preseruauit me, imo eius oppositum fecit, quoniam ipsi penitus perierũt; & ego resuscitatus sum, & vbique glorificatus. Propter qd ait pater de me, Ecce seruus meus, suscipiã eum. Potest etiam istud intelligi de impulsione illa Christi, de qua in Luc. dicitur, Duxerunt eum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum: ipse autem transiens, per medium illorũ ibat, Quoniã ergo dominus ita suscepit me, ideo. ❡ (14) FORTITVDO mea).i. causa totius fortitudinis meæ creatæ [ET laus mea].i. quẽ laudo, videlicet res laudata à me, est [DOMINVS] pater seu deus trinitas. Hinc enim ait saluator, Non potest filius à se facere quicquã. Et alibi, Ego nõ quero gloriã meã, sed honorifico patrem meũ [ET factus est mihi in salutem].i. in causam totius salutis animæ meæ & corporis, quia ab eo est glorificatio mea in mente & corpore. ❡ (15) VOX exultationis].i. laudatio spiritualis lætitiæ, [ET salutis].i. laudatio beata & salutaris, videlicet laus iucunda atque salubris atq; ex interiori iucunditate ac salute procedens est [IN tabernaculis iustorum].i. in patria beatorum, in cordibus electorũ, in ecclesiis Christifidelium: iuxta illud, Gaudiũ & lætitia inuenitur in ea, gratiarũ actio & vox laudis. Vnde supra dictũ est, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabunt te. ❡ (16) DEXTERA domini].i. pia & gratiosa assistentia seu magna potentia patris æterni [FECIT virtutem] in me, conseruando me tẽpore passionis, & faciendo mirabilia quæ mne fiebant in sole & luna, in terra, & templo, cuius scissum est velũ: me quoque ac alios multos resuscitando tertia die à mortuis, sicut habetur apud Matth. [DEXTERA domini exaltauit me] in die ascẽsionis super omnes cælos, exaltauit etiam me, clarificando me in toto mundo per doctrinam & signa apostolorum, sicut rogaui passione instante, Pater venit hora, clarifica filiũ tuum. De hac enim exaltatione prædixit deus, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde [DEXTERA domini fecit virtutem] in corpore meo mystico, quod est ecclesia, mittendo ei in die pentecostes spiritum sanctum, dansque gratiam miraculorum discipulis meis. Vnde legitur, Virtutes non modicas faciebat deus per manus Pauli. ❡ (17) NON moriar] eo modo sicut vos ô Iudæi putastis, quia nec spũaliter moriar, quasi blasphemus & impius, neque imperio corporalis mortis subiiciar, quinimo mox ad immortalem vitã resurgam, sicut in Euang. sæpe prædixi, ideo sequitur [SED viuam] factus impassibilis [ET narrabo opera domini] Nam sicut in Actis apostolorũ, & in omnibus Euangelistis narratur, Christus post passionem, & resurrectionẽ discipulis suis frequenter apparuit per dies quadraginta, intrans & exiens atq; manducans cum eis, & disputans de regno. Tunc ergo narrauit eis opera domini.s. suam resurrectionem, futurũ iudicium, & vaticinia prophetarũ, multaq; alia quæ scripta non sunt, quia (vt dicitur in euang. Iohan.) multa alia fecit Iesus, quæ si scriban tur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros. ❡ (18) CASTIGANS castigauit me dñs] non propter proprias culpas, sed propter delicta eorum, pro quibus mori me voluit: sicut scriptum est, Dñs posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum: ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, Et alibi, Spũs oris nostri Christus dñs captus est in peccatis nostris [ET morti non tradidit me] ita φ mortis imperio subiacerem, sed statim ad vitã corporalem reduxit me, sicut supra dictũ est. Qm̃ non derelinques animã meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionẽ. ❡ (19) APERITE mihi portas iustitiæ] Hæc sunt verba Christi ascendẽtis ad cælos, imperantis angelis sanctis. Aperite mihi ascendenti & venientibus mecũ, portas iustitiæ.i. aditus regni cælestis. Has portas angeli sancti aperire dicuntur propter duplicem causam. Prima est, qm̃ tollunt impedimenta ingrediendi regnum cæleste, per hoc quod ad eorũ officium spectat, aereas potestates coercere, quæ semper nitũtur ascendentes impedire. Secunda per hoc, φ seipsas disponunt ad recipiendũ deuote ascendentes ad societatẽ angelicam. Et ita nunc Christus iubet, vt seipsos disponant ad occurrendũ sibi reuerenter, & vt eum eũ debita seruitute, laude, ac veneratione, introducant in regnũ suũ cæleste [INGRESSVS in eas] videlicet portas ac mansiones regni cælestis [CONFITEBOR dño] confessione laudationis perfecte. Christus enim sedẽs ad dexterã patris, incessabiliter dñm laudat, per seipsum in quantũ homo est, & alios quos ad hoc inducit [HAEC porta dñi, iusti intrabunt in eã] Ante dixit pluraliter portas, nunc singulariter ait, hæc porta. Qm̃ quanuis tot sint portæ iustitiæ quot virtutes, nulla tamen portarũ introducere potest, nisi per charitatẽ, & ideo charitas porta est, virtualiter omnes portas cõprehendens, iusti intrabunt in eã quemadmodũ monet Apost. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. ❡ (20) CONFITEBOR tibi].i. laudabo te dñe pater [QVONIAM exaudisti me] sicut nunc dictũ est. Præterea ista iam de Christo exposita, exponi etiã possunt de ecclesia seu fideli, quorum est sequi vestigia Christi. Omnes gentes circuierunt me.i. aliqui de omni genere hominum persequuti sunt me, vel blandimentis aut minis me tentauerunt, & fallere nisi sunt. Vnde Christus loquitur, Si me persequuti sunt, & vos persequẽtur, quia nõ est seruus maior dño suo. Et alibi, Odio eritis omnibus hominibus propter me. Et in nomine dñi, quia vltus sum in eos, secundũ ordinẽ iustitiæ. Vel, vltus sum in eos, à domino, qui ait, Mihi vindictã, & ego retribuã. De quo in Deuter. inducitur. Quia sanguinẽ sanctorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum. Circundantes circundederunt me, quatenus suis peccatis animam meam inficiant & occidant. Circundederunt me sicut apes, quæ gerunt mel in ore, aculeum vero in cauda, sic isti blandiuntur, vt fallant, quemadmodũ scriptum est. Sagitta vulnerans lingua eorum. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Et exarserunt igne libidinis, flamma rancoris, feruore iræ fumantis, quatenus me aliquo modo subuertant, sicut exardescere solet ignis materialis in spinis siccis, quæ facillime inflammantur. Impulsus,

Margin: Esa. 42. / Luc. 4. / I. Iohã. 5. / Iohan. 8. / Esaie. 13. / Psalm. 83 / B / Matt. 27. / Mat. 28 / Iohan. 17 / Esaiæ. 52 / Act. 19 / Act. 1. / Mat. 28 / Marc. 16. / C / Luc. 24 / Ioh. 20. 21. / Esa. 53 / Thren. 4 / Psalm. 15 / D / Mat. 10. / Deut. 32. / Ibidem.

tentatione seu persequutione, euersus sum à rectitudine perfectionis, vt caderem.i.omnino deficerem E
peccato mortali consentiendo, aut perseuerando in malo, & dominus suscepit me, in vlnis misericor
2.Cor.10 diç suæ, non sinens me tentari vltra vires, sed faciens cum tentatione prouentũ. Quanuis enim deus
sanctus & benedictus, cuius iudicia prorsus imperscrutabilia sunt, permittat interdũ electos suos gra
uiter tribulari, dire impelli, venialiter peccare, aut etiam mortaliter: non tamen desinit eos penitus ca
dere. Vnde dictum est supra, Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Et
Psalm.36 apud Michæam, Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam. Cum sedero in tenebris,
Mich.7. dominus lux mea est. Quod ergo tentationi resistimus, quòd à peccato resurgimus, quòd non peni-
tus disperimus, non nisi domino ascribamus: dicentes corde syncero quod sequitur, Fortitudo mea, id
est, causa & dator totius firmitatis meæ atque victoriæ, & laus mea est dominus, cui in omnibus gra-
Ierem. 16 tias ago, omneque bonum ascribo. Vnde scriptum est, Dominus fortitudo mea, & refugium meum,
Deut.8. & robur meum in die tribulationis. Et factus est mihi in salutem, id est, saluator effectus est mihi, dan
do mihi constantiam in aduersis, & humilitatem in prosperis. Propter quod Moses dicit, Ne dicas in
corde tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia præstiterunt mihi. Sed recordare domini
dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit. Quicunque hoc modo totã spem suam ponit in deo, eũ appellans
Esaiæ.53. fortitudinem suam, & laudem, illi fit deus in salutẽ. Dextera domini, id est, Christus filius dei qui di-
Esaiæ. 52 citur brachium, dextera, & virtus dei patris, sicut de eo scriptum est, Brachium domini cui reuelatum F
Lucæ.2. est? Et rursum clarius dicitur, Parauit dominus brachiũ suum in oculis omnium gentiũ. Cui concor-
dat quod Symeon cecinit, Viderunt oculi mei salutare tuũ, quod parasti ante faciem omniũ populo-
rum. Vel, dextera.i.potentia domini fecit virtutẽ, faciendo de impio iustum, quod est maius q̃ creatio
hominis. Dextera domini exaltauit me de vita ignobili, vitiosa, carnali ad vitã nobilem, virtuosam spi
ritualem. ac humilem·dextera domini fecit virtutem, conseruando me in bono, & pugnando ac expu
Exodi. 13 gnando pro me aduersarios meos. Huic consonat quod in Exodo legitur, Dextera tua dñe magnifi-
cata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicũ, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti
aduersarios meos. Quoniam igitur tanta bona largitus est mihi creator, fiducialiter dicere possum.
Non moriar, morte peccati, & damnationis æternæ: sed viuam, vita gratiæ in præsenti, vitaque glo-
Iohan. 8. riæ in futuro. Et iuxta hunc sensum ait Christus, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem nõ vi-
debit in æternũ. Et narrabo opera domini.i.beneficia dei mihi collata, apud me cõmemorabo, & aliis
intimabo, ad gloriam largitoris, sicut & Christus in Euangelio dixit cuidam, Vade & narra quanta ti
Lucæ.8. bi fecit deus. Castigans castigauit me dominus.i.propter peccata mea paternaliter me corripuit atq;
afflixit in seculo isto, ne peream in æternum, ideo additur, Et morti æternæ non tradidit me. Vnde di
Hebræ.6 cit Apostolus, Quis filius quem non corripit pater? quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri &
Prouer. 3 nõ filii estis. Et Salomon loquitur, Disciplinam domini fili mi ne abiicias, & non deficias cum ab eo
corriperis. Quem enim diligit dominus, corripit. Quicquid igitur aduersitatis & pœnæ accidit no- G
Iudith.8. bis, nostris ascribamus demeritis, illudque patienter, imo hilariter toleremus, pensantes illud Iudith,
Non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia mino-
Baruch,3 ra esse: flagella domini quasi serui qui corripimur ad emendationem & non ad perditionem nostram
euenisse credamus. Hinc nanque scriptum est, Filii patienter sustinete iram quæ superuenit vobis:
qui enim induxit vobis mala, ipse rursus adducet vobis sempiternam iucunditatem cum vestra salu-
te. Deinde Dauid in persona ecclesiæ seu cuiuscunque fidelis ait. Aperite mihi portas iustitiæ, id est,
ô vos apostoli Christi & prædicatores sancti, per vestram doctrinam ostendite mihi mandata Chri-
sti, sacramenta nouæ legis, euangelica consilia, operationes virtutum, quæ omnia appellantur portæ
iustitiæ, quia per eam intratur ad vitam iustam. Ingressus in eas confitebor domino. Qui enim has
portas ingreditur, laudabiliter conuersatur, & ita dignus efficitur deum laudare propter quod non
Matth. 3. ingredientibus portas has, dominus ait, Quid dicitis mihi domine domine, & non facitis quæ dico?
Hæc.i.confessio ista, est porta domini, quia per eam itur ad deũ, iusti intrabunt in eam.i. cõfessionem
Dan.2. istam laudis diuinæ assument. ℂ (21) Lapidem].i.Christũ, de quo scriptum est, Lapis qui absci-
Esa.28. sus est de monte sine manibus: de quo Petrus testatur, Ecce ponam in Sion lapidem summum an-
1.Petr.2. gularem, electum, preciosum in fundamento fundatum, & qui crediderit in eum, non confundetur.
Hic igitur lapis, videlicet Christus [Qvem reprobauerunt ædificantes] id est, principes sacerdotũ,
scribæ & pharisæi, quorum erat alios in fide & moribus prædicãdo & bene viuendo ædificare [Hic
factus est in caput anguli] ita quòd in ipsum concurrunt duo populi, sicut duo parietes concurrunt H
Iohan.10 in lapidem angularem. Christus enim ex Iudæis atque Gentilibus constituit vnam ecclesiam, cuius
ipse est caput, influens eis motum virtutum, & vitam gratiæ Propterea Christus dixit, Alias oues ha
beo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus pastor.
ℂ (23) A domino factum est istud] id est, non humana aut naturali, sed diuina ac supernaturali
virtute facta est ista coniunctio lapidis angularis, seu Christi, & vtriusq; populi inter atq; se cũ Chri-
sto. Tota enim ecclesia Christo vnitur vt capiti per fidem, charitatem, & gratiam quæ sunt superna-
Ephe.5. turalia dona dei. Vnde ait Apost. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatẽ suam
qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo: cuius gratia estis saluati
[Et est mirabile in oculis nostris].i.in consideratione fideliũ, multũ miranda est ista cõuersio atque
Roma.8. coniunctio hominũ cum Christo. Nullus enim satis valet mirari tam ineffabilem misericordiã crea-
toris, qua misertus est mundo mittens vnigenitũ suũ, atq; pro omnibus nobis tradẽs illũ, & nos vnum
Ephes. 2. cum illo efficiens. Vnde rursus dicit Apost. Aliis generationibus non est agnitũ filiis hominum, sicut
nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spũ, esse gentes cohæredes, & concorpora-

A les,& comparticipes promissionis in Christo Iesu. Et alibi,Gratias,inquit,deo super inenarrabili do 2.Cor.9.
no eius. Præcipue autem mirabilis fuit ista conuersio gentium primitiuæ ecclesiæ ex Iudæis collectæ.
Iuxta illud,Obstupuerunt ex circũcisione fideles,quia in nationes spiritus sancti gratia effusa est. Vel Act.10.
sic,A domino trino in personis,& vno in natura factum est istud ; videlicet ꝙ lapis ab ædificantibus
reprobatus,factus est in caput anguli,& est mirabile in oculis nostris mentalibus . Vehementer nãq;
mirandum est,quòd ille qui tempore passionis in tantum humiliatus fuit, paulo post in tantum glo-
rificaretur à deo,vt ex omni genere hominum multi conuerterentur ad ipsum,inter quos erant non-
nulli,qui eius occisioni consenserunt,& eam procurauerunt,quibus dixit ante passionem,Cum exal- Iohan.12
taueritis filium hominis,tunc cognoscetis,quia ego sum. ℂ(23) HAEC est dies] in qua deus hæc
fecit,est dies [QVAM fecit dominus] id est,tempus Christi,tempus euãgelicæ legis & gratiæ,in qua
vtique constituta est ex vtroque populo ecclesia vna in Christo,est tempus à deo specialiter factum.
Nam licet omnium dierum ac temporum deus sit factor, illius tamẽ diei & tẽporis dicitur deus spe-
cialiter factor,in quo ipse præcipua & specialia opera fecit.Quoniam ergo in Christi aduentu,& in-
terim maiorem benignitatem & gratiam impẽdit hominibus quàm ante,merito tẽpus seu dies Chri-
sti dicitur factus à deo.Sæpe enim in sacra scriptura temporis noui testamenti dies vocatur , quia in
eo veritas in veteri testamento figuris occultata,clare reuelata cognoscitur: & quia in nouo testamen
B to splendor gratiæ dei clarius,copiosiúsque refulsit hominibus,quàm tempore veteris legis[EXVL-
TEMVS & lætemur in ea] id est,mente & corpore gaudeamus in domino tempore isto , de benefi-
cius gratias ipsi agendo. Vnde cum Apost.dixisset,Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies sa- 2.Cor.6.
lutis,adiecit,Quasi tristes,semper autem gaudentes.Merito autem cantatur hic versus in die paschæ Matt.28.
tam frequenter,quoniam Christus sol iustitiæ,candor lucis æternę,lux lucis,& fons luminis,qui erat
in die parasceues passionis caligine obscuratus,atque in monumento lapideo,tanquam dẽsissima nu-
be absconditus,in die paschæ de sepulchro glorificatus,candidus,& rubicundus processit illuminãs
mundum,noctem infidelitatis,& tenebras ignorantiæ,de cordibus discipulorum eiiciens. Et vt ꝑ tẽ-
poralia festa,& gaudia mereamur venire ad præmia sempiterna,orandum est nobis quod subditur,
ℂ(24) O DOMINE saluum me fac] de pœnis & vitiis vitæ præsentis [ô domine bene prospera-
re] id est,prospera nobis dona concede,augendo ecclesiam numero & merito, perducendoque nos Psal.67.
per gratiæ tuæ ducatum ad tuiipsius beatificam visionem:sicut supra dictum est, Prosperum iter fa- Iohã.10.
ciet nobis deus salutarium nostrorum [BENEDICTVS] est[QVI venit in nomine domini]id est
Christus,qui ait,Ego veni in nomine patris mei.Secundum Hieronymum canticum istud puerorũ, Matth.21
quo Christo in die palmarum cãtabant,Osanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domi-
ni,ô sanna in excelsis,ex isto versiculo sumptum est.Et ita Dauid prophetauit hoc loco de laude illa.
C Deinde in persona Apostolorum & succedẽtium eis,videlicet pastorum & sacerdotum ecclesiæ,sub-
ditur. ℂ(25) BENEDIXIMVS ] nos episcopi & prælati [VOBIS] ô subditi [DE domo dñi]
id est,de ecclesia Christi prædicando vobis verbum salutis,ministrando vobis sacramẽta nouę legis,
orando quoque pro vobis,& gratiam nobis diuinitus datam,vobis,sicut charitas exigit,cõmunican-
do.Benedictio proprie dicitur collatio gratiæ dei.Gratiam autem non confert nisi deus. Quomodo Psal.8.
ergo vnus nostrum alteri benedicere,seu gratiam communicare potest?nisi instrumentaliter,nõ prin
cipaliter,ideo subditur [DEVS dominus & illuxit nobis] id est,deus qui est dominus noster,ipse & il Matt.16.
luxit nobis,illuminando corda nostra spiritu sancto,& gratiam splendidam nostris mentibus infun-
dendo.Dando quoque nobis authoritatem ligandi atque soluendi,ministrandi sacramenta,prædicã- Iohan.1.
di euangelica verba,cõsecrãdi & benedicendi:ex quibus idonei sumus ad benedicẽdum vobis . Qua-
propter Iohan.testatur,De plenitudine eius accepimus omnes. ℂ(26) CONSTITVITE] ô vos
antistites Christi[DIEM solennem] id est,celebre festum,seu dies festiuos,in commemorationẽ in-
carnationis,resurrectionis,ascensionisq; Christi,videlicet festum natiuitatis,solemnitatẽ resurrectio-
nis,&c.& de hoc agite [IN condensis] id est,in populis adunatis ita quòd Christi fideles in magna
densitate & copia ad festa ista conueniant.Alia translatio habet,in cõgregationibus:alia vero,in fre-
quentationibus:ex quo claret ꝙ iste sit sensus literalis,quod etiã patet ex eo quod subditur [VSQVE
D ad cornu altaris] id est,tã copiose ac dense fideles concurrant,quòd ipsa ecclesia vsque ad altaris an-
gulum impleatur. Moraliter vero ita exponitur,Constituite,o vniuersi fideles,diem solẽnem,id est,
sabbatum mentis,videlicet interioris hominis trãquillam quietem,in condensis,id est,in cumulo gra
tiarum diuinarum,in abundantia sanctarum cogitationum,in densitate diuinorum charismatum , ita
ꝙ deo intra vos exhibeatis solennitatem decoram ab exterioribus quiescendo , cælestibus inhiando,
deúmq; ardenter amando.Vsque ad cornu altaris,id est perseueranter,donec pertingatis ad sublime
dei altare in cælo paratum,in quo offerũt deo omnes beati hymnum incessabilis laudis.Postremo ec-
clesia seu fidelis de prædictis beneficiis gratias referens,ait, ℂ(27) DEVS meus es tu] dñe Chri Iohã.21.
ste:cui Thomas ait,Dominus meus,& deus meus, [ET confitebor tibi] id est,te laudabo [DEVS 1.Iohã.5.
meus es tu] Iesu fili dei summi:prout de te scriptum est,Hic est verus deus & vita æterna [ET exal-
tabo te] nõ quòd ego te altum efficiam,sed quoniam tuam dignitatem & altitudinem verbis & acti-
bus profitebor & prædicabo,atque per hoc te qui in teipso semper altus & magnus es,altum & ma-
gnum efficiam in corde meo,& proximorum,quibus tua magnalia recitabo. ℂ(28) CONFITE-
BOR tibi quoniam exaudisti me] id est,de mea exauditione gratias tibi agam [ET] quoniam [FA-
CTVS es mihi in salutem] sicut expositum est. ℂ(29) CONFITEMINI domino quoniam bo-
nus,quoniam in seculum misericordia eius.] Ecce versiculum in exordio psal.præhabitum iam resu-
mit ad insinuandum,ꝙ omnis operatio perfectorum à laude dei sit inchoanda,atque in laudibus ter-

minanda. Quemadmodum docet diuinus apostolus, Siue mãducatis, siue bibitis, siue alìud aliquid fa- E
1.Cor. 10 eitis, omnia in gloriam dei facite. En psalmum dulcem ac speciosum, sensu atque mysteriis plenum
audiuimus. In cuius principio ad dei præconia repetitis vicibus inuitamur. In quo moraliter edoce
mur de tribulatione ad dominum exclamare, non frangi, tristari, aut desperare, sperantes secure quòd
Barac.4. late exaudiet nos: prout alibi inducitur, Animæquiores estote filii, clamate ad dominũ & eripiet vos
de manu inimicorum. Docemur insuper in psal. præsenti in solo deo confidere, eiúsq; gratiæ semper
inniti. Describuntur etiam beneficia dei in psalmo isto lucifluo, & Christi mysteria recitantur in eo.
Cum multa igitur deuotione & iucunditate præcipua, decantemus hunc splendidissimum psalmum
cuius vtiq; suauitatem copiosissime experiemur, si corde intento & puro eum cantemus. Non enim
mens vaga, intimorata, carnalis, siue mundana experiri valet virtutem psalmorum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXVIII.

### EXPOSITIO Tituli.

HAbet psalmus nunc declarandus pro titulo, Haleluia. Nec mirum, cum psalmus iste plenus
sit laudibus dei. In quo edocemur deum verbis & bonis laudare operibus. Denique psalmus
præsens alphabeticus est, tot habens octonarios quot sunt literæ in alphabeto Hebræo, vi- F
delicet viginti duo. Incipiúntq; octonarii secũdum ordinem literarum alphabeti Hebraici, ita q̃ sin-
guli versus eiusdem octonarii inchoantur à litera quæ eis præponitur: propter quod singulis octona
riis singulæ literæ præscribuntur. Est autem hic psalmus in superficie satis planus, sed bene examina-
tus, sensuum profunditate præcipuus est. Loquitur vero de ipsa beatitudine, & iis per quæ ad beatitu-
dinem peruenitur. Beatitudo vero duplex est, scilicet viæ & patriæ. Nunc autem de beatitudine viæ
fit sermo, & est psalmus iste omni morali doctrina conspicuus, præfulgẽs & summus. In quo sanctus
propheta ex æstuanti & exuberanti cordis sui amore diuino, deum familiariter, suauitérq; affatur, atq;
eandem sententiam frequenter resumit, sub aliis tamen verbis, vt tædium euitetur. Moris nãq; est fer
uentis & impatientis desiderii, idem frequẽter repetere, quia cum dilecto loquendo nescit lassescere.
Secundum eos quoque qui asserunt non omnes psalmos à Dauid compositos, ignoratur author psal
mi præsentis, quia in titulo author non explicatur, sed secundum omnes pene sanctos ac magnos do-
ctores catholicos, Dauid edidit eum, qui tanquam amantiss. domini in deo habitans confidenter, per
totum psalmi huius processum cum admirabili charitatis feruore & sanctæ exercitationis deuotione
eloquitur. In quo omnis fidelis plenissime eruditur, quid agendum, quid vitandum, quid appetẽdum. G
Laudantque doctores psalmum præsentem eminenter & mirabiliter. A beatitudine igitur, quam oẽs
naturaliter appetunt, orsus loqui psalmographus ait,

PRECATIO,

*In huius domine seculi uia fac nos sanctos & immaculatos ambulare in lege tua, mandata tua nimis custodire, & in iustificationum tuarum custodiam non nos derelinquas usquequaque.*

### EXPOSITIO Psalmi. ALEPH.

BEATI] sunt iam in spe, postmodum beatificandi in re [IMMACVLATI] .i.
sine labe mortalis peccati [IN via] id est, vita præsenti, quæ est via ad futuram,
veram, æternámque vitam [QVI ambulant in lege domini] id est, qui conuer
Iohã.15. santur in obseruatione legis diuinæ, seu præceptorum decalogi. Non enim suf
Matth.3. ficit declinare à malo, nisi quod bonũ est fiat. Propter quod Christus ait, Oẽm
palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Et alibi dicitur, Omnis ar-
Prou.20. bor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Verũtamẽ
Iob.25. immaculatio non solum concernit peccata commissionis, sed etiam peccatum
omissionis. Frequẽter quoq; testatur scriptura, neminem posse immaculatũ vocari: iuxta illud, Quis
potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et alibi, Nemo mũdus à sorde, nec infans
cuius est vnius diei vita super terram. Pensandum itaq; quòd aliquis dicitur immaculatus variis mo- H
dis. Primo, quoniam nunquam peccato subiacere potuit, nec originali, nec mortali, nec veniali, & ita
Christus homo immaculatus censetur. Secũdo, q̃m nec veniali nec mortali peccato fuscatus est, & hoc
modo virgo beata immaculata est. Quod ei soli conuenit, quantũ ad adultos: nam ante annos discre-
tionis, seu vsum rationis, cæteri quoq; hoc modo immaculati sunt, qui tamen maculati & sorde infe-
cti dicuntur propter originale, quod habent aut habuerunt: à quo virgo beata, per præuenientem fi-
lii sui gratiam creditur præseruata. Tertio, quoniam mortali peccato pollutus non est, vel si fuit per
pœnitentiam extat purgatus, sicque de gratia dei multi immaculati existunt, quanuis nullus viator si-
Iob.9. ne speciali reuelatione certo scire queat an sic immaculatus sit. Potest tamen cõiecturaliter & proba-
Colos.1. biliter scire: ideoque scriptum est, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Ad hanc
autem immaculationem hortatur nos sermo diuinus, Exhibete vos sanctos, & immaculatos, & irre-
Matth.5. prehensibiles coram deo. Hæc autem immaculatio est beatitudo viæ, quæ aliud non est nisi obserua-
tio præceptorum altissimi, loquẽdo de beatitudine vitæ actiuæ: de qua loquitur Christus apud Mat-
thæum & Dauid in isto versiculo. Hæc nanq; beatitudo est actus virtutum, quæ ordinatur ad opus.
Porro alia est beatitudo vitæ contemplatiuæ quæ est actus sapientiæ, ad quã disponit beatitudo præ-
dicta, consistens in operatione virtutum moralium. Cum enim ad contemplationem requiratur ordi-

A natio appetitus ſenſitiui, ſeu refrenatio paſsionum, neceſſe eſt beatitudinẽ vitæ actiuæ præcedere bea
titudinem vitæ contemplatiuæ, eo quòd virtutes morales refrenent ac ordinent paſsiones, ne ratio-
nem in conſideratione veritatis, aut volũtatem in dilectione bonitatis impediant. De beatitudine ita-
que vitæ contemplatiuæ ſubiungitur. ❨(2) BEATI] ſunt iam in ſpe [QVI ſcrutantur] nõ præ-
ſumptuoſe aut curioſe, ſed diligenter atque humiliter [TESTIMONIA eius] id eſt, atteſtationes ſa
cræ ſcripturæ, ſeu ipſas diuinas ſcripturas, in quibus deus nobis teſtatur quid credere debeamus. Duę
ſunt partes legis diuinæ, videlicet mandata & teſtimonia. Mandata pertinẽt ad agenda, teſtimonia ad
credenda. Idcirco in obſeruatione mandatorum ſita eſt beatitudo vitæ actiuæ. In contemplatione au
tem teſtimoniorum beatitudo vitæ contemplatiuæ. Quapropter ait Saluator, loquens ad patrẽ, Hæc Iohan. 17
eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et Apoſtolus, Philip. 3.
Exiſtimo, inquit, omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam domini noſtri Ieſu Chriſti.
Debemus igitur, ſi beatitudinem vere optamus, ſcrutari ſacras ſcripturas, in ſtudio diuinorum libro-
rum continuo exerceri, & ſacra eloquia tanquam epiſtolas ſpiritus ſancti ad nos miſſas, cũ omni re-
uerentia ſpeculari. Cum enim ſtudemus, ſpiritus ſanctus loquitur nobis. Et ſicut fatetur ſtudioſiſsim9
ille Hieronymus, Qui diligit ſtudia ſcripturarũ, vẽtris ingluuiẽ atq; delitias abominatur. Hinc enim 1. Mac. 12.
in Eccleſiaſtico dicitur, Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Eccle. 39
B Quæ vtiq; occupatio valde delectabilis eſt & ſalubris: prout legitur, Nos autem ſolatio habẽtes ſan-
ctos libros, qui in manibus noſtris ſunt. Sed omnino cauere oportet, ne in tantũ occupemus intelle-
ctum in cõſideratione veritatis, ꝙ infrigidetur aut tepeſcat affectus in dilectione ſummæ bonitatis, &
igne ſanctæ deuotionis. Imo frequẽtius principalius, & ſi poſsibile eſt, diutius immorari debemus cir
ca exercitationem & inflãmationem affectus, quàm circa ſtudium intellectus: cuius (prohdolor) op-
poſitum multi agunt, propter quod nunquam ad veram perfectionem pertingunt. Idcirco adiicitur
[IN toto corde exquirunt eum] id eſt, hanc ſcrutationem teſtimoniorum dei referũt prorſus ad deũ,
quatenus ex contemplatione ſyncera in eius amore proficiãt, eúmque in omnibus intellectu atq; af-
fectu honorent. Et in hoc differunt contemplatio ſanctorum à contemplatione vanorum: contem-
platio quoque theologorum à contemplatione philoſophorum, ꝙ ſancti & veri theologi non ſiſtunt
in nuda ſpeculatione, ſed ad dei actualem, feruidumque amorem referunt eã. Philoſophi vero & va-
ni fideles in conſideratione quieſcunt, vel etiam quod peius eſt, eam interdum ad vanam gloriam ſeu
lucrum, temporaléque bonum coordinant. Hi ergo immaculati & ſtudioſi beati ſunt, non vitioſi &
pigri, cuius ratio eſt, vel potius ſignum. ❨(3) NON enim qui operantur iniquitatem] id eſt, pec-
catum mortale, quod nunquam committitur ſine rationis conſenſu, [IN viis eius ambulauerunt] id
eſt, in diuinis præceptis conuerſati non ſunt in eo tempore quo iniquitatem fecerunt, imo in viis dia-
C boli ambulant tales: de quibus ſcriptum eſt, Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambu- Sap. 9.
lauimus vias difficiles: viam autẽ domini ignorauimus. Hæc eſt via ſpatioſa & lata quæ ducit ad mor- Matth. 7.
tem, per quam ambulãt multi. Hinc enim legitur, Rectæ ſunt viæ domini, & iuſti ambulabunt in eis, Oſee. 14.
præuaricatores vero corruent in eis. Deniq; viæ quas ambulant impii tenebroſæ & turpes atq; obli-
quæ ſunt. Non ergo ambulant vias domini: de quibus dicitur, Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemi-
tæ eius pacificæ. De pulchritudine autem viæ iuſtorum, qua deo in ſanctitate deſeruiunt, ſcriptũ eſt, Pro. 3, 4.
Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. ❨(4) TV] do-
mine [MANDASTI mandata tua cuſtodiri nimis] .i. multũ diligenter. Magno enim, ſummo & in- Apoc. 3.
finito domino cum incomparabili reuerentia, amore, atque timore miniſtrare oportet. Et ideo apud Iere. 48.
Ieremiam inducitur, Maledictus, qui facit opus dei fraudulenter. Et alibi, Nunc quia tepidus es, in- Deut. 4.
cipiam te euomere de ore meo. Hinc quoq; Moſes ſcripſit, Cuſtodi temetipſum, & animam tuã ſoli-
cite, & ne obliuiſcaris verborum domini, & ne excidant de corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ. Si au
tem ſcire volumus quam nimis præceperit Chriſtus impleri mandata ſua, audiamus quid de præce-
ptis charitatis afferat, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex to- Mar. 12.
ta mente tua, & ex tota virtute tua. Ecce tam nimis præcepit, vt nullus in hac vita implere totaliter
poſsit. Timorate ergo & ſolicite ambulemus coram domino deo noſtro, penſantes illud, Tempus eſt Mich. 6.
D vt incipiat iudicium, à domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt euan- 1. Pet. 4.
gelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? ❨(5) VTINAM] domine
[DIRIGANTVR] à te, & angelo ſancto per gratiam tuam [VIAE meæ] id eſt, deſideria verba &
opera quibus ad patriam tendit homo [AD cuſtodiendas iuſtificationes tuas] id eſt, taliter tamq; di-
recte, vt tua mandata iuſta & iuſtificantia obſeruentur à me. Hoc ô domine vehementer cupio à te
fieri, quoniam naturali poteſtate id nequeo adimplere (cum teſte Apoſt.) non ſit volentis neq; cur- Rom. 9.
rentis, ſed dei miſerentis. Vnde & S. Ieremias ait, Scio domine, quia non eſt hominis via eius, nec vi- Iere. 11.
ri vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Et Salomon, Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed dei eſt diri- Prou. 16.
gere greſſus eius. Erubeſcat igitur inimicus gratiæ dei Pelagius, qui dixit, hominem ſine gratia poſſe
mereri, iuſtificari, itémq; ſaluari, non obſtante quod ait Apoſt. Non ſumus ſufficientes aliquid cogi- 2. Cor. 3.
tare ex nobis quaſi ex nobis. Et Chriſtus profitetur, Sicut palmes à ſemetipſo non poteſt ferre fru- Iohã. 15.
ctum, niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. ❨(6) TVNC non confundar] de ne-
gligentia [CVM perſpexero in omnibus mandatis tuis] id eſt, cum omnia diuina præcepta penetra-
tiue luſtrauero, profunde penſauero, efficacitérq; impleuero. Quia vt Iacobus in ſua teſtatur Cano-
nica, Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, hic beatus in facto ſuo erit. Et congrue ait in omni- Iaco. 1, 2.
bus mandatis, quia quicũq; totam legem impleuerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Eccle. 9.
Ad quod pertinere videtur illud Eccleſiaſtes, Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Ex quo cõ-

ſtat, quòd in vno delinquens, efficitur omnium reus quantum ad pœnam damni. ¶ (7) CONFITEBOR tibi] id eſt, laudabo te, & accuſabo me geminam tibi confeſsionẽ, videlicet laudis & culpæ offerens [IN directione cordis] id eſt, dum tu cor meum ad teipſum direxeris, vel ego illud ad te per gratiam tuam direxero [IN eo per] i. per quod [DIDICI] ex reuelatione diuina, informatione humana, conſiderationéve propria [IVDICIA iuſtitiæ tuæ] id eſt, iuſtas ſententias in ſcripturis contentas, ſe- E
Matt.25. cundum quas iudicas bonos & malos, reddens ſingulis quod merentur. Hæc iudicia ſunt: Ite maledi-
Matt.18. cti in ignem æternum. Et, Venite benedicti patris mei. Et, Væ mundo à ſcandalis. Hæc autẽ diſcẽdo, gratias agimus deo pro ſuæ illuminationis beneficio. Compũgimur quoq; & perterremur de noſtris exceſsibus, ſicq; confitemur deo, non ſolum confeſsione laudis, ſed etiam confeſsione propriȩ iniquitatis. Sed quia vtraq; confeſsio exigit obedientiam mandatorum cœleſtium, ideo fixe propono, quòd
Prou.19. ¶ (8) IVSTIFICATIONES tuas] id eſt, præcepta tua [CVSTODIAM] ſicut ſcriptũ eſt, Qui cuſtodit mãdatum, cuſtodit animam ſuam. Et vt hoc facere valeam [NON me derelinquas vſquequaq;] id eſt, gratiam tui ſubſidii non auferas mihi in toto, nec diu ſuſpendas ſolitã pietatem tuam à me: imò rogare debemus, vt deus nullo vnquam momento ſubtrahat nobis habitum charitatis & gratiæ, quia tunc eſſemus in ſtatu damnationis. Expedit autem nobis quandoq;, vt deus relinquat nos ad tempus quantum ad aliquos gratiæ actus, auferendo videlicet ſeu ſuſpendendo conſolationẽ internam, experimentalem deuotionem, quatinus virtus probetur, meritum per patientiam augeatur, anima ab omni F
ſuperbia præſeruetur, & propriã fragilitatem homo per experientiam diſcat: ſicq; ad deum recurrat atque de cætero cautior fiat. Veruntamen nullo momento poſſumus meritoriè operari, aut in bono perſeuerare ſine auxilio dei.

BETH.

IN QVO corrigit adoleſcẽtior viam ſuam] id eſt, per quid homo iuuenis ad paſſiones procliuus, abſtinet ab operatione paſsionum, ad quas naturaliter inclinatur? Præſertim enim ad iram, & concupiſcentiam inclinantur adoleſcentes. Et reſpondet [IN cuſtodiendo ſermones tuos] id eſt, in obediendo ſacræ ſcripturæ quæ mala prohibet, damnat & punit. Bona verò iubet, laudat atq; remunerat. Ve-
Matth.5. re enim à concupiſcentia carnis corrigitur adoleſcens, qui illud ſaluatoris bene perpendit: Qui vide-
Luc.14. rit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et, Qui non odit patrem
Luc.21. & matrem & vxorem, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Itemq;, Videte ne grauentur corda veſtra cra
Iob.31. pula, vel ebrietate. Qui etiam audit & ſequitur illud S. Iob: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogita-
Matth.5. rem quidem de virgine, à concupiſcentia emendatur. Similiter ſermo Chriſti ab ira refrenat, dum ait:
Matt.11. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Et, Diſcite à me, quia mitis ſum. Hinc etiam Petrus in ſua ca
1.Pet.2. nonica: Obſecro (inquit) vos tanquã aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quȩ
Gal.5. militant aduerſus animã. Qui autẽ iſta non implet, non putet ſe pertinere ad Chriſtũ, cum Paulus di- G
cat: Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis.
Eccle.18 Cum ergo ſit ita, idcirco vt ego viam meam per tuorum ſermonum cuſtodiam. corrigere poſsim. ¶ (10) IN toto corde meo] id eſt, intellectu & voluntate. Vel in toto corde meo, id eſt, corde totaliter ad te conuerſo. ita quòd à rebus illicitis prorſus auerſum eſt [EXQVISIVI te] tanquam ſummum bonum, cui finaliter adhærere intendo & cupio. Non ergo quæramus deum corde diuiſo aut duplici,
Oſee.10. quia pro quanta parte aliud quærimus deum non quærimus. Vnde de quibuſdam ſcriptum eſt: Diui-
Eccle.1. ſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Et, Ne acceſſeris ad deum duplici corde [NE repellas me à man
Sap.9. datis tuis] id eſt, ne dimittas me à propriis vitiis & paſsionibus ſuperari, ac per hoc à tuorum obſerua
Eccle.23. tionȩ mandatorum elongari, ſed precem meam admitte, méque diuina iuſſa adimplere concede. Hoc eſt, quod oramus, Domine noli me reprobare à pueris tuis. Et, Domine pater & dominator vitæ meȩ ne derelinquas me in cogitatu & conſilio malorum. ¶ (11) IN corde meo abſcondi] id eſt, memori-
Luc.11. ter tenui [ELOQVIA tua, vt non peccem tibi] id eſt, ad iniuriam tuam. Sacra enim eloquia edocẽt,
Pſal.39. quid agendum, quid omittendum ne dominus offendatur. Et ideo Chriſtus ait, Beati qui audiunt ver
Eccle.41 bum dei & cuſtodiunt illud. Sed videtur contrarium quod dictum eſt ante, Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo. Et reſpondendum, ꝙ abſconſio ſacri eloquii duplex eſt. Vna per quam non communicatur proximo fraterna inſtructio, & iſta eſt vitioſa. Iuxta illud, Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq;? Alia ergo eſt abſconſio quæ obliuio- H
nem excludit, & de illa nunc loquitur, ¶ [BENEDICTVS es domine] in teipſo propter ſanctitatem tuæ naturæ [DOCE me iuſtificationes tuas] id eſt, mandata diuina: quatenus ea non ſolum habitualiter, ſed etiam actualiter ſciam & impleam. ¶ (13) IN labiis meis pronunciaui,] aliis prædicãdo vel apud me proferendo [OMNIA iudicia oris tui] id eſt, omnes ſermones iuſtitiæ tuæ in ſcripturis contentos. Omnia (inquam) in genere aut in ſpecie, commemorando ſententias tuas, quibus impii condemnantur, & boni ſaluantur. Et quamuis (ſecundum Apoſtolum) iudicia dei incomprehenſibi-
Rom.11. lia ſint, illa præſertim quibus nonnulli ab æterno electi ſunt & alii reprobati: poſſunt tamen pronũ-
Malac.1. ciari, ſicut cum illud mirabile dei iudicium proferimus conſcriptum, Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui. ¶ (14) IN via] id eſt in obſeruatione & contemplatione [TESTIMONIORVM tuorum] id eſt, ſermonũ ſacræ ſcripturæ [DELECTATVS ſum ſicut in omnibus diuitiis] id eſt, tam cordialiter & exuberanter, ſicut auari in temporalibus bonis lȩtãtur, ita quod corde iucundo & amoroſo legi, audiui ſeu protuli verba ſacræ ſcripturæ. Vt ſunt, Beati pauperes ſpiritu, Beati miſericordes, Beati
Matth.5. mites, Beati qui lugent: &, Qui ſe humiliat exaltabitur. ¶ (15) IN mãdatis tuis exercebor] frequen
Luc.14. ter ea recogitando atq; fideliter exequendo [ET conſiderabo vias tuas] id eſt, opera & exempla eorum qui tibi placuerũt, per quæ venitur ad te. Vel, vias tuas i. operationes tuas quas exerces in nobis,

A quatenus sicut tu pluis super iustos & impios: sic aduersariis meis benefacere discam. Vel, vias tuas. i. Matth. 5.
æquitatem atque clementiã tuam, de quibus prædictũ est, Vniuersæ viæ domini misericordia & veri- Psal. 24
tas. ℂ (16) IN iustificationibus tuis] hoc est, in præceptis tuis iustificantibus obseruantes [MEDI- Psalm. 1.
TABOR] prout in exordio libri habetur, In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur
die ac nocte [NON obliuiscar sermones tuos] sed implere conabor illud Mosi, Erunt verba domini Deut. 6.
in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua & ambulãs in itinere, & dor
miens atque consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter ocu-
los tuos, scribésque ea in volumine, & ostiis domus tuæ. Vnde vt incessanter recolerent filii Israel di- Num. 15
uina præcepta, iussit eis deus, vt facerent sibi fimbrias quatuor, per quatuor angulos palliorum, ponẽ-
tes in eas vittas hyacinthinas, quas cum viderent, recordarentur omnium mandatorũ dei, nec seque-
rentur cogitationes, & oculos per res varias fornicantes.

GIMEL.

RETRIBVE seruo tuo] videlicet mihi atque vniuerso Christianorum conuentui, quod peccan
do amisi, vel per omissionem promereri neglexi, videlicet gratiam [VIVIFICA me] spiritua-
liter vita gratiæ. Nam sicut anima viuificat carnem, sic gratia animam [ET custodiã sermones tuos]
id est, iussa tua implebo, confortatus ope luceque gratiæ, quæ sine hac gratia meritorie nequeo adim-
plere. ℂ (18) REVELA oculos meos] haud dubiũ quin interiores, id est, intellectum meũ specu-
B latiuum & practicum, rationem superiorem & inferiorem, doce atque clarifica per dona sapientiæ,
scientiæ, intellectus, atque consilii. Per illuminationem quoque angelicam & instructionem humanã
[ET considerabo] illuminatus à te [MIRABILIA de lege tua] id est, incomprehensibilia testimo-
nia, supernaturales articulos fidei: alia quoque in vtroque testamento contenta mysteria, quæ sine il-
luminatione diuina considerari syncere non valent, imo multi infelices hæretici præsumẽtes talia na
turali lumine considerare ac mensurare, sectas æternæ perditionis introduxerunt. Hos oculos reue-
lari optabat Apostolus suis discipulis dum ait, Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, in agnitione Ephe. 1.
eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ. Indigeo autem ô domi
ne reuelatione prædicta. Nam [INCOLA ego sum in terra] id est, viator non comprehensor, sicut
incolæ cæli: sed peregrinus, & aduena. Idcirco per fidem non per speciem ambulo. Quoniam (teste 2. Cor. 3.
Apostolo) quamdiu sumus in corpore peregrinamur à domino. Videmúsq; per speculũ in ænigma- 1. Cor. 13
te, cognoscentes ex parte. Propterea indesinẽter diuina illustratione indigeo, quia corpus quod cor- Sapien. 9
rumpitur, aggrauat animam, & cogitationes mortalium sunt timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ
[NON abscondas à me mandata tua] sed doce me ea, vitiorum caliginem mandatorum agnitionem
obtenebrantem auferendo à me, & gratiæ lumen ita augendo in anima mea, vt nulla occupatio eam
impediat à diuinorum memoria mandatorum. ℂ (19) CONCVPIVIT anima mea desiderare iu-
C stificationes tuas] hoc est, anima mea quæ adhuc imperfecte ac tepide concupiscit tua mandata, seu
mandatorum operationes, desiderat ea ardenter atque perfecte concupiscere. Sicut enim intellectus,
sic & voluntas supra proprium actum reflectitur. Ideo sicut anima per intellectum intelligit se intel
ligere, actúsque sui imperfectionem cognoscit, atque perfectiorem notitiam cupit: sic anima per vo-
luntatem suam intellectualẽ concupiscentiam cupit, & vult, eiusque incomplementum experitur, &
desiderium magis cõpletum adipisci molitur, quoniam tam intellectus quam voluntas ex imperfecto
ad perfectionẽ progreditur. Concupiscit autem anima mea desiderare iustificationes diuinas, id est,
opera iusta, quibus iustificetur, non qualitercunq;, sed [IN omni tẽpore] quatenus perseueret in san
cto affectu. Non quod singulis horis valeat actualiter desiderare huiusmodi, sed vt debitis, certis, &
cõgruis horis omnium temporum eas desideret, iuxta quem modum dicit Apostolus, Sine intermis-
sione orate. Debemus tamen indesinenter hæc bona desiderare actu vel habitu. ℂ (21) INCRE- 1. Thes. 5.
PASTI superbos] In sacra scriptura frequenter reprehenduntur omnes superbi, sicut cum in Eccle Eccle. 10
siastico dicitur, Quid superbit terra & cinis? Et alibi, Omnis qui se exaltat humiliabitur. Et, Deus su- Luc. 14.
perbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Denique angelos superbientes in cælo deus increpauit, Iacob. 4
dum eos è cælo in aerem caliginosum deiecit ac inferum. Quemadmodum scriptum est, Angelos qui Iudæ. 1.
non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domiciliũ in iudiciũ magni dei vinculis
D æternis sub caligine reseruauit. Et Petrus ait, Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus 2. Petr. 2.
inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reseruari. Protoplastos quoq; nostros Gene. 3.
parentes in paradiso superbientes deus increpauit & expulit [MALEDICTI] id est, à deo vitupe-
rati, æternalitérque damnandi sunt [QVI declinant] finaliter [A MANDATIS tuis] ea non obser
uando. Non enim quis potest saluari aut benedici nisi custodiendo præcepta dei excelsi. Angeli quo-
que superbi æternaliter maledicti sunt, prout dominus ait principi eorũ, Repleta sunt interiora tua
iniquitate, & eieci de monte sancto dei, & perdidi te ô Cherub, protegens de medio lapidum ignito-
rum. Primi quoque parentes temporaliter maledicti fuerunt, certis pœnis atque miseriis in præsenti
vita adiudicati: quemadmodum in Gen. legitur. ℂ (22) AVFER à me opprobrium & cõtemptũ]
Hoc tripliciter intelligi potest. Primo de opprobrio & cõtemptu actiuis, vt sit sensus, Da vt ego nul
li opprobrium inferam, nec aliquem spernam: quoniam magnũ malum est hoc, & æternæ dãnatio-
nis meritorium: iuxta illud, Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse Esaiæ. 33
sperneris? cum fatigatus desieris contemnere, cõtemneris. Et, Nunquid non pater vnus est omnium
nostrum? nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem suũ Malac. 2.
violans pactum patrũ nostrorum? Secundo exponitur de opprobrio & contemptu passiuis, quæ pe-
timus nobis auferri: vt non exprobremur & contemnamur ab aliquo, præsertim dum promeremur:
aut propter iustitiam, cũ sanctus Petrus dicat, Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, sed ne 1. Petr. 4.

per impatientiam superemur in talibus. Dum enim patienter sustinemus, auferuntur à nobis quātum E
ad nocumentum imo tunc multum proficiūt ad coronam. Tertio sic, Aufer à me opprobrium male-
dictionis, qua maledicuntur superbi & inobedientes, & contemptum transgressionis: ne mihi dicatur
1.Re.15. quod dictū est Sauli, Quare contēpsisti verbū domini? [QVIA testimonia tua] id est, sacra eloquia à
te testificata, & multipliciter confirmata [EXQVISIVI] ad cognoscendum & operandum. Idcir-
co congruit te exaudire me. ¶ (23) ETENIM sederunt principes & aduersum me loquebatur]
Contra martyres Christi, & alios iustos sæpe sederunt ac sedent principes mundi, homines impii in
conciliis atq; iudiciis aduersus eos loquentes, & de eorum morte aut persecutione tractantes. Deniq;
contra nos omnes sedent. i. parati manent principes, hoc est, dæmones. De quibus dicit Apostolus,
Ephe.6. Non est nobis colluctatio contra carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contrà
spiritualia nequitiæ in cælestibus. Et aduersum me loquebantur. Nam inter se tractant, & suo modo
loquuntur, quo genere tentationis vnumquēq; deiiciant. Singulorum nanq; mores & studia curiose
explorant, & ibi quærunt nocumentum inferre, vbi quēpiā viderint studiosius occupari: de his quoq;
vitiis vnūquenq; tentare conantur, ad quæ viderint eum procliuiorem. Nec mirum si contra nos ta-
Iohā.14. liter sedent & machinantur, cum Christus de vno horum professus sit, Venit ad me princeps mundi
& in me non habet quicquam [SERVVS autem tuus] in tali oppugnatione [EXERCEBATVR]
hoc est, mēte & opere occupabatur [IN iustificationibus tuis] id est, in diuinis præceptis. Vna enim F
occupatio expellit aut minuit aliam, maxime si intendatur. Idcirco debemus tanto vehementius in di
uinis occupari, meditando, orando, psallendo, scribendo, aut alia opera bona patrando, quanto vide-
mus nos grauius tentari: sic enim tentatio minus sentitur. Ocium vero maxime roborat aduersarii po
testatem. ¶ (24) NAM & testimonia tua meditatio mea est] Non essentialiter sed materialiter,
quia testimonia tua continue meditor, aliàq; cogitare detestor, [ET consilium meum] sunt [IVSTI-
Tob.3. FICATIONES tuæ] id est, mandata, ita quod totum cōsilium meum versatur & ordinatur ad hoc
vt præcepta tua obseruem. Talis erat venerabilis illa Sara, quæ ait, Nunquam cum ludentibus miscui
me; neq; cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. DALETH.

ADHAESIT pauimento anima mea] id est, corpori graui, terreno & corruptibili coniuncta
est anima mea tanquam forma substantialis atque intrinseca: idcircò frequenter à bonis ope-
Sap.9. ribus impeditur, quoniam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Frequen-
ter quoq; adhæsit anima mea per consensum illicitū pauimento huic sequendo concupiscentias eius.
Eccle.18. Contra quod in Ecclesiastico dicitur, Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere.
Itaq; captiua ducta est anima mea in legem peccati, quæ regnat in membris meis. De qua dicit Apo-
Rom.7. stolus, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Vnde cum sancto Apo- G
Ibidem. stolo exclamare compellor, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? id est de vi-
tiis, defectibus, & concupiscentiis, seu impedimentis huius mortalis corporis? Et respōdit, Gratia dei
per dominum nostrum Iesum Christum. Nunc enim per gratiam dei minuuntur, & alleuiantur prę-
dicta mala, quæ animæ accidunt ex corporis coniunctione. In resurrectione vero futura penitus au-
ferentur, quia tunc corpora erūt omnino animabus sanctis subiecta, proportionata, & assimilata, se-
Rom.8. cundum quod ad Rom. inducitur, Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē glo-
riæ filiorum dei. Idcirco nunc subditur [VIVIFICA me] per gratiæ infusionem, operúmq; bono-
rum promptam ac viuidam executionem, ne inferioribus istis adhæreā, sed toto affectu cælestia quæ-
2.Co.10. ram, & in carne viuens non secundum carnem ambulem, quatenus cū apostolo valeam profiteri, No
Philip.3. stra autem conuersatio in cælis est. Viuifica autem me [SECVNDVM verbum tuū] quo in sacra scri-
ptura promittis te exauditurum precantem, & ei gratiam omnem quam postulat infusurū, prout scri
Matth. 11 ptum est, Omnia quæcunq; orantes petitis credite, quia accipietis, & euenient vobis. Vel secundum
Deut. 8. verbum tuum, in Deut. conscriptum est, quo dicitur, Non in solo pane viuit homo, sed in omni ver-
Matth. 4 bo quod egreditur de ore domini. ¶ (26) VIAS meas] hoc est, operatiōes meas interiores & ex-
teriores [ENVNCIAVI] tibi omnia cognoscenti: vel tuo vicario sacerdoti, confitēdo humiliter im
perfectū meū & culpas, omneq; bonum tibi totaliter ascribendo [ET exaudisti me] indulgentiā lar-
Iob.13. giendo, gratiamq; præstando. Vnde Iob dicit, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Salua H
Psal.36. tor meus. Superius quoque, Reuela domino viam tuam & spera in eo, & ipse faciet [DOCE me iusti-
ficationes tuas] id est, mandata. vt ea salubriter, non inaniter sciam, & impleam. ¶ (27) VIAM]
id est, processum & ordinem [IVSTIFICATIONVM tuarum instrue me] vt sciam quæ mandata
sint prima atq; præcipua, quæ necesse est primo principaliterq; impleri. Hæc enim sunt duo charita-
tis præcepta, in quibus alia virtualiter continentur [ET exercebor in mirabilibus tuis] hoc est, quod
paulo ante induxit, Considerabo mirabilia de lege tua. Quid itaq; est in mirabilibus dei exerceri, nisi
oculo illuminato contemplari, humiliter atq; subtiliter incomprehensibilia testimonia fidei Christia
næ, videlicet qualiter deus sanctus & gloriosus, quamuis sit vnus summeq; simplex in essentia, verissi-
me tamen trinus est in personis? Et quod ex ineffabili trinitatis consilio incarnatus est filius dei pro-
pter nostram reparandam salutem, quod mater eius virgo permansit, cætera quoque Christi myste-
Psal.65. ria contemplari. Considerare etiam, quàm terribilis sit deus in consiliis super filios hominum, quan-
ta suauitas eius circa electos. quanta seueritas ad reprobos. ¶ (28) DORMITAVIT anima mea
Prou.19. præ tædio] Dormire proprie conuenit pigro: iuxta illud, Pigredo immittit soporem. Et iterum Salo
Prou.6. mon ait, Vsquequo piger dormis? Dormitare autem conuenit fatigato seu lasso. Anima vero graua-
tur atque lassatur sarcina corporis, propter varias necessitudines eius. Anima ergo dormitat præ tæ-
dio, dum fatigata onere corporis ad spiritualia minus affectuose afficitur, ipsaque difficultate profi-

A ciendi,seu dilatione consolationis internæ quodammodo frangitur, ideo indiget diuinitus conforta-
ri,pro quo orat subdendo [CONFIRMA me in verbis tuis] id est,da mihi ex lectione,auditione,vel
commemoratione sacræ scripturæ cordialiter roborari, sicut dũ audio,lego,aut recolo, Quia nõ sunt Rom.8.
condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.Et, Vigilate,state in fide,viriliter agite, con 1.Co.16.
fortamini.Nam teste Apostolo,Omnis scriptura diuinitus inspirata,vtilis est ad docendum, vt perfe 2. Thes.3
ctus sit homo dei ad omne opus bonum.Et scriptum est,Sermo dei clypeus est omnibus sperantibus Prou.30.
in se. ℭ(29) VIAM iniquitatis]hoc est,viam iniquam. Vel viam iniquitatis,id est,præambulum,
dispositionem,seu occasionem peccandi [AMOVE à me] non enim possibile est vitare peccatũ,nisi
peccandi occasio vitetur,quam si non possumus semper humana virtute cauere,precamur vt deus eã
amoneat præueniendo nos gratia sua,& præseruando ab omni ruina [ET lege tua] id est,secundum
decretum misericordiæ tuæ,qua proprium tibi est misereri & parcere [MISERERE mei] dimittẽ-
do peccata & dona gratiæ multiplicando in me. Vel,lege tua,id est,in lege diuina nobis proposita:
miserere mei,ignoscendo quod contra eam committo siue omitto. ℭ(30) VIAM veritatis] hoc
est,fidem catholicam,conuersationémq; iustam [ELEGI]contemptis erroribus peccatisq; pristinis. Rom.7.
Vnde dicit Apostolus,Condelector legi dei secundum interiorem hominem [SVNICIA tua].i.iu-
stas sententias atque vindictas,quibus à principio mundi iniustos reprobasti & afflixisti: bonos vero Gene.7.
B saluasti,vt patet in diluuio,in submersione Pentapolis,in occisione Pharaonis ac populi eius, [NON Gene.19
sum oblitus] quia eorum memoria salutarem mihi timorem incutit,spemq; confortat. ℭ(31) AN- Exo.14.
HAESI testimoniis tuis domine] fide & opere,faciẽdo quæ noui tibi placere:propterea [NOLI me
confundere,] frustrando me spe mea,repellendo precem meam,aut permittendo vt cadam,& confu
sione dignus efficiar. ℭ(32) VIAM].i.operationem [MANDATORVM tuorum cucurri].i.festi-
nanter impleui,ardenter executus sum [CVM dilatasti cor meum] infundendo ei desiderium feruĩ-
dum,quo cor aperitur ad consentiendum omnibus dilecto placentibus. Cor enim charitate spiritua-
liter dilatatur,exhilaratur,& ampliatur in deo,& bonis operibus. Amanti autẽ nihil difficile est. Ideo
talis currit magis quàm vadat aut ambulet in lege diuina. Experiturq; verum esse quod scriptum est,
Mandata eius grauia non sunt. Et, Iugum meum suaue est,& onus meũ leue. Dum ergo sentimus nos 1.Iohã.5.
feruentes & alacres in diuinis,non gloriemur in nobis inaniter sed in deo humiliter, gratias agendo Matt.11.
charitati & gratiæ eius,simusq; cauti ac prouidi contra gloriam vanam,aliorum contemptum,futu-
rámq; ruinam.

HE.

LEGEM pone mihi domine viam iustificationum tuarum] hoc est,legem diuinam omnibus ge-
neraliter positam,quæ est via iustificationum tuarum,quia per legem iustificationem tuam acqui
rimus. Hanc legem pone mihi singulariter in corde,& ante oculos mentis,quatenus die ac nocte co-
C gitem eam. Hæc autem positio fit per hoc,quod deus animæ influit lucem gratiæ copiose, per quam
frequenter,faciliter,& perseuerãter meditatur ea quæ scripta sunt in lege diuina,noua ac veteri,ideo
subditur [ET exquiram] id est,exquisite quæram [EAM semper] perseuerando in ea quamdiu sum.
ℭ(34) DA mihi intellectum] hoc est,donum spiritus sancti,quod dicitur intellectus. Vel intelle-
ctum,id est,intelligentiam actualem ex gratia procedentem [ET scrutabor] id est,diligenter conside Esa.11.
rabo & inuestigabo [LEGEM tuam] pensando quid in ea proponatur credendum,quid sperãdum,
quid amandum,quid formidandum,quid agendum, quid præcauendum, quid etiam dicat iubendo,
quid consulendo, [ET custodiam illam] scilicet legem diuinam [IN toto corde meo] eam videlicet
recolendo,contemplando,diligendo,& exequendo. ℭ(35) DEDVC me] per gratiæ claritatem,
angelicámq; directionem [IN semita,] id est,in processu & executione [MANDATORVM tuo-
rum] moralium,ne aberrem, Mandata autẽ ceremonialia cessarunt [QVIA ipsam volui] id est,quia
hanc semitam concupiui,& ita feci quod in me est,præparando videlicet me ad gratiã tuæ deductio-
nis. Decet igitur te,vt me exaudias atq; deducas. ℭ(36) INCLINA cor meũ in testimonia tua]
hoc est,intellectum & voluntatem animæ meæ per gratiam tuam cõuerte ad sacra eloquia,& inchoa
bonum in me,quoniam tu es qui operaris in nobis & velle & perficere,pro bona voluntate,id est,ex Philip.2.
tua benignitate secundum Apostolum, Omnia quoque opera nostra operatus es in nobis [ET nõ in Esa.26.
D auaritiam] quia qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Inclina itaq; cor 1.Tim.6.
meum ad bona diuina,intantum, vt ab inordinato amore terrenarum rerum penitus auertatur.
ℭ(37) AVERTE oculos meos] exteriores & interiores [NE videant] aut videre desiderent [VA
NITATEM] id est,mundi spectaculum,speciem mulieris ornatæ &c.quorum consideratio nocet.
Plurimum enim nocet inconsideratio visus,& ad magnam ruinam disponit. Mors quippe per fene-
stram ingreditur,mens ipsa distrahitur,concupiscẽtia prouocatur, affectionésq; variæ ac nociuæ in-
de nascuntur. Propter quod scriptum est, Noli circunspicere in vicis ciuitatis: auerte faciem tuã à mu Ierem.9.
liere compta,propter speciem mulieris multi perierunt. Et Ezech. Vnusquisque offensiones oculorũ Eccle.9.
suorum abiiciat,ait dominus,[IN via tua] id est,in obseruatione legis diuinæ [VIVIFICA me] vi- Ezec.20
ta gratiæ,& opera mea meritoria sint vitæ gloriæ scilicet vitæ æternæ. ℭ(38) STATVE seruo
tuo eloquium tuum,in timore tuo] id est,fac vt seruus tuus sacram scripturam reuerenter ac timora-
te recogitet,non ob gloriam vanam,sed vt ex ea à vitiis retrahatur,atq; in omnibus secundum diui-
num eloquium gubernetur. ℭ(39) AMPVTA opprobrium meum quod suspicatus sum] hoc est,
aufer à me malum omne quod aliis ex suspitiõe imposui,ne aliquem temerarie iudicem, ne alteri de-
traham [QVIA iudicia tua iucunda] id est,iusta,vera,& sancta, & per consequens ex sua natura iu
cunda sunt: imo bonis iucunda sunt iudicia,quibus damnantur peruersi. Electis vero iucundum erit
iudicium,quod de eis dominus faciet, Venite,inquiens,benedicti patris mei. ℭ(40) ECCE con- Matt.25.

cupiui mandata tua] plus quàm omnia bona terrena [IN æquitate tua] id eſt, in iuſta conuerſatione E
quæ dicitur æquitas tua, tanquam à te data & tibi accepta, [VIVIFICA me] gratiam confortãdo in
anima mea, quatenus ſemper vigil, viuens & agilis ſim in vita decenti. Ne mihi dicatur illud Apoca.
Apoc.3. Nomen habes quod viuas, ſed mortuus es.

## VAV.

ET veniat ſuper me miſericordia tua domine] Secundũ doctores ſanctos, hic propheta loquitur in perſona gentilium, vel totius generis humani: orans pro Christi aduentu, & redemptione facta per eum: vt ſit ſenſus, Et veniat ſuper me per incarnationẽ miſericordia tua domine. i. filius tuus ò deus pater, per quem miſertus es noſtri, & qui es fons omnis pietatis & gratiæ. Vnde qd
per miſericordiam iſtam intelligendũ ſit, planius panditur [SALVTARE tuũ] hoc eſt, Christus ſal-
Eſa.52. uator, de quo in Eſaia habetur, Videbunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri [SECVNDVM eloquium tuum] id eſt, Chriſtum mitte ad nos, quemadmodum per prophetas locutus atque pollicitus es. Poteſt quoq; vnuſquiſque pro ſe iſta orare. Et veniat ſuper me miſericordia tua domine, id eſt, effectum pietatis tuæ mihi infunde, ſalutare tuum, id eſt, ſaluatio tua veniat ſuper me, ſecundũ eloquiũ
Luc.11. tuum, quo in ſcripturis gratiam deprecanti promittis, dicendo, Pater cæleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. ¶ (42) ET] ego ita adiutus gratia tua [RESPONDEBO] inſpirante ſpiritu ſancto [EXPROBRANTIBVS] id eſt, opprobrioſe loquentibus [MIHI verbum] bonum & efficax, ſecundum quod materia exigit. Reſpondebo enim dæmonibus verbum cordis negando conſenſum, F
hæreticis verbum ſapientiæ defendendo fidem. Iniuriantibus verbũ patientiæ, vincendo in bono ma-
Rom.12. lum, detractoribus verbum operis, bene viuendo. Sicque implebo verbum Apoſtoli, Sciatis, quomo-
Coloſ.4. do oporteat vos vnicuiq; reſpondere. Porro tam efficaciter reſpondebo [QVIA ſperaui in ſermonibus tuis] id eſt, verum eſſe credidi atq; in me implendum ſperaui, quod in Euangelio dicis, Non vos
Matt.10. eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et iterum, Ego dabo vobis os & ſa-
Luc.21. pientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarii veſtri. Vel ſic, Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum iſtud quod ſequitur, Quia ſperaui in ſermonibus tuis, id eſt, quicquid illi mihi improperent non curabo, nec verbis contendam ſed dicam eis, Ego ſpero in ſermonibus dei
Matth.5. mei, quibus prædixit beatos qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et, Mihi vindictam, &
Rom.12. ego retribuam. Spero ergo, quod dominus tempore ſuo reſpondebit & iudicabit pro me: prout ſcri-
Prou.20. ptum eſt, Ne dicas, reddam malum pro malo: expecta dominum, & liberabit te. ¶ (43) ET ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque] id eſt, propter peccata mea non tollas à me verbum laudis diuinæ, inſtructionis fraternæ, prædicationis catholicæ, reſponſionis condignę. Sed tu domine
Eccle.51. ſis mihi motor, doctorq; linguæ: ſicut in Eccleſiaſtico dicitur, Dominus dedit mihi linguam mercedẽ
Eſa.50. meam. Et per Eſaiam, Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt G
verbo, Hæc ergo domine tribue mihi [QVIA in iudiciis tuis] quibus iuſte iudicas, iuſteque agis, vt
Matt.11. abſcondas verbũ huiuſmodi à ſapientibus & prudentibus, & reueles ipſum paruulis. In iudiciis quo-
1.Cor.1. que quibus abiecta & infirma mundi eligis, vt fortes & ſapientes confundas [SVPERSPERAVI] id eſt, vehementer ſperaui. Ex hac nanque conſideratione roboratur ſpes mea, hisq; penſatis deſperare non valeo, quamuis ſim vilis, abiectus, & modicus. ¶ (44) ET cuſtodiam legẽ tuam ſemper] videlicet [IN ſeculum & in ſeculum ſeculi] id eſt, quamdiu ſum, eam mente reuoluẽdo, & opere adimplendo. ¶ (45) ET ambulabã] hoc eſt, conuerſatus ſum [IN latitudine] charitatis dei & proximi, quæ charitas adeo lata eſt, vt ſe vbiq; communicet, nil ſibi proprium ſeruans, ſed vſq; ad æmu-
1.Co.13. los ſe extendens. Quia (vt ait Apoſtolus) charitas non æmulatur, non agit perperam, non irritatur,
Luc.13. non quærit quæ ſua ſunt [QVIA mandata tua] quibus præcipis etiam aduerſarios diligi, [EXQVI-
Matth.7. SIVI,] ſcire & agere. Sed cum Chriſtus dicat, Contendite intrare per anguſtam portam, & arcta eſt via quæ ducit ad vitam: quomodo poteſt aliquis iuſtus in latitudine ambulare, præſertim cum lata ſit via, quæ ducit ad mortem? Et reſpondendum, quod via domini & porta ducens ad vitam appellatur anguſta & arcta: via vero ſeu porta perditionis ſpatioſa & lata: quoniam ſicut teſtatur princeps theologorum ſacratiſsimus Dionyſius, & idem ait Ariſtoteles: virtus ſeu bonũ eſt ex integra cauſa, videlicet concurrentibus omnibus circũſtantiis ad virtutem requiſitis: peccatum vero eſt ex ſingulis circũſtantiis omiſsis. Et ergo contingit multis modis peccare, errare, deficere. Sed benefacere non contingit niſi vno modo, Virtus enim cõſiſtit in vno medio, peccatum vero in receſſu à medio: medium au- H
tem vno modo atque cum difficultate attingitur. Multis vero modis & faciliter à medio iſto receditur, idcirco facilius eſt peccare quàm virtuoſe agere. Sicut facilius nõ eſt tangere ſignum ad quod ſagittantes ſagittant, quàm illud contingere. Sed huic anguſtiæ non obuiat latitudo dilectionis, quæ omnia arcta efficit ampla, & vniuerſa difficilia prope nulla, quoniam nulla forma operatur tam prompte, tamq; iucunde vt charitas. ¶ (46) ET loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regũ, & non confundebar.] Hic verſus præcipue competit ſanctis martyribus, quibus Chriſtus in Euangelio ait,
Matt.20. Ante reges & præſides ducemini propter me. Illic ipſi confeſsi ſunt, nomen, fidem, documentáque Chriſti, & non ſunt confuſi. Imo aduerſarios fidei confuderunt, quia non poterant reſiſtere ſapiẽtiæ
Act.6. & ſpiritui qui per martyres loquebatur, ſicut de Stephano ſcriptum eſt, Erátque ſupermirabile & omni pene miraculo mirabilius, quod tenerrimæ virgines & adoleſcentulæ illuſtriſsimæ tam conſtanter tamq; inſuperabiliter reſponderunt regibus, iudicibus, philoſophis, & tyrannis, vt patet de beatiſsimis Vrſula, Barbara, Catharina, Agatha, Agnete, & aliis infinitis. Debemus autem & nos coram
Tobię.2. omnibus Chriſtum libere confiteri, & eius teſtimonia fideliter eloqui, quoniam ipſe ait, Qui me eru-
Luc.6. buerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cũ venerit in regno ſuo. ¶ (47) ET meditabor in mandatis tuis quæ dilexi] Quod enim ardentius amatur, frequentius cogitatur, & ipſa me-

A ditatio formata eſt fructus mandati. ℂ(48) ET leuaui] id eſt, extendi [MANVS meas] id eſt, po-
tentias operatiuas, deſideria cordis, & corporis membra [AD MANDATA tua quæ dilexi] quate-
nus ea actu implerem, quoniam ipſa meditatio ſine opere non ſufficit, ſi operandi aſsit facultas [ET
exercebar] ſecundum modum iam dictum, videlicet meditando, loquendo, & operando [IN iuſtifi-
cationibus tuis] id eſt, in diuinis mandatis obedientem iuſtificantibus.

ℂZAIN.

MEMOR eſto verbi tui ſeruo tuo] .i. ad ſalutẽ famuli tui fac ſicut locutus es, ſcilicet ne propter Matth.7.
noſtram malitiã deſinas facere quod aliter faceres. Dixiſti enim ô dñe, Omnis qui petit, accipit: Iohan.21
& qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur. Dixiſti etiam, Beati qui non viderunt & crediderunt. Et Iohan.12
alibi, Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Omnia verba hæc impleantur in me & ſingulis nobis
[IN quo] verbo [MIHI ſpem dediſti.] Hæc namq; atque ſimilia verba conferunt ſpem indulgentię,
ſpem gratiæ, atque fiduciam gloriæ acquirẽdæ. Huic ſimile eſt quod Salomon orat, Et nunc dñe deus 3.Reg.8.
Iſrael firmentur verba tua quæ locutus es Dauid ſeruo tuo patri meo, & fac ſicut locutus es, vt ma-
gnificetur nomen tuum. ℂ(50) HAEC] ſpes concepta ex verbo dei [ME conſolata eſt in humilita-
te mea] .i. in omni oppreſsione & afflictione vitæ præſentis, atq; in humiliatione qua me propter pec
B cata mea contẽpſi. Nam ex hac ſpe deſperationẽ excluſi, remiſsioniſque gratiã expectaui [QVIA elo
quium tuum] prædictũ conſolatorium, [VIVIFICABIT me] .i. animauit & inflammauit animam
meã ad bonum. ℂ(51) SVPERBI inique agebant vſquequaque] qm̃ deum offendunt cogitando,
loquendo & operando, ſeipſos excuſando, & alios inficiendo. Ideo ſcriptum eſt, Peccator adiiciet ad Eccle.30
peccandũ. Et, Impius cũ in profundum peccatorum venerit, contemnit. Eccl's quoq;, Peccator cen- Prou.18
ties facit malum, & per patientiam ſuſtentatur. Peccatum nempe præſertim mortale, quod per pœni
tentiam non deletur, ſuo mox pondere trahit ad aliud. Vnde ait apoſtolus, Omnia munda mundis,
coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundũ: ſed inquinatæ ſunt eorum mens & conſcientia, cũ
ſint abominati & reprobi [A LEGE autẽ tua non declinaui] vel quia nunquã eam tranſgreſſus ſum,
quod competit his qui non peccauerunt mortaliter, vel quia ad tẽpus & nunc vſq; ſeruaui eam, quod
pœnitentibus conuenit. Loquitur enim Dauid in Pſal. hoc in perſona generalis iuſti, idcirco non o-
mnia verba pſalmi huius ſingulis iuſtis conueniunt. ℂ(52) MEMOR fui iudiciorum tuorũ] quæ fa
cta ſunt [A SECVLO] .i. ab origine mundi, ô [DOMINE] conſiderando quomodo à principio mun
di rebelles, & animoſos, reprobaſti: mites vero obedientes, & humiles liberaſti, quo ad vitam æternã,
quamuis interdũ permiſiſti eos temporaliter tribulari, corporaliterque occidi propter purgationẽ cul
C parum, & augmentũ meritorũ ac pręmiorum: quomodo etiam ſemper electi tui in hac vita afflicti
ſunt, reprobi vero hic floruerunt [ET conſolatus ſum] ex iſta memoria, ſperãs me ad ſortem electo-
rum pertinere, eo quod ego tantis tribulationibus tentationibúſque afficiar. ℂ(53) DEFECTIO
tenuit me] .i. magnus timor inuaſit me [PRO peccatoribus derelinquentibus legem tuam] .i. ex con-
ſideratione hominũ peruerſorum: quia dũ me eis in natura ſimilem video, vehemẽter formido ne ex
humana fragilitate incidam vitia atque pericula, quæ eos incidiſſe conſpicio. Quantumcunque enim
ſit homo perfectus, debet tamen eſſe cautus & metuẽs, ne illis aſsimiletur in culpa, quibus cõforma-
tur in natura. Ideo namq; Salo. ait. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Et dicit apoſtolus, Cõſide- Prou.28.
ra teipſum, ne & tu tenteris. Et alibi, Itaque qui ſtat, videat ne cadat. Vel ſic, Defectio, hoc eſt, ingens Galat.6
compaſsio ſeu mœror deficere faciens, tenuit nos pro peccatoribus, & c. in tantum corũ errori & cæ-
citati compaſſus ſum, ſicut ait apoſtolus de ſeipſo, Triſtitia mihi eſt magna & continuus dolor cordi
meo pro fratribus meis Iudæis. Ex hac etiam defectione ex vera charitate ortũ habente, dixit Mich.
Vtinam non eſſem vir ſpiritum habens & mendacium potius loquerer. Tanta enim eſt pietas homi-
num perfectorum, vt amplius doleant de aliena culpa & miſeria, quàm de propria pœna atque iniu-
ria, ſicut & indulgentiſsimus pater tanto plus condolet filio ſuo phrenetico, quanto pluribus ab eo
ictibus, iniuriiſque pulſatur. ℂ(54) CANTABILES mihi erant] Imo ſemper cantandę, & dele-
ctabiliter proferendæ ſunt [IVSTIFICATIONES tuæ] .i. dona diuina quibus iuſtificamur à te. ſ.
laudes diuinæ, mandata, flagella, & cætera quibus ſalubriter exercemur, [IN loco peregrinationis
D meæ] .i. in eccleſia militanti, in via exilii, in hoc corpore corruptibili, ſicut ſcriptum eſt, Lauda filia
Sion, iubila Iſrael, exulta in corde tuo filia Ieruſalem. Et apoſtolus, Cantantes (inquit) & pſallentes Sopho.3
in cordibus veſtris domino ſemper. ℂ(55) MEMOR fui nocte nominis tui domine] ſicut in Thre Ephe.5.
nis habetur, Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. Vel in nocte, hoc eſt, tempore aduer-
ſitatis & tentationis [ET cuſtodiui legem tuam] Nam memoria, ſcientia, ſeu contemplatio dei, ſine
obſeruantia legis, vana atque informis eſt, prout Paulus de reprobis fatetur, Confitentur ſe noſſe de-
um, factis autem negant. ℂ(56) HAEC] cuſtodia legis [FACTA eſt mihi] hoc eſt, gratia cuſto-
diendi legem data eſt mihi [QVIA iuſtificationes tuas] id eſt, præcepta [EXQVISIVI] vt ea im-
plerem. Idcirco dedit mihi creator omnipotens gratiam implendi. Nam ſcriptum eſt, Omnis qui pe-
tit, accipit: & qui quærit, inuenit.

HETH.

PORTIO mea domine, dixi cuſtodire legem tuam] hoc eſt, ô domine, ego dixi .i. apud me ſtatui,
quod cuſtodirem legem tuam .i. cuſtodia legis diuinæ, eſt portio mea, hoc eſt, bonum, quod ego
ex omnibus atque præ omnibus temporalibus bonis elegi, ita quod aliis exteriora & ſenſibilia bona
eligentibus, ego pro meliori elegi tibi in omnibus obedire, hoc eſt, legem tuam ſeruare. Lex enim di-
uina eſſe debet Chriſtiano locupletatio maxima, ita vt dicere poſsit illud, Præpoſui illam regnis & Sapien.7
ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Nec mirum, quia ſubiungitur, Venerunt
mihi omnia bona ſimul cum illa. Vel ſic, O domine qui es portio mea, id eſt, vnicum bonum quod

præ omnibus amo quod solum adipisci desidero : dixi.i. fortiter apud me ordinaui, custodire legem E
tuam, sine cuius custodia nõ saluatur adultus. ℂ (58) DEPRECATVS sum faciem tuam] hoc est,
te vbique presentem, & omnia conspectantem, vel pium aspectum tuum, & assistentiam gratiæ tuæ:
hanc faciem tuam precatus sum tanquam bonum finale, vt eam aliquando per speciem videam, sicut
& Moses deprecabatur, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostẽde mihi faciem tuam, vt sciam te. In
hac nempe visione beatitudo mea reposita est. Vel deprecatus sum faciem tuam, illud quod subditur
Ezech.18 [MISERERE mei] veniam gratiamque prestando [SECVNDVM eloquium tuum] quo locutus
es. Si impius egerit pœnitentiam, omniũ iniquitatum eius nõ recordabor amplius. ℂ (59) COGI-
TAVI vias meas] hoc est, vitã & opera mea discussi, & de bonis tibi ô domine gratias retuli, de ma-
lis vero pœnitui. Sicque [ET conuerti pedes meos].i. desideria mea, opera mea, & plantas corporis
[IN testimonia tua].i. in verba sacri eloquii, quatenus secundum tua præcepta, exempla atque consi-
Aggæ. 9. lia gubernem in omnibus memetipsum. Vnde in Aggæ. habetur, Ponite corda vestra super vias ve-
stras. ℂ (60) PARATVS sum] ex charitate feruenti, gratia habituali, habitibusque virtutum [ET
non sum turbatus] ex passione inordinata [VT custodiam mandata tua] nam habitus virtuosus effi
Ierem.17 cit hominem ad diuina paratum. Propter quod in Ierem. legitur, Ego non sum turbatus te pastorem
Colo.3. sequens. Et apostolus monet, Quodcunque facitis, ex animo facite. Beatus plane qui ita paratus est,
Luc.10. qui non turbatur circa plurima: sed vnum illud quod solum necessarium est summe & vnice quærit, F
cupit ac diligit. Talis dicere potest. ℂ (61) FVNES peccatorum] hoc est, impugnationes hostiũ vi-
sibilium & inuisibiliũ [CIRCVMPLEXI sunt me] qui in medio laqueorum ambulo. Vndique enim
conantur nos dæmones prauique homines à deo auertere, & suæ voluntati nos conformare. Propter
1. Petr.5 quod scriptum est, Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret:
cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionẽ ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri [ET
legem tuam non sum oblitus] id est, propter tentationem & aduersitatem, nequaquã recessi à te, nec
legem tuam transgressus sum. ℂ (62) MEDIA nocte surgebam ad confitendum tibi] duplici con-
fessione, videlicet laudis tuæ & propriæ culpæ. Hora enim mediæ noctis sicut dormientibus pigris,
solet esse periculosior, sic surgentibus religiosis esse consueuit salubrior. Tunc nempe, vt ait Ambro-
sius, feruet carnis illecebra, tunc mens somnolenta est, tunc tentator assistit, retia iacit quibus turbet
mentem improuidam: tunc varias deceptiones pectori dormientis infundit. Deniq; hora ista ad de-
uotionem confert maximam occasionem, quoniam tunc cessant strepitus exteriores, neque obiiciunt
se sensibus corporis rerum imagines, sicut in die. Surgebam itaque media nocte ad confitendum tibi
[SVPER IVDICIA iustificationis tuæ] id est, de iudiciis tuæ iustitiæ, quæ circa me exercuisti, qui-
bus iustificasti me, videlicet de omni misericordia quàm mihi dedisti, de castigationibus quibus me
afflixisti, cæterisque operibus, ex tuo iudicio circa me factis. ℂ (63) PARTICEPS ego sum o-
1. Cor. 10 mnium timentiũ te] timore casto & filiali, [ET CVSTODIENTIVM mandata tua.] Omnes enim G
in gratia existentes sunt vnum in Christo propter vinculum charitatis, qua connectuntur, nec quæ
sua sunt quærunt sed quæ aliorum. Idcirco meritum vnius redundat in alium, inquantum se mutuo
iuuant, & vnum per dilectionem existunt. Hinc enim indulgentię efficaciam sortiuntur, quoniã pro-
pter vnitatem capitis atque membrorum, videlicet Christi & Christianorum membrorum, id est, fi-
delium inter se communicatur, & cooperatur nobis meritũ Christi atque sanctorum. Ob hanc enim
1. Cor.10 participationem, communionem, & vnitatem mysticam electorum in Christo apostolus admonet,
Ibidem. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Et rursus, Vnus panis & vnum corpus multi sumus.
Iohan.17 Hinc etiam Christus orat, Rogo pater, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt sint
Ibidem. consummati in vnum. Et item, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum
sicut & nos. ℂ (64) MISERICORDIA tua domine] id est, effectibus pietatis diuinæ [PLE-
NA est terra] id est, homines viatores. Aut enim misericorditer conuertuntur, aut longanimiter to-
lerantur, aut paternaliter corriguntur, aut citra condignum patiuntur: omnesque generaliter com-
munibus beneficiis dei vtuntur, videlicet donis naturæ, & omnibus offert deus gratiam sicut aposto-
2. Cor.5. lus ait, Legatione pro Christo fungimur, tãquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo,
reconciliamini deo [IVSTIFICATIONES tuas] id est, mandata vitæ [DOCE me] quatenus ea
clarius semper cognoscam, atque perfectius impleam.

THET.

BONITATEM fecisti cũ seruo tuo dñe].i. tuam bonitatẽ mihi cõmunicasti, dando mihi pietatem
& gratiam, dona naturæ & munera gratiæ [SECVNDVM verbum tuũ] id est, sicut iubes nos fa- H
cere. Dicis enim & præcipis nobis bonitatem facere aliis prompte ac large, quemadmodum legitur,
Lucæ.6 Omni petenti te tribue. Et in Act. apostolorum Paulus, Oportet (inquit) reminisci verbi domini Ie
Act.20. su, qui dixit, Beatius est magis dare quàm recipere. Vel secundum verbum tuum, id est, sicut loqu-
tus es te bonitatem facturum nobiscum. Scriptum est nanque, Bonus est dominus sperantibus in se,
Thren.3. animæ quærenti illum. ℂ (66) BONITATEM].i. pietatem seu misericordiam [ET disciplinam] .i.
id est, rigorem iustitiæ [ET scientiam] id est, discretionem vtendi bonitate ac disciplina [DOCE me]
Rom. 12. quatenus meipsum seu mihi commissos efficaciter regam, vt sit rationabile obsequium meum. Hæc
tria præcipue pertinent ad prælatos & principes. Nec sufficit eis vnum istorum sine aliis, ne sit pie-
tas laxa, vel iustitia crudelis, vel sciẽtia sine opere. Necessaria ergo est prælato pietas disciplinaris seu
iusta, & disciplina benigna: quod esse non potest, nisi assit scientialis discretio, qua discernatur quan-
do & quomodo vti oporteat pietate & disciplina, cõmiscendo vtrasque ad inuicem secundum verum
Prou.26. rationis iudiciũ. Pertinet autem bonitas ad rectorem: iuxta illud, Roboratur clementia thronus re-
Prou.39. gis. Iustitia quoque seu disciplina: iuxta illud, Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in

A æternum firmabitur. Maxime quoque ſpectat ad eũ ſcientia, quatenus inter verum & falſum, bonum
& malũ diſcernere queat Vnde cõqueritur apud Eſaiam dñs, Ipſi paſtores ignorauerunt intelligen- Eſaię. 36
tiam. Et per Oſee teſtatur, Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ego ne ſacerdotio fungaris mihi.
Nam vt Chriſtus per ſeipſum diſſeruit, Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Oſee. 4
Hinc etiam Moſes inſinuans qui eſſent ad prælationem & regimen aliorũ digni atque idonei, Date Mat. 15.
(inquit) ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorũ conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, & po- Deut. 1.
nam eos vobis principes. Hęc tribue mihi ô domine [QVIA mandatis tuis credidi]. i. operando cõ-
ſenſi, credidique eis: non verbo ſolo aut lingua, ſed opere & veritate. Oportet nanque ſecundũ Philo 1. Iohã. 1.
ſophum credere addiſcentẽ. Nec diſſonat Eſaias qui ait, Si non credideritis, non intelligetis. Qui igi- Eſaiæ. 7
tur cupit diuinitus illuſtrari, firmiter credat. ❡(67) PRIVS quàm humiliarer] per flagella, diffor-
tunia & aduerſa [EGO deliqui.] Multi enim tempore proſperitatis multipliciter peccant, qui dum à
ſtatu ſuæ proſperitatis deficiuntur atque diuinitus caſtigantur, retrahuntur à malo, & flagellis edocti
conuertuntur ad deum, ideo ſubditur, [PROPTEREA]. i. propter humiliationẽ iſtã [ELOQVIVM
tuum cuſtodiui] obediendo de cætero ſermonibus tuis. Ideo per Ieremiã inducitur, Caſtigaſti me do Iere. 31.
mine, & eruditus ſum. Et alibi dñs ait, Ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria. Ex cor- Oſee. 2.
B rectione ergo diuina experitur homo q̃ bonum ſit dño obedire, ad quod pertinet illud, Tantummo- Eſa. 28.
do ſola vexatio dabit intellectum auditui. Vel, Prius q̃ humiliarer. i. antequam humiliarem meipſum,
conſiderando miſerias meas innumeras, ego deliqui, quoniam ſuperbia mater eſt omnis peccati. Vn-
de qui ſe non humiliat infinita vitia incidit. Propterea ne ſic delinquam, eloquium tuum quod dicis,
Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, cuſtodiui, humiliando meipſum. Quia odibilis coram Mat. 11.
deo & hominibus eſt ſuperbia. Propter quod in Tobia habetur, Superbiam nunquam in tuo ſenſu Eccle. 10
aut in verbo tuo dominari permittas. In ipſa enim initiũ ſumpſit omnis perditio. ❡(68) BONVS Tob. 4.
es tu] naturaliter, quomodolibet atq; totaliter. Vnde ſcriptura affirmat, Nemo bonus niſi ſolus deus. Luc. 18.
[ET in bonitate tua]. i. ſecundũ ꝙ tu bonus es & clemens es [DOCE me iuſtificationes tuas] id eſt, Pſal. 94
mandata. Beatus enim quem tu erudieris domine. Quoniam omnis qui audiuit à patre & didicit, ve Iohan. 6.
nit ad Chriſtum, vt ipſe ait. ❡(69) MVLTIPLICATA eſt ſuper me iniquitas ſuperborum]. i. ſu-
perbi diaboli hominesque elati, quorum pater diabolus eſt, multipliciter conati ſunt me ad malũ in- Sapien. 9
ducere, minando, blandiendo, perſequendo. [EGO autem in toto corde ſcrutabor mandata tua] vt
ſciam quid tibi acceptum ſit, cui tanto ſtudioſius placere adhærereque volo, quanto illi multiplicius
me impellunt ad malum. Hoc non conuenit eis qui radices non habent, ſed tempore tentationis la- Luc. 9.
C buntur. Ideo Eccl. docet, Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui. ❡(70) COAGVLA- Eccle. 5
TVM eſt ſicut lac cor eorum]. i. in malitia induratum [EGO vero legem tuam meditatus ſum] cuius
meditatio clypeus eſt contra omnem malignitatem tentantium. ❡(71) BONVM mihi quoniã hu- Eſter. 14
miliaſti me] per flagella & tentamenta, ſeu priuando me honore & gloria mundi, ſeu dando animæ
meæ humilitatis virtutem [VT diſcam iuſtificationes tuas] quas ſuperbus diſcere nequit, quoniã ſpi-
ritus ſanctus abominatur ſuperbum. ❡(72) BONVM mihi lex oris tui] id eſt, lex decem præcepto-
rum moralium, & lex euangelica, quam Chriſtus proprio ore edocuit [SVPER milia auri & argen-
ti]. i. præ omnibus diuitiis ſeculi. Ponit nanque determinatum pro indeterminato, quia incomparabi
liter melior nobis eſt lex diuina, q̃ quæcunque temporalia bona, ſecundum illud, Melior eſt acquiſitio Prou. 3.
eius negotiatione auri & argenti. Propterea obligamur deo maximas reddere grates, quòd legem di
uinam nobis largitus eſt: & tanto grauius peccamus legem tranſgrediendo, quanto legiſlatori deo gra
tiores eſſe tenemur de legis ſuę ſanctiſsimæ dono.

IOD.

MANVS tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me.] Eadem verba ſcripta ſunt in lib. Iob, & eſt ſen- Iob. 10.
ſus, O creator ſublimis & benedicte, incorporalis & incircũſcripte, Manus tuæ, id eſt, potentia
& ſapientia tua fecerunt me, animam meã producendo de nihilo, & plaſmauerunt me, formando cor
pus meum ex ſemine. Vnde ad Iob dicitur, Ecce me ſicut & te fecit deus, & de eodem luto formatus Iob. 33.
ſum. Sicut autem anima rationalis omnium formarũ huius mundi digniſsima eſt, ſic corpus humanũ
præ cunctis mixtis & elementis præſtantius eſt, nobilioremq; figuram ſortitur, puta erectam ad con
D templanda cæleſtia. Formæ enim proportionatur materia, ſicut actui potentia. Ideo ſicut anima ra-
tionalis cęleſtium contẽplatiua eſt, ſic corpus eius ad cælum erigitur, quatenus anima per ſenſum vi-
ſus cæleſtium notitiã adipiſcatur. [DA mihi intellectum]. i. intellectualẽ illuminationẽ [VT diſcam
mandata tua] ad intelligendũ ea ſyncerius, meditandum frequentius, exequendum perfectius. Quia
enim ô dñe à te habeo quicqd ſum & habeo, ideo teneor tibi meipſum, me autẽ tibi reddere nequeo,
niſi te amando & honorando. Iccirco poſtulo intellectum, quo diſcam tua mandata, quoniam amor
tuus exigit tua mandata impleri, prout aſſeritur, In hoc ſcimus quoniam cognouimus deum, ſi man-
data eius ſeruamus. Aduertendum quoque ꝙ intellectus interdũ ſumitur pro intellectuali ſubſtantia,
interdum pro potentia intellectiua, quandoq; pro habitu intellectuali naturali, aliquando pro dono
intellectus, qui eſt habitus intellectualis ſupernaturalis à ſpiritu ſancto infuſus, aliquãdo pro actu in-
tellectiuæ potentiæ, ſeu illuſtratione ipſius, ſicq; accipitur modo. ❡(74) QVI timent te] timore
amicali & filiali [VIDEBVNT te] id eſt, opera mea virtuoſa conſiderabunt [ET lætabuntur] in te,
congratulando meo profectui, & tuæ maieſtatis venerationi. Quemadmodum enim peruerſi lætan- Prou. 2.
tur & congratulantur de malo, ſic iuſti & timorati ex fraterna charitate de proximorum profectu,
quaſi de propria gaudent ſalute: præcipue tamen lætantur de hoc, quòd deum honorari conſpiciunt.
Propter quod Paulus inquit, Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Vi- 1. Cor. 13
debunt ergo & lætabuntur, nec opera mea interpretabuntur ſiniſtre [QVIA IN verba tua ſuper

ſperani].i.vltra modum magnam ſpem habui in verbis diuinis, quibus gratiã promittis in præſenti, B
Iob.13. & gloriam in futuro. Vnde & S.Iob ait, Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Debemus enim omni-
no in verba dei ſuperſperare, tanquã certiſsimi ꝙ cælum & terra tranſibunt, verba autem diuinæ le-
gis perſeuersbunt. ℂ (75) COGNOVI domine] ex fide & reuelatione diuina [QVIA æquitas iudi
cia tua].i.ꝙ diuina iudicia, ſcilicet ſententiæ & remunerationes ex diuina iuſtitia procedentes, adeo
iuſta & vera ſunt, vt aptius aſſerantur æquitas q̃ æqua, quanuis rationẽ & modum iuſtitiæ horũ iudi-
Apoca. 9 ciorum nullus viator cõprehendere valet. Hinc enim in Apocal. dicitur, Etiam dñe deus omnipotẽs
Dan. 3. iuſta & vera iudicia tua. Et in Daniele, Omnia quæ feciſti nobis dñe, in vero iudicio feciſti. Et domi-
Iob. 40 nus dixit ad Iob, Nunquid irritũ facies iudicium meum, & condemnabis me vt tu iuſtificeris? [ET in
veritate tua].i.conſideratione diuinæ veritatis [HVMILIASTI me].i. contuliſti mihi humiliatio-
nem, qua humiliaui meipſum. Conſiderando enim quę in ſacra ſcriptura dicuntur de maieſtate diui-
na & vilitate humana, humiliamus noſipſos. Vel, in veritate tua.i.in tua iuſtitia, ſeu iuſto iudicio, hu-
Iob.16. miliaſti me, deponendo me à ſtatu ſublimi, à gloria temporali, à proſperitate fallaci, prout S.Iob ait,
Ego ille quondam opulentus repente contritus ſum. Non ergo in humiliatione huiuſmodi impatien
Iob.1. tes ſeu murmurantes inueniamur: ſed dicamus cum S.Iob, Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut do
mino placuit ita factum eſt, Sit nomen domini benedictum. ℂ (76) FIAT miſericordia tua vt con
ſoletur me].i.ſic mihi effectum miſericordiæ tuæ infundas, ꝙ ex hoc in omni aduerſitate reſpirem de F
Eſa.43. ſpe veniæ beatitudiniſque futuræ. [SECVNDVM eloquium tuum ſeruo tuo].i. mihi famulo tuo im-
pendatur miſericordia tua, quemadmodum promiſiſti in ſcripturis, te miſerturum omnibus inuocan-
tibus te. Nam dicis, Omnẽ qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. Conſolationem
Naum.1. quoque afflictis promittis dicente Propheta, Bonus dominus, & confortans in die tribulationis. Et
alibi, Salus populi ego ſum, de quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos. ℂ (77)
VENIANT mihi miſerationes tuæ].i.effectus pietatis diuinæ [ET viuam] vita gratiæ in præſenti,
vitaq́ue gloriæ in futuro [QVIA lex tua meditatio mea eſt] materialiter.i. de lege tua meditor, ſicq;
miſerationes tuas, ſcilicet indulgentiam perſeuerantiámque promereor. ℂ (78) CONFVNDAN-
TVR ſuperbi] homines animoſi, confuſione pœnitentiam adducente, verecundantes de ſua malitia.
Eſa.14. Vel, Confundantur ſuperbi.i.diaboli propter ſuperbiã è cælo proiecti confuſione perpetua [QVIA
iniuſte].i.mala intẽtione & ſine meo demerito [INIQVITATEM fecerunt in me] tentãdo & per-
ſequendo animam meam [EGO autem exercebor in mandatis tuis] occupando meipſum in eis men
te & opere tanto inſtantius, quanto illi aduerſantur mihi iniuſtius, quatenus exercitatio ſancta atque
intenſa, exercitationem inimicorum iniquam expellat. Vni nanque operationi anima vehemẽter in-
tenta, alia parum aut nihil aduertit. ℂ (79) CONVERTANTVR mihi].i.ad me, quatenus auxi-
lium præbeant mihi [TIMENTES te] timore ſancto & caſto, qui charitate vrgente miſerentur af-
2.Cor.2. flictis, ſicut ſcribit Apoſt. Confirmate in illum charitatem.i.peccatori illi ſuccurrite. ℂ (80) FIAT G
cor meum].i.anima mea [IMMACVLATVM in iuſtificationibus tuis] id eſt, mãdatis, ita vt ea tam
perfecte obſeruet, ne tanquam præuaricatrix macula culpæ deformetur. [VT non confundar] à te ô
2.Mac. 4 iudex metuende, tanquam neglector ac tranſgreſſor legis diuinæ. Nam ſicut habetur. 2. Machab. lib.
In leges diuinas agere impie, impune nõ cedit. Totum hunc pſalmum in quo virtutes iuſtorum tam
diligenter enumerantur, cantamus & dicimus non in noſtra, ſed in viri iuſti perſona, quatenus agno-
ſcamus quid nobis de perfectione iuſtitiæ deſit, illudq́ue adipiſci nitamur. Veruntamen ſi quis gratia
largiente adeo iuſtus eſt, vt verba pſalmi huius ſibi conueniant, poterit omnia verba hæc in propria
perſona depromere ad gloriam dei, ædificationémque proximi, ſicut & Paulus in ſuis epiſt. bona ſua
frequenter deſcribit.

## CAPH.

DEFECIT IN SALVTARE tuum anima mea] Hucuſque egit Propheta de beatitudine,
prout in operibus vitæ actiuæ conſiſtit, deinceps vſque ad finem pſalmi agit de ea, prout in
actibus vitæ contemplatiuæ reponitur, & ait, Defecit in ſalutare tuum, id eſt, in dilectione &
Luc.1. contemplatione ſalutaris tui, videlicet Chriſti. Vel ſalutaris tui, id eſt, ſalutis æternæ nobis promiſ-
ſæ. vel tuiipſius, qui es ſalutare noſtrum altiſsimum, anima mea. Iſte defectus intelligi poteſt duplici-
Eſa.64 ter. Primo ſic, Defecit in ſalutare tuum anima mea, id eſt, ſatis & plene amare & contemplari non
1.Cor.2 potuit anima mea ſalutare tuum, quia vt ait Apoſtolus, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Et hæc bona præparata, ſunt ſalus
æterna & ſalutare noſtrum. Quid enim aliud prępárauit deus amatoribus ſuis, niſi ſeipſum? Nemo H
autem deum ſeu vitam æternam tam clare cognoſcere, tamque ardenter diligere poteſt, præſertim in
vita præſenti, quantum ipſe cognoſcibilis amabiliſque conſiſtit. Ideo deficit anima mea in ſalutare
diuinum. Secundo exponitur ſic, Defecit in ſalutare tuum anima mea.i. prę eleuata contẽplatione ac
feruidiſſ. dilectione ſalutaris tui, deficit anima mea ab operationibus viriũ ſenſitiuarum, corporalitér-
que infirmatus ſum. Quanto enim contemplatio purior atque ſublimior fuerit, & amor diuinitatis
feruentior, tanto amplius deficiunt naturales & ſenſitiuæ potentiæ ab actibus ſuis. Vnde cum anima
ad raptum & extaſim venit, quaſi omnino ſuſpenditur vita corporalis ac ſenſitiua, nec viuit homo vt
homo. Quidam vero ita exponũt, Defecit in ſalutare tuum anima mea, id eſt, præ nimia expectatio-
ne atque dilatione ſalutis diuinæ ſeu gloriæ ſempiternę defecit, id eſt, tædio fracta eſt, fatigata, & in-
Prou.13. firmata anima mea. Nam vt Salomon ait, Spes quæ differtur affligit animam, lignum vitæ, deſideriũ
veniens. [ET in verbum tuum] quo opem & gratiam in præſenti, ſecuritatẽ vero & gloriam in futu-
ro ꝓmittis [SVPERSPERAVI].i. vehemẽter confiſus ſum. ℂ (82) DEFECERVNT oculi mei]
interiores [IN eloquiũ tuum] id eſt, verba ſacræ ſcripturę, videlicet in promiſſa & teſtimonia atque

A mandata diuina. Et iste defectus tripliciter accipi potest sicut præcedens. Quia nec plene cōprehen-
dere possumus eloquiū dei, & interdum ex contēplatione huius eloquii deficit anima sancta ab exte-
rioribus & sensibilibus rebus, tanquā omnino rapta atque suspensa ad deū. Denique nimio desiderio
consequēdi promissiones diuini eloquii interdū deficiunt oculi nostri interni [DICENTES] ad do
minū [QVANDO consolaberis me] dando mihi quod præstolor, scilicet tuiipsius optatam præsen-
tiam atq; beatificam fruitionem? De hoc defectu diuini eloquii ait Ieremias, Factus est sermo dñi in Iere. 20.
corde meo quasi ignis æstuans, & defeci ferre non sustinens. Merito autē consolationē istam requiro.
¶ (83) QVIA factus sum sicut vter in pruina]. i. quemadmodum vas de corio factū in pruina re-
lictum, contractum, & madefactum seu cōgelatum, ineptum videtur ad omnem vsum humanum: sic
ego ab hominibus secularibus circa exteriora versantibus, reputatus sum quasi omnino vilis atque
inutilis in conuersatione politica & humana. Homines nanque eminēter speculatiui efficiuntur quo-
dammodo insensibiles circa exteriora, propterea reputātur in agibilibus & exterioribus velut inepti
& stolidi, imo quandoque reputātur simpliciter stulti à prudētibus huius seculi. Vnde legitur ꝙ prin
cipes qui erant cū Iehu filio Nansi, cum vidissent filium prophetarū, quem misit Eliseus, vt vngeret 4. Reg. 9
Iehu in regem, dixerunt ad Iehu, Quid venit insanus iste ad te? Vel sic, Quia factus sum sicut vter in
B pruina. i. sicut vter impletur liquore pruinæ, sic ego impletus sum desiderio patriæ, seu afflictionibus
huius vitæ, ideo cupio cōsolari, [IVSTIFICATIONES tuas]. i. mādata [NON sum oblitus] quin
potius illud implere curaui, Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Illud quoque Eccle. 12.
Apost. Serua mandatum sine macula, irreprehensibile, vsque ad aduentū domini nostri Iesu Christi. 1. Tim. 6.
¶ (84) QVOT sunt dies serui tui?] vtinam tempus huius exilii, quo peregrinor à te celeriter finia-
tur, ne retarder diutius à felicitate cælesti. Sic Paulus locutus est, Cupio dissolui & esse cum Christo. Philip. 1.
Vnde supra dictum est, Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meū, & numerū Psalm. 38
dierum meorū qui est. [QVANDO facies de persequentibus me iudicium]. i. vtinam dies finalis iudi
cii veniat, quando persecutores meos diabolos iuste damnabis. Hæc dies à iustis & contēplatiuis desi
deratur, sicut ab aliis formidatur. Propter quod ait Saluator, His autem fieri incipientibus, leuate ca- Lucę. 21.
pita vestra. i. hilariter respirate. ¶ (85) NARRAVERVNT mihi iniqui]. s. dæmones prauique ho
mines [FABVLATIONES] hoc est falsas suggestiones, documenta puersa, sermones inutiles [SED
non vt lex tua]. i. istæ fabulationes & vanæ narrationes spūaliter seu corporaliter factæ, non conso-
nant legi diuinæ. Vnde ait Apost. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant li
tes. ¶ (86) OMNIA mandata tua veritas]. i. adeo vera sunt, vt melius nominentur in abstracto ve- 2. Tim. 2
C ritas, q̄ vera in concreto. [INIQVI] hæretici, schismatici, falsi fratres, dæmones vel infideles [PER-
SECVTI sunt me] verbis & ictibus [ADIVVA me] ne succumbā, quia sine tuo auxilio nequeo re-
pugnare. ¶ (87) PAVLOMINVS]. i. quasi seu fere [CONSVMMAVERVNT]. i. pfecte oppresse
runt seu deiecerunt [ME in terra] sicut Apſtus, Supra modū, inquit, grauati sumus [EGO autem non 2. Cor. 2.
dereliqui mādata tua] quibus fortitudinem atq; perseuerantiā pręcipis dicens, Nolite timere eos qui Mat. 18.
corpus occidunt. Et alibi, Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortē certa pro iustitia. Eccles. 4
Et, Ecce præcipio tibi, confortare & esto robustus. Noli timere quoniā tecū est dñs deus tuus. Quan Iosue. 1.
tumcunque ergo hostis desæuiat & tribulatio crescat, recordari debemus præcepta diuina, neq; lassa-
ri, prout monet Apost. Non fatigemini animis vestris. ¶ (88) SECVNDVM misericordiā tuā viui Hebr. 12.
fica me] gratiā multiplicando in anima mea [ET custodiam] fide & opere [TESTIMONIA oris
tui]. i. sacri eloquii verba, præsertim articulos fidei atq; præcepta decalogi.

LAMED.

IN AETERNVM dñe verbū tuum] iussio tua, illuminatio tua & opus tuum [PERMANET in cæ
lo]. i. in triūphāti ecclesia, qm̄ oēs āgeli sancti atq; beati tibi ad nutū obediūt, tuamq; illuminationē
incessanter recipiunt. Vnde oramus quotidie vt voluntas tua. i. præceptum tuū fiat sicut in cælo & in
terra, videlicet vt homines tibi obediant sicut & angeli. Potest quoque exponi de filio dei, de quo scri
ptum est, In principio erat verbum. Hoc verbum in æternum permanet in cælo, quia licet ad homi- Iohan. 1.
nes venit, non tamen cælum reliquit, imo simul & semel erat totus in vtero virginis atque in sinu pa
tris. Propter quod in terra consistens, Nicodemoque loquens dixit, Nemo ascendit in cælum, nisi qui
D descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. ¶ (90) IN generationem & generationem]. i. per Iohan. 3
omnes generationes sibi in seculo succedētes [VERITAS tua]. i. fides catholica, lex Christiana, do-
ctrina euangelica permanet in militanti ecclesia [FVNDASTI]. i. firmiter collocasti [TERRAM]
in medio mundi [ET permanet] sicut in Ecclesiaste inducitur, Generatio præterit & generatio ad- Eccle. 1.
uenit, terra vero in æternum stat. Spiritualiter vero, Fundasti terram, id est, ecclesiam in fide & veri-
tate diuina, quemadmodum dicis, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & permanet stabi- Mat. 16.
lis in fide vsque ad terminum mundi. ¶ (91) ORDINATIONE tua perseuerat dies] qui ex mo-
tu & lumine solis causatur. Nam ex ordinatione sapientiæ tuæ superiora & inferiora vniuersaq; tem
pora moderantur. Propter quod alibi habetur, Hæc dicit dominus qui dat solem in lumine diei, ordi- Ierem. 31
nem lunæ atque stellarum in lumine noctis. Et faciens arcturum & orionem, & diem nocte mutans. Amos. 5
Vel ordinatione tua perseuerat dies æternitatis creatæ, scilicet æuum, quo sancti in patria te fruūtur.
Vel, dies spūalis. i. illuminatio beatorum [QVONIAM omnia seruiunt tibi] quemadmodum dictum
est, Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere volun- Ester. 13
tati tuæ. Omni enim naturæ creatæ inest obedientialis potentia, qua suo creatori in omnibus paret.
Sed si omnia seruiunt deo, quid est ꝙ homines deo nō seruiunt? Et respondendum ꝙ omnia dicuntur
deo seruire, ita ꝙ nihil possit resistere ordinationi diuinæ. ¶ (92) NISI ꝙ lex tua meditatio mea
est] id est, nisi legis tuæ testimonia præ oculis habuissem [TVNC FORTE perissem] id est, victus

fuissem seu desperassem [IN humilitate mea].i.in tribulatione & tẽtatione quas passus sum, vel in cõ E
sideratione qua meã imperfectionem atque miseriã consideraui. Nisi enim in tribulatione & conside
ratione huiusmodi cogitaremus, quanta esset felicitas eorũ, qui propter iustitiã patiuntur, & Christi
vestigia imitantur, atque in tentationibus manent constantes, quanta etiã esset misericordia dei circa
miseros pœnitentes, tunc vtique possemus perire in prædicta humilitate. Ne ergo peream vnquam.
¶(93) IN æternũ non obliuiscar iustificationes tuas].i.nunquã negligam diuina mandata recolere
& seruare [QVIA in ipsis viuificasti me] vita gratiæ ac spũali profectu: quemadmodũ ait Saluator,
Iohã.14. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & mãsionem
apud eũ faciemus. Et scriptũ est, Hic liber mandatorũ dei, & lex quæ est in æternũ: omnes qui tenent
Baruc.4. eam peruenient ad vitã, qui autẽ derelinquunt eam, ad mortẽ. ¶(94) TVVS sum ego] conditione
& cultu, fide & opere [SALVVM me fac] in præsenti per gratiã, & in futuro p gloriã [QVONIAM
iustificationes tuas exquisiui].i.mandata implere curaui, ideo salus mihi ex tua promissione debetur:
Mat.19 qm̃ scriptũ est, Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Et iterũ, Dirige cor tuum in viam rectã vt saluus
Ierem.11. fias. ¶(95) ME expectauerunt p̃ctõres].i.visibiles atq; inuisibiles hostes [VT perderent me] indu-
cendo animã meam ad ruinam peccati, vel corpus ad mortem seu læsionem. Hoc sanctis martyribus
maxime cõpetit, quos tyranni expectabant ad interficiendũ spũaliter vel corporaliter. [TESTIMO
NIA tua].i.verba spũs sancti in scripturis cõtenta [INTELLEXI] .i.clare perspexi, considerando F
impiorũ fallaciam, huius vitæ breuitatẽ, & futuræ gloriæ immẽsitatẽ, quibus pensatis, omnia fortiter
pertuli, eorumq; impugnationes euasi, aut per patientiã vici. ¶(96) OMNIS consummationis o-
mnis humanæ perfectionis [VIDI].i.consideraui [FINEM] ad quẽ esset referenda omnis virtus hu
mana. Hic autẽ finis est vita æterna, quę est finis omniũ actuum atq; virtutũ. Potest etiã finis iste dici
Roma.13 charitas, qm̃ ipsa est summa virtus, virtutum omniũ origo & finis. Quapropter ait Apost. Plenitudo
1. Tim.1. legis est dilectio. Et iterũ, Finis præcepti est charitas de corde puro. Omnes nanque virtutes & actus
earũ ad charitatis feruorẽ & perfectionẽ ordinandi sunt. Et ita quod sequitur [LATVM mandatum
tuũ nimis] exponit quid dixerit finem omnis consummationis: vt sit sensus, Omnis consummationis
vidi finem, vtiq; latum mandatũ tuum nimis.i.vidi ꝙ charitatis præceptum, quod est valde latum, es-
set finis & perfectio vniuersæ cõsummationis, quia ad ipsum cętera referũtur præcepta. Dicitur autẽ
præceptum charitatis latum nimis, quoniam ad omnes se extẽdit, nam aduersarios diligere facit. Se-
Mat.12 cundo quoniam omnia mandata virtualiter continet: iuxta illud, In his duobus præceptis, scilicet cha
Prou. 10. ritatis dei & proximi, tota lex pendet & prophetæ. Tertio, quia vt legitur, Vniuersa delicta operit
charitas. Potestque literaliter exponi, Omnis consummationis, id est, omnis terrenæ possessionis, o-
mnis ambitionis & gloriæ temporalis, vidi finem, id est, terminum. Cito enim deficiũt ista prout per
1.Iohã.2. Iohannem inducitur, Et mundus transit, & concupiscentia eius. Latum mandatum tuũ nimis, id est,
in perpetuum durans, & ad latitudinem cæli perducens.

MEM. G

QVOMODO dilexi legẽ tuam dñe?] Quærit Propheta in persona ecclesiæ deũ, quomodo legem
eius diligat. Et ipsemet respondet, [TOTA die meditatio mea est.] Quærit enim & respõ-
det, vt oẽs qui audiunt informẽtur. In hoc autẽ ꝙ asserit se tota die legem dñi meditari, declarat se ar
2.Iohã.1. dentissime deũ amare, quia intantũ diligitur inquantũ honoratur, quemadmodum alibi habetur, Qui
seruat verbum Christi, vere in eo charitas dei perfecta est. Quod autẽ magis amatur, hoc sæpius co-
gitatur. Qui igitur tota die naturali, qui noctem includit, & 24. horas habet, in lege domini medita-
tur, maxime diligit eam, & pro consequens legislatorem, vtique deum. Quomodo autem aliquis pos-
sit tota die in lege diuina meditari, frequenter ostensum est. ¶(68) SVPER inimicos meos pru-
Psal.138. dentem me fecisti].i.prudentiorem seu sapientiorem me fecisti inimicis meis, puta Iudæis & infide-
libus, imo omnibus deo rebellibus, quos perfecto odio odi, non inquantũ sunt homines felicitatis ca-
paces, sed inquantum sunt deo inobedientes, & dæmoni consentiẽtes [MANDATO tuo] id est, per
hoc ꝙ illis mandatum tuum non obseruantibus, dedisti mihi gratiã illud seruandi, fecisti me illis pru
dentiorem. Nam sine obseruatione præcepti, nullus veraciter prudens est, & summa prudentia est
Iacob.3 deo seruire. Vnde scriptum est, Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona cõuersatio-
ne operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Sic autẽ prudentẽ me fecisti mandato tuo [QVIA
in æternum mihi est].i.quoniam perseueranter ac iugiter ei adhærere intendo. ¶(99) SVPER o-
Iohan.13 mnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est] Non loquitur absolute de omni-
Mat. 25. bus suis doctoribus, qm̃ Christo testante, Non est discipulus supra magistrum: præsumptuosumque H
esset se præferre doctoribus. De quibus ergo doctoribus loquitur, nisi de iis qui dicunt & non faciũt?
vel qui philosophicam scientiam aut sęcularem prudentiam docent? His deo obediens intelligentior
est, quia testimonia dei sunt meditatio eius, qm̃ cogitat verba diuina, quatenus secundum doctrinam
præceptaque Christi, cogitationes, sermones & actus suos gubernet. ¶(100) Super senes intellexi]
id est, senibus doctior fui [QVIA mandata tua quęsiui] scire & adimplere. Ex quo constat ꝙ non lo
quitur nisi de senibus illis, qui non quærunt diuina mandata, quales fuerunt de quibus apud Danie-
Dan.13 lem dicitur, Iniquitas egressa est de Babylone, à senioribus qui videbantur regere populum.
¶(101) AB omni via mala] id est, peccato mortali, doctrina pestifera, & cæteris q̃bus itur ad mor
tem æternam [PROHIBVI] per imperiũ rationis [PEDES meos].i.affectus, cogitationes & ope-
ra. Vel etiam corporis pedes, vitando loca in quibus puto me debere peccare. [VT custodiam verba
Esaiæ. 61 tua] quibus iussisti me vitare itinera mala. ¶(103) A IVDICIIS tuis nõn declinaui].i.ab his quæ
bona iudicas & approbas tu non recessi. [QVIA tu legem posuisti mihi] id est, præceptum con-
Eccle. 17 sentiendi vero & bono, & resistendi malo ac falso, quemadmodum in Ecclesiast. scribitur, Lege vi-

A tæ hæreditauit illos (scilicet homines deus) iustitiã & iudicia sua ostendit eis, & dixit, Attēdite ab o-
mni iniquo. ¶ (103) QVAM dulcia faucibus meis eloquia tua].i. valde suauia sunt verba diuina in-
teriori cordis mei palato, videlicet rationi & volũtati, quibus spũalis dulcedo gustatur, cibus animæ
masticatur, & cælestis lętitia þlibatur. [SVPER mel ori meo].i. dulciora sunt interiori ori meo, vtpo-
te mēti, qua verbũ cordis profertur, q̃ sit mel gustui meo corporeo. Verbũ enim dei cibus est animæ,
cuius refectio dulcior est ex sua natura omni cibo corporeo. Quanuis interdũ ex parte nostri contin
gat oppositũ, quia videlicet appetitus noster nondũ purgatus est à vitiis & cõcupiscentiis. Hinc enim
de sapientia scriptum est, Scio q̃m mecum cõmunicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tæ- Sapien. 8
dii mei, intrans in domũ meam conquiescã cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio il-
lius, nec tædium conuictus eius, sed lætitiam & gaudium. Et quid mirum si sacra doctrina seu diuina
& Christiana sapientia tam suauis est homini contemplatiuo, cum Aristoteles dicat, ꝙ philosophia
admirabiles habet delectationes admixtas? Et rursus, ꝙ vita nostra quandoque ad modicum talis est,
qualis est vita primi principii semper. Itemque ꝙ vir contemplatiuus non quærit delectationes exter
nas, quoniã intra se plenus est iucundis theorematibus. ¶ (104) A MANDATIS tuis intellexi] id
est, ex consideratione præceptorum cognoui distantiam inter virtutes & vitia. Vel, A mandatis tuis
B intellexi, id est, intelligentiam veram adeptus sum seruando mandata: sicut scriptum est, Fili concu- Eccle. 1.
piscens sapientiam serua mandata, & deus præbebit illam tibi. Ait quoq; prophetica scriptura, Quē
docebit dominus sapientiam, & quem intelligere faciet auditum? Et respondet Propheta, Ablactatos Esaiæ. 28
à lacte, auulsos ab vbere, id est, eos qui carnis voluptates contemnunt, & secundum diuina præcepta
spiritualiter atquæ pœnitentialiter viuunt. [PROPTEREA odiui omnem viam iniquitatis] quam si
non odirem, ex certa scientia, non ex ignorantia peccarem: conueniretque mihi illud, Seruus qui scit
voluntatem domini sui, & non facit, plagis vapulabit multis. NVN.

LVCERNA pedibus meis verbum tuum] hoc est sacra scriptura est intellectui meo atque affe- Luc. 13.
ctui & cunctis operibus meis lucerna, quia illuminat me ne ambulem in tenebris vitiorum. [ET]
verbum istud est [LVMEN semitis meis].i. directio mea in obseruationibus consiliorum Christi, quæ
dicuntur semitæ, quia sunt strictiores compendiosioresque viæ perueniendi ad deũ, quàm præcepta.
Hoc est quod Salomon asserit, Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinę. Et Prou. 16.
alibi, Apprehende legem, & ambula per viam ad splendorem eius. ¶ (106) IVRAVI] hoc est, ir- Baruc. 4
reuocabiliter affirmaui, [ET statui] id est, proposui [CVSTODIRE iudicia iustitię tuæ] id est, prę-
cepta quæ tua iustitia iudicat esse recta atque seruanda. Iurare itaque licet, quando materia exigit: imo
C iurare debite circunstantionatũ est actus virtutis, quæ dicitur latria, sicque scriptura admittit, laudat
aut iubet iuramentum: iuxta illud, Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Et, In Deute. 6.
omni corde suo iurauerunt domino, & in tota voluntate sua quæsierunt eũ & inuenerunt. Quod ve- 2. Par. 17.
ro Christus in euang. ait, Ego dico vobis non iurare omnino, non dicitur præceptiue simpliciter, sed Math. 5.
ne sine necessitate iuremus, quatenus occasionem periurii & vsum iurandi vitemus. ¶ (107) HV-
MILIATVS sum vsquequaque] id est, multum afflictus, deiectus & spretus sum, vel meipsum vehe
menter humiliaui, contēnendo me propter negligentias & infinitos meos defectus. Icciro [DOMI-
NE viuificã me secundum verbum tuum] id est, gratiam præsta mihi, qua viuam secundum verbum
doctrinæ tuæ. Vel, viuifica me, per gratiæ infusionem, secundum verbum tuum, id est, sicut pollicitus
es te gratiam donaturum afflictis & humiliatis. Scriptum enim est, Qui humiliatus fuerit erit in glo- Iob. 22.
ria. Et alibi, Miserens miserebitur tui ad vocem clamoris tui, statim vt audierit respondebit tibi. Esaiæ. 30
¶ (108) VOLVNTARIA oris mei].i. preces meas & cuncta quæ cupio, seu voluntarie tibi offero
[BENEPLACITA fac domine].i. da gratiam illa taliter ordinare seu exhibere vt tibi complaceãt.
Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis. i. infundit nobis quid Roma. 8.
postulandum sit. Vnde orat Apost. Deus meus impleat omne desideriũ vestrum secundũ diuitias su- Philip. 4
as in Christo Iesu. [ET iudicia tua].i. mandata à te approbata [DOCE me.] Vel iudicia tua doce me,
id est, da mihi gratiã contemplandi diuina iudicia, quibus vnicuiq; datur quod meruit, vt sciam q̃ hor
rendum sit incidere in manus dei viuentis. ¶ (109) ANIMA mea in manibus meis semper].i. in cõ Hebr. 10.
D tinuo periculo incidendi peccata, & per consequens æternam damnationem existo, propter insidias
dæmonũ, concupiscentias carnis, & cætera mundi ac corporis impedimenta, quibus à deo retrahor,
atque ad vitia trahor. Per hoc enim quod dicitur anima esse in manibus, designat scriptura aliquod
manifestũ periculum, quemadmodũ Ionathas dixit de Dauid, Ipse posuit animam suam in manibus
suis, & occidit Philistæum. Et idē dixit Iephthe reuersus de bello contra Amonitas. Idem etiam dixit 1. Reg. 19
mulier Pythonissa ad Saul, Si ergo est anima nostra semper in manibus nostris.i. in tanto periculo, Iudic. 12.
mirum est ꝙ tam intimorati leues & securi existimus. Icciro veraciter scriptum est, Cor sapientũ vbi 1. Re. 28.
tristitia, & cor stultorũ vbi lætitia. [ET legem tuam non sum oblitus] sed per memoriã & obedientiã Eccles. 7.
eã seruaui. ¶ (119) POSVERVNT pctõres] videlicet dæmones iniustiq; homines [LAQVEVM]
id est, occasionē ruinæ ac deceptionis [MIHI] quatenus me aliquo modo à via dei auerterent. Laquei
enim istorũ qbus incautos decipiunt, sunt adulatio, laudatio, cõminatio, seculi vanitates, diuitiæ tēpo
rales, & cætera in qbus maculatur affectus. [ET de mandatis tuis non erraui] quia illorũ tentationi-
bus & suggestionibus nõ cõsensi, prout Salomon monet, Fili mi si te lactauerint pctõres, ne acqcscas Prou. 1.
illis. ¶ (111) HAEREDITATE].i. stabili possessiõe [ACQVISIVI testimonia tua].i. diuina þce-
pta, & cætera verba diuino testimonio approbata, vtpote oĩa sacrę scripturę eloquia [IN ęternũ] ita
ꝙ eis ęternaliter adhærebo. [QVIA exultatio cordis mei sunt].i. de eorũ possessione atq; notitia gau
deo magis, q̃ de oĩbus tēporalibus bonis. ¶ (112) INCLINAVI cor meũ ad faciẽdas iustificationes

Esa.45. tuas] id est, tua mandata seu opera quæq;, propter quæ iustificatur homo à te, & hoc [IN æternum] B
id est, iugiter quàm diu sum. Nam & aliqua præcepta implētur in patria magis perfecte quàm in via,
sicut præceptum charitatis [PROPTER retributionem] æternam, non temporalem, videlicet pro-
pter felicitatem cælestem, vt eam obtineam. Sed cum propter mercedem operari sit opus mercena-
rii, non filii aut amici, quomodo ait se propter retributionem inclinasse cor suum ad opera bona? Et
respondendum, quòd sicut timor pure seruilis nihil meretur: sic propter solam retributionem opera-
ri nihil meretur, quia vtrũque istorum procedit ex priuato amore. Sed quemadmodum timor initia-
lis meritorius est, inquantum aliquid habet de charitate adiunctum: sic propter retributionem opera-
ri meritorium est, quando intentio vltima fertur ad dei honorem seu deum, quem necesse est princi-
paliter intendi in omni meritorio actu. Postremo quemadmodum timor filialis maxime complacet
deo, sic tota mente dei honorem intendere, & propter purum dei amorem bona agere, maxime san-
ctum & meritorium est, quoniam hoc ex diuino amore causatur. Nihilominus homo talis implicite
agit propter mercedem, eámq; aliquo modo intēdit, non ex priuato amore, sed ex amore diuino, in-
quantum videlicet deus vult vt operemur propter præmium felicitatis æternæ.

## SAMECH.

INIQVOS odio habui] in quantum iniqui sunt: sic enim & deo odibiles sunt: iuxta illud, Odio sunt
deo impius & impietas eius. Non autem odio eos secundum quòd homines sunt, cum scriptum sit, F
Sap.14. Diligite inimicos vestros. Amare vero secundum philosophum, est alicui bonum velle. Odire vero
Matth.5. est velle alteri malum. Iniquis itaq; inquantum sunt homines, debemus velle seu appetere bona, sci-
licet gratiam modo, & gloriam postmodum: inquantum vero sunt impii, non appetimus eis bonum.
hoc enim esset contra iustitiam, imo appetimus eis malum pœnæ in præsenti seculo vel futuro nisi
pœniteant. Verũtamen circa odiũ inimicorũ & impiorum errauerũt & errant Iudæi, arbitrātes secũ-
Leuit.19. dum legem simpliciter fore odiendos iniquos ac æmulos, eo quod Moses dicat, Diliges amicum tuũ,
1.Re.24. & odio habebis inimicũ tuum. Sed hoc penitus falsum est, & non solum ex scriptura canonica vete-
2.Reg.1. ris testa. sed etiam ex gestis antiquorum sanctorum huius oppositum comprobatur. Constat enim, quod
2.Reg.2. Dauid dilexit Saulem, cui tam frequenter pepercit, quem tam benigne patrē vocauit, qui etiā eũ occi
2.Reg.4 dit qui se, licet falso, asseruit occidisse Saulē. Similiter filiũ eius Iboseth dilexisse ostēditur. Nā eo occi
so dixit latronibus, qui eũ interfecerũt, Cum viri iniqui occiderunt virũ iustũ in domo sua, nō auferā
Leuit.19. vos de terra? Et idem constat de aliis multis in veteri testamento. Deniq; Moses ait, Ne oderis fratrē
Ibidem. tuũ in corde tuo, sed publice argue eũ, ne habeas super illo peccatũ. Et iterũ, Non quæras vltionem,
Prou.24 nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ. Salomon quoq; loquitur, Ne dicas quomodo fecit mihi, sic & fa
Ibidem. ciam ei. Et iterũ, Cũ ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuũ. Cui con
Ioh.31. cordat S. Iob dicens, Si gauisus sum ad ruinā eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eũ malum
Prou.25. Sed alibi habetur, Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit, da ei aquā, & dñs reddet tibi. Et hæc ver- G
Rom.12. ba inducit Apostolus probans ex eis inimicos esse amandos [ET legem tuam dilexi] sicut nunc dictũ
2.Mac.7. est, super milia auri & argenti. Propter quod scriptum est, Parati sumus magis mori, quam patrias dei
leges præuaricari. Si autem diligo legem tuam, ergo & obseruatores ipsius, videlicet iustos.

¶ (114) ADIVTOR meus] cooperando mihi per gratiā, sicut dicit Apost. Non autē ego, sed gra
tia dei mecũ [ET susceptor meus] id est, precũ mearũ auditor meiq; ad te cõfugientis misericors am
Iohan.6. plexator, quemadmodum testatus es. Eum qui venit ad me, non eiiciam foras [ES tu, & in verbũ tuũ]
quo misericordiā promisisti [SVPERSPERAVI] sciens infallibiliter verum esse quod spōdes. Id-
circo vt benignitatem æternam promerear. ¶ (115) DECLINATE à me maligni] quicunque
sint illi, & ô vos cogitationes inanes & malæ, & abite à me, nihilq; mihi propinquet, quo à deo elon
get. Dicit autem & optat malignos à se recedere, non quod tentationes diaboli, persequutionesq; mũ
di absolute abhorreat, cum scriptum sit, Per multas tribulatiōes oportet nos ingredi regnum dei, sed
Act.14. dicit, Declinate à me maligni, causa animandi seipsum contra malignos, quatenus consensum dene-
get eis, eosque detestetur & vilipendat, inquantum sibi in via dei resistere moliantur [ET scrutabor
mandata dei mei] diligenter atque humiliter, vt sciam ea luculenter, impleámque reuerenter.

Zach.1. ¶ (116) SVSCIPE me] brachiis pietatis immensæ [SECVNDVM ELOQVIVM tuum] quo
dixisti, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos [ET VIVAM] per gratiam multo felicius, quàm
viuo per naturam seu animam [ET non confundas me] nec confundi permittas [AB expectatione
mea] id est, à bono expectato à te, quod est gratia in præsenti, atq; æterna beatitudo in cælo. Expecta H
tio autem ista est idem quod spes, quoniam spes est certa expectatio futuræ felicitatis. Orat ergo ne
frustretur spe sua, sed effectum & fructum spei mereatur sortiri. Nam & hoc dñs per Esaiam promi-
Esa.49. sit, Ego, inquiens, dñs, super quo non cõfundentur omnes qui expectāt eũ. Vnde apud eundē dicitur,
Esa.30. Deus iudicii dñs, Beati oēs qui expectant eũ. Hinc in Eccl. habetur, Nullus sperauit in dño, & confu-
Eccle.2. sus est. ¶ (117) ADIVVA me] per gratiā incessantē [ET saluus ero] ab omni periculo. Nempe si
Rom.8. deus pro nobis, quis cõtra nos? Propterea S. Iob dño ait, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet
Iob.17. contra me. Nemo enim omnipotēti deo resistere valet. Et ideo in lib. Ester dicitur, Si decreueris sal-
Gen.50. uare nos, continuo liberabimur [ET meditabor in iustificationibus tuis] i. mandatis [SEMPER] i.
Ester.13. omni tēpore apto ac debito. Dicitur. n. res semp fieri, dũ nũq̃ omittitur qñ fieri debet. ¶ (118) SPRE
VISTI] ô dñe [OMNES discedētes à iustitiis tuis] i. oēs in malo pseuerātes, tua mādata nō obseruā
Prou.15. tes. Sicut enim deus hos odit sic eos cõtēnit. Vñ scriptũ est, Abominatio est dño via impii. Rursusque
Prou.8. Sapientia ait, Arrogātiā, & viā prauā, & os bilingue detestor [QVIA iniusta cogitatio eorũ] Nam
Mich.2. diuinæ iustitiæ cõtrariatur iuxta illud Michee, Væ qui cogitatis inutile, qm cõtra deũ est manus eorũ.

A ❡(119) PRAEVARICANTES] id est, legem altissimi transgrediẽtes [REPVTAVI omnes pec-
catores terrę] de quibus scriptum est, Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes Ierem.17
à te in terra scribentur [IDEO dilexi testimonia tua] interiori affectu, & exequutione fideli, ne ego
illis compar efficiar. ❡(120) CONFIGE timore tuo carnes meas] id est, carnales motus existen-
tes in me refrena atque mortifica timore futuri iudicii, æternaliúmq; pœnarũ [A IVDICIIS enim
tuis timui] id est, ex consideratione particularis iudicii, quo statim dum morior à te iudicabor. Ex Gene.7
consideratione quoque extremi iudicii, & propter iudicia tua iam facta, quibus luxuriosos atque car-
nales destruxisti, sicut in diluuio factum est, quando omnis caro corrupit viam suam, perterritus sum
ne condemner. Vehementer quippe metuenda sunt ista iudicia. Imo qui ea diligenter perpendit, san-
cto timore configitur, atque carnalibus motibus reluctatur.

AIN.

FECI iudicium] diligenter discutiendo & diiudicando meipsum, discernendo bonum à malo, ve-
rum á falso, purũ à polluto. Vel, Feci iudicium, subditis, quibus præfectus sum [ET iustitiam] dan
do vnicuique quod suum est, meipsum iuste corrigendo, deũ in omnibus atque præ omnibus veneran
do: proximis quoque faciẽdo sicut mihi fieri cupio. Hæc duo deus præcipue quærit à nobis, prout ha
betur apud Michæ. Indicabo tibi ô homo quid sit bonũ, & quid dominus requirat à te: vtique facere Mich.6
iudicium & iustitiam [NON tradas] nec tradi permittas [ME calumniãtibus me] id est, voluntati &
B potestati eorum qui mihi calumniã inferunt quęrentes decipere, inficere, subuertere animam meam.
Non ergo ô domine permittas me vinci, aut dæmonibus subdi. Hinc in Eccles. dicitur, Dominator Eccl. 23.
vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio eorum, & incidam in conspectu aduersariorum
meorum, & animæ irreuerẽti ne tradas me. ❡(122) SVSCIPE seruum tuum in bonum] benigne
ignoscendo imperfectionibus eius, & eius obsequium clementer acceptando, eique gratiam refunden
do, qua semper proficiat [NON calumnientur me superbi] id est, iustam causam calumniandi me nõ
inueniant dæmones, in superbia obstinati, & homines eorũ vestigia sequuti. ❡(123) OCVLI mei
defecerunt in salutare tuũ, & in eloquium iustitiæ tuæ] hoc est, quod paulo ante dictum est, ac variis
modis expositũ est. Defecit in salutare tuũ anima mea. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Sicut
enim anima, sic oculi interiores, de quibus nunc agitur, deficere asseruntur in salutare dei, quod qua-
liter intelligendum sit, illic quęratur. ❡(124) FAC cum seruo tuo] videlicet mecum & vnoquo-
que fideli [SECVNDVM misericordiam tuam] quæ vere immẽsa est: & non secundum maliciã meã
innumerã, sed pietatis tuæ abyssum declara in me. Et sicut me cõspicis indigere, sic subuenire digna-
re, quemadmodũ Daniel. supplicatur, Non confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem Dan.2.
tuam, & secundũ multitudinẽ misericordiæ tuæ. Neque enim in iustificationib⁹ nostris prosternimus
preces ante faciẽ tuam, sed in miserationibus tuis multis [ET iustificationes tuas] id est, mandata tua Dan.9
C iustificantia [DOCE me] & decet te. Nam. ❡(125) SERVVS tuus sum ego] idcirco [DA mihi
intellectum] diuinitus illuminatũ, seu intelligentiã puram [VT sciam testimonia tua] id est, credenda
& operanda. ❡(126) TEMPVS faciendi domine] id est, hora est vt ista mihi concedas propter
pericula imminentia. Nam [DISSIPAVERVNT legẽ tuam] id est, hæretici, doctores peruersi, Iu
dæi, & cæteri reprobi legem euangelicã & diuinam peruerterunt, & quãtum in se est annihilauerunt
eam mendaciter exponendo, impie blasphemando, contumaciter transgrediendo. ❡(127) IDEO
dilexi mandata tua] id est, quanto legem tuã conspicio amplius dissipari ab illis, tanto ardentiori ze-
lo inflammor, vt eã recuperem, confirmẽ, obseruem. Vnde dilexi mãdata tua [SVPER aurũ & topa-
zion] id est, plus quàm omne aurũ aut lapidem preciosissimum nomine topazion. In hac enim lege
diuina consistit sapientia vera, idcirco de amore legis & mandatorum dei verissime dici potest illud,
Preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Et alibi, Non Prou.3.
dabitur aurum obryzum pro eo, nec cõferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonico precio-
sissimo, vel sapphyro, non adæquabitur ei topazion de AEthiopia. Est autẽ topazion lapis precio- Iob.28
sissimus duplicẽ habens colorẽ, videlicet auri purissimi, & alium æthérea claritate splendentẽ, cuius
aspectus oculis intuentium iucundissimus fertur. Hic lapis adeo carus est, vt regea nil eo locupletius
arbitrentur in suis thesauris. ❡(128) PROPTEREA] scilicet propter causam qua tua mãdata di-
D lexi [AD omnia mandata tua dirigebar] mente, ore & opere, quoniam vnum obseruari non potest, si
aliud negligatur [OMNEM viam iniquam] id est, omne peccatum [ODIO habui] non solũ propter
pœnam sequentem, sed propter ipsam deformitatem peccati: & maxime, quia displicet creatori subli
mi & benedicto. Ecce quàm ardentissimæ preces, quàm saluberrima documenta, quàm perfectissima Amos.6.
opera continentur ac describuntur in psalmo pręsenti. Qui ergo hęc opera habet, deo gratus existat,
& alios instruat. Qui vero non habet, studeat ea habere, studeat documenta ista implere, studeat pre-
ces istas tam ardenter saluatori offerre, ꝙ gratiã sortiatur tam perfecte viuendi, vt omnia ista sibi con
ueniant, & ea in propria persona decantet ad gloriam dei mente iucunda atque gratissima, dicens cũ
sancto Apost. Gratia dei sum id quod sum. Cum virgine quoque beata, incomparabiliter excellentis- 1.Cor.15.
sima, Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

PHE.

MIRABILIA testimonia tua] Sicut prædictum est diuinæ legis duæ sunt partes, videlicet man-
data quæ pertinent ad agenda, & testimonia quæ pertinent ad credẽda. Quantũs autem miran-
da & mirabilia sint quæ præcipimur agere seu mãdata, multo tamen mirabiliora sunt quæ iubemur
credere. Nam pręcepta moralia non excedũt naturalis rationis dictũ, aliquãdo tamen iubemur age- Lucæ.6
re, quæ naturalem rationem excedunt, secundum quosdam doctores, sicut inimicum diligere, & ad-
uersantibus bona impendere. Sicut enim naturale est amantem amare, & benefacienti benefacere: sic
naturale videtur odientem odio habere, & mala inferenti mala rependere. Porro ea quæ nobis cre-

denda proponuntur, omnem prorsus rationem transcendũt, sicut sunt trinitas personarum, incarna- E
tio verbi, integritas matris existentia Christi sub formis sacramenti. Cum ergo tam mirabilia sint te-
stimonia tua o dñe [IDEO scrutata est ea anima mea] optans ac satagẽs ea vtcunque intelligere. Per-
scrutatio nanq; ex admiratione procedit. Et sicut philosophi ex admiratione cœperunt philosopha-
ri, quia videntes effectus mirabiles, vt sunt eclipsis solis, terræ motus & alia, & causam ignorantes, mi
rati sunt, & causam horum scrutari cœperunt: sic sancti doctores inspicientes sacram scripturã & mi-
rabilia dei testimonia in ipsa videntes, mirati sunt, cœperúntq; intellectum eorũ scrutari, & deo illu-
Proue.25 strante profecerunt, quamuis perfecte ea comprehendere nequiverunt. Sed cum Salomon asserat, Si-
Rom.12. cut qui mel comedit multum, nõ est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à glo-
Rom.15. ria: Et Paulus, Non plus sapere quàm oportet, sed sapere ad sobrietatẽ: Et rursus, Noli, inquit, altum
Eccle.3. sapere, sed time: Et iterum scriptũ est, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Quid
est quod propheta & quilibet iustus in psalmo isto dicit se diuina velle scrutari dicendo, Considera-
bo mirabilia de lege tua, & exercebor in mirabilibus tuis? Nunc quoq;, Mirabilia testimonia tua, ideo
scrutata est ea anima mea? Et respõdendum. Quod quædam est perscrutatio curiosa & animosa, dum
homo proprio innitens ingenio, quærit diuina comprehendere seu cognoscere vltra suæ capacitatis
mensuram. Et ista culpabilis, atque vitanda est. Vnde ab Ecclesi. dicitur, In pluribus operibus dei ne
fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscõdita sunt, oculis tuis videre. Alia vero est F
Ibidem. perscrutatio pia & humilis, dum homo diuino innitens subsidio, studet diuina cognoscere, quatenus
in dei amore proficiat, beatorúmq; contemplationi quantum possibile est appropinquet. Et hæc bo
Iohan.7. na & sancta est, ad quam hortabatur Christus Iudæos. Scrutamini (inquiẽs) scripturas, quia illæ sunt
Actuũ 17 quæ testimonium perhibent de me. Et Thessalonicenses laudat beatissimus Lucas, dicens, quod quo-
tidie perscrutabantur scripturas. ¶(130) DECLARATIO sermonum tuorum] hoc est, elucidatio
sacræ scripturæ à spiritu sancto infusa, siue per homines diuinitus illustratos aliis facta [ILLVMI-
2.Tim.2. NAT.] mentem humanam ad recte intelligendum ac iuste viuendum. Propter quod dicit Apost. Sa-
Lu.10. cras literas nosti, quæ te possunt instruere [ET intellectum] id est, formatam atque salubrem notitiam
[DAT paruulis] id est, humilibus. Propter quod Christus ait, Cõfiteor tibi pater domine cæli & ter-
Prou.9. ræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Et Sapiẽtia ait, Si quis
est paruulus, veniat ad me. Superborum enim cognitio informis, vana atq; damnosa est, cum non sit
charitati, virtuosæque vitæ vnita. ¶(131) OS meum] corporale [APERVI] orando, psallendo, quæ-
rendo, gemendo [ET attraxi spiritum] id est, aerem, sine cuius attractione vox oris formari non po-
Prou.31. test. Vel, Os meum intellectuale, videlicet intellectum quo verbum mẽtis profertur, aperui, id est, ad
gratiam dei recipiendam affectuose disposui. Iuxta illud, Os suum aperuit sapientiæ, Et attraxi spiri- G
tum, id est, merito huius sanctæ affectionis seu apertionis hausi atque recepi spiritum sapientię, intel-
ligentiæ: imò spiritum sanctum, qui in corda desiderantium suum aduentum, descendere non abhor-
Sap.7. ret. Hinc nanque in libro Sapientiæ dicitur, Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, & venit in me
spiritus sapientiæ. Sic ergo os aperui, spiritúmque attraxi [QVIA mandata tua] o domine] DESIDE
RABAM] affectuosissime, quatenus ea clare cognoscerem, sempérq; perfectius obseruarẽ. Quoniam
non proficere in via mandatorum tuorum, est deficere. Ex ardenti autem desiderio causatur vtraque
Isaiæ 64. ista apertio, ac bina attractio. Nam vehemẽter cupiens, frequenter suspirat ac gemit. ¶(132) ASPI-
1.Cor.2. CE in me.] non oculo districtæ vltionis, sed paternæ pietatis [ET miserere mei] dando mihi gratiam
contẽplationis purissimæ [SECVNDVM iudiciũ diligẽtium nomen tuum]. i. sicut diligentes te iudi-
cant sibi necessarium aut salubre. Vel, secundum iudicium diligentium nomen tuum, id est, secũdum
Iohan.8. iudicium tuæ discretionis quod fecisti in tuos dilectores, quos tua sapientia iudicauit esse implendos
Rom.8. misericordia tua. Vel, secundum iudicium diligentium nomen tuum, id est, sicut decreuisti facere di-
Gen.4. ligentibus te, quibus tanta ac talia bona dare disposuisti, quod oculus ea non vidit, nec auris audiuit,
secundum Apost. ¶(133) GRESSVS meos] id est, affectus, cogitationes, verba & opera [DIRIGE
secundum eloquium tuum] id est, secundum doctrinam sacræ scripturæ, vt mandata obseruem, consi-
lia quoq; adimpleam [ET non dominetur mei omnis iniustitia] id est, nulla culpa, aut passio rationi
meæ præualeat, ne sim seruus peccati & carni subiectus, imò omni suggestiooi peruersæ, & passioni
immoderatæ efficaciter repugnẽ ac dominer. Hinc enim dominus loquitur, Si male egeris statim pec H
1.Pet.2. catum in foribus aderit: sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ratio igitur nostra iu-
giter dominetur appetitui sensitiuo, qui in concupiscibilem, irascibilémq; partitur. ¶(134) REDI-
ME me à calumniis] id est, falsis accusationibus [HOMINVM] malignorum. Non vt nunquam calu-
mnias patiar, quas Christus totiẽs passus est, cuius vestigia sequi oportet: sed ne per impatientiã vin-
car, ne remurmurem, atque in talibus occuper, sed potius da mihi eas non curare, nec eis immorari.
[VT custodiam mandata tua] corde quieto ac libero, quæ ab impatientibus, litigantibúsque nequeunt
Psal.4. custodiri. ¶(135) FACIEM tuam illumina super seruum tuum] id est, lumen vultus tui signatum su
Ioban.17 per me clarifica, tuiipsius notitiam mihi infunde, fac me te modo contemplari per fidem & gratiam
Sapiẽ.13. postea quoque per speciem. Quoniam hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum. Et
vani sunt omnes homines quibus non subest scientia dei [ET doce me iustificationes tuas] id est mã-
data. Quam vbertim repetit hoc, ad insinuandum cordis sui ardentissimum appetitum, & obseruan-
Eccle.3. tiæ præceptorum necessitatem. Propter quod scriptum est. Quæ pręcepit tibi deus, illa recogita sem
per, & in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Neq; enim sufficit illuminatio veritatis, sine
operatione virtutis, quoniam ex operibus innotescit, quantum homo in sancta scriptura profecerit.
¶(136) EXITVS aquarum] id est, riuos lachrymarũ seu lachrymas copiosas [DEDVXERVNT

A oculi mei]exteriores[QVIA non custodierũt legem tuam] id est, quia per eos non custodiui legẽ diuinam, quoniam vsus sum eis ad vanitates, non ad spirituales profectus. Ecce docet nos sacratissimus iste versiculus, quid agere debeamus, videlicet vt vberrime nostra deploremus peccata, vehemẽtissime dolentes, quòd deum creatorem nostrũ naturaliter bonum & super piissimum vnquam offendimus. Qui autem ita non plangit, vt versiculum istum de seipso canere possit, non se putet efficaciter pœnitentem. Vt Ierem. hortatur. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, & non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Postremo quis mortalium digne aut plene laudare valebit octonarium istum, cuius quatuor versus efficacissimas & omnino deuotissimas preces includunt, & continent? Thren. 2.

¶SADE.

IVSTVS es domine, & rectum iudicium tuum] Hoc est quod dicitur in libro Sapien. Cum sis iustus, omnia iuste disponis. Virtus enim tua iustitiæ initium est. Et alibi, Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei; & iuxta vias singulorum restituet. ¶(138) MANDASTI iustitiam testimonia tua.]hoc est, mandata impleri. Iussit enim deus vt fideles iustam habeant conuersationem, quæ consistit in hoc quòd diuina testimonia seruant [ET veritatem tuam] id est, fidem[NIMIS]custodiri iussisti, quoniam nisi quisque articulos fidei firmiter, immobilitérque seruauerit, saluus esse non poterit. Decet nanque omnino vt tam magno legislatori ac domino cũ om- Sapiẽ. 12. Iob. 34. Iere. 48.

B ni reuerẽtia ministretur, fidelissime quoq; credatur. Propterea scriptũ est, Maledictus qui facit opus dei fraudulẽter. ¶(139)TABESCERE[id est, ex magna tristitia deficere & liquefieri [ME fecit zelus meus]Zelus animę meæ ex diuino amore ꝓcedens[QVIA obliti sunt.]adimplere & operabiliter credere[VERBA tua]id est, diuina præcepta[INIMICI mei]qui contra præcepta operãtur, & deũ ac iustos odio habent. Hic zelus tabefecit Eliam, qui ait, Zelo zelatus sum pro domino exercituum. Denique quicunq; deum feruide diligit, quanto cũ feruentius amat, tanto de eius inhonoratione magis affligitur, & sancto zelo resoluitur. ¶(140)IGNITVM eloquium tuum vehementer]id est, sermo diuinus, sacra scriptura, verbum Christi multum ignitum & igneũ est, vtpote igne spiritus sancti repletum, omnem mentem deuotam inflammans diuino amore, peccata comburẽs, frigida corda accendens. Dicitur ergo dei eloquium ignitum, id est, affectuosum. Propter quod Christus, Ignem, inquit, veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Hic ignis erat ardentissima prædicatio eius, seu gratia spiritus sancti, sicut & in Prouerbiis dicitur, Omnis sermo dei ignitus est[ET seruus tuus dilexit illud]eloquium. ¶(141)ADOLESCENTVLVS sum ego[id est, per gratiam nouus seu recens prout Apost. monet, Renouamini spiritu mentis vestræ. Et iterum ait, Interior noster homo renouatur de die in diem. De iis enim qui hanc adolescentiam habent, scriptum est, Adolescentulæ dilexerunt te. Qui enim quotidie proficit, quotidie renouatur, adolescentiórque efficitur [ET contemptus] 4. Re. 19. Lucæ. 12. Proue. 30. Ephesi. 4. 2. Cor. 4. Can. 1.

C hoc est quod dixit superius, Factus sum sicut vter in pruina. Deuotos enim & mundo ac vitiis mortificatos, odit, cõtemnit, persequitur mundus. Propter quod Christus ait, Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret. Vnde ad Ezechielem dominus ait, Portẽtum te dedi domui Israel. Dic, Ego portentum vestrum. Et aposto. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ecce docemur ex isto versiculo tanto cordialius exultare, quanto amplius aspernamur [IVSTIFICATIONES tuas non sum oblitus]hoc est, propter istam afflictionem contemptus mei, non neglexi implere mandata, nec recessi ab incœpto salutis itinere. Talis erat sanctissimus Iob, qui cum dixisset, Probauit me dominus, quasi aurum quod per ignem transit, adiecit. A mandatis labiorũ eius non recessi, & in sinu meo abscõdi verba eius. ¶(142)IVSTITIA tua iustitia in æternũ.]Nam increata dei iustitia est æterna. Effectus quoq; diuinæ iustitiæ æternaliter manet in reprobis. Similiter iustitia, id est, iusta lex fidésq; Christi nunquam deficiet mundo isto durante: nec ei succedet alia lex, sicut successit iustitiæ veteris legis quæ æterna non fuit, sed Christo veniente & passo cessauit [ET lex tua veritas] quoniam adeo vera est, vt conueniẽtius veritas nominetur quàm vera. Nil enim dubietatis, nil falsitatis ei miscetur. ¶(143)TRIBVLATIO & angustia]hoc est, dolor exterior atq; interior [INVENERVNT me] id est, persecutio, languor, tẽtatio inuenerũt me in hac miserabili vita, pœnis & vitiis plena: sed quod est remedium in tanta ærumna, adiecit [MANDATA tua meditatio mea est] id est, ad hoc ordinatur Iohan. 15. Ezech. 12. Galat. 1. Iob. 23.

D omne exercitium, & vniuersa occupatio animæ meæ, ne propter aduersa aliquo modo recedat à te. Meditatio ista constantiam causat in animo. ¶(144)AEQVITAS testimonia tua in æternum] hoc est, verba sacræ scripturæ propter nimiam suam æquitatem, dicuntur non solum æqua, sed æquitas sine fine. Vnde Sapientia ait, Iusti sunt omnes sermones mei, & nõ est in eis prauum quid neq; peruersum[INTELLECTVM]hoc est, supernaturalem & gratiosam illustrationem mentis [DA mihi & viuã]per gratiam, fidem formatam, charitatẽ diuinã, operationémq; iustam. Prouer. 8.

¶COPH.

CLAMAVI in toto corde meo]id est, corde omnino conuerso ad te, non vago, neq; per amorem temporalium rerũ diuiso, sed collecto & fixo in te. Iste clamor cordis interior, est desiderium vehemens quo tendit ad deum anima amorosa. Vel, Clamaui ad te o domine te exorando in toto corde, id est, ex toto corde, videlicet ex intellectu diligẽter sensum verborum pensante, & voluntate id quod postulo ardenter concupiente[EXAVDI me domine]taliter deprecantẽ[IVSTIFICATIONES tuas requiram]hoc est, quatenus me promptius, pleniúsque exaudire digneris, propono firmissime mandata tua requirere. ¶(146)CLAMAVI ad te]dicens[SALVVM me fac] amouendo à me mala pœnæ & culpæ, atque præstando bona gratiæ & gloriæ [VT custodiam mandata tua]hoc est, ad hoc libera me à malis perturbationum præsentium, vt tibi semper obediã corde quieto ac libero. ¶(147)PRAEVENI]id est antequam transirem ad alia veni ad te[IN maturitate]sensus mei, ex deliberatione videlicet ordinata, non ex præcipitatione importuna, primo quærendo re-

Matth. 6. gnum dei, & iustitiam eius[ET clamaui]psallendo siue orando deuote[IN verba tua]quibus promit- E
tis exanditionem benignam, gratiam piam, & gloriam sempiternam[SVPERSPERAVI] ¶(148)
PRAEVENERVNT oculi mei ad te diluculo]id est, oculos cordis mei direxi ad te, antequam tem-
poralia ista attenderem, aut in exterioribus occuparer, videlicet diluculo, id est, mane incipiente auro
Isaiæ 26. ra. Quemadmodũ Isaias ait, De mane vigilabo ad te. Et in Ecclesiastico, de viro iusto inducitur. Cor
Eccle. 39 suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabi
tur. vel diluculo, id est, in principio spiritualis diei, scilicet radiante gratia tua in anima mea, quoniam
sine eius splendore, oculi mei ad te præuenire aut dirigi nequeunt. Sic itaq; præuenerũt oculi mei ad
te, [VT meditarer eloquia tua]in quibus continentur aliqua ad tuæ maiestatis contemplationem spe-
ctantia, aliqua vero ad meæ fragilitatis notitiam, quædam autem ad mandatorum cognitionem respi
cientia: & omnia ista diligenter ac iugiter meditanda sunt. ¶(149)VOCEM meam]id est, orationem
meam[AVDI secundum misericordiam tuam domine[ECCE qui tantis perfectionibus se ornatum
differuit, postulat exaudiri secundum misericordiam dei, non secundum iustitiam suã, aut propria me
rita: quatenus aduertamus non nobis sufficere merita nostra, nisi misericordia dei subueniat, imperfe
cto nostro indulgens, nosque clementer saluificans[SECVNDVM iudicium tuum]id est, sicut tu vi-
des atque discernis te decere & me indigere, sicut tu bonũ iudicas, sicut tua sapientia dictat[VIVIFI
CA me]gratia, charitate & opere consummato. Nunc enim iudicium sumitur pro actu existente in eo F
2. Reg. 10 qui iudicat. Non pro reprobatione, remuneratione, aut effectu iustitiæ. Sicque frequenter leguntur fi
deles orasse, vt deus secundum iudicium suum faceret eis. Quemadmodum Ioab ait, Dominus quod
bonum est in conspectu suo faciat. ¶(150)APPROPINQVAVERVNT persequentes me iniqui-
tati[id est, persequendo me inique fecerunt[A lege autem tua longe facti sunt]id est, affectus & opus
Osee 4, eorum diuinæ legi atq; iustitiæ multum contraria extiterunt, eo quod innocentem & iustum malitio-
se ac impie persequuti sunt. Quanto enim quis grauius peccat, tanto à deo ac lege diuina longius di-
stat & abit. Propter quod apud Osee habetur, Dereliquerunt dominum in non custodiendo. ¶(151)
Apoc. 18. PROPE esto domine]id est, per gratiam opémq; perēnem mihi assistas[ET omnes viæ tuæ veritas]
Psal. 40. id est, vera & iusta sunt omnia opera tua, verba & iussa. Quamuis enim vniuersæ viæ domini sint mi-
sericordia & veritas, nihilominus omnes viæ eius sunt veritas, & iterũ omnes viæ eius sunt misericor
dia, secudũ aliquem modum. Dum enim peccatorē gratis iustificat, iustum est ex parte bonitatis suæ,
quæ tanta est, vt iustum sit eam etiam indignis misereri. Est quoq; iustificatio illa misericors, eo quod
deus sine meritis misereatur iniquo. ¶(152)INITIO]id est, primo omnium, & ab exordio conside
Luc. 21. rationis meæ[COGNOVI de testimoniis tuis]id est, verbis sacræ scripturæ[QVIA in æternum fun-
Isa. 40. dasti ea]hoc est, taliter ea confirmasti & stabilisti, quod nunquã falsificabuntur, nec ab aliquo infir- G
mabuntur. Hoc est, quod Christus ait, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
Et Isaias testatur, Verbum dei nostri stabit in æternum. ¶RES.

Lu. 14. VIDE humilitatem meam]id est, clementer o domine intuere, quantum affligor, contemnor,
Iob 22. qualiter etiam ego meipsum humilio, vilipendo, & reprobo[ET eripe me]ab omni miseria.
Prou. 15. Scriptũ est enim. Qui se humiliat, exaltabitur. Iob quoq;, Qui humiliatus fuerit, erit in glo-
ria. Vnde & alibi dicitur, Gloriam præcedet humilitas[QVIA legem tuam non sum oblitus]sed mē-
te & opere eam seruaui. ¶(154)IVDICA iudicium meum]id est, profer sententiã pro me, & discer
ne atque determina causam meam quam habeo contra iniquos, qui me conantur elongare à te. Iudi-
ca ergo vt angelus sanctus me protegat, nec illi præualeant[ET redime me]ab omni malo præterito
præsenti, & futuro[PROPTER eloquium tuum viuifica me]gratia spiritus sancti. Hoc autem quod
ait, propter eloquiũ tuum, exponi potest tripliciter. Primo sic, Propter eloquium tuum, id est, vt ser-
mo tuus quo gratiam deprecantibus promisisti, impleatur, viuifica me. Secundo sic, Propter eloquiũ
1. Tim. 5. tuum, id est, ad honorem legis diuinæ, vt promulgetur & obseruetur, viuifica me. Tertio sic, Propter
Matth. 8. eloquium tuum, id est, propter bonitatem & gratiam tuã qua dignatus est loqui nobiscum, & dare no
bis diuinam scripturã ac legem, viuifica me, ne sim in morte peccati. De qua dicit Apostolus, Vidua
Prou. 15. quæ in delitiis viuit, viuens mortua est. Et Christus in euangelio, Dimitte mortuos sepelire mortuos
Prou. 11. suos. ¶(155)LONGE à peccatoribus]impœnitentibus[SALVS]eo quod gratia careant, nec deus cũ I
Prou. 14. eis sit. Iuxta illud, Longe est dominus ab impiis. Et iterum, Abominabile est domino cor prauum. Et H
alibi, Miseros facit populos peccatum. Salus autem & felicitas idem sunt. Sicut ergo vna est felicitas
viæ consistens dispositiue in operatione virtutum moralium, essentialiter autem in contēplatione dei
per fidem formatam: sic salus duplex est. Et ab vtraque tam longe extat peccator, quantum à virtuti-
Sopho. 3. distat[QVIA iustificationes tuas non exquisierunt]id est, mandata non quæsierunt diligenter imple-
re. Idcirco eis contingit quod apud prophetam inducitur, Dispergam eos qui auertuntur de post ter
gum domini, & qui non exquisierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. ¶(156)MISERICOR-
DIAE tuæ multæ domine]id est, affectus diuinæ pietatis multi & varii sunt, multipliciterq; misertus
Thren. 3. es nobis, imò mille & innumerabilibus modis nosti succurrere miseris. Sicut scriptum est: Misericor-
diæ domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Vel ipsa vna ac sim-
plex misericordia dei vocata est pluraliter misericordiæ, propter multiplicem actum suum. ¶(157)
MVLTI qui persequuntur me & tribulant me]videlicet dæmon cum angelis suis, mũdus cum ama-
4. Reg. 6 toribus suis, caro cum concupiscentiis suis. Veruntamen desperandum nobis non est quoniam Elise-
1. Reg. 14 us hortatus est, Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. Et sicut Ionathas ait, Non
Iohan. 16 est domino difficile saluare in multis vel in paucis. Hinc etiam Christus ait electis, In mundo pressu
2. Cor. 1. ram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Denique iuxta Apost. sicut abundant Christi passio-

A nes in nobis,ita per Christum abundat consolatio nostra[A testimoniis tuis nō declinaui] sed fide &
opere mansi fidelis.Ecce quanta cōstantia.Magnum enim est non deficere in aduersis. Vnde dñs lo- Apoc.2.
quitur,Esto fidelis vsque ad mortem & dabo tibi coronam vitæ.(158) VIDI præuaricantes,& ta-
bescebam,quia eloquia tua non custodierunt]Hoc est quod paulo ante dixit,atque expositum est.Ta
bescere me fecit zelus meus,quia obliti sunt verba tua inimici mei.Illic ergo sensum require.(159)
VIDE quoniam mandata tua dilexi]hoc est,pietatem affectus mei clementer attende,approba,& ac
cepta.Et sicut me cernis zelari pro te,sic mihi repēde & dilige,atque glorifica me,prout dixisti,Ego
diligentes me diligo.Et iterum,Quicunque glorificauerit me,glorificabo eum[DOMINE in miseri- Prou.8.
cordia tua viuifica me]dando mihi incessantem ac euidentem spiritualis vitæ profectum,ita vt imple 1.Reg.2.
am illud Apostoli,Profectus tuus manifestus sit omnibus.Et,Noli negligere gratiam,quæ data est ti
bi. (160) PRINCIPIVM verborum tuorum veritas] id est, primum quod cōuenit sacro elo- 1.Tim. 4
quio,est veritas.Quoniam mere verissima sunt omnia verba sacræ scripturæ.Propterea Christus pa Iohan.17.
tri suo ait,Sermo tuus veritas est[IN æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ]id est,quæcunque tua iusti
tia approbat,causat,& asserit,æternaliter iusta sunt,sempérque manebūt. Vel sic,Principium, id est,
origo,seu causa,verborum tuorum,hoc est,sermonū sacræ scripturæ,est veritas increata, à qua pro-
cedit sacra doctrina,& cui immediate innititur tanquam immobili fundamento. Propter quod tanta
B est certitudo & firmitas euangelicæ legis,imò vniuersæ scripturæ canonicæ,vt dicat Apost. Licet an- Gala.1.
gelus de cælo euangelizet vobis præterquā euangelizauimus vobis,anathema sit.Imò cum fides chri
stiana æternæ veritati directe innitatur,nil falsius esse potest, nisi quod fidei benedictæ repugnet. In
æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ,id est,iudicia quæ facturus es in die nouissimo,sine termino per-
manebunt,quantum ad præmium singulorum,quia (vt in euangelio dicitur) ibunt hi in ignem æter- Mat.25.
num,iusti autem in vitam æternam. SIN.

PRINCIPES]huius mundi,videlicet dæmones qui peccatoribus principātur[PERSEQVVTI
sunt]id est,tentauerunt[ME gratis]id est,sine meis demeritis. Vel,gratis,id est, frustra, quia non
præualuerunt.Vel,Principes,hoc est,homines impii,cæteris dominantes,persequuti sunt me gratis,
sicut scriptum est . Nonne diuites per potentiam opprimunt vos , & blasphemant bonum nomen, Iaco.5.
quod inuocatum est super vos?De illis autem inuisibilibus principibus multum potentibus & astutis
ait Apost.Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principes & pote- Ephe.6.
states,contra spiritualia nequitiæ in cælestibus[ET à verbis tuis formidauit cor meum]id est,timui &
expaui ne verbis mandatorum tuorū inobediens fierem . Quanto enim persequutio maior est, tanto
fit homo facilius trāsgressor legis diuinæ: quia non cadere in aduersis difficile est.Ideo tempore per-
sequutionis indiget homo specialiter formidare,ne peccet,& verbum dei relinquat.Imò quilibet no-
C strum quantumcunque perfectus, habet timere à verbis dei,si velit spiritū sanctum habere in se,cum Isaiæ 66.
dominus dicat,Ad quem respiciam,nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermo-
nes meos?Vel,à verbis tuis,quibus cōminaris tormenta grauissima his qui vincuntur,formidauit cor
meū,idcirco ne pœnas incidā,māsi fidelis & cōstans. (162)LAETABOR ego super eloquia tua]
id est,de hoc quod diuina scriptura mihi & aliis data ac reuelata est,sicut à propheta inducitur.Bea- Baruch 4.
ti sumus nos,quoniā quæ deo placita sunt,manifesta sunt nobis.Vel,Lætabor ego super eloquia tua,
meditando,contemplando,obseruandoq; ea[SICVT qui inuenit spolia multa]qui vtique multū gau
det,vnde à Ierem.dicitur,Factum est mihi verbum tuum in gaudium,& lætitiam cordis mei. Et Isa. Iere.15.
ait.Lætabuntur corā te,sicut lætantur in messe,sicut exultant victores quando diuidunt spolia.Vtro- Isaiæ 9.
que modo lætari debemus super eloquia dei. Maximum enim beneficium dei est, quod sacro eloquio
illustrauit ecclesiam.Et qui diligit deum,delectari debet in sermonibus eius. (163) INIQVITA-
TEM odio habui & abominatus sum] Aliqui odiunt iniquitatem, non propter seipsam,sed propter
pœnam sequentem.Et isti sunt imperfecti.Operantur enim bonum ex timore seruili qui non est me-
ritorius,quāuis disponat ad gratiam secūdum quod timor.Aliqui autem odiunt iniquitatem propter
deformitatem & turpitudinem eius.Quidam vero ex dei amore odiunt eā,videlicet quoniam displi-
cet deo,& quia per eam inhonoratur atque offenditur deus. Et istud est perfectius quàm secundum,
D Præsertim cum aliqui gentiles & infideles tantæ perfectionis fuisse legantur, vt peccatū propter suā
deformitatem oderint.Quemadmodum Seneca ait,Quanuis scirem deos mihi ignoscituros,nō pec-
carem propter ipsam vilitatem peccati.Studeamus ergo tertio modo iniquitatem odio habere, quo-
niā hoc est amicorum,filiorúmq; dei,& euidens signum gratiæ.Amicorum quippe est proprium,ea-
dem velle & nolle.Et honorare deum spectat ad filios adoptiuos,prout asserit dominus,Filius hono Malach.1
rat patrem suum,& seruus timet dominum suū.Si ergo pater ego sum,vbi est honor meus?& si domi
nus ego sum,vbi est timor meus?[LEGEM autem tuam dilexi] magis quàm omnia temporalia, vana
atque caduca.(164)SEPTIES in die laudem dixi tibi].i.septem horis seu vicibus canonicis quo
tidie te laudaui[SVPER iudicia iustitiæ tuæ]id est,de operibus,sermonibus,mādatis,ac cæteris à tua
iustitia procedentibus, & iudicialiter approbatis. Hūc numerum ad literam non obseruabant Iudæi.
Quoniam Nehemias ait,Quater in die quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabāt dominum Nehem.9
deum.Hæc ergo dixit propheta in persona populi christiani,qui omni die naturali deum septies lau-
dat & inuocat.(165)PAX multa]id est,interna & copiosa est[DILIGENTIBVS]opere & ve-
ritate[LEGEM tuam. Qui enim diligit legem dei,in omnibus ordinate se habet.Pax autem est tran-
quillitas mentis,secundum Augustinum.Tranquillitas vero ordinationem consequitur.Dilectio er-
go legis diuinæ est causa pacis internæ. Et quanto legē dei perfectius amamus & obseruamus, tanto
pleniorem in nobis pacem sortimur,quæ omni christiano maxime appetenda est.Nam & Christus

post resurrectionem discipulos suos taliter salutauit. Pax vobis. Ait quoq; Apost. Si fieri potest quod E
Iohã. 20. in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Et iterum, Pax domini quæ exuperat omnem
Rom. 12. sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Et iterum, Pax Christi exultet semper in cor-
Phil. 4. dibus vestris. Rursusq;, Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo deum vide-
Colos. 3. bit. Ecce quàm freq̃uẽter nos hortatur noster doctor ad pacis custodiam [ET non est illis scandalum
Heb. 12. quia vt ait Hieronymus, qui scandalizatur paruulus est. Maiores enim scandala non recipiunt. Vnde
perfecti qui deum seu legem eius efficaciter diligunt, nec actiuum neq; passiuum scandalum habent,
id est, nec scandalizantur nec scandalizãt. Et si quis ex dictis seu factis eorum scandalizetur, hoc erit
pharisæorum, scribarúmque scandalum, vel ex infirmitate scandalizati. ¶(166) EXPECTABAM]
spe certa atque lõganimi [SALVTARE tuum domine] id est, salutem à te, salutationémq; salubrem,
gratiam salutarem. Debemus enim in omni aduersitate expectare salubre auxilium dei. Vel, expecta-
bam quandiu in ista peregrinatione fui & vixi, salutare tuũ domine, hoc est, Christum mundi saluato
Gen. 49. rem, quemadmodum Iacob ait, Salutare tuum expectabo domine. Et Abacuc, Si moram fecerit, expe
Abac. 2. cta eum, quia veniens veniet [ET mandata tua dilexi] quatenus per eorum charitatiuam custodiã me-
rear adipisci in patria salutare dei, quod præstolor. ¶(167) CVSTODIVIT anima mea] tenaci me
moria atque laudabili vita [TESTIMONIA tua] id est, verba sacræ scripturæ, quæ tu per multa mi-
Marc. 16. rabilia vera esse testatus es, testimoniũ exhibens eis, prout dicitur de Apostolis, Prædicauerunt vbiq; F
Hebr. 2. domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et dicit Apost. Abundatius opor
tet nos obseruare ea quæ audiuimus, contestante deo signis & portentis, & virtutibus, & spiritusſ. di-
stributionibus. Ecce quam inuiolata & inconcussa est certitudo fidei Christianę atque catholicæ [ET
dilexit ea vehementer] sicut decet magnũ bonum ardenter amari. ¶(168) SERVAVI mandata tua]
per obedientiam [ET testimonia tua] per fidem formatam, id est, charitati vnitam [QVIA omnes viæ
Iob. 31. meæ in conspectu tuo] id est, vniuersa quæ cogito, cupio, loquor, & ago, videntur & iudicantur à te.
Iob. 14. Hinc enim sanctus Iob ait, Nonne deus scit viam meam, & cunctos gressus meos dinumerat? Et ite-
Iob. 13. rum, Signasti quasi in sacculo delicta mea. Itemq;, Obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum
meorum cõsiderasti. O quanta est nobis causa solicite ac timorate ambulandi corã deo iudice nostro.
Nam & maximam iniuriam facit iudici, qui eo præsente & prohibente male agit. Sic nos qui scimus
deum omnia nostra opera intueri. vehementissime inhonoramus eum, quod sine diligenti custia cor-
dis coram eo conuersamur. Idcirco Boetius optime dixit (Magna est vobis indicta necessitas probita
tis, si dissimulare non vultis, quoniam omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Semper igi-
3. Reg. 17 tur diuinæ maiestatis præsentiam cogitemus, dicẽtes cum Elia, Viuit dominus, in cuius conspectu sto
3. Reg. 18 hodie. Sicq; viuamus tanquam mox iudicandi ab eo. Et vtique si ista pensemus, incipiemus deum ve- G
4. Reg. 3 hementer timere in tantum, vt eum beato Iob dicere poterimus, Considerans deum, timore solitor.
Iob 23. Et rursus, Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum, & pondus eius ferre non potui. Hic
Iob. 31. autem timor præclarus facit vitare peccata, & obseruari mandata. Quemadmodum Salomon profi-
Proue. 15. tetur, Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. ¶THAV.

APPROPINQVET deprecatio mea in conspectu tuo domine] id est, tibi complaceat, non re
Eccle. 35. pellatur à te, sed effectum salutarem obtineat, prout scriptum est, Oratio humiliantis se nubes
Matth. 7. penetrabit [IVXTA eloquium tuum] id est, sicut dixisti & promisisti in sacra scriptura, te da-
turum intellectum orantibus te [DA mihi intellectum] id est, illuminationẽ intellectiuã. Scriptũ enim
Iacob. 1. est, Si quis vestrũ indiget sapientia, postulet à deo, & dabitur ei. Et apost. Dabit tibi dominus de om-
2. Tim. 1. nibus intellectum. Supra quoque dixisti, Intellectũ tibi dabo & instruam te. Vel, iuxta eloquiũ tuum,
Psalm. 31. id est, secundum conditionem & altitudinẽ sacræ scripturæ da mihi intellectum, eam intelligendi ve-
raciter, quatenus sicut illa supernaturalis atque altissima est, sic conferas mihi sublimem mentis eleua
tionẽ, supernaturalémque intellectus mei illustrationem. ¶(170) INTRET postulatio mea in con-
spectu tuo] vt omnino admittatur ac impleatur à te. Moris est sacræ scripturæ in his quæ affectũ con
cernunt, eundem sensum sub aliis verbis frequenter repetere, vt accendatur, & reaccendatur atq; in
seipsa æstuanter feruescat voluntas in diuino amore, & sancto affectu [SECVNDVM eloquiũ tuum]
quo misericorditer prædixisti, te auxiliaturum egenis ad te clamãtibus [ERIPE me] ab omni pericu-
lo. ¶(171) ERVCTABVNT labia mea hymnum] id est, ex interiori lætitia proferent labia oris mei H
laudem & gratiarũ actionẽ [CVM docueris me] actualiter [IVSTIFICATIONES tuas] id est, man
data, vt ea luculenter & operatiue cognoscam. Tunc quoque. ¶(172) PRONVNTIABIT lingua
mea eloquium tuum] cantãdo laudes diuinas [QVIA omnia mandata tua æquitas] id est, adeo iusta &
sancta sunt, vt melius nuncupẽtur æquitas quàm æqua. ¶(173) FIAT manus tua] id est, potestas tua
ô deus omnipotens ita se habeat circa me [VT saluet me] liberando animam meã à malis corroboran
dóque eam in bonis [QVONIAM mandata tua elegi] implere magis, quam hominibus cõplacere, aut
mundo seruire. ¶(174) CONCVPIVI salutare tuum domine] id est, Christum & eius aduentũ, ac
Aggæi. 2. fruitionem optaui. De quo vtique salutari seu Christo scriptum est, Veniet desideratus cunctis genti
bus. Vel, concupiui salutare tuum, id est, salutẽ seu gratiam salutarem, vitã æternam, & gloriam con-
summatam [ET lex tua meditatio mea est] obiectaliter, quia de ea est, & circa eam indesinẽter versa-
tur cogitatio mea. ¶(175) VIVET] vt spero in tua bonitate, o dñe [ANIMA mea] per gratiã in via,
per gloriã quoque in patria [ET laudabit te] hic inchoatiue & imperfecte, illic vero consummatiue,
Psalm. 83 plene, ac sempiterne, sicut prædictũ est, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum
laudabunt te [ET iudicia tua] id est, considerationes iudiciorum tuorum, & mandata ac verba diuina,
quæ tu iusta iudicas: seu flagella, quibus in præsenti tuos electos castigas [ADIVVABVNT me] quia

A corum auxilio gratiã adipiscar, per quam ad vitam æternam perducar. ❡(176)ERRAVI sicut ouis quæ periit.]Nicolaus de Lyra,& quidam post eum opinantur, hoc non esse intelligendum de errore in moribus,vel de errore peccati & ignorantiæ,quia subiungitur, mandata tua non sum oblitus. Sed de errore quo viri contemplatiui ad loca solitaria confugientes,æstimantur ab hominibus mundanis errare,insipientérque agere.Sed quia post verba hæc immediate subiũgitur [QVAERE seruũ tuum] ad quod refertur quod subditur[QVIA mandata tua non sum oblitus]idcirco aptius arbitror,vt intelligatur de errore culpæ & ignorantiæ.In multis enim(vt Iacobus protestatur)offendimus omnes. Et secundum Apost.Conclusit deus omnia sub peccato,vt omniũ misereatur.Loquens ergo propheta in persona populi fidelis,seu hominis iusti,qui interdum à via veritatis recessit.Erraui(inquit)à te domino deo meo,& tuis præceptis,sequendo malignum,sicut ouis quæ periit,eo quod pastorem reliquit,propter quod lupi morsibus patuit.Vnde scriptũ est,Omnes nos quasi oues errãtes vnusquisq; in viam suam declinauit. Idcirco o domine quære seruum tuũ, id est, de manibus lupi, seu dæmonis erue me,per gratiam visita me,& reduc me ad ouile ouium electorũ,pro quibus animam tuam posuisti.Quia mandata tua non sum oblitus finaliter,quamuis ad tempus ea neglexi. Ecce psalmum quantitate verborum magnum,sed sensuum excellentia multo maiorem audiuimus. In quo quasi per singulos versus anima fidelis deum amorosè, fiducialitérque affatur, in quo saluberrima documenta refulgent velut stellæ in firmamento, in quo affectuosissimæ preces conscriptæ sunt, in quo docemur quid ad virum perfectum pertineat, quatenus si eas virtutes & opera sancta quæ cantamus, in nobis viderimus,deo gratissimi simus,& tanto humiliores,quanto ex donis receptis obligamur deũ amplius amare & honorare. Porrò si bona ista nõdũ recepimus,sed vitiis & imperfectionibus variis implicamur,gemamus atq; ploremus,& ad pfectionẽ(sicut Apost.monet) feramur,nec segnes efficiamur.

Iaco.3. Galat.3. Isaiæ 53. B Hebr.9.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXIX.

❡EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi nunc exponendi est, Canticum graduum. Dicuntur autem psalmus iste & quatuordecim immediate sequẽtes,psalmi,seu cantica graduum, quoniã à sacerdotibus atque Leuitis cantabantur in ascensu templi,qui erat per quindecim gradus.Per hos autem corporales ascensus,secundum doctores catholicos, designantur ascensus virtutum in gradibus spiritualis ædificii, seu profectus.Sicut de virtuosis prædictum est. Ibunt de virtute in virtutem. Gradatim enim & ordinate proficit homo.Hi ergo spirituales gradus virtutum tangũtur in psalmis istis.Quorum graduum primus est,à vitiis huius seculi recedere, & futurum seculum desiderare. Sẽsus autem tituli est. Psalmus iste est canticum graduũ,quia in ascensu graduum templi cãtabatur ad literam. Spiritualiter vero dicitur canticum graduum,id est,exultatio mentis de spirituali processu virtutum. Loquens ergo propheta in persona hominis spiritualiter proficere cupientis,suúmq; profectum à prædicto fundamento seu primo gradu iam dicto inchoantis,ait.

Psalm. 83. C

PRECATIO.

*Tribulationum nostrarum clamorem exaudi domine,& da nos in pace tua iugiter exultare, ut contra pacem odiẽtes nos impugnare quærentes fortiter stemus,& tuæ potentiæ auxilio de his triumphemus.*

❡EXPOSITIO Psalmi literalis.

A DOMINVM cum tribularer clamaui] id est, cum mente aut corpore infirmarer,cum à mundo,diabolo,& carne tentarer, aut aliquo modo dire affligerer,deum pro adiutore & saluatore inuocaui,ad eum confugi,ad cum clamaui, id est, affectuosè loquutus sum, sicut & ipse supra consuluit, Inuoca me in die tribulationis.Vnde & scriptum est,Domine deus Israel,anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te.Istud quippe est vnicum,optimúmq; in omni tribulatione solatium ad deum clamare:iuxta illud, In nobis non est tanta fortitudo vt possimus resistere,sed cum ignoremus quid agere debeamus,hoc solum habemus residui,vt oculos nostros dirigamus ad te.Vnde venerabilis illa Sara vehementer afflicta,ait. Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos erigo. Et sanctissima illa Ester ita precata est,Domine mi rex adiuua me solitariam,cuius præter te nullus alius auxiliator est.Sic ergo tribulatus clamaui ad dominum,nec frustra.Nam [ET exaudiuit me]quemadmodum scriptũ est, Salus populi ego sum,dicit dominus,de quacunq; tribulatione clamauerint ad me,exaudiam eos.Et supra dixit,Cum ipso sum in tribulatione,eripiam eum & glorificabo eum.Istum versiculum Ionas propheta taliter cecinit, Clamaui ad dominum de tribulatione,& exaudiuit me.Maxime enim adest misericors deus famulis suis tempore tribulationis,eosq; indubitanter exaudit tempore cõgruo,dum modo ipsi perseueranter clamauerint,& in nomine Iesu petierint .i. ea rogauerint quæ ad veram salutem proficua sunt. Vnde Sara illa filia Raguelis ait, Pro certo habet is qui colit te domine,quia vita eius si in probatione fuerit,coronabitur:si autẽ in tribulatione fuerit,liberabitur:& si in correptione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit. ❡(2)DOMINE libera animam meam à labiis iniquis]id est,ab his qui verba euidenter maligna,pungitiua,derisiua,detractoria contra me proferũt[ET à lingua dolosa]id est,ab eo qui blandiendo, & mala sub specie boni proponendo conatur animam meam à deo auertere,à spirituali profectu retrahere,aut aliquo modo decipere. Ab his petit homo fidelis libera-

Psal.49. Baruch.3 D 2.Par.20. Tobiæ.3. Ester.14. Psal.90. Ione 2. Tobiæ 3. 2.Tim.3.

ri,vel vt omnino iſta non patiatur,quatenus deo liberius atque quietius vacet. Nam & Apoſt.Orate E
2.Tim.3. (inquit)vt liberemur à malis & importunis hominibus.Vel ne per iſta turbetur,& in bonis operibus
impediatur,impatiénſq; reddatur,ſicut Apoſt.ait, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malū. Quæ
Rom.12 autē ſequuntur dupliciter exponuntur.Primo,vt ſint verba prophetæ ad iniquum & doloſum.Eritq;
ſenſus.❡(3)QVID detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam]id eſt,quid tibi ô impie
prodeſt,& quis fructus te conſequetur,quòd verba tam mala atque fallacia contra famulum dei pro-
nuntias?Vel ſic,Quid detur tibi,&c.id eſt,quæ,qualis,& quanta tibi pœna infligetur pro peccatis lo
quutionis tuæ.Et reſpondetur.❡(4)SAGITTAE potentis acutæ]id eſt, pœnæ omnipotentis dei,
quæ ſunt valde acutæ & afflictiuæ , tibi reddentur pro tuis peccatis [CVM carbonibus deſolatoriis]
id eſt,cum igne infernali inextinguibili deſolatorio, in quo nulla eſt conſolatio de liberatione futura,
ſed deſperatio ſempiterna.Per ſagittas acutas,intelliguntur pœnæ præſentis vitæ quæ impiis inferū-
tur,vel pœnæ futuræ,aliæ à pœna ignis tartarei.Per carbones vero deſolatorios,ſignificatur pœna in
fernalis incendii,quæ omnium pœnarum grauiſsima eſt. Secundo exponuntur, vt ſint verba dei, ſeu
prophetæ ad hominem virtuoſum.Eritq; ſenſus,O homo fidelis,quid detur tibi auxilii, aut quid ap-
ponatur tibi remedii ad linguā doloſam vincendam? tanquam dicat, Quid poterit tibi conſiliū atque
ſubſidii dari, quo contra linguam iniquam armeris & ſuperes?Et reſpondet, Sagittæ potentis acutæ,
id eſt,verba dei omnipotentis ignita & penetratiua, cum carbonibus deſolatoriis,id eſt, eū exemplis F
eorū qui poſt vitam facinoroſam ad conuerſationē religioſam conuerſi ſunt, dabuntur tibi pro armis
contra linguam doloſam. Scientia enim ſcripturarū, ſeu verba ſpiritus ſancti, maxime valent contra
Iſaiæ 12. linguam doloſam,ita vt nec ipſi efficiamur in loquēdo doloſi, nec à lingua doloſa fallamur, neq; per
Malach. 1 impatientiam ſuperemur.Omnia enim iſta implemus,ſi perpendamus quantum diuina ſcriptura re-
Pſalm.5. probat linguam doloſam.Scriptum eſt enim,Fraudulenti vaſa peſsima ſunt.Et iterū,Maledictus do-
Eccle.35. loſus.Denique,Virū ſanguinum & doloſum abominabitur dominus.In Eccleſiaſtico quoq;,Qui ſo-
phiſtice loquitur,odibilis eſt,in omni re defraudabitur:non eſt illi data gratia à deo,omni enim ſapiē
tia defraudatus eſt.Dicuntur autē verba ſacræ ſcripturæ ſagittæ acutæ,quoniā animam vulnere chari
Iſaiæ 49. tatis transfigūt, peccata mortificant,interiora animæ penetrant.Vnde ſcriptū eſt,Poſuit dominus os
meū quaſi gladium acutū,& poſuit me quaſi ſagittam electā.Et Apoſt.ait,Viuus eſt ſermo dei & effi
Hebr.4. cax & penetrabilior omni gladio ancipiti,& pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus.De his
Pſal.44. Chriſti ſagittis dictum eſt ante,Sagittæ tuæ acutæ,populi ſub te cadent,&c.Porrò exēpla ſanctorum
dicuntur carbones deſolatorii,id eſt,vaſtatorū,quia ad amorē & imitationē nos inuitant,& quicquid
dæmon in nobis conſtruxit, videlicet vitia & peccata deuaſtant, deſtruunt & expellunt. ❡(5)HEI
Phil.3. mihi]miſero & peregrino[QVIA incolatus meus]id eſt,habitatio mea in præſenti exilio[PROLON G
Ibidem GATVS eſt] .i.nimis longus mihi ad patriā aſpiranti videtur.Hoc conuenit his,qui feſsi de vita præ
Hebr.1. ſenti toto deſiderio patriam appetunt,qui cum Apoſtolo dicere poſſunt,Noſtra conuerſatio in cælis
Tobiæ 3. eſt.Et,Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.Et,Non habemus hic manentē locum,ſed futurū inquiri-
Hebr.11 mus.Hi tales dicere poſſunt illud Tobiæ,Nunc domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum, &
præcipe in pace recipi ſpiritum meū:expedit enim mori mihi magis,quā viuere. Tales fuerunt anti-
Gen.25. qui ſancti,de quibus à Paulo dicitur, Defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſsionibus, ſed à
longe eas aſpicientes & ſalutantes,& confitētes,quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrā [HABI-
TAVI] in iſto exilio [CVM habitantibus Cedar] id eſt,cū peccatoribus tenebroſis & excæcatis.Ce-
dar enim interpretatur tenebræ . Erátque Cedar filius Iſmaelis [MVLTVM incola] .i.exul & pere-
grina [fuit anima mea in ſeculo iſto.Hic enim degit in regione diſsimilitudinis, in carcere mortis,in
graui exilio ad patriam properās:à multis in quibus quotidie euagatur,ad vnum illud altiſsimum, in
quo perpetue ſtabiliatur,gemens atque feſtinans. ❡(6)CVM iis qui oderant pacem] id eſt,cum tur
bulentis & murmuratoribus,& ſanctæ vnitatis diuiſoribus [ERAM pacificus] nō litigando,ſed om-
Amos 5. nia patienter ferendo [CVM loquebar illis] charitatiue,increpatorie, rationabiliter & modeſte [IM-
PVGNABANT me gratis] id eſt,ſine cauſa condigna,reddentes malū pro bono,prout apud Amos
inducitur,Odio habuerunt corripientem,& loquentem perfecte abominati ſunt.

### ❡EXPLANATIO allegorica eiuſdem Pſalmi de Chriſto. H

ALIQVI autem exponūt hunc pſalmū ad literam de populo Iudæorum in captiuitate Baby-
lonica exiſtenti. Et quanuis litera ad hoc valeat applicari, parum tamen deuotionis continet
Marc. 14 expoſitio talis.Melius ergo eſt,vt de Chriſto exponatur, in cuius perſona loquens propheta,
Lucæ 22. ait,Ad dominum,id eſt,ad deum patrē,cum tribularer.id eſt,paſsione inſtante ſeu præſente, quando
Matt.26. cœpi triſtari & pauere,quando factus eſt ſudor meus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrā, cla-
Luc.22. maui,dicēdo,Pater,ſi fieri poteſt,tranſeat à me calix iſte.Imò factus in agonia,prolixius oraui,& ex-
Matt.26. audiuit me pater in eo quod dixi,Veruntamen non mea voluntas fiat, ſed tua. Quod intelligendum
Hebr.5. eſt de appetitu naturali,quo Chriſtus homo horruit mortem.Hoc eſt,quod dicit Apoſt. Chriſtus in
diebus carnis ſuæ,preces,ſupplicationéſque ad eum qui poſsit illum ſaluum facere à morte,cum cla-
more valido & lachrymis offerens,exauditus eſt pro ſua reuerentia. Domine, pater, libera animam
Iohan.19 meam,id eſt,meipſum,ſeu vitam meam corporalem,à labiis iniquis, Iudæorum clamantium, Tolle,
Matt.26. crucifige eum,& à lingua doloſa,Iudæ proditoris,qui dixit,Quemcunq; oſculatus fuero,ipſe eſt, te-
Lucæ 22. nete eum,& ducite eum caute. Poſtulat autem Chriſtus liberari ab iis,non vt non occidatur,ſed ne
in morte detineatur.Quod vero ſubiūgitur,Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi,&c. poteſt eſſe
verbum prophetæ ad aduerſarios Chriſti Iudæos,ſecundum ſenſum in præcedenti articulo poſitum.

A Et respondetur, Sagittæ potentis acutæ. Vbi per sagittas potentis acutas intelliguntur pœnæ Iudæis
inflictę à potente exercitu Romanorum, in vltionem sanguinis Christi. Per carbones quoque desola
torios intelliguntur combustiones, quibus Romani incenderunt & combusserunt templum & ciuita
tem Ierusalem, & cęteras vrbes Iuda cum magna parre populi. De qua pœna Iudęorum Esaias eui- Esaię. 42
denter vaticinans, inter cætera ait, Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carceris absconditi, facti
sunt in ruinam, nec est qui eruat: in direptionē, nec est qui dicat, redde. Quis dedit Iacob in direptio-
nem, & Israel vastantibus eum, nonne dominus? Ipse est cui peccauerunt, & noluerūt in viis eius am
bulare: ipse combusit eum in circumitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. Hæc
verba beatissimi Esaiæ de nulla alia oppressione Iudæorum intelligi possunt, nisi de ea quam à Ro-
manis perpessi sunt, in qua nunc vsque premuntur & permanent, nec tamen cognoscunt suum pec-
catum, idcirco veniam nullam merentur. Deinde Christus vt viator aliquo modo existens atq; passi-
bilis glorificandus, nondum glorificatus ait, Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Desidera Marc. 9.
uit enim Christus ab isto exilio liberari, ad patriamque reuerti, propter quod loquutus est, O genera
tio incredula, quamdiu apud vos ero, quādiu patiar vos? Et iterum, Si diligeretis me, gauderetis vti- Iohā. 14.
que, quia vado ad patrem, id est, mihi de meo reditu ad patrem gratulanti, cōgratularemini. Habita-
ui cum habitantibus Cedar, id est, cum excæcatis & obtenebratis Iudęis, inter quos multo conuersa-
B tus sum tempore, prout alibi dicitur, Post hæc in terris visus est. & cum hominibus conuersatus est. Baruch. 3
Multum incola i. peregrina in hoc mundo fuit anima mea. Incola enim vocatur qui alienam terram
immoratur vel colit, & à patria sua longe seiunctus est. Sic autem Christus peregrinus & incola erat Iere. 14.
in vita præsenti, quemadmodum Ieremias dixit ad eum, Quare quasi colonus venturus es in terra, Iohan. 18
& quasi viator declinans ad manendum? Vnde & Christus testatus est, Regnū meum non est de hoc
mundo. Quanuis enim terra ista non sit aliena Christo cōditione, quia creauit eam, & venit in pro- Iohan. 1.
pria: dicitur tamen aliena, quoniam non erat ei pro patria. Cum his qui oderunt pacem, id est, cū Iu-
dæis qui fraternæ charitatis concordiam, euangelicæ prędicationis pacem, veramque mentis in deo
tranquillitatem abiecerūt, aduersantes mihi & meis discipulis, eram pacificus, nihil eis molestiæ in-
ferens, imo bona pro malis restituens: cum loquebar illis, redarguendo pessimam vitam eorum, prę- Iohan. 4.
dicando eis contemptum diuitiarum, & regnum cælorum. dicendoque eis me esse Christum in lege Iohan. 8
promissum, impugnabant me verbis & ictibus, gratis, dicentes, Tu de teipso testimonium perhibes, Luc. 4.
testimonium tuum non est verum. Et nunc tentantes me præcipitare, nunc lapidare, tandem vero Iohan. 10
me crucifigentes. Ecce in psalmo hoc breui ac sententioso docemur profectum nostrum spiritualem Matt. 27.
gradatim incipere, per recessum à pristinis vitiis, sicut scriptura hortatur, Fili peccasti, ne adiicias ite
rum: sed de præteritis deprecare vt tibi dimittantur, & quasi à facie colubri fuge peccata. Docemur Eccle. 21
C insuper in omni tribulatione ad deum clamare, eumque præcipue exorare, vt modis prędictis libere-
mur à labiis iniquis, & lingua dolosa, tam aliorum quàm propria. Corrumpunt enim mores bonos 1. Cor. 13
colloquia mala, secundum Apostolum. Edocet quoque nos psalmus iste, pręsentem vitam cum omni
sua voluptate & gloria aspernari, cælestisque patriæ felicitatem præcordialissimo appetitu deside-
rare, & cum turbulentis hominibus pacifice conuersari, quoniā Christo testante, Beati pacifici, quo- Matth. 5.
niam filii dei vocabuntur.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXX.

### ❡ EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi est, Canticum graduum. Cuius intellectus in pręcedentis psalmi expositione a-
pertus est. Hic autem est secundus psalmus gradualis, in quo agitur de secundo gradu spiritua
lis profectus, videlicet de imploratione diuini auxilii, quod relinquentibus pristina vitia ma-
xime necessarium est. Ait ergo propheta in persona hominis spiritualiter ascendentis, & priora pec-
cata derelinquentis.

### PRECATIO.

*Custos Israel indefessus, qui non dormitas neque dormis deus, sis quæsumus domine nobis assidua protectio, custo-*
D *diens nos ab omni malo, fidei nostræ introitum & uitæ exitum usque in seculum disponens.*

### ❡ EXPOSITIO Psalmi.

LEVAVI] contemplando, orando, psallendo, amando [OCVLOS meos] præ-
sertim intellectuales & etiam corporales, quatenus per exterioris visus eleua-
tionem visus interior erigatur [IN montes]. i. ad cælos, ad angelos sanctos, ad
ciues cælestes. Vnde ad sanctum Iob dicitur, Ad aliquem sanctorū conuertere
[VNDE]. i. de quibus montibus [VENIET] vt confido [AVXILIVM mihi]
quia per angelos sanctos mittit nobis creator omnipotens gratiam cælestis au
xilii. Omnes nanque (secundum Apost.) sunt administratorii spiritus in mini- Iob. 5.
sterium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Quoniā tamen au- Hebr. 8.
xilium istud est ab angelis instrumentaliter, & ministerialiter, à deo autē principaliter, ideo subditur.
❡ (2) AVXILIVM meū à dño, qui fecit cælū & terram.] Possunt quoq; ista aliter explanari, hoc Gene. 1.
modo, Leuaui oculos meos interiores in mōtes. i. ad altas cōsiderationes, ad contēplationes sublimes.
Ideo quęro, Vnde veniet auxilium mihi? Et spū sancto instructus, respondeo, Auxiliū meum à dño,
qui ait, Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuū. Et alibi, Non in exercitu nec in robore, Osee. 13
sed in spiritu meo dicit dñs. Itaq; auxilium meum à domino, non particulari, sed vniuersali omnibus Zach. 4

Genes. 1. dominante, qui creauit cælum & terram, quemadmodum in Genesi scribitur, In principio fecit deus E
cælum & terram. Per cælum vero & terram hoc loco intelligenda sunt omnia intermedia atque vniuersa in eis contenta. Præsertim autem per cælum intelligitur cælum empyreum, quod secundũ Damascenum est continentia visibilium & inuisibilium. Hac igitur diuini auxilii fultus fiducia, vir fidelis seipsum affatur, dicendo. ℂ (3) NON det in commotionem pedem tuum] .i. spiritualem tuum profectum, cordis tui affectum, animæ tuæ stabilitatem non permittat deficere, disperire [NEQVE dormitet] .i. per modum fatigati, seu dormientis se non habeat [QVI custodit te] id est, deus omnipotens qui est omnium electorũ præcipuus custos. Et ecce vir sanctus ex interiori spiritus s. instinctu se exauditum aduertens, adiecit. ℂ (4) Ecce non dormitabit] tanquam lassus [NEQVE dormiet] tanquam ab exteriori exercitio cessans [QVI custodit] per gratiam & angelorum subministrationem [ISRAEL] .i. plebem fidelium, seu vnumquemque fidelem. Quoniam deus electos suos incessanter
Esaię. 42 custodit, gubernat & protegit: iuxta illud, Ego deus tuus docens te vtilia, gubernãs te in via qua ambulas. Dicuntur autem deus & angeli sancti dormire seu dormitare, sicut dicuntur irasci & pœnitere, videlicet secundum similitudinem, non secundum veritatem. Dicitur ergo deus dormire, dum cessat gratiose succurrere. ℂ (5) Dominus custodit te] in bono conseruans, & à malo præseruans te in via
Tobię. 3. pręsentis exilii. Vnde à viro sancto dicitur, Sit dñs in itinere vestro, & ãgelus eius comitetur vobiscũ
Genes. 4 [DOMINVS protectio tua] id est, causa protectionis tuæ seu protector tuus [SVPER manũ dexte- F
Psal. 135 ram tuam] .i. magis ac fortius quam dextera tua, quæ fortius defendere solet, te protegere possit. Pro-
Iudic. 5. pter quod ait, Ego protector tuus sum. ℂ (6) PER diem sol non vret te, neque luna per noctem.] Quemadmodum tempus seu dies & nox dicuntur facere, quæ in ipsis fiunt, prout in libr. Macha. habetur, Videns Ionathas quia tempus eum iuuat. Sic sol qui præest diei, eamque causat, & luna præsidens nocti, asseruntur ea efficere quæ in die fiunt aut nocte. Et hoc modo dixit quidam Anachoreta ad alium, Infra quadraginta annos non vidit me sol manducãtem. Cui alter, Nec me (inquit) irascentem. Et in lib. Iudic. Stellæ manentes in cursu & ordine suo aduersum Sisaram dimicauerunt. Est itaque sensus, Per diem sol non vret te .i. in die non vreris, non destrueris, neque peribis, neque luna per noctem .i. tempore nocturno non vreris sicut nec in die. Quem enim deus custodit & protegit, nunquam vritur .i. nũquam spiritualiter consumitur flãma libidinis, igne impietatis, ardore peccati. Sicq;
Esa. 43. scriptum est, Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Hoc cantat ecclesia de sanctis quibusdam martyribus, qui vtiq; corporaliter cõbusti sunt igne, non autem secũdum
Act. 14. sensum prædictum. ℂ (7) DOMINVS custodit te ab omni malo] culpæ mortalis, & etiam à malo pœnæ, non vt non patiaris, cũ per multas tribulationes oporteat nos saluari, sed ne pœna animæ tuæ noceat, imo deo ordinante ineffabiliter proficit ei, quia per eam seruando patientiã, meretur vitam æternam. Itaq; dñs custodit te ô homo electe, ab omni malo, vel simpliciter ab omni malo, si nullum incidis malum. Vel, ab omni malo à quo custodiris seu præseruaris, vt scias donum dei esse, si ali G
quod malum euadis [CVSTODIAT animã tuam dñs] ne gratiam perdas, ne caro ei præualeat, ne finaliter pereat. ℂ (8) Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & vsque in seculum] .i. omnia opera tua interiora & exteriora. Vel, introitum tuũ .i. inchoationem, dum opus bonum aggrederis, & exitũ tuum .i. operis consummationem, quatenus cuncta operatio tua à deo semper incipiat, & per eum cœpta finiatur. Vel, introitum tuum .i. conuersationem tuam in hoc mundo, per quam hunc locum peregrinationis præsentis ingrederis: & exitum tuũ, quo à corpore separabe-
Iohan. 10 ris, mundũ exibis. De isto introitu & exitu ait Saluator, Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ecce psalmum iucundum & doctrinalẽ audiuimus, in quo nobis diuina prouidentia hilariter commendatur. Leuemus igitur oculos nostros ad angelos sanctos, deuotissime inuocantes singuli eos quibus specialiter sumus commissi, vt nunquam desinant nos propitius intueri, custodire, defendere, totumque nostrum auxilium constituamus in
Iob. 4. deo, dicentes illud Iob, Ecce non est auxilium mihi in me.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXI.

ℂ EXPOSITIO TITVLI.

Porro titulus psalmi præsentis est in sensu & verbis idem cũ titulo psalmi præcedentis, videlicet canticum graduum. Videturque ad literam psalmus iste loqui de ædificatione templi à Salomo
2. Reg. 7. ne constructi: quod Dauid sciens futurum, ita exorsus est. H

PRECATIO.

*Omnium existentium opifex domine, statue pedes nostros in atriis tuis, & ædifica Ierusalem supernam in nobis: fiat nobis pax continua in virtute tua, ut & eiusdem semper ciuitatis bona deuoti quæramus, & te præstante inueniamus.*

ℂ EXPOSITIO psalmi literalis.

LAETATVS sum in his quæ dicta sunt mihi] per reuelationẽ diuinam, & Nathan prophetam. Et quæ sint hęc, pandit [IN domum dñi] .i. templum à filio
3. Reg. 6. meo Salomone ædificandum [IBIMVS.] Quanuis autem domum istam Dauid ingressus non sit, qm̃ ante eius constructionem defunctus est, connumerat tamen se aliis qui introierunt, eo modo loquendi quo aliquid dicitur fieri à cõmunitate, qm̃ fit ab aliquibus ad cõmunitatem pertinẽtibus. Legitur autẽ qua-
2. Reg. 7. liter Dauid proposuit ædificare templum deo Israel, qui misit ad eum Nathan prophetam dicens per eum, ꝙ ipse non ædificaret sibi templum, sed filius eius.
ℂ (2) STANTES erant pedes nostri] .i. nosipsi populus dei, seu filii Israel, stetimus corporaliter

A [IN atriis tuis ô Ierusalem].i.in atriis templi & ciuitatis. Habuit nanque templum Salomonis plura 3.Reg.7.
atria. Vnũ, in quo stabant & offerebant sacerdotes. Aliud, in quo stabant & exorabant homines mun
di. Tertium erat atrium immundorũ. Similiter ciuitatẽ Ierusalem clausit Salomon triplici muro, sicq;
plura atria habuit ciuitas de qua subditur. ℂ(3) IERVSALEM] est [QVAE ædificatur vt ciuitas]
id est, à Salomone ædificatur. Vel potius in ædificiis melioratur, tam excellenter atque regaliter, sicut
decet regiam ciuitatẽ, seu regni Metropolim ædificari [CVIVS participatio eius in idipsum] id est,
ciuitas ista associata est templo. Nam in Hebræo habetur, Quæ associatur ei simul. Vel dicitur parti-
cipatio eius in idipsum propter ciuium communionem, & pacificam conuersationẽ, vel propter ædi
ficiorum mutuam confortationem ac decorationem. ℂ(4) ILLVC enim] id est, ad hanc ciuitatem
& templum in ea constructum [ASCENDERVNT tribus] videlicet [TRIBVS domini].i. duode
cim tribus Israel, quæ dicuntur tribus dñi, quia cæteris gentibus ad idololatriam deuolutis, ipsi vnum
verum deum coluerunt [TESTIMONIVM Israel].i. sicut Iacob alio nomine Israel dictus testatus
est, & sicut ei deus prædixit. Nam de ædificatione templi Iacob prophetauit, Quam terribilis (in- Gen. 32.
quiens) est locus iste. Non est hic aliud nisi domus dei. Ascenderunt itaque [AD confitendũ nomini 35.
domini].i. vt deum laudarent. eiusque beneficia recognoscerent in templo diebus solennibus, sicut in Gen. 28
lege Mosi continetur. Non enim poterant offerre sacrificium, nisi in vno loco.i. templo ædificato. Leuit. 2.
B ℂ(5) QVIA illic] videlicet in ciuitate & templo Ierusalem [SEDERVNT sedes.] Ponitur con-
tinens pro contento: vt sit sensus, sedes.i. sedentes in sedibus iudicialibus [IN iudicio] id est, vt iudi-
carent populum. Ad reges nanque & summos sacerdotes in Ierusalem habitantes, pertinebat deter-
minare causas dubiosas & magnas emergentes, sicut in Deuteron. scriptum est [SEDES super do- Deut. 16.
mum Dauid].i. sedentes seu præsidentes isti sederunt super domum Dauid. quatenus populum, seu
familiam Dauid regis iuste iudicarent. Deinde inuitat propheta alios ad orandũ pro bono statu Ieru
salem. ℂ(6) Rogate] ô filii Israel deum ea, [QVAE ad pacem sunt Ierusalem].i. populo habitanti
in ea [ET abundantia] spiritualium, temporalium bonorum detur diuinitus [DILIGENTIBVS
te] ô Ierusalem ciuitas dei summi. ℂ(6) FIAT pax in virtute tua] id est, in forti tua structura, ne
aduersarius te expugnet [ET abundantia] victualium fiat ô Ierusalem [IN turribus tuis] in quibus
custodes ciuitatis vigilare & arma reponere solent. ℂ(8) PROPTER fratres meos] id est, Iudæos
cognatos [ET proximos meos] id est, cæteros fideles [LOQVEBAR pacem de te] id est, deum in
oratione affatus sum, deprecans eum pro pace tua. Ordinatur enim locus seu ciuitas ad populum, nõ
populus ad ciuitatem. Iccirco orandum est pro pace ciuitatis propter populum, non econtra. Maxi-
me vero orandum est pro pace loci, quatenus cultus dei augeatur, ideo additur. ℂ(9) PROPTER
domum domini dei nostri] propter templum & cultum diuinum in eo perficiendum [QVAESIVI]
C orando [BONA] id est, statum pacificum abundantiamque bonorum [TIBI] ô Ierusalem.

ℂEXPOSITIO anagogica eiusdem psalmi, & quomodo allegorice exponi possit.

ANagogicum denique intellectum sequendo, loquitur Propheta de cælesti Ierusalem, de qua
ait Apostolus. Illa quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nostra, Congrue autem Galat. 4.
ponitur hic tertius psalmus gradualis post duos sequentes, quoniam primus gradus ascensio-
nis internæ est exire de malis & vitiis seculi. Secundus implorare auxilium dei. Tertius confidere de
peruentione ad vltimum finem seu vitam æternam: de quo vtique gradu hic psalmus pertractat. Lo-
quens ergo Propheta in persona hominis præsentia cuncta paruipendentis, mansionemque cæle-
stem præcordialiter cupientis ait, Lætatus sum, in domino spirituali lætitia, in his, id est, ex conside-
ratione horum, quæ dicta sunt mihi à prophetis atque apostolis successoribusque ipsorum, vel per re-
uelationem angelicam, seu inspirationem internam. Quæ autem dicta sint subdit, In domum domi-
ni, id est, ecclesiam triũphantem, in patriam beatorum, in regnum cælorum ibimus, post huius vitæ
incolatum, cum ab omni reatu fuerimus expurgati. Hoc dicit nobis Apostolus, Scimus quoniam si 2.Cor. 6.
terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex deo, do- Hebr. 3.
mum non manufactam æternam in cælo. Et iterum, Ingrediemur in illam requiem nos qui credi-
D dimus. Christus quoque, Vado (inquit) parare vobis locum, & iterum veniam & assumam vos ad Iohã. 14.
meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et iterum dominus ait, Ecce ego creo cælos nouos & ter-
ram nouam, & exultabitis & gaudebitis vsque in æternum in his quæ ego creo. Hoc autem quod Esaiæ. 63
dicitur, In domum domini ibimus, est verbum bonæ spei. Non enim certitudinaliter scimus hoc,
nisi dicantur hæc verba in persona ecclesiæ. Denique quàm vehementer, ineffabiliter, incomparabi- 1. Iohã. 3
literque gaudendum est nobis de hoc, quòd in hanc domum domini sumus ituri, in qua deus subli- Mat. 22.
mis & benedictus facie ad faciem sine fine videtur, in qua inuenitur æterna securitas & plena iu-
cunditas, in qua erimus sicut angeli dei, satiabitúrque in bonis desiderium nostrum. Huius do- Lucæ. 1.
mus ingressu dignus non est, qui in carnalibus iucundatur, qui in sensibilibus detinetur, qui non Apoc. 12
contemplatur cælestia, qui non seruit deo in sanctitate atque iustitia. Quia vt asseritur, non intrabit
in illam aliquid coinquinatum. Signum autem & causa sperãdi, quòd ibimus in domum domini, est, Philip. 3.
quia iam stantes erant pedes nostri.i. desideria nostra & contemplationes nostræ fixa & stabilita fue
runt in atriis tuis Ierusalem.i. in mansionibus regni cælestis, ita quòd conuersatio nostra fuit in cælis,
& omnia opera nostra ordinauimus ad vitam æternam, quam summe atque finaliter desideramus.
Hoc est quod ait Apost. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei viuẽtis, & Ierusalem cælestem Hebr. 12.
& multorum millium angelorũ frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis.
Aliqui quoq;, Nos (inquit) reuelata facie gloriam dñi speculantes in eandem imaginem transforma- 2. Cor. 5.

mur, de claritate in claritatem. Ieruſalem, iſta cæleſtis eſt, quæ ædificatur quotidie vſque ad conſum- E
1. Petr. 2. mationem ſeculi ex viuis lapidibus .i. ſanctis animabus ad patriam peruenientibus, vt ciuitas ſumma
atque perfecta, videlicet taliter qualiter decet ædificari ciuitatem regis æterni. AEdificatur enim ex
precioſis, politis, rationalibus ac ſanctis lapidibus, ſcilicet angelis atque hominibus, quomodo Paulus
teſtatur, In Chriſto omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in dño, in quo & vos co-
ædificamini in habitaculũ dei in ſpiritu ſancto. Ciuitas autem dicitur quaſi ciuium vnitas. Tanto igi-
Epheſ. 2. tur cæleſtis Ieruſalem verius ciuitas appellatur, q̃ aliqua manſio viæ, quanto cæleſtium ciuium maior
concordia eſt, q̃ aliquorum in via. Cuius participatio eius in idipſum, hoc eſt, omnes ciues huius ciui
tatis idem bonũ participant, qm̃ eodem ſummo bono omnes fruuntur. Magis tamen & minus, ſecun
dum ꝙ magis ac minus dilexerunt. Deus ergo eſt idipſum eius .i. inuariabile indiuiſumq́ue bonum ſu
pernę Ieruſalem: cuius participatio, hoc fruitio, beatitudo, deificatio, qua diuinam bonitatem partici
Iohan. 17 pat, eſt vniformis & ſempiterna, quemadmodum ſcriptum eſt, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te
1. Iohã. 3. verum deum. Et iterum, Similes ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. Vel, cuius participatio eius
in idipſum .i. bonum omniũ eſt bonum ſingulorum, & econuerſo in ciuitate cæleſti. Cum enim amor
ſit ſui diffuſiuus & cõmunicatiuus, ſicut in patria eſt perfectiſsimus mutuus amor omnium beatorũ:
ſic ibi eſt pleniſsima cõmunio beatitudinis ſingulorum. Nam de felicitate vnius alius gaudet ſicut de
propria, imo ſinguli ſingulis cõgratulantur, & ſuperiores inferioribus tradunt de perfectionibus ſibi F
diuinitus datis, ſecundũ magnum Dionyſium. Hæc autẽ nulli ciuitati terrenæ proprie competunt. Il
luc enim, hoc eſt, ad supernã Ieruſalem aſcenderunt, quantũ ad animam tribus, non qualeſcunq;, ſed
tribus dñi .i. populus ex deo per gratiã natus, videlicet omnes electi iam defuncti, & ab omni macula
Mat. 28 depurati. Multi enim eorũ ſimul cum Chriſto aſcenderunt, & alii interim ſunt ſecuti. Præceſſeruntq́;
Hebr. 12. nos vt præparent nobis locum, vt orent pro nobis, vt eorum imitemur veſtigia, prout monet Apoſt.
Ideo & nos tantã habentes impoſitam nobis nubem teſtium, deponẽtes omne pondus & circũſtans
nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Teſtimoniũ Iſrael, hoc eſt,
aſcenſus iſte eſt teſtimonium Iſrael .i. populi fidelis deum contemplantis. Nam huic populo deus te-
Gen. 13 ſtatus eſt, ꝙ aſcenderent ad domũ ſuam cæleſtem. Imo Iacob ſicut & Abrahæ promiſit hoc deus. Ad
Apoc. 4. confitendum nomini domini, confeſsione laudis æternæ, quemadmodum in Apocal. legitur, Requiẽ
non habebant die ac nocte, dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotens. Quia illic,
hoc eſt, in ciuitate cæleſti, ſederunt, ſedent, atque ſedebunt ſedes .i. ſancti apoſtoli & apoſtolici viri, in
Sapien. 7 quibus deus per gratiam requieſcit. Nam & anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ increatæ, quę deus eſt: ſe-
des in iudicio, hoc eſt, iſti ſedent in regno cæleſti cum Chriſto, vt in die iudicii iudicent cum Chri-
Matt. 19. ſto, quemadmodum ipſe in euangelio ait, Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius
hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus
Sapien. 3 Iſrael. Vnde alibi dicitur, Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Sedes ſuper domum Da- G
uid, hoc eſt, ſuper populum Chriſti, cui prælati ſunt & iudices conſtituti. Denique ſolus Chriſtus iu
dicabit, proferendo ſententiam. Trinitas vero ſuperbenedicta iudicabit per authoritatem. Sancti ve-
ro & apoſtolici viri, qui propter Chriſti amorem omnia reliquerunt, & ſeipſos abnegauerunt, iudi-
cabunt per approbationem & aſſeſsionem. Cum ergo ſit tanta beatitudo ciuitatis supernę, ô vniuer
ſi fideles, Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, id eſt, deum inuocate pro his bonis, videlicet pro do
nis ſpiritus ſancti, per quæ mereamini ad cæleſtis Ieruſalẽ pacem perduci. Moxque conuertens Pro-
pheta ſermonem ad triumphantem eccleſiam ait, Et abundantia diuinorum chariſmatum ſeu ſpiri-
tualium gratiarum detur diuinitus per tuam interceſsionem, diligentibus te, id eſt, nobis viatoribus,
1. Petr. 4. qui ad tuam ſocietatem perduci optamus. Verum quoniam Petrus in ſua Canonica ait, vt quilibet ſi-
cut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtraret, iccirco propter fratres meos & proximos me-
os loquebar pacem de te, id eſt, felicitatem & gaudia tua ô ſuperna Ieruſalem aliis prædicaui, quate-
nus fratres & proximos meos, id eſt, fideles atque propinquos erudirem, tuo amore accenderem, at-
que ad tuam vnionem ſaluificam ſeu vitam æternam adducere poſſem. Propter domum domini dei
noſtri, id eſt, vt eccleſiam militantem hoc modo ædificarem, quæſiui bona tibi, eas, id eſt, ad honorem
& gloriam tuam, hoc eſt, orando, & prædicando quęſiui ſpiritualia bona viatoribus ad gloriã beato-
rum, videlicet vt ipſi amplius iucundentur, quantum ad præmium accidentale, peruenientibus via-
toribus ad eorum conſortium. Vel, quæſiui bona tibi, eccleſiæ triumphanti laborando pro viribus, vt
impleatur numerus electorum, & ædificentur muri tui per complementum. H

¶ EXPOSITIO allegorica.

PRæterea quia per Ieruſalem allegorice ſignificatur eccleſia militans, ideo poteſt hic pſalmus de
eccleſia militanti exponi. Sicq́; loquens Propheta in perſona populi Gentilis ait, Lętatus ſum in
his quę dicta ſunt mihi, ab apoſtolis .ſ. ꝙ in domũ dñi .i. in eccleſiã Chriſti ibimus, itaꝙ pertinebimus
Act. 13. ad ſocietatẽ ac numerũ Chriſtianorũ. Hoc eſt quod in Act. recitatur. Cũ enim Paulus Iudæis blaſphe-
mantibus reſpondiſſet, Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei. ſed qm̃ repuliſtis illud, & indignos
Eſa. 42 vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis dñs, Poſui te in lu-
Eſa. 29. cem Gentiũ, vt ſis ſalus mea vſque in extremum terræ: quæ ſunt verba dei de Chriſto loquentis per
Eſaiã, ſubiungitur, Audiẽtes autẽ Gentes gauiſæ ſunt, & glorificauerunt verbũ dñi, videlicet quia re-
probatis Iudæis, ipſi illuminandi eſſent à Chriſto. Stantes erant, hoc eſt, erunt. Sępe enim prophetæ
loquuntur de futuro per modũ præteriti propter certitudinẽ prophetiæ, pedes noſtri corporales &
ſpũales in atriis tuis Ieruſalẽ .i. in locis eccleſiæ. Atria enim dicuntur introitus, ſeu loca ꝑ quæ in domũ
intratur. Vnde ſpũalia atria ſunt fides, ſpes, charitas, per quas itur ad vnitatem eccleſiæ, cultúmque

A diuinum. In spiritualibus itaque atriis stant pedes spirituales, videlicet boni effectus & sanctæ cogitationes, quibus ad deum graditur anima: in corporalibus vero atriis stant corporis pedes. Ierusalem, hoc est, ecclesia militans est, quæ ædificatur ex Christifidelibus tanquam ex viuis lapidibus, vt ciuitas dei, quoniam ipsa est ciuitas Saluatoris, cuius participatio eius in idipsum. i. bona spiritualia ciuitatis huius quodammodo extant communia, qm̄ vnus fidelium alii impartitur quod ipse recepit: imo alteri cupit prouidere atque succurrere tanquam sibiipsi, quemadmodum ait Apost. Non quęro quod mibi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Et alibi, Non quæ sua sunt singuli quærētes, sed quæ aliorum. Et quid mirum si participatio ecclesiæ est in idipsum, cum affirmet Apost. Omnes vos vnum estis in Christo Iesu? Illuc enim, hoc est, ad ecclesiam militantem ascenderunt tribus tribus domini, id est, samiliæ atque progenies electorū ad fidem & gratiā, scilicet Christiani, de quibus in Act. dicitur, Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Nam & ad ecclesiam materialē Christiani corporali motu conueniunt. Ad ecclesiam autem spiritualem, id est, congregationem fideliū seu ecclesiasticam vnitatem conueniunt affectu, fide & opere, idem credendo, idem sperando, idem amando eademque præcepta seruando. Quia illic sederunt sedes in iudicio. In ecclesia nanque constituti sunt iudices, tam spirituales quàm seculares, & isti sunt sedes. i. in sede sedentes super domū Dauid, id est, pręsidentes populo Christi, qui significatur per Dauid. Rogate, ô sancti in patria, & ô omnes deuoti in via quæ ad pacem sunt Ierusalem, id est, illa vestris precibus procurate ecclesiæ, quæ sunt pro spirituali pace & statu pacifico eius. Hoc enim orauit Apost. Obsecro (inquiens) fieri orationes pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & abundantia gratiæ & virtutum sit ô ecclesia diligentibus te, id est, vniuersis qui zelum pium & amorosum habent pro bono statu ac spirituali profectu totius ecclesiæ militantis, qualis extitit Paulus, quem sollicitudo omniū ecclesiarum afflixit. Propter fratres meos & proximos meos, hoc est propter salutem & informationem fratrum ac proximorum meorum, loquebar in oratione mea ad deum bona ad te, rogando deum vt bona spiritualia tibi cōferret. Propter domum domini dei nostri, hoc est, vt ecclesia Christi modo proficeret in gratia, & postmodum esset in gloria, quæsiui bona tibi, id est, dona dei tibi acquirere laboraui ô ecclesia Christi nūc militans, ac si dicat: propter tuam salutem, non propter meam commoditatem studui tibi auxiliari. Ecce psalmū spirituali hilaritate perfusum, animamque deuotam spiritualiter lætificantem audiuimus, quem decet nos cum præcordiali gaudio decantare, nec primum psalmi huius versiculum sine ebaritatis feruore ac spiritualis iucunditatis excessu depromere. Et quia ad hanc cælestem Ierusalem in qua est ineffabilis concordia charitasque plenissima nemo pertingit, nisi charitatis & pacis amator & obseruator, conemur in vera dei ac proximi dilectione viuere atque proficere, perpendentes & adimplentes illud

C beatissimi Apost. Obsecro vos in domino, vt digne ambuletis deo, vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicē in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sic itaque conuersantes in militanti ecclesia, digni habebuntur ingredi ecclesiam triumphantē cælestem Ierusalem, quoniam vitam ciuium eius imitantur in terra. Hanc enim ciuitatem supernam eleganter describens Esaias, in dei persona ait, Ponam visionem tuam pacem, & pręposítos tuos iustitiam, occupabit salus muros tuos. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam, populus autem tuus omnes iusti. Ecce quàm appetenda decoraque ciuitas, ad quam duobus pedibus charitatis, videlicet dei & proximi itur & peruenitur. Spiritualium etenim gressuum pedem mouet dilectio, quæ etiam intrat vbi scientia foris stat, sicut venerabilis Hugo testatur.

1. Petr. 2. 1. Cor. 10. Ibidem. Galat. 3. Act. 13. 1. Tim. 2. 2. Cor. 12. Ephe. 4. Esaiæ. 60.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXII.

### EXPOSITIO TITVLI.

INsuper titulus psalmi iam declarandi est, Canticum graduum, cuius intellectus liquet ex dictis. In hoc autem quarto psalmo graduali agitur de quarto gradu spiritualis ascensionis, qui est inter o-

D mnes aduersitates atque angustias inconcussam habere fiduciam de miseratione diuina, sicut Iob ait, Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Loquens ergo Propheta in persona hominis grauiter tribulati, & tamen de domino immobiliter confidentis, ait. Iob. 13.

### PRECATIO.

*Nos tui serui oculos nostros ad te leuamus, qui habitas in cælestibus, domine deus noster miserere, & de opprobrio & æterna superborum eripe despectione.*

### EXPOSITIO psalmi.

AD TE leuaui] credendo, sperando, amando, contemplando, patienter ferendo, fideliter operando [OCVLOS meos] præsertim intellectuales & etiā corporales, quemadmodum Ieremias ait, Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælos [QVI habitas in cælis] materialibus & immaterialibus. Threni. 3. Deus enim æternus & incircumscriptus in nullo ente creato habitat, ita quod includatur aut comprehendatur seu limitetur. In omnibus tamen est per essentiam, præsentiam atque potentiam: ibi vero præcipue esse & habitare censetur, vbi gratiosius & euidentius operatur. Iccirco in angelis sanctis hominibusque deuotis, qui sunt cæli spirituales, specialiter esse & habitare asseritur. In cælis quoque,

& prȩsertim in cælo empyreo est & habitat deus, quoniam ibi videtur sicuti est. Veruntamen quoniã E
omnes beati in cælo materiali habitãt, & nunc per hoc quod dicitur, qui habitas in cælis, intelligitur
deus, videtur de immaterialibus cælis loqui, quia in illis deo habitare est proprium. ℂ (2) ECCE si-
cut oculi seruorum] sunt [IN manibus].i. potestate & voluntate [DOMINORVM suorum] ita ꝙ
diriguntur ad eos postulando veniam si offenderunt, vel præmium si laborauerunt, vel informatio-
nem si ignorent quid agere debeant. ℂ (5) SICVT oculi ancillæ] sunt [IN manibus dñe suæ] secun
cundum modũ iam dictum [ITA oculi nostri] diriguntur [AD dñm deum nostrum] auxiliũ, indul-
gentiã gratiamq; precantes [DONEC misereatur nostri] faciendo quod postulamus, vel certe dando
quod ipse nouit nobis esse vtilius. Et quia tam diu indigemus misericordia dei, quamdiu versamur in
seculo isto, ideo quã diu hic viuimus debemus indesinẽter oculos nostros ad deum dirigere, præcipue
Matth. 1. tamen dum grauiter tentamur siue affligimur. Sciendum quoque ꝙ hoc loco vox ista, donec, est affir
matiua & inclusiua omnium temporum, sicut habetur de Ioseph, Non cognouit eam (puta Mariam)
donec peperit filium suum primogenitum. Non enim sic dicuntur oculi nostri ad dominũ dirigi, do-
nec misereatur nostri, quasi cum misertus fuerit nostri non amplius dirigentur ad eũ. ℂ (4) MISE-
RERE nostri domine] mala culpæ & pœnæ tollendo [MISERERE nostri] gratiam & gloriã con
ferendo, [QVIA multum repleti sumus despectione].i. ab iniquis multum despecti sumus. Deride-
Iob.12. tur enim iusti simplicitas, sicut Iob ait. Et Paulus, Nos (inquit) stulti propter Christum. Electi nanq; F
1.Cor. 4. à reprobis contemnuntur, religiosi à secularibus, humiles à superbis, egeni à diuitibus, ideo subditur.
ℂ (5) QVIA multum repleta est anima nostra] miseriis variis in tantum, vt facta sit [OPPRO-
BRIVM abundantibus].i. diuitibus [ET despectio superbis] Psalmus iste instruit nos oculum cor-
dis ad deum in omni necessitate erigere, neque recedere donec misericordiã consequamur. Oportet
Luc.18. enim semper orare & non deficere. Præterea ad istam fiducialẽ sanctamque eleuationem inducit nos
Iohan.17 Christus suo exemplo, de quo scriptũ est, Subleuatis Iesus oculis in cælum dixit, Pater venit hora, cla
Iohan. 11. rifica filium tuum. Et uerum, Iesus eleuatis sursum oculis dixit, Pater gratias ago tibi. Ad quid enim
eleuatio corporalium oculorum sibi necessaria fuit, cuius interior oculus deum incessanter per speciẽ
vidit, & cuius voluntas in diuino amore semper æqualiter arsit? Non ergo ob aliud fecit hæc, nisi vt
nos eadem faciamus. Fecit autem ideo, vt ostenderet se omnia à patre habere, sed & hoc fecit quate-
nus nos iugiter fateamur à deo esse, quicquid in nobis boni extiterit: iuxta illud, Non potest homo
Iohan. 3. accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cælo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXIII.

ℂ EXPOSITIO Tituli.

HVius insuper psalmi titulus idem est cum titulo psalmi præcedẽtis. Quamuis autem psalmus iste G
conuenientissime exponitur in persona martyrum iam cum Christo triumphantium, seu aliorũ
Act.14 beatorũ in patria, qui per multas tribulationes ingressi sunt regnum cælorũ: potest tamen viatoribus
cõuenire, qui à tentationibus, passionibus persecutionibusq; diuinitus liberati, gratias referunt de sua
euasione. Et rite ponitur psalmus hic quintus in ordine psalmorũ gradualiũ. Tractat enim de quinto
gradu spiritualis ascensionis, qui est non propriis viribus, sed gratiæ dei suam liberationẽ asscribere.
Iudic.7 Vnde dominus in lib. Iud. ait, Ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Lo-
quens ergo Propheta de homine seu populo à multis tentationibus atque periculis liberato, ait.

PRECATIO.

*Torrentem vitiorum domine fac animam nostram pertransire, ut tua fortitudine laqueo diabolicæ fraudis contrito, tuo in perpetuum liberemur adiutorio.*

ℂ EXPOSITIO Psalmi.

NISI quia dominus erat in nobis, dicat nũc Israel] id est, populus fidelis, deum
fideliter speculans, profiteatur iam corde deuoto ac grato, ꝙ nisi deus gratiose
fuisset nobiscum. Quod iteratur pro maiori certitudine, pro ampliori gratitu-
dine, pro exhortatione feruentiore, dum subditur, [NISI quia dominus erat in
nobis] hoc est, per gratiam suæ defensionis nos protexisset. ℂ (2) CVM exur
gerent homines] infideles, hæretici, tyranni, maligni [IN nos] hoc est, contra H
nos, mala pœnalia nobis inferentes, nosque ad mala culpæ inducere satagentes
[FORTE VIVOS deglutissent nos] hoc est, ita nos occidissent, sicut occidi-
tur quod à bestia viuum glutitur. Proprie autem conuenit vox ista sanctis martyribus, quia tyran-
ni conati sunt eos ad idololatriam, seu Christi negationem inducere, quo facto absorpta esset anima
eorum, non caro: & ita viui absorpti fuissent. Nam viuentes in corpore, mortui fuissent in anima, ha-
bentesque vitam naturæ, perdidissent vitam gratiæ & gloriæ. ℂ (3) CVM irasceretur furor eorum
in nos, forsitan aquȩ] tribulationũ, hoc est, vehementes persecutiones [ABSORBVISSENT nos]
id est, præualuissent contra nos, ita ꝙ mortui fuissemus morte peccati, consentiendo malignis, vel per
impatientiam superati. Nisi enim deus patientiam atque constantiam daret, quis in tantis tribulatio-
Deut.8 nibus inconcussus persisteret? Vnde Moses loquitur, Ne dicas in corde tuo fortitudo mea & ro-
bur manus meæ hæc omnia mihi præstiterunt: sed recordare domini dei tui, quod ipse vires tibi pre-
Esaiæ.8 buerit. Significatur autem per aquam tribulatio magna: iuxta illud, Adducet super eos aquas mul-
Thren.3. tas & fortes, regem Assyriorum. Et alibi, Inundauerunt aquæ super caput meum. Dixi, perii.

A ¶ (4) TORRENTEM] hoc est, copiosam & magnā tribulationem & tentationē [PERTRANSIVIT anima nostra] æquanimiter sustinendo aduersa, neq; cōsentiens suggestioni peruersæ (FORSITAN pertransisset anima nostra aquam intolerabilem] .i. nisi dn̄s succurrisset, supra vires grauati atq; tentati essemus, & cōpulsa fuisset anima nostra pertransire .i. pati aquā intolerabilem .i. persecutionem, cui resistere nullatenus potuisset. Sed fidelis dn̄s qui non est passus nos tentari supra id quod 1.Cor. 10
ferre potuimus: imo fecit cū tentatione prouentū, dando nobis gloriam pro tormento. Nequaquam etenim posset homo inuisibilibus hostibus suis resistere, nisi angelus sanctus succurreret, & deus per seipsum seu per angelum opem impenderet. Nam de potestate diabnli scriptum est, Non est super Iob. 42
terram potestas quæ comparatur ei. Sunt enim incomparabiliter astutiores, agiliores expertioresque nobis. iecirco ¶ (5) BENEDICTVS dominus] hoc est, ab omnibus benedicatur, laudetur, & æternaliter benedictus existat. [QVI non dedit nos] effectiue vel permissiue [IN captionem dentibus] id est, crudelitati ac malignitati [EORVM] .i. inuisibilium visibiliumque inimicorū .i. qui non permisit nos capi seu vinci ab hostibus, quantū ad animam, quanuis corporaliter ab eis vincti, afflicti, occisiue simus. ¶ (6) ANIMA nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium] hoc est, quemadmodum passer euadit rete sibi extensum ne capiatur: sic anima nostra per gratiam dei erepta est de impugnatione inimicorū suæ salutis, videlicet hominū impiorum ac dæmonū: qui vocantur venantes, qm̄
B animā insequuntur vt canes, quatenus eā necidant, fallant, vinculo miserę seruitutis ligent, & potestati diaboli subdant. Quod enim non solum dæmon, sed etiam homo malignus dicatur hoc modo venator, liquet ex eo quod scriptum est, Vir fratrem suum venatur ad mortem. Et de indignis pastori- Mich. 7
bus ab Osee inducitur, Ad iniquitatem subleuabunt animas eorum. Laqueus vero vocatur omne quo Osee. 4.
anima ad peccandum inducitur, vel potestati dæmonis subiecta efficitur. Vnde in Osee habetur, At- Osee. 5.
tendite hoc sacerdotes, qm̄ laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super montē Thabor. Similiter laqueus diaboli species meretricis. & de auaritia ait Apost. Qui volunt diuites fieri, in- 1.Timo. 1
cidunt in tentationem & laqueū diaboli. Porro ꝙ omnia vitia dici possint laquei dæmonis, patet per illud Apost. Det deus illi pœnitentiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, 2.Tim. 2
à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Laqueus ergo venantium est omnis tentatio, omnis carnis voluptas, omnis inordinata lætitia. ¶ (7) LAQVEVS contritus est] .i. dæmon superatus est, peccato consensus negatus est, aduersitas nocere non potuit [ET nos liberati sumus] à laqueis prædictis. Istud in hac vita perfecta cantare non possumus, quoniā tentatio durat vsque ad finem, imo interdum in fine vitæ durius instat. Quando ergo cantabimus istud perfecte, nisi in vita futura? quando dicemus mente iucunda illud Apost. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Possu- 1.Cor. 15
mus tamen istud in hac vita aliquo modo cantare, quando videlicet tētationi alicui præualemus, aut
C quæcunq; aduersa deo auxiliante euadimus. Nam & Apost. dicit, Deo gratias qui dedit nobis victo- Ibidem.
riam per dominum nostrum Iesum Christum. Et de cōtritione diaboli eiusque laqueis ait, Dominus Rom. 16.
conteret satanam sub pedibus vestris velociter. ¶ (8) ADIVTORIVM nostrum] consistit [IN nomine domini] hoc est, in potestate creatoris, non in viribus nostris, qm̄ scriptum est, Dn̄e omnia ope Esaiæ. 26
ra nostra operatus es in nobis, & tantū in te recordemur nominis tui. In dn̄o itaque situm est adiutorium nostrū [QVI fecit cælū & terram.] Docet nos psalmus præsens omnē triumphum, profectum & gratiā deo cū vera humilitate ascribere, diuina beneficia deuote recolere, atq; de eis dn̄o gratias immolare. Postremo secundum Hugonem dæmones inuadunt homines per suggestionem, tangunt per malam cogitationem, mordent per prauam delectationem, masticant per deliberationem, transglutiunt per consensum, traiiciunt in stomachum per operationē, decoquunt per consuetudinem, & egerunt in mortem per damnationem. His autem gradibus descenditur in infernum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXIIII.

### EXPOSITIO Tituli.

D EST autem titulus psalmi nunc declarandi, Canticum graduum. Est enim hic psalmus inter psalmos graduales sextus, agitque de sexto spiritualis ascensionis gradu, qui est immobilis quędam in deo fiducia, ex præteritis beneficiis roborata. Quanto enim quis frequentius pietatem gratiam dei circa se experitur, tanto eius fiducia in deo certius stabilitur, & ita ex perceptione præsentium munerum certa fit expectatio futurorum. Ait itaque sanctus Propheta.

### PRECATIO.

*Mons Christe fortitudinis, tuis nos quæsumus ubique tuere præsidiis, esto in circuitu populi tui, & non derelinquas uirgam peccatorū dominari super fortem famulantium tibi, bene fac nobis, & indulge tempora prosperitatis & pacis.*

### ¶ EXPOSITIO psalmi.

QVI confidunt in dominn[nō in rebus creatis, caducis & vanis: tales erunt & sunt [SICVT mons Sion] siue per montem Sion intelligitur mons ille terrenus, in quo templum Salomonis erat cōstructum, siue homo speculatiuus, qui 3.Reg.
alios per gratiam contemplationis transcendit (nam sicut mons ille terrenus 6.7.
erat immobilis, vel quia nullo modo, vel quia difficulter mobilis erat) sic confidentes in domino, aut nullo modo, aut difficulter mouentur à rectitudine fidei atq; iustitia vitæ. Iterum sicut vir cōtemplatiuus, qui est mons speculationis in dn̄o stabilitur per gratiā: sic qui confidunt in domino, in eo roborātur per spe-

Esaię.40 certissimam longanimitatē. Vnde ait scriptura, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assu B
Prou.18 ment pennas vt aquilæ, ambulabunt & non deficient. Et iterum, Turris fortissima nomen domini, ad
ipsum currit iustus & saluabitur, [NON mouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem.] Ierusalem
illa terrena, quę erat ciuitas in Iudæa, sæpe mota atque destructa est. Bis enim totaliter est destructa,
4.Re. 25 videlicet semel à rege Babylonis, & semel à Tito principe Romanorum. Frequenter quoque partim
destructa est, sed & habitatores ipsius sępe vastati sunt. Non ergo de illa Ierusalem loquitur iam Pro-
pheta, sed de cælesti Ierusalē, cuius habitatores confirmati sunt in bono & statu beato, ita vt amplius
nequeat cōmoueri. Potest quoq; exponi de militanti ecclesia, quæ per Ierusalem designatur, vt sit sen-
sus, Non mouebitur in æternū à fide catholica, à vita fideli, à gratia quam diu in præsenti seculo de-
git, qui habitat in Ierusalē.i.in militanti ecclesia per fidē charitate & gratia adornatam. Non ꝙ talis
nunquā possit peccare, vel ꝙ omnis in ecclesia taliter habitans sit electus, æternaliterque seruandus:
sed hoc dicitur ad insinuandū quid conueniat habitatori ac filio ecclesię, seu homini iusto, inquātum
huiusmodi. Quamdiu enim manet mēbrum & filius ecclesiæ, à Christo defenditur, sed non cōfirma-
tur in bono de lege communi, nisi huius viæ cursu finito, vel potius in termino eius. Nihilominus ex
gratia speciali aliqui sancti ausi fuerunt asserere in hac vita se nunquā mouēdos à statu salutis, quem-
Iob.27. admodum S. Iob ait, Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Et Paulus, Certus sum ꝙ ne-
Roma. 8. que mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque creatura aliqua poterit nos separare à F
charitate dei. Huius vero stabilitatis causa subiungitur. ¶ (2) MONTES in circumitu eius] hoc est,
beati in patria, scilicet angeli sancti & homines iam saluati sunt in circūitu eius.i. in gyro cælestis Ie-
rusalem, ideo ciuitas illa turbari non potest. Vel sic, Montes, id est, angeli dei, qui propter naturæ &
gratiæ excellentiam montes vocantur, sunt in circūitu eius.i.militantis ecclesię, tanquam ad custodiā
hominum ordinati ac missi: sed ne quis hoc sufficere putet, vel in illis finaliter speret, adiungitur, [ET
Iohā. 14. dominus in circumitu populi sui] quemadmodum in euange. ait, Non relinquam vos orphanos. Et,
Mat. 28 Ego vobiscum sum cunctis diebus vsq; ad consummationē seculi. Propterea sequitur [EX hoc nunc
Psalmo.6 & vsque in seculum] Superius dictum est domino, Synagoga populorum circundabit te: quod illic
expositū est: nunc dicitur dn̄s in circūitu populi sui, quod magis proprie dicitur q̄ illud, Proprie nan-
que nihil esse potest in circūitu immēsi & incircumscriptibilis dei, sed deus æternus ac infinitus vni-
uersa includit, omnia continet, ambit, conseruat, suosque electos gratiose defendit. ¶ (3) QVIA nō
relinquet dn̄s] finaliter [VIRGAM peccatorum] hoc est, potestatem, persecutionem, tyrannidem
reproborum [SVPER sortem].i.partem [IVSTORVM] seu super iustos, qui sunt portio atque hæ-
reditas dei. Et hoc ideo [VT non extendant iusti ad iniquitatem manus suas].i.ne ipsi superentur &
Psalm. 15 peccent. Quamuis deus ad tempus relinquat electos à peruersis affligi vt purgentur & gloriam me-
reantur, non tamen relinquit eos finaliter, sed saluat æternaliter. Denique dum videt eos supra vires
tentari ac tribulari, & casui appropinquare, mox subuenit, & cum tentatione dispensat, ne iusti ini- G
quitatem incurrant. ¶ (4) BENE FAC domine bonis] in opere [ET rectis corde] hoc est, in in-
tentione dando eis gratiæ incrementa in via, & beatitudinis largitatem in patria. Recti corde sunt,
quorum affectio deo atque iustitiæ consonat, quorum oculus simplex est, quorum intentio tendit in
deum. ¶ (5) DECLINANTES autem] à bono & via iusta [IN obligationes].i.ad peccata, homi
nem ad pœnam obligantia [ADDVCET dominus] in die iudicii ad sinistram & postea vel etiā an-
te in infernum [CVM operantibus iniquitatem].i.cum dæmonibus, quorum superbia ascendit sem-
per, qui à principio peccant, qui cum cecidissent, nō adiecerunt vt resurgerent, sed in malo obstinati
Esa. 41. mānserunt. Hoc est quod apud Euang. inducitur, Tunc dicet rex his qui à sinistris erunt, Ite maledicti
Mat.25 in ignē ęternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et dn̄s alio loco ait iniustis, Cito velociter red-
Iohel.3. dam vicissitudinē super caput vestrum. Et scriptum est, Ecce dies veniet succensa quasi ignis, & erūt
Malac. 3. omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, [PAX] vera
Lucæ.2. sit [SVPER Israel].i.populum fidelem, quemadmodum angeli cecinerunt, Gloria in altissimis deo,
& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et Christus ait, Pacem relinquo vobis, pacem meam do
Iohā. 14. vobis, quam vtique pacem optauit Esaias dicens, Domine dabis pacem nobis. Ecce psalmum com-
Esa. 26. pendiosum, & vere fructuosissimum, lætum, & nimia sententiosum audiuimus, in cuius exordio edo-
Ierem.17 cemur quàm beatum sit in deo confidere. Vnde & Ieremias testatur, Benedictus vir qui confidit in
Prou. 3. domino. Et Salomon, Habe (inquit) fiduciam in domino toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ
tuæ. Docet quoque nos psalmus iste, quàm potentes sint defensores ecclesiæ, scilicet angeli montes H
vocati, qui in circumitu Christianorum sunt discurrentes, velut apes negotiosæ, vt nostræ saluti pro-
uideant, dæmones coercendo, bona suggerendo, nostro profectui congaudendo, pro nobis orando,
Esaiæ.62 gratiam reportando. Vnde dominus per Esaiam contestatur, Super muros tuos Ierusalem constitui
custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Promittit insuper nobis hic psalmus, ꝙ
dominus non relinquet virgam impiorum super sortem iustorum, quatenus in omni afflictione hu-
Mat.10. iusmodi confidamus nos tandem diuinitus eruendos, interimque patientiā veram seruemus: quia qui
perseuerauerit vsque in finem, saluus erit, sicut Saluator disseruit.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXV.

¶ EXPOSITIO TITVLI.

HVius quoq; psalmi titulus est, Canticum graduum. Qm̄ psalmus iste spiritualiter explanatus, tra-
ctat de septimo gradu spūalis ascensionis ad deū, qui gradus cōsistit in exultatione & gratiarum

A actione,de spirituali liberatione à vinculis peccatorum & seruitute diaboli. Veruntamen sicut ex litera patere potest, Psalmus iste ad literam scriptus est de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonis, in qua septuaginta annis fuerunt,quemadmodum Ieremias prædixit. Et est psalmus præsens gratiarum Ierem.25
actio,& gaudium de liberatione captiuitatis tam longæ. Breuiter ergo tangenda est expositio literalis. Vnde propheta loquens in persona populi de captiuitate hac redeuntis ait.

PRECATIO.

*Expurga nos domine a peccatis,ædifica tibi in nobis domum mansionis,ut tu in nobis & nos in te manentes,cum dederis nobis somnum mortis,cum dilectis tuis simus heredes regni cælestis.*

¶EXPOSITIO Psalmi literalis.

IN conuertendo dominus captiuitatem Sion] hoc est,dum dominus conuerterat captiuitatem populi Iudæorũ reducendo eos de Babylone in Iudæam[FACTI sumus] nos inde redeuntes [SICVT consolati] de beneficio liberationis. Sicut hoc loco significat non solum similitudinem,sed veritatẽ, quoniam multum gaudebát quod reuertebantur ad locũ cultus diuini, vt patet in lib. Esdre. 1.Esdr.2.
B Per Sion autẽ significatur,populus Iudæorum,quoniã Sion mons erat in Ierusalem, in quo situm erat templum & regis palatiũ. 2.Reg.3.
¶(2)TVNC impletum est gaudio os nostrũ,& lingua nostra exultatione] hoc est, laudes diuinas læto ore & animo cantabamus,domino gratias referendo. ¶(3)TVNC dicent inter gentes] hoc est, subiecti 1.Esdr.1.
imperio Cyri,tunc dixerũt [MAGNIFICAVIT dominus facere cum eis] id est,deus Israel magnifice fecit cum populo suo.Quia Cyrus rex Persarum in vniuerso suo regno publicauit edictum quod Iudæi libere possent reuerti ad terram patrum suorũ : quo audito gentes miratæ sunt atque dixerunt, Ibidem
quod dominus magnificauit facere cum populo suo,præsertim quoniã Cyrus in sua epistola ita scripsit,Omnia regna terræ dedit mihi deus cæli,& ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem,propter quod etiam quidam gentilium conuertebantur ad Iudaismum.Hinc propheta in per- 1.Esdr. 4
sona Iudæorum adiecit. ¶(4)MAGNIFICAVIT dominus facere nobiscum]hoc est,multum gratiose,pie,atque potenter fecit nobiscum. Vnde Esdras dicebat, Benedictus dominus qui dedit hoc in corde regis [FACTI sumus lætantes] in domino de beneficiis tantis.Sed quoniã temporibus Esdræ in principio huius reuersionis populus modicus erat,& nec ciuitas nec templum fuerãt reparata, idcirco pro conuersione perfecta captiuitatis prædictæ orans Propheta adiungit. ¶(5)CONVERTE domine captiuitatẽ nostram,sicut torrens in austro]conuertitur,hoc est,quemadmodum torrens siccatus rursus impletur,flante vento australi,qui pluuiam causat,& ita torrentes siccatos facit aquosos;
C sic populum tuum numero minoratum,auge & repara,ciuitatésque Iudææ,& templum restaura. Et decet sic fieri,quoniam. ¶(6)QVI seminant in lachrymis] hoc est, qui opera pœnitẽtiæ faciunt,lachrymásque compunctionis ac deuotionis effundunt pro præteritorum malorum indulgentia,& futurorum bonorũ gratia impetranda [IN exultatione metent] id est, iucunde impetrabũt quod postulant,præmiúmq; gloriosum recipient:iuxta illud,Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur:sic au Matth. 5.
tem Iudæi fecerũt.Nam. ¶(7)EVNTES] à Ierusalem & Iudæa in Babylone[IBANT & flebant] ex compunctione atq; tristitia, quod locum diuini cultus relinquere,& terrã idololatriæ deditam ingredi cogebantur [MITTENTES semina sua] id est,opera bona agentes,ex quibus tẽpore apto fructum consolationis & gratiæ sortirentur. ¶(8)VENIENTES autẽ] de Babylone ad Iudæam [VENIENT cum exultatione portantes manipulos suos] hoc est,fructum seminis iam prædicti.

¶EXPOSITIO Tropologica.

MYstice insuper explanatur hic psalmus de ecclesia, seu vnoquoq; fideli, à vitiis seu spirituali Babylone,id est,scelerum confusione erepto.Eritq; sensus,In conuertendo dominus captiuitatem Sion,id est,cum ecclesiam militantẽ,seu quemlibet fidelem cõuerteret à vita confusa,à peccato mortali,à præsenti miseria,ad vitam ordinatam,ad gratiæ statum,ad gloriæ locum facti sumus sicut con-
D solati. De hac enim conuersione vehementissime gloriandum est omni christiano. Propter quod ait apostolus,Multa mihi fiducia est apud vos,multa mihi gloriatio pro vobis,repletus sum cõsolatione, 2.Cor. 3.
superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Præcipue vero gaudendum est prælatis, dum eorũ subditi conuertuntur ad meliora.Exemplo beati Iohannis,qui in sua Cano.profitetur, Maiorem horum gratiam non habeo,quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Tunc,id est,in conuersione huius spiritualis captiuitatis atque internæ consolationis, repletum est,gaudio spiritali & laude iu 3.Iohã.1.
cunda,os nostrum,mentale,& corporale.Est enim os spiritale, intellectuale siue mentale, quo verbũ cordis profertur,quo angeli colloquuntur. De quo Sapientia dicit, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturã.Hoc os impletur gaudio spiritus sancti, ex consideratione gratiæ be Ecc.24.
neficiorúmque dei,& lingua nostra impleta est,exultatione,hoc est, laude vocali & iubilo exuberanti. Ex abundantia enim cordis loquitur lingua. Similiter plenitudo interioris lætitiæ redundat atque Matth.12
apparet in ore,& lingua corporis.Tunc dicent inter gentes,magnificauit dominus facere cum eis,id Lucæ 6.
est,quidam seculariũ hominum,seu quicunque alii populi,videntes gratiam dei nobis collatam, mirabuntur & dicent,Magnifice fecit deus cum eis.Frequenter enim homines mundũ amantes laudant in aliis quod imitari non volunt, videntésq; quosdam conuerti ad Christum, ingredi claustrum, subito Matt.23.
immutari,mirantur,& deum in suis effectibus laudant, nec tamen eandem gratiã sibi elargiri precantur.Magnificauit dominus facere nobiscũ,hoc est,quod ait dignissima virgo, Quia fecit mihi magna Lucæ 1.

Isaiæ 53. qui potens est. Magnificauit enim dominus Christus facere nobiscum, nostram naturam assumendo, E
nostram captiuitatē primam ac generalem conuertendo, pro originali peccato satisfaciendo, inter ho
mines coouersando, nos sibi per gratiā vniendo, ex nobis ecclesiam congregando, corpus suū & san-
guinem nobis tradendo, spiritum sanctum mittendo, & innumerabilia beneficia conferendo: idcirco
Indith 13 facti sumus lætantes, & gratias referenres, atq; hilariter ministranres. Hinc enim Iuditb misericordiā
dei experta ait, Laudate dominū deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & in me adimpleuit
misericordiam suā. Conuerte domine captiuitatem nostrā, perfecte: id est, nos propter originale pec-
catum infectos vulneribus animæ, erue ab omni corruptione peccati, in libertatē filiorum dei: & pec
cata quibus quotidie ligamur & capimur, aufer à nobis, sicut torrens in austro, conuertitur, quatenus
sic impleamur donis & gratiis spiritus sancti, sicut torrēs siccatus impletur humorib' aqua, austro flā-
Actuū 2. te. Qui seminant in lachrymis, id est, qui modo io luctu penitentiæ, seu lachrymis deuotionis se ipsos
exercent, qui tēporales delectationes contemount, & corde contrito & humiliato deo ministrant: isti
Sapien. 3. in exultatione metent bona gratiæ in præsenti, & fructum gloriæ in futuro. Bonorum enim laborum
2. Cor. 9. gloriosus est fructus. Et apostolus ait, Qui parce seminat parce & metet: & qui seminat in benedictio
Iere. 4. nibus de benedictionibus metet vitam æternā. Propterea apud Ierem. consulitur nobis, Nouate vo-
bis nouale, & nolite serere super spinas. Porrò quinque sunt genera lachrymarum. Primæ lachrymæ
sunt pro indulgentia propriæ culpæ: & hæ mundant à sorde peccati. Secundæ sunt pro timore futuri F
iudicii, & gehēnæ: & istæ refrigerant ab ardore concupiscentiæ, retrahúntq; ab omoi iniquitate. Ter-
tiæ sunt pro incolatu præsentis exilii, quæ potant animā sitientem. Quartæ pro defectibus proximo-
rum: & istæ impioguant plangentem. Quintæ sunt pro desiderio patriæ, quæ animam omni bono fœ
cundant. Euntes electi dei per viam vitæ præsentis, ibant per viam mandatorū altissimi, & flebant, se
cundum aliquem modum prædictorum geoerum lacbrymandi, mittentes semina sua, hoc est, opera
meritoria facientes, quę opera dicta sunt semina, quoniam sicut ex semine nascitur fructus, sic ex ope-
Matth. 13 ribus bonis oritur fructus vitæ ęteroæ, infusio consolationis diuinæ. Mittunt igitur semina sua, id est,
opera bona ante se mittunt, cumulum meritorū colligunt, quem in Cbristo abscondunt, quemadmo-
Matth. 6. dum ipse hortatur, Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Et Aposto. Nolite, inquit, deficere benefa-
Galat. 6. cientes: tempore enim suo metemus non deficientes. Venientes autem ad Christi tribunal, venient cū
exultatione, hoc est, cum secura & læta conscientia, portantes manipulos suos, id est, opera virtuosa
Apoc. 14 quæ collegerunt. Opera enim illorum sequuntur illos. Admonemur ex Psalmo præsenti redemptio-
nem nostram à Christo factā recolere, atq; in saluatore de suis beneficiis exultare, eum laudando, cū-
templando, incomparabilitérque amando. Denique docet nns scriptura psalmi istius, quid inter ele-
ctos & reprobos distet. Quia electi eundo in bono proficiūt lachrymando: Reprobi vero in isto exi- G
lio qnasi in patria gloriantur, & de carcere captiuitatis faciunt sibi paradisum voluptatis. idcirco ve-
nientes ad Christi iudicium venient cum mœrore, nihil portantes nisi damnationis suæ chirogra-
Lucę 6. pbnm. Vnde in Euang. dicitur cis, Væ vobis qui habetis consolationem vestram, & væ vobis qui ride
Lucę 16. tis nunc, quia plorabitis & flebitis. Hinc enim Abraham diuiti dixit, Fili recordare, quia recepisti bo-
na in vita tua, & Lazarus similiter mala. Idcirco hic consolatur, tu vero cruciaris. Despiciamus igitur
omnem mūdi pompam, vanitatē & gloriā, corporisq; desideria reprimamus, & in lacbrymis sanctis
occupemur, scieotes non posse nos modo cum mundo gaudere, & post modum cū Christo regnare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVI.

### EXPOSITIO Tituli.

HAbet præterea Psalmus iam declarandus hunc titulum, Canticum graduum Salomonis. Se-
cundum eos autem qui psalmum hunc literaliter exponunt de ædificatione templi materia-
lis in Ierusalem, additur in titulo Salomonis. Vel quoniam Dauid fecit hunc Psalmum pro
3. Reg. 6. filio suo Salomone. Vel quia Salomon eum conscripsit, ad insinuandum, quod sine speciali adiutorio
dei ędificatio templi consummari nō posset. Est autem expositio hęc multum grossa & rudis, quæ ta-
men breuiter tangi potest, vt sit sensus.

### PRECATIO,

*Deus spiritualium domorum ædificator, ut nos custodias precamur, imple in te desiderium nostrum, & electis tuis nos coniunge pro meritis.* H

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

NISI dominus ædificauerit domum] principaliter operando, & artificibus effi-
catiā operandi præstando [INVANVM laborauerunt qui ædificant eam] quo-
Iohan. 15 niam sine eius adiutorio eam perficere nequeūt. Et huius signum & simile est,
quia (2) NISI dominus custodierit ciuitatem] ab inimicorum incursu, cæ-
terisque periculis [FRVSTRA vigilat qui custodit eam] eo quod vrbem sua
potestate nequeat custodire. Deinde Psalmista affatur artifices (3) VANVM
est vobis ante lucem] diei [SVRGERE] ad operandum, quasi vestra potesta-
te & festinatione possitis templum perficere. Idcirco [SVRGITE] ad operā-
dum [POSTQVAM sederitis] id est, nocte & somno completis [QVI manducatis panem doloris] id
est, qui vescimini cibo vestro labore acquisito, cui labori miscetur pœna & fatigatio corporis. (4)
CVM dederit] domious [DILECTIS suis] scilicet, filiis Israel [SOMNVM] id est, quietem beatæ
mortis, [ECCE hereditas domini filii] id est, tunc filii ab eis instructi sunt hæreditas domini dei, quia

A populus fidelis appellatur hæreditas dei. Et per Isa. dominus ait, Hæreditas mea Israel. & ista hæredi Isaię 10.
tas, seu filii boni atq; fideles sunt [MERCES fructus ventris] id est, præmiū meriti Christi qui est fru
ctus vētris virginei. Christus enim sua passione eos redemit & emit, & pater dedit eos filio suo. ¶(5) 1. Cor. 6
SICVT sagittæ in manu potentis] .i. fortis sagittatoris, existentes sunt acutæ & paratæ ad resistendū
aduersariis [ITA filii excussorum] id est, sic discipuli & imitatores dilectorum domini, videlicet san-
ctorum doctorum, antiquorúmq; patrum, parati sunt ad resistendum hostibus veritatis. Dicuntur au
tem doctores sancti & patres antiqui excusi, quoniā de hac vita ablati & quasi excusi sunt, vel quia à
carnalibus concupiscentiis, & cæteris impedimentis seruiendi, vacandiq; deo erant abstracti, & ad spi
rituale præmium expediti. ¶(6) BEATVS vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis] filiis excusso-
rum, id est, beatus est doctor, seu pastor qui cupit tales habere discipulos, qui diligenter obseruent quę
audiunt, & pro veritate efficaciter pugnent. Vel Beatus vir qui impleuit desideriū suū ex ipsis excus-
sis, id est, qui doctrinam & vitam sanctorm patrum atque doctorum digne assequitur. Hic vir beatus
[NON cōfundetur] nec reprobabitur [CVM loquetur inimicis suis] id est, hostibus veritatis [IN por- 1. Cor. 3.
ta] id est, in publico. Nam verus & iustus apparebit, tam in pręsenti, quam in futuro iudicio, dum cau
sa eius cœperit discuti contra aduersarios suos. Titum 2.

¶EXPOSITIO moralis eiusdem Psalmi.

B DEnique moraliter per Salomonem intelligitur Christus, qui est verus pacificus, ædificauitque
domū. i. ecclesiam deo patri ex viuis lapidibus. Et de huius domus ædificio verissime dicitur:
Nisi dominus Iesus Christus seu trinitas deus, ædificauerit, intus per fidem, charitatem & gra 1. Cor. 11.
tiam, domum, id est, ecclesiam, seu quamlibet personā ecclesiasticam, in qua deus per fidem moratur.
Quemadmodum ait saluator, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: inuanum .i. fru- Iohā. 14.
stra & sine profectu laborauerunt & laborabunt, qui ædificant, id est, ædificare nitūtur, eam videlicet
prophetæ, apostoli & successores eorum, qui prædicando, docendo, exemplariter conuersando, mira
cula faciendo, conati sunt conuertere homines, informare fideles, ædificare ecclesiam: sed nisi deus in-
tus illuminet, inanis est prædicatio foris adhibita. Propter quod Paulus testatur, Neq; qui plantat est Phili. 2.
aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Nisi dominus custodierit ciuitatem, id est, ec-
clesiam, quę dicitur ciuitas propter charitatiuam vnionem fidelium, frustra vigilat omnis doctor, pa-
stor, prælatus, qui custodit eam. A deo enim est non solum inchoatio boni, sed etiam conseruatio, pro
tectio, atque perfectio. Et ideo sicut solus deus ecclesiam intus ædificat charitatem, fidem, spem, & do
na spiritus sancti per creationē infundendo hominibus, ad quam infusionem homines sancti deo sub- Ezec. 34
seruientes disponunt mentes humanas, sic solus deus custodit ecclesiā, seu corda fidelium per seipsum
conseruando in esse dona quæ creando infudit. Angeli vero & homines cæteris præsidētes custodiūt
C instrumentaliter, dispositiue, atque forinsecus, hortando ad bonum, & impedimenta bene viuendi tol
lēdo. Hinc scriptum habetur, A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus & peperimus spi- Isaiæ 26.
ritum. Deinde ædificatoribus domus dei, id est, prælatis ecclesię ait, Vanum est vobis ante lucē, id est,
ante gratiæ infusionem, ante diuini auxilii irradiationem, seu receptionem, surgere ad instruendū seu
ædificandum ecclesiam, tanquam dicat, Nihil proficiet labor vester, nisi gratia dei affuerit tam vobis Iohan. 15
quàm auditoribus vestris. Idcirco, surgite ad exequendum officium vobis commissum, postquam se-
deritis, id est, gratiam dei humiliter imploraueritis, atque ab exterioribus quiescendo, paulisper ad
pedes crucifixi sederitis, meditando, contemplando, orando, quatenus intromittamini in cellam vi Lucæ 10.
nariam spiritus sancti, & in thesauros sapientiæ dei, illicque spiritualiter inebriati ardore sancti amo-
ris & lumine veritatis, surgatis & procedatis ad alios instruendos, eructando & communicādo eis de Cant. 2.
plenitudine vestra: qui manducatis panem doloris, id est, quibus lachrymæ compassionis fraternę pa
nes sunt die ac nocte, quoniam semper oportet vos condolere subditis vestris: nec solum vestra, sed 2. Cor. 11
eorū quoq; peccata deplangere, prout apostolus ait, Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scan- Iob 30.
dalizatur, & ego non vror? Et Iob loquitur, Flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur ani-
ma mea pauperi. Et Ezechieli Pręcepit dominus, vt portet iniquitatem populi Iudęorū. Potest etiam
versus iste exponi ad omnes, Vanum est vobis, o vniuersi viatores, ante lucem surgere, id est, ante cha Ezech. 4
D ritatem gratiæ gratificantis, aliquid velle meritorie agere. Vel ante lucem surgere, id est, antequam ve
niatis ad charitatem patriæ vosipsos velle erigere, exaltare, aut aliquid reputare, vel quasi ex securita-
te gaudere. Propterea surgite, id est, exaltati satagite postquam sederitis, id est, humiliati fueritis, at-
que in hac vita nil nisi humilitatem in omnibus desideraueritis, qui māducatis panem doloris, id est,
lachrymarum exercentes opera pœnitentiæ, illisq; reficiētes animas vestras, quemadmodū Christus Iohan. 4.
ait, Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei. Consequenter ostendit quando surgendū sit ple
ne atque perfecte. Cum dederit dominus dilectis suis, hoc est, electis, somnum .i. felicem quietem post
hanc laboriosissimā vitam, ecce hæreditas domini .i. tunc populus electus existens hæreditas dei, prę- Lucæ 1.
sens, præstoq; erit, atque in gloria apparebit. Hæreditas, inquam, existēs, filii merces fructus ventris, Gene. 15.
id est, Christi filii dei, qui Christus est fructus ventris generosi virginis benedictæ. Cur autem homi- Apoc. 22
nes asserantur merces Christi, iam dictū est. Sed & Christus est merces eorum. Nam ipse est præmiū Iohá. 14
nostrū, & obiectalis nostra felicitas. Propter quod ait, Manifestabo ei, scilicet diligenti, meipsum. De- Ibidem
inde ostenditur quomodo ecclesia sit collecta, & quomodo hæreditas hæc sit domino acquisita. Sicut
sagittæ in manu potentis, se habēt, ita filii excussorum, hoc est, sic sancti apostoli & cooperatores atq;
successores eorū, qui sunt filii prophetarum, qui nominātur excusi propter causas præhabitas. Nam
sicut sagittæ de manu viri potentis cito in longinquum iaciuntur, ita apostoli & eorum discipuli velo Matt. 28.
citer per vniuersum orbem transmissi sunt, prædicātes vbique, & omnes electos ad fidem congregā- Marci 16

Isaiæ 16. tes in vna ecclesia Christi, quemadmodũ Isaias prædixit, Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gẽtes in E
mare, in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittã in Italiam & Græciam ad insulas longe: & annunciabunt gloriam meã gentibus, & adducent omnes fratres vestros. Beatus vir, iam in spe, qui impleuit desideriũ suum. i. qui mentem suam spirituali desiderio impleuit ex ipsis, filiis excussorum atq; excussis, id est, qui tam ardenti affectu audit, tenet, & implet verba apostolorũ & prophetarum, quod nullum illicitum desideriũ, nulla inordinata affectio locũ inuenit in anima eius. Cætera ex dictis innotescunt. Ecce Psalmus iste morali documẽto, saluberrime plenus, & de octauo gradu spiritualis ascensus pertractans, videlicet de modo, hora, & ordine surgendi ad summum ac vltimum omnium entium finem deum æternum & adorandum. Docet nos euidenter, vt nunquam nisi in solo deo speremus, omne bonum, id est, initium, conseruationem, processum & consumationẽ operum bonorum ei attribuamus,
Ierem.3. sicut in deo nostræ saltis, quemadmodum à Ieremia dicitur, Vere in domino deo nostro salus Israel. Docet enim nos canticum istud omnem superbiam funditus extirpare, humilitatem amplecti, talique ordine ad somnum electorum procedere.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVII.

### ¶EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi præsentis est, Canticũ graduum. Agit enim hic psalmus de filiali timore, qui est F
nonus gradus spiritualis ascensus. Hic enim gradus præcipue necessarius est, ascendere atque
Eccle.1. proficere cupienti. Quoniã in Ecclesiastico habetur, Qui sine timore est, nõ potest iustificari. Est tamen quidam timor seruilis quo pœna timetur, nec malũ vitatur amore boni, sed pauore tormẽti: de quo Apostolus ait, Non accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum ado
Roma. 8. ptionis filiorũ. Et iterum, Non dedit nobis deus spiritum timoris, sed dilectionis. Vnde beatus Anto-
2.Tim. 1. nius dixit, Ego iam non timeo deũ. Pensandum nanq; quod obiectum timoris est malum. Nam timor est quidam recessus quo appetitus aliquid refugit. Deus ergo secundũ quod deus, & inquantũ naturaliter bonus est, timeri non potest directe & per se secundum Thomam, Obiectũ autem timoris seruilis est malum pœnæ. Obiectum vero timoris filialis est malum culpæ. Inquantũ igitur deus pro culpa pœnã infligit, timetur timore seruili. Inquantũ vero separatio à deo malum aliquod est, timetur timore filiali, castoq;. Ait ergo sanctus propheta.

PRECATIO.

*Timentes te beatifica nos domine, & fac in uiis tuis perseueranter ambulare: benedic nos benedictione tua sancta, ut uideamus bona Ierusalem sine fine mansura.* G

### ¶EXPOSITIO Psalmi literalis.

BEATI omnes] sunt iam in spe [QVI timent dominum] filiali & casto timore.
Actu.10. Non enim est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiã acceptus est illi [QVI ambulant in viis eius] .i. in diuinis præceptis, non in propriis adinuentionibus & post prauitatẽ proprii cordis. Sicut
Isaiæ 57. de impio scriptũ est, Abiit vagus in via cordis sui. Et alibi, Quam vilis facta es,
Ierem.2. iterans vias tuas. ¶(2)LABORES manuum tuarũ quia manducabis] .i. quoniam præmio operum tuorum bonorum in cælo vesceris, & fructus studiorum actuũmq; meritoriorũ tuorũ percipies in patria, seu visione diuina. Iuxta illud, Anima operantiũ impinguabitur [BEATVS es] nunc in spe [ET bene tibi erit,] illic in re. Vnde in
Prou.13. Euang. dicitur, Beatus qui manducabit panem in regno cælorũ. Vel sic, Labores manuũ tuarum, quia
Lucæ 14. manducabis. i. quia de labore proprio viues, victum & necessaria tibi laboribus piis procurando, beatus es & bene tibi erit, quoniã talis labor multũ meritorius est. Propter quod de seipso ait apostolus, Laboramus manibus nostris, & ad ea quæ mihi necessaria fuerunt, ministrauerũt manus istæ. Itémq;,
Actu.20. Qui non laborat non manducet. Et Salo. ait, Qui sectatur otium stultissimus est. Deinde describitur
1.Thes.3. plenius beatitudo timẽtis deũ. Primo per bona spiritualia vitæ præsentis, dum subditur. ¶(3)VXOR
Prou. 12. tua] .i. sapientia tibi diuinitus data, erit [SICVT vitis abundans] hoc est, opera sancta producet [IN H
2.Thes.3 lateribus domus tuæ] hoc est, in interioribus viribus animæ tuæ, iuxta quod alibi dicitur, Quæ desur-
Iaco.3. sum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis. Sapientia est cognitio diuinorum. Qui autẽ dicit se nosse deum, &
1.Iohã.2. mandata eius non custodit, mendax est. Idcirco vera sapientia fructuosa, est tanquam vitis abundans, quæ plurimos generat botros. Dicitur autem sapientia vxor & sponsa hominis timorati, iuxta illud,
Sapien.8 Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Salomon quoq; monet. Dic sapientię, soror mea es, & prudentiã voca amicã. Vnde
Prouer.7 per vxorem intelligi potest sapientia æterna & increata, quæ vtique sponsa est cordis deuoti, & in eo fructificat tanquam vitis fructifera. Hinc nempe ista sapientia, Ego, inquit, quasi terebinthus extendi
Eccle.24 ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Rursusq;, Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.
Ibidem. ¶(4)FILII tui] .i. actus ex sapientia orti erunt [SICVT nouellæ oliuarum] .i. virescent & augebuntur, ita quod multi & magni decori & validi erunt, quoniam indesinenter proficies [IN circuitu mẽsæ tuæ] .i. in gyro fidei cordis tui. Sicut enim super mensam cibi ponuntur & sustentantur, sic om-
Iacob.2. nia opera bona supra fidem fundantur, firmantur & radicantur. Fides autem sine dono sapiẽtiæ opera bona non profert, neq; ecõtra. Idcirco ex fide per sapientiam illustrata causantur, & effluunt ope-

A ra deo accepta, in circuitu fidei, id est, vndique in interioribus animæ. Vel sic, Vxor tua, id est, sapientia, sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, id est, in spiritualibus filiis tuis, quia per sapientiã generantur filii spirituales in Christo, iuxta illud apostoli, Per euangelium Christi ego vos genui. Filii tui spirituales à te sapienter instructi, sicut nouellæ oliuarum, id est, vncti erunt gratia spirituali, & in Christo florentes atque fœcundi, in circuitu mensæ tuæ, id est, in gyro spiritualis doctrinæ, qua eos pane vitæ & aqua sapientiæ reficis. ❡(5) ECCE sic benedicetur] id est, talia munera gratiæ desuper sortietur [HOMO qui timet dominum] timore casto & amicali. Propter quod in Ecclesiastico habetur, Timenti deum bene erit in extremis, & in die defunctionis benedicetur. Cum enim nihil diuidat nos à deo, nisi peccatum, nilque impediat infusionem gratiæ dei in nos, nisi negligẽtia nostra, eo ipso quo timor negligẽtiam excutit, à vitiis retrahit, & peccata expellit, disponit cor nostrum ad omne bonum, omnisque boni quodammodo causa est. Ideo & alibi inducitur, Plenitudo sapientiæ timere deum. ❡(6) BENEDICAT tibi dominus ex Sion] hoc est, ex ecclesia militanti, benedicendo tibi per ministros & prælatos ecclesiæ [ET videas bona] id est bonum statum, cõtinuúmque profectum [IERVSALEM] id est, ecclesiæ peregrinantis à domino, scilicet militantis, præliantis, laborantis, tamen in pace Christi pausantis [OMNIBVS diebus vitæ tuæ] Quãtum enim bonum commune totius ecclesiæ diligis, tantum de eius conseruatione ac profectu exultas. Vnde & vere deuotus frequenter ac B feruenter orare habet pro bono statu ecclesiæ. ❡(7) ET videas filios filiorum tuorum] id est, cernas quod illi quos tu spiritualiter genuisti, alios spiritualiter generent, quatenus merito & numero augeatur ecclesia, sicque conspicias, [PACEM] Christi, seu Christum qui est pax nostra secundum apostolum [SVPER Israel] id est, super teipsum, & alium quemlibet Christianum, deum fideliter contẽplantem. Vel sic, Benedicat tibi, id est, dona cælestis gratiæ mittat & conferat tibi dominus deus omnipotens, ex Sion, id est, ex triumphãte ecclesia, in quo sancti deum sicuti est speculantur. Sion nanque speculatio interpretatur: & videas, post huius exilii terminũ, bona Ierusalem, cælestis quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec mens comprehendere sufficit, omnibus diebus vitæ tuæ, gloriosæ, quæ erit æterna. Et videas filios filiorum tuorum, quatenus illi tecum in patria gaudeant, qui à filiis tuis spiritualibus spiritualiter geniti sunt. Sed quoniam forsitan non omnes electi spirituales filios habent, & si habent forte quod illi non habẽt, idcirco sicut per filios intelliguntur opera gratiosa, sic per filios filiorum istorum intelligi possunt opera gloriosa, sicut sunt deo frui, & cætera gaudia ac merita beatorum quæ ex præuiis meritis seu bonis operibus quodammodo oriuntur: sic etiam videas pacem cælestem quæ omnem sensum exuperat, super Israel, id est, quemlibet beatum deum per speciem contuentem.

1.Cor. 4.

Eccle. 1.

Ibidem

Ephe. 5.

Isaiæ 64.

1.Cor. 2.

Phili. 4.

❡EXPOSITIO literalis eiusdem Psalmi.

C PRæterea exponentes Psalmum istum ad literam de populo Iudæorum, asserunt quod Psalmista inuitat eos ad timorem dei per temporalium bonorum promissa, quemadmodum moris est in lege ac prophetis inuitare eos ad obedientiam dei per tẽporalium prosperitatum promissiones. Vnde dominus ait populo huic, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Sed aduertendum quod sicut huiusmodi bona non sunt sufficiens præmium actus virtuosi, præsertim dilectionis diuinæ quam præcepit lex, ita non omnibus obseruantibus legem dabãtur, sed spiritualiter & meliora data sunt eis, tanquam magis perfectis. Infirmiores vero per tẽporalia alliciendi erãt promissa. Sic ergo quod modo timenti deum promittitur, quod labores manuum suarum mãducabit, id est, temporalium diuitiarum abundantia perfruetur, & quod vxor eius esset fœcunda velut vitis abundans. Item quod filii eius carnales sederent seu starent sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ suæ. Non omnibus, sed multis in veteri testamẽto cõcessum est. Nec enim Eliæ nec Ieremiæ data sunt hæc, quorum vterque virgo permansit. Literalem igitur sequendo sensum, quod ait, Ecce benedicetur homo qui timet dominum, intelligendum est, quod sic vel melius benedicetur. Vel sic benedicetur, ita laudabitur. Deinde loquẽs propheta populo synagogæ, subdit, Benedicat tibi dominus ex Sion, id est, ex templo sito in monte Sion, in quo ministri templi benedicebant Iudæis: & videas bona Ierusalem, id est, bonum statum ciuitatis regiæ in Iudæa, ex cuius bono regimine totius regni salus pendebat. Et vi-D deas filios filiorum tuorum, id est, diu viuas, vt tuos nepotes cõspicias, videásque pacem super Israel, id est, super vniuersum Israeliticum populum.

Isaiæ 1.

3.Re. 7. 8.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXVIII.

❡EXPOSITIO Tituli.

ASsignatur insuper Psalmo iam declarando pro titulo, Canticum graduum, id est, psalmus qui canticum dicitur, tractat de gradu proficiendi ad deum, apicémque virtutum. Iste enim est decimus Psalmus gradualis, de patientia loquens, quæ est decimus gradus spiritualis ascensus & conuenienter ponitur post timorem. Quoniã metuente deũ decet omnia æquanimiter tolerare propter iustitiam, ne deus per impatientiam offendatur. Tanta autem est virtus patientiæ, vt Christus dicat, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Propheta igitur volens nos ad patientiam animare, hortatur ecclesiam, dicens.

Lucæ 21.

PRECATIO.

*Bello & terrore spiritalis nequitiæ à iuuẽtute sua impugnatam ecclesiam domine fac inimicis potenter triumphare, ut humiliatis ceruicibus eorum, gaudium & lætitiam per te obtineat, in sempiternum.*

ENARRATIO Psalmi iuxta sensum Tropologicum. E

SAEPE expugnauerunt] id est, impugnauerunt [ME] hostes inuisibiles, scilicet
dæmones me tentantes, atq; visibiles, puta hæretici & tyranni, aliique peruersi
[A iuuentute mea] .i. ab exordio durationis meæ, & à principio temporis mei.
Gene.3. Nam & in paradiso tentatus est primus parens cum coniuge sua à dæmone, &
Gene.4. postmodum Abel iustus à Cain occisus est [DICAT nunc Israel] id est, eccle
sia deum per fidem cōtemplans. Quemadmodum enim Gregorius dicit, Om-
nium electorum qui à principio mundi fuerunt, & vsque ad seculi consumma-
Ephe.1. 5 tionem futuri sunt, est vna ecclesia, cuius caput est Christus. Semper autē per-
Colos.1. uersi ac reprobi molesti fuerunt electis, nec vnquam defuit, deest, aut deerit, malignitas persequens, &
æquitas patiens semperq; verum fuit, quod per multas tribulationes oportet nos fieri saluos. Vnde in
Actu. 14. historia Iudith dicitur, Abraham pater noster tentatus est, & per multas tribulationes probatus, ami-
Iudith 8. cus dei effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moses & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulatio-
nes trāsierūt fideles. (2) SAEPE expugnauerūt me] isti, sicut nūc dictū est, sed frustra [ETENIM]
Ibidem .i. quia [NON potuerunt mihi] finaliter præualere, aut interius lædere seu nocere, imò omnia coope-
rata sunt mihi in bonum, & eorum malignitas facta est eis causa damnationis æternæ, mihi vero occa F
Roma.8 sio facta est sempiternæ lætitiæ. Hinc enim altissimus apostolici agminis princeps in sua Cano. fate-
tur, Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Paulus quoq; ait, Si deus pro nobis, quis cō
1.Pet.3. tra nos? Quamuis ergo hostes ecclesiæ corpus occidant aut animam ad tempus decipiant, non tamen
Roma.8 finaliter neq; simpliciter præualent. Imò tempore persequutionis tyrannicæ augebatur ecclesia meri
Matt.10. to sanctitatis, & numero conuersorum ad fidem magis quàm tempore pacis, sicut Hieronymus testa-
tur, dolens & conquerens, quod postquam Ecclesia tēporale imperium acquisiuit, pristinam gratiam
pro magna parte amisit. (3) SVPRA dorsum meum fabricauerunt peccatores] .i. ita me sibi subie-
cerunt, conculcauerunt, & afflixerunt, sicut fabricantes sibi subiiciunt atq; conculcant fundamentum,
supra quod ædificium fundant. Vel, Supra dorsum meum fabricauerūt .i. me pro suo libito persequu-
ti sunt. Vel, Supra dorsum meum fabricauerūt .i. machinam iniquitatis supra me construxerunt, accu-
mulantes sibi sarcinam vitiorum, seu pondus ac multitudinem scelerū, dum me tam iniuste molesta-
uerunt. Per dorsum autē designatur totum, eo quod patientes verbera soleant dorsum ad percutientē
conuertere, vel quoniam patientes mentem conuertūt ad deum, & corpus exponunt ictibus impiorū.
[PROLONGAVERVNT] .i. longam & perseuerantem fecerunt [INIQVITATEM suam] aduer
sum me. Vnde ait scriptura, Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plau G
Isaiæ.5. stri peccatum. (4) DOMINVS iustus] nihil irremuneratum relinquens [CONCIDET ceruices]
id est, damnabit & destruet superbias [PECCATORVM] quemadmodum testatur, Omnium excel-
Eccle.24 lētium & sublimium colla calcaui. Et apud Isaiam scriptū est, Dominus exercituum cogitauit hoc, vt
Isaiæ 23. detraheret superbiam omnis gloriæ [CONFVNDANTVR] confusione damnationis æternæ ac re-
probationis diuinæ [ET conuertātur retrorsum] .i. cadant, deficiant, & repellantur à deo] OMNES
qui oderunt Sion] id est, ecclesiam Christi in monte, qui Christus est, sitam, atq; cęlestia speculantem.
(5) FIANT sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit, [id est, quemadmodū fœ-
num in tectis domorum nascens celerrime, sole desuper decoquēte, siccatur, & cadit, sic potestas, glo-
ria atque prosperitas inimicorū ecclesiæ Christo vlciscente cito dispereāt, ne & ipsi diu viuendo gra-
Sapien.4 uius peccēt, & ecclesia supra modum grauetur. (6) DE quo] fœno in tectis orto, [NON implebit
manum suam qui metet,] .i. messor tale fœnum non colliget, eo quod ante tēpus dissipetur, & disper
gatur [ET] propter eandem causam de eo non implebit [SINVM suum qui manipulos colliget] ali-
bi quàm supra tectum, videlicet vbi terræ nascentia fructuose nascuntur. Et sicut de illo fœno nō im-
Matt.13. plet manum suam messor humanus, sic in die iudicii quando separabuntur boni à malis, angeli sancti
qui sunt messores dei, colligētes triticum .i. electos, & opera bona eorum in horreū cæli, non implent
manū suā de operibus peruersorū, quia nil boni in eis conspiciūt, nec deferent eos ad horreū Christi.
(7) ET non dixerunt qui præteribant] .i. in mundo isto velut in exilio ambulabant, festinātes ad pa
triā, scilicet sancti prophetæ, patriarchę, apostoli [BENEDICTIO domini] sit [SVPER vos] ô ini- H
mici ecclesiæ .i. sancti non optauerunt reprobis, in quantum huiusmodi sunt, bona gratiæ, quoniam no
1.Tim.1. uerant eos ad corpus Antichristi atque diaboli pertinere. Vnde apostolus de talibus ait, Quos tradi-
di Satanæ, vt discant non blasphemare. Et Salomon loquitur, Non sit bonum impio, nec prolongen-
Eccle.8. tur dies eius: sed quasi vmbra prætereant, qui non timent faciem dei. Secundum Augustinum consue
tudo erat Hebræis, vt prætereuntes benedicerent operantibus in agro. Quemadmodum Booz legi-
Ruth 2. tur dixisse messoribus, Dominus vobiscum. Qui responderunt, Benedicat tibi dominus. Iusti autem
comparantur agro fœcundo, impii vero sterili terræ. Innuit ergo propheta, quod sicut prætereun-
tes benedicunt agro fœcundo, & operariis eius, non autem sterili terræ & operantibus eam, sed po-
tius increpant eos, quoniam stulto labore seipsos fatigant: sic sancti hanc vitam spernentes, & ve-
lut locum peregrinationis hunc mundum prætereuntes, impiis non benedixerunt, sed bonis, sicut
subiungitur [BENEDIXIMVS vobis] ô iusti amatores ecclesiasticæ vnitatis, id est, catholicæ fi-
dei atque indiuiduæ charitatis, imprecantes vobis bona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futu-
ro [IN NOMINE domini] Postremo quæ hic dicuntur contra iniquos, dicuntur zelo iustitiæ non
affectu inuidiæ: magisque dicuntur prænunciando quàm imprecando, & cōditionaliter magis quàm
simpliciter, scilicet si non pœnitent.

A ¶Expositio allegorica & literalis eiusdem Psalmi.

Conuenientissime autē exponitur Psal.iste de Christo, qui est verus & purus Israelita. Eritque
sensus, Sæpe expugnauerunt me, Iudæi à iuuentute mea, dicat nunc Israel.i. Christus, qui erat
à principio suæ cōceptionis in virgine, vir videns deum nō per fidem vt cæteri, neq; per sub- Gene.38.
iectam creaturā, vt Iacob, qui eo quod vidit angelum, dixit, Vidi dominū facie ad faciē. Propter quod Isaiæ 6.
etiā Israel ab angelo dictus est, neq; per imaginariā formā, vt Isa. qui dixit, Vidi dominū sedentem su-
per soliū excelsum. Et Daniel, qui dixit, Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum se- Dan.7.
dit. Sed sicut cōprehensores in patria vident, imò incōparabiliter clarius atq; beatius. (Anima etenim
Christi à principio suæ creationis semper æque perfecte vidit deū: & ipsa sola clarius vidit deū quàm
omnes simul beati) Idcirco Christus verissime Israel appellatur. Christū autem ab infantia persequu- Matt.2.
ti sunt Iudæi saltē proselyti, puta Herodes, qui erat ad Iudaismū conuersus, & Christum infantē oc-
cidere nisus est, cui (secundum Hiero.) multi sacerdotū ac Iudæorum consenserūt. Sumitur autem hoc
loco iuuentus cōmuniter prout adolescentiā includit. Si vero proprie accipiatur, tunc Christū perse-
quuti sunt Iudæi à iuuentute sua.i. ab anno tricesimo suæ ætatis. Tūc nempe prædicare exorsus est, &
statim extunc impugnauerunt eū Iudæi, nunc verbis, nūc actibus, sicut Euāgelistæ testantur. Etenim Lucæ 4.
non potuerunt mihi, præualere. Nam cū Christum vellent præcipitare, & postmodū lapidare, exiuit Iohan.8
B de manibus eorū, & transiens per medium illorū ibat. Deniq; dum eum capere vellent, & ipse respon Iohan. 18
disset, Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram: nec aliquid facere poterant Christo nisi
eo volente. Propter quod ait, Nemo tollit animā meam à me, sed ego pono eā. Et per Iere. ait, Domi- Iohan. 10
nus mecū est quasi bellator fortis: idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt. Supra dorsum Ierem.20
meum fabricauerunt peccatores. Hoc plane fecerunt sacrilegi, impiissimiq; Iudæi & serui Pilati dum
Christum flagellis lacerauerunt, ad mortē crucem sibi baiulantem duxerunt, & duro crucis ligno dor Iohan.19
sum eius tenerrimū crudelissime appenderunt: prolongauerunt iniquitatē suam, quia non cessauerūt Matt.27.
clamare, Tolle, & crucifige, donec me occiderunt, imò à principio prædicationis meæ mihi insidiari Iohan.19
cœperunt vsq; ad mortē, dicentes, Homo vorax, potator vini, seducit turbas, insanit, dæmoniū habet, Matth. 11
blasphemat. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.i. Iudæos istos destruet & occidet. Hoc fe Luc. 23.
cit deus per Titum & Romanos. Quemadmodum prædictum est, Ciuitatem & sanctuariū dissipabit Iohan. 10
populus cum duce venturo. Et iterū, Abiiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt vocē eius: Danie. 9.
confundantur & conuertantur retrorsum, secundum sensum expositum, omnes qui oderunt Sion, id Osee 9.
est, Christum diuina incessabiliter speculantē. Vel Sion.i. primitiuam Christi ecclesiam, quàm maxi-
me oderunt Iudæi, sicut in Actibus apostolorum habetur, Fiant Iudæi Christum negātes, sicut fœnū Act.2.3.
tectorū, &c. hoc in eis impletum est. Nam multi eorum in adolescentia & iuuentute à Romanis occi- 4.
C si sunt. Et non dixerunt qui præteribant, hoc est, prophetæ, benedictio domini super vos.i. prophetæ
nil boni dixerunt de Iudæis qui Christū occiderunt, sed multa mala, quemadmodum patescit, vbi de
eis sic dicitur, Non erit eius populus qui eū negaturus est, hoc est, Iudæi, qui dixerunt; Non habemus D'an.9.
regem, nisi Cæsarem. Et, Hunc nescimus vnde est. Et, E sosos habui eos propter malitiam adinuentio Iohā.19.
num eorū. Et rursus, Negauerunt dominū & dixerūt, non est ipse. Per Isaiam quoq; dominus ait, Ex- Iohan. 9.
cæcatum est cor populi huius. Sed nos prophetæ qui istis incredulis maledicimus, benediximus vobis Osee 9.
ô Christiani, in nomine domini, scilicet Christi prophetando de vestra salute & gratia. Hic enim bea Ierem.5
tissimus Petrus in sua Canonica alloquens Christianos disseruit: De vestra salute exquisierunt atque Isaię 6.
scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt. ¶Præterea quamuis sensus lite-
ralis in primo ponendus sit, propter rationabilem tamen causam, videlicet propter prolixitatem vi- 1.Pet.1.
tandam, interdum pono eam posterius. Itaque ad literam videtur Psalmus pręsens loqui de frequenti
tribulatione ac liberatione Israeliticę plebis, vt sit sensus, Sæpe espugnauerūt me à iuuentute mea, di-
cat nūc Israel.i. populus Israel dictus, eo quod natus sit ex Iacob, alias alio nomine Israel: fateatur cū Gene.32
gratiarum actione, quod sæpe expugnauerunt me gentiles à iuuētute mea, id est, à tempore quo fui in
Aegypto. Quod dicitur iuuētus populi huius secundum quod dn̄s ait apud Iere. ad synagogā, Recor- Ierm.2.
datus sum adolescentiam tuā, quando sequuta es me in deserto. Etenim non potuerunt mihi pręuale-
D re. Nam Aegyptii qui eos impugnauerunt, succubuerunt, dicētes, Fugiamus Israelem, dominus enim
pugnat pro eis contra nos. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, puta Aegyptii, imponen-
tes mihi onera grauissima ad portandum. Babylonii quoq; & alii multi fabricauerunt super dorsum Exo.14
eorum secundum sensum prætactum. Dominus iustus concidet ceruices peccatorū. Nam Aegyptios Exo.2.
superbissimos, aliosque Israelē persequentes, grauiter interfecit, atq; in die iudicii penitus eos damna-
bit & dissipabit. Confundantur & conuertantur retrorsum, quasi debellati & victi à deo, oēs qui ode Exod. 14
runt Sion, id est, populum Iudæorum per Sion significatum. Vel, Sion, hoc est, sanctuarium dei con-
structum in monte Sion. Et non dixerunt qui pręteribant, id est, sancti viri hunc mundum perambu-
lantes, benedictio domini super vos, id est, odientibus Sion non sunt imprecati benedictionē, sed fu-
turam eorum damnationem præloquuti sunt. Vnde nec eis dixerūt, benediximus vobis in nomine do Rom.9.
mini. Cætera patent ex dictis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXIX.

### ¶Expositio Tituli.

Psalmi præsentis titulus est, Cāticū graduum. Hic enim psalmus est vndecimus in ordine gradua-
lium psalmorū, tractans de vndecimo gradu spiritualis ascensionis, videlicet de pœnitentiali præ-

ce ad dominum, quoniam omnis homo quantumcunque sit iustus & patiens, indiget diuinam miseri- E
cordiã quotidie implorare pro quotidianis excessibus, seu malis præteritis. Ait ergo propheta in per-
sona hominis pœnitentis.

PRECATIO.

*Deus apud quem est misericordia & redemptio copiosa, redime nos ab iniquitatibus nostris, & in plenitudine san-
ctæ deuotionis fac nos tuis semper deseruire præceptis.*

❡EXPOSITIO Psalmi.

DE PROFVNDIS] id est, de hac valle lachrymarũ, de corpore isto mortali, de
intimo cordis affectu, de tribulationibus multis, & magna voragine vitiorum,
[CLAMAVI ad te domine] tuam misericordiã implorando [DOMINE exau
di vocem meã] dando quod postulo. ❡(2) FIANT aures tuæ intendentes, in
vocẽ deprecationis meæ] .i. misericordia & sapientia tua pie attendant quæ de-
precor. Sæpe resumit eundem sensum sub aliis verbis, ad insinuandum cordis
sui æstuantẽ affectum, & vt ex iteratione desiderii mẽs accẽdatur. ❡(3) SI ini-
quitates obseruaueris domine] .i. si peccatorum nostrorum obliuisci nolueris, si
eorũ enormitatem perpenderis, si ea secundum iustitiam tuã vlcisci volueris [DOMINE quis sustine- F
bit?] hoc est, quis poterit tantum rigorẽ sufferre? quis poterit coram te stare, saluúsq; fieri? tanquam di
cat, nullus. Vnde legitur, Quis poterit stare ante conspectum domini dei sancti huius? ❡(4) QVIA
1.Reg.5. apud te propitiatio est] .i. in te misericordia & miseratio magna est, & miserationes tuæ super omnia
Psal.144 opera tua, quemadmodum alibi dicitur, Conuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus &
Iohel.2. misericors est, patiens & multæ misericordiç, & præstabilis super malitia, [ET propter legem tuam]
hoc est, propter testimonia sacræ scripturæ tuam misericordiam pœnitentibus promittẽtis, sicut cum
Zach.1. dicis, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Et iterum, Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi
Isaiæ 1. nix dealbabuntur [SVSTINVI te domine] .i. tua flagella æquanimiter pertuli, tuç exauditionis dila-
tionem longanimiter & fiducialiter præstolabar, tuam clementiam expectaui, quemadmodum apud
Isaiæ 25. Isaiam legitur, Ecce deus noster, expectauimus eum & saluabit nos, sustinuimus eum & lætabimur in
salutari eius. ❡(5) SVSTINVIT anima mea in verbo eius] .i. ex sacra scriptura recepit anima mea fi
duciam sustinendi deum, & in verbo diuinæ promissionis confisa est, plenissime sciẽs, quoniam quod
Rom.4. promisit, potens est adimplere [SPERAVIT anima mea in domino] non in meritis propriis, aut re-
bus creatis. ❡(6) A custodia matutina vsq; ad noctem] .i. de mane vsq; ad vesperam, à principio vsq;
ad finem, à iuuentute vsque ad mortis occasum [SPERET Israel] hoc est, homo fidelis, seu populus G
christianus deum fide pura contemplans [IN domino. ❡(7) QVIA apud dominum misericordia]
hoc est, in deo est pietas magna, quippe cui proprium est misereri & parcere [ET copiosa apud eum
redemptio] est. Quoniam ipse valde potens & clemens est ad indulgendum, subueniendum, atq; sal-
uandũ: nec deficit eius virtus in redimendo. Propter quod Moses ait, Dominator domine misericors
Exo.34. & clemens, patiens & multæ misericordiæ ac verus, qui custodis misericordiã in milia, qui aufers ini-
quitatem & scelera atq; peccata. Et iterum dicit scriptura. Ecce non est abbreuiata manus domini, vt
Isaiæ 59. saluare nequeat neq; aggrauata est auris eius, vt non exaudiat. Est ergo apud dominũ, in domino, & à
domino copiosa redemptio .i. magna virtus ad liberandum, quç est actiua redemptio, causans in nobis
redemptionem passiuam qua liberamur. ❡(8) ET ipse redimet Israel] in se sperantem, de quo iam di
ctum est, [EX omnibus iniquitatibus eius.] dimittendo ei vniuersa peccata per gratiã suã. Vel dicitur
apud dominũ Christum copiosa redemptio, hoc est, efficacissimum atq; plenissimum meritũ redimẽ-
di. Nam sua passione meruit copiosam redimẽdi efficaciam, & ipse redemit Israel ex omnibus iniqui-
tatibus eius, satisfaciendo in cruce pro nostris peccatis, nosque proprio sanguine redimendo, sicut in
Iohan.10 Euangelio loquitur, Animam meã pono pro ouibus meis. Et in Isaia scriptum est, Vere lãguores no-
Isaiæ 53. stros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ecce hic Psalmus qui pœnitentialiũ psalmorũ sextus
est, pia deuotione plenus existens, tanto attentius, affectuosiúsq; cantandus est, quãto nobis misericor
diam dei peculiarius recolit & commendat, & quanto personæ pœnitentium congruẽtius competit.
Psalm.41 Clamemus de profundo nostræ cæcitatis ad sublimitatem diuinæ lucis. Inuocet abyssus nostræ mise H
Iob 9. riæ abyssum pietatis diuinæ. Cognoscamus nos in iudicio cum deo non posse contendere, iuxta illud,
Non iustificabitur homo cõpositus deo: & si voluerit cum eo contendere, nõ poterit respondere vnũ
Iacob.8. pro mille. Iterum ergo conemur placare deũ creatorem, saluatorem ac iudicem nostrũ, orando, me-
ditando, legendo, sacrificiũ laudis offerendo, & quod super omnia est in diuino atque fraterno amo-
re proficiendo, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXX.

❡EXPOSITIO Tituli.

PRæscribitur Psalmo iam declarando, Canticum graduum ipsi Dauid. Loquitur etiam psalmus
iste de duodecimo gradu spiritualis ascensus, videlicet de humilitate, sine qua nulla virtus habe-
tur aut conseruatur. Nam & pœnitentia sine ea non prodest. Quamuis autem humilitas sit basis
& fundamentum spiritualis profectus, tamen humilitas talis ac tanta, qualis & quanta in hoc Psalmo
describitur, merito ponitur gradus duodecimus. Loquẽs ergo propheta in persona hominis virtuosi,
qui suam perfectionem non iactanter, sed ad gloriam dei ædificationémq; Christi profitetur, secun-
1.Cor.15. dum quem modum sancti frequenter propria bona describunt, vt Paulus qui ait, Plus omnibus labo-

A raui. Et Iob qui dicit, Neque reprehēdit me cor meū in omni vita mea. Et Ezechias qui loquitur, Me Iob 27.
mento domine quomodo ambulauerim coram te corde perfecto. Quod sancti viri interdum faciunt, Esaiæ 38.
quatenus citius exaudiantur, non tamen in suis virtutibus principaliter sperant, præsertim cum sciāt
sua merita esse dona diuina. In talis itaque hominis persona loquens propheta ait.

PRECATIO,

*Virtute fulti domine sanctæ maiestatis tuæ, non sit exaltatum cor nostrum, oculi nostri non elati, nō in magnis neque in mirabilibus super nos ambulemus, sed semper humilia sentiamus, quo perpetim seculorum tempore tibi placeamus.*

¶ EXPOSITIO Psalmi.

DOMINE] inquit [NON est exaltatum cor meum] tumore superbiæ, glorian-
do in se, aut sibi ascribendo, quod tibi attribuēdum est, aut præferendo se aliis.
Vnde Dauid alibi testatur, Vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in 2.Reg.6.
oculis meis, [NEQVE elati sunt oculi mei] i. interior cordis elatio non ascen-
dit neque apparuit in oculis corporis, vbi maxime apparere consueuit. Sic er-
go nec intus nec foris, nec vere, nec apparenter superbiuit. Hinc quippe scri-
ptum est, Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans, attonitos habes ocu Iob.15.
B los? Quid tumet contra deum spiritus tuus? Cōtra deum enim tumet omnis su-
perbus. Propter quod dicitur in Prouerbiis, Abominatio est domino omnis arrogās. ¶ (2) NEQVE Proue.16
ambulaui in magnis] faciendo opera, meam mensuram transcendentia, seu inter proximos superbe
viuendo, aut me inaniter ostendendo [NEQVE in mirabilibus super me] hoc est, non quæsiui face-
re opera rara, miranda: nec ea optaui, per quæ hominibus mirabilis apparerem. Sed nec præsumpsi
esse scrutator maiestatis, aut supernaturalia fidei testimonia meo ingenio mensurare. Quemadmodū Eccle.3.
in Ecclesiastico legitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit ti- Rom.12
bi deus, illa cogita semper. Et Apostolus dicit, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Hæc
tamen atque similia quædam ignaui & derisores studiosorum multum peruerse intelligunt, putantes
hęc ideo dici, quasi non debeamus mysteria fidei perscrutari, & conari quantum possibile est, intelli-
gere alta de fide, cum tamen Apostolus dicat, Crescite in scientia dei. Et Christus, Scrutamini ait scri Colo.1.
pturas. Denique sanctissimi patres nostri Hieronymus, Augustinus, Hilarius, Thomas, nonne diffi- Iohan.7.
cillima loca scripturæ conati sunt explanare, supernaturalia vtcunque cognoscere? ¶ SI NON humi
liter sentiebam,] humiliando me intus & foris, & coram deo atque hominibus, [SED exaltaui animā
meam] reputando me aliquid esse cum nihil sim. ¶ (4) SICVT ablactatus supra matrem suam, ita 1.Cor.4.
retributio in animam meam] id est, tunc retribuatur & fiat animæ meæ à te, sicut fit puero ablactato,
C incumbenti supra vbera matris suæ, quatenus sicut puer talis quærit vbera sugere, & non potest, sed
dolet, plangitque, atque repellitur. Sic ego à te internam consolationem non acquirā, nec vbera ęter-
næ sapientiæ sugam, sed tanquam indignus abiiciar. Hæc autem dicit potiùs prænunciando quid fu-
turum sit, si intumescat, quàm sibiipsi mala imprecādo. ¶ (5) SPERET Israel] id est, fidelis [IN do-
mino, ex hoc nunc & vsque in seculum] hoc est, indesinenter quàm diu in isto exilio degit. Non enim
in patria sperat aliquis in deo, quia nec fides, nec spes, permanent in beatis. Ecce dum psalmum hunc
cantamus, de nostra superbia erubescamus, quid humilitatis nobis decet pensemus, atque ad verę hu-
militatis amorem accendamur, eámque adipisci fideliter iugitérque conemur. Nam & Christus inter Matth.5
beatitudines gradum humilitatis primum locauit dicēs, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Matth.11
regnum cælorum. Et iterum ait, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et Apostolus, Hono- Rom.12.
re, inquit, inuicem præuenientes. Et iterum, Subiecti estote inuicem in timore dei. Ad Philippenses Ephe.5.
quoque saluberrime exhortatur. Nihil agite per contentionē, neque per inanem gloriam, sed per hu- Philip.2.
militatem superiores inuicem arbitrantes.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXI.

¶ EXPOSITIO Tituli.

D TItulus Psalmi præsentis est, Canticum graduum. Loquitur iam Psalmus iste de tertiodecimo
gradu spiritualis ascensionis, videlicet de spirituali ædificatione domus interioris, quæ est ani
ma sancta, quæ dum virtutibus adornatur, domus Christi efficitur. Quanuis autē quidam do-
ctores magni atque catholici videantur prætēdere quod Psalmus iste non loquatur ad literam de re-
ge Dauid filio Iesse, sed Christo per Dauid significato, Tamen ex verbis Hieronymi elucescit, quod
psalmus iste ad literam loquatur de Dauid. Ait enim in quadam Homilia, quod ad Abraham & Da-
uid specialiter facta est de Christo repromissio: ad Dauid, De fructu ventris tui ponam super sedem
tuam: quæ sunt verba psalmi præsentis. Alii quoque doctores catholici ita exponunt hunc psalmum,
quos verum dicere reor. Loquitur autem Dauid in Psalmo isto, præcipue de duobus, videlicet de affe
ctu seu deuotione sui, ad ædificandum domino templum, & de promissione sibi facta, de successione
suæ posteritatis, quantum ad regnum. Ait ergo, orans pro semetipso

PRECATIO.

*Pro tua pietate domine, da nobis quæsumus bonis operationis studiis sic iugiter inuigilare, quo nos tibi domino locum inueniamus in corde nostro: sit tua præsentia nostra ubique defensio, ut nostris confusis inimicis, tua super nos semper floreat sanctificatio.*

¶Expositio Psalmi literalis. E

M EMENTO domine Dauid,] miserendo sibi in omnibus, prout ab Esdra dici-
Nehem.5 tur, Memento mei deus meus in bonum. Non quod in deo cadat obliuio, aut re
cens memoria, sicut vbertim præhabitum est[ET omnis mãsuetudinis eius] .i.
1.Re.24 mititatem eius habe acceptã, & propter eam exaudi famulum tuũ Dauid. Erat
2.Re.16. nanq; Dauid multum mansuetus, quod constat ex eo quod aduersariis suis tam
pie pepercit, puta Sauli & Semei. Pro Absolone quoq; præcepit ne occidere-
2.Reg.15 tur: quæ patet primo & secũdo libris Regũ. Vnde Dionysius in epist. ad Demo
philum monachũ, asserit Dauid merito suę mansuetudinis maximã apud deum
gratiam inuenisse. Ad hoc autẽ memẽto eius ô domine, vt impleat. ¶(2)SICVT iurauit domino] &
sicut votũ vouit deo Iacob] patriarchæ. Qualiter autẽ iurauit & vouit, subiũgitur. ¶(3)SI introiero
in tabernaculum domus meę].i. non ingrediar domum meam, vt in ea repausem, & à proposito meo
desistam[SI ascendero].i. non ascendam [IN lectum strati mei] vt in eo dormiam quiescẽs & cessans
ab exequutione voti & iuramenti. Sicut autem tabernaculum domus idem sunt, sic lectus strati idem
significant. Iuxta quem modum dicit apostolus corporis carnis. ¶(4)SI dedero], id est, non dabo
Rom.13 [SOMNVM oculis meis, & palpebris meis dormitationem,] non dabo quasi desinens à proposito.
¶(5)ET requiem tẽporibus meis] non dabo, id est, non quiescam toto tempore vitæ meæ [DONEC F
inueniam locum domino] In isto versiculo tangitur, quid vouit atque iurauit, & est sensus: donec in-
ueniam locum domino, hoc est, ad dei honorem, in quo sibi tẽplum ædificem. Ideo additur[TABER
NACVLVM deo Iacob].i. donec construam templum deo patris nostri sancti Iacob: sicque illo con
1.Para.17 structo inueniam illud ad libitum, ad colendum deum in ipso. Sed quoniã Dauid ædificare nõ potuit
1.Cor.8 templum, eo quod multum sanguinẽ fudit, nunquid periurus est? Et respondendum quod Dauid hæc
vouit atque iurauit, supposita voluntate diuina. Et ergo bona voluntas sibi pro opere reputabatur. Fi
1.Par.17. lio autem eius concessum est implere quod ipse proposuit. Vnde dominus ait, Quod cogitasti in cor
de tuo ædificare domum nomini meo, benefecisti hoc ipsum mente pertractans. Veruntamen tu non
ædificabis mihi domum, sed filius tuus. ¶(6)ECCE audiuimus eum in Ephrata] Secundum quosdã
1.Reg.4. in hoc loco ostenditur deuotio Dauid in translatione arcæ, quæ primo stabilem habuit mãsionem in
Sylo, vbi Iosue eam locauit, erátque ibi donec tempore Eli capta est à Philistæis. Extunc autem non
habuit fixum locum donec in tẽplo Salomonis locata est. Cum enim remisissent eam Philistæi in Iu-
dæã, posita fuit in Cariathiarim, deinde in Masphat & postea in Gabaa, in domũ Aminadab, deinde
1.Reg.6. transtulit eam Dauid in domum Obededon Ethæi, vt legitur secũdo libro Regum. Postremo posuit
2.Reg.6. eam Dauid in tabernaculo quod ipse ei tetenderat. Sic ergo literam istam exponunt. Ecce audiuimus
eam, hoc est, arcam positam fuisse in Ephrata, id est, in Sylo quæ dicitur Ephrata, quoniã erat in sor-
1.Reg.6. te Ephraim [INVENIMVS eam in campis Syluæ] hoc est, in Gabaa, quæ est in territorio Caria- G
Iosue.15. thiarim, quę dicitur vrbs syluarũ. ¶(7)INTROIBIMVS] ego Dauid & populus meus, [IN taber-
naculum eius].i. in tabernaculum quod ego tetẽdi arcę in ciuitate mea Iesusalem[ADORABIMVS]
deum [IN loco vbi steterunt pedes eius.] Deus enim dicebatur sedere super propitiatoriũ quod erat
super arcam tanquã operculum eius, & ita pedes dei dicebantur stare in loco vbi extitit arca. Hæc au
tem expositio videtur extranea. Cum enim nulla mentio facta sit in psalmo præsenti vsque ad hunc
versum de arca, non apparet cur hoc relatiuum eam referat arcam. Item quod per Ephrata intelliga-
Gen.35. tur Sylo, extraneum esse videtur. Nam in Genesi habetur, Bethleem dicta est Ephrata. Vnde & Mi-
Mich.5. cheas ait, Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda. Si dixisset propheta, Ecce audiui-
mus eam in Ephraim, vel in Ephrem apparentiam haberet maiorem expositio ista. Denique quod
per campos syluæ intelligatur Gabaa, quæ erat ciuitas populosa, non videtur conueniens. Quidam
etiam libri qui creduntur correcti non habent. Ecce inuenimus eam, sed eum. Aptius ergo puto vt
exponatur ista de Christo atque ecclesia, de quibus Dauid hoc loco prophetice loquitur, sicut in se-
quenti patebit articulo. Deinde Dauid orat dominum vt dignanter descendat, & habitet in templo
Salomonis. ¶(8)SVRGE domine in requiem tuam] id est, in templum à filio meo Salomone ædi-
3.Reg.7 ficandum, in quo tibi stabilem habitationem elegisti. Surge inquam [TV] ingrediendo non motu lo-
cali, sed operatione gratuita, templum hoc, [ET ARCA sanctificationis tuæ] hoc est, arca Mosi san
Hebr.9 ctificata à te, & continẽs sancta, duas videlicet tabulas digito dei scriptas, virgãmq; Aaron quæ fron-
duerat, & vrnam auream continentem manna. Hæc arca surgat, id est, transferatur in requiem tuam, H
id est, in templum Salomonis. Itaque orat Dauid vt arca transferretur in templum Salomonis, quod
2.Reg.8. factum esse tertio regum ostenditur. ¶(9)SACERDOTES tui] videlicet filii Aaron, ministri al-
taris ac templi, [INDVANTVR iustitiam] id est, taliter adornentur & operiantur iusta vita atque
virtutibus, sicut corpus vestimento ornatur ac tegitur. Propter quod Moses dixit, Sacerdotes qui ac-
cedunt ad dominum, sanctificentur ne percutiat eos [ET SANCTI tui exultent] spirituali iucundi-
Exo.19. tate in te. ¶(10) PROPTER Dauid seruum tuum] hoc est, propter preces & merita eius [NON
auertas faciem Christi tui] id est non differas mittere Christum mundi saluatorem, sed ostende nobis
faciem atque præsentiam eius. Nicolaus de Lyra per Christum hoc loco intelligit Salomonem. Et
dicit quod secundum Iudæos portæ templi Salomonis clauserunt se contra sacerdotes atque leuitas,
arcam portantes, vt eam transferrent in templum. Cúmque dominum pro apertione portarum ora-
rent, psalmúmque præsentem cantarent, statim dum istum versiculum canebant, porte templi ape-
ruerunt se: quo facto vniuersi qui aderant, cognouerunt quod Dauid erat acceptus deo, cuius op-
2.Reg.11. positum multi tenebant vsque ad illud tempus propter occisionem Vriæ, & adulterium Betsabeæ.

A ¶(11)IVRAVIT dominus Dauid] ferno suo[VERITATEM]hoc est,quod verum est[ET nō frustrabitur eū] .i.non omittet implere quod ei iurauit. Qoid autē iurauit,adiecit[DE fructu ventris tui ponam super sedem tuam].i.dabo tibi filium, regni successorem. Istud secundum Hieronymum intelligendum est de Christo,qui dicitur filius Dauid secūdum carnem, & in eo perpetuatum est regnum Lucæ 1.
Dauid,sicut angelus dixit virgini gloriosæ,Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternū.Vnde ab Isaia prædictū est,Super solium Dauid, & super regnum eius Isaiæ 9.
sedebit,vt confirmet illud,& corroboret in iudicio & iustitia,amodo & vsq; in sempiternū.Quidam tamen exponūt de Salomone qui erat filius & successor Dauid in regno, sicut per Nathan dominus 2.Reg.7.
promiserat Dauid.¶(12)SI custodierint filii tui] ô Dauid [TESTAMENTVM meum] hoc est,legem Mosaicam,[ET testimonia mea].i.cætera quæ in lege contenta sunt, [HAEC quæ docebo eos,] .i.tunc illuminabo corda ipsorum,vt plenius veriúsq; ea cognoscāt.¶(13) ET filii eorum vsq; in seculū] hoc est,quandiu durauerit cursus veteris testamenti [SEDEBVNT super sedem tuam]regnāgoantes in regno tuo,& patribus suis succedentes.Sic plane factū fuisset,si non peccassent adeo grauiter.Vnde propter eorū grauissima crimina,regalis successio desiit tempore captiuitatis Babylonycæ.¶(14)QVONIAM elegit dominus Sion].i.montē in quo ædificatū est templum [ELEGIT eā in habitationē sibi] Nam in templo dicebatur deus specialiter esse & habitare, propter euidentē operationem suā in eo.In templo nanq; dabātur diuina responsa de propitiatorio. Sciendum autē quod
B mons Sion,qui etiam dictus est mons Moria, erat locus in quo Dauid vidit angelum domini percutientem populum propter murmurationes populi. Hunc autem locum deus ostendit se elegisse,quādo misit Gad prophetam ad Dauid præcipiens ei vt in monte seu loco hoc ædificaret altare,hostiásque offerret in eo.Quod cum fecisset,exaudiuit eum deus in igne cælitus descendente. Propter quod Dauid loquutus est,dum ista vidisset,Hæc est domus dei, & hoc altare in holocaustū in Israel. In hoc itaque monte præcepit Dauid Salomoni costruere templum. ¶(15)HAEC requies mea in seculum seculi] hoc est,in tēplo ædificato in hoc monte requiescam cū filiis Israel [HIC].i.in monte isto [HABITABO]cum populo meo[QVONIAM elegi eam]scilicet Sion.Vnde dominus dixit Salomoni, Sanctificaui mihi domum istam,& habitabo cum filiis Israel. ¶(16)VIDVAM eius benedicens benedicā, ]hoc est,in spiritualibus & tēporalibus dabo sufficientiā viduis Sion [PAVPERES eius saturabo panibus] mentis & corporis,dummodo legē meā custodire satagerint.¶(17)SACERDOTES eius]scilicet templi[INDVAM salutari].i.salute & gratia [ET sancti eius exultatione]spirituali[EXVLTABVNT]de bonis domini,eiq; hilariter ministrabunt.¶(18)ILLIC]videlicet in Sion[PRODVCAM].i.procreabo & prolongabo[CORNV].i.regiam potestatē [DAVID]dando ei regni successores [PARAVI lucernam].i.claram memoriā, [CHRISTO meo] .i.regi Dauid,nō penitus au-
C ferendo regnum à posteris eius, vsq; ad longum tempus. Hinc enim dominus ait Ahiæ prophetæ,cui loquebatur de diuisione regni Israelitici,Filio autē eius,videlicet Roboam,filio Salomonis dabo tribum vnam,vt remaneat lucerna Dauid seruo meo. Et simile sæpius dicitur de aliis regibus Iuda, qui suis peccatis meruerunt regno atq; successore priuari.Sed propter Dauid factū est,vt maneret ei lucerna.¶(19)INIMICOS eius induam confusione.] Sæpe enim deiecit deus aduersarios Dauid,filiorúmq; eius,& tunc confusione repleuit æmulos eius [SVPER ipsum autē] Dauid & posteritatem ipsius [EFFLOREBIT sanctificatio mea].i.vnctio sancta,qua reges vngi solebāt. Veruntamen ista de Christo, multo conuenientius exponuntur,sicut iam elucescet.

1.Para.21
2.Re. 24
1.Para.22
3.Reg. 8.
3.Reg.11.

¶Elucidatio eiusdem Psalmi de Christo.

CONuenientissime autem exponitur psalmus iste de Christo ,qui in scripturis veteris testamenti frequenter Dauid vocatur.Sicut dum dominus per Ezechielem ait, Saluabo gregem meū, & suscitabo super eum pastorē vnū,qui pascat eū,Dauid seruū meū.Et per Ose. Reuertentur filii Israel, & quærent dominū deum suum,& Dauid regem suū.Dauid enim interpretatur manu fortis,seu desiderabilis aspectu. Et quis adeo fortis vt Christus dei virtus, qui fortem armatū alligauit.i. diabolum vicit,& vasa eius diripuit.i.peccatores redemit? Præterea quis tam desiderabilis aspectu vt Christus speciosus forma præ filiis hominum,qui est candor lucis æternæ,in quem desiderant angeli
D sancti prospicere? De Christo itaq; loquēs propheta,ait,Memento domine,pater eterne,Dauid,hoc est,Christi,& omnis mansuetudinis eius.Christus enim mitis imò mitissimus erat.Propter quod ait, Ego quasi agnus māsuetus qui portatur ad victimam.Et iterum,Discite à me quia mitis sum.De eius quoq; mansuetudine scriptum est,Non clamabit,nec audietur foris vox eius:& non erit tristis neque turbulentus.Sed multa sunt quæ circa hoc mouere possunt studiosum lectorem.Primo enim videtur mirabile, quod propheta oret Christo & māsuetudine eius.Secūdo,mirum apparet cur oret, vt deus meminerit Christi, cum certum sit quod nunquam obliuisci potuit filii sui dilecti, aut eius mansuetudinem reprobare,in quo sibi bene complacuit. Tertio mirum est cur oret pro Christo,cum Christus omnipotens sit & per seipsum omnia possit. Et respōdendum ad primum istorum, ꝙ propheta orat pro Christo,nō tamen ꝓ propria Christi persona.Orat enim deus vt meminerint Christi,nō quantum ad ipsum Christū,sed quantū ad corpus suum mysticū,quod est ecclesia,scilicet per Christum & merito eius misereatur omnibus nobis.Et hoc modo Moses sæpe precatus est deum, vt recordaretur Abrahæ & Isaac & Iacob,nō ꝙ pro sanctis illis defunctis orauit, sed hoc deprecabatur vt deus meritis eorū misereretur filiis Israel . Vel dici potest,ꝙ Propheta orat pro Christo,nō propter Christi indigentiam,sed ad ostendendum cordis sui affectum quem habebat ad Christum.Sicut enim Christus pro seipso orauit,sic mēbra eius pro eo hoc modo poterāt exorare, & ex hoc patet respōsio ad secū-

Ezec.34
Osee.3.
Lucæ 11.
Psal. 44.
Sapien.11
1.Petr.2.
Ierem.11.
Matth. 11
Isaiæ 42.
Mat.3.17
Exod.32
Matt. 26.
Iohan.17

Ll ii

dum. Non enim sic orat Propheta vt deus pater memor sit Christi & mãsuetudinis eius, quasi eorum E
obliuisci potuerit, sed vt recordando Christi & mansuetudinis eius, memor sit misereatúrque nostri,
dando nobis per ipsum quod ipsi non promeremur. Deniq; licet Christus secundum quod deus, om
nipotens sit, orat tamen Propheta vt pater ei cooperetur, quoniam Christus vt homo, indesinenter
Iohan. 5 adiuuabatur à patre, & quicquid fuit ac habuit, à patre recepit. Vnde ipse testatur, Non potest filius
à se facere quicquam. Itaq; domine memento Dauid. i. Christi, ad hoc vt impleatur sicut Christus iu-
rauit domino deo patri, & sicut votũ vouit deo Iacob. Sed vbi in scriptura canonica legitur Christus
iurasse vouisseque domino? Ad hoc responderi potest dupliciter. Primo, quòd per iuramentum Chri
sti intelligatur firmum propositum eius. Per votum vero ipsius intelligitur voluntas eius promptis-
sima & firma assertio, qua se dixit facturum quod sequitur. Secundo (vt arbitror) dici potest, quòd
Christus homo vere iurauit atque promisit deo illud quod subditur, quanuis fortasis hoc alibi non
legatur. Cum enim Christus plenus fuerit omni virtute, plenus vtique fuit omni actu ac perfectione
virtutum. Cum ergo iuramentũ & votum sint actus religionis seu latriæ, quẽadmodũ in Secunda se-
cundæ Thomas declarat, probabile est quod in Christo fuerunt, præsertim cum opera ex voto pro-
cedentia sint perfectiora magisque meritoria quàm alia. Vnde & virgo benedicta virginitatem cre-
ditur promisisse. Iurauit autem & vouit Christus hoc modo, Si introiero, id est, non intrabo in taber
naculum domus meæ, hoc est, in cælum, vnde descendi: si ascendero, id est, non ascendam in lectum F
Apoc. 3. strati mei, id est, ad thronum gloriæ, vt requiescã ad dexterã dei patris. De quo throno scriptum est,
Ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Si dedero, id est, non dabo requiem, id est, triduanæ
sepulturæ quietem oculis meis corporeis, qui tunc sine vigilia actionis fuerunt. Et hoc idem repetit
aliis verbis dicendo: & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis non dabo, hoc
est, quàm diu in mundo isto conuersor, non quiescam, neque cessabo discurrere, prædicare, miracula
facere, iniurias sustinere, donec inueniam locum domino. Hic ponitur quid Christus iurauit & vo-
uit, vt sit sensus, Donec inueniam, hoc est, parem ac faciam locum domino in cordibus electorũ, con
uertendo eos ad fidem & gratiam dei, & donec hoc modo inueniam tabernaculum, id est, ecclesiam
deo Iacob, congregando electos in vnum, id est, in vnam catholicam fidem atque indiuiduam chari-
1. Cor. 3. tatem, sicque existant tabernaculum dei, in quo ipse per gratiam habitet, sicut Apostolus ait, Tẽplum
Apoc. 21. dei sanctum est, quod estis vos. Et in Apocalypsi inducitur, Ecce tabernaculum dei cum hominibus,
& habitabit cum eis. In iis itaque verbis pollicetur Christus se non esse reuersurum de mundo ad cę-
Zach. 6. lum, nisi prius construeret deo patri ecclesiam, prout à Zacharia prædictum est, Ipse ædificabit tem-
Amos 9. plum domino. Et Christus alibi testatur, In die illo suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, &
Act. 15. reædificabo aperturas eius. Quod Iacobus allegat impletum in vocatione Gentium ad fidem Chri-
Mich. 5. sti. Ecce audiuimus eum, scilicet Christum, in Ephrata, hoc est, in Bethleem Iudæ, in qua ortus est
Matth. 2. Christus, iuxta illud, Et tu Beththleem Ephrata, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Et G
Lucæ 2. ibi inuentus est à magis atque pastoribus: inuenimus eum in campis syluæ. Ad literam per campos
syluæ, intelligi possunt loca plana, in quibus Christus frequẽter ambulauit & docuit, ibique à Iudæis
ac Gentibus eum requirentibus sæpe repertus est. Secundum Hieronymum per campos syluæ intel-
liguntur Gentiles, qui tanquam inculti atque indocti campi syluæ vocantur, & in illis inuentus est
Christus, quando per prædicationem apostolorum fidem catholicam receperunt, & Christo conne-
xi sunt vt capiti. Alii textus habẽt eam, & tunc est sensus. Ecce inuenimus eam, puta ecclesiam, quam
appellauit tabernaculum in Ephrata, quia in Beththleem audita atque inuenta est ecclesia, id est, con
Lucæ. 2 gregatio in Christum credentium, scilicet Maria & Ioseph, pastores & Magi, inuenimus eam, id est,
Matth. 2. ecclesiam in campis syluæ, id est, populis Gentilitatis incultæ. Quia Iudæis Christum negantibus ec
clesiámque persequentibus, Gentiles cõuersi sunt, & ex ipsis constructa est Christi ecclesia, sicut per
Isaiæ 65. Prophetam ait, Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui his qui non interrogabãt de me.
Osee 1. Ad quod etiam pertinet illud Osee, Erit in loco vbi dicitur eis, Non populus meus vos, dicetur eis.
Filii dei viuentis. Introibimus nos in Christum credẽtes, in tabernaculum eius, id est, locum ecclesiæ.
adorabimus deum cultu latriæ, in loco vbi steterunt pedes eius. i. in gentilitate conuersa seu ipsa eccle
sia, vbi steterunt sancti apostoli, & eorũ prædicationes auditæ sunt. Qui apostoli sunt pedes ecclesiæ,
Isaiæ 52. quoniã corpus eius sustentant & baiulant. De eis nanq; & eorũ doctrinis Isaias ait, O quàm pulchri
super montes pedes euangelizantiũ pacem, annunciantium bona. Vel sic, Introibimus in tabernacu-
lum eius, videlicet Christi, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Hoc ad literam conuenien- H
Luc. 19. tisime accipitur de templo in Ierusalem ædificato post reditum à Babylone. In hoc enim tabernacu
lo pedes Christi frequenter steterunt, sicut dum eiecit de eo omnes ementes & vendentes. Vnde di-
ctum erat, Statim veniet ad templum suum dominator quẽ vos quæritis, & angelus testamenti quem
vos vultis. Surge domine Christe in requiem tuam, id est, surge à mortuis, & assume corpus glorio-
sum. & redi ad cælum. Iam enim iuramentũ tuum implesti, votum soluisti, inuenisti domino locum,
fundasti ecclesiam. Tu & arca sanctificationis tuæ, id est, non solum tu surge, sed & ecclesia tecum re-
surgat. Ita impletum est. Nam Christo resurgẽte multi sanctorũ qui dormierant, surrexerũt. Christo
Malach. 3 quoq; resurgente in re, omnes Christiani surrexerunt in spe: capitis enim præcesio, spes extat mem-
brorũ. Propterea dicit Apost. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit, ita de⁹ eos qui
1. Thes. 4 dormierunt adducet cum eo. Dicitur autem ecclesia arca sanctificationis Christi, quoniam sicut arca
Mosi continebat quædam præcipua sancta in præcedenti articulo nominata: ita ecclesia Christi con
tinet electos qui sunt vasa misericordiæ. Dicitur quoq; arca sanctificationis, id est, sanctificata asper-
Ephe. 5. sione sanguinis agni immaculati, quemadmodum scriptum est, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit

A semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ. Lauacrum au-
tem aquæ, puta baptismus, operatur virtute sanguinis Christi. Omnia nanque sacramenta sunt qua-
si vasa medicinalia, per quæ nobis applicatur virtus, seu meritum passionis & sanguinis Christi. De-
inde Christus vel Propheta pro sacerdotibus noui testamenti deprecans, subdit, Sacerdotes tui in-
duantur iustitiam. Maxima enim puritas Christianos condecet sacerdotes, qui hostiam illam super-
mundissimam superdignissimámque conficiunt, tractant, & sumunt. Propter Dauid seruum tuum, id
est, Christum, qui secundum quod formam serui accepit, seruus vocatur, non auertas, id est, non re-
pellas à te ô deus pater faciem Christi tui, id est, vultum seu mētem hominis Christiani, qui Christus
nominatur, tanquam spiritualiter vnctus spiritu sancto, sed merito passionis, orationis, conuersatio-
nisque Christi suscipe faciem Christiani, sicut de Iob dicis, Faciem eius, videlicet Iob, suscipiam. Vn- Iob 42.
de Malachias, Deprecamini (inquit) vultum domini, vt misereatur vestri, si quo modo suscipiat facies Malac. 1.
vestras. Vel sic, Non auertas faciem Christi tui, id est, propter ipsum Christū non auertas piam præ-
sentiam, claram notitiam, gratiosam inhabitationem Christi à nobis. Iurauit, id est, inuiolabiliter affir
mauit, immobilitérque promisit dominus pater Dauid, id est, Christo veritatem, & non frustrabitur
eum, id est, iuramentum suum non faciet irritum. Quid autem iurauit subiungitur: de fructu, id est, de
filiis spiritualibus, ventris tui, id est, cordis tui, quos scilicet per sapientiam tuæ mentis spiritualiter ge
B nerasti, prout Iacobus ait, Voluntarie genuit nos verbo veritatis suæ, ponam super sedem tuam, id est, Iaco. 1.
in cathedra ecclesiæ, faciendo ex eis pastores, prælatos, doctores; sicut supra de apostolis dictum est,
Constitues eos principes super omnem terram. Hinc enim dicit Apost. Quosdam posuit deus in ec- Psal. 44.
clesia, primo apostolos, deinde prophetas, tertio doctores. Sæpe autē in scriptura diuina ponitur ven 1. Cor. 12
ter pro corde seu mente. Nam supra dictum est, Ex vtero ante luciferū genui te, id est, ex corde. Non
enim in deo patre est vēter corporeus. Salomon quoque ait, Appone cor tuum ad doctrinam meam, Psal. 109.
quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in ventre tuo, id est, in mente tua. Si custodierint ô Christe Prouer. 22
filii tui, id est, Christiani testamentum meum, id est, decalogum, & testimonia mea in euangelio tradi-
ta, hæc quæ docebo eos, vt clarius ea cognoscant & certius comprehendant, imò certissime sciant ea
esse à deo. Hanc beatissimam illuminationem meretur conuersatio virtuosa. Ideoq; Saluator loqu-
tus est, Si quis voluerit voluntatē dei facere, cognoscat de doctrina an ex deo sit. Et iterum, Nunquid Iohan. 7.
vestrum est scire iudicium qui odio habetis bonum? Et filii eorum, id est, spiritualiter enutriti sana do Mich. 3.
ctrina & moribus ab illis qui præcesserunt, vsque in seculum .i. quandiu ecclesia steterit, scilicet vsque
ad terminum mundi, sedebunt super sedem tuam, tanquam successores apostolorum, regentes eccle-
siam tuam. Hoc autem fiet non eorum meritis, sed gratia dei. Propter quod sequitur, Quoniam elegit Iohan. 15
dominus Sion, id est, ecclesiam militantem, quemadmodum in euang. dicit, Non vos me elegistis, sed Ephe. 1.
C ego elegi vos. Et Apost. protestatur, Deus elegit nos in Christo ante mundi constitutionē vt essemus
sancti & immaculati in conspectu eius: elegit eam in habitationem sibi, id est, vt in ea per gratiā habi Prou. 8.
tet, sicut per Salomonem asseruit, Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Vnde Apostolus dicit, Vos 2. Cor. 6.
estis templum dei viui, sicut dicit dominus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorū
deus. Hæc, id est, ecclesia seu anima munda, deuota & studiosa, requies mea in seculum seculi, sicut di- Matt. 28.
xi, Ecce ego vobiscum sum cūctis diebus. Dicitur autem deus immobilem requiem habere in nobis,
non quod ipse vnquam turbetur aut moueatur, sed quoniam facit corda nostra in ipso quiescere. Hic
habitabo per gratiam, quoniā elegi eam mea bonitate, non eius virtute. Viduā eius scilicet ecclesiæ .i.
fœminam viri solatio destitutam, & de cætero propter me continentem, nec in delitiis viuentē bene-
dicens benedicam, dando ei necessaria vitæ, gratiámque in præsenti, & gloriam in futuro. Vnde de ta
libus viduis scribens Apo. Viduas (inquit) honora, quæ vere viduæ sunt. Vel, viduam, id est, animam 1. Tim. 5.
fidelem humano solatio destitutam, & vana gaudia contemnentem, benedicēs benedicam: pauperes
eius, id est, egenos ecclesiæ, scilicet pauperes spiritu, quorū est regnum cælorū, saturabo panibus vitæ Matth. 5.
& intellectus, pane sacramētali, pane lachrymarū, pane operum bonorū. Illuc, id est, in ecclesia pro-
ducam .i. formabo, conseruabo & prolongabo cornu Dauid .i. dignitatem atque potentiā Christi, dan
do ecclesiæ magnam dignitatem ac potestatem in nomine Christi. Vel, illuc .i. in futuro iudicio atque
D in patria producam, id est, proferam & ostendam cornu Dauid .i. regiam seu iudiciariam potestatem
Christi, quæ illuc præcipue apparebit, vbi videbitur in maiestate gloriæ suæ, paraui lucernam, id est,
claram ac sempiternam memoriā Christo meo, quoniam nomē Christi vbique gloriosum & notum
est. Vel lucernam .i. vasa gratiæ, scilicet homines bonos in quibus Christus per gratiā splendet, quem
admodum in lucerna lucet candela. Vel lucernam .i. Iohannem præcursorem, qui parauit viam domi
no: de quo dicitur, Ille erat lucerna ardens & lucens. Inimicos eius .i. aduersarios Christi induā con- Iohan. 5.
fusione, præsertim in die iudicii, quando videbūt filium hominis in maiestate sua, quando illud Isaiæ
implebitur, Ad eū venient, & confundentur omnes qui repugnant ei: super ipsum autē .i. super Chri- Isaiæ 45.
stum efflorebit .i. affluenter seu copiose florebit sanctificatio mea, quia & eius naturam humanā præ
omnibus sanctis sanctificaui, implens eā spiritu sancto sine mensura, & omnes ecclesiæ filios sanctifi-
cabo per eum. Vnde dicit Apostolus, Reconciliati sumus deo per mortem filii eius. Hoc etiam Chri- Rom. 5.
stus orauit, Pater sanctifica eos in veritate. Ecce psalmum gloriosum ac mysterialem audiuimus, in Iohā. 17.
quo Christi incarnatio, ecclesiæ institutio pulchre signātur. Tropologice quoq; monet nos psalmus
iste, vt iuremus & promittamus non ingressuros nos tabernaculum domus nostræ, &c. donec in no-
bisipsis inueniamus locum domino, emundantes cor nostrum ab occupatione superflua, ab inordina
to affectu, ab omni torpore.

# COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXII. E

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

Titulus psalmi præsentis est, Canticum graduum. Agit nanque hic psalmus de quartodecimo gradu spiritualis ascensionis, videlicet de charitate, quæ multos connectit, & omnia communia facit. Ait ergo.

### PRECATIO,

*Largire nobis domine gratiæ tuæ donum, ut in charitate concordes habitemus in unum: per quod suauiter apud te redolentes, benedictionem tuam & uitam consequamur in seculum.*

### ¶ EXPOSITIO Psalmi.

ECce quàm bonum] Dum in scriptura diuina præmittitur, Ecce, insinuatur aliquod notabile esse dicendum, Ecce quàm bonum[ET quàm iucundum] id est,
pensate quòd multum bonum seu meritorium multúmque delectabile sit [HABITARE fratres] spirituales [IN vnum] id est, in eadem domo, dummodo
idipsum dicant omnes, & non sint in eis schismata. Socialis igitur vita commen-
1.Cor.1. datur in isto versiculo, quam Salomon quoque collaudat, Melius (inquit) est
Eccle.2. duos esse simul, habent enim emolumētum societatis suæ. Si vnus ceciderit ab F
altero fulcietur. Væ soli, quia quum ceciderit, non habet subleuantem. Et ite-
Proue. 18 rum, Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Si autem quis velit exponere tam extense, vt
omnibus in gratia existentibus congruat, sensus erit, Ecce quàm bonum, & cætera. in vnū, id est, concorditer habitando in ecclesia Christi sub vna fide, spe, & charitate, vt sint omnes vnum in Christo,
quemadmodum Apostolus loquitur, Etenim in vno spiritu in vnum corpus baptizati sumus, siue Iu-
1.Cor.12. dæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes vno spiritu potati sumus. Secundum primam autem
expositionem conuenit psalmus iste præsertim claustralibus, quorū esse debet maior concordia quàm
aliorum, ita vt multitudinis fratrum sit cor vnum & anima vna: sicut dominus alibi ait, Dabo eis cor
Act.4. vnum & animā vnam. Summa nihilominus est Anachoretarū perfectio, quæ est magis diuina quàm
Ierem. 32 humana. Nam homo solus, est aut deus, aut bestia: non essentialiter, sed participatiue. Deinde ponit
exemplum bipartitum, seu duplex de isto. ¶(2) SICVT vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron] id est, sicut vnguentum, seu oleum, quo in veteri testamento consecrabatur summus sacerdos, erat valde pretiosum, dulce, & optime redolens: sic vehementer virtuosum, suaue, &
deo placitum est habitare fratres in vnum per charitatem. Charitas enim omnium virtutum altissima est, & nulla virtus tam dulciter, prompte, ac delectabiliter operatur vt ipsa, secundū quod in Canticis scribitur, Fortis est vt mors dilectio, & aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Ait er-
Cant.8. go, Sicut vnguentum in capite summi sacerdotis legalis, quod descendit à capite vncto in barbam G
non cuiuslibet, sed barbam Aaron, primi pontificis legalis, per quem alii designantur. Soli enim summi sacerdotes vngebantur hoc oleo, quantum ad sacerdotes: vngebantur autem & reges atque pro-
1.Reg.19 phetæ eo modo, quo dominus dixit Eliæ, Elisæum vnges prophetam pro te. ¶(3) QVOD] vnguentum[DESCENDIT] à barba fluendo[IN ORAM] superiorem[VESTIMENTI eius] id est, summi sacerdotis. Fluxit enim oleum istud dum vngebatur summus sacerdos à capite per barbam vsque
Exod.19. ad superiorem oram tunicæ hiacinthinæ & superhumeralis [SICVT ros Hermon, qui descendit in
montem Sion] Hic ponit secundum exemplum, & est sensus, Sicut ros montis qui dicitur Hermon, est bonus & causa lætitiæ, quoniam efficit montem illum fructuosum: sic bonum atque iucundum est habitare fratres in vnum, qui ros descendit in montem Sion, id est, ros similis in specie rori montis Hermon, descendit in montem Sion, in quo fuerat templum. Moraliter ita exponitur, Bonum & iucundum est fratres habitare in vnum, sicut vnguentum in capite, id est, sicut bona est gratia existens
Ephe.5. in Christo, qui est caput ecclesiæ, quod descendit in barbam barbam Aaron, id est, quę gratia descen-
dit à Christo in apostolos eius, qui significantur per barbam, eo quòd barba sit signum virilitatis, &
ipsi in bello pro fide fortissimi perstiterūt. Per Aaron ergo intelligitur Christus summus sacerdos ec-
Hebr.9. clesiæ, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. Quod descendit in oram ve-
stimenti eius, id est, quæ gratia spiritus sancti descendit à Christo per apostolos in ecclesiam, quæ significatur per oram vestimenti Christi. Quoniam sicut vestimentum est ornamentum vestiti, ita ecclesia est decor quodammodo Christi, tanquam sponsa ipsius. Insuper bonum & item iucundum est H
fratres habitare in vnum, sicut bonus est ros Hermon, id est, spiritualis fœcundatio Christi. Hermon nanque interpretatur lumen exaltatum: sicq; significat Christum, qui est lumen verum super omnes cælos exaltatum. qui descendit in mōtem Sion. i. quæ fœcundatio diffusa est in animam speculatiuam bonis operibus plenam. ¶(4) QVONIAM illic] .i. ad concordem fratrum cohabitationem[MANDAVIT] .i. misit [DOMINVS benedictionem] .i. gratiarū cælestium collationē [ET vitam] spiritualem[VSQVE in seculū.] quotiā taliter cohabitātes nunc viuunt per gratiā, in æternū victuri in cælo per gloriā. Vel, Quoniā illic mandauit. i. præcepit dñs benedictionē. i. in tali congregatione præcepit se benedici, qui à discordibus non dignatur laudari. Hortatur nos diuinus sermo psalmi præsentis ad inuiolabilem fraternæ charitatis tenorē, ad pacificā cohabitationē, ad mutuam cōmunicationē. Sine charitate nāq; nulla virtꝰ meritoria est. Ipsa est omnis spiritualis profectus principiū, mediū, & finis. Ipsa de claustro efficit paradisum, de monachis angelos. Odiū vero de claustro facit infernū, de religiosis diabolos. Qui in charitate nō proficit, nil proficit, sine charitatis ꝓfectu corporalis exercitatio sterilis est. Solitudo, silentiū, abstinētia, disciplina, ciliciū, clausura, vigilia, duritia strati, nil prosunt ad

A vitam æternā sine præsentia charitatis. Idcirco Aposto. Excellentiorem (inquit) vobis viam demonstro. Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem nō habeam, factus sum velut æs so- 1.Cor.13.
nans & cymbalum tinniens. Vnde in Petri Cano. scriptum est, Omnes vnanimes fraternitatis amatores, compatientes, misericordes, modesti, humiles, nō reddentes malum pro malo: sed econtrario be- 1.Petri 3.
nedicentes, quia in hoc vocati estis.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXIII.

### Expositio Tituli.

INsuper titulus psalmi nunc exponēdi talis est, Canticum graduum. Nam sicut psalmus præcedens locutus est de charitate fraterna: sic iste de charitate diuina eloquitur, quæ est quintusdecimus, summus & vltimus gradus spiritualis ascensionis. Realiter tamen idem sunt charitas dei & proximi, quia virtutes distinguntur per rationes formales. Ratio autē amandi proximū, deus est. Porrò psalmus iste ad literam est inuitatio sacerdotum ac Leuitarum veteris testamenti ad laudem diuinam, & sic per domum domini designatur templum Ierusalem, in quo stabant sacerdotes & Leuitæ ad orādum & immolandum. Spiritualiter vero exponitur de vniuersis fidelibus, & est sensus.

B

### PRECATIO.

*In sancta deuotione in noctibus huius seculi domine, in domo tua & in atriis tuis stantes fac nos tibi seruientes, benedicere, téque nobis benedicentibus tu domine benedicas nos ex Sion propitius.*

### Expositio psalmi.

ECce nunc] id est, tempore isto, de quo dicit Apostolus, Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De quo in Isaia habetur, Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Vel, nunc, id est, ascensis gradibus præinductis [BENEDICITE domino] id est, deum laudate ex charitate ardente, [OMNES serui domini.] qui fide & opere Christiani estis. Qui enim prædictos virtutum gradus ascenderunt atque sortiti sunt, digni habētur benedicere domino benedictione laudis & gratiarū actionis: quæ vtiq; benedictio non est speciosa in ore peccatoris. (2) QVI statis in domo dñi] id est] qui stabiliter estis ecclesiæ filii, perseuerantes constanter in ecclesiastica vnitate, id est, in vera fide & 2.Cor.6. Isaiæ 55. Eccle.15.
C charitate, & qui statis [IN atriis domus dei nostri] id est, in primis seu amplioribus locis ecclesię, quæ sunt materialia atria eius. Vel, in atriis, id est, in latitudine charitatis, domus dei nostri, id est, fideles a- Sapien.7.
nimæ, quæ est domus & sedes sapientiæ increatæ. (3) IN noctibus] id est, tempore nocturno, iuxta Thren.3.
illud, Consurge, lauda in nocte. Vel, in noctibus, id est, tēpore aduersitatis. Vel, in noctibus .i. toto tēpore vitæ præsentis quod innumerabilibus vitiorum tenebris, tribulationúmque pressuris obtenebratur. Propter quod in tenebris & in vmbra mortis sedere perhibemur. [EXTOLLITE manus vestras] corporales ac spirituales, quæ sunt desideria ad superna tendentia [IN sancta] id est, in cælestia, qua- Luc.1.
tenus ea adipisci & ingredi valeatis, de quibus ait Apostolus, Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Debemus autem vtrasque manus cum feruentissimo semper affectu extollere, Hebr.9.
iuxta illud Apostoli, Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus [ET benedicite domino] 1.Timo.2.
indesinēter. Et vt hoc queas perficere, ô serue atq; ecclesia dei (4) BENEDICAT te dominus] id est, gratiæ dona tibi infundat [EX Sion] id est, ex cælesti Ierusalem, vbi ipse specialiter habitat [QVI fecit cęlum & terrā] ex nihilo, tanquā creator omnipotens, cui subest cū voluerit, posse, cui nō est difficile omne verbum, qui in infinitū plura atque maiora potest efficere, quàm possit mens humana concipere. Sed quid est quod in principio psalmi hortatur nos sanctus ꝓpheta benedicere domino, nunc vero precatur vt dominus nos benedicat? Et respondendum quod duplex est benedictio, scilicet consecrationis & laudis. De benedictione consecrationis dicit Apostolus, Sine vlla contradictione quod Sapiē.12. Iere.32. Hebr.7.
D minus est à maiore benedicitur. Hac ergo benedictione benedicit nos deus. Benedictione vero laudis minor benedicit maiori, & creatura creatori. Postremo psalmum istum affectuosum ac dulcem decet nos hora Completorii cum speciali deuotione cantare, dirigendo mentem ad creatorem, atque in eius præconiis diem concludere, obdormiendo in meditationibus diuinorum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXIIII.

### Expositio Tituli.

PRæterea Psalmi præsentis titulus est, Haleluia: cuius interpretatio est, Laudate dominum. Merito autem post psalmos graduales ponitur psalmus, Haleluia pro titulo habens. Quoniam gradus spiritualis ascensionis perambulans, sicque ad veram perfectionem pertingens, dignus est, deum laudare. Psalmus vero iste hortatur nos ad laudem diuinam propter multiplicem rationem, & ait.

### PRECATIO.

*Nos in Israel domine, nos tibi in possessionem elige, & post luctas hostium in pace constitue, & liberè deseruire concede: & in hac potius libertate, nomini tuo (quod suaue est) læti psallamus, téque dominum semper benedicamus & laudemus.*

¶Expositio Psalmi literalis. E

LAVDATE]ô vniuersi fideles[NOMEN domini].i.dominũ nomine designatũ, seu rem significatam per nomen [LAVDATE serui [iustitiæ,non serui peccati [DOMINVM.¶(2)QVI statis]fide constanti & opere efficaci [IN domo domini] .i.in ecclesia materiali, quæ est domus orationis & laudis. Vel,in domo domini.i.in ecclesia militanti & spirituali, seu cõgregatione fideliũ, qui omnes sunt vnũ mysticum corpus Christi, recipiẽtes ab eo motũ virtutum & vitã gratiæ,& qui statis[IN atriis domus dei nostri]versiculus iste in præcedẽti psalmo

Psal.133. expositus est.¶(3)LAVDATE dñm quoniã dominus] Deus enim sanctus & benedictus essentialiter,incircũscriptibiliter,& quomodolibet bonus est, & ipse est omnis boni principiũ,quẽ omnia naturaliter appetũt tanquã vltimũ finẽ,sine cuius incessabili cõseruatione nec in momẽto subsistere possent,ideo ait Saluator,Quid me dicis bonũ? Nemo bonus nisi solus deus [PSAL-

Luc.18. LITE nomini eius quoniã suaue]Propriũ nomẽ dñi creatoris est deus,& quid dulcius deo?imò quid vel in minimo cõparari poterit dulcedini dei?Cuius est tanta dulcedo, quãta bonitas qui in seipso infinita dulcedine æternaliter fruitur,omnésque beatos in patria inexcogitabili suauitate perfundit,nos quoq; in hac valle lachrymarũ subinde dulciter visitat,pie lætificat,excessiue exhilarat, supernaturaliterq; reficit.Psallendũ est etiã domino ,ppter beneficia eius,videlicet ¶(4)QVONIAN Iacob elegit sibi dominus Israel in possessionẽ sibi.]Iacob qui interpretatur supplãtator,alio nomine dictus est F

Gene.32. Israel,quod interpretatur vir vidẽs deũ.Siue autẽ per Iacob & Israel intelligatur persona Iacob, siue populus ab eo descẽdens,certũ est ꝙ deus eum elegit,quẽadmodũ Moses profitetur populo huic, Pa-

Deut.10. tribus tuis cõglutinatus est,dominꝰ, & elegit eos,amauitq; semen eorũ post eos. Et iterũ,Te elegit dominus vt sis ei populus peculiaris de cũctis populis qui sunt super terrã. Et ideo dicitur elegisse Israel

Deute.7 in possessionẽ.i.in hæreditatem seu hæreditariũ populũ,sicut per Isaiam loquitur,Hæreditas mea Is-

Isaiæ 19. rael.Et Samuel dixit ad Saul,Ecce vnxit te dñs super hæreditatem suã in principẽ.Spiritualiter vero

1.Reg.10. per Iacob intelligitur quilibet cõtra vitia luctans.Per Israel vero omnis deũ fideliter speculans, quod maxime cõpetit veris Christianis,seu ecclesię Christi,& hos deus elegit in possessionem æternã,possidens eos in via per gratiã,in patria autẽ per gloriam,propter quod dicit Apost.Deus prædestinauit nos in adoptionem filiorũ per Iesum Christum, secũdu propositũ voluntatis suæ. ¶(5)QVIA ego

Ephe.1. cognoui,] per fidem,per rationẽ naturalem,per experientiã,per diuinæ dulcedinis gustũ [QVOD magnus est dominus,] nõ magnitudine molis,sed dignitatis:imò vere infinitus est dominus,& perfectionis eius nullus est terminus[ET deus noster]videlicet Trinitas superbenedicta,quę est deitas simplex & adoranda [ET præ omnibus diis.] magnus est,quia in infinitũ omnes excedit,siue per deos intelligãtur excellentes creaturæ,videlicet angeli sancti & homines summi,q dii vocãtur:siue ꝑ deos intelli-

Exod.8. gantur dii seu idola Gentiũ,qui mendaciter dii dicũtur.Hoc modo Ietro cognatus Mosi nouit magni G

Iob 11. tudinem dicens,Nunc cognoui quoniã magnus dominus super omnes deos. Hinc etiã scriptum est, Excelsior cœlo est,& quid facies?profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius & latior mari.¶(6)OMNIA quæcunque voluit dominus fecit in cælo & in terra] tam in operibus

Ierem.32 naturæ,quàm in operibus gratiæ.Deo enim nihil difficile est.Et ipse testatur dicens, Consilium meũ

Isaiæ 46. stabit,& omnis voluntas mea fiet.In cælo nanq; condidit angelos atque angelicos ordines tot,quando,& quomodo voluit. Denique quos voluit,præseruauit à ruina, & quos voluit permisit peccare. Similiter fecit in terra in hominibus.[IN mari] oceano [ET omnibus abyssis] particularibus. In his enim magna fecit opera,tam in nauigãtibus,quorum quosdam mirabiliter liberauit, vt Ionam: quàm in piscibus,quorum diuersa mirandáq; genera inueniuntur in abyssis.¶(7)EDVCENS] ipse dominus motu & calore solis,vel supernaturaliter [NVBES ab extremo terræ] eleuando videlicet vapo-

Iob 38. res ex quibus nubes causantur à mari oceano,vnde(vt sæpius)nubes descẽdunt.Propter quod ad Iob dominus ait, Cum ponerem nubem vestimentum eius,scilicet maris [FVLGVRA in pluuiam fecit]

Amos 5 id est,terminauit.In nubibus enim fieri solent tonitrua,ex quibus coruscationes & fulgura prodeunt, terminantúrq; fulgura ista per hoc quòd nubes resoluuntur in pluuiã.Vnde alibi dicitur, Qui vocat aquas & effundit eas super faciem terræ,in quo apparet infinita sapientia dei.Cur enim in nubes cõ-

Iob 23. denset aquas,ostenditur apud Iob,Qui ligat aquas in nubibus,vt non erumpant pariter deorsum.Si

Iob 12. enim simul erumperent,omnia subuerterentur:sicut idem fatetur, Si continuerit aquas,omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. Producit igitur nubes, & ordinatissime irrigat mundum. H ¶(8)QVI producit ventos de thesauris suis.] Thesauri appellantur diuitiæ occultatæ. Per thesauros ergo intelliguntur diuitiæ bonitatis diuinæ,id est,omnipotẽtia dei,qua sufficit omnia agere prout vult.Vel causæ creatæ,ex quibus virtus diuina ventos producit, sicut ex thesauro proferuntur denarii.Ait itaq;,Qui producit ventos de thesauris suis,id est,de plenitudine propriæ voluntatis. Vel,de thesauris suis,id est,de causis creatis,videlicet de materia copiosa ac diuiti,ad hoc vt ex ea producantur venti.Alii sic exponunt,de thesauris suis,id est, de locis ignotis,sicut thesauri ponũtur in loco occulto. Sunt ergo thesauri venti, sunt quoque thesauri niuis & grandinis. De quibus dominus ait ad

Iob 18 Iob,Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? [QVI percussit primo-

Exod.12. genita Aegypti ab homine vsque ad pecus] inclusiue, quemadmodum scriptum est, Decima plaga terræ Aegypti erat,quòd deus percussit in ea omne primogenitum tam in hominibus, quàm in pecoribus.Et ista percussio facta est media nocte ab angelo dei.¶(9)EMISIT]deus[SIGNA & prodi-

Exod. 14 gia[ scilicet decem horribiles plagas [IN medio tui Aegypte] & non solũ in terra, sed in habitatoribus eius,sicut subiungitur,[IN Pharaonem] regẽ Aegypti [ET in omnes seruos eius] quorũ mul-

A tos tandem submersit in mari rubro. ¶(10) QVI percussit gentes multas] in cõspectu filiorũ Israel, Exod.17.
scilicet Amalechitas & alias multas. Nam cum eleuaret Moses manus, vincebat Israel: si autem paulu
lum remisisset, vincebat Amalec. [ET occidit reges fortes] quia virtute diuina occiderunt eos filii
Israel, videlicet ¶ (11) SEON regem Amorræorum, & Og regem Basan] quorum terram possede- Num.21.
runt filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasses. [ET omnia regna Chanaan] scilicet trans Ior
danem, vbi Iosue & filii Israel deo auxiliante interfecerunt trigintaunum reges. ¶(12) ET dedit Iosue.14
terram eorũ hæreditatem] non quibuscunque, sed [HAEREDITATEM Israel populo suo.] vide- Iosue.12
licet nouem tribubus & dimidię tribui Manasse, quibus Iosue diuisit terrã per sortem, prout in diuer
sis capitulis libri Iosue recitatur. Denique ista quæ ad literã plana sunt, mystice intelligi possunt hoc Iosue.12
modo, Educens deus nubes ab extremo terræ.i.prędicatores sanctos à finibus mundi. Nam in omni- 13.14.15
bus terris Gentiliũ ad fidem conuersorũ, fecit deus ex Gentilibus aliquos eximios prædicatores, qui 16.18.
nubes dicuntur, quoniã pluunt docendo, tonant cõminando, coruscant miracula peragendo. Ideo
quoque nubes dicuntur, quoniam supra cæteros penna contẽplationis volant, terrena transiliunt, lu
men veritatis à fonte sapientię prius copiosiusq; participant. Vnde de talibus scriptum est, Qui sunt Esaiæ.60
isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Fulgura in pluuiam fecit.i.terribiles com
minationes de futuro iudicio & pœnis inferni in dulces consolationes de futura felicitate sanctorum
B mutauit. Prędicatores etenim terrent cõminando supplicia, & refrigerant promittendo gaudia sem-
piterna. Qui producit ventos, id est, inspirationes seu motiones ad bona de thesauris suis, id est, de di
uitiis suæ liberalissimæ deitatis, qui percussit primogenita AEgypti, id est, capitalia vitia hominũ ter
renorũ destruxit, conuertendo eos ad gratiã, ab homine vsque ad pecus, id est, à philosopho seu do-
cto vsque ad laicũ seu indoctũ. Emisit signa & prodigia in medio tui AEgypte.i.per vniuersum mun
dum. Quemadmodũ in euangelio dicitur, Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & Marc.16.
sermonem confirmante, sequentibus signis. Et, Misit Iesus discipulos, dicens, Infirmos curate, mor- Matt.10.
tuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: in Pharaonem & in omnes seruos eius, id est, prin
cipes huius mundi, & eorũ satellites. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. Hoc accipi
potest in bono atque in malo. Gentes enim & reges ad æternã vitam præordinatos percussit & occi
dit deus, non quantum ad esse naturæ, sed quantũ ad esse culpæ. De qua occisione Christus testatur,
Qui voluerit animã suam saluam facere, perdet eam. Sicque gentes & reges desierunt esse eo modo Lucæ.9
quo in Prouerbiis dicitur, Verte impios, & non erunt. Desierunt enim esse, nõ quod fuerũt, sed qua- Prou.12
lęs fuerunt. Secundo accipitur in malo, videlicet de gentibus & regibus reprobis, quos deus percus-
sit & occidit spiritualiter deserendo eos in morte infidelitatis & culpæ: qualiter etiam dicitur indu-
rasse Pharaonem. Seon regem Amorræorũ. Seon interpretatur tentatio oculorum. Vnde significat Exodi.10
C luxuriosum. Og vero interpretatur congregans, & designat auarũ. Talibus autem vitiis implicatos 11.14.
deus occidit secundũ modum prædictũ: & omnia regna Chanaan, id est, superborum. Chanaan enim
interpretatur possidens, significatque superbos, quia superbi alios possidere præsidendo & dominan
do nituntur. Et dedit terram eorũ, id est, regnum cælorum, qui est terra viuentium in qua dæmones
superbi creati sunt, & ad quam possidendã vniuersi homines facti sunt, sed multi peccando seipsos
impediunt. Hanc autem terrã dedit deus in hæreditatem populo suo Christiano electo & pauco, cui Lucæ.12.
ait, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶(13) DOMINE
nomen tuum in æternum] permanebit, id est, æternaliter nominaberis ab adorantibus atque laudan
tibus te, præsertim in patria [DOMINE memoriale tuum] id est, gloriosa & memorabilis operatio
tua, videlicet magna miseratio tua recoletur & perseuerabit [IN generationem & generationem] id
est, per omniũ generationum successionẽ vsque ad mundi consummationẽ. Hoc enim memoriale dei
in euangelio Christi conscriptũ est, nec tradetur obliuioni quam diu euangeliũ legitur, & ecclesia du
rat. ¶(14) QVIA iudicabit dominus populũ suum, & in seruis suis deprecabitur.] Istum versicu-
lum quantũ ad verba & sensum ponit Moses, nisi quod ibi dicitur in fine versiculi, miserebitur. Itaq; Deut.32.
iudicabit dominus populũ suum, in præsenti vita, iudicio piæ discretionis, discernendo eos ab impiis
voto, conuersatione, & merito. Vnde de hoc iudicio ait, Nunc iudiciũ est mundi. In die vero nouissi- Psal.42
D mo, vel in hora mortis eorũ iudicaturus est eos iudicio beatæ remunerationis, dando sententiam iu- Iohan.12
dicialem pro eis, sicut legitur in Apoc. Exultate cæli & sancti apostoli, & prophetæ, quoniam iudica- Apoc.18.
uit deus iudiciũ vestrum, & in seruis suis, qui sibi fide & opere parent, deprecabitur, exaudiendo pre-
ces eorum, iuxta illud, Peccatores deus non audit, sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, Iohan.9.
hunc exaudit. Et in libro Iob dicitur, Si omnipotentẽ fueris deprecatus, si mundus & rectus incesse- Iob.8.
ris, statim euigilabit ad te. ¶(15) SIMVLACHRA gentium] quantũ ad materiam, imo quo ad to
tam substantiam, sunt [ARGENTVM & aurum] seu simile aliquid. Nam quædã ex ære, quædam ex
stanno conflantur. Tota autẽ substantia artificialiũ est eorum materia, secundũ philosophũ. Sunt ve-
ro simulachra hæc [OPERA manuũ hominum] quantũ ad formam accidentalem: nam artifices ea
formant & faciunt. ¶(17) OS habent] non verũ, sed similitudinarium [ET non loquentur] quan-
tuis interdũ dæmones per ipsa loquantur. Simili modo [OCVLOS habent & non videbunt. ¶(17)
AVRES habent & non audient] cuius ratio est [NEQVE enim est spiritus] id est, forma vitalis, a-
nima rationalis, aut certe anhelitus [IN ore ipsorum] idcirco habere non valent opera vitæ, qualia
sunt, loqui, videre, audire, &c. ¶(18) SIMILES illis] simulachris [FIANT qui faciunt ea] puta
artifices [ET omnes qui confidunt in eis] videlicet homines vani, & maxime illi qui faciunt talia fie
ri, quatenus sicut simulachra illa non loquuntur, nec vident, nec audiunt, nec spiritum habent: sic isti
nec vera neque salubria proferant, intelligant, audiant, sed nec spiritum gratiæ sortiantur: quod non

impreeando, sed prenuntiando dici putemus. De horũ autem versuũ literali ac mystica explanatione E
Psal. 113 plenius dictum est in expositione psalmi, cuius exordiũ est, In exitu Israel de AEgypto. ❨(19) DOMVS Israel benedicite domino] Ad literam Dauid hortatur Iudæos ad laudem diuinam, dicendo, Domus, id est, populus Israel, benedicite domino, ipsum laudando: quod referendum est ad vodecim tribus. Nam de Leui fit mẽtio specialis, dum subditur [DOMVS Aaron] id est, sacerdotes legales, ex
Exod. 5. Aaron nati, [BENEDICITE domino.] ❨(20) DOMVS Leui] id est, familia, populus, seu congregatio Leuitarum [BENEDICITE domino.] Tamen domus Aaron etiam ex Leui descendit. Quoniam (sicut scriptum est) Leui genuit, Gerson, Cath, & Merari. Cath vero genuit Amram, de quo nati sunt Moses, Aaron & Maria. Sed nunc accipiuntur Leuitæ, prout à sacerdotibus distinguuntur, vtpote pro inferioribus templi ministris. Spiritualiter per domum Israel, intelligẽda est ecclesia Christi: per domum Leui, ministri altaris: per domum Aaron, sacerdotes atque prælati ecclesiæ militantis [QVI timetis dominum.] timore filiali, vel saltem initiali, qui timores non differunt realiter sed gradualiter, scilicet secundum perfectum & imperfectum [BENEDICITE domino] ta
Psalm. 2 les quippe digni sunt deum laudare, implentque quod dictum est supra, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. ❨(21) BENEDICTVS dominus ex Sion] id est, ex templo cõstructo in monte Sion, benedicatur deus, seu benedictus esse noscatur per hoc quod in templo illo solẽniter celebrantur laudes diuinæ [QVI habitat in Ierusalem] ciuitate metropoli in Iudæa. Hanc enim deus F
elegit vt in ea templum ædificaretur, ad quod omnes Iudæi certis temporibus confluebant, atque in eo sacrificia offerebant: quæ non licuit eis offerre, nisi in vno loco templo constructo. Vnde in libro
3. Reg. 3. Regum sæpe redarguuntur, quoniam immolabant in excelsis, id est, in locis sublimibus. Hinc Moses
Deut. 12. loquens populo huic, Caue (inquit) ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit dominus in vna tribuũ tuarum. Hic autem locus fuit Ierusalem, prout dominus loqui-
2. Para. 6 tur, Elegi Ierusalem vt sit nomen meum ibi. Tropologicè vero, Benedictus sit dominus ex Sion, hoc est, ab ecclesia militante, diuina contemplante, laudetur deus omniũ dominus, qui habitat in Ierusalem, cælesti, scilicet, in ecclesia triumphante, diuinæ pacis dulcedine perfruente. Ecce psalmũ decorũ atque iucundum audiuimus, in cuius principio inuitamur ad benedicendum domino deo nostro, eo quod ipse bonus & dulcis existat & nos gratis elegerit, atque vniuersa potenter & liberè condidit. Igitur bono domino, mente ab omni malitia purificata reuerenter ministremus, suauique domino sine zelo amaro, sine ira & disceptatione, sine omni perturbatione & amaritudine psallamus, benedi-
Iaco. 3. camus, obsequamur ac vniamur, pensantes illud Iacobi, Si zelum amarum habetis, & contentiones
Deut. 29 sunt inter vos, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Vnde à Mose dicitur, Non sit in-
Hebr. 12. ter vos radix germinans fel, & amaritudinem. Hinc quoque Apostolus exhortatur, Pacem sequimini G
cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit, contemplantes, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXV.

### ❨EXPOSITIO TITVLI.

EST quoque titulus psalmi præsentis, Haleluia. Nam ad laudem diuinam psalmus nos iste inuitat: & in materia plurimum conuenit cum psalmo immediatè prehabito. Merito etiam additur in fine cuiuslibet versus ista particula, Quoniam in æternũ misericordia eius. Nam miseratio-
Ps. 144 nes dei sunt super omnia opera sua, imo quicquid boni in nobis est, ex misericordia dei profluxit: incessabiliterque egemus misericordia creatoris. Ait igitur.

### PRECATIO.

*Tibi domino dominorũ toto mentis affectu confitentibus ac mirabilia tua decantantibus, hilaritatem tui vultus nobis impartiri dignare, & ab omni plaga AEgyptiorum nos clementer tuere, & misericordiã tuã nobis in æternũ concede.*

### ❨EXPOSITIO psalmi.

Psal. 104 CONFITEMINI domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericor- H
103. 106. dia eius.] Versiculus iste in hac tertia quinquagena frequenter expositus est. Plores etenim psalmi ab hoc versu (vt patuit) inchoãtur. ❨(2) CONFITEMINI] laudando ac benedicendo [DEO deorum] id est, deo sancto & bene-
Psal. 49. dicto, vero, viuo, atque æterno, qui est deus deorum, id est, vniuersorũ, qui vel participatiue vt angeli sancti, hominésque precipui, vel mendaciter vt dii gentilium Idololatrarum appellati sunt dii. Omnium enim horum deus immensus & adorandus creator est, & eos qui participatiue dii dicuntur, saluauit per gratiam. Eos vero qui mendaciter dii vocantur, & intellectuales creaturæ sunt, æternaliter condẽnauit per equitatis censuram, sicut sunt Iupiter, Mercurius, Saturnus, Mars, Hercules, atque cõsimiles, quoniam in æternum misericordia eius. ❨(3) CONFITEMINI domino dominorum] hoc est, deo qui omnibus vniuersaliter dominatur, qui est rex regum & dominus dominantium, ad quem cõ-
Apoc. 19. paratur omnis creatura, sicut minister ad dominũ. De quo scriptum est, Deus cælorũ, creator aqua-
Iudith. 9. rum, & dominus totius creature. Et iterũ, Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta posita sunt,
Ester. 13 & non est qui tuæ possit resistere voluntati, quoniã in æternũ misericordia eius. ❨(4) QVI facit
Psalm. 71 mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius] Superius dictum est, Benedictus do-

A minus deus Israel,qui facit mirabilia solus. Nũc vero de eo asseritur,Qui facit mirabilia magna solus. Psalm. 71
Sed vtrique dicto obuiare videtur quod Apostolus de Antichristo ait, Reuelabitur (inquit) ille ini- 2. Thes. 2
quus,cuius erit aduentus secundũ operationem satanæ in omni virtute,& signis,& prodigiis menda-
cibus. Vbi doctores edisserunt,quod licet miracula Antichristi erunt mẽdacia quantũ ad finem, quo-
niam ordinabuntur ad hominum seductionem,erunt tamen realiter vera miracula. Vnde scriptũ est,
Habebat bestia,scilicet Antichristus,cornua duo similia agni,& fecit signa magna,vt etiam ignem fa- Apoc. 13.
ceret de cælo descendere in conspectu hominũ,& seducit habitantes in terra propter signa quæ data
sunt illi. Et respondendũ quod aliquid dicitur esse mirabile dupliciter,scilicet respectiue seu quantum
ad aliquem,sicut eclipsis solis illi mirabilis est qui causam eius ignorat,non est tamen absolute mirabi
lis. Taliter vero mirabilia asseruntur,quæcunque excedunt cognitionẽ alicuius,seu modum, virtutẽ,
ac ordinem causalitatis quarundam causarũ naturalium creatarum. Talia tamen fieri possunt arte ma
gica,atque à dęmone: & maxime fient tempore Antichristi. Alia vero dicuntur mirabilia simpliciter
& absolute,videlicet quæ totius creaturæ facultatẽ, & omnium causarũ naturaliũ potestatẽ transcen-
dunt,sicut sunt statio solis,illuminatio cæci nati,resurrectio mortui,penetratio dimensionũ,transsub
stantiatio naturarum. Et de istis loquitur Propheta: fiuntq; à deo duntaxat,nam & si homo fidelis ta
lia facere perhibeatur, non facit ea nisi instrumentaliter, vel potius dispositiue seu occasionaliter.
B ❡ (5) QVI fecit cælos in intellectu] hoc est,intellectualiter.s.secundũ ordinem suæ æternæ sapien
tiæ,secundũ idealem rationem mentis diuinæ,secundũ dictamen intellectus,& libere non ex necessi-
tate naturæ,vt quidã philosophorũ opinati sunt. Vnde in Prouerbiis dicitur, Dominus sapientia fun Prouer. 3
dauit terrã stabiliuit cælos prudentia,quoniam inæternũ misericordia eius. ❡ (6) QVI firmauit]
Hoc est,firmiter collocauit [TERRAM super aquas] maris oceani,seu cęterorũ fluuiorũ. Non quod
terra operiat aquas,vel omnibus partibus earum superior sit, sed quoniam ripæ terræ supereminent
aquis. Vel dicitur terra firmata super aquas,hoc est,iuxta aquas,quemadmodũ dicimus, Colonia sita
est super Rhenum. Sicque(vt ait Cassiodorus) Iesus fatigatus ex itinere sedit super puteum. Porro in Iohan. 4.
omnibus versibus istis subintelligendũ est,Confitemini domino,vt sit sensus,Qui firmauit terram su
per aquas,id est,confitemini domino qui firmauit terram super aquas, Et ita in aliis,quoniã inæternũ
misericordia eius. ❡ (7) QVI fecit luminaria magna] quemadmodũ in Genesi dicitur. Fecit deus Genes. 1.
duo luminaria magna. Luminare maius vt præesset diei,& luminare minus vt præesset nocti,quoniã
inæternum misericordia eius] Et hoc est,quod modo subiungitur. ❡ (8) SOLEM in potestatẽ diei]
hoc est,vt suo splendore ac motu diem causaret,quoniam inæternum misericordia eius. ❡ (9) LV-
NAM & stellas] fecit [IN potestatem noctis] hoc est,vt nocti præessent,aerem aliqualiter illustran-
do,ne sint omnimodæ atque palpabiles tenebræ tempore noctis. Omnia hæc fecit deus in intellectu. Exod. 10.
C Denique iuxta intelligentiam spiritualem fecit deus cælos,id est, ciues cælestes & homines, spiritua- Mystice,
les,conuersationem in cælo habentes,in intellectu,dando eis cognitionem supernaturalem ac mysti
cam. Qui firmauit terram,id est,ecclesiã,super aquas,id est,fidem lauachrũmq; baptismi in quo pec-
cata donantur,& virtutũ firmitas baptisato infunditur. Qui fecit luminaria magna, scilicet solem,id
est,Christum secundũ quod homo est,in potestatem diei,id est,vt homines virtuosos,perfectos, atq;
præclaros illustret,sine aduocato intercedente ac mediante. Propter quod dominus ait, Orietur vo-
bis timentibus nomen meum sol iustitiæ,scilicet Christus. Lunam, id est, virginem gloriosam, sanctã Malac. 4.
Mariam,de qua dicitur in Canticis,Quæ est ista quasi aurora consurgens,pulchra vt luna? & stellas, Can. 6.
hoc est,apost. atque doctores,de quibus dictum est. Qui multos erudiunt ad iustitiam,quasi stellæ ful Dan. 10
gebunt in perpetuas æternitates,in potestatem noctis,id est,ad intercedendum pro peccatoribus, vt
sint intercessores & aduocati miserorũ:quod maxime cõpetit virgini benedictæ,reginæ, ac matri mi-
sericordiæ. Vel sic,Qui fecit solem in potestatem diei, hoc est, qui donum sapientiæ dedit perfectis.
Lunam & stellas,id est,inferiora dona spiritus sancti,in potestatem noctis,hoc est, imperfectioribus
ea infudit,non quod dona spiritus sancti sint diuersa,imo qui vnum sortitus est,omnia septẽ adeptus
est. Sed quia in viris perfectis donum sapientiæ magis abundat. ❡ (10) QVI percussit AEgyptum] Exod. 11.
hoc est,habitatores AEgypti [CVM primogenitis eorum] occidendo omne primogenitum in ho-
D minibus atque pecoribus,quoniam inæternum misericordia eius. ❡ (11) QVI eduxit Israel de me-
dio eorum] videlicet AEgyptiorum, cuius eductionis forma subiungitur. ❡ (12) IN manu po-
tenti] hoc est,operatione virtuosa,quantum ad minora miracula,quæ Magi quoque Pharaonis fece- Exo. 7. 8.
runt [ET brachio excelso] id est,operatione supernaturali atque terribili, quantum ad maiora mira
cula quæ illi facere nõ valebant,quoniam in æternum,&c. Quæ omnia in lib. Exodi plenius conti-
nentur. Spiritualiter autem educit deus Israel,id est,electos de medio eorũ,id est, de hoc mundo fal-
laci,& societate ac vita hominum mundanorũ,sicut superius dictũ est,Protexisti me à conuentu ma- Psalm. 63
lignantium. Ad quam eductionem hortatur nos Apostol. Deponite vos secundum pristinam cõuer- Ephesi. 4
sationem,veterem hominem,qui corrumpitur secundũ desideria erroris,& renouamini spiritu men-
tis vestræ. Vnde iterum ait,Exite de medio eorum,& immundum ne tetigeritis, scilicet per consen- 2. Cor. 6.
sum. Sic autem deus educit electos,in manu potenti & brachio excelso. Nam & quosdam compellit
intrare,& quosdam conuertit per miracula,quosdam per inspirationem occultam,quosdam per alias
supernaturales ac admirabiles vias,prout multi nostrum vere experti sunt. ❡ (13) QVI diuisit ma
re rubrum in diuisiones] id est,in partes à seinuicem distantes atque partitas. Sicut in Exod. legitur. Exod. 14
Dixit Dominus ad Mosen,Tolle virgam tuam & extende manum tuam super mare & diuide illud.
Et post pauca Abstulit deus illud flante vento vehementissimo. Quidam autem eo, quod nunc dictũ est
pluraliter,in diuisiones,asserunt mare rubrum fuisse diuisum in duodecim partes secundũ numerum

tribunm Israel, ita quòd quilibet tribus iuit per viam specialem, sed hoc aliis non videtur: propter E
quod dicunt sic esse intelligendum, quod nunc dicitur mare diuisum fuisse in diuisiones, id est, in par
tes duas, ita quòd aquæ à se diuisæ & consolidatæ erant filiis Israel pro muro à dextris, & à sinistris,
quoniam inæternum misericordia eius. ℂ (14) ET EDVXIT Israel] hoc est populum Iudæorum
[PER medium eius] videlicet maris rubri. Non quod ibant per ipsam aquam, sed per locum aren-
Exod. 14 tem, in quo paulo ante aqua maris currebat. Vnde in Exodo legitur, Filii Israel ambulauerunt per
Ibidem. medium sicci maris. Dicitur autem mare hoc rubrum, non quod aqua sit rubra, sed quoniam rubræ
apparent propter terram rubram super quàm fluunt, quoniam inæternum misericordia eius. ℂ (15)
ET excussit] hoc est, submersit & interfecit. [PHARAONEM] regem AEgypti, [ET virtutem] id
est, exercitum [EIVS in mari rubro] dum persequebantur filios Israel, prout in Exodo scriptũ est,
Inuoluit eos dominus in mediis fluctibus, & subuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum,
Exod. 14 quoniam inæternum misericordia eius. ℂ (16) QVI traduxit populum suum] Israeliticum [PER
22. desertum] annis quadraginta, quoadusque consumeretur omnis generatio quæ murmurauit contra
Deut. 29 dominum, quoniam inæternum misericordia eius. Spiritualiter diuidit deus mare rubrum, hoc est,
Mystice. seculum istud amaritudine vitiorum & fluxu luxuriæ plenum, in diuisiones, dum per varias vias ele-
ctos suos educit ad vitam religiosam, seu patriam beatorum. Excutitque Pharaonem, id est, diabo-
lum, & virtutem eius, videlicet, angelos satanæ, in mari rubro, hoc est, in fonte baptismatis Christi F
sanguine rubricati, quia virtute baptismi superatur potestas diaboli, & vasa sua sibi tolluntur, Chri-
Psal. 134 sto quoque incorporantur. Traducit etiam deus populum suum, fidelem, per desertum, id est, mun-
17. 18. dum istum virtutibus destitutum, illuminando corda eorum ne errent in via. ℂ QVI percussit re-
19. 20 ges magnos, &c. Hic locus vsque ad id. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, &c. in præce-
21. 22 denti psalmo literaliter ac spiritualiter expositus est. In persona itaq; Israeliticæ plebis loquens Pro-
23. pheta adiecit. ℂ QVIA in humilitate nostra] hoc est, in afflictione qua ab AEgyptiis opprime-
bamur, & in humili prece qua ad deum pro liberatione clamauimus [MEMOR fuit nostri] id est,
per effectum misericordiæ suæ ostendit se memorem nostri fuisse, eruendo nos, quoniam inæternum
misericordia eius. ℂ (24) ET redemit nos ab inimicis nostris] AEgyptiis. Moraliter quoq; me-
1. Petr. 5. mor fuit, & est deus ecclesiæ suæ, omnisque Christiani in sua humilitate. Siue per humilitatem intel-
ligatur oppressio tribulationis siue interior humiliatio mentis: de qua Petrus nos admonet, Humi-
liamini sub potenti manu dei. Et redemit nos ab inimicis nostris, inuisibilibus (puta dæmonibus)
Galat. 2 precio proprii sanguinis: Sicut ait Apostolus, In fide viuo filii dei, qui dilexit me & tradidit semet-
1. Petr. 1. ipsum pro me. Et Petrus inducit, Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed precioso
sanguine Christi. ℂ (25) QVI dat escam omni carni] hoc est, omni animali. Ponit enim partem G
pro toto. Omnibus autem viuentibus vita sensitiua prouidit deus per seipsum, vel causas secundas de
Matth. 6. necessariis ad viuendum. Quemadmodum dicit Saluator, Respicite volatilia cæli, quia non serunt,
Lucæ. 4 neque metunt, & pater vester cælestis pascit ea. Et iterum, Nonne quinque passeres veneunt dipon-
Mat. 10. dio, & vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Maledictus est ergo error eorum qui omniscien-
tiam aut prouidentiam dei negauerunt aut negant, quoniam inæternum misericordia eius. ℂ (26)
CONFITEMINI deo cæli] Specialiter deus vocatus est deus cæli. Primo, quoniam inter corpo-
Esa. 66. rales creaturas cælum excellit. Secundo, quoniam dominus testatus est, Cælum mihi sedes est. Ter-
tio, quoniam in cælo deus excellentius operatur, clariúsque conspicitur, quoniam inæternum miseri
cordia eius. ℂ (27) CONFITEMINI domino dominorum, quoniam inæternum misericordia
eius] Ecce psalmum incomparabili iucunditate plenum audiuimus, qui vtique deũ amantibus, eiusq;
misericordiam cognoscentibus, & expertis dulciter sapit. Et quid miseris nobis esse aut dici potest
suauius, nisi quoniam inæternum misericordia eius? Propter quod decet nos toties spiritualiter exhi-
larari, atq; diuino amore succendi, quoties canimus, quoniã inæternum misericordia eius. Inuitat au-
tem nos psalmus iste ad reuerentiam creatoris, dum eum appellat deum deorum, & dominum domi
norum, dum insuper magnalia eius describit, & ipsius iustitiam tam euidenter cõmendat. Misericor-
diæ igitur dei semper memores simus, & deo altissimo grati ac reuerenter subiecti esse curemus. Et
quicquid boni in nobis est, quicquid mali euasimus, quicquid boni peregimus, totum misericordię dei
Thren. 3. cordialissime ascribamus, dicentes ex animo illud Ieremiæ, Misericordiæ domini, quia non sumus cõ H
Esaiæ. 63 sumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Illud quoque Esaię, Miserationũ dñi recordabor, lau-
dem dñi super omnibus quæ reddidit nobis dñs, & quæ largitus est nobis secundũ indulgentiam suã.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXVI.

### ℂ EXPOSITIO Tituli.

ASSIgnatur autem psalmo huic pro titulo, Psalmus Dauid propter Ierem. quia in psalmo prę
senti tractat Dauid de his de quibus Ierem. copiosius prophetauit & scripsit. Loquitur enim
Thren. 5. de templi destructione atque Iudaici populi captiuitate, quas Ierem. in Thren. abundanter
describit ac plangit. In persona itaque populi Iudæorum captiui loquitur Propheta.

### PRECATIO.

*Te miserante domine redeuntes de Babylone, id est, de peccatorum confusione, ut pater benignus nos suscipe, teque inspirante excessus nostros fac ad petram Christum confitendo plenius allidere: ut de cælesti Sion canticis digni tibi cantemus hymnum iubilationis.*

A

¶ EXPOSITIO Psalmi.

SVPER flumina] inqt [BABYLONIS] hoc est, iuxta aquas Chaldææ, in qua
flumina multa decurrunt [ILLIC sedimus] id est, habitauimus septuaginta an
nis, sicut Ierem. prędixit. Vnde communiter dicimus, Ille sedit ibi annos tres, Ierem. 25
hoc est, habitauit. Et iuxta talem modum loquendi ait Moses, Sedistis in Cades Deut. 1.
Barnæ multo tempore [ET fleuimus] propter nostrã captiuitatẽ. Magis tamen
propter templi destructionem, sicut subiungitur [DVM recordaremur] tui ô
[SION] id est, tẽpli à Salomone constructi, à Babyloniis vero destructi in mon
te Sion. ¶ (2) IN salicibus] hoc est, inter arbores infructuosas & aridas [IN 4. Re. 25
medio eius] id est, quę fuerunt in medio Babylonis [SVSPENDIMVS organa nostra] id est, ab o-
mni cantico iucunditatis cessauimus. Non solũ propter recordationẽ Sion, sed etiam. ¶ (3) QVIA
illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos verba cantionũ] scilicet Babylonii, seu Chaldæi.
¶ (4) ET qui abduxerunt nos] à terra patrum nostrorũ in Babylonem dicentes [HYMNVM can-
tate nobis de canticis Sion.] quæ canere solebatis in templo Ierusalẽ. Hoc dixerunt irridendo & no- 2. Par. 36
stro planctu congaudendo, nostrámque tristitiam exaggerando. Nos autem respondimus eis. ¶ (5)
QVOMODO cantabimus canticum domini] hoc est, laudes diuinas [IN terra aliena] id est in Cal-
B dæa Idololatriæ dedita? Hoc nempe non decet, ne videamur non curãtes de nostra translatione tem
plíque destructione. Idcirco cũ iuramento affirmo. ¶ (6) SI oblitus fuero tui Ierusalem] ego popu
lus inde translatus, id est, si desiero tuam deuastationẽ deflere, vel pro tua reparatione orare [OBLI-
VIONI detur dextera mea] i. ego ipse seu tota virtus mea obliuioni tradatur à deo, ita quod pereat.
¶ (7) ADHAEREAT lingua mea faucibus meis] in tantum quod loqui non possim [SI non me-
minero tui] orando vt reædificeris. ¶ (8) SI non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ]
hoc est, nisi ipsa Ierusalem fuerit mihi prima causa seu principiũ quoddam lætitiæ, non in quantum
destructa est, sed prout concipio eam vt reædificandam ita quod in spe reparationis eius prius lætor
quam in aliis inferioribus rebus. Vel sic, Si non proposuero, &c id est, si eueniente mihi causa lætan-
di non prius meminero Ierusalem, dolendo de eius destructione, atq; orando pro ipsius restauratio-
ne: tunc prædicta mala quæ imprecatus sum, mihi cõtingant. ¶ (9) MEMOR esto domine] ad vl-
ciscendum [FILIORVM Edom] hoc est, Idumæorũ descendentium ab Esau fratre Iacob: qui Esau Gen. 25
alio nomine dictus est Edom [IN die Ierusalem] id est, memor esto ô domine iniquitatis eorũ, quam
fecerunt in die, hoc est, tempore destructionis Ierusalem, quod fuit tempus vindictæ ipsius. ¶ (10)
QVI] filii Edom [DICVNT] hoc est, locuti sunt Babyloniis [EXINANITE, exinanite] id est, hu
miliate atque destruite Ierusalem, [VSQVE ad fundamentum in ea] id est, funditus eam deiicite. Si-
C cut enim Esau persecutus est Iacob, sic Idumæi pene semper molesti fuerũt Iudæis. Vnde Abdias ait Gene. 27
ad populũ Idumæorum. Propter iniquitatem in fratrem tuũ Iacob operiet te confusio, & peribis in Abdiæ. 1.
æternum. In his ergo versiculis orauit Propheta pro iusta vltione Idumęorũ, qui consilio auxilióque
fuerũt Chaldæis cõtra Iudæos. Nunc prophetat de Chaldæorum deiectione. ¶ (11) FILIA Baby
lonis misera] hoc est, ô infelix gens Babylonis [BEATVS] est ipse deus [QVI retribuet tibi] per Cy
rum regem Medorũ, & Darium regem Persarum [RETRIBVTIONEM tuam] id est, iustam vin
dictam pro tuis sceleribus [QVAM] id est, cui similem [RETRIBVISTI nobis] exigentibus no-
stris peccatis. Sicut enim Chaldæi destruxerũt Ierusalem & populum eius interfecerunt, sic Persæ ac 4. Re. 25.
Medi euerterunt funditus Babylonem, & habitatores eius peremerunt. ¶ (12) BEATVS qui te-
nebit & allidet paruulos suos ad petram] hoc est, vere felix est deus, qui per Medos ac Persas tene-
bit per pedes, & allidet, id est, confringet, occidet, & conteret, paruulos suos, id est, pueros & infantes
Babyloniorum: qui dicuntur paruuli dei, quia ab eo creati, ad petram, id est, parietem saxeum. Persæ
enim & Medi ex nimia crudelitate tenuerunt & alliserunt hoc modo paruulos Babylonis, quod do-
minus apud Esaiam prędixit. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum, & Esaiæ. 13.
lactantibus non miserebuntur. Rursusque, Infantes eorum allidentur in oculis eorum. Hanc autem
vltionem petit Propheta zelo iustitiæ, conformando cor suum æquitati diuinæ: petitque vt in præsen Ibidem.
D ti puniantur ne pluribus noceant, grauius peccent, & damnabilius pereant.

¶ EXPLANATIO tropologica eiusdem psalmi.

MYstice vero per Babylonem significatur seculũ præsens confusione vitiorũ repletum. Babylon
nanque interpretatur confusio. Vnde Petrus in fine primæ suæ Canonicæ Romã nominat Ba- 1. Petr. 5
bylonem, dicendo, Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta. Sancti itaque qui hoc mundo
tanquam exilio quodam vtuntur, non habentes hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirentes, hu-
ius miserrimę vitę incolatum deplangunt, & dicunt, Super flumina Babylonis, hoc est, iuxta diuitias Hebrę. 13
atque delitias huius mundi, quę tanquam flumina currunt ac defluunt, illic sedimus, tanquam exules
in humilitate præcipua, & fleuimus, prę desiderio patriæ cælestis, dum recordaremur Sion, hoc est,
dum contẽplaremur gaudia triumphantis ecclesiæ, deũ facie ad faciem speculantis. Hoc cõuenit his
qui cũ Apostolo cupiunt dissolui, & esse cũ Christo, qui promissiones cælestes à longe aspiciunt & sa Philip. 1.
lutant, confitentes, quoniã peregrini & hospites sunt super terrã. Possunt quoque per flumina Baby- Heb. 11.
lonis intelligi tentationes, persequutionésque mundi. De quibus fluminibus dicitur in Threnis, Inun Thren. 3.
dauerunt aquę super caput meũ. Super hæc flumina sedent electi, dũ in seculo isto plurimas sustinent
aduersitates, persecutiones, pœnas, ac tentationes, & flent dum recordantur paradisi vnde eiecti sunt
& patriæ ad quam tendunt, dicentes illud, Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? In Roma. 7.

ſalicibus, hoc eſt, inter bomines infructuoſos, vitioſos,& ſeculares,qui ſignificantur per ſalices,quæ E
ſunt arbores infructuoſæ & aridæ, in medio eius,id eſt, in medio huius mundi conuerſantes ac po-
ſiti,ſuſpendimus organa noſtra, hoc eſt, à prædicatione regni cæleſtis, & documentis ſacræ ſcriptu-
Eccle. 32 ræ, quæ eſt organum noſtrum, ceſſauimus, quoniam ſpes nulla fuit proficiendi. Vnde ſcriptum eſt,
Prou. 23 Vbi non eſt auditus,non effundas ſermonem. Et alibi, In auribus inſipientium ne loquaris, ne for-
Ezech. 3. te deſpiciant doctrinam eloquii tui. Hinc dominus ait Ezechieli, Linguam tuam adhærere faciam
palato tuo, & non eris quaſi vir obiurgans, quia domus exaſperans eſt. Vel, Suſpendimus orga-
na noſtra, id eſt,interdum ad tempus ceſſauimus à laude dei iucunda, & contemplatione cæleſtum
propter dolorem propriorum defectuum, compaſsionémque proximorum quos ire conſpeximus
Roma.12 per abrupta & deuia vitiorũ. Nam & Apoſtolus ait, Flete cum flentibus. Et beati qui lugent. Quia
Matth.5 illic, hoc eſt, in Babylonia, ſcilicet in mundi vanitate, interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt
nos,id eſt,homines peſtilentes qui ſuo exemplo peſtifero conati ſunt nos inducere in ſeruitutem pec
cati, & captiuitatem diaboli,verba cantionum,ſpiritualium ex deriſione,vel cantionum ſecularium,
quatenus cum ipſis cantaremus,gauderemus,& epularemur. Et qui abduxerunt nos,affectu vel effe-
ctu à deo,à iuſtitia,à recta ratione,hymnum cantate nobis de canticis Sion,id eſt,oſtendite nobis ve
ra eſſe quæ prædicatis de inuiſibilibus bonis. Rationem reddite nobis quid ſit anima, quid vita futu-
Sapien. 2 ra,quid infernus,quid paradiſus. Hoc dicunt illi de quibus alio loco dictum eſt, Non eſt qui agnitus F
Eſaiæ.22 ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hæc erimus tanquam non fuerimus. Venite
ergo & fruamur bonis quæ ſunt,& vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Et illud, Come-
damus & bibamus cras enim moriemur. Iſtis igitur reſpondent electi, Quomodo cantabimus canti-
cum domini in terra aliena? id eſt,qualiter loqui poterimus verbum dei hominibus vanis, illud ſper-
nentibus: qui ſunt terra aliena,quoniam non coluntur à deo per gratiam, ſed à dæmonibus per ſug-
Matth.7. geſtionem indignam. Hinc nanque ait Saluator, Nolite ſanctum dare canibus, neque margaritas ve-
ſtras ponatis ante porcos,ne conculcent eas pedibus ſuis. Denique licet homo fidelis, ita organa ſua
ſuſpendat fortiter,tamen ſemetipſum aſtringit & obligat, quod nequaquam velit obliuiſci cæleſtis
2.Cor.5 Ieruſalem. Dicit enim, Si oblitus fuero tui ô Ieruſalem ciuitas dei ſummi non manufacta, ſed æterna
in cælo parata,non quærendo te cogitatu verbo & opere: obliuioni detur dextera mea, hoc eſt,ſalus
mea diſpereat,& virtus mea deficiat. Adhæreat lingua mea faucibus meis, vt ſim ſpiritualiter mu-
tus,non loquendo verba vtilia,ſi non meminero tui, ſed rebus terrenis inhæſero. Si non propoſue-
ro Ieruſalem,cæleſtem,in principio lætitiæ meæ, ita quod ipſa ſit mihi præcipua cauſa gaudendi in
Roma.12 hoc mundo,quemadmodum ait Apoſtolus, Spe gaudentes. Et item, Gloriamur in ſpe gloriæ filio-
Roma.5 rum dei. Vel in principio lætitiæ meæ,ita quod propter nullam carnalem aut ſecularem delectatio- G
nem mihi occurrentem, omittam plorare deſiderio huius Ieruſalem, vel de eius expectatione ſpiri-
tualiter exultare. Hæc autem dicuntur non imprecando malum, ſed prænunciando quale malum fu
turum ſit ei qui obliuiſcitur ſupernæ Ieruſalem. Deinde loquitur contra hoſtes eccleſiæ. Memor eſto
domine filiorum Edom, hoc eſt,hominum terrenorum,in die Ieruſalem, id eſt, tempore quo perſe-
quuntur eccleſiam militantem. Edom enim interpretatur ſanguinea ſeu terrena. Vel in die Ieruſa-
lem,id eſt,tempore generalis iudicii, quando electi ſeparabuntur à reprobis, ſeparatione æterna at-
Matt. 25 que perfecta. Orat itaque vt impiorũ malignitas reprimatur,& eccleſia liberetur. Qui dicunt exina-
nite,exinanite,hoc eſt,eccleſiam deiicite,fideles ſubuertite, vſq; ad fundamentũ. i. fidem exiſtentẽ,in
ea,hoc eſt, in eccleſia. Conantur enim nonnulli non ſolum opera bona, ſed etiam fidem electorum
euacuare ac diſsipare. Filia Babylonis,id eſt,gens mundana,ciuitas impiorum, vrbs ſynagogáque ſa
tanæ, miſera: Beatus, eſt iuſtus iudex deus omnipotens, qui retribuet tibi retributionem tuam,hoc
Matth.7. eſt,iuſtam pœnam,quam retribuiſti, id eſt,influxiſti,nobis,iniuſte perſequendo populum dei. Eadem
Luc. 6. enim menſura qua menſi fueritis remetietur vobis. Vnde apud Iohelem dominus ait, Cito velociter
Iohelis. 3 reddam viciſsitudinem ſuper caput veſtrum. Solet autem ſcriptura per filiam,totum populum deſi-
Eſa. 47 gnare: ſicut dum per Eſaiam dicitur, Deſcende, ſede in puluere filia Babylon. Beatus eſt deus iudex
qui tenebit,id eſt,comprehendet,& allidet paruulos ſuos,hoc eſt,inuidos,eccleſiæ inuidentes & cæ-
teros impios, qui ſunt paruuli ſenſibus atque virtutibus. Sunt etiam paruuli,viles, & indigni diuino
iudicio,quamuis propria æſtimatione magni exiſtant. Proprie vero inuidi dicti ſunt paruuli: iuxta il- H
Iob.7. lud, Paruulum occidit inuidia. Hi autem ſunt paruuli dei quantum ad eſſe naturæ, ſeu ratione crea-
tionis. Sunt tamen paruuli dæmonum quantum ad culpam & operationem. A quo enim quis ſupera
2.Petr.3. tus eſt,huius & ſeruus eſt. Allidet itaque, id eſt, deſtruet & damnabit paruulos iſtos, hoc eſt,vagos
fluctuantes,ſpirituali magnitudine carentes,ad petram,hoc eſt,Chriſtum,qui (teſte ſcriptura) eſt re-
Eſaiæ.8 probis lapis offenſionis,& petra ſcandali. Vel,ad petram,id eſt,ad fundum inferni: quando dicturus
1.Petr. 2. eſt eis, Ite maledicti in ignem æternum. Hortatur nos ſpiritus ſanctus in pſalmo præſenti hunc mun
Roma. 8. dum deſpicere,omnem florem ac proſperitatem ipſius,vanitatem,fallaciámque putare,ſecularem læ
Mat.25 titiam,conſolationem carnalem, & omnem mundanum amorem funditus extirpare: ad cæleſtia quo-
que cum ardenti affectu ac lachrymis ſuſpirare, æterna diuináque bona inceſſabiliter contemplari,
gaudiorum cæleſtium & inuiſibilium promiſſorum nullatenus obliuiſci. Quoniam deum amare &
iſta appetere eſt ad patriam tendere,& tanto amplius feſtinamus,tanto celerius ad ſupernam Ieru-
ſalem imus,quanto iſta feruentius deſideramus: quæ vtiq; nequeunt feruidè diligi, niſi mundus ſper-
1.Iohã.2. natur. Ideo nanque admonemur, Nolite diligere mũdum,neque ea quę in mundo ſunt. Si quis autem
diligit mundum,non eſt charitas patris in eo. Et quid clarius dici potuit à beato Apoſtolo?

A

# COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXVII.

## EXPOSITIO TITVLI.

HAbet autem psalmus iste nunc declarãdus hunc titulum, Psalmus ipsi Dauid, id est, psalmus iste à Dauid conscriptus, conuenit ipsi Dauid, hoc est, omni fideli ac deuoto, vel toti ecclesiæ: in cuius persona loquens beatus Propheta, ait.

## PRECATIO.

*Ambulantes in medio tribulationis nos domine uiuificare digneris, suspirantes ad te & te inuocantes, opera manuũ tuarum ne despicias: sed tua nos miseratione saluos facias.*

## EXPOSITIO psalmi.

CONFITEBOR tibi domine] Confessione laudis & gratiarum actionis [IN Psalm.85
toto corde meo] id est, cunctis viribus animæ meæ, loquendo de viribus eius
superioribus ac diuinis, videlicet intellectu & voluntate, id est, attente & affe-
ctuose, fideliter & ardenter te laudabo. Vel, In toto corde meo, id est, corde o-
B mnino conuerso ad te, adhærentéque tibi, ita quod pro nulla parte erit conuer
sum ad terrena, vana atque carnalia: sed amor tuus illud totaliter possidebit,
sicque affectu puro, ingenti ac integro tibi ô domine cõfitebor, [QVONIAM
audisti verba oris mei] hoc est, preces meas implesti. Beati qui taliter domino Luc. 10.
confitentur, qui in illo summo vno, quod solũ necessarium est, omne desiderium cordis sui stabiliunt,
qui omnem affectionem circa creata ad dei amorem perordinant, quorũ animas nulla turpis affectio
maculat. (2) IN conspectu angelorũ psallam tibi] hoc est, dum psallo tibi, considerabo angelorũ
venerandam præsentiam, qua vel tibi assistunt, vel mihi præsentes sunt, & ita in eorũ conspectu me-
ipsum constituendo psallã tibi cum reuerentia magna: quippe cui angeli sancti cum tremore assistunt
[ADORABO ad templum sanctũ tuum] id est, te adorando dirigam oculũ mentis meæ ad templum
illud altissimũ, id est, cælum empyreum, seu triumphantem ecclesiam, in qua per gloriam habitas. De Deut. 33.
quo templo Moses ait, Habitaculũ eius sursum. Sed obuiare videtur quod dicit Iohannes, Templum Apoc.21
non vidi in ea, videlicet in ciuitate superna Ierusalem illa cælesti. Dominus enim deus omnipotens
templum illius est & agnus. Et respondendũ quod in ea non est templum, prout templum est domus
orationis, pro propria salute. Non enim beati pro sua salute precantur. Vnde Saluator ait, In die il-
lo non rogabitis quicquam in nomine meo. Dicit autem deus & agnus, scilicet Christus templum il- Iohan.16
lius, quia triumphans ecclesia habitat in deo & Christo per beatificam fruitionem. Nihilominus cæ-
C lum empyreũ templum dei dici potest, quoniã incessanter offertur sibi in eo sacrificiũ laudis. Simili-
ter ecclesia triumphans, quia in ea habitat deus per gratiam consummatam [ET confitebor nomini
tuo] id est, tibi. (3) SVPER misericordia tua] hoc est, de gratia & beneficiis mihi & aliis à te cle-
menter collatis [ET veritate tua] hoc est, vera impletione qua nobis misertus es, sicut dixisti ac pro- Amos.17.
misisti. Vel, veritate tua, hoc est, de tua iustitia, qua impios dereliquisti & condemnasti. Bonos autem
coronasti, & tu feliciter coniunxisti [QVONIAM magnificasti super omne] id est, omnibus rebus
maius & excellentius ostendisti [NOMEN sanctum tuum] id est, teipsum, faciẽdo mirabilia quæ nul
la valeat agere creatura. Vel, magnificasti, id est, exaltasti super omne nomen cælestium, terrestrium,
& infernorum, sanctum tuũ, hoc est, Christum. De quo dictũ est ante. Non dabis sanctum tuũ videre
corruptionem. De quo & alibi habetur, Vngatur sanctus sanctorũ. De quo ipse quoq; diabolus à ve- Psalm. 15
ritate conuictus compulsus est dicere, Scio quia sis sanctus dei. Sicut enim dicit Apostolus, Deus exal Dan.9.
tauit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Mar.1.
(4) IN quacunque die] naturali, quæ noctem includit, hoc est, quacunque hora: imo quocunque Lucæ.4
momẽto huius diei [INVOCAVERO te exaudi me] quod si exaudieris me [MVLTIPLICABIS Philip.2
in anima mea virtutem] hoc est, spiritualem perfectionem. Nam & virtutes connexæ sunt, & dũ deus
vnam infundit omnes largitur. Dum autem existentem in gratia exaudit, virtutem gratiæ quæ habe-
D tur, multiplicat, eam confortando atque augendo. (5) CONFITEANTVR tibi domine] con-
fessione duplici, scilicet laudis & culpæ, videlicet te laudãdo, & se accusando [OMNES reges] id est,
principes [TERRAE] seu, omnes reges, id est, vniuersi qui per rationis imperium regunt seipsos,
subiiciendo carnem spiritui, sensualitatem rationi, rationémque deo [QVIA audierunt] ex ore præ-
dicatorum, [OMNIA verba oris tui] quæ in sacra continentur scriptura. Distributio autem horum
nominum, omnes & omnia, intelligenda est hic pro generibus singulorum, non pro singulis generũ.
Quia nec absolute omnes reges ad fidem conuersi sunt, nec omnes conuersi omnia verba dei simpli-
citer audierunt. Sed quidam de omni genere regum conuersi sunt, & omnes quædam de omni gene-
re verborum dei audierunt. (6) ET cantent in viis domini] id est, in obseruationibus præceptorũ Esa.6.
diuinorum, cantandoque dicant [QVONIAM magna] imo immẽsa est [GLORIA domini] .i. excel
lentia, beatitudo, lætitia dei Plena nanq; est omnis terra gloria dei. Vbi per gloriam possumus intelli Exod.16.
gere gloriosa opera creatoris. Vnde in libris Mosi sæpius legitur, Apparuit filiis Israel gloria dñi, & 24.
implebitur omnis terra gloria domini. (7) QVONIAM excelsus dominus.] Est enim laudabilis Esa.40
& supergloriosus & superexaltatus in omnibus seculis. Et ait scriptura, Dominus excelsus & sublimis, Dan.3.
habitans æternitatem, & sanctũ nomen eius. Est autem deus excelsus, nõ loco, sed dignitate. Nihilo- Esaiæ.57
minus ipse est super omnia, non elatus, sicut est infra omnia non oppressus [ET humilia] corda Psal.109.
[RESPICIT] oculo pietatis per approbationẽ. Quemadmodũ per Esaiam dicit, Ad quem respiciã, Esaiæ.66

Prou.15 nisi ad pauperculum & contritum spiritu? [ET alta] id est, corda superba [A LONGE] id est, per re E
Amos.5 probationem [COGNOSCIT.] Nō enim adest eis per gratiam. Propter quod Salomon, Longe, inquit, est dominus à peccatoribus. Cognoscit itaque alta: iuxta illud, Cognoui multa scelera vestra. Et alibi scriptum est, In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Sed hoc interest, ꝙ hu
Prou.15 miles respicit de prope, superbos autem à longe. ¶ (8) SI ambulauero] id est, conuersatus fuero & afflictus [IN medio tribulationis] à mundo seu dæmone mihi inflictæ [VIVICABIS me] per gratiam, ne spiritualiter moriar aut succumbam. Hoc est verbum bonæ spei ex magna ad deum charitate, fiduciaque procedens [ET super] id est, contra [IRAM inimicorum meorum] visibilium ac inuisibilium [EXTENDISTI] & (vt spero) extendes [MANVM tuam] id est, potentiam tuam diuinā, reprimendo eorum malignitatem [ET saluum me fecit] à tentationibus atque periculis [DEXTERA tua] id est, gratiosa tua præsentia, seu potestas diuina, non sinens me vltra vires tentari, sed faciens cum tentatione prouentum, videlicet pręstans requiem pro labore, coronam pro pugna, gra-
1.Cor.10 tiam pro mercede. ¶ (9) DOMINVS retribuet pro me] omnia æquanimiter patiente, dando aduersariis debitam pœnam damni ac sensus, pro peccato commisso in me, sicut & alibi ait, Apostolúsque allegat, Mihi vindictam & ego retribuam. Et ne hoc videatur dictum ex crudelitate seu zelo vin
Deut.32.
Roma.12 dictæ, sed potius ex pura intentione, subiungit, [DOMINE misericordia tua in seculum] id est, in
Esaiæ.59 æternaliter permanet, nec deficere potest in miserendo: iuxta illud, Non est abbreuiata manus domi F
ni, vt saluare nequeat. Ideo domine, [OPERA manuum tuarum] id est, creaturas rationales, à tua sapientia atque potentia, [NE despicias] iuste, sed salua benigne. In hoc igitur verbo etiam pro aduersariis deprecatur, ne à deo spernantur. Quoniam quem ille despexerit, nullus corrigere potest.
Ecclesi.7. Ecce psalmus iste spirituali lætitia plenus, laudibus dei redundat, & vt eum digne atque deuote mereamur cantare, conandum est nobis vt omnes affectiones nostræ ordinentur ad deum, ita quòd amor dei totaliter cor nostrum possideat, sicque domino angelorum reuerenter psallamus, memores semper dei ac angelorum præsentiæ.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXVIII.

¶ EXPOSITIO Tituli.

PRæponitur insuper psalmo nunc elucidando titulus talis, In finem psalmus Dauid, id est, psalmus iste in finem, qui Christus est, nos dirigens, conuenit prophetæ Dauid, sicut & cæteris iustis. Et ascribitur ei tanquam authori, sed Christo significato per Dauid vere & proprie congruit. Sancti enim doctores, Hilarius, Augustinus, & viri catholici, Cassiodorus, Hugo, exponunt G
hunc psalmum de Christo, partim de ipso ratione suæ personę, partim vero ratione corporis sui mystici. Laborandum tamen videtur, vt quantum fieri potest, totus exponatur de Christo, & totus de membris ipsius. In persona igitur Christi hominis loquens propheta, ita exorsus est.

PRECATIO.

*Domine uirtus salutis nostræ exaudi uocem orationis plebis tuæ, & in miseriis quibus affligimur, nobis aßiste: ut ab omni malo te protegente erepti, securi seruiamus tibi.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

Matth.4 DOMINE] pater seu deus trinitas [PROBASTI me] id est, probatum, fidelem, & con
Marc.27 stantem me aliis ostendisti, per hoc ꝙ permisisti me à diabolo tentari, à Iudæis irrideri, tandēq; turpissima morte occidi: in quibus omnibus firmus & stabilis permāsi, propter
Hebræ.4 quod omnibus probatus innotui. Vnde ait de Christo Apost. Non habemus pōtificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia. [ET cognouisti me] per approbationem, dicendo tempore baptizationis, transfigurationisque meæ, Hic est fi-
Matth.3. lius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, sicut Euangelistæ testantur [TV cognoui-
Marc.17. STI] id est, approbasti [SESSIONEM meam] id est, humiliationem meam, qua factus sum oppro-
Marc.1. brium hominū & abiectio plebis, prout Apost. dicit, Christus nos redemit de maledicto, factus pro
Lucę.3. nobis maledictum [ET resurrectionem meam] factam tertio die post passionem seu glorificationem
Psalm.23 ac exaltationem meam. Horū enim vtrunque summe complacuit deo. ¶ (2) INTELLEXISTI co H
Galat.3. gitationes meas] humanas [DE longe] id est, de cælo, seu ab æterno [SEMITAM meā] id est, euan
Matt.28. gelicam prędicationem, seu conuersationē meam [ET funiculum meum] id est, partem seu sortē hæreditatis meæ, seu terminū operis mei [INVESTIGASTI] id est, tam diligenter ac intime attendisti sicut ea quæ inuestigantur. Inuestigatio autem proprie sumpta, prout importat discursum à noto ad ignotū, deo non cōpetit. Quod autem deus taliter inuestigauit semitam & funiculū Christi, constat ex eo ꝙ tam frequenter ac euidenter per signa & verba confirmauit eius doctrinam. ¶ (3) ET omnes vias meas] quas ambulaui, & alios docui, scilicet pręcepta atque consilia [PRAEVIDISTI] ab æterno [QVIA non est sermo in lingua mea] id est, respectu tuæ infinitę sapientiæ & præcognitionis æternæ, sum tanquā non valens eam plene exprimere. ¶ (4) ECCE domine, tu cognouisti omnia nouissima] id est, vniuersa quæ mihi in hac vltima mundi ætate acciderunt, videlicet incarnationem, prædicationem, persequutionem, passionem, ac cætera humanitatis meę mysteria [ET antiqua] id est, omnia quæ à principio mundi de me dicta, scripta, & pręsignata sunt [TV formasti me] in vtero virginis, quod ad formam seruilem, seu corporis formationem, quod à spiritu sancto super-
Zach.3. naturaliter & instantanee organizatū est, & formatū. Vnde apud Zach. legitur, Ego celabo sculpturam eius ait dominus [ET posuisti super me manum tuam] id est, potentiam tuam, confirmando me

A in te, mihique in omnibus cooperando. Horum antem vtrumque insinuatur, vbi Christus, ait, Do- Esaiæ. 43
minus in vmbra manus suæ protexit me, formaos me ex vtero seruum sibi. ℭ (5) MIRABILIA
FACTA est scientia tua ex me] id est, increata tua scientia, in anima mea facta est mirabilis mihi,
& per me, id est, ex prædicatione mea, & Apostolorum meorum mirabilis facta est per mundum Rom. 12.
vniuersum, ita quod omnes fideles eam mirantur, cum sit infinita, dicentes illud Apostoli, O alti-
tudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Masime vero apparet & facta est scientia dei mirabilis ex
Christo, id est, ex iis quæ de eo scribuntur, videlicet ex boc quod ipse vnigenitus filius dei incarna-
tus, passus, & mortuus est, quod deus per talem modum genus humanum redimere voluit, quòd
Christus tanta pro nostra salute assumpsit, fecit, ac pertulit. De hac mirabili sciētia dei apud Esaiam Esa. 40
scriptum est, Cum quo iniit consilium, & instrusit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & eru-
diuit eum scientia? [CONFORTATA est] id est, capacitatem meam transcendit [ET NON po-
tero ad eam] vt ipsam perfecte comprehendam. Quanuis enim anima Christi deum præ omnibus
sanctis pene & incomparabiliter clarius videat, tamen in infinitum distat à perfectione intellectus di
uini, qui solus diuinam scientiam plene cognoscit. Nullus vero intellectus finitus seu creatus, infini-
tam essentiam seu scientiam dei comprehendere valet comprehensione proprie dicta, qua aliquid
cognoscitur, quo ad se totum tam perfecte sicut ex sua natura cognoscibile est. ℭ (6) QVO ibo
B à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?] Hæc ait Christus, non quod vnquam deum seruili timo-
re timuerit, ex quo procedit fugiendi affectus. Quemadmodum mulier adultera virum seruiliter ti
mens cum fornicata fuerit, & hoc viro constiterit, appetit fugere: sed hoc dicit Christus, primo
vt instruat nos deum semper timere, eo quod eius præsentiam nequeamus effugere. Secundo, vt
ostendat se omnino paratum ad omnia patris mandata implenda vsque ad crucis patibulum, prout
ad Philip. habetur, Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Tanquam dicat, O Philip. 3.
deus quo ibo à spiritu tuo, id est, à teipso qui spiritus es? Et quo à facie, id est, præsentia seu cogni- Iohan. 4.
tione tua fugiam? quasi dicat. Fugere nequeo, & si possem, tamen non vellem. Ideo dico, Ecce Psal. 39
venio vt faciam voluntatem tuam deus. Et passione instante loquutus sum, Pater fiat voluntas tua.
Quod autem fugere nequeo, patet, Nam. ℭ (7) SI ASCENDERO in cælum tu illic es] quo- Mat. 26
niam illic facie ad faciem videris, & ibi es domine in templo tuo per resplendentiam gloriæ tuæ
[SI DESCENDERO ad infernum, ades] non solum per essentiam, præsentiam, atque potentiam,
sicut in cæteris, sed per vltionis effectum seu iustitiæ executionem. ℭ (8) SI SVMPSERO pen-
nas meas] id est, vires diuinæ potestatis ad refugiendum [DILVCVLO] hoc est, valde mane in die
paschę [ET HABITAVERO] post resurrectionem [IN EXTREMIA maris] id est, in paradiso
terrestri iuxta finem mundi sito. Ibi enim Christus per dies quadraginta cum electis de limbo edu-
C ctis moratus est, scilicet, à die paschæ vsque ad diem ascensionis. Interdum vero discipulis suis appa-
ruit, mosque ad paradisum reuersus est. Ideo subditur. ℭ (9) ETENIM illuc] scilicet, ad paradi-
sum [DEDVCET me] secundum quòd homo sum [MANVS TVA] id est, virtus diuina, per do-
tem agilitatis corpori meo, concessam in die resurrectionis, quia tunc corpus glorificatum resum-
psi [ET TENEBIT me] id est, in bono immobiliter conseruabit [DEXTERA tua] id est, fauo-
rabilis, gloriosa atque omnipotens tua præsentia, scilicet, tumetipse. Vel, tenebit me, inseparabili-
ter in vnione personali ac naturali, dextera tua, id est, vnicum verbum tuum, seu filius tuus existens
verus deus. Christi enim humanitatem tenuit verbum seu filius dei, vel ipsemet Christus secūdum
quòd deus est. Sicut enim suscitauit semetipsum, sic tenuit naturam assumptam. Porro ante pas- Act. 2.
sionem tenuit verbum, humanam Christi naturam inseparabiliter quantum ad se. Quoniam nun-
quam separata est anima Christi aut corpus ipsius à verbo, ex quo primo assumpta sunt. Non autem
quantum ad essentiales partes ipsius adinuicem. Nam in triduo mortis anima caróque Christi à se
erant disiunctæ. Post resurrectionem vero tenuit verbum naturam humanam Christi tam insepara-
biliter, quòd nec partes eius à seinuicem poterant separari. Propter quod dicit Apostolus, Christus Roma. 6.
resurgens ex mortuis, iam non moritur. Dicitur autem filius dei, dextera, & brachium dei: iuxta Esaię. 52.
illud Esaiæ, Parauit dominus brachium sanctum suum, in oculis omnium gentium. Ipse enim est Iohan. 1.
D virtus dei, & per ipsum facta sunt omnia. ℭ (10) ET DIXI] non assertiue aut dubitatiue, sed iro-
nice, ad derisionem eorum qui me putabant detinendum in morte & igne gehennæ, vt seductorem
vrendum [FORSITAN TENEBRAE] mortis, sepulturæ, ac inferni [CONCVLCABVNT me]
hoc autem continuo remouet, subdens [ET NOX] id est, mors corporalis, vel sepultura, seu lym-
bus patrum, est [ILLVMINATIO MEA] id est, causa & porta glorificationis meæ. Vel, illumi-
natio mea, id est, res illuminata à me [IN DELITIIS MEIS] spiritualibus. Christus enim sua
passione meruit tertia die resuscitari & glorificari, quæ resuscitatio seu glorificatio apte vocatur il-
luminatio Christi. Non interior seu mentalis, sed corporalis. Anima enim Christi semper æque
clare deum conspexit. Corpus vero ipsius illuminatum est, animam resumendo, & dotem clari-
tatis adipiscendo. Sic igitur nox, id est, mors, fuit Christo homini causa, id est, meritum & porta, id
est, ingressus ad illuminationem prædictam: & hoc in delitiis Christi, quoniam ista illuminatio deli-
tiosa fuerat ei, tanquam accidentale præmium eius. Lymbus vero inferni, seu sancti in eo conten-
ti, qui dicti sunt nox propter carentiam gloriæ, & quia in tenebris erant, facti sunt illuminatio Chri
sti, id est, res illuminata à Christo. Statim enim vt anima eius à corpore suo recessit, lymbum patrū
ingressa est, & suo aduentu omnes illic spiritualiter illustrauit, imò Christus tunc eos visione dei per
speciem beatificauit, quoniam pro originali peccato pœna fuit soluta, & totum istud fuit in delitiis
Christi, qui de plenitudine suarum delitiarum alios lętificauit. Vel, nox ista fuit illuminatio Christi

in delitiis eius,id est,recipiēdo illuminationem prædictam à Christo, positæ sunt in delitiis eius per- E
fruendo gaudiis saluatoris. Hæc antem omnia vera esse,hinc liquet. ℂ (11) QVONIAM tenebræ]
de quibus iam dictum est, Forsitan tenebræ conculcabunt me,id est,caligo mortis & tenebræ corru-
ptionis [NON OBSCVRABVNTVR à te] id est, lumine tuæ reuiuificationis, & claritate tuæ vi-
sitationis non priuabuntur:sed me occisum resuscitabis,& tenebris sepulturæ reduces [ET NOX] de
qua dixi, Nox illnminatio mea [SICVT dies illnminabitur] id est,mors corporis mei per resuscita-
tionem ad lumen vitæ redibit. Nox etiam sepulturæ ad diem manifestæ apparitionis ducetur. Et
nos,id est,caligo lymbi,sicut dies illuminabitur, me ad inferos descendente [SICVT tenebræ eius,
ita & lumen eius] Hæc sunt verba prophetæ,quodammodo rationem reddentis prædictorum, vt sic
sensus, Sicut tenebræ eius,id est,sicut mors Christi,ita & lumen,id est,vita eius,id est,vtrumq; ęqua-
liter in diuina potestate constitutum est. Potest etiam accipi de tenebris lymbi & lumine eius, quod à
Christo recepit. ℂ (12) QVIA tu] domine pater [POSSEDISTI renes meos] id est, carnem
meam seu corporalem naturam, vel interiorem sensitiuum appetitum ab omni macula culpæ præ-
seruasti, faciendo conceptionem meam ac natiuitatem ab omni peccato originali, actualique libe-
ram,nec permittendo vt vnquā inordinatus aliquis motus in anima mea,seu renibus esset [SVSCE-
PISTI me de vtero matris meæ] id est, à puncto seu hora qua vterum virginis sum egressus, tu in-
desinenter conseruasti & protexisti me, prout alibi testatus es, Ecce seruus meus, suscipiam eum. F
Vel, suscepisti me de vtero matris meæ,id est,miraculose eduxisti me de clauso vtero matris meæ be-
Esaię.42 nedictæ. ℂ (13) CONFITEBOR TIBI] confessione laudis deuotæ [QVIA TERRIBILI-
TER magnificatus es] id est,per horribilia opera tuam magnitudinem demonstrasti,te magnum es-
Gen.7. se probasti. In cordibus fidelium magnus & honorandus effectus es. Quamuis hæc opera horribi-
Exod.14 lia, quibus deus magnificauit seipsum intelligi possint destructio mundi per aquas diluuii,submersio
Num.16. Pharaonis, deuoratio Dathan & Abyron, ac similia: tamen hoc loco specialiter designantur ea quę
circa Christum contigerunt. Terribiliter enim magnificatus est deus, quando in vltionem sanguinis
Mat.27. Christi Iudæos tam horribiliter deuastauit, occidit, & nunc vsque affligit per Romanos. Denique ter
ribiliter magnificatus est in passione Christi, quando à sexta hora vsque ad nonam tenebrę factę sunt
super vniuersam terram, & petræ scissæ sunt, & terra mota est, & monumenta aperta sunt, multi-
que sanctorum resurrexerunt à mortuis. [MIRABILIA] sunt [OPERA TVA] iam prædicta, &
Lucę.1. cætera quæ fecisti circa me. Vel, quæ ego feci in nomine tuo, sicut sunt incarnatio, resurrectio de
Marc.16. clauso sepulchro, ingressus ad discipulos ianuis clausis, ascensio quoque ad cælos, & reliqua in sa-
Iohā.20. cro euangelio copiose descripta [ET ANIMA mea cognoscet] opera ista [NIMIS] id est, valde
eminenter & clare præ omnibus angelis atque hominibus. Neque enim angeli sancti prædicta dei
opera comprehendere valent, præsertim incarnationem. Anima autem Christi valde excedit o-
mnes beatos in cognitione istorum: imò de istis illuminat summos ordines supernorum spirituum, G
secundum Dionysium. ℂ (14) NON EST OCCVLTATVM os meum à te] id est, ori meo non
occultasti, neque ab intellectu meo abscondisti [QVOD FECISTI in occulto] id est, opera quæ
in abscondito perpetrasti.imo occultissima quæque, quæ aliis abscondisti, mihi clarissime reuelasti.
Omnia enim præterita, præsentia & futura, vniuersa quoque mysteria gratiæ, anima Christi co-
gnouit. Potest autem per os intelligi intellectus animæ Christi, quo verbum cordis profertur. Vel,
Psal.68 os eius corporale, quoniam Christus ore proprio prædicauit occulta opera dei [ET SVBSTAN-
Baruch.3 TIA mea in inferioribus terræ] Hoc est quod dixit supra, Infixus sum in limo profundi. Est igitur
sensus. Substantia mea, id est, humana natura à me assumpta, in inferioribus terræ,id est, in mun-
do isto apparuit, vixit & fuit. Vel, substantia mea, id est, diuinitas mea, seu egoipse, in inferiori-
bus terræ,id est,in hoc mundo conuersatus sum, & diuinitas mea ad hæc infima se inclinauit per in-
1.Cor.12 carnationem. Hinc Apostolus loquens de Christo, ait, Quod autem ascendit, quid est nisi quia
Baruch.3 primum descendit in inferiores partes terræ? Vnde legitur apud Baruch, Post hæc super terram vi-
sus est,& cum hominibus conuersatus est. Vel sic, substantia mea, id est, corpus & anima fuerunt in
inferioribus terræ. Nam anima fuit in limbo, & corpus in monumento. ℂ (15) IMPERFECTVM
meum] id est,naturales defectus quos assumpsi [VIDERVNT OCVLI tui] id est,sapientia tua co
gnouit cur eos assumpsi. Non enim habuit Christus imperfectum aliquod virtutis aut vitæ, sed in-
detrahibiles assumpsit defectus seu mala pœnę, vt nos ab eis erueret [ET IN libro tuo omnes scri-
bentur] id est, boni ac mali à te cognoscentur. Per librum nanque intelligitur dei cognitio, in qua H
omnes firmiter continentur, sicut scriptura in libro. Quamuis autem in libro seu notitia prædesti-
nationis diuinæ soli electi conscripti sint, tamen in libro diuinæ cognitionis vniuersi scribuntur,imò
Iob.13. & opera singulorum. Sicut à beato Iob dicitur, Scribis enim contra me amaritudines. Et Ecclesia-
Eccle.23 sticus, Oculi,ait,domini multo plus lucidiores super solem,circumspicientes omnes vias hominum
Psalm.18 [DIES] id est, homines spirituales, præsertim apostoli, de quibus præhabitum est, Dies diei eru-
Coloss.3. ctat verbum [FORMABVNTVR] per gratiam spiritussancti exuendo veterem hominem cum
Ephes.5. actibus suis, & deserendo opera tenebrarum, vt sint filii lucis. Talibus nanque diebus Paulus,
1.Cor.2. Eratis (inquit) aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino [ET NEMO IN EIS] id est, nul-
lus homo in istis diebus sistere aut confidere debet, ita quòd nemo in eis formabitur vt perfectio-
1.Cor.1. nem aut nomen ab eis sortiatur. Hoc est,quod dicit Apostolus, Ego plantaui, Apollo rigauit,deus
autem incrementum dedit. Neque ergo qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremen-
tum dat, deus. Et item, Cum alius dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero
Act.14. Cephe,nonne homines estis? Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Hinc quoque vt in Actis

A legitur: cum quidam voluissent sacrificare Paulo & Barnabæ tanquam diis, eo quòd Paulus à nati-
uitate claudum sanasset, apostoli scissis vestibus suis responderunt. Viri quid facitis? & nos mor- Ierem.17
tales sumus similes vobis homines. Nemo ergo formatur in eis. Nam maledictus homo qui confi-
dit in homine. Deinde Christus ad deum patrem, seu totam superbeatissimam trinitatem, vnum
verum simplicissimum deum, ait. ¶ (16) MIHI AVTEM] id est, ad honorem meum [NIMIS * * honorifi
honorati sunt amici tui deus] id est, apostoli, & apostolici viri, qui omnia relinquentes, mea sunt cati.
assequuti vestigia, propter quod digni facti sunt amicitia tua. Hos enim deus multipliciter hono-
rauit, dando eis varias gratias spiritus sancti, videlicet sapientiam, omnium linguarum notitiam, Mat. 10
gratiam curationum, spiritum prophetiæ, sanctimoniam vitæ [NIMIS CONFORTATVS est Act. 2.
principatus eorum.] Nam constituti sunt principes super omnem terram, præualueruntque mun- Psal. 44.
do, carni, ac dæmoni: & adeo confortati sunt in gratia dei, vt occidi possent, flecti non possent, Roma. 8.
sicut & Paulus ex eorum persona testatur, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an fa- Hebr. 11
mes, an angustia, an persequutio, an gladius? Et iterum ait de principatu antiquorum dei sancto-
rum & amicorum. Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.
Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, &c. ¶ (17) DINVMERABO EOS] Exod. 33.
Christus enim nomina prædestinatorum determinate cognoscit. Vnde Mosi dominus ait, Teipsum
B noui ex nomine [ET SVPER arenam multiplicabuntur] prædicti amici tui, videlicet viri spiritua-
les & sancti. Vel, quia excedunt numerum arenæ maris, vel quia eorum multitudo aptius expri- Apoc. 7.
mi nequit, nisi vt dicantur plures arena maris. Vnde de electis & dei amicis ait Iohannes, Vidi tur-
bam magnam quam nemo dinumerare poterat, ex omnibus tribubus & linguis, & populis, stantes
ante thronum dei. Præterea quidam exponunt hos duos versiculos de angelis sanctis, qui appellan-
tur amici dei, qui vtique valde honorati sunt: & nimis confortatus est principatus eorum, quia ab
eis regitur corporalis creatura, atque ecclesiastica hierarchia, qui etiam super arenam multiplican-
tur, prout de eis apud Iob inducitur, Nunquid est numerus militum eius? Et Daniel ait, Millia Iob. 25.
millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Hæ vero expositiones quan- Dan. 7.
tum ad numerum amicorum dei in idem redeunt, dummodo omnes homines prædestinati dican-
tur amici dei. Quia secundum Gregorium, tot homines saluabuntur quot angeli permanserunt stan
tes [EXVRREXI] ego Christus à mortuis, sicut prædixi [ET ADHVC sum tecum] id est, vsque 1. Tim. 3.
ad secundum meum aduentum tecum inuisibiliter ero, quantum ad viatores. Interim enim sedebo
ad dexteram tuam in cælo, nec hominibus generaliter, visibiliterque apparebo, donec adueniat dies
iudicii, in quo omnibus manifestus ostendar. Vnde dicit Apostolus, Serua mandatum sine macula Matt. 25.
vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus po-
C tens, rex regum. ¶ (18) SI OCCIDERIS DEVS] id est, quia æternaliter condemnabis, & nunc
spiritualiter occides per gratiæ subtractionem [PECCATORES] impœnitentes & reprobos [VI-
RI SANGVINVM] id est, odiosi, carnales, & vitiosi [DECLINATE à me] in die iudicii, quan-
do dicturus sum vobis, Ite maledicti in ignem æternum. Hoc est, quod Christus ait, Multi dicent Marc. 7.
mihi in die illo, Domine domine: & tunc confitebor illis, Nescio vos vnde sitis: Discedite à me o-
mnes operarii iniquitatis. ¶ (19) QVIA DICITIS] intra vos [IN COGITATIONE] per-
uersa & pessima [ACCIPIANT in vanitate ciuitates suas] id est, iniusti in sua vanitate ac mali-
gnitate præualeant: & ciuitates suas, id est, bona & loca, seu habitacula quæ desiderant: quanuis
ad iustos pertineant, ipsi acquirant. Vel sic, quia dicitis, ô viri sanguinum in cogitatione contra iu-
stos accipiant iusti seu religiosi, in vanitate, id est, frustra atque inuanum, ciuitates suas, id est, par-
ticulares ecclesias, congregationes, seu claustra, ita quod nihil proficiat eorum saluti quod se à no-
bis separant, & elongant. ¶ (20) NONNE QVI ODERVNT te domine oderam?] quasi dicat,
imo. Oderat enim Christus homo inimicos dei, non quãtum ad naturam, sed per respectũ ad culpã.
Amare nanque, secundum philosophum, est alicui bonum velle: Odire vero est alicui malum opta-
re. Quemadmodum autem iusto debetur gloria, & bono dilectio (obiectum enim appetitus est bo-
num) sic iniusto debetur miseria, & odium malo. Peccatorem ergo in quantum peccator est, debe-
D mus odire, id est, pœnam atque miseriam eius velle, vt scilicet corrigatur in præsenti, ne pereat in
æternum sicut iustitia exigit: inquantum vero est homo & creatura seu conuersionis & beatitudinis
capax, amandus est. Quemadmodum præcepit Christus: diligite inimicos vestros. Hæc autem agen Matth. 5.
do conformamus nos deo, qui omnia amat quantum ad id quod sunt, & à creatore receperunt: iuxta
illud, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Veruntamen rationales creaturas in Sapien. 11
vitiis deordinatas à rectitudine obliquatas, à deo auersas odit deus secundum quòd tales sunt: iuxta
illud, Odio sunt deo impios & impietas eius. Sic autem Christus præcipue oderat impios, de quo Sapiẽ. 14
subditur [ET SVPER inimicos tuos tabescebam] id est, magno zelo contra eorum prauitatem ze-
latus sum. Sicut patebat dum ementes & vendentes de templo eieci. Tunc enim zelus domus dei co- Marc. 11.
medit me. ¶ (21) PERFECTO odio] id est, odio virtuoso & iusto [ODERAM illos, inimici facti Marc. 23.
sunt mihi] propter eorum malitiam. Est itaque quoddam odium malum vitiosum & imperfectum, Lucæ. 19
quod est mortale peccatum, quo natura alterius oditur, vel gratiæ fraternæ inuidetur. Hoc odiũ Chri Psal. 64
sto & membris eius non conuenit. Odium vero perfectum quo oditur culpa, & author culpę inquan
tum huiusmodi est, de quo loquitur nunc psalmus. Deinde Christus ait. ¶ (22) PROBA me deus]
id est, per tormenta passionis probatum ostende me, sicut in principio psalmi inductum est. Domi-
ne probasti me [ET scito cor meum] per approbationẽ. Hoc Christus dicit non orando, quoniam à
principio suæ conceptionis in virgine confirmatum erat cor eius in deo: sed potius congratulando

[INTERROGA me] per flagella [ET COGNOSCE semitas meas] id est, opera mea attẽde. Hoc E
Christus orat non pro se, sed pro nobis. Non enim orauit vt deo placerent opera sua, quoniam sciuit
Roma.8. se non posse peccare. Orauit autem vt deus attenderet opera sua, indulgendo propter meritum eo-
Hebr. 7 rum, vniuersæ ecclesiæ. Sic enim interpellat pro nobis secundum Apostolum ostendens patri latus
& vulnera, secundum Bernardum. ¶ (23) ET vide si via iniquitatis in me est] id est, falsa doctri-
na, seu simile aliquod in me existat. Hoc Christus dicit, non dubitando an aliquid mali in se habeat
locum, sed ex magna securitate, vt ostendat se ab omni culpa penitus alienum, nec aduersariorum
suorum sibi multa scelera imponentium se timere calumniam [ET deduc me in via æterna] id est,
in via ad æternam gloriam perducente, videlicet in ascẽsione. per quam iui ad felicitatem æternam.
Orat igitur Christus, vt deus in ascensione ipsum perducat ad cælũ. Non enim humana & pure na-
turali, sed diuina virtute ascendit. Et sicut orauit pro gloria resurrectionis, sic quoque orauit pro de-
ductione ascensionis. Pro iis enim quæ ad accidentale præmium pertinẽt, Christus orauit etiam pro
seipso. Pro pręmio autem essentiali precatus non est nisi pro nobis.

¶ EXPOSITIO eiusdem psalmi de membris Christi, seu quocunque fideli.

DEnique psalmus iste exponi potest de homine iusto, qui ait, Domine probasti me, id est, per
prospera & aduersa inquisisti & examinasti me qualis essem, & cognouisti me, id est, fidelem F
atque constantem me inuenisti, & ex tali probatione, eo quòd nec in prosperis, nec in aduer-
sis à recta via abierim. Dicitur autem deus probare & tentare, non vt ipse cognitionem recipiat, sed
vt homo seipsum cognoscat, & ab aliis cognoscatur qualis sit, vel quia per modum probantis se ha-
Gen.22 bet. Sic enim ait ad Abraham quem tentauit, Nunc cognoui quòd timeas deum, & non peperceris
filio tuo vnigenito propter me. Vtrunque enim cognouit antequam eum tentaret. Sed dicitur tunc
cognouisse, quia tunc fecit alios illud cognoscere per tam solennem obedientiam Abrahæ. Sic quo-
Exod.31. que dominus loquitur filiis Israel, qui vitulum aureum adorauerunt, Iam nunc depone ornatum
Exod. 33 tuum vt sciam quid faciam tibi. Nunquid ante non sciuit quid faceret eis? Dicitur itaque deus pro-
bare & tentare sicque cognoscere homines, quoniam probando facit homines cognosci, ostenden-
do eos ex probatione fideles aut inconstantes: quod euidenter patet ex eo quod Moses ait popu-
Deut.8. lo Iudæorum, Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te dominus deus tuus, vt afflige-
ret te atque tentaret, & nota fierent quæ versabantur in corde tuo, vtrum custodires mandata il-
Iob.23. lius an non. Ita à deo probatus est Iob, & probus inuentus est, qui ait, Probauit me dominus
Sapien. 3 quasi aurum quod per ignem transit. Et legitur apud Sapientem quendam, Tanquam aurum in for-
nace probauit electos dominus. Nequaquam ergo deficiamus, dum à deo corripimur, dum per ad-
uersa probamur, dum iniurias patimur, sed nec prosperis extollamur: imò prædicta mala patiendo
Zach.13. lætemur, sperantes nos pertinere ad numerum electorum, de quibus dominus ait, Ducam eos per G
ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum, & exaudiam eos,
& dicam, Populus meus tu es, tu cognouisti sessionem, id est, humiliationem, contritionem, seu deie-
Roma. 13 ctionem meam: & resurrectionem meam, qua à somno peccati resurgo, & iustus de iniusto (deo ope-
Ephe.5. rante) efficior. Vnde Apostolus clamat, Hora est nos iam de somno surgere. Et iterum, Surge qui dor
mis, & exurge à mortuis. Intellexisti cogitationes meas de longe, id est, in te ipso ab æterno eas vidi-
sti, quoniam in diuina essentia vniuersa resplendent, sicut in prima causa & exemplari principio.
Apoc.2 Propter quod dominus in Apocalip. testatur, Scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes &
Psalmo.7 corda. Semitam meam, id est, actionem seu conuersationem meam, & funiculum meum, id est, vi-
tæ meæ mensuram, modum, seu limitem inuestigasti, id est, diligenter pensasti, considerando quous-
Iob. 13. que peruenero, quidve profecero. Vnde à B. Iob dicitur, Obseruasti omnes semitas meas, & vesti-
gia pedum meorum considerasti. Et omnes vias meas, id est, cogitationes, verba & opera, quæ
viæ dicuntur, quia per ea tendo ad vltimum finem, præuidisti ab æterno antequam sint: iuxta il-
Eccle. 23 lud, Domino deo antequam crearentur omnia sunt cognita, quia non est sermo in lingua mea, quo
tibi respondere sufficiam, rationem reddendo pro singulis, quæ commisi aut omisi. Secundum
quod alibi scriptum est, Non iustificatur homo compositus deo, & si voluerit cum eo contende-
Iob.9. re, non poterit respondere vnum pro mille. Hinc rursus S. Iob ait, Deus cuius iræ nemo resiste-
Ibidem. re potest, sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo ego sum, vt respondeam ei, & lo-
Hebr. 4 quar verbis meis cum eo? Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima, id est, vltima, & antiqua, id H
est, prima, videlicet omnia quæ sunt, erunt vel fuerunt: tu formasti me in vtero, corpus organi-
zando & animam infundendo. Vel, formasti, id est, perfecisti me, gratiam tribuendo, secundum
Esaię.43 quod protestaris. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam formaui eum. Hinc quoque
Esaiæ.63 dicitur, Pater noster tu es, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos,
& posuisti super me manum tuam, id est, potentiam tuam, conseruando me in esse. Vel, posuisti super
Apoc. 3 me manum tuam, castigando me quando peccaui: quemadmodum in Apocalip. dicis, Ego quos a-
mo, arguo & castigo. Vel posuisti super me manum tuam, id est, pie & gratiose sustentasti, & con-
fortasti me in spiritualis conuersationis processu. Mirabilis facta est omni menti creatæ scientia tua,
ô deus, ex me, id est, ex consideratione mea. Scientia enim creatoris in creaturis relucet, & ex earum
consideratione mirabilis apparet consideranti tanto amplius, quanto creaturæ fuerint digniores,
seu mirabilius institutæ. Cum igitur homo sit creatura excellens, & valde mirabiliter instituta,
scilicet ex corruptibili carne & immortali spiritu constans, mirabilis facta est scientia creatoris ex
consideratione hominis, ita quòd consideranti miranda apparet: confortata est & non potero ad

A eam.Hoc eſt quod in lib.Iob dicitur, Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram.Quo ibo à ſpiri- Iob.36.
tu tuo?qui omnia perſcrutatur ſecundum Apoſtolum, de quo ſcriptum eſt, Spiritus domini repleuit 1.Cor. 2
orbem terrarum,& quo à facie tua fugiam ? tanquam dicat,tuum conſpectum fugere nequeo. Vnde Sapien.1.
in libr. Sapientiæ dicitur, Effugere manum tuam domine impoſsibile eſt. Si aſcendero in cælum,id Sapiē. 16
eſt,ſi per mentis elationem meipſum erexero, iuſtum putauero, cæterisque prætulero: tu illic es, vt
ſuperbum humilies, ſicut Abdias propheta teſtatur, Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera po Abdiæ. 1.
ſueris nidum tuum,inde te detraham dicit dominus. Vel ſi aſcendero in cælum, per contemplatio-
nem & deſiderium bonorum cæleſtium, tu illic es. qui alibi dicis, Nunquid non cælum & terram
ego impleo?Si deſcendero in infernum,id eſt, in profundum vitiorum,ita vt vel deſperem,vel diui-
nam prouidentiam negem,ades tanquam inſpector & vltor. Vel,ſi deſcendero in infernum, conſide
rando ipſius tormenta,ades.Si ſumpſero pennas meas,id eſt,alas contemplationum,diluculo,id eſt,
in principio diei ſenſibilis ſeu ſpiritualis,& habitauero in extremis maris,id eſt,in vltimis finibus pe-
lagi,ſeu in quocunque termino mundi. Etenim illuc manus tua deducet me quocunque tibi placue-
rit,nec potero illic euadere,ſed comprehēdar à te ſicut ſubiungitur: & tenebit me dextera tua,id eſt,
omnipotens virtus tua.Et dixi,Forſitan tenebræ conculcabunt me,id eſt,operient atque abſcondent
me ſicut abſconditur quod cōculcatur.Hoc dicitur deriſorie ſecundum opinionem eorum,qui exiſti-
B mant deū illa conſpicere,quæ fiunt in die ſeu luce,non autem quę fiunt in nocte ſeu tenebris.Contra
quos dominus per Ieremiam loquitur, Putasne deus è vicino ego ſum,& non deus de longe ? Si oc- Ierem.23
cultabitur vir in abſconditis ſuis, & ego non videbo eum ? Dixi etiam, Forſitan & nox illuminatio
mea,id eſt,tempus nocturnum & tenebroſum erit exultatio mea, quia tunc libere faciam quæ dele-
ctant tanquam à deo videri non potens,in delitiis meis,id eſt,delectationibus vitiorum. Sæpe autem
accipitur illuminatio pro exultatione. Deinde reprobatur opinio talis. Quia tenebræ non obſcura-
buntur à te,id eſt,opera tenebroſa ſeu tempus nocturnum te nequaquam latebunt, & nox ſicut dies
illuminabitur,id eſt,tam euidenter à diuina luce videbitur opus noctis, & nox ſicut opus diei,& dies
ſicut tenebræ eius,id eſt,ſicut tenebræ noctis cognoſcuntur à deo, ita & lumen eius, id eſt, ſic lumen
diei videtur ab eo.Omnia nanq; æque clare deo pateſcūt.Quia tu poſſediſti renes meos,id eſt,appe- Hebr.4.
titum ſenſitiuum animæ meæ,per gratiam poſſediſti,extinguendo in me inordinatos concupiſcentiæ
motus.In renibus enim viget luxuria,quos deus dicitur poſsidere,dum eos dignatur per gratiam gu
bernare:ſuſcepiſti me de vtero matris meæ,id eſt, ab hora natiuitatis meæ vſque in præſens conſer-
uaſti me,& à diuerſis periculis protexiſti me, & tanquam pius pater cuſtodiſti me. Mirabilia opera
tua,& anima mea cognoſcet ea nimis,id eſt,multum præclare,ſecundū quod eam illuminare digna-
beris.Non eſt occultatū os meum à te quod feciſti in occulto.Hoc ſecundum expoſitionem in præce
C denti articulo poſitam conuenit eis,qui dicere poſſunt deo, Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manife- Pſal.50.
ſtaſti mihi. Quibus deus oſtendit opera ſua occulta tanquam filiis & amicis ac familiaribus ſuis, ſicut
Saluator ait diſcipulis ſuis, Iam non dicam vos ſeruos,ſed amicos meos,quia omnia quęcunque audi Iohan. 15
ui à patre meo nota feci vobis.Et apud Amos legitur, Non faciet dominus verbum, niſi reuelauerit Amos. 3.
ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas.Quidam vero exponunt de oſſe corporis,quod non eſt oc-
cultatū à deo, ſed notum eſt ei,quod dicitur factum in occulto, quia latet ſub carne. Alii autē de oſſe
ſpirituali, videlicet de firmitate ſeu fortitudine animæ quæ nota eſt deo, & dicitur facta in occulto,
quoniam deus facit eam per creationem in interioribus animæ viribus. Et ſubſtantia, id eſt, natura
mea,quæ ex anima rationali & corpore conſtat, in inferioribus terræ, id eſt, in hoc inferiori mundo
verſatur,terrenis inquietudinibus occupatur,multiſque modis diſtrahitur,vnde tibi confiteri & dice
re cogor, Imperfectum meum.i.non ſolū exceſſum vitiorum,verum etiam defectū operum meorum
bonorum viderunt oculi tui.Mala etenim mea omnino & pure mala ſunt.Bona autem quæ facio,nō
ſunt pure bona,ſed imperfectionibus multis admixta,ſicut apud Eſaiam legitur, Vt immundi omnes Eſa.64
nos,& quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Semper ergo cū omni humilitate cōfitea-
mur dño,& cognoſcamus ex corde imperfectū noſtrum,ſcientes quoniam quicquid boni in nobis &
actibus noſtris inuenitur,diuinitus nobis prǣſtatur,& deo aſcribendū eſt.Quicquid vero mali in no
D bis & noſtris operibus reperitur,ex nobis oritur,nobiſq; attribuendum eſt: dies formabuntur, id eſt,
dies futuri à te producentur,& nemo in eis, id eſt, nullus eorum qui nunc eſt,in eis erit,ſed interim
morientur qui nunc ſunt. Hoc certius dici poterat tempore veteris teſtamenti, quàm modo. Tunc
nanque certum erat mundum diutiſsime duraturum, quod modo incertum eſt: imò neſcimus an per
tempus naturalis periodi vnius hominis mundus durabit. Exurrexi per gratiam tuam à morte pecca
ti,à conſuetudine praua,à ſomno pigritiæ, & adhuc ſum tecum, per charitatem tibi fideliter adhæ-
rendo,hoc eſt,verbum bonæ ſpei.Non enim hoc ſcire poſſumus certitudinaliter,ſed coniecturaliter,
niſi ex ſpeciali inſtinctu.Si occideris.i.quia occides occiſione æternæ mortis ô deus peccatores, iccir
co viri ſanguinum declinate à me,loco vel opere, ne vobis cōmunicem,& vobiſcum occidar ac per-
eam.Qui enim tetigerit picem,inquinabitur ab ea.Apoſt.quoque, Nolite (inquit) communicare in- Eccl.13
fructuoſis operibus eorum: nam morte digni ſunt non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſen- Epheſ. 5.
tiunt facientibus.Vitanda eſt ergo impiorum ſocietas,familiaritas,atque communio: appetenda ve- Roma.1
ro familiaritas virtuoſi ac docti, quemadmodum in Eccleſiaſt. inducitur, Cum videris ſenſatum
euigila ad illum. Et, Cum viro ſancto aſsiduus eſto, & quemcunque cognoueris obſeruantem ti- Eccleſ.6.
morem dei, cuius anima eſt ſecundum animam tuam. Proba me deus, adhuc ea probatione,de qua Eccle.37
in exordio pſalmi præſentis locutus ſum, Domine probaſti me. Itaque proba me ſicut probantur
electi, quos corrigis & emendas, non vt tu cognoſcas, ſed vt illi ſalubriter ſeipſos noſcant, ne eis

Galat. 4. dicatur illud Apostol. An non cognoscitis vosipsos, nisi forte reprobi sitis? & scito cor meum co- E
1. Cor.8. gnitione approbationis, de qua dicit Apostolus, Si quis diligit deum, hic cognitus est ab eo. Inter-
roga me, id est, per aduersa inquire, & vide an vere te diligam, an tibi constanter fidelis sim. Sic vel-
Philip. 4 le à deo probari & interrogari non pertinet ad imperfectos, sed fortes, qui pro consuetudine exer-
citatos habent sensus, qui cum Apostol. dicere possunt illud, Ego didici in quibus sum sufficiens esse.
Scio humiliari & abundare, vbique & in omnibus institutus sum: & cognosce, per acceptationem,
approbationem, seu complacentiam semitas meas, id est, desideria, cogitationes, verba & actus, &
vide more pii, diligentis, expertique medici, si via iniquitatis, id est, malum propositum seu latens
peccatum in me est, quatenus ab occultis meis mundes me domine, & à vulneribus animæ salues
Psal.18. me, sicut Ieremias ait, Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero. Denique cum
Ierem.17 ignoremus qualiter interiora nostra cum deo se habeant, an pura existant, indigemus semper cla-
mare ad deum: vide si via iniquitatis in me est, mihi quoq; concede vt interiora mea diligenter discu-
tiam, vere cognoscam, caute custodiam, & deduc me in via æterna, id est, in fide catholica, in lege di-
uina, in obseruatione præcepti, quorum vnumquodque dicitur via æterna, quia ad vitam perducit
æternam seu patriam supercælestem, nunquam electis auferendam. Ecce psalmum mirabilem, diffi-
cilem & omni laude dignum, diuinis præconiis plenum, sacris mysteriis altum audiuimus, in quo de
Christi mysteriis copiose tractatur, ex cuius doctrina admonemur diuinam prouidentiam considera- F
re, diuinam præsentiam honorare, immensam creatoris maiestatem timere. Estque psalmus iste cum
ingenti attentione cantandus, quia pene in singulis versibus dirigitur sermo ad deum, & vbique est
sensus sublimis. Ostendit enim hic psalmus incomprehensibilem esse dei sciẽtiam, infinitam eius exi-
stere essentiam, metuendam quoque esse ipsius magnificentiam.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXXXIX.

### EXPOSITIO Tituli.

ASSIgnatur insuper psalmo nunc declarando titulus talis, In finem psalmus Dauid, hoc est,
psalmus iste à sancto Dauid conscriptus ac editus, dirigit nos in finem, qui Christus est, qui
Apo.1. testatur, Ego sum Alpha & ω, principium & finis. De quo etiam dicit Apostolus, Fons legis
Roma.1. est Christus omni credenti. Doctores autem catholici exponunt hunc psalmum de ecclesia in tribu-
lationibus constituta, ad deum clamante. Quidam tamen exponunt eum ad literam de Dauid, quæ
expositio insipida est: imo cum multi psalmi exponantur ad literam de Christo, eo quod in scriptu-
ra canonica nouæ legis allegentur de Christo, qui tamen minus conueniunt Christo, quàm psalmus
Psal.39 iste, vt patet de psalmo triecesimonono, qui incipit, Expectans expectaui dominum. Cuius scriptu-
Hebr.10. ram de Christo prædictam allegat Apostolus, in quo tamen psalmo inter cætera dicitur, Compre- G
henderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem, quod certum est Christo non conuenire
ratione propriæ personæ, aut naturæ suæ diuinitati vnitæ. Idem patet de psalmo immediate sequen-
Psal.40 ti, qui incipit, Beatus qui intelligit. Cuius scripturam allegat Christus de se prædictam, videlicet il-
Iohan.18 lum versiculum, Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos. Hoc enim indu-
cit de Iuda proditore vaticinatum, & tamen in psalmo illo inter alia scribitur, Sana animam meam
Psal.68 quia peccaui tibi, quod Christo non conuenit. Idem etiam patet de illo psalmo, cuius exordium
est, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Cuius scripturam
Iohã.2.9 allegant Iohannes & Paulus de Christo loquentem, & tamen in psalmo hoc scriptum est, Delicta
Roma.11 mea à te non sunt abscondita. Quum ergo singula verba huius psalmi proprie congruant Christo,
& 15. sicut patebit in prosequendo, videtur quod de ipso proprie debeat explanari, quod etiam inde pro-
batur, quia ecclesia in die parasceues in officio missæ canit hunc psalmum pro Tractatu. De Chri-
sto igitur passo conscriptus est psalmus præsens. Vnde Christus vt homo passibilis, passioniq; pro-
ximus ait ad patrem.

### PRECATIO.

*Domine uirtus salutis nostræ exaudi uocem orationis plebis tuæ, & in miseriis quibus affligimur, nobis aßiste: ut ab omni malo te protegente erepti, securi seruiamus tibi.* H

### EXPOSITIO Psalmi literalis.

Marc.8 ERIPE ME DOMINE ab homine malo] Non ita orauit Christus ab iniquis
hominibus eripi, vt non traderetur in manus eorum. Imo cum Petrus ei dixis-
set, Non erit hoc tibi. Respondit ei, Vade retro me satana, non sapis ea quæ
dei sunt: nec sic orauit ab eis eripi ne per eos induceretur ad malum culpæ,
quia sciebat se non posse peccare: sed orauit eripi ne detineretur in morte, &
vt tertia die resurgeret, & glorificaretur in corpore. Sic igitur ait, Eripe me do
mine pater æterne ab homine malo me persequente, puta Iudæo quocunque
Mat.27. qui me lingua crucifixit, dicendo, Tolle, crucifige eum. [A VIRO iniquo] me
Marc.15. actualiter crucifigente, qui Iudæi clamorem ad opus perduxit, videlicet à Gentili quocunque Pilati
Luc.23. ministro [ERIPE me] (2) [QVI] homo malus & vir iniquus [COGITAVERVNT iniqui-
Iohan.19 tates in corde] proponẽtes me p̃sequi atq; occidere. Vnde ab Euangelista dicitur, Ab illo die cogita-

A uerunt interficere eum [TOTA die] non solum in die Parasceues, sed multis diebus præcedentibus Iohan.12
[CONSTITVERANT prælia] id est, inter se ordinabant qualiter mihi resisterent, repugnarent &
præualerent, secundum quod apud Matthæum habetur, Congregati sunt principes sacerdotum & Mat.26
seniores, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. ❡(3) ACVERVNT linguas suas sicut serpentes]
id est, verba acuta, pungitiua, & aspera contra me protulerunt, conantes mihi nocere sicut nocent
serpentes. Acuerunt plane Iudæi linguas suas, quando Pilato tot occasiones libera[ndi] Iesum quæren
ti dixerunt, Si hunc dimittis, nō es amicus Cæsaris. Et, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Iohan.19
[VENENVM aspidum] hoc est, sermo letalis, venenosus inuidiosus & pestifer [SVB labiis eorum] Mat. 27
id est, paratus est in ore ipsorum, vt illum effundant. Hoc venenum aspidum effuderunt Iudæi in
Christum dicentes, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Vn- Iohan.19
de Christus per Osee ait, Ego redemi eos, & ipsi contra me locuti sunt mendacium. Et apud Iere- Osee.7.
miam, Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam. Ierem. 12
❡(4) CVSTODI me domine de manu peccatoris] id est, de potestate principis sacerdotum [ET
ab hominibus iniquis] id est, eius fautoribus [ERIPE me] ne mihi eueniat quod mihi conati sunt fa
cere, dicentes illud Ieremiæ, Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vl- Ierem. 11.
tra. Icirco nanq; fecerunt custodiri sepulchrum, vt corpus Christi in eo teneretur, & corrumpere- Mat. 28
B tur, sicque memoria eius omnino periret, nullo in ipsum credente. Nunc igitur orat Christus homo
custodiri & eripi, ne hoc fiat. ❡(5) QVI cogitauerunt supplantare] hoc est, à via iustitiæ retrahe-
re [GRESSVS meos] id est, opera mea. Nitebantur enim Iudęi Christum à veritate abducere, nunc
terrendo, nunc blandiendo. Propter quod dixerunt, Magister scimus quia verax es, & viam dei in ve Mat.21.
ritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Dic ergo nobis, Licet tributum dare Cæsari, an non? Vel,
cogitauerunt supplantare, id est, reprobare & malos ostendere gressus meos, dicentes, Tu de teipso
testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Et iterū, Non est hic homo à deo, qui sab- Iohan.8
batum non custodit. In passione quoque coram Pilato, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidis- Iohan. 9.
semus eum. [ABSCONDERVNT superbi] hoc est, principes Iudæorum & pharisæi de generis no Iohan.18
bilitate & falsa iustitia præsumentes [LAQVEVM] id est, fraudulentas insidias [MIHI] hoc est, con
tra me, & ad iniuriam meam. Multipliciter enim studuerunt aliquam occasionem inuenire, qua Chri Luc.20
stum reprehendere & accusare valerent, sicut ab Euangelista dicitur, Obseruabant Iudæi si sabbatis Marc.3.
curaret, vt accusarent eum, ideo etiam obtulerunt ei mulierem in adulterio deprehensam. Vnde per Iohan. 8.
Ieremiam dicit Saluator, Tu domine scis omne consilium eorum aduersum me. ❡(6) ET funes] Ierem. 18
hoc est, multas & longas astutias fallendique machinas, [EXTENDERVNT in laqueum] id est,
ad hoc vt me funibus suarum insidiarum capere & reprehendere possent. Longo enim tempore se-
C quebantur perfidi pharisæi ac scribæ dominum saluatorem, vt aliquid reprehensionis inuenire pos-
sent in eius doctrina aut vita. Hinc quippe Christus loquitur per Osee, Exosos habui eos propter Osee.9.
malitiam adinuentionum ipsorum. [IVXTA iter] id est, iuxta conuersationem huius viæ, vel iuxta le
gem seu obseruationem præceptorum [POSVERVNT scandalum mihi] id est, verba & opera qui-
bus me scandalizare quærebant, quanuis non profecerunt. ❡(7) DIXI domino, Deus meus es tu]
Certum est quod Christus frequenter vocauit deum omnium, deum suum. Singulariter etenim erat
deus suus secundum quod homo, quia præelectus ab eo, & quia ipse præcipue deū amauit & coluit,
sicut ipse testatur, Ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hinc etiam post resurrectionem dicebat, Iohan.8
Ascendo ad deum meum & deum vestrum. [EXAVDI domine vocem deprecationis meæ] quam Iohan.10
nunc coram te fudi. ❡(8) DOMINE, domine virtus] hoc est, causa & conseruator [SALVTIS
meæ] creatæ. Beatitudo enim creata animæ Christi à deo manauit & dependebat. [OBVMBRA-
STI super caput meum] id est, super cor meum, vel super me tuam defensionem, cooperationem seu
opem extendisti [IN die belli] id est, tempore passionis, quando dæmones expugnaui & expoliaui.
Contulit enim deus Christo in passione inconcussam constantiam, propter quod factus est potens
in prælio. Vnde per Ieremiam prędixit, Dominus mecū est quasi bellator fortis. Icirco qui me per- Marc.1.
sequuntur cadent. ❡(9) NON tradas me domine à desiderio meo] hoc est, contra seu extra deside- Psal.24
D rium meum [PECCATORI] videlicet populo Iudęorum. Aliquo enim modo desiderauit Christus Iere. 20
eis tradi, videlicet vt pro mundo moreretur, & aliquo modo desiderauit eis non tradi, videlicet ne in
morte detineretur. Et ideo nunc orat ne extra tale desideriū eis tradatur. [COGITAVERVNT cō-
tra me] sicut apud Ieremiā dicitur, Supra me cogitauerunt consilia dicentes, Mittamus lignum in pa Ierem.11.
nem eius [NE derelinquas me] quantū ad animā in limbo, & quantū ad corpus in tumulo, sed statim
me suscita [NE forte exaltentur] .i. præualuisse videātur, atq; inaniter glorientur. Deinde describitur
Iudæorum deiectio. ❡(10) CAPVT] hoc est, princeps sacerdotum, qui erat caput seu princeps.
[CIRCVITVS eorum] .i. exercitus Iudæorum me tempore passionis circūdantium. Quid autem
huic capiti & subditis suis futurū fuerit subditur, [LABOR labiorum ipsorum] hoc est, laboriosus & Mat.26
grauis sermo, quem contra me loquebantur, dicentes, Blasphemauit. Et, Reus est mortis. Et, Non ha Mat.14.
bemus regē nisi Cæsarem. [OPERIET eos] hoc est, faciet eos debita pœna operiri atque torqueri. Iohan.19
Hoc in Iudæis impletū videmus. Voluerunt enim Christum regno & fama omnino priuari, & ecce
ipsi priuati sunt regno & fama honesta. Christo autē data est omnis potestas in cælo & in terra. Ipsi Mat.28
quoq; nitebantur conculcare atq; conterere Christum, & Christus eos conculcauit & cōtriuit, sicut Esaiæ. 63
asserit, Calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea. Itaq; in præsenti vita operuit Iudæos
labor labiorū ipsorum, quādo per Titū & exercitum Romanorū tam horribiliter vastabātur. Icirco Osee.7.
scriptum est, Circundederunt eos adinuentiones suæ. ❡(11) CADENT super eos carbones] hoc

est,materia flammæ infernalis [IN ignem] gehennæ [DEIICIES eos] quantum ad animam sta- E
tim dum moriuntur: quantum vero ad corpus & animam in die iudicii, quando dicturus es, Ite male
Mat.25. ledicti in ignem æternum. [IN miseriis] id est, in pœnis inferni [NON subsistent] non quòd illic es-
se cessabunt, sed quia de vno tormento transibunt ad aliud, vel quia intolerabiles pœnas tolerare co-
Mat. 27 gentur. ❡ (12) VIR linguosus] hoc est Iudas proditor [NON dirigetur in terra] nam abiens la-
Act.1. queo se suspendit. Vel vir linguosus, id est, Iudæus Christo detrahens, eúmque blasphemans, & mul-
tis vanis rationibus demõstrare laborans Iesum Nazarenum non esse Christum in lege promissum,
non dirigetur à deo in terra. i. in vita præsenti, vt salubriter viuat, sed excæcatus manebit, & periet.
[VIRVM ininstum] Christo repugnantem [MALA] pœnæ & culpæ [CAPIENT] id est, compre
hendent [IN interitum] id est, dum morietur. Tunc enim opera eius eum sequentur, & morte tem-
Apoc.14 porali ibit ad mortem æternam. ❡ (13) COGNOVI quia faciet dominus] iustus iudex, qui aliàs
Iere. 29 affirmat, Ego sum iudex & testis. [IVDICIVM inopis] id est, iustum iudicium pro Christo paupe-
Luc.9. re contra aduersarios eius, ipsos iuste damnando. Recte quidem nomine inopis Christũ designat, qui
Zach. 9 de seipso loquitur, Filius hominis non habet vbi caput reclinet. De quo etiam à Zacharia inducitur,
Act.2.3. Ipse pauper, & ascendens super asinam. [ET vindictam pauperum] hoc est apostolorũ ac primitiuæ
4.5.7.8. ecclesiæ quibus Iudæi multas intulerunt iniurias, vt patet in Actibus apostolorum. Sed deus fecit vin
dictam eorum. i. debitã vltionem inflixit Iudæis propter peccata commissa in Christi discipulos, qui F
valde pauperes erant, postquam exposita erant bona illa quę vendiderunt primo ad fidem conuersi.
Act.4. Illis nanque bonis durantibus non erat quisquam egens inter eos, vt scribitur in Act. Hoc autem iudi
cium inopis Christi, & vindicta pauperũ eius erat illa deuastatio Iudæorum à Romanis, quando di-
Lucæ.12 rissime occisi sunt, in vltionem sanguinis Christi & discipulorũ ipsius, quam Christus prædixisse co
gnoscitur. ❡ (14) VERVNTAMEN iusti] videlicet in Christũ credẽtes [CONFITEBVNTVR
nomini tuo] te laudando. Christiani nanq; in Iudæa existentes, instante aduentu Romanorũ, admo-
niti sunt ab angelo sancto egredi Iudæam, & introire regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Ro-
manis, quod & fecerunt, & illic saluati sunt, propter quod deum laudabãt. [ET habitabunt recti] hoc
est iusti Christum sequentes fide & opere, [CVM vultu tuo]. i. tecum in tua præsentia, nunc equidem
per gratiam, postmodum vero per gloriam. Ecce psalmus iste quàm vere & proprie competit Chri-
sto, quàm euidenter Iudæorum malitiam exprimit, quàm veraciter eorũdem punitionem describit.

❡ EXPOSITIO eiusdem psalmi de ecclesia, seu quolibet fideli.

Ecclesia itaque seu anima religiosa aduersitatibus tentationibúsq; pulsata, proclamet ad dñm di
Psalm.17 cens, Eripe me domine ab homine malo, ne cum peruerso peruertar, ne vltra q̃ ferre possum
molester, ne per impatientiã vincar. Martyres sancti hominésq; perfecti, qui in aduersis exul-
tant, in tribulationibus gaudent, non sic petunt ab homine malo eripi, ne persecutionem eius susti- G
neant, sed ne in aduersis deficiant, vel ne plus q̃ expedit eorum saluti, seu bono communi grauentur.
2.Thes. 3 Propter quod dicit Apostolus, Orate vt liberemur à malis & importunis hominibus: à viro iniquo
eripe me. Quod prædixit, resumit: vel per hominem malum intelligit eum, cuius malitia nõ est adeo
magna. Per virum vero iniquum eum, qui omnino induratus atque subuersus est. Qui autem se impa
tientem, & ad mala procliuem cognoscit, orare potest ne persecutionem malorum patiatur, ne per im
patientiam grauius prolabatur. Ego dum versum hunc dico, per hominem malum & virum iniquum
meipsum intelligo. Neminem enim tam secure, certe, atque salubriter malum & iniquum voco ac iu-
1. Cor. 2. dico, sicut meipsum. Præsertim cum dicat Apostolus, Quis scit quid agatur in homine nisi spiritus
eius? Peto igitur eripi à meipso, vt desinam esse malus & impius, sicque abnegem & relinquam me-
ipsum, non quantum ad id quòd sum per naturam & gratiam, sed quo ad id quod sum per propriam
voluntatem & culpam. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, qualiter mihi possint nocere, & ex co
gitationibus talibus tota die, hoc est, indesinenter, & quasi continue constituebant prælia, id est, con-
tentiones & rixas, seu impugnationem à manu. Acuerunt linguam suam sicut serpentes, proferendo
verba adulatoria & fraudulenta more serpentum, qui blandiuntur lingua vt mordeant. Sic iniusti in-
Ierem.9 terdum amicitiam ostendunt in verbis, sed venenum abscondunt interius, de quibus apud Ieremiam
inducitur, Sagitta vulnerans est lingua eorum. In ore pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei
insidias. Vel, Acuerunt linguam suam sicut serpentes, loquendo verba subtilia, acuta, mordacia & no
2.Thes.2 ciua, sicut de quibusdam dicit Apostolus, Sermo eorum vt cancer serpit, venenũ aspidum sub labiis H
eorum. Hoc & cætera quæ nunc transiliuntur, in præcedenti articulo satis exposita sunt. Custodi me
Iohan. 8. domine de manu, id est, de potestate, peccatoris, id est, diaboli, qui (sicut apud Iohannem habetur) à
principio peccat, ab eius tentationibus me tuere, quoniam naturali virtute nullo modo valeo ei resi-
stere, cum sit inuisibilis hostis me incomparabiliter astutior, experientior, agilior, atque robustior.
Iob.41 Non est enim potestas super terram quæ comparetur ei. Ideo domine custodi me per teipsum & an-
gelum sanctum meæ custodiæ deputatum. Etenim nisi tu domine custodieris ciuitatem, hoc est, ani-
mam virtutum concordia circũuallatam, munitam, & plenam, frustra vigilat qui custodit eam, & ab
hominibus iniquis, qui sunt instrumentum & corpus atque ministri diaboli, eripe me ne illis confor-
Psal.126. mer, & dæmonis ditioni subiiciar. Qui cogitauerunt supplantare, hoc est, impedire, conterere, ani-
hilare gressus meos, id est, opera bona, quibus ad te proficiscitur anima mea, absconderunt superbi
laqueum mihi, id est, dæmones dei similitudinẽ inordinate appetentes, & homines excæcati, qui eorũ
pompã sequuntur, non solũ aperte, sed & occulte ac insidiose mihi nocere disposuerunt proponen-
Eccle.37 do mala sub specie boni, loquendo sophistice, agendo pestilenter. Et funes, hoc est, mala exempla

A seu vitia quibus anima dire ligatur, ne deum prompte ac libere imitetur, extenderunt, id est, prolonga
uerunt trahendo peccata velut longam restem, in laqueum, hoc est, in deceptionem, videlicet ad hoc
vt funibus istis anima mea capiatur & vitiis substernatur: iuxta iter quo ambulo, id est, iuxta viā dei,
seu obseruantiam præceptorum, scandalum actiuum, id est, occasionem ruinæ seu offendiculum po-
suerunt mihi. Maligni equidem spiritus iter nostrum velut quidam latrunculi obsident teste Grego- Psalm.25
rio. Quoniam ergo viribus meis euadere aut præualere non potui, ad misericordiam opémque crea-
toris confugi. Dixi domino, Deus meus es tu, non alius aliquis, nam tu solus potes me liberare atque
saluare. Propterea in te solo confido, ad te confidenter recurro. Domine domine virtus salutis meæ,
hoc est, fons, origo, & conseruator totius perfectionis, felicitatis & gratiæ meæ, sine cuius manutenē-
tia nec ad momentum subsistere, aut saluus existere queo, obumbrasti super caput meum, id est, prote
xisti, confortasti & cōsolatus es me in die belli, hoc est, tempore aduersitatis & tentationis, aliter suc-
cubuissem. Non tradas me domine à desiderio meo, id est, contra desiderium meum rationale & ordi
natum, quo cupio tibi semper subesse & adhærere, peccatori, dęmoni seu impio homini, ne ei assimi-
ler cui desidero dispar esse. Vel sic, Non tradas me domine, hoc est, nō me tradi permittas à deside-
rio meo, id est, ab hoste intrinseco, à concupiscētia carnis, ab inordinato affectu seu fomite, peccatori,
videlicet ne à meipso seducar & vincar & potestati dæmonis subdar, quēadmodum de quibusdam ait
B Apostolus, Tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiā & reprobum sensum: cogita Rom.1.
uerunt contra me, dæmon & mundus vt à tuo me obsequio retrahāt, ne derelinquas me vinci ab eis,
ne forte exaltentur, hoc est, triumphent & gaudeant. Nempe qui tribulant me exultabunt si motus Psal.12.
fuero. Derisores enim patimur, à quibus ad illicita instigamur. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Domi- Eccle.23
ne pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & consilio eorum, & incidam in cō-
spectu aduersariorum meorū, & gaudeat inimicus meus. Caput, videlicet dæmon qui est princeps hu
ius mundi, hoc est, reproborū, circuitus .i. exercitus seu turba eorū, videlicet iniquorū. Istud nō re- Iohan.12
gitur, sed præmittitur propter relationē sequentem. Huic igitur capiti & circuitui continget quod
subditur. Labor labiorū ipsorum, hoc est, sermo eorū iniquus quo laborauerūt subuertere innocētes,
operiet eos .i. in eos redūdabit, eis nocebit, & tormētis æternis eos inuoluet, quemadmodum in Eccle
siastico scribitur, Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & nō cognoscet vnde illi Eccle.27
adueniat illusio. Vniuscuiusque etenim malum in proprium redundat authorem: & qui alteri quærit
nocere, primo propria iniquitate occidit aut lædit seipsum, secundum quod Salomon profitetur. In
impietate sua corruet impius, & in insidiis suis capiētur iniqui. Vir linguosus, hoc est, verbosus & gar Proue.11.
rulus, procax ad fabulandum, non dirigetur ad debitum finem à gratia dei in terra habitationis vitę
præsentis. Non enim tendit ad vltimum finē, qui est deus & vita æterna, sed inferno quotidie appro-
C pinquat. Vnde in Eccl. habetur, Vidisti aliquē velocē ad loquendū, stultitia magis speranda est quàm Prou.20.
illius correctio. Et, Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam. Faciamus ergo quod Iacobus con- Iacob.1.
sulit, Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autē ad loquendum. Alibi enim scriptum est, To- Prou.29.
tum spiritum suum profert stultus, sapiens autem differt in posterum. Maxime vero oportet nos so-
litarios esse, in verbis cautos & circūspectos, si volumus deo in stabili puritate & pace seruire. Cogno
ui ex sacra scriptura, ex reuelatione diuina, imō ex ratione naturali, quia faciet domin9 iudiciū inopis.
Qui vere & sponte inops ac humilis est, huius iudicium dominus faciet, iusto iudicio eum saluando,
eiúsq; persecutores damnando. Ideo additur: & vindictā pauperum: sicut & alibi ait, Mihi vindictam Deut.32.
& ego retribuam. Quāuis enim omniū iniuriam dominus vlciscatur, atq; pro omnibus electis iudiciū
faciat, maxime tamen vlciscitur iniuriam pauperum spiritu, atq; pro inopibus iudicat. Ei enim dereli Psalm.9
ctus est pauper. Propter quod per Esaiam ait, Egenum, inquit, & pauperem non derelinquam. Verū- Esaiæ 12.
tamen iusti confitebuntur, in prosperis & aduersis, nomini tuo, duplici confessione, videlicet cofessio
ne laudis diuinæ, ac propriæ culpæ. Bona enim tibi, mala vero sibiipsis ascribent, & quicquid eis acci
derit, te in omnibus iustificabunt, dicētes, Sicut domino placuit, ita factum est, Sit nomen domini be- Iob 1.
nedictum. Et habitabunt recti cum vultu tuo, hoc est, tibi vtientur, téque fruentur, te facie ad faciem
in patria contemplabuntur. Porrò in isto exilio iusti confitentur domino duplici cōfessione, sed con-
fessio laudis eorum est imperfecta. In patria vero non nisi confessione laudis domino confitētur, sed
D illa confessio perfecta est atque perpetua. Nunc etiam habitant cum vultu diuino, conuersando syn-
cere coram deo, eúmque fideliter contemplando. Hæc tamen habitatio non est fixa & proprie dicta. Mich.6.
Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Iā patria autem vere, fixe, & Hebr.13
proprie habitare dicuntur cum vultu diuino. Ecce Psalmum feruidis orationibus plenum & morali
instructione ornatum audiuimus: quē decet nos ardenti affectu proferre, atq; ex eius doctrina disce-
re quod incessanter ad deū recurrere indigemus, eo quod ipse sit virtus nostræ salutis. Propterea sem
per ex corde ei dicamus, Salus nostra in manu tua est, respiciat nos dominus noster, & læti seruiemus
regi. Hæc enim fuerunt verba Aegyptiorum ad Ioseph. Per Aegyptios autem signantur peccatores. Gen.47.
Per Ioseph Christus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXL.

### ¶Expositio Tituli.

Titulus Psalmi est, Psalmus Dauid. Ipse enim beatus Dauid autor est Psalmi præsentis. Loquēs in eo in persona hominis studiosi perfectionem attingere laborantis, quam, quia sine custodia linguæ adipisci non valet, precatur sibi à domino gratiam cōdonari, qua linguam refrenet ac regat, & ait.

PRECATIO. E

*Clamantium ad te domine intende uoci, peccantes nos non in ira sed in misericordia increpa, pone custodiam ori nostro, & non declines cor nostrũ in uerba peccati & malitiæ: sed linguã nostrã fac semper exultare in laude gloriæ tuæ.*

¶ EXPOSITIO Psalmi literalis.

DOMINE clamaui ad te] non tam alta voce quàm vehementi, ac præcordiali
affectu. Non enim remisse aut pigre inuocandus est deus, sed animo timorato,
affectuoso, atq; peruigili, imò & incessanti. Quemadmodũ in Ecclesiastico in-
Eccl.12. ducitur, Non impediaris semper orare, & ante orationẽ præpara animã tuam,
& noli esse quasi homo tentans deum. Idcirco cum dixisset, Domine clamaui
ad te, scilicet tempore præterito, profitetur se in præsenti clamare, & in futuro
clamaturum esse, vt pandat se nunquam à prece velle cessare. Sequitur enim
[EXAVDI me] nunc in præsenti [INTENDE voci meæ, dum clamauero ad
te] hoc est, quocunque tempore futuro te inuocauero, ostende te mihi intendere, ita, vt vocem meam
i. orationem meã diligenter consideres, & pie exaudias. ¶ (2) DIRIGATVR oratio mea] hoc est,
ascendat, cælos penetret, tibi perfecte complaceat [SICVT incensum] in lege dirigebatur ad te, & fu
mando ascendit, ac tibi præ cæteris sacrificiis placuit: non propter seipsum sed ex deuotione offeren- F
Exod.19. tis. Quod autem subiungitur, [IN conspectu tuo] referri potest ad vtrunque horũ, videlicet vt oratio
dirigatur in conspectu dei sicut incensum. Vel vt oratio dirigatur ad deũ, sicut incensum dirigebatur
in conspectu diuino. Dicebatur autem incensum oblatio quæ tota incendebatur, & comburebatur ad
dei honorem: per quod designatur obsequium perfectorum, qui se totos mancipãt deo, seq; totaliter
abnegant & relinquunt. Petitur ergo vt sicut incensum coram deo ascendit, & placuit propter deuo-
Eccle.35. tionem feruidam offerentis, sic oratio nostra coram deo ascendat atq; complaceat. Vnde in Ecclesia-
stico habetur, Oratio humiliantis se penetrabit nubes. Et alibi, Oratio iusti penetrat cęlos [ELEVA-
TIO manuum mearum] id est, exaltatio desideriorum meorũ ad superna, directio operum meorũ ad
diuina, erectio manuũ mearũ corporalium ex cordis eleuatione procedens, seu ordinata ad illam vir-
tualiter sic coram te domine [SACRIFICIVM vespertinũ,] quatenus ita placeat tibi sicut placebat
sacrificium vespertinum seu vltimum quolibet die, quando videlicet offerebatur agnus ad vesperam,
cuius immolatio erat figura immolationis agni dei, scilicet Christi in cruce. Vnde Christus in cruce
pendens dicere poterat, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinũ. ¶ (3) PONE domine cu-
stodiam ori meo] hoc est, da mihi gratiam custodiendi os meum, ne loquar vel taceam inordinate sed
dum tempus est loquendi prudenter atque vtiliter loquar. Dum vero tempus tacendi affuerit, mode- G
rate ac laudabiliter taceam. Pone quoq; [ET ostium circumstantiæ] id est clausuram discretam [LA-
BIIS meis] videlicet vt tunc vbi & taliter labia mea ad loquendum aperiam, & ad tacendum reclu-
dam quando, quo loco, & qualiter oportet, aut expedit: vt sim in vtroq; discretus & fructuosus. Hoc
Eccle.22 est, quod ab ecclesiastico inducitur, Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculũ cer-
tum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea me perdat? ¶ (4) NON declines,] hoc est, nõ inclinari seu
moueri permittas [COR meum in verba malitiæ] vt verba maligna effundat, videlicet [AD excusan-
das] id est, excusatorie proferendas [EXCVSATIONES in peccatis] mihi obiectis, & à me perpe-
tratis. ¶ (5) CVM hominibus operantibus iniquitatem [hoc est, sicut agunt homines assueti, seu habi-
tuati in malo [ET non cõmunicabo] per consensum seu imitationẽ huiuscemodi excusationes [CVM
electis] id est, præcipuis [EORVM] qui se excusant. Electi enim eorum sunt, qui in modo & arte ex-
Iob.36. cusandi propria vitia aliis eminent, qualiter sunt simulatores & callidi, qui (sicut asserit) prouocant
iram dei. Hoc est, miserandissimum genus prauorũ, qui propria delicta excusant. Hi enim obicem po
nunt remedio, vulnus suum abscondunt, manus diuini iudicii incidunt, insanabilésq; consistunt. Mul
tipliciter vero excusat quis sua peccata, primo dicendo id quod malum est non esse malum. Contra
Esaiæ 5. quos per Esaiam dicitur, Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Et Amos ait, Væ qui con-
Amos 6. uertistis in amaritudinẽ iudicium, & fructũ iustitiæ tuæ in absynthium. Secundo negando se peccasse
Amos 5. cum tamen peccauerit, quod quàm damnabile sit, dominus alibi manifestat dum ait, Ecce ego iudicio
contendam tecũ, eo quod dixeris, non peccaui. Tertio alleuiando propriã culpam, dicendo, Non ad- H
uerto, nõ pondero, habeo à natura. Quarto, imputando alteri propriũ malum, dicendo, Ille me indu
Proue.12. xit, ille est causa peccati mei. Hinc enim in Prouerb. dicitur, Qui odit increpationes insipiens est. Et,
Proue.15 Non amat pestilens eum qui se corripit. Et Salomon iterũ loquitur, Qui abiicit disciplinam, despicit
Ibidem. animã suam: qui autẽ acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Propterea quantũ distat cælum
à terra, & ortus ab occidente, tam remote abiiciamus semper à nobis tam pessimũ vitiũ. ¶ (6) COR
RIPIET me iustus,] qui neminem palpat, nulli blanditur, [IN misericordia] id est, pie & charitati-
ue, non crudeliter & inuidiose [ET increpabit me] propter meos excessus sicut dilectio fraterna ex-
postulat [OLEVM autem] i. adulatio, simulata dilectio, falsa laudatio [PECCATORIS non impin-
guet caput meum] id est, non delectet mentem meã, non me demulceat, non mihi cõplaceat, nec ad
Eccle. 11. consensum illicitum pertrahat. Vnde scriptũ est, Attende tibi à pestifero. ¶ (7) QVONIAM adhuc
& oratio mea] versatur [IN beneplacitis eorũ]. i. in his quæ peccatoribus istis placent, quatenus ipsi
à suis peccatis desistant, & ne ego ab eis seducar. Hoc igitur continuo oro vt ipsi cõuertantur, & ego
custodiar [ABSORPTI sunt iuncti petræ iudices eorum] id est, principales & magistri istorum iũcti
petræ. i. deo seu diuinæ iustitię comparati, absorpti sunt, id est, omnino defecerunt, ita quod nihil ve-
ræ iustitię habent, pręsertim cum careant fide per dilectionem operante. Bene autem per petram in-

A telligitur Christus iuxta illud, Dominus petra mea & robur meũ. Vel, per petram accipitur Christus 2.Re.22.
qui stultam fecit sapiẽtiam huius mundi, damnabilémq; probauit iustitiam confidentiũ propriis viri-
bus: & philosophorum, qui in suis cogitationibus euanuerunt. ❡(8) AVDIENT] id est, audiant pec 1.Cor.1.
catores ad suam correctionẽ [VERBA mea] informatoria atq; salubria [QVONIAM potuerunt]. i. Rom.1.
quoniam verba mea efficacia siue potentia sunt ad instruendũ iniquos. Vel quoniã potuerunt, ipsi au
dire verba mea, cum non sint incorrigibiles penitus [SICVT crassitudo terræ] hoc est, pinguedo la-
tens sub terra [ERVPTA est] id est, ascendit & apparuit [SVPER terram] cũ terra vomere scinde-
retur, sic verba mea potuerunt eos corrigere, tanquã dicat, Quemadmodum crassitudo terræ egredi-
tur, terrámq; fœcundat, sic verba mea spiritualiter fœcundare possunt corda infructuosa & mala. Me
lius tamen videtur vt istud referatur ad versum sequẽtem, præsertim quoniam in Hebræo hic incipit
versus, eritque sensus, Sicut crassitudo terræ erupta est, id est, erupit super terram aratam, sic. ❡(9)
DISSIPATA sunt ossa nostra] id est, virtutes animę nostræ debilitatæ, dispersæ, seu corruptæ sunt,
[SECVS infernum]. i. iuxta peccata quæ sunt portæ inferni. Peccando nanque virtus animæ dissipa-
tur atque inferno appropinquat. Mortali enim peccato corrũpitur, veniali vero debilitatur: & dum
vna amittitur, cæteræ quoquæ perduntur. Dicuntur autẽ ossa virtutes, quoniam sicut ossa sunt robur
& firmitas corporis, sic virtutes stabilimentum sunt animę [QVIA ad te domine domine oculi mei]
B id est, ex quo, ô domine domine oculi cordis mei diriguntur ad te, idcirco in te speraui, qui non despi
cis confugientes ad tuam clementiam [NON auferas animam meam] à consortio electorum, nec eam
auferri permittas à te per culpam, sed quando fuerit à te auersa digneris eam cõuertere, & tibi insepa
rabiliter copulare. ❡(10) CVSTODI me à laqueo]. i. deceptione [QVEM statuerunt mihi] dæmon
& mundus ne incidam illum & capiar [ET à scandalis operantium iniquitatem]. i. à vitiis impiorum
scandalizãtibus pusillos, videlicet ne ex dicto aut facto inordinato alterius scandalizer, sed in via dei
fortis, solidúsque persistã. Nam qui scãdalizatur pusillus est. Perfecti vero nec scãdalizantur nec scan
dalizant actiue. ❡(11) CADENT in retiaculo]. i. in muscipula, seu deceptione [EIVS] scandali, vel
iniquitatis, seu dæmonis [PECCATORES.] Ipsi enim ruunt ad culpam ex deceptione scandali, ex
fraude diaboli, ex attractione peccati [SINGVLARITER sum ego]. i. ab impiis sequestratus subsi-
sto, & soli portioni seu societati iustorum adhæreo [DONEC transeam] de via ad patriam. Psalmus
iste deuotissimis precibus adornatus nos admonet vigilare circa linguæ custodiã. Magna nempe per-
fectio est custodia linguæ. Imò diuina scriptura beatitudinem in ea aliquo modo constituit. Scriptum
est enim, Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et iterum, Beatus vir qui nõ est lapsus in Iaco.3.
verbo ex ore suo. Ad custodiendam autem linguam. Primo oportet pensare qualitatem eius cui loqui Eccle.14
mur, quatenus verba nostra aptemus capacitati & dispositioni eius cui loquimur. Secundo obseruan-
C dum est debitum tẽpus loquendi, videlicet vt non loquamur nisi fructus sperari possit ex loquutio-
ne profuturus. Tertio, considerare oportet vbi, & inter quos loquendum sit. Non enim in ecclesia fa-
bulari debemus. Et in Ecclesiastico habetur, Loqui in medio magnatorum non præsumas. Et, Vbi nõ Eccle. 23
est auditus non effundas sermonem. Quarto seruanda est quantitas in loquendo, ne plura verba pro- Ibidem.
feramus, quàm oportet aut expedit. Propter quod à Salomone dicitur, Qui moderatur labia sua pru Prou.10.
dentissimus est. Et rursus, In multiloquio non deerit peccatũ. Quinto pẽsandũ est qualiter sit loquen Ibidem.
dum, videlicet modeste, mansuete, suauiter. Scriptum est enim. Verbum dulce multiplicat amicos, &
mitigat inimicos. Et iterum, Respõsio mollis frangit iram. Sexto consideremus, cur seu propter quẽ Eccle.6.
finem loqui intendimus, scilicet, ad dei honorem, & propter rationabilem causam. Proue. 15

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLI.

❡EXPOSITIO Tituli.

PRænotatur autem Psalmus præsens hoc titulo, **Intellectus Dauid cum esset in spelunca oratio.**
Ad literam sanctus Dauid fugiens regem Saulem, fecit hunc Psalmum cum lateret in spelunca 1.Reg.22
Odollam, suppliciter petẽs liberari diuinitus à persequutoribus suis. Et est sensus tituli talis. In-
D tellectus Dauid, id est, Psalmus iste est eruditio Dauid, qui & ipse à spiritu sancto edoctus est ad scri-
bendum hunc Psalmum cum esset in spelunca prædicta absconditus, qua etiam ipse Dauid nos erudi
uit. Suo enim exemplo docet nos clamare feruenter, fiducialitérque ad dominum. Expositio autẽ lite
ralis Psalmi præsentis difficultatem non habet. Petit enim Dauid à Saule eiúsq; fautoribus erui, qui
sibi varios laqueos parauerunt. Sed quoniã in principio tituli dicitur, Intellectus Dauid. Videtur ipse
Dauid scripsisse hunc Psalmum magis de re significata, quàm de figura significante. Quamuis enim
Dauid aliquos Psalmos ediderit occasione persequutionis suæ quam sustinuit à Saule & Absolone,
ac aliis, tamen cum esset propheta de Christi mysteriis præ vniuersis prophetis illuminatus, creden
dum est quod in talibus psalmis potius vaticinetur de Christo quàm orationem siue historiam textat
de semetipso, præsertim cũ Dauid nõ ignorauerit se esse figurã Christi, & in Christi figura sibi con-
tingere multa eorũ quæ sibi accidisse noscuntur: sic in præsenti credendum est. Dauid enim est figura
Christi, Saul vero cum populo suo sibi consentiẽte, typus est principis sacerdotũ ac Iudæorum per-
sequentium saluatorem. Spelũca vero significat præsens seculum, seu corpus passibile. Est itaque ti-
tuli sensus, Psalmus iste est intellectus Dauid, id est, Christi per Dauid figurati, quem intellectũ Chri
stus habuit, cum esset in mundo inferiori, seu corpore suo mortali, & est oratio eius. Christus ergo
vt homo passibilis, in passione constitutus, ait ecclesiæ se clamasse ad dominum, vt doceat eam etiam
sic agere dum tribulatur.

PRECATIO, E

*In uia præsentis uitæ, qua ambulamus domine, laqueos hostium absconditos fac nos declinare: ut nos persequẽtes non præualeant, sed procul à nobis te iubente recedant.*

¶Expositio Psalmi iuxta sensum literalem.

VOce mea ad dominũ clamaui] orando pro celeri resurrectione, pro corporis
mei glorificatione, pro transgressorum conuersione [VOCE mea dominum de
precatus sum] Repetit quod prædixit propter expressionẽ maiorem, & exhor-
tationem efficaciorem. ¶(2) EFFVNDO in conspectu eius orationem meam]
orando eum intente, eiusque præsentiam cogitando solicite, [ET tribulationem
meam.] corporalem seu exteriorem, & spiritualem, seu interiorem, videlicet tri-
stitiam & timorem: quam tribulationẽ mihi intulerunt Iudæi, vel quam sponte
Matt. 26. assumpsi, & quam ex cõpassione errantium habui [ANTE ipsum pronũtio] id
est, corã deo patre exposui. Hæc omnia Christum fecisse, Euãgelistæ testantur. Quomodo enim pas-
Lucæ 22. sione instante ter patrẽ orauit Matthæus refert. Et quomodo tunc factus sit sudor eius sicut guttæ san
guinis, factúsq; in agonia prolixius orauerit, in Luca scriptum est. ¶(3) IN deficiẽdo ex me spiritum
meũ].i. cum spiritus meus creatus, videlicet anima rationalis in me existens deficeret ex se seu sua cõ-
Marc. 14 ditione, non defectu culpæ, sed pœnæ, quãdo videlicet cœpi pauere & tedere, & quando in agonia fa F
ctus sum, vel quando inclinato capite tradidi spiritũ [ET tu cognouisti semitas meas].i. tunc tu ô pa-
Lucæ. 22 ter per approbationem nouisti doctrinã, conuersationémq; meam, & omnia quæ pro humana salute
Matt. 27. assumpsi, feci, atque perpessus sum. ¶(4) IN via hac qua ambulabam] id est, in seculo isto, in via vir-
tutum quam incessi in tota conuersatione mea [ABSCONDERVNT] Iudæi [LAQVEVM mihi,]
id est, contra me insidiantes mihi occulte, loquentes adulatorie, variísque frauduleotiis quęrentes no-
cere. ¶(5) CONSIDERABAM ad dexteram].i. ad partem mihi fauorabilem, videlicet ad notos at-
que discipulos meos [ET videbam] an aliquem mihi constanter cohęrentẽ inuenirem [ET non erat]
Matt. 26. aliquis vir [QVI cognosceret me] cognitione publicæ cõfessionis. Tẽpore enim quo captus est Chri
Marc. 14 stus discipuli omnes relicto eo fugerunt, & paulo post princeps eorum cœpit anathematizare, detesta
Lucæ 22. ri, & iurare, quia nescio hominem istum. ¶(6) PERIIT fuga à me] quoniã fugere nolui, sicut supra
dictum est, Traditus sum & nõ egrediebar. Vel, Periit fuga à me.i. ita ligatus sum vinculis, & circun-
Psalm. 87 datus hostibus, quod humano modo loquendo fugere nequeo, quãuis vellem. Non enim nisi superna
turali virtute fugere potuisset dum erat ligatus, hostibúsq; vallatus [ET non est qui requirat animam
Matt. 27. meam].i. nemo erat qui conaretur me de manu hostium liberare constanter. Quamuis enim Pilatus
ad tempus studuerit me eripere, tandem tamen dedit sententiam contra me: qua data, nemo contra- G
Esaiæ 63 dixit. Vnde Christus testatur, Circumspexi, & nõ erat auxiliator. Itémq;, Torcular calcaui solus & de
Ibidem. gentibus non est vir mecũ. Supra quoque prædictum est, Et sustinui qui simul contristaretur, & non
Psal. 68. fuit. ¶(7) CLAMAVI ad te domine, dicendo in cruce, Eli, Eli, id est, Deus meus, deus meus: vt quid
Matt. 27. dereliquisti me? Et, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, [OSES tu es spes mea].i. in quo
Psalm. 30 spero secundum quod homo, & aliquo modo viator. Sperauit autẽ Christus in deo nõ per spem, quæ
Lucæ 23. est virtus theologica, quæ in cõprehensoribus locum non habet, sed per quandam præstolationẽ siue
fiduciam, qua omne bonum quod nondum habuit, à deo longanimiter expectauit [PORTIO mea].i.
bonum quod ego requiro, intendo, & diligo, est [IN terra viuentiũ] id est, in regno cælorum. Et po-
Psalm. 15. test nomine portionis intelligi deus, de quo dictũ est supra, Dominus pars hæreditatis meæ. Vel retri
butio gloriæ quæ confertur electis. Vel sic, Portio mea.i. ecclesia electorũ quæ est pars mea, ex multis
mihi proueniens electa ac data, in terra viuentium.i. mecum erit in regione paradisi cælestis, sicut di-
Iohan. 17 xi, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam dedisti
mihi. ¶(8) INTENDE ad deprecationem meã, quia humiliatus].i. contẽptus, abiectus, blasphema-
Esaiæ 53. tus, imò turpissima passione afflictus [SVM nimis] à Iudæis. Quemadmodũ scriptum est, Nos puta-
uimus eum quasi leprosum, & à deo percussum & humiliatũ. ¶(9) LIBERA me] suscitãdo me ter-
tia die [A persequentibus me].i. Iudæis, atque Pilati ministris me crucifigẽtibus [QVI confortati sunt
super me] secundum apparentiam, quia permissi sunt mihi præualere, quantum ad hoc quod me oc-
Ierem. 11. cidere potuerũt. Interdum enim Christus aliquid dicit, quia sic esse videbatur, quemadmodum apud H
Ierem. ait, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimã, & non cognoui, quia super me cogita
Zach. 9. uerũt consilia. ¶(10) EDVC de custodia].i. de clausura seu carcere limbi infernalis, qui alibi vocatur
lacus sine aqua [ANIMAM meam] quæ ibi fuit quousq; corpori reunita est [AD confitendum nomi-
ni tuo].i. vt te laudet nouo modo, & coram aliis tam in ecclesia militanti quàm triũphanti, tibiq; gra-
tias agat de gloria resurrectionis, de eductione patrum ex limbo, de omni præmio accidẽtali sibi re-
center collato, [ME expectant iusti] existentes in limbo, [DONEC retribuas mihi] præmium acciden
tale, quod patiendo promerui, videlicet resurrectionem beatã. Non enim educi potuerũt donec Chri
Ibidem. stus à morte surrexit. Propterea quãuis anima Christi in limbũ venit ante resurrectionẽ, expectabant
tamen aduentũ Christi vsq; ad horam resurrectionis, In qua suos inde captiuos eduxit, prout Zac. ad
eum ait, Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.

¶Expositio allegorica eiusdem Psalmi.

POrro allegorice exponi potest hic psalmus de quolibet fideli in magnis tribulationibus consti-
tuto, qui dicere potest. Voce mea.i. voce propria, voce interioris hominis, nõ per intermediam
vocem, ad dominum clamaui, qui solus me eripere potest atq; saluare. Sunt autem nonnulli qui
negligunt propria voce clamare ad dominũ, sed aliis dicunt, Ora pro me, Effundo in conspectu eius,

A id eſt,eo præſente & attendente,orationē meā,ſicut in Threnis dicitur,Effunde ſicut aquā cor tuum, Thren.2.
ante conſpectū domini dei tui.Et mater Samuelis, Effudi(inquit)animā meā in cōſpectu domini. De
bemus autē effundere cor noſtrū ad preces corā deo cū omni fiducia,deuotione,ac perſeuerātia,ſicut 1.Reg.1.
corā benigniſsimo patre,piiſsimo ſaluatore,fideliſsimo & omnipotēti adiutore:ſicq; proculdubio ſu-
ſcipiemur ab eo:& tribulationē meā quā patior à dæmone,mundo,& carne,ante ipſum pronūtio, vt
ipſe me cōſoletur & liberet.Dico ergo & conqueror ei quāta ſuſtineo, nō vt ipſe ſciat, ſed vt cōfeſsio
miſeriæ meę ei⁹ miſericordiā prouocet. Vnde ſupra dictū eſt,Reuela dño viā tuā,& ipſe faciet.In de- Pſalm.36
ficiendo ex me ſpiritū meū.i.dum anima mea ex ſua fragilitate deficeret, cadendo in vitia vel patiēdo
aduerſa,nec ſufficienter valendo proſequi quæ requiruntur ad obtinendam ſalutē : dum ita deficeret
anima mea,effundo in cōſpectu tuo orationē meā,& tribulationē meam ante te pronuntio. Vel refer-
tur ad ſequentē partē huius verſus,quo dicitur,Et tu cognouiſti ſemitas meas,quicquid ago & patior,
quicquid cogito,appeto,loquor, aut facio:iuxta illud,Reſpicit dñs viā hominis,& omnes greſſus illi⁹ Prouer.5.
conſiderat.In via hac qua ambulabā.i.in cōuerſatione qua præcepta dei cuſtodire diſpoſui, abſcōde-
rūt hoſtes animæ meæ laqueū mihi,quærētes me in peccati cōſenſum pertrahere.Cōſiderabā ad dex-
terā.i.ad eos à quibus ſperaui me amplius adiuuādū, & videbā ſi,quis mihi ſuccurreret, & nō erat qui
cognoſceret me.i.qui ſigna dilectionis mihi oſtenderet,ſed velut alieni abierūt à me,ſicut Iob ait,Fra Iob 9.
B tres mei elōgauerūt à me,& noti mei quaſi alieni receſſerūt à me.Periit fuga à me.i.tot laqueis tot ma
lis atq; periculis circūdatus atq; repletus ſum,quod ea ꝓpria poteſtate euadere nequeo:& non eſt qui
requirat animā meā, vt eam ſaluet,niſi tu deus meus.Nō enim eſt alius qui pugnet pro me. Hæc atq;
ſimilia dicit afflictus ex vehemēti dolore. Vel,quia ſimpliciter nullus eſt qui eū cognoſcat,& vitā eius
requirat,vel quoniā adeo pauci ſunt & impotētes vt ꝓ nihilo reputentur,idcirco,Clamaui ad te dñe,
qui ſolus potes me liberare,clamādoq; dixi,tu es ſpes mea.i.obiectū,cauſa,& finis ſpei meæ in te con
fido,te expecto,teq; finaliter adipiſci ſpero:portio mea.i.hęreditas mea,præmiū meū atq; diuitię ſint
in terra viuentiū,ſicut tu domine iubes, Theſaurizate(inquiēs)vobis theſauros in cælo.Intēde ad de- Matth.6.
precationē meā,eā celeriter exaudiēdo,quia humiliatus ſum nimis.i.multū afflictus,tentatus,oppreſ-
ſus ſum:ſed & ego valde humiliaui meipſum,vt miſericordiā inuenirē. Vnde in Eccleſiaſt.dicitur,Hu Eccle.7
milia valde ſpiritū tuū,quia vindicta carnis impii,ignis & vermis.Libera me à perſequētibus me, ſcili
cet inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus,quia confortati ſunt ſuper me.Nō enim reſiſtere poſſum eorū
dolis atq; inſidiis,niſi per gratiæ tuæ ſubſidiū.Educ de cuſtodia animā meā.In hebræo habetur,Educ
de carcere.Sēſus vero permanet idem,qui talis eſt.Educ de cuſtodia.i.de iſto exilio, de corpore mor-
tis huius,de valle hac lachrymarū,animā meam,transferēdo eā de via ad patriā,ad confitendū nomi-
ni tuo, confeſsiōe inceſſabilis hymni cū ſanctis in regno cæleſti.Hoc dicere pertinet ad perfectos,qui
C bona cōſcientia cupiūt diſſolui,& eſſe cū Chriſto.Cæteri vero dicere poſſunt, Educ de cuſtodia ani- Philipp.1
mā meā quotidie per vitā ſpiritualē, per contemplationē cæleſtium,per deſideriū æternorū, vt anima
mea carnē tranſcēdat,mundū relinquat,in cælis cōuerſationē habere laboret. Sicq; ad illos pertineā, Philip.3.
quibus ait apoſtolus, Vos autē in carne nō eſtis,ſed in ſpiritu. Et,Nos reuelata facie gloriam domini Roma.8.
ſpeculātes,me expectāt iuſti in patria,quatenus in me ſuam recipiāt domū,ſocietatē,& gloriā, donec 2.Cor.3.
retribuas mihi,vitā æternā pro mercede obſequii tibi impenſi,videlicet vſq; ad horā mortis meæ, vel
vſq; ad horā eductionis de purgatorio,vel vſq; ad diem vniuerſalis iudicii,quo electi anima & corpo
re præmiabuntur.Cū magno deſiderio præſtolantur beati noſtrum aduentū, tanquam vere amantes
nos:propter quod merito feſtinaremus occurrere eis,& eorum iucundiſsimæ ſocietati vniri,ne nobis
dicatur illud, Vſquequo marcetis ignauia,& non intratis ad poſsidendam terram quam dominus de- Ioſue.18.
dit vobis?Pſalmum iſtum ignitis affectibus redolentem, & feruidis precibus plenum,decet nos corde
deuotiſsimo decantare,& quaſi proprii cordis affectu omnia verba eius formare.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLII.

### ❡Expositio Tituli.

D HAbet hic pſalmus nunc exponendus pro titulo, Pſalmus Dauid quando perſequebatur eum
filius ſuus Abſolon.Ad literam enim edidit Dauid hunc pſalmum dum fugeret à facie Abſo
lon filii ſui.De qua perſequutione habetur in ſecundo libro Regum. Et quāuis litera Pſalmi 2.Re.17
huius poſsit applicari ad hoc(ſicut & breuiter tāgetur) aptius tamen eſt vt exponatur hic Pſalmus in
perſona cuiuſlibet pœnitentis.Loquens igitur Dauid in perſona pœnitentis,ait.

### PRECATIO.

*Spiritu noſtro deficiente velociter exaudi nos domine,conforta nos,& notam fac nobis viā in qua placentes tibi ambulemus,ut ſpiritu tuo bono nos deducente,animā noſtram de omni educas tribulatione, ac in tua viuifices nos æquitate.*

### ❡Expositio Tropologica.

DOMINE exaudi orationem meā,auribus] tuæ immenſæ pietatis [PERCIPE obſecrationem meam] Aures dei aliud non ſunt , niſi miſericordia & ſapientia eius,ſicut frequenter inductum eſt, Sæpe autem loquitur ſcriptura de deo more humano.Dicitur ergo deus auribus percipere,non quòd aliquid de nouo cognoſcat:ſed quia gratiam largiendo oſtendit ſe ſcire atque attendere preces noſtras. Quāuis autem inter orationem & obſecrationem poſsit poni diſtinctio: quoniā obſecratio proprie dicitur, dum aliquid poſtulamus à deo per aliquod ſacrum,ſicut cum dicimus,Per natiuitatē tuam libera nos domine: vel,propter

misericordiam seu bonitatē tuam exaudi me domine, tamen hoc locò accipi possunt pro eodem. Con E
suetudo nanq; scripturæ est, præsertim in his quæ pertinent ad affectũ, idem sub aliis verbis frequen-
ter repetere, quod fit propter rationabilissimam, ac vtilissimã causam, videlicet vt affectus in seipso,
incalescat & recalescat, dum proprium desideriũ replicatur & renouatur. Vna quippe bona affectio
aliam nutrit, imò vna affectio ardens aliam sibi in specie similem multũ inflammat. Ideo adhuc subdi-
tur [IN veritate tua exaudi me] id est, sicuti promisisti quod orantem exaudires, ita exaudi me. Scri-
Deut.4. ptum est enim, Cum quæsieris dominũ deum tuũ, inuenies eum, & iterum, Omnis qui inuocauerit no
Iohel.2. men domini, saluus erit. Et rursus, Quis inuocauit eum, & despexit eum? Itaque exaudi me in veritate
Eccle.2. tua [IN iustitia tua]. i. sicut hoc iustum est corã te vt facias sicut dixisti. Vel, in tua iustitia, id est, merito
conuersationis seu operationis meæ iustæ, quæ dicitur tua iustitia, quoniam à te mihi collata est, pro-
pter quod non mihi, sed tibi eam ascribo. Hoc modo exaudiri in iustitia dei orauit Ezechias, dicens,
Esaiæ 38. Obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto
4.Re.20 ¶ (2) ET non intres in iudiciũ cum seruo tuo] Superius sæpe Psalmista dicit, Iudica me domine, seu
2.Par.23 aliquid simile. Nunc vero Precatur vt deus non intret secum in iudicium. Illic ergo locutus est de iu-
Psalm.25 dicio discretionis, quo in præsenti vita boni discernũtur à malis voto & merito. Sicq; orare debemus,
Psal.43. vt deus iudicet nos. i. à malis discernat ac diuidat: nunc vero loquitur de iudicio districtæ discusio-
nis, seu iustæ vltionis. Est igitur sensus: non intres in iudicium cum seruo tuo. i. noli me seruum tuũ se- F
cundum rigorem tuæ iustitiæ iudicare, & condemnare. Noli mihi reddere secundum exigentiam ini-
quitatis meæ, sed secundum misericordiam tuã indulge mihi, & salua me. Ad literam dixit hoc Dauid
2.Reg.11 pro seipso, Persecutionem enim filii sui patiebatur propter adulterium suum cum Bethsabee, homici-
dium Vriæ, sicut Nathan propheta sibi prædixit. Secundum rigorē vero diuinæ iustitiæ meruit mor-
Deut.22. tem propter vtrumq;. Lex nanque tam adulteriũ quàm homicidium vlciscitur morte. Idcirco Dauid
orauit, ne sicut iustitia exigebat, reciperet. Adducit autem & persuasionē ad hoc [QVIA non iustifica
bitur in conspectu tuo omnis viuens] hoc est, nullus homo viuēs in seculo isto, iustus est corã te per-
fecta iustitia, quasi nihil habeat de iniustitia, seu peccato: sed omnis homo viator aliquid habet de iniu
1.Iohan.1 stitia, propter quam petere debet, ne intres secum in iudiciũ. Hinc enim Iohan. Si dixerimus (inquit)
Rom.3. quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Paulus quoq;, Omnes peccauerunt, & egent glo-
Prou.24 ria. i. gloriosa misericordia dei. Deniq; (Salomone testante) septies in die cadit iustus. Et, Quis potest
Prou.26. dicere, mũdum est cor meũ, purus sum à peccato? Hinc ab Ecclesiastico dicitur, Non te iustifices ante
Eccle.7. deum. Sed si hæc ita se habent, quid est quod Ezechias, Ieremias, Ester, Iudith, & alii multi leguntur
Esaiæ 38. suas coram deo iustitias atq; perfectiones præcipuas allegasse, sicut nũc sæpe cõmemoratũ recordor?
Ester 14. Et respondendum, quod non simpliciter, sed humano modo se iustos dixerunt. Scientes vtique quod G
Iudith 9. omnes eorum iustitię essent coram deo sicut pannus menstruatæ. Vnde quod dictum est, Non iustifi-
Esaię 64 cabitur in conspectu tuo omnis viuens, non est ita intelligendum quod nullus homo viuens, corã deo
aliquo modo iustificabitur, imò in die iudicii non solum in conspectu dei, sed etiam à deo iustificabun
Matt.25 tur seu iusti dicentur omnes qui audient, Venite benedicti patris mei. Sic ergo cõuenienter accipitur:
Non iustificabitur in conspectu tuo, hoc est, in comparatione tuæ iustitiæ, omnis viuēs. Propter quod
Iob 9. scriptum est. Non iustificabitur homo compositus deo. Et iterũ, Ecce luna non splendet, & stellę non
Iob 15. sunt mundæ in cõspectu eius. Quantomagis homo putredo, & filius hominis vermis? Hinc rursus a-
pertissime scriptum est, Nunquid homo dei cõparatione iustificabitur? Bene ergo & vere ait sanctus
Iob 5. apostolus, Horrēdum est incidere in manus dei viuentis. Alia enim sunt iudicia dei, & alia iudicia ho-
Hebr.10. minum. Indesinenter igitur cum omni humilitate dicamus deo, Non intres in iudiciũ cum seruo tuo
domine, quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Idcirco quoq; ô domine exaudiri pre-
cor & egeo. ¶ (3) QVIA persecutus est inimicus] videlicet dæmon, caro & mũdus [ANIMAM me-
2.Tim.3. am] ipsam tentando, affligendo, cõtristando. Omnes enim qui volunt pie viuere in Christo, huiusce-
Gala.5. modi persequutiones patientur. Nam & carnalia desideria militant contra animam. Et caro quæ cor-
Sapien.9 rumpitur, aggrauat animã [HVMILIAVIT,] id est, deiecit, & suo dominio subiugauit [IN terra vi
tam meam] hoc est, cõuersationem meã, pertrahendo eam ad infima atq; illicita. Propter quod facta
est vilis, carnalis, & detestanda. Dum enim caro dominatur spiritui, & dum mũdus & dæmon præua
ualent homini, tunc humiliatur. i. vilis efficitur in terra vita eius. ¶ (7) COLLOCAVIT me] inimi- H
cus iam dictus [IN obscuris] id est, in tenebris vitiorum, in caligine tentationum, in aduersitatibus tri
bulationũ [SICVT] collocauit [MORTVOS seculi]. i. homines seculares spiritualiter mortuos, in vi
tiis obstinatos [ET anxiatus est super me spiritus meus] . i. anima mea in seipsa perterrita est, propter
tot mala atque pericula quæ incidit & incidere potest, [IN me turbatum est cor meum] ex considera-
tione & dolore malorũ pœnalium & peccatorum, quibus subiectus sum. Ad literam vero Dauid ait,
3.Reg.16 Persequntus est inimicus, scilicet Absolon animã meam. i. meipsum, humiliauit in terra vitam meam,
quoniam fecit me fugere, & stratũ meum fœdauit, meq; grauissime diffamauit. Collocauit me in ob-
2.Reg.15 scuris, id est, in locis desertis, tetris, & cauernosis, in quibus eius timore me abscõdi, donec Cusi mihi
intimauit quid facerē: sicut mortuos seculi, hoc est, sicut ponuntur defuncti in monumentis sub terra.
Matt.26. Hæc quoq; conueniunt Christo: quem inimicus, hoc est, Iudas proditor, seu populus Iudæorũ perse-
quutus est: & vitam eius humiliauit, quia turpissima morte eã extinxit. Collocauit etiã eum in obscu-
Psal.87. ris sicut mortuos seculi, eo modo quo dixit superius, Posuerũt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in
Matt.27. vmbra mortis. Nam & corpus eius in sepulchro locatum est, & anima eius fuit in limbo, & secundum
reputationem Iudæorũ fuit blasphemus & perditus, sicut & cæteri desperati. Et anxiatus est super eũ
Matt.26. spiritus eius, quoniã dixit, Tristis est anima mea vsq; ad mortē. In eo quoque fuit turbatum cor eius,

A sicut fatebatur. Nunc anima mea turbata est. non quod fuerit aliquo modo inordinata, sed vehemen- Iohan.18
ter affecta. Præterea loquens propheta in persona pœnitentis adiecit. ℂ(5)MEMOR fui dierum an- Gene.3
tiquorum] hoc est, diu præteritorum ab initio mundi, videlicet dierum Adæ, quem pro vno peccato Gene.2
cum omni sua posteritate paradiso atq; originali iustitia destituisti, dierúmq; Noe quibus propter pec Gene.7
cata carnis vniuersum mundum mersisti, [MEDITATVS sum in omnibus operibus tuis] saltem in
genere, considerando qualiter à principio mundi te circa homines habuisti, quosdam ad pœnitētiam
misericorditer assumendo, alios iuste deserendo & condēnando. Hisque diligenter pensatis vehemen
ter formido ne ego cum reprobis peream, quibus peccando similis factus sum. Vel, meditatus sum in
omnibus operibus tuis, hoc est, in operibus creationis, recreationis & glorificationis [IN factis ma-
nuum tuarū.] prædictis] MEDITABAR] ℂ(6)EXPANDI manuus meas] corporales [AD te] id
est, ad cælum ex interiori & magno desiderio consequendi misericordiam tuā. Vel, Expandi, id est, di-
lataui, manus meas, id est, desideria sancta & opera bona, ad te. i. ad hoc vt ad te merear peruenire tā-
quam ad fontem beatitudinis meæ, & vltimum finem omniū exercitiorum meorum. Vnde Ieremias, Thren.3
Leua inquit ad eum manus tuas, & miserebitur tui. Et Apostolus, Volo viros orare leuantes puras ma 1.Tim.2
nus [ANIMA mea sicut terra sine aqua tibi] id est, sicut terra sicca imbrem seu pluuiā sitit, sic anima
mea tibi inhiat, quærens rorem gratiæ, pluuiam fœcunditatis internæ, aquam sapientiæ. Quemadmo
B dum enim terra sine aqua infœcunda est, sicca, & in puluerem decidens, sic anima mea sine gratia tua
ô domine infructuosa & arida est, atq; in spiritualem dissipationē annihilationémque cadens. ℂ(7)
VELOCITER exaudi me domine] quoniā omni momēto misericordia tua indigeo: cuius ratio sub-
ditur [DEFECIT spiritus meus] hoc est, anima mea propter aduersa infirmata est, & nec bona age-
re, nec mala cauere potest sine subsidio gratiæ tuæ. ℂ(8)NON auertas faciē tuam] id est, misericor-
diæ tuæ aspectum [A me] id est, noli mihi gratiosam tuam præsentiā denegare, noli irasci aut indigna-
ri, ne grauius cadam, atque instabilis fiam: quod vtique mihi continget si auerteris à me faciem tuam,
prout alibi protestaris, Abscondi inquiens faciem meam, & abijt vagus in via cordis sui. Rursúsque, Esaiæ 56
Ecce ait, tu iratus es, & peccauimus, imò si eam à me auerteris [ET similis ero descendentibus in la- Esaiæ 64
cum] gehennæ. In hac siquidem vita assimilabor eis per culpam, in futuro autem per pœnam. ℂ(9)
AVDITAM fac mihi mane misericordiam tuam] id est, cito fac me experiri pietatis tuæ effectum, vi
delicet gratiæ collationem, omniúmque eorum quæ postulo misericordem exauditionem [QVIA in
te speraui] non in rebus creatis & vanis. Verificetur ergo in me quod dictum est supra. Sperantem au
tem in domino misericordia circundabit. Quod tuipse alibi affirmas, Eruēs liberabo te, & erit tibi ani Psalm.31.
ma tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. ℂ(10)NOTAM fac mihi] per illuminationem spiri Iere.39.
tus sancti, per ministerium angeli, per prædicationem ecclesiæ [VIAM in qua ambulem] hoc est, re-
C ctum iter perueniendi ad te, seu bonam cōuersationem qua tibi complaceam [QVIA ad te] tanquam
ad creatorem, saluatorem, & vltimum finem [LEVAVI animam meam] penna contemplationis, vo
latu feruidæ dilectionis, longanimiter quoque sperando, & laudabiliter conuersando. ℂ(11)ERIPE
me de inimicis meis] visibilibus & inuisibilibus, ne mihi eorum impugnatio, detractio, peruersitas no- Rom.8.
ceat, sed omnia cooperentur mihi in bonum [DOMINE AD te confugi] sicut ad patrem misericor-
diarum, & deum totius consolationis, qui solus me defendere, confortare, saluaréque potes [DOCE 2.Cor.1.
me facere voluntatem tuam] id est, præceptū tuum, & omne quod complaceat tibi [QVIA deus me-
us est tu] idcirco me totum tibi debeo, & tibi in omnibus deseruire, adhærere, atque subesse obligatus
sum. Non ergo quæramus duntaxat scire, sed insuper facere voluntatem dei. Scienti enim & non fa-
cienti, peccatum est illi. Sic etiam studeamus deo vniri, & inhærere, vt ei digne veraciterq; dicamus, Iaco.4.
Deus meus es tu. Deus enim omnipotens qui omnium deus est, illorum specialiter deus est, qui se to- Psalm.30
tos offerunt deo, & eius obsequio se totaliter mancipant, extra deum nihil desiderant, & qualiter deū
semper honorēt, indesinēter soliciti sunt. ℂ(12)SPIRITVS tuus bonus] videlicet, spiritus sanctus
[DEDVCET me in terram rectam] id est, in regionem cælestem, in terram viuentium, in qua omnia
iusta & recta sunt, prout scriptum est, Populus tuus omnes iusti. In hanc terram deducet nos spiritus
sanctus per opera bona & desideria sancta] propter nomen tuū] id est, propter teipsum, non propter Esaiæ 60
D merita mea [DOMINE viuificabis me] nunc vita gratiæ, & postmodū vita gloriæ [IN æquitate tua]
id est, sicut iustum est corā te vt illum viuifices, qui totam spem suam ponit in te. Vel, in æquitate tua,
id est, in iustitia mihi à te cōcessa. Non enim à deo viuificatur, nisi qui bona & iusta operatur. ℂ(13)
EDVCES de tribulatione animam meam] in præsenti vita, tribulationes eius minuēdo, & in futuro
eas totaliter auferendo. Vnde in Canonica Petri habetur, Nouit dominus pios de tētatione eripere. 2.Petr.2.
Et alibi, Præcipitabit dominus mortem in sempiternum, & auferet lachrymam, & opprobriū populi Esaiæ 25
sui [ET in misericordia tua] id est, misericorditer quantū ad me [DISPERDES]. i. dissipabis ac per-
des, [INIMICOS meos.] in tua iustitia, eos iuste damnando nisi pœniteant. Vel, in misericordia tua
disperdes inimicos meos citra condignum eos puniendo, aut certe misericorditer ipsos cōuertendo:
destruens in eis non naturam, sed culpam. ℂ(14)ET perdes] in futuro iudicio [OMNES qui tribu-
lant animam meam] inuide atq; iniuste [QVONIAM ego seruus tuus sum.] Idcirco decet vt me fa-
mulum tuum eripias. Ecce psalmum virtuosum & affectuosum, pœnitentialiúmq; psalmorū nouissi-
mum clare audiuimus, in quo pœnitens deum ardentissime deprecatur. Et in fine psalmi fiducialiter
loquitur, dicendo, Spiritus tuus bonus deducet me, &c. vsque ad finem, quæ omnia sunt verba bonæ
spei ex singulari charitate conceptæ. Virtualiter quoque talia verba oratio sunt. Cum præcordiali igi
tur contritione & vera deuotione conemur hunc psalmum cantare, omnésq; preces in eo contentas
desideranter exprimere.

¶Expositio Tituli.

1.Reg.17. PRæſentis pſalmi titulus talis eſt, Pſalmus Dauid aduerſus Goliam. Ad literam enim ſecundum Hieronymum,Dauid fecit hunc pſalmum proceſſurus ad pugnam contra Philiſtæum,ſeu Goliath Getheum, quam pugnam iniit Dauid ex reuelatione diuina, ex qua etiam certificatus fuit de victoria ſecundum Auguſtinũ.Literalis igitur expoſitio pſalmi huius eſt de ipſo Dauid contra Goliath præliante.Hanc autem expoſitionem breuiter tangam,vbi aliquid obſcuritatis includit.Moraliter vero exponitur de homine virtuoſo contra diabolum atque peccata pugnante. In talis igitur viri perſona loquens Pſalmiſta,ait.

PRECATIO.

*Emitte,quæſumus domine,manum tuã de alto cælorum, & erue nos de manu uiſibilium & inuiſibilium inimicorum, & de omnibus periculis malorũ:ut cunctis ſopitis aduerſitatibus,cãticum uictoriæ tibi domino deo exultantes cantemus.*

¶Expositio pſalmi.

BENEDICTVS]Exiſtat imò in ſeipſo ęternaliter ſanctus,& omni benedictione ſeu laude dignus eſt[DOMINVS deus meus] qui eſt omnium dominus per F
gubernationem,deus per creationem,deus meus per ſpecialem cultũ, deuotionem & gratiam [QVI docet manus meas] .i.potẽtias operatiuas, videlicet intellectum practicum & voluntatem [AD prælium] contra occaſiones,ſeu cauſas peccãdi.Non enim vitari poteſt peccatum, nec ſpiritualis victoria adipiſci, niſi occaſiones peccati vitentur:qui docet [ET digitos meos meos] hoc eſt,habitus virtuoſos, ſeu diſcretionẽ[AD bellum] ſpirituale cõtra aereas poteſtates,
Ephe.6. & ipſa peccata.Non enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed contra principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Prælium autem proprie dicitur quod de longinquo imminet atq; cõmittitur,ſicut dum ſagittando bellatur. Idcirco per præliũ intelligitur pugna animæ contra occaſiones peccandi. Bellum vero vocatur quod fit de propinquo, vt cum pugnatur manu ad manum,ſicq; per bellum,exprimitur pugna,quæ eſt directe contra ipſum peccatũ.Tunc inſuper docet deus manus noſtras ad bellum,dum confert nobis diſcretionem ſpirituũ,ita vt cum Apoſt. dicere valeamus,Non ignoramus cogitationes Satanæ.Qui ſic docentur à deo, agnoſcũt qualiter ſit
2.Cor.2. ſingulis vitiis reſiſtendum.Quædam enim peccata aptius ſuperantur per hoc quod cogitationem noſtram ab eis omnino auertimus,vt ſunt gula,luxuria,atque ſimilia,cuius ratio.eſt. Nam quanto cogitatio illis diutius immoratur,tanto affectus magis illicitur,propter delectationẽ materiæ circa quã verſantur. Videlicet quoniam actus in quibus fundantur talia vitia in ſeipſis delectabiles ſunt. Omnino ergo vitare debemus memoriã,aſpectum,& materiam eorũ ex quibus talia oriuntur peccata. Cætera vero vitia ſuperantur per hoc quod contra ea bellum aſſumitur, ſcilicet diſcutiendo & conſiderando diligenter naturam & qualitatem eorũ,vt ſunt ira,impatientia,amaritudo,inuidia,&c. Talia enim in ſe amara atq; pœnalia ſunt,ideo quanto diligentius conſiderantur, tanto plus diſplicent,ſicq; facilius extirpãtur. Docet etiã deus habitus virtutum quæ in nobis ſunt. quomodo vnaqueq; obuiet vitio ſibi oppoſito.Prudentiam vero docet ad repugnandum vitiis vniuerſis.Hęc autem docet infundendo nobis dona ſpiritus ſancti,quæ virtutes perficiunt,mouẽt atq; expediunt,ſicut virtutes perficiunt & mouent potentias in quibus ſubiectiue conſiſtunt.Per donum nanq; ſcientiæ anima edocetur quis ſit cõpendioſior modus proficiendi in omni virtute:quod ſciri non poteſt, niſi ſciatur modus reſiſtendi im
Rom.12. pedimentis ſpiritualis profectus. Quoniam vero contra inuiſibiles,expertiſsimos ac ſubtiliſsimos ho
Deute.3. ſtes luctamur, indigemus inceſſabiliter dominum inuocare,vt doceat manus noſtras ad prælium, vt occaſiones peccandi abſcindamus, & digitos noſtros ad bellum, vt ſit rationabile obſequiũ noſtrum, vt neque ad dexteram,neq; ad ſiniſtram declinemus,vt in omnibus debitas virtutis circunſtãtias obſeruemus.Ad literam vero dixit Dauid hunc verſum,domino gratias referendo, quod ſibi modũ pugnandi contra Philiſtæũ oſtendit, ſeu inſpirauit. ¶(2)MISERICORDIA mea & refugiũ meum] Ponit abſtractum pro concreto,ad deſignandum ineffabilem magnitudinẽ diuinę pietatis circa ſe,ſeu H
miſerationis diuinæ ſibi exhibitæ.Ait ergo, Miſericordia mea.i.deus eſt miſerator meus,mihi adeo clemens, vt melius eum appellem miſericordiã meam, quàm miſeratorem meũ. Ipſe eſt etiam refugium meum .i.terminus fugæ meæ, videlicet is ad quẽ in omni neceſsitate confidenter confugio,in quo ſolo tota ſalus mea conſiſtit [SVSCEPTOR meus].i.precum mearũ pius auditor,& animæ meæ miſericors amplexator, qui venientem ad ſe corde contrito ac humili nunquam repellit nec deſpicit, ſed
Oſee 11. vlnis clemẽtiæ recipit.Vnde per Oſee dicit,Ego quaſi nutritius portaui eos in brachiis meis.Et Mo-
Deut.1. ſes loquitur,Portauit te dominus deus tuus, ſicut portare ſolet homo paruulũ filium ſuũ [ET liberator meus] ab hoſtibus atq; periculis. ¶(3) PROTECTOR meus] in aduerſis [ET in ipſo ſperaui] tanquã in ſummo bono,in quo ſolo finaliter eſt ſperandum [QVI ſubdit populum meũ ſub me] Hoc ad literam dixit Dauid de populo quorũ vel erat vel paulo poſt futurus fuit princeps.Poſtquã Phili-
1.Reg.17 ſtæum deiecit,conſtituit eũ Saul ſuper viros bellatores:erãtq; educẽs & reducens Iſrael, atq; in omnibus ſe prudenter agebat,vt ſcribitur primo & ſecundo Regũ.Pręlati quoq; & principes Chriſtiano-
1.Reg.18 rũ,qui populum ſibi ſubiectũ pacifice regunt,iſtud veriſsime dicere poſſunt,imò & debent,quia non ſuæ induſtriæ ſed gratię dei aſſcribere obligãtur, quod eorũ ſubiecti eis virtuoſe & prompte obediãt,
Iob.25. quoniã ſuperiorũ prudens gubernatio,& inferiorũ bona ſubiectio,dona ſunt dei.De quo in libro Iob

A habetur, Potestas & terror apud ipsum est, q facit cõcordiã in sublimib⁹ suis. Propter quod ait Apost. Rom.15
Deus solatii det vobis idipsum sapere in alterutrũ secundũ Iesum Christũ. Aliqui vero subduntur suis prælatis etiã in rebus illicitis, sed istam subiectionem deus nõ facit. Potius vero fit à timore humano, aut propria cupiditate, aut dæmone, seu simili malo principio. Veruntamen sicut Petrus in sua canonica docet, Serui subditi esse debent dominis suis, & inferiores superioribus, non solũ modestis & bonis, sed etiã discolis: non autẽ in omnibus, sed in licitis & honestis. Spiritualiter quoq; quilibet virtuosus dicere potest: qui subdit populũ meum, hoc est, cogitationes, affectiones, & actus animæ meæ sub me. i. sub rationis meæ imperio, ne inordinati motus & cogitatus mihi dominẽtur, sed per rationẽ refrenentur & extirpentur. Sicq; similis reddar fidelissimo illi Centurioni, qui dixit huic, vade & iuit: & huic, veni, & venit: & seruo suo, fac hoc & fecit. Simili modo ego populo animæ meæ sic dominer, vt dicã huic cogitationi, affectioni ve malæ, Vade. i. recede à me, & vadat, ne diutius me pulset, & huic cogitationi & affectioni laudabili, veni, hoc est, mane, & esto in me, & veniat. Et seruo meo, hoc est, appetitui meo sensitiuo, seu corpori, fac hoc, scilicet ieiunando, cõtinendo, vigilando, & faciant. Consequenter propheta admirans inæstimabilia viscera misericordiæ dei, circa totũ genus humanũ, adiungit. ¶ (4) DOMINE quid est homo]. i. cuius nobilitatis & perfectionis existit [QVIA innotuisti ei] per fidem, per supernaturalem cognitionẽ, per tuiipsius incarnationẽ, gratiámque multiplicẽ [AVT]
1.Petr.2.
Matt.8.

B quid est [FILIVS hominis]. i. Adæ seu primi parẽtis [QVIA reputas eũ]. i. quod dignũ ducis tantam gratiã ei conferre, quod tanta pro eius redẽptione fecisti? quasi dicat, Tantæ dignitatis es tu, & tantæ vilitatis est homo, quod vehemẽter mirandum est quia sic ei innotuisti, & taliter eum reputasti. Hinc quoq; sanctus Iob ait, Quid est homo quia magnificas eũ, aut quia ponis erga eũ cor tuum? ¶ (5) HOMO vanitatis similis factus est] peccando. Peccatũ enim est nihil & vanitas. Vnde dum peccat homo, non solũ vanus, sed etiã vanitas. i. vehemẽter vanus ac nihil efficitur. Deus autẽ fecit hominẽ ab initio rectũ. Ipse vero per culpam fecit seipsum vanitati consimilẽ. Itaq; propter multiplicem fragilitatem, instabilitatẽ & culpam, dicitur homo vanitati similis factus. Vnde supra dictũ est, Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens [DIES eius sicut vmbra prætereũt]. i. cito & indesinenter defluũt, atq; deficiũt. Propter quod in primo lib. Paralip. habetur, Peregrini sumus coram te domine, dies nostri quasi vmbra super terrã, & nulla est mora. In libro quoq; Iob ait quidam, Hesterni sumus & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri super terram. Et sanctus Iob orat, Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Deinde propheta de Christi veri dei incarnatione vaticinatus, subdit, ¶ (6) DOMINE] fili dei [INCLINA cælos tuos]. i. altitudinem tuam in cælis habitantẽ, exinanire seu humiliare digneris [ET descende] non locum mutando, sed per incarnationẽ humanam naturam assumẽdo, inter homines conuersando, teipsum hominibus ostendendo. Hũc dei descensum cõcupiuit Esaias
Iob.7.
Eccle.7
Psalm.38
1.Par.28.
Iob 8.
Iob 7.
Esaiç 64

C dicens, Vtinã disrũperes cælos & descenderes. Vnde per cælos intelligi possunt cæli materiales, præsertim cælum empyreũ, quos dicitur deus inclinare siue disrumpere, nõ localiter neq; realiter, sed per similitudinẽ quandam, Loquitur enim scriptura de deo, modo humano. Homo autem in loco sublimi nullam aperturam habente existens non valet descendere, nisi locus inclinetur aut disrumpatur. Idcirco rogatur deus cælos inclinare atq; dirumpere. Vel sic, Domine inclina cælos tuos, id est, angelos sanctos, ciuésq; cælestes, depone & mitte ad nos, & descende. i. gratiam & misericordiam infundendo veni ad me. Vtroq; modo Christus descẽdit. Carnẽ enim assumpsit, & misericordiæ suæ affectũ nobis impẽdit [TANGE mõtes] hoc est, superbos seipsos inaniter erigẽtes per vindictã [ET fumigabũt]. i. dissoluẽtur & corrũpentur, quemadmodum candela dum extincta fuerit, fumigat. Vel, tange montes istos per misericordissimam gratiæ infusionẽ, & fumigabũt. i. lachrymas pro suis excessibus fundent, gement, & ad cælestia suspirabunt. ¶ (7) FVLGVRA coruscationes] id est, terribiles exerce vltiones [ET dissipabis eos]. i. superbos confringes & condemnabis. Vel fulgura, id est, euidenter emitte coruscationes. i. miracula & verba sanctæ prædicationis ignita ac splendida: & dissipabis eos, id est, superbos à sua elatione disperges, conuertes & immutabis. Faciendo humiles de elatis, paruos de magnis [EMITTE sagittas tuas] id est, cõminationes horribiles, commemorando per sanctos prædicatores, districtionem futuri iudicii, ac pœnas inferni. Vel sagittas. i. pœnas castigatorias [ET cõturbabis] hoc

D est, terrebis [EOS] ad pœnitentiã salutarẽ. Talia nanq; audiendo impii conuertuntur. Ad literam Dauid orauit, vt deus ad ipsum descẽderet, sibi astando & victoriã præstando aduersus Goliã: tange mõtes. i. Philistæos superbos per vindictã, & fumigabunt. i. deficient. Prout de impiis ab Esaia dicitur, Radix eorũ quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis descendet. Nam & Philistæi occiso suo gigãte, fugerunt. Deinde vir iustus diuinum auxiliũ postulãs, subdit. ¶ (8) EMITTE manum tuã de alto]. i. de cælo mitte mihi subsidiũ, tuámq; potestatẽ extende super me, [ERIPE & libera me de aquis multis] id est, ab hominibus malis, à tribulationibus variis, à dæmonum tentamẽtis. Per aquas enim interdum populi designantur, iuxta illud, Aquæ quas vidisti, populi sunt. Interdum vero per aquam tribulatio importatur. Sicut cũ à Ieremia dicitur, Inundauerũt aquæ super caput meũ [ET de manu filiorum], hoc est, hominum peruersorum ac dæmonum, qui per naturam sunt filii creatoris, tanquam ad eius similitudinem conditi. Per inobedientiam autem sunt filii iniquitatis: suntq; alieni à deo, & nesciuntur ab eo. ¶ (9) QVORVM os loquutum est vanitatem]. i. vana consilia, verba iniqua [ET dextera]. i. potestas [EORVM] est [DEXTERA iniquitatis]. i. origo & causa peccati. Potestate enim sibi diuinitus præstita abutuntur, exhibentes vires seu membra sua seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, sicut Apostolus dicit. Quoniam vero de his malis misericorditer eripuisti me domine, ideo ô. ¶ (10) DEVS canticum nouum]. i. laudem recentem, ex recenti deuotione prodeuntẽ [CANTABO tibi] gratias referendo [IN psalterio dacacordo]. i. decem cordas habenti, videlicet in spiri-
1.Reg.17
Esaiæ 5.
1.Reg.17
Apoc. 17
Thren.3.
Roma.6.

tuali psalterio, quod est obseruatio præceptorũ decalogi, [PSALLAM tibi] .i. laudabo te, non solum E
pulchris sermonibus, sed etiã sanctis operibus: ne inter eos cõputer, de quibus testatus es, Populus iste
Esaiæ. 29 labiis suis glorificat me, cor autẽ eius lõge est à me. ⸿(11) QVI das salutẽ regibus] .i. victoriã principi
Matt. 55. bus. Vnde Salomõ loquitur, Equus paratur ad præliũ, dominus autẽ salutẽ tribuet. Et iterũ Sap. pro-
Prou. 21. testatur, Per me reges regnant, & principes imperãt. Vel, Qui das salutem .i. veram prosperitatem seu
Proue. 8. felicitatẽ regibus .i. omnibus sensualitati suæ ac proprio animo dominãtibus, quorũ ratio regit omnes
vires inferiores [QVI redemisti Dauid seruũ tuum] de ore leonis & vrsi, quos occidit] DE gladio ma
ligno] scilicet Goliæ eripe me. ⸿(12) ET erue me de manu filiorũ alienorũ] scilicet Philistæorũ. Iste
1. Reg. 17 est sensus literalis. Spiritualiter sic, Qui redemisti Dauid .i. fidelem per gratiã manu fortem, & virtuti-
bus speciosum, seruum tuũ, de gladio maligno .i. ab omni persecutione iniusta eripe me. Et erue me de
manu filiorum alienorũ, &c. Iste versiculus modo expositus est. Et quoniã reprobi frequenter in hoc
seculo prosperantur in propria persona, in prole, in possessionibus. Iuxta illud, Iustus es dñe si dispu-
tem tecũ. Veruntamen iuxta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui
Ierem. 10 præuaricantur? plantasti eos & proficiũt. Ideo de eis subiũgitur. ⸿(13) QVORVM filii] sunt [SICVT
nouellæ plantationes] .i. fortes, sani, pulchri atq; iucundi [IN iuuẽtute sua] ⸿(14) FILIAE eorum
cõpositæ] sunt, nõ moribus virtuosis, sed secularibus honestatibus [CIRCVMORNATAE] in vesti-
bus, & cæteris ornamentis [VT similitudo tẽpli] .i. tantum quod similes sunt tẽplo vndiq; perornato. F
Vel, vt similitudo tẽpli. sicut ornatur imago seu statua in tẽplo locata. ⸿(15) PROMPTVARIA eo
rũ plena] omni genere victualiũ [ERVCTANTIA] .i. affluentia [EX hoc in illud] quia plenitudine
vnius aliud adimpletur. ⸿(16) OVES eorum fœtosæ] .i. prole seu fœtibus plenę sunt [ABVNDAN-
TES] numero fœtuum, puta agnorũ [IN egressibus suis] ex ouili. Ita quod cum magna multitudine
agnorum ingrediuntur ad pascua [BOVES eorum crassæ.] Per hæc autẽ signatur aliorum brutorum
affluentia. ⸿(17) NON est ruina maceriæ] .i. casus parietis [NEQVE transitus] aduersitatis seu inimi
corũ occursus [NEQVE clamor] .i. planctus seu vociferatio dolorosa [IN plateis] .i. in locis seu habi
tationibus [EORVM] sed in omnibus bene eis succedit, & domus eorum firmæ & fortes sunt. Porro
Iob 21. hęc omnia plenissime scripta sunt, vbi sanctus Iob ait, Nunquid contra hominẽ disputatio mea est, vt
merito non debeã contristari? Quare ergo impii viuunt, subleuati sunt, cõfortatiq; diuitiis? Semen eo
rum permanet corã eis, propinquorũ turba & nepotũ in cõspectu eorũ: domus eorum securę sunt &
pacatæ, & nõ est virga dei super eos. Bos eorũ cõcepit & nõ abortiuit, vacca peperit: egrediũtur quasi
greges paruuli eorũ, tenẽt tympanũ & citharã, & gaudent ad sonitũ organi. ⸿(18) BEATVM dixe-
rũt] homines excæcati, carnales, sola tẽporalia cõsiderantes [POPVLVM cui hæc sunt] .i. q prædictis
terrenis prosperitatibus florent. Cũ enim nõ nisi bona præsentis vitæ quærãt, tanto alios magis beati-
ficant, quãto viderint eos in talibus amplius abũdare. Vnde dicũt, Ergo nũc beatos dicimus arrogãtes:
siquidem ædificati sunt faciẽtes impietatẽ. Verũtamen sicut nõ omnes infelices & reprobi sunt, qui in G
prædictis terrenis bonis abundant & abundauerunt, (certum est enim quod Abraham, Isaac, Iacob,
Malach. 3 Gedeon, Dauid & alii sancti ditissimi erant, multosque filios habuerunt) sic non omnes peruersi &
reprobi prædictis bonis abundant, imò multi eorum mendici, atque pauperrimi fuerunt & sunt, Non
ergo vniuersaliter sed particulariter intelligenda sunt præinducta verba prophetæ. Sunt enim aliqui
reprobi, qui non solum in futuro, sed etiam in præsenti miseri sunt, tam in spiritualibus quàm in cor-
poralibus. Denique sicut electis non obest temporalium affluentia, eo quòd non afficiantur ad ea in-
ordinato affectu, sed solum eis vtantur quãtum necesse est aut vtile ad propriæ vitæ sustentationem,
seu aliam rationabilem causam, omnia ad dei honorem finaliter referendo, deúmque super omnia di-
ligendo: Sic reprobis non prodest temporalium rerum carentia, quoniam non sponte, sed coactè seu
inuite talibus carent. Rebus nanq; caducis adhærent finaliter, & bona creata plus amant quàm sum-
mum bonũ, quod est bonum essentialiter. Igitur inter bonos & malos hoc interest, quod boni vtũtur
Sapiẽ. 14 creaturis, mali vero eis fruuntur. Boni enim vtuntur eis tanquam mediis seu instrumentis perueniẽn-
di ad deum. Mali autem constituũt sibi finem in eis, adhærentes & inhærentes creaturis magis quàm
creatori. Propter quod in libro sapientiæ legitur. Creaturæ dei factæ sunt in tentationem animæ ho-
minum, & in muscipulã pedibus insipientiũ. Id enim quod amabilitatis, suauitatis, delectatiõis & pul-
chritudinis in creaturis inuenitur, nõ ordinãt ad creatoris amorẽ atque honorẽ seu cultum, sed sistunt
in rebus creatis. Cur ergo propheta hæc dixit de prosperitate malorũ, nisi quoniam iusto dei iudicio
sæpe permittuntur in hoc seculo prosperari, quatenus eorum damnatio appareat iustior, vel vt bono H
rum quæ forte fecerũt, mercedem in hoc mundo recipiant? Et ne homines boni turbentur dum impi-
os prosperari in transitoriis intuentur: imò transitoria spernant quæ vident reprobis dari ad damna-
tionem eorum maiorem, sed neque mirentur dum cernunt iustos affligi, atque in omnibus aspera pa-
ti, pensantes q per talia à reatu vitiorũ purgantur, vel pręmia copiosiora adipiscũtur. Postremo quasi
interrogaremus sanctum prophetã, beatissimũ Dauid, quid ipse ad opinionẽ horum responderet, qui
beatũ dixerũt populũ cui hæc sunt? Ipse ostendens falsam & friuolam esse talium opinionẽ, & veram
beatitudinem, non nisi in dei fruitione seu possessione consistere, addit [BEATVS populus cuius dñs
deus eius] .i. ego beatũ esse diffinio omnẽ hominẽ qui habet dominũ vniuersorũ pro deo suo ita quod
dominus est deus eius, non aurum, non venter, nõ Venus, nec quicquam creatũ, caducum & vanum,
Deus autẽ vniuscuiusque id dicitur, quod ab eo magis amatur & colitur. Illorũ ergo dominus est deus,
qui deum præ omnibus diligunt, venerantur seu colunt, qui ad deũ omnia referunt, qui omne bonum
in eo quærunt atq; inueniũt, quorũ tota spes deus est, & totum spiritũ suum ad eius dilectionem con-
uertũt. Talis homo, talisq; populus est beatus, nũc per spem & gratiã, postmodũ vero beatus erit per

A rem,ſeu tentionẽ & gloriã.Ecce pſalmũ veraciter glorioſum atq; præclarũ audiuimus.Pſalmũ vtique
laudibus plenũ,morali doctrina præfulgidũ: in cui⁹ exordio deũ pro ſuis beneficiis deuote laudamus,
eumq; nominibus amoroſis exprimimus,appellantes eũ Miſericordiã noſtram & refugiũ noſtrũ,&c.
quæ ſunt verba affectuoſiſsima,quæ nullatenus proferre debemus niſi ardenti affectu.Docet nos etiã
pſalmus iſte verã atq; præcipuã humilitatẽ, dum hominẽ diuina illuminatione indignũ, vanitatiq; ſi-
milẽ,& tanquã vmbram præterire teſtatur,multáq; alia tanguntur & edocentur in pſalmo hoc ipſo.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLIIII.

### ℂExpoſitio Tituli.

EXplanandi nũc pſalmi iſte eſt titulus,Laudatio ipſi Dauid.i.pſalmus iſte q̃ dicitur laudatio,quo
niã totus pertinet ad dei præconiũ conuenit ſeu attribuitur ipſi Dauid prophetæ tanq̃ authori,
Chriſto autem ſignificato per Dauid ſicut obiecto quod laudatur. Chriſtus nanque ſeu tota ſu-
perſancta trinitas in pſalmo præſenti pulcherrime collaudatur.Vnde etiã huic pſalmo pro titulo,ap-
propriatur laudatio dei,quamuis in aliis multis pſalmis deus laudetur. Eſt autem hic pſalmus mirabi-
liter delectabilis & ſuauis,pulcher, ſententioſus. In perſona ergo eccleſiæ ſeu fidelis deum laudantis,
B loquens propheta,ita exorſus eſt.

PRECATIO.

*Patiens & multæ miſericordiæ deus,nobis peccare ceſſantibus, ac indulgentiam poſtulantibus eſto propitius,ut cor-
rectis actibus noſtris,conferri nobis gratulemur gaudia perpetuitatis.*

### ℂExpoſitio Pſalmi.

EXALTABO te deus meus rex]Cũ deus in ſummo ſit,imò altiſsimus & infini-
tus exiſtat,quomodo valet ab homine exaltari?Nũquid creatura aliquid poterit
cõferre aut addere creatori? Non vtiq;,ſed ita dicimur deũ exaltare, quomodo
dicimur eũ magnificare,glorificare, & ſanctificare,& videlicet quoniã eius ma
gnitudinẽ,gloriam,ſanctitatẽ agnoſcimus,profitemur, prædicamus & venera-
mur.Itaq; Exultabo.i.ſublimiter laudabo,reuerẽtialiter colã,magnifice prædi-
cabo,& cũctis incõparabiliter præferã,te domine deus meus rex,qui es omniũ
dominus per generalẽ præſidẽtiam, deus meus per ſingularẽ deuotionẽ, & rex
meus per indeſinentẽ & glorioſiſsimã prouidentiã [ET benedicã nomini tuo]hoc eſt, tibi benedictio
ne gratiarũ actionis & laudis,nõ benedictione cõſecrationis [IN ſeculum & in ſeculũ ſeculi] .i.indeſi
nẽter,ſcilicet in via atq; patria.Quẽadmodũ enim charitas nunq̃ excidit ſecũdũ Apoſt.ſic benedictio 1.Cor.13.
C ſeu dei laudatio nunquã ceſſat.Imò iam inchoatur,&in futuro perficitur.ℂ(2)PER ſingulos dies].i.
quotidie,imò die ac nocte,videlicet per ſingulos dies naturales qui noctẽ includũt [BENEDICAM
tibi]in aduerſis & proſperis,in omni euẽtu,pro beneficiis quæ mihi aut aliis cõtuliſti, & de omni bo-
no quod fieri video,aut percipio,tibi benedicturus ſum,à quo omne bonũ procedit[ET laudabo no-
men tuũ in ſeculũ & in ſeculum ſeculi]Quẽadmodũ & alibi ſcriptũ eſt,Laudabit vſq; ad mortem ani Eccle.51.
ma mea dominũ.Ecce quã ſanctum ac bonũ propoſitum. Aſſerit propheta ſe die & nocte iugiter per
petue dño benedicturum.Nos ergo agamus quod pſallimus,impleamus quod dicimus, perſequamur
quod proponimus,deũ exaltemus,benedicamus,laudemus,vbiq; & ſemper.Si ſpernimur,ſi tẽtamur,
ſi reprobamur,& quicquid nobis acciderit,nõ recedat à corde,non ceſſet ab ore diuina laudatio,gra-
tiarum actio,benedictio: non frangatur animi fortitudo, nec deſiſtat mentis ad deum erectio: non fa-
tigetur patientia,neq; deficiat tranquillitas interna.Deinde ſubiungitur ratio cur deus taliter benedi-
cendus atque laudandus ſit.ℂ(3)MAGNVS dominus] non magnitudine molis ſed perfectionis. In
omni enim perfectione ſummus conſiſtit.Propter quod alio loco dictum eſt.Magnus es tu,& magnũ Iere.10.
nomen tuum in fortitudine.Quis non timebit te ô rex gentium [ET laudabilis nimis] In tantum nã-
que laudabilis eſt deus omnipotens, quantum bonus exiſtit. Vnde ſicut bonitas eius omnium creatu-
rarum bonitatem incomparabiter vincit atq; tranſcendit,ſic incomparabiliter,laudabilior, maioriq;
D laude dignus eſt, quàm ab aliqua creatura poſsit laudari. Propter quod in Eccleſiaſt. legitur Magnus Eccle.43
dominus vehementer. Glorificate eum quantumcunque poteritis, ſuperualet adhuc. Maior eſt enim
omni laude [ET magnitudinis eius non eſt finis]Diuina enim eſſentia,diuina potentia,diuina ſapiẽ-
tia, omniſque perfectio dei vere & abſolute , ſeu intenſiue infinita eſt, ita quod totum vniuerſum eſt
velut minutiſsima arena,reſpectu maieſtatis diuinę.Idcirco cum omni reuerentia,cum omni diligen-
tia,cum omni affectu miniſtrandum eſt domino tam excelſo.Hinc quoque veriſsime dictum eſt quod
deus eſt ante omnia non ſolus,poſt omnia non præuentus,ſupra omnia non elatus, infra omnia non
oppreſſus,intra omnia nõ incluſus, extra omnia non excluſus. Manens in ſuæ ſupereſſentiali ſimpli-
citate æternaliter,incircunſcriptibilitérque ſubſiſtens,& eius lætitia, eius dulcedo & pax, eiuſque fe-
licitas omnino & omnimode eſt immenſa.ℂ(4)GENERATIO & generatio]id eſt,quælibet fide-
lium natio ſeu congregatio[LAVDABIT opera tua]videlicet opera naturę,opera gratiæ,opera glo
riæ.Quis enim nõ laudet gubernationem mundi,motum cæli,viciſsitudinẽ temporum,ordinem ſpe-
cierum ? Et cætera opera ſapientiſsimi creatoris omni laude digniſsima ſunt, ſic tamen vt deus in eis
laudetur,lauſq; eorũ ad præconiũ creatoris referatur. Vniuerſa equidẽ propter ſeipſum operatus eſt Proue.16
dominus,& cuncta fecit deus vt timeatur [ET potentiam tuam pronuntiabunt] id eſt diuinam pote- Eccle.3.
ſtatem prædicabunt,teque omnipotentẽ eſſe dicent,cõmemorãtes illud Machabæorum, Deus poteſt
vniuerſum mũdum vno nutu delere.ℂ(5)MAGNIFICENTIAM].i.magnã efficiẽtiã ſeu magni- 2.Mac.8.

ficam existentiã[GLORIAE].i.gloriosi effectus. Vel gloriæ.i.excellẽtiæ seu claræ notitiæ.[SANCTI E
Deute.33 TATIS tuæ].i.tuiipsius qui sanctus sanctorũ es [LOQVENTVR]dicẽtes.Nõ est deus,vt deus recti
Iob 26. simus,magnificẽtia eius discurrũt nubes.Illud Iob quoq; ,Cũ vix paruã stillam sermonũ eius audieri-
mus,quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri? Et itẽ illud,Benedicta gloria domini de loco suo
[ET mirabilia tua].i.opera supernaturalia seu naturalia humanę rationis inuestigationem excedentia
Ezech.3 [NARRABVNT]Sic enim euãgelistæ in euangeliis narrãt mirabilia opera Christi. Vnde ab Eccle.
inducitur,Nõne dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua,quæ cõfirmauit omnipotẽs, do-
Eccle.42 minus,stabilis in gloria sua? ¶(6)ET virtutẽ].i.potentiã [TERRIBILIVM tuorũ.]videlicet iusto
rũ iudiciorũ,ac districtissimarũ vltionũ[DICENT]recolẽdo futurũ iudicium,inferiq; tormentũ [ET
magnitudinẽ tuã].i.magnã tuã perfectionẽ [NARRABVNT]vt te collaudẽt aliosq; informẽt. ¶(7)
MEMORIAM abundãtiæ suauitatis tuę eructabũt].i.recordationẽ copiosæ dulcedinis tuę ex cordis
Cant.3. plenitudine & experiẽtia proferẽt atq; effundẽt.Ructus enim nõ nisi de plenitudine fluit.Sãcti igitur
Psal.33. qui ex singulari gratia saluatoris introduci merẽtur in cellam vinariã,quibus Sap.ait,Comedite amici
& bibite, & inebriamini charissimi. Dum isti de secreto cõtemplationis diuinæ & cõsolationis inter-
Psal.30. næ,in quo gustauerũt quam suauis est dominus,egrediuntur,memoriã abundantiæ suauitatis dei eru-
ctant,clamantes illud quod dictum est,Comedite amici & bibite. Et, Quam magna multitudo dulce
Sapi.12. dinis tuę domine. Et illud Sap.O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus nobis in omnib[9]. De F
istis enim per Esaiã dñs ait,Ecce ego declinabo in eos vt flumẽ pacis. Hæc autem perfectio seu eructa
tio secundũ Gregoriũ maxime cõuenire debet prælatis, quos oportet præ cũctis cõtẽplatione esse su-
spensos,& actione præcipuos,quatenus gregi sibi cõmisso semper aliquid salubre eructẽt, eosq; ad di
uinæ suauitatis gustũ alliciãt [ET iustitia tua exultabũt].i.in tua æquitate diuina seu iusta vindicta,spi
Psal.57. ritualiter lætabũtur.Quẽadmodum supra dictũ est,Lętabitur iustus cũ viderit vindictã. De hoc enim
Sap.12. quod deus iustus est,& omnia iuste disponit,singulisq; sine personarũ acceptiõe quod merẽtur,largi-
Psal.106. tur,gaudent electi & sancti,imò mallent seipsos nõ esse,seu perire quam ita non esse,eo q deum plus
ament quam se.Propterea superius habetur. Videbunt iusti & lætabuntur,videlicet de sublatione im-
piorum. ¶(8)MISERATOR]in opere[ET misericors]in natura est[DOMINVS patiẽs [LONGA-
Eccle.5. NIMITER expectãdo. Iuxta illud,Omnipotens est patiens redditor [ET multũ] .i. inæstimabiliter,
[MISERICORS]imò infinitæ misericordiæ est deus,cũ ei sit propriũ misereri & parcere. Abundan
Exod33 tiã enim pietatis suæ & merita supplicũ excedit & vota,ideo Moses dixit,Dominator domine miseri-
Ephe.6 cors & clemẽs,patiẽs & multæ misericordiæ & verax. Apost.quoq;, Deus enim inquit diues est in mi
sericordia. ¶(9)SVAVIS dominus vniuersis]Nunquid reprobis in inferno deus suauis est, qui præ
dolore & vulneribus linguas suas manducãt,mortẽ desiderãt,deúmq; blasphemant,sicut in Apoc.ait
Iohãnes? Et respõdendũ quod deus quantũ in se est omnibus est suauis. Deniq; vniuersis dicitur deus
Apoc.9. esse suauis quãtũ ad naturalẽ appetitũ eorũ.Sic enim dat omnibus esse & viuere,cũctisq; prouidet,& G
necessaria tribuit.Quod autẽ quibusdã(teste Apost) seuerus esse censetur, cõtingit ex corruptione &
vitio appetitus,sicut & febricitãti dulcia vidẽtur amara. Vnde secundũ philosophũ omniũ rerũ natu-
Rom.11 ralia desideria tendũt ad primũ principiũ,quatenus ab eo gubernẽtur & cõseruẽtur. Hinc etiã sapien-
tia dicitur omnia disponere suauiter.i.secũdũ naturalẽ inclinationẽ eorũ, nisi obicem ponãt. Propter
Sapien.8 culpã namq; disponuntur amaritudinaliter. Iuxta illud, Cor nequã grauabitur doloribus, & cor durũ
male habebit in nouissimo [ET miserationes eius super omnia opera eius]Cum multi sint vocati,seu
Eccle.3. reprobi,pauci vero electi. In reprobis autẽ præcipue in inferno existẽtibus,magis apparet iustitia quã
Matt. 20. misericordia dei (Nã licet in omni affectu diuino misceantur misericordia & iustitia, tamen in dãna-
Matt.22. tis iustitia eminet,maxime cum de impio ab alio dictũ sit,Obliuiscatur eius misericordia) quęri potest
quomodo miserationes dei sunt super omnia opera eius? Et respondendũ quod istud dupliciter intel-
Iob 24. ligi potest. Primo sic,Miserationes eius.i.diuinæ pietatis effectus,super omnia eius.i.ad omnẽ se crea
turã extendũt,omnibus cõmunicãtur & insunt. Hoc autẽ simpliciter & generaliter verũ est. Nil enim
diuinæ bonitatis participatione expers consistit , sed effusio liberalitatis diuinæ ad omnia venit quãtũ
Lucæ 6. ad naturalia dona,in damnatis etiam miseris inuenitur, dum citra cõdignum torquentur. Hinc Chri
Matth.3 stus testatur,Eritis filii altissimi,quia ipse benignus est super ingratos & malos. Quia solem suum fa-
cit oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. Secundo intelligitur sic, Miserationes
eius super omnia opera eius,hoc est effectu diuinæ misericordiæ, maiores & euidentiores sunt cæte-
Iaco.3. ris dei operibus,vtpote quod plus abundant in creaturis quàm effectus diuinæ iustitiæ. Iuxta illud Ia H
cobi,Superexaltat misericordia iudicium. Si autẽ hoc modo intelligatur,non videtur verum esse,nisi
quãtum ad viatores. Si enim iusti sunt,hoc per solam gratiam & misericordiã dei habent. Si vero in-
3.Reg.19 iusti sunt,per misericordiã tolerantur,& quam diu expectantur à deo, miseratio dei in eis præfulget.
Insuper sanctus propheta seu quilibet iustus zelo zelans pro domino exercituũ,eiúsq; honorẽ vehe-
menter affectans inuitat vniuersa creata ad laudem dei dicendo. ¶(10)CONFITEANTVR] con-
fessione laudis[TIBI domine omnia opera tua] .i. cuncta creata,visibilia & inuisibilia,spiritualia &
corporalia,animata & inanimata,rationalia & irrationalia. Rationales autẽ seu intellectuales creatu-
ræ confitentur domino creatori directe & cognitiue. Cætera vero nõ nisi materialiter,secundario seu
indirecte,inquantũ occasionem præbent intellectualibus creaturis cõfitendi domino: relucet quippe
in ipsis bonitas,sapiẽtia,atq; potentia dei, sicq; ex cõsideratione eorũ inducitur homo ad summi opi-
ficis laudẽ. Et hoc modo dicũtur deum laudare,benedicere,timere,& similes actus vitales habere[ET
sancti tui].i.homines virtuosi & pfecti,quales fuerũt apostoli,& successores eorũ[BENEDICANT
tibi]te in õnibus tã in teipso q̃ in operib[9] tuis laudãdo. ¶(11)GLORIAM regni tui dicẽt].i.excellẽ-

A tiam & beatitudinem regni cælestis prædicabunt. Hoc fecerunt apostoli, quibus Christus dixit, Euntes prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum. Hoc fecit Paulus, Non sunt inquiens condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde & Petrus in sua canonica loquitur. Videntes IESVM CHRISTVM exultabitis lętitia inenarrabili & glorificata. Istud quoque quotidie faciunt boni prælati & prædicatores deuoti [ET potentiam tuam loquentur] dicentes, Quia non erit impossibile apud deum omne verbum. ¶(12) VT notam faciant filiis hominum] scilicet fratribus & proximis suis [POTENTIAM tuam] cui nullus resistere potest, cuius in ditione cuncta sunt posita, quæ omnes superbos & impios congregabit congregatione vnius fascis, & proiicit, humiliabitque eos vsque ad lacum gehennæ. Humiles vero exaltabit [ET gloriam] magnificentiæ [REGNI tui dicent] .i. magnificam gloriã regni cælestis, de quo subditur. ¶(13( REGNVM tuum regnum omnium seculorum] id est, per omnia secula durat. In ecclesia nanque triumphãte sine fine regnabis. Vel sic, Regnum tuũ regnum omniũ seculorum, hoc est, omnibus regnis quæ vnquam fuerunt, sunt, vel erunt, excellentius est. Hoc autẽ exponi etiam posset de regno Christi, quo regnat in ecclesia militanti, quod iuxta vaticinia Dani. maius & fortius fuit omnibus regnis aliorum regum & principum [ET dominatio tua in omni generatione & generatione] .i. tuę dominationi omnes generationes subduntur. Omnibus enim imperat, & in bonis dominaris in hac vita per gratiã, in beatis ve- Matth.10 Rom.8. 1.Pet.1. Lucæ 1. Ester 13. Esaiæ.24 Dan.3.

B ro per gloriam. Hæc autẽ etiam apud Danielem habẽtur, Potestas eius potestas sempiterna, & regnũ eius in generationẽ & generationẽ. Specialiter vero de Christo apud eundem dicitur. Omnes populi, tribus, & linguæ seruiẽt ei. Potestas eius potestas æterna quę non auferetur, & regnũ eius quod non corrumpetur. Cui concordat illud, Regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis, quod de præsenti regno Christi accipi potest, quoniã vsque in finem seculi ecclesia stabit, & Christus in ea regnabit. Cúmq; finitum fuerit regnũ hoc, quo ad statum huius viæ perficietur, & sine fine durabit in patria. ¶(14) FIDELIS dominus in omnibus verbis suis] quoniã quicquid dicit aut spõdet, verũ est atque impletur, dummodo absolute dicatur. Quædam nanque dicuntur à deo cõminatiue seu conditionaliter, quæ nõ semper implentur, sicut de morte Ezechiæ, & tamẽ in talibus verbis deus fidelis est, qm̃ eo modo quo ipse ea dicit vera sunt atq; implentur. Hinc Christus testatur, Vnus apex non præteribit de lege, donec omnia fiant. Et iterum dicit, Cælum & terra transibũt, verba autẽ mea non transibunt. Dicitur autẽ deus fidelis, non à fide, quæ est virtus Theologica deo non competens, imò nec Christo homini, sed à quadam fidelitate qua neminem decipit. Sicq; Apostolus nominat eum fidelẽ. fidelis est inquiens qui repromisit. Et alibi, Fidelis deus qui nõ patietur vos tentari, &c. [ET sanctus in omnibus operibus suis.] Omnia enim iuste fecit, nec reprehendi potest in aliquo, sicut ait scriptura, Quis ei dicere potest operatus es iniquitatem? Et apostol. dicit, Quæ à deo sunt, ordinata sunt, Dani.4. Dan.7. Lucæ 1. Esaiæ 38. Matth.5. Lucæ 12. Heb.10. 1.Cor.10 Iob 26. Rom.13.

C ¶(15) ALLEVAT dominus omnes qui corruunt. Quàm multi corruunt quos deus nõ alleuat, vt patet de reprobis qui manent in culpa & pœna ęterna. Quid ergo est quod ait, Alleuat dominus omnes qui corruunt, nisi omnes corruentes in culpam qui alleuantur à domino alleuantur? Solus enim deus lapsum in peccatum per gratiam alleuat. Simili modo dicitur de Christo. Erat lux vera quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non quod omnes homines à Christo illuminentur, cum statim sequatur, Tenebræ eam non comprehenderunt, & sui eum non receperunt, nisi intelligatur de lumine naturali [ET erigit] per gratiam [OMNES elisos] .i. in malum prolapsos. Idem est hoc cum eo quod dixit, Alleuat dominus omnes qui corruunt. Propter quod idem est modus intelligendi. ¶(16) OCVLI omnium in te sperant domine] Si spes proprie accipiatur, tunc istud nõ cõuenit nisi homini viatori in deo speranti, vt sit sensus, Oculi interiores, omniũ fidelium & bonorũ, in te sperant domine, omne bonũ præstolando à te [ET tu das escam illorũ spiritalem & corporalem, videlicet panem quotidianũ, sacramentalem, pœnitentialem [IN tempore oportuno] .i. hora conuenienti. Si autem sumatur spes metaphorice atq; communiter pro quacunque expectatione, seu naturali affectione boni futuri, tunc oculi omniũ animantium rationalium & irrationalium sperant in domino .i. bonum suæ sustentationi atq; naturæ necessariũ, expectãt ab eo naturali motu, quia habere nõ possunt escam nisi à deo, cui cura est de omnibus. ¶(17) APERIS tu manum tuam] .i. bonitatem tuã effundis [ET Iohan.1. Ibidem 1.Petr.5.

D imples omne animal benedictione] .i. dono sibi necessario, scilicet cibo. Si antẽ per omne animal intelligatur omnis homo, qui etiã nominatur omnis creatura, tunc sensus est, imples omne animal .i. omnẽ hominẽ, cuius oculi sperant in te, benedictione .i. gratiæ tuæ collatione, quẽadmodũ ait Apost. Benedictus deus qui benedixit nos omni benedictione in cælestibus in Christo Iesu. Et domin⁹ per Esaiã, Effundã inquit benedictionẽ meam surper stirpem tuã. ¶(18) IVSTVS dñs in omnibus viis suis .i. in cũctis quæ agit, in omni dispositione, in omni processu, in seipso, atq; in suis effectibus secundũ quod scriptũ est: Iustæ & veræ sunt omnes viæ tuæ rex sanctorũ, Et iterũ. Nõ iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri. Verũtamen sicut prædictũ est. Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas seu æquitas. Cũ enim omni opere dei misericordia atq; iustitia inueniãtur, vtrũq; verissime dicitur, scilicet Iustus dominus in omnibus viis suis. Et misericors dñs in omnibus viis suis. Hoc autẽ superius sæpe declaratum recordor [ET sanctus omnib⁹ operibus suis] hoc paulo ante expositũ est. ¶(19) PROPE est dominus] per gratiã [OMNIBVS inuocãtibus] .i. intus seu ex intimo affectu vocãtibus eũ, qui eius misericordiã pie implorãt. Ideo subditur [OMNIBVS inuocãtibus eũ in veritate .i. in vera fide, Accedentẽ enim ad deũ oportet credere quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit, prout dicitur ad Hebræos. Vel, in veritate .i. in veritate vitæ, videlicet in cõuersatione diuinę æquitati placẽre. Peccatores enim deus nõ audit. sed si quis cultor est dei, & volũtatem eius facit hunc exaudit. Cui cõsonat illud in lib. Iob, Deus nõ porriget manũ malignis. Ad hoc ergo ꝙ aliquis meritorie oret, aut de cõdigno ex- Marc.16. Ephe.1. Esaiæ.55. Apoc.15 Hebr.10. Psal.24. Hebr.10 Iohan.9. Iob 8.

Lucæ 1. audiatur, oportet vt eoram deo in veritate, id est, in iusta conuersatione ambulet. Idro scriptum est, Si E
Iob 8. mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te. Vel, in veritate, id est, vera & pia intentione, ordi-
nãdo orationrm & bonum optatũ ad dei honorem & suipsius veram salutem. Secundum Augustinũ:
Iohan. 14 inuocare deum in veritate, est inuocare patrem per filium, quoniam filius dei est veritas patris ęterni.
¶(19) VOLVNTATEM timentium se faciet] .i. actum voluntatis, seu desiderium timentiũ se filiali
timore ad affectũ perducet tẽpore apto & sibi placenti [ET deprecationem eorum exaudiet] dummo
do orent instanter, salubriter, & pro seipsis. Pro aliis enim non semper exaudiuntur propter obicem
quem opponunt [ET saluos faciet eos] tollendo ab ipsis mala culpę & pœnæ, tribuendoq́; eis in præ-
senti bona gratiæ, in patria vero bona gloriæ. Propter quod Salomõ monet. In timore domini esto to
Proue. 22 ta die, quia habebis spem in nouissimo. ¶(22) CVSVODIT dominus omnes diligentes se,] præser-
uando eos ab vniuersis periculis ne finaliter pereãt. Scimus enim qm̃ diligentibus deũ omnia coope-
Rom. 8. rantur in bonum. Et cur hoc, nisi quia æterna sapientia protestatur. Ego diligẽtes me diligo? Qui au-
Prouer. 8. tem alium diligit, eum vtiq; secundum quantitatẽ dilectionis pro posse custodit [ET omnes peccato-
res] in vitiis perseuerantes [DISPERDET] dicendo, Ite maledicti in ignem ęternum. ¶(21) LAV-
Matt. 25. DATIONEM domini loquetur os meum] non verba scurrilia, nociua, infructuosa, & vana. Et quo-
niã ego in laude eius deficio, ideo [ET benedicat omnis caro] id est, omnis homo [NOMINI sancto
eius]. i. ipsi sancto deo [IN seculum, & in seculum seculi] id est, æternaliter, scilicet nunc inchoando, F
atque in patria sine fine continuando. Magnum est desiderare vt deus ab omnibus benedicatur. Hoc
nanq; procedit ex amore dei & proximi. Ecce gloriosissimum atq; dulcissimum psalmum audiuimus,
qui vtique aliud nihil est nisi angelicum canticũ, cælestéque carmen, in quo nil triste vel minus deifi-
cum cõtinetur. Imò totus hic psalmus de beatis in patria exponi posset, eisq; sublimius cõuenit quàm
viatoribus. Quid ergo finaliter nobis incumbit, nisi (vt iuxta apostolicam admonitionem) mundemus
nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus? Quatenus corde mundo & vere deuoto psalmum præ-
1. Cor. 7. sentem cum omni alacritate domino decantemus, summúmque nostrum in hac peregrinatione sola-
tium sit in laudibus dei iugiter occupari.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLV.

### ¶Expositio Tituli.

HAbet insuper psalmus iam pertractãdus pro titulo, Haleluia: cuius interpretatio est, Laudate do
minum. Est enim hic psalmus laus dei, præcipue admonens in deo esse finaliter confidẽdũ, & ait.

### PRECATIO.

*Viam nostram in peccatis pronam dextera potentiæ tuæ domine disperge, erige nos elisos, ac malis operibus compe-
ditos solue, atque iustos redditos dilige, & in dilectione tua in perpetuum fac perseuerare.*

### ¶Expositio psalmi. G

LAVDA anima mea dominũ] Quidam philosophorũ atq; theologorũ etiã ma-
gni, asseruerunt hominẽ non esse nisi animã. Vnde Plato dixit, ꝙ homo est ani
ma vtẽs corpore. Secundũ hos igitur, dum dicitur, Lauda anima mea dominũ,
alloquitur anima semetipsam. Secũdum veritatẽ autem, homo ex anima & cor-
pore constat, tanquã essentialibus partibus. Et quoniã omnium operationũ vi-
taliũ, præsertim intellectualiũ radix, principiúmq; est anima, ideo totus homo
seipsum ad laudem dei accendere volens animã suam affatur. Hæc tamen allo-
cutio cõuenit homini ex parte animæ. Sæpe alloquitur homo seipsum tanquam
alium. Interdũ vero loquitur de seipso & anima sua, tanquam essent distincta. Cũ tamen proprie lo-
quendo nec idem sint neq; distincta, sed vnũ est aliquid alterius. Vnde in Tobia dicitur, Ego autẽ &
Tobię 14 anima mea in deo lætabimur. Deuotus itaq; ad dei præconiũ se excitans. Lauda (inquit) anima mea do
minũ, tanquã summum bonũ, & omnis boni fontanũ principium. Soli deo da honorẽ & gloriã, quia
& si alium interdũ laudas siue honoras q̃ deũ, hoc tamen non facis nisi propter aliquod diuinũ in illo
1. Timo. 2 cõsistens, nec aliũ laudas & honoras, nisi propter deũ, ad quẽ etiã refers quicqd honoris & laudis al-
teri exhibes. Propterea alios laudando & honorãdo magis honoras & laudas deum q̃ illos. Lauda er
go anima mea dominũ creatorẽ, saluatorẽ ac iudicẽ tuũ, quoniã hoc est inter omnia opera tua dignis
simum. Lauda autẽ eũ non solũ voce oris, sed interioribus verbis cordis, imò mente, ore, & opere eũ
collauda, secundũ illud Ecclesiastici, Et nũc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomẽ do- H
Eccle. 39 mini. Deinde anima huic admonitioni acquiescens, respondet [LAVDABO dominũ in vita mea] .i.
tẽpore vitæ meæ. Vel, in vita mea .i. bene viuendo, sicque laudabo eum in vita gratiæ & gloriæ. Lau-
dare autem deum in nuda vita naturæ non est meritoriũ [PSALAM deo meo] id est, summo & vero
deo, quẽ summe & vnice colo ac diligo [QVANDSV fuero] scilicet, in præsenti & in futuro. Quam
dulce verbũ est hoc, psallam deo meo quandiu fuero. Deũ enim vniuersorũ nominat deũ suum: quod
vtiq; nemo in propria persona veraciter dicit, nisi qui toto corde ad deum cõuersus est, ei totaliter sta
biliterq; inhærens. ¶NOLITE confidere in principibus] Aduertendum ꝙ homo dicitur in aliquo
confidere seu sperare dupliciter, scilicet, principaliter seu directe. Sicque in deum duntaxat speran-
dum est, quoniam ipse est principalis omnis boni largitor. Secundo dicitur homo sperare in aliquo
secundario, & minus principaliter, inquantum videlicet eius auxilium potest iuuari vt adipiscatur bo
num optatum, & ita speramus in sanctis qui orant pro nobis, quorum patrocinio confidimus libera-
ri. Sic enim virginem gloriosam vocamus spem nostram. Præterea agnoscendum quod primum &
proprium spei obiectum est deus, seu beatitudo æterna & increata. Secundarium vero spei obie-

A ctum eſt,omne id,quo indigemus,& adiuuamur ad ſummi boni adeptionē,vt eſt,gratia,virtus, ſcien-
tia,remiſsio culpæ. Quantū ergo ad principale ſeu primum ac propriū ſpei obiectum in ſolo deo ſpe
ramus.Non enim adipiſci valemus hoc bonum infinitum, niſi virtute diuina immenſa, cui ſpes dire-
cte innititur.Quantum vero ad ſecundarium ſpei obiectum confidimus in ſanctis angelis atq; homi-
nibus,quorū intercesſione,virtute ac meritis ea à deo cōſequimur,per quæ ad ipſum pertingere pro-
meremur.Ait ergo,Nolite confidere,id eſt,ſpem ponere,in principibus. i.in regibus,ducibus,iudici-
bus,& cæteris inter homines principatum habentibus,ita quod finaliter in eis ſperetis, ſeu eorum po
teſtati principaliter innitamini,cum ipſi nil poſsint niſi virtute diuina. Poteſtis tamen eorum auxilio
inſtrumentaliter vti,deo ſemper principaliter innitendo.Propter quod apud Oſee dicitur, Conuer- Oſee 14
timini ad dominum,& dicite ei,Aſſur non ſaluabit nos,ſuper equum non aſcendemus. Non quod ſu
per equum aſcendere ſit peccatum,ſed ne in velocitate equi potius quàm in deo ſperetur. Qui ait,In Oſee 13.
me tantummodo auxilium tuū.Vnde ſperantibus in equis atq; equitibus potius quàm in deo in Eſaia Eſaiæ 30.
dicitur, Dixiſtis,ad equos fugiemus.Ideo fugietis:& ſuper veloces aſcēdemus: ideo veloces erunt qui
perſequētur vos.Non eſt ergo in principibus cōfidendum,quoniā de iniquo principe dicitur, Gloria 1.Mach.2
eius ſtercus & vermis:hodie extollitur,& cras non inuenitur . Vnde ſcriptum eſt, Omnis potentatus
breuis vita,ſic & rex hodie eſt & cras morietur.Etenim mane præcedit eum exercitus, & veſpere ia- Eccle.10.
B cet in tumulo.Nolite quoq; confidere [IN filiis hominum]id eſt,in cæteris qui principibus ſunt ſub-
iecti [IN quibus non eſt ſalus] vera & ſpiritualis, imò nec ſeipſos poſſunt ſaluare.Et ideo apud Iere-
miam legitur,Vere in domino deo noſtro ſalus. De electis quoq; & bonis, atq; fidelibus filiis ex per- Iere.3.
uerſis parentibus natis ſcriptum eſt, Ad te domine gentes venient ab extremis terræ, & dicent.Vere
mendacium poſſederunt patres noſtri,vanitatem,quæ eis non profuit.Quod autem in homine ſalus Iere.16.
non conſiſtat, conſequenter oſtenditur. ¶[(3)EXIBIT ſpiritus]id eſt,anima eius,de corpore hora
mortis [ET reuertetur] homo quantū ad corpus mortale [IN terrā ſuam].i.in præiacentem materiā, Gene.3.
de qua erat formatū, quemadmodum deus prædixit,Puluis es, & in puluerem reuerteris [IN illa die]
id eſt,tēpore mortis [PERIBVNT omnes cogitationes eorū].i.effectu & fine intento fruſtrabuntur
cogitationes hominū impiorū. Quemadmodum alibi inducitur, Peccator conuerſus eſt in terrā ſuam, 1.Mach.2
& cogitatio eius periit.Vnde ſera pœnitentia ducti teſtātur,Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid di Sapien.5.
uitiarum iactantia contulit nobis?Tranſierunt omnia illa tanquā vmbra.¶[(4)BEATVS]eſt iam in
ſpe[CVIVS] eſt [DEVS Iacob] patriarchæ, ſcilicet deus verus atq; omnipotēs [ADIVTOR eius.] Rom.8.
Si enim deus pro eo,quis contra eū? [SPES eius].i.talis hominis quem adiuuat deus, eſt [IN domino
deo ipſius]nō in aliquo trāſitorio ente,ſed in ſummo bono,deo altiſsimo[QVI fecit] ex nihilo[CAE-
LVM & terram,mare] oceanum[ET omnia quæ in eis ſunt.]Omnia enim fecit mediate vel immedia Gene.1.
C te,quemadmodū in alio loco dicitur,Domine rex omnipotēs, tu feciſti cælum & terram, & quicquid
cæli ambitu cōtinetur.¶[(5)QVI cuſtodit veritatē]eam conſeruādo in eſſe.Ipſe nanq; eſt cauſa, con Eſter.13.
ſeruatdr,& finis omnis veritatis[IN ſeculum].i.perpetue [FACIT iudicium iniuriā patientibus]vl-
ciſcendo iniuriā eis illatā,quēadmodum ſcriptura ait,Mihi vindictā,& ego retribuā.Et iterum,Deus
inultum abire non patitur [DAT eſcam eſurientibus.]De hoc præcedenti pſalmo dictū eſt plenius in Deute.32
expoſitione illius verſiculi,Oculi omniū in te ſperant domine,& tu das eſcā illorū. Deniq; eſurientes Roma.12
& ſitientes iuſtitiā,ſaturabūtur ab eo. ¶[(6)DOMINVS ſoluit cōpeditos,dominus illuminat cæcos. Iob 24.
¶[(7)DOMINVS erigit eliſos.]Hæc omnia corporaliter & ſpiritualiter ſæpius facta à deo ſunt. Cō Pſal. 144
peditos enim vinculis corporis ſæpe à carceribus liberauit.Cōpeditos quoq; vinculis peccatorū, per Matth. 5
gratiā miſericorditer ſoluit. Corporales inſuper oculos hominū excæcatorū ſæpe ad viſum corpora-
lem reduxit.Peccatores quoq; tenebris ignorantiæ,paſsionū caligine,vitiorúmq; nebula ſpiritualiter
excæcatos,frequenter miſericordiſsime illuſtrauit,dando eis gratiæ lumen,ſapientiæ claritatem,veri- 2.Par.33.
tatis notitiam.Quorum vtrunque in Manaſſe rege Iuda mirabiliter factū deſcribitur in lib.Paralipo. Pſal. 144
Quomodo autem dominus erigat eliſos,in præcedenti pſalmo oſtenſum eſt in illo verſiculo. Alleuat Eſaiæ 43
dominus omnes qui corruunt,& erigit omnes eliſos.Maxime vero omnia iſta in Chriſti aduentu im-
pleta ſunt, quemadmodum beatiſsimus Eſaias prædixit,Ecce deus veſter: ipſe veniet & ſaluabit vos.
D Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures ſurdorū patebunt.tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aper- Sapiē.14.
ta erit lingua mutorum [DOMINVS diligit iuſtos.] Similitudo enim eſt cauſa amoris , idcirco iuſtus
dominus diligit iuſtos.Et ſicut odio ſunt deo impius,& impietas eius: ſic amori ſunt ei iuſtus & iuſti-
tia eius. Iuſtus autem vocatur, qui diuina præcepta obſeruat. Vnde de eo qui præcepta ſe obſeruaſſe
veraciter dixit ſcriptum eſt,Ieſus intuitus eum,dilexit eum. ¶(8) DOMINVS cuſtodit aduenas,pu Marc.10
pillam & viduam ſuſcipiet.] Pater miſericordiarum , & deus totius conſolationis, illorum præcipue 2.Cor.1.
deus & dominus,pater & cuſtos eſt, qui aliunde non habent ſubſidium.Tales vero ſunt peregrini, id
eſt, à propria terra elongati:pupilli, id eſt,parentibus orbati,& viduæ.Horum ergo deus cuſtos atq;
ſuſceptor eſt:propter quod ſcriptum eſt,Dominus facit iudicium pupillo & viduæ, amátque peregri Deute.10
num. Et iterum per Moſen iubet dominus , Perigrinum & aduenam non contriſtabis . Veruntamen Exod.22.
quoniam multos corporaliter aduenas,pupillos,& viduas cōſpicimus relinqui à deo, æternalitérque 1.Tim.5.
perire:Quoniā(teſte Apoſtolo)vidua quæ in delitiis viuit,viuens mortua eſt: Ideo melius eſt iſta ſpi-
ritualiter explanari hoc modo,Dominus cuſtodit per gratiam à ruina peccati & mortis æternæ,adue Hebr.11.
nas.i.exules à patria cæleſti,qui hoc mundo velut exilio vtuntur,patriámq; cæleſtem inquirūt,ſcien- Hebr.10.
tes ſe hic non habere manentē ciuitatem:pupillum.i.omnem carnalem affectum ſpernētem, qui illud
euāgelicum implet.Patrem nolite vocare ſuper terram,qui veraciter dicit: Pater noſter qui es in cæ- Matth.23
lis,& viduam.i.animam omni ſeculari ſolatio deſtitutam,& ſolum cæleſtis ſponſi amplexibus perfrui Matth.6

cupientem,suscipiet in suam prouidentiam singularem ac paternalem:& vias peccatorum disperdet, E
id est,peccata eorum damnabit,operationes eorum malas & delectabiles dissipabit. Iam nanq; præ-
Psalm.1. dictum est quod in illa die peribũt omnes cogitationes eorum.Et in psalmo primo habetur, Iter im-
piorum peribit.(9)REGNABIT dominus] in ecclesia militãti ac triũphanti [IN secula] qui est,
deus tuus[ô SION] id est,ô ecclesia seu anima ad deum per fidem aut speciẽ videns,est inquam deus
tuus[IN generationem & generationẽ] id est,per omnium generationum interualla & tempora.De
Psal.144 hoc in præcedenti psalmo plurima dicta sunt, vbi habetur, Regnum tuum regnum omnium seculo-
rum,& dominatio tua in omni generatione & generationẽ. Ecce psalmum laudibus dei dulciter reso
nantem audiuimus,in quo misericordia creatoris copiose laudatur,in quo eius omnipotentia veritas,
iustitia,liberalitas,& beneficentia commemorantur.In quo docemur,in deo summe,finaliterque con
fidere. Indesinenter igitur laudet anima nostra dominum, atque cum omni fiducia conuertatur in
ipsum,ei inhæreat,ei confidat in prosperis & aduersis, imò in omni euentu, loco, causa, & tempore,
Iob 13. dicens,cum sancto Iob,Etiam si occiderit me,in ipso sperabo . Non enim mentitur scriptura diuina,
Esaiæ 30. quæ speranti in deum,beatitudinẽ repromittit.Sicut est illud Esaiæ,Deus iudicii dominus.Beati om-
nes qui expectant eum.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLVI. F

EXPOSITIO Tituli.

PRæponitur autem psalmo nunc exponendo hic titulus, Haleluia,cuius ratio plana est, Psalmus etenim præsens totaliter pertinet ad laudem diuinam,& describuntur in psalmo hoc multa magnifica opera,atque piissima beneficia creatoris,propter quæ merito semper ac incessanter laudandus est.Ait ergo.

PRECATIO.

*Contritiones populi tui,deus pater omnipotens sana,& omnes dispersiones cordis eius in bonis operibus congrega: ut pro beneficiis in confessione tibi laudis precemur,& in cithara uirtutum tibi deo nostro psallamus.*

EXPOSITIO Psalmi.

LAVDATE dominum] corde deuoto,ac hilari,voce strenua atque decenti,ope
re virtuoso,seu vita laudabili [QVONIAM bonus est psalmus] id est, bona est
laudatio dei,sanctúmque est deum laudare, imò quid melius eo? Actus nanque
specificantur & dignitatem sortiũtur à termino ad quem,seu ab obiecto.Idcir-
co actus qui immediate tendunt in deum,& circa ipsum directe versantur,opti
mi atq; dignissimi sunt:quales sunt actus latriæ,scilicet adoratio,laudatio,ora- G
tio dei, imò laudatio dei orationem in dignitate excellit, cum sit actus omnino
cœlestis atq; angelicus, qui tũnc in patria æternaliter permanebit,quando om-
Iohan.16 nis cessabit oratio,prout saluator loquutus est, In illo die nõ rogabitis quicquam in nomine meo.De
perpetuitate vero laudationis dictum est supra,Beati qui habitant in domo tua domine,in secula secu
Psalm.83 lorum laudabunt te,[DEO nostro sit iucunda decoráq; laudatio] id est,ex spirituali lætitia nascens,&
phãtasmatibus ac distractionibus impermixta . Debet enim laudatio qua deũ laudamus esse iucunda,
ita ꝙ in laude dei intime gloriemur,tanquam in optimo atq; iustissimo actu, prout Esaias profitetur,
Esaiæ.61. Gaudens gaudebo in dño,& exultabit anima mea in deo meo. Quid enim tam iustũ & delitiosum vt
creatorẽ à creatura laudari? Vnde supra dictũ est,Seruite domino in lætitia.Præterea laudatio dei de-
Psal.99. bet esse decora.i.pura & immaculata,tanquã ex fonte sereno seu corde mundo procedens, quod esse
nõ valet nisi via laudãtis fuerit virtuosa.Non enim est speciosa laus in ore peccatoris.Oportet etiã vt
Eccle.15. mens voci concordet,atq; intẽta sit sensui.De iis enim qui vago & dissoluto corde dñm laudant, ipse
per Esaiã testatur,Populus hic labiis me honorat,cor autẽ eorum lõge est à me. Nõ est ergo laudatio
Esaiæ 29 deo exhibita iucunda & decora,nisi anima fuerit spiritualiter læta, stabilis,& virtuosa. (2)AEDI-
Matth.15 FICANS Ierusalẽ dñs] Ad literã deus frequenter restaurauit ciuitatẽ illam Ierusalem in Iudæa.Spi-
Marc.7. ritualiter vero est dominus ædificãs Ierusalem.i.ecclesiã militantẽ ex viuis lapidibus,scilicet homini-
bus fidelibus . Ierusalẽ vero supernã atq; cælestem deus ædificat ex angelis & sanctis hominibus vsq;
Nehe.2. ad diem iudicii.Similiter animã fidelẽ quæ tropologice appellatur Ierusalẽ.i.deum pacifice per fidem H
cõtẽplans,ædificat deus per virtutũ & gratiæ infusionẽ[DISPERSIONES Israelis].i.filios Israel
per terrã alienorũ dispersos, cõgregabit,reducẽdo eos ad terrã patrũ suorũ.Hoc deus corporaliter fe
1.Esdr.2. cit quãdo per Zorobabel,& Iesum filiũ Iosedec sacerdotẽ magnũ,per Esdrã quoq; & Nehemiã filios
Israel reduxit à captiuitate Babylonica in Iudæã . Vnde per Mosen dixit,Si reuersi fueritis ad me, vt
Deute.11. custodiatis mãdata mea,etiã si abducti fueritis ad extrema cæli,inde cõgregabo vos,& inducã in terrã
quã dedi patribus vestris. Cur ergo modo nõ congregat ô Iudæi deus dispersiones vestras,à captiuita
te ista longissima,in qua nũc per annos mille trecentos & quinquaginta vel circiter fuistis? Vtiq; nisi
auersi fuissetis ab eo auersione grauissima,nequaquã vos tandiu relinqueret.Spiritualiter etiam Chri
stus per seipsum & apostolos congregauit dispersiones Israelis.i.populũ Israeliticũ,per multas terras
Iohan.11. dispersum,colligendo eos per fidem & charitatẽ in vnũ ouile ecclesiæ.Propter quod dicitur ab Euã-
gelista,Iesus moriturus erat pro gente:& non tantũ pro gente,sed vt filios dei qui dispersi erant con-
gregaret in vnũ.Mysticus vero sensus est:dispersiones Israelis. i. populum Christianũ deum fideliter
contemplantẽ,per totum orbem diffusum,cõgregabit nunc in militanti ecclesia,per fidem & spem,ac

A indiuiduam charitatem: postmodũ vero in patria per beatificam visionẽ & cohabitationem æternã,
prorsus dulcissimam. ❨(3) QVI sanat] spiritualem salutem præstando [CONTRITOS corde] id
est, mente afflictos ac tristes bona tristitia, scilicet ex recordatione peccati, ex dilectione patriæ, ex cõ
passione fraterna [ET alligat] spiritualem applicando medicinã [CONTRITIONES] id est, affli
ctiones seu mala [EORVM] dando videlicet consolationẽ internam, sacramentorũ reparatiuã me-
delam, virtutũ integritatem. Sacramenta nanque sunt vasa medicinalia gratiam cõtinentia, morbós-
que animæ potenter sanantia ❨(4) QVI numerat multitudinem stellarum] cũ sit creator earum, Gen. 32.
omnia determinate cognoscens, quæ vtique stellæ ab hominibus præ multitudine nequeunt nume-
rari [ET omnibus eis nomina vocat] id est, proprias appellationes tribuit & imponit. Nomen enim
imponitur à proprietate rei. Sicut igitur omniũ stellarum virtutes ac proprietates distinctissime atq;
plenissime deus cognoscit, sic singulis aptissima nomina tribuit. Spiritualiter vero stellæ sunt homi-
nes virtuosi & docti, qui verbo, vita, & fama aliis lucent. Qui (sicut à Daniele dicitur) fulgebunt Dan. 12
quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quibus dicit Apostolus, Sitis sine querela, simplices filii dei, in Philip. 2.
medio nationis prauæ atque peruersæ: inter quos lucens sicut luminaria mundi, verbum vitæ conti-
nentes. Talibus Christus ait, Vos estis lux mundi. Harum igitur stellarũ multitudinẽ numerat deus, Matth. 5
quoniam sibi soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Ideo Christus, Ego Iohan. 13.
B (inquit) scio quos elegerim: & omnibus eis nomina vocat, id est, singulos eorũ per approbationẽ di- Exod. 33
stincte cognoscit, sicut ad Mosen ait, Teipsum noui ex nomine. Scripta quippe sunt nomina eorũ in Lucæ. 10.
libro vitæ. Vnde apostolus ad Timoth. dicit, Firmum fundamentũ dei stat, habens signaculum hoc, 2. Tim. 2
Cognouit dominus qui sunt eius. Deniq; Christus tanquã pastor bonus cognoscit oues suas, & pro- Iohan. 10
prias oues vocat nominatim. ❨(5) MAGNVS] imo immensus est [DOMINVS noster] vniuerso-
rum creator ac princeps [ET magna virtus] id est, potentia [EIVS.] Ipse enim est sua virtus. Ideo
sicut ipse immensus est, sic virtus eius est immẽsa. Propter quod non potest in tot & tanta, quin pos-
sit in infinities plura atque maiora [ET sapientiæ eius non est numerus] id est, finis, cum sit infinita,
ineffabilis, & incomprehensibilis, sicut diuina essentia, cum qua substantialiter idem est: nec solum sa
pientia mentis diuinæ qua se cognoscit, immensa est, sed sapientiæ eius qua alia noscit, nõ est nume-
merus. Deus nanque cognoscit actualiter infinita. ❨(6) SVSCIPIENS] id est, pie custodiens, cle
menter exaudiens, paternaliterque cõseruans & regens, [MANSVETOS] id est, homines mites qui
iram extingunt [DOMINVS] Tales enim (teste scriptura) multum complacent deo. Propter quod Iudith. 9.
scriptũ est, Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super omnem hominũ gloriam diligeris. Sicut Eccles. 3.
autem (teste Salomone) ira in sinu stulti, sic mansuetudo in sinu sapiẽtis requiescit [HVMILIANS Eccles. 7.
autem] id est, deprimens [PECCATORES] in vitiis permanẽtes, [VSQVE ad terram]. i. vsque ad
C ima, puta infernũ, qui in medio terræ creditur situatus. Cum enim peccatores contra deum intume-
scant, eiúsque præcepta implere non curent: iuxta illud, Ipsi fuerunt rebelles lumini, iustũ est vt vsq;
ad infima humilientur à deo, qui dicturus est eis, Ite maledicti in ignem æternũ. ❨(7) PRAECI- Iob. 24
NITE domino in cõfessione] duplici, scilicet laudis diuinæ & propriæ culpæ. Et quia peccator ido- Mat. 25
neus non est deum laudare, idcirco præcinite, id est, primo cantate domino in cõfessione propriæ cul-
pæ, quoniam in confessione hac omnia lauantur, & iustus in principio accusator est sui. Sicque pur-
gati præcinite domino in confessione laudis diuinę, eũ in omnibus per sacra verba laudando [PSAL
LITE deo nostro] id est, deum laudate [IN cithara] spirituali & figurata, videlicet in operatione bo Prou. 18
na atque morali. Non enim sine laude operis sufficit laus sermonis. ❨(8) QVI operit cęlum nubi-
bus] quantum ad nostrũ aspectum. Deus enim eleuat nubes de terra in aerem, sicque inter cælum &
nostrũ aspectum positæ nubes operiunt illud nobis, ne ipsum in sua diaphoneitate seu puritate vide-
re possimus. Non tamen operiunt totũ cælum, cũ sint incomparabiliter eo minores [ET parat terræ Genes. 2.
pluuiam] emittendo aquam de nubibus ad terram irrigandam. ❨(9) QVI producit in montibus
fœnum] ad sustentationem iumentorũ [ET herbam] multiplicẽ [SERVITVTI hominum] id est,
ad hoc vt hominum vtilitati deseruiat. Maximam enim virtutem herbis impressit ad solatium atque
subsidium hominum. Vnde in Ecclesiastico habetur, Altissimus de terra creauit medicinam. ❨(10) Eccl. 38.
D QVI dat iumentis] id est, animalibus hominũ ministrantibus in vita humana, sicut sunt equi, boues,
muli, vaccæ [ESCAM ipsorum] prouidet enim eis de necessariis vitę prout saluator ait, Pater cæle- Matth. 6.
stis pascit volatilia cæli [ET pullis coruorum inuocantibus eum] Non per aliquam cognitionẽ dei,
sed per naturalem appetitũ quo appetunt cibũ, quem non nisi deo concedente percipere valent, pro-
pter quod in lib. Iob inducitur, Quis præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad deum va- Iob. 36.
gientes, eo quod non habeant cibos? Speciali autem modo prouidet deus pullis coruorum. Nam (vt
ait Isidorus) corui pullos suos non alunt, donec plumis nigrescant: tunc enim recognoscunt eos esse
suos. Antequam autem nigrescunt, nutriri dicuntur rore cælesti, seu muscis quibusdam circa eorum
ora volantibus, quas hiando facile glutiunt. Spiritualiter vero deus operit cælum nubibus, id est, sa-
cram scripturam verborũ ac figurarum obscuritatibus, vt veritas occultetur indignis. Exercitatis ve-
ro detur occasio fructuosæ inquisitionis, & de his nubibus parat terrę, id est, ecclesiæ in terra peregri
nanti, pluuiam spiritualis doctrinę, per hoc quod corda doctorum illuminat ad exponendum sacram
scripturam pro informatione ecclesiæ. Qui producit in montibus, id est, in altis & magnis homini-
bus, ad Christum humiliter conuersis, fœnum, id est, spiritualis vitæ ac documenti fructum, producit
in his montibus, & herbam, id est, spiritualia medicamenta, videlicet recta consilia, seruituti hominũ,
id est, vt talia charitatiue ministrent proximis suis indigentibus. Qui dat iumentis, id est, hominibus
adhuc rudibus atq; carnalibus, escam ipsorum, id est, spiritualem doctrinam seu gratiam eis propor-

1.Cor.3. tionatam,quemadmodum apostolus dicit,Ego,fratres,non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed E
quasi carnalibus,quasi paruulis in Christo lac dedi,non escam.Deus enim vnicuiq; dat secundū pro-
Mat.26 priam virtutē:& pullis coruorū,id est,filiis idololatrarum,videlicet gentibus cōuersis, inuocantibus
eum,in fide & charitate pro spirituali profectu seu alimento. ¶ (11) NON in fortitudine equi vo-
Psal.32 luntatem habebit] id est,deo placitum non est in robore equi aut equitis, sicut prædictum est,Fallax
equus ad salutem [NEC in tibiis viri beneplacitum erit ei] nō in bona dispositione naturalis forma-
tionis corporis humani,non in homine ad gradiendū,bellandumque forti, seu curiose ornato cōpla-
Ierem. 9. cet deo,quasi propter ista victoriam tribuat vel salutem.Vnde ait ,Nō glorietur fortis in fortitudine
Amos. 2. sua.Et iterum,Peribit fuga à veloce,& fortis non saluabit animā suam.Non autē sunt hæc sic intelli-
Psal. 103. genda quasi equus aut homo,seu alia creatura quantū ad sua naturalia deo displiceat,cum dictum sit,
Sapien.11 Lætabitur dominus in operibus suis.Et in lib. Sapientiæ, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eo-
rum quæ fecisti.Sed ideo dicitur deus non habere beneplacitū aut volūtatem in istis, quia propter ea
neminem spiritualiter saluat, nec quantum ad vitam æternam acceptat.Sed hoc modo. ¶ (12) BE-
NEPLACITVM est domino super timentes eum] filiali & casto timore [ET in eis qui sperant su-
per misericordia eius] non in propriis meritis,viribus,diuitiis, aut simili aliquo, qui cum fecerint o-
Luc.17. mnia quæ præcepta sunt eis,dicūt,Serui inutiles sumus,quod debuimus facere fecimus. Psalmū hunc
occulta virtute atque ingenti dulcedine plenum,decet nos mente pura & intenta proferre, vt sit no- F
stra laudatio iucunda,itemque decora,& vt à deo iugiter suscipi mereamur , mansueti esse curemus,
Matth. 11 sicut & Christus nos admonet,Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLVII.

¶ EXPOSITIO Tituli.

HAbet Psalmus nunc declarandus pro titulo,Haleluia Aggæi & Zachariæ:in aliquibus tamē
bibliis non ponitur nisi Haleluia. Quid autem Haleluia significet,sæpe prædictum est. Ad-
ditur autem Aggæi & Zachariæ,quoniam psalmus iste loquitur de cælesti Ierusalem, cuius
Zach.2. figura erat Ierusalem illa terrena,de cuius reædificatione prophetauerunt Zacharias & Aggæus. Al
Aggæi. 1. loquens ergo propheta ecclesiam triumphantem,quæ appellatur Ierusalem propter plenissimæ pa-
cis abundantiam,& Sion propter dei clarissimam speculationem (Ierusalem enim visio pacis, Sion
vero speculatio interpretatur) ait.

PRECATIO.

*Terroribus domine ac bellis spiritalis nequitiæ sedatis, pone placatus fines nostros in pace, conforta seras porta-* G
*rum domus tuæ, & benedic nobis filiis nouæ gratiæ: & non sinas tenebrarum filios aduersum nos ultra præualere.*

¶ EXPOSITIO Psalmi.

1.Cor. 13 LAVDA IERVSALEM dominum] quem facie ad faciem felicissime contem
plaris [LAVDA deū tuū] quē perfectissime colis,& intime diligis,ô [SION]
id est,ecclesia triumphans . ¶ (2) QVONIAM confortauit seras portarum
tuarum] Portæ & seræ cælestis Ierusalem non sunt corporaliter intelligendæ,
sed admissio qua aliquis electus admittitur ad cōsortium beatorū, ingrediendo
regnum cælorū,accipi potest & dici porta cælestis Ierusalem. Sera vero intel-
ligī potest confirmatio beatorū in deo.Itaque confirmauit seras portarum tua-
rum, id est,confirmationes ciuiū tuorum in se fecit immobiles & securas, ita ꝙ
nulla culpa,nulla miseria,nullus aduersarius potest irrumpere. Immobiliter ergo coniuncti sunt deo
omnes beati in patria . Metaphorice itaque dicuntur diuinitus confirmatæ seræ portarum cælestis
Ierusalem,quoniam sicut ciuitas huius mūdi,dū fuerit fortibus seris clausa,secura est, nec valet hostis
intrare,nec ciues exire:sic cælestis Ierusalem omnino securissima est:quam sicut reprobi nequeūt in-
gredi,ita beati nec volunt,nec valent, hanc egredi, benedictionem amittendo [BENEDIXIT] id
est,omnium spiritualiū delitiarum,cælestiúmque bonorū munera contulit [FILIIS tuis id est,vni-
uersis beatis habitantibus [IN te] Quemadmodū autem viatores fideles dicuntur filii ecclesiæ mili-
tantis,sic cōprehensores beati dicuntur filii ecclesiæ triumphantis. ¶ (3) QVI posuit fines tuos pa H
Luc.1. cem] id est,pacificos,ita quod muros & terminos tuos nullus valet turbare aut circūuallare, sed po-
Matth.6. suit fines tuos pacem in tantum,vt pax sit finis tuus.Veruntamen cum in Euang.dicitur,Regni eius
non erit finis,mirum videtur quomodo cælestis Ierusalem (de qua quotidie dicimus, Pater adueniat
regnum tuum) finis habere dicatur? Et respondendū quod regni Christi seu cælestis Ierusalem non
est finis durationis.Habet tamen suæ finem essentiæ atque virtutis.Per fines vero hoc loco non opor
tet corporeos intelligere terminos ciuitatis supernæ,sed interioris, spiritualésque fines singulorū san
ctorum in patria loquendo de finibus consumantibus seu perficientibus, non de finibus consumen-
tibus.Finis autem cōsumans cuiuslibet beatorū est visio dei per speciem . Hunc vero finē posuit deus
in quolibet comprehensore pacem,id est,tam securū & interminabilem, vt aptius nuncupetur tran-
quillitas seu pax quàm pacificus & tranquillus. Vel posuit fines tuos pacem, ita quod pax est finis o-
mnium filiorū tuorum,quoniam pacē finaliter appetunt, non quod pax sit essentialiter vltimus finis
sanctorum,sed proxima quædam dispositio ad vltimum finem.Huic quoque Ierusalem dominus per
Esaiæ.60 Esaiam ait,Ponā visitationem tuam pacē,& præpositos tuos iustitiam [ET adipe frumenti] .i. beata
fruitione diuinitatis [SATIAT te] replens in bonis desideriū tuum. Ipsa nanque superessentialis di
uinitas cibus est omniū beatorum,cuius visio siue fruitio merito dicitur adeps frumenti, id est, dulcis

A refectio panis æterni. Hæc refectio atq; ſocietas eſt eſſentiale præmiũ beatorũ, quo tã plene ditantur,
vt plus nequeant deſiderare. ℂ (4) QVI emittit eloquiũ ſuum terræ]. i. legẽ diuinã, ſacram ſcriptu-
ram, ſeuelationes cæleſtes annunciat hominibus per angelos ſanctos, qui omnes ſunt adminiſtratorii
ſpiritus in miniſteriũ miſsi, ſecundũ Apoſt. per quos reuelationes diuinæ deferuntur ad nos ſecũdum Hebr. 1.
Dionyſium. Vnde Stephanus ait Iudæis, Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelorũ. Emiſit quoq; deus Act. 6.
eloquiũ ſuum terræ, mittendo filiũ ſuum in mundũ, annuncians pacem per Ieſum, & per eũ euange- Act. 10.
licam legem hominibus donans ac prædicans, [VELOCITER currit ſermo eius] id eſt, prædicatio
verbi cæleſtis, ſeu annunciatio euangelicæ legis, cito atque celeriter per mundũ diffuſa eſt, & homi-
nibus pateſacta per apoſtolos ac apoſtolicos viros, In omnẽ enim terram exiuit ſonus eorum. Emiſit Pſalm. 18
plane Chriſtus eloquiũ ſuum terræ, dicendo apoſtolis, Euntes in mundũ vniuerſum, prędicate euan- Mar. 16
gelium omni creaturæ. Velociter vero cucurrit ſermo eius, quando apoſtoli exequebantur, & imple-
uerunt, quod Chriſtus eis prædixit, Eritis mihi teſtes in Ieruſalem & in omni Iudæa & Samaria, &
vſque ad vltimũ terræ. ℂ (5) QVI dat niuem ſicut lanam, nebulã ſicut cinerem ſpargit.] Impreſ- Act. 1.
ſiones enim meteorologicæ principaliter fiunt à deo, tãquam à prima cauſa: & ſic ipſe dat niuem ſi-
cut lanam, quoniã cadit per modum paruarũ partium lanæ. Nebulam ſicut cinerem ſpargit, videlicet
per partes minutas, & per modũ cineris coloratas. ℂ (6) MITTIT chryſtallum ſuam] quæ eſt gla

B cies fortiſsime indurata [SICVT buccellas] id eſt, per modũ fruſtorum candidi panis, [ANTE fa-
ciem frigoris eius quis ſuſtinebit?] id eſt, quis ferre poterit præſentiam frigoris à deo cauſati, ſi vellet
deus illud intẽdere? quaſi dicat, nemo. Quædam enim loca inhabitabilia ſunt propter frigiditatis ex-
ceſſum. ℂ (7) EMITTET] deus [VERBVM ſuum] id eſt, præceptũ ſeu voluntatis ſuæ effectũ, pu
ta calorem ſeu ſimile aliquid [ET liquefaciet ea] id eſt, cryſtallũ, ſeu glaciem mollificabit [FLABIT
ſpiritus eius & fluent aquæ] quæ prius ſtabant congelatę. Poteſt autem per ſpiritum intelligi ventus
glaciem reſoluens, vel ipſa dei voluntas, ſeu ſpiritus ſanctus: quo flante, id eſt, virtutem ſuã exercen-
te, fluunt aquæ quæ erant ſolidatę per frigus. Hæc ad literam plana ſunt. Porro ſpiritualem intelligen
tiam aſſequẽdo, dat deus niuem ſicut lanam, dũ peccatorem vitiorũ frigore induratum ad pietatem,
pœnitentiamque conuertit, vt ſit mollis & capax gratiæ dei, qui fuerat durus & frigidus: nebulam, id
eſt, vitioſam conſuetudinem, ſeu vitiorũ accumulationem, ſicut cinerem ſpargit, id eſt, per gratiã diſ-
ſipat, dando cõpunctionem & confeſsionem, omnia mala expellentem. Mittit ad obedientiam & in-
corporationem eccleſię, cryſtallum ſuam, id eſt, peccatores quoſdam obſtinatos, quos interdũ clemen
tiſsime reſpicit, ſicut buccellas, id eſt, ſic mittit eos vt incorporentur eccleſiæ per fidem & charitatẽ,
atque vt alios nutriant verbo doctrinę cæleſtis. Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? id eſt, quis
pati valebit vltionem diuinæ iuſtitiæ, qua in præſenti & futuro peccata vlciſcitur, non ſolũ infligen-

C do pœnam ſenſus, ſed etiã pœnam damni, indurãdo, videlicet ſeu infrigidando corda reproborũ ſal-
tem permiſsiue per gratię ſubtractionem? ℂ (8) QVI annunciat verbũ ſuum Iacob] Multa enim fu
tura reuelauit deus p ſpiritũ prophetiæ Iacob patriarchæ, vt patet in Geneſi vbi ait, Congregamini Gen. 49.
vt annunciem vobis quę ventura ſunt nouiſsimis diebus: illicq; de Chriſto copioſe & euidẽter pro-
phetat. Annunciat etiam [IVSTITIAS] id eſt, decẽ pręcepta moralia [ET iudicia ſua] id eſt, pre-
cepta iudicialia [ISRAEL] id eſt, populo Iſraelitico. ℂ (9) NON fecit] deus [TALITER] id
eſt, tam gratioſe & pie [OMNI nationi] id eſt, cæteris gentibus [ET iudicia ſua] id eſt, veteris legis Lucæ. 1.
pręcepta [NON manifeſtauit eis] ſicut populo Iudæorum. Quoniam enim deus incarnari elegit ex
ſemine Iacob, idcirco tam ipſi quam filiis eius, & maxime tribui Iudæ ſpecialem gratiã pręſtitit, con
uertendo eos ad vnius veri dei cultum, & Chriſti expectationem. Decuit nanque populum illum, de
quo naſciturus fuerat Chriſtus, ab aliis populis diuidi, & ſingulari ſanctitate ornari. Propter quod
Moſes, Te (inquit) elegit dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper ter- Deut. 7.
ram. Et Apoſt. Quid amplius eſt Iudæo? multũ per omnem modũ. Primo quidem, quoniam credita 14.
ſunt illis eloquia dei. Nunc vero qm̃ Chriſtũ quem expectant pręſentẽ, ſpreuerunt, nec in eũ hucuſq; Roma. 3.
credere voluerunt, propterea iſta nunc non eis, ſed populo Chriſtiano conueniunt: vt ſit ſenſus, Qui
annunciat verbũ ſuũ. i. prædicationẽ euangelii, ſeu Chriſtum filiũ ſuum, Iacob. i. populo Chriſtiano,

D vitia ſupplãtanti, iuſtitias & iudicia ſua. i. præcepta atq; conſilia in noua lege cõtenta, Iſrael. i. eidẽ po
pulo cæleſtia contẽplanti. Non fecit taliter omni nationi, videlicet Sarracænis, Tartaris, Iudęis nunc
excæcatis: & iudicia ſua, id eſt, ea quæ ipſe iudicat eſſe iuſta, non manifeſtauit eis, illuminando corda
eorum interius, quamuis forte exterius audierunt. Vnde Paulus ait quibuſdã, Tempora prioris igno- Act. 17.
rantiæ deſpiciens deus, nunc annuntiat vt omnes vbique pœnitentiam agant. Denique quidam expo
nunt hunc pſalmũ de eccleſia militanti, quæ dicitur Ieruſalem & Sion, propter cauſas vbertim præ-
habitas. Hanc ergo in primo verſiculo excitat vt dominũ laudet, cuius rationem annectit. Quoniam
confortauit ſeras portarum tuarum. Portæ eccleſiæ ſunt virtutes, præſertim fides, ſpes, charitas, qui-
bus intratur ad deũ. Seræ autem portarum iſtarum dici poſſunt ſacramenta ſeu dona ſancti ſpiritus,
quę per virtutes muniuntur. Has igitur ſeras confortauit dominus dando ſacramentis efficaciam ſan
ctificandi, virtute dominicæ paſsionis vſque ad finem mundi. Poſſumus quoque per portas eccleſiæ
intelligere ſacramenta: per ſeras vero portarum, virtutes ſacramentorũ. Benedixit filiis tuis, id eſt, fi-
delibus, in te, id eſt, in eccleſiaſtica vnitate perſeuerantibus, dando eis munera gratiarum. Qui poſuit
fines tuos pacem, id eſt, particulares eccleſias fecit pacificas. Chriſtus enim annũciauit, annunciariq; Mich. 5.
iuſsit pacem hominibus. Vnde in Mich. habetur, Pax erit in terra noſtra cum venerit. Et Chriſto na Lucę. 2.
to angeli cecinerunt, Gloria in altiſsimis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Et adipe
frumenti, id eſt, corpore Chriſti, quod in pane de frumento facto conſecratur, ſatiat te, ſpirituali ſa-

Iohan. 6. tietate. Quemadmodum Christus testatur, Caro mea vere est cibus, qui manducat meam carnem in E
Mat. 26 me manet & ego in eo. Itemque, Qui manducat hunc panem, viuet inæternum. Cætera exponuntur
sicut nune patuit. Quidam vero exponunt psalmum istum de illa terrena vrbe Ierusalem & Sion: sed
expositio hæc non videtur fructuosa neque conneniens. Propter quod eam non prosequor. Veruntamen si in Hebræo, vel translatione Hieronymi iuxta Hebræű, haberet bic psalmus titulű illum, quẽ
habet in aliquibus bibliis nostris, videlicet Haleluia Aggæi & Zachariæ, tűc literaliter psalmus præsens loqueretur de Ierusalẽ illa terrena, de cuius reædificatione vaticinabãtur ꝓdicti propbetæ. Sed
in Hebræo Psalmus iste sine titulo est. Ecce Psalmű omnino iucundű ac eleuatű audiuimus, qui mentes nostras ad cælestia dirigit, in quo ecclesia militans seu quilibet fidelis ecclesiam triumphantem ad
creatoris ac beatificatoris sui laudem inuitat, non quod illa nostra indigeat admonitione, sed vt nos
ei congratulemur, eius beatitudinem contemplemur, & adipisci conemur. Dum igitur Psalmi huius
primű versum proferimus, cor nostrum ad supercælestis palatii gaudia erigamus, cælestem Ierusalem
oculis fidei circumspiciamus, ad eius beatitudinẽ suspiremus, ob cuius amorẽ vniuersa sensibilia atq;
carnalia aspernari debemus. Cogitemus vt possumus quanta sit beatorű felicitas, quorum ciuitas ita
munita est, vt nihil aduersi in eã possit incurrere, nullű periculű propinquare, cuius ciues æterna &
incessanti benedictione replentur, cuius fines sunt pax, ita vt inæstimabili securitate de sua perpetua
confirmatione lętentur omnes beati qui summi boni beatifica fruitione æternaliter satiantur, æternæ F
pacis suauissimo gustu pascuntur, atque in sui creatoris amplexibus, inuariabiliter requiescunt.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLVIII.

### EXPOSITIO TITVLI.

Titulus demum Psalmi iam exponendi est, Haleluia. In aliquibus tamen bibliis additur, Aggæi & Zachariæ, propter causam in præcedenti articulo introductam. Est autem hic psalmus cælesti dulcedine atque deifica iucunditate repletus, in quo ardentissimus dei amator zelo diuini honoris succensus, vniuersa creata ad omnipotentis exhortatur præconium creatoris, & ait.

### PRECATIO.

*Laudabilis domine & gloriose fac nos precamur, cum angelis tuis & omni creatura te digne laudare: ut deuotas tibi laudes iugiter proclamantibus cætibus angelicis in gloria æternitatis nos associes.*

### EXPOSITSO Psalmi.

LAVDATE dñm de cælis, laudate eum in excelsis] Iste versiculus dupliciter
esplanatur. Primo, vt sit inuitatio omniű creaturarű ad laudem diuinã, eritque G
sensus, Laudate dñm de cælis, hoc est, dñm cælestẽ in cælis habitantẽ, ô cuncta
creata, Laudate eű in excelsis. i. in altis existentẽ, in sublimibus demorãtem, videlicet in mentibus contẽplatiuis ac puris, in thronis cælestibus, summisq; cælis. Secundo exponitur, vt sit inuitatio excellentium creaturarű ad laudandum
deű, vt sit sensus, Laudate dñm de cælis, hoc est, vos qui estis in cælis, videlicet
creaturæ superiores atq; cęlestes, laudate eum in excelsis. i. vos qui estis in magnis dignitatibus, in excelsis ordinibus cőstituti. Vel, laudate eű in excelsis, hoc est, magnis perfectionibus, summisq; laudibus, ascribendo ei prædicata nõ parua aut mediocriter magna, sed omnino excelsa. Dupliciter autẽ laudatur deus sublimis & benedictus ab intellectu creato. Primo in seipso attribuendo, videlicet ei sublimia attributa eius increatam perfectionem designantia, sicut dum dicimus,
Deus æternus, immensus, omnipotẽs, felix, iustus, misericors. Secundo, cõmemorando opera eius, &
Genes. 1. in illis ipsum opificẽ collaudando, sicut dum dicimus, Tu creasti cælum & terrã, & omnem ornatum
Nebe. 9 eorum. (2) LAVDATE eű omnes angeli eius, laudate eű omnes virtutes eius] Nomen angelorum, & nomen virtutű interdum ponuntur pro specialibus choris siue ordinibus spiritualiű substantiarum, quas Dion. cõmuniter nominat supermundanos animos, deiformes intellectus, cælestes essentias, quarű sunt tres bierarchię, & ordines nouem. Sed hoc loco angeli & virtutes nõ accipiuntur
pro specialibus ordinibus, imo vtrumq; ipsorum significat omnes prædictas spirituales substantias.
Omnes enim appellatæ sunt angeli, quoniã omnes sunt aliquo modo administratorii spiritus in mi- H
Hebræ. 1. nisteriű missi propter electos eo modo quo Dion. docet. Omnes quoque dicuntur virtutes, eo quod
sint fortes & viriles atque idoneę ad exequendas omnes operationes diuinas eis diuinitus præstitas.
Hos ergo angelos & virtutes, custodes & dominos nostros alloquimur, inuitantes eos ad dei præconiű, non quasi indigeant, aut torpentes seu lassi fieri queant in laude altissimi: sed quasi congratulantes eis vt dictum est plenius in præcedenti articulo. Sic enim loquimur operanti quod nobis placet,
Age age. Porro nequaquã debemus ista sine attentione diligenti proferre, sed triumphantis ecclesiæ
ciues ac regẽ corde sereno aspicere, cogitando q̃ bilariter, indesinenter, ac speciose deű collaudent o-
Esaię. 6. mnes sancti angeli. Quemadmodű apud Esa. inducitur, Clamabat alter ad alterum. Sanctus, sanctus,
Iob. 38. sanctus dñs deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Vnde dominus ait ad sanctű Iob, Vbi
eras cű me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei? (3) LAVDATE eum sol & luna, laudate eum omnes stellę] videlicet astra fixa & planetę [ET lumen] sensibile & insensibile, naturale & supernaturale. Si autẽ poneremus corpora cęlestia animata sicut posuerunt summi philosophi, scilicet Aristoteles, Plato, Socrates, Auicenna, & sequaces eorum, quos etiã Iudæorum præcipui
theologi atq; philosophi, scilicet Rabbi Moses, & Dauid autor libri de causis, multiq; alii sunt secuti, quibus Christianorű quoque doctorű aliqui consenserunt, videlicet Origenes, sicut beatus Tho-

A mas in prima parte teſtatur. Ipſe quoq; ſanctus , ſublimis & glorioſus Hieronymus idē ſentire vide-
tur,exponēs illud Eccleſiaſtes,Luſtrans vniuerſa in circūitu pergit ſpiritus.Si (inquam) taliter pone- Eccleſ. 1.
remus,poſſemus corpora cæleſtia,videlicet orbes & aſtra,ſolem ac lunā inuitare ad laudem dei,quē-
admodū angelos.Quāuis Aug. ſuper Geneſim & in Enchiridio ſub dubio relinquat,an corpora iſta
ſint animata.Non autē relinquit ſub dubio,quin ſi animata eſſent,pertinerent vtiq; ad ſocietatē ange
lorū.Si vero amplius cōplacet opinio ſancti Baſilii & Damaſceni, dicentium, quod corpora cæleſtia
ſunt inanimata,quod etiā cōmunius exiſtimatur, tunc inuitantur ad laudem dei eo modo quo cætera
inanimata & irrationabilia.Generalis etenim modꝰ quo omnis creatura deū laudat eſt,quod eius bo-
nitatem,ſapientiam,atq; potentiā repręſentat,eiuſq; voluntati obedit, agendo & patiendo quod ipſe
præfixit.Laudant igitur ſol & luna,ſtellæ & lumen dominū,quoniam ſuo decore, dignitate atque po
teſtate inducunt intellectuales creaturas ad laudē ac admirationem creatoris. Et item quia à ſuo offi-
cio atque obſequio non recedunt,ipſorū motus & ſeruitium laus dei eſt. ℂ (4) LAVDATE cū cæ-
li cælorum] hoc eſt,cæli maiores & principaliores,videlicet cæli qui ſunt ſupra ſeptem cælos plane-
tarum.Vel,per cælos cælorum deſignat cælum empyreū:ponitque plurale pro ſingulari, quia ſecun-
dum Chryſoſtomū hoc nomen cælum in hebræo caret numero ſingulari.Vnde & alibi ſcriptura ſin
gulariter exprimit cæli cælorum:iuxta illud Nehemiæ, Tu domine feciſti cælum cælorū , & omnem Nehe. 9
B exercitū eorum [ET aquæ quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen domini] Quid per aquas has intel-
ligendū ſit,diuerſimode aſsignant doctores.Antiqui enim doctores præter Auguſtinum dicūt ſupra
firmamentū ſeu cælum ſtellarū eſſe veras aquas,quas Beda aſſerit glatiali ſoliditate,ſupra firmamen-
tum per modū cryſtalli eſſe ſuſpenſas,& ita eſſent eiuſdem naturæ cū aqua elementari.Moderni vero
doctores, Auguſtinū ſequentes,cōmuniter dicunt, nequaquam eſſe aquas veras ſupra cælos , ſed per
aquas has intelligendā eſſe nonam ſphæram mobilem, quæ dicitur cælum cryſtallinum ſeu aqueum,
non quod ſit de natura aquæ, ſed quia cum aqua conuenit in diaphoneitate: quemadmodum cælum
empyreum dicitur igneū,non quaſi de natura ignis exiſtens,ſed tanquā cum igne in luciditate ſeu cla
ritate conueniens.Veruntamen,ſecundū Thomam ſuper ſecundū Sententiarum, cælum empyreum
non dicitur ideo lucidū,quod ſenſibiles radios fundat,cum non ſit cōpactum (Talis nanq; luciditatis
cauſa eſt congregatio ſeu cōpactio partium diaphoni,vt dicunt, Auicēna & Auerrois,propter quod
ignis in propria ſphęra non lucet) ſed dicitur lucidū, quoniam naturā lucis habet in ſe cum ſit maxi-
me formale. Ad nonam ſphæram ſeu cælum aqueum reducunt aſtrologi motum cæli ſtellati ab occi-
dente in orientem.Ponunt autē quidam eorū & decimam ſphęram mobilem, quam dicunt eſſe cau-
ſam diurni motus firmamenti ſeu cæli ſtellati ab oriente in occidentem.Conſequenter ponitur ratio Pſal. 32
cur omnia deum teneantur laudare. ℂ (5) QVIA ipſe dixit] id eſt, intellectualiter intra ſe protu
C lit,practico intellectu vt crearentur [ET facta ſunt] ex nihilo [IPSE mandauit] id eſt,per volunta-
tem imperialiter iuſsit [ET creata ſunt] Vocat enim ea quæ non ſunt tanquam ſint.Vnde in Geneſ. Roma. 4
habetur,Dixit deus,Fiat lux,fiat firmamentū:& ita omnia dicendo creata ſunt.Deus quippe eſt cau- Geneſ. 1.
ſa rerum per intellectū:iuxta illud,Omnia in ſapientia feciſti.Et per voluntatē,quemadmodum dictū Pſal. 103.
eſt,Omnia quæcunq; voluit dominus fecit. ℂ (6) STATVIT] id eſt,firmiter collocauit,[EA] iam Pſal. 134
prædicta,videlicet angelos,virtutes,ſolem,lunam,ſtellas,lumen,cælos cælorum, & aquas quæ ſuper
cælos ſunt [in ſeculū ſeculi] id eſt,perpetuo.Dedit enim eis incorruptibile eſſe, quanuis cæli & lumi
naria quantū ad formam accidentalem mutanda atque in melius cōmutanda credantur, [PRAECE-
PTVM poſuit] id eſt,certam legē operandi eis præfixit [ET non præteribit] id eſt, præceptū iſtud
non deſinet.Vnde Hieron.ait, Præceptum poſuit ſoli vt luceret per diem , & ecce per tantos annos
nunquam præceptum eius præteriuit.Lunæ præceptum poſuit, vt per triginta dies creſcat & decre-
ſcat,nunquam curſus eius mutatur.Mari præceptum poſuit vt littora ſua nō egrediatur.Venit ocea-
nus tumens fluctibus,& ipſe redit & præceptum obſeruat.Grandis hominis honor, & grandis miſe-
ria,ſol tibi currit,& elementa tibi ſeruiunt,& tu ignoras creatorem tuū.Totus mundus deo ſeruit,&
præcepti eius meminit,ſolus homo illud contemnit aut negligit. O infelix hominum genus, deſcen-
dit ad te deus,quoniā tu ad cælum non vis aſcēdere,non tibi ſufficit, quod ipſum non ſuſcipis ſed cru
D cifigis,blaſphemas,flagellas,nec tamen pœnitentiam agis. ℂ (7) LAVDATE dominum] vniuer-
ſorum [DE terra] id eſt,ô terrena & inferiora,videlicet [DRACONES] .i.ſerpētes ſquamoſi & ma
gni,qui habitant in cauernis ſeu ſpeluncis aquoſis,in temperamentū ſui naturalis caloris,qui non re-
punt in terra,ſed volant in aere,& cætera animantia terræ in quantitate excedunt. Aliqui per draco
nes intelligunt cete grandia.Quoniā in Geneſi vbi nos habemus, Creauit deus cete grandia,in He- Geneſ. 1.
bręo dicitur,dracones magnos [ET omnes abyſſi] id eſt,particularia,profundaque maria , ſeu pro-
funda loca oceani,in quibus habitant cete. ℂ (8) IGNIS] id eſt,elementum ſupremū [GRANDO,
nix,glacies,ſpiritus procellarum] id eſt,venti tempeſtuoſi,concitantes procellas in mari [QVAE fa-
ciunt verbum eius] id eſt,diuino præcepto obediunt,idque operantur, ad quod diuinitus ordinātur.
ℂ (9) MONTES & omnes colles] id eſt, magni & parui montes, [LIGNA fructifera] habentia
ſementem generis ſui in ſeipſis [ET omnes cedri] quæ ſunt arbores altæ. ℂ (10) BESTIAE] ſyl-
ueſtres atque indomitæ [ET vniuerſa pecora] domeſtica [SERPENTES] id eſt, animalia repen-
tia [ET volucres pennatæ] omnia hæc laudent deum, vnumquodque ſecundum modum ſuum.Sed
quid eſt quod inanimata & irrationalia & bruta alloquimur?Et reſpondendum, quod ea alloquimur
non vt ipſa intelligant verba noſtra , ſed vt noſipſi ea nominando & conſiderando inducamur ad
creatoris admirationem ac laudem.Nam ſicut in libro Sapiētiæ dicitur , A magnitudine ſpeciei crea Sap. 13.
turæ poterit creator horum cognoſcibiliter videri . Inuiſibilia quoque dei per ea quæ facta ſunt co-

Roma. 1. gnoscuntur, testante apostolo. Deinceps inuitatur, & excitatur ad laudē dei ipse homo propter quem E
facta sunt omnia ista terrena. ¶ (11) REGES terrę] id est, regnorum & insularum [ET omnes po-
puli] eis subiecti [PRINCIPES] regibus inferiores, [ET omnes iudices terræ] id est, habitantes in
terra, seu hominum in terra manentium. ¶ (12) IVVENES & virgines, senes cum iunioribus] id
est, omnis conditio, omnis sexus, ætas, & status humanæ creaturæ [LAVDENT nomen domini] id
est, dominum nomine designatum [QVIA exaltatum] id est, cunctis prælatum [EST nomen eius
solius] id est, ipse solus vniuersis sublimior est, imo omnia in infinitum excedit in omni nobilitate &
Eccle. 13. perfectione, propter quod in Ecclesiastico inducitur, Vnus est altissimus creator omnium, omnipo-
Deut. 3. tens rex, & metuendus nimis. Et Moses ait, Non est alius deus in cælo vel in terra, qui possit facere
opera tua, & comparari fortitudini tuæ. ¶ (13) CONFESSIO eius] id est, laus dei est [SVPER
cælum & terram] id est, in ecclesia triumphanti ac militanti, in patria atque in via. Vnde alibi legi-
Abac. 3. tur, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra [ET exaltabit] in pręsenti vita per gra-
tiam, & in futura per gloriam [CORNV populi sui] id est, virtutem & dignitatem fidelium atq; hu
Luc. 18. milium. Humiles enim exaltat quotidie, dando eis spiritualem profectum. In die autem iudicii collo-
cabit eos ad dexteram suam, deinde ponet eos cum corpore & anima in regno maiestatis paternæ,
Iohan. 17 quatenus vbi ipse fuerit & illi sint secum. De qua exaltatione electorum impii mirabuntur in die iu-
Sapien. 5 dicii dicentes, Nos insensati vitam illorum putabamus insaniam, & finem sine honore, quomodo er F
go computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? ¶ (14) HYMNVS] id est, laus
dei cum cantico est atque debetur [OMNIBVS sanctis eius] in cælo & in terra. Nam & ipsi laude
digni sunt, & deum incessabiliter laudant. Qui autem sint sancti eius, exemplificat, [FILIIS Israel
populo appropinquāti sibi.] Ad literam Psalmista vocauit filios Israel seu Iacob patriarchæ sanctos
Deut. 7. dei, quoniam tempore illo pene totus mūdus declinauit ad idololatriam pręter eos. Vnde Moses sæ-
pe ait ad eos, Populus sanctus es dño deo tuo. Et hi filii Israel erant populus appropinquans deo, be
ne viuendo. Sicut enim à deo receditur per peccatum, sic ei appropinquatur per virtutes. Fides nan-
que ostendit viam & finem, seu terminum. Spes vero incipit tendere. Charitas vero vnit nos deo, &
cæteræ virtutes in quantum per charitatem informantur, deo nos copulant. Spiritualiter vero per fi-
lios Israel intelliguntur omnes fideles seu Christiani deum per fidē contēplantes: & istis est hymnus,
quemadmodum dicit Apostolus, Loquimini vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritua-
Colo. 3. libus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Ecce Psalmum cælicæ amœnitatis decore
fulcitum, & sancti amoris zelo refertum, audiuimus, in quo deuotissimus dei cultor totam vniuersita
tis machinam, paucis creaturis nominatim expressis ad summę trinitatis laudem hortatur: quatenus
quod ipse per se implere non valet, ab illis impleatur. Dum ergo Psalmum hunc canimus, mentē no- G
stram ab omni distractione reuocemus, zelo diuini amoris accendamus: & omni custodia præserue-
mus. Contemplemur insuper in vniuersis creaturis, præsertim in cælestibus excellentiam creatoris,
in eius contemplatione epulemur, in eius pręconio delectemur, eius beatitudini affectuosissime con
gratulemur. Denique id personaliter impleamus ad quod cætera omnia exhortamur, videlicet deum
laudātes & glorificantes, ad cuius laudem & gloriam omnia facta sunt. Vere etenim possibilius esset
cælum & terram annihilari, quàm hominem in laudibus dei gloriantem non saluari.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CXLIX.

### ¶ EXPOSITIO Tituli.

PORRO titulus huic Psalmo pręscriptus est Haleluia. Est nanque hic Psalmus laus domini salua-
toris, atque totius supergloriosissimæ trinitatis, pręsertim pro beneficio perfectæ victoriæ, atq;
finalis triumphi, quem per Christi virtutem adepturi sunt fideles, in secūdo eius aduentu, quan
do omnes aduersarii electorum æternaliter damnabuntur, & ipsi electi ab omni malo pœnæ & cul-
pæ liberabuntur, resumentes corpora glorificata. Ait ergo sanctus propheta.

### PRECATIO.

*Qui nos fecisti domine, præsta nobis te diligendo letari & exultare in te, & beneplacitum tibi sit in nobis, & exal* H
*tes nos in salutem æternæ beatitudinis.*

### ¶ EXPOSSTIO Psalmi.

CANTATE domino canticum nouum] id est, recens carmen, & nonam laudē
deo offerte, in qua noua eius beneficia contineantur. Dicitur autem canticum
nouum, non propter temporis nouitatem, sed propter materię atque deuotio-
Philip. 3. nis spiritualem innouationem. Itaque monemur deum laudare pro beneficiis
eius nobis in fine seculorum per Christum collatis, videlicet de Christi incar-
Apoc. 6 natione, prædicatione, passione, spiritus sancti missione, de eius quoque futu-
ris beneficiis, quibus reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum cor-
pori claritatis suæ, & vindicabit perfecte iniuriam seruorum suorum humili-
um [LAVS eius] scilicet dei est, [IN ecclesia sanctorum] id est, in congregationibus deuotorum, in
Esaiæ. 51. ecclesia militanti ac triumphanti, quemadmodum apud Esaiam recolitur, Gaudium & lætitia inue-
nietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. ¶ (2) LAETETVR Israel] hoc est, populus fidelis seu
Christianus, qui per fidem & vitam reputatur in semine patriarcharū, multo amplius quàm filii car-
Roma. 2. nis, prout Apostolus memorat, Non qui in manifesto Iudæus, neque quæ manifesto in carne est cir-

A cuncisio: sed qui in abscondito Iudęus est,& circuncisio cordis in spiritu,nō litera. Vnde de filiis carnalibus carnaliter circuncisis,sed Christum negantibus ait Iohan. Dicunt se Iudæos esse, & nō sunt, Apoc. 3.
sed mentiuntur. Vnde rursus Paulus testatur, Qui ex fide sunt,hi filii sunt Abrahæ. Itaque iste verus Galat. 3
Israel lætetur spirituali lætitia [IN eo qui fecit eum] hoc est,in suo creatore ac saluatore, in eius contemplatione,dilectione & cultu cordialiter gloriando,sicut Apost.monet,Qui gloriatur,in domino 1.Cor.1.
glorietur.[ET filię Sion] id est,particulares ecclesiæ cælestia speculātes,vel animæ deuotæ,quę sunt 2.Co.10.
filię ecclesiæ per Sion designatæ [EXVLTENT in rege suo] sponso cælesti,de quo in Canticis canticorum habetur,Egredimini filiæ Sion,& videte regem Salomonem. Et iterum, Introduxit me rex Cant.3.
in cellam vinariam. Iste rex noster est Christus,de quo scriptum est,Dominus iudex noster,dominus Cant.2.
legifer noster,dominus rex noster:ipse veniet & saluabit nos. In hoc rege animæ piæ modo gaudent Esaiæ. 33
spiritualiter. ¶ (3) LAVDENT nomen eius in choro] corporali,videlicet societate per charitatem concordi:& item in choro spirituali,id est,in concordia morum, in consonantia operum bonorum, in connexione virtutum.[IN tympano & psalterio psallant ei] Vtitur enim interdum ecclesia in laude diuina his musicis instrumētis. Spiritualiter vero per tympanum carnis mortificatio significatur, quia in tympano corium extenditur. Per psalterium vero,in quo chordæ extenduntur, bona operatio figuratur. Itaque filiæ Sion in tympano,id est,in carnis castigatione, in concupiscentiarum refre-
B natione,in propria mortificatione,& psalterio,id est,vita laudabili psallant,id est, laudem annūcient ei,id est,regi suo,domino saluatori,quatenus vita & mores consonent verbis,& talis sit vita quę reddat animam ad laudandum deum idoneam. ¶ (4) QVIA beneplacitum est domino] Christo [IN populo suo] Christiano æternaliter præelecto,quemadmodum fatetur, Delitię meæ esse cū filiis hominum. Et iterum, Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos.[ET exaltabit] in die iudicii [MANSVETOS] id est,veraciter Christianos,qui didicerunt ab eo illam lectionem quam omnibus nobis propo Prou.8.
nit, Discite (inquiens) à me,quia mitis sum & humilis corde. Hos ergo mansuetos exaltabit [IN salutem] mentis & corporis,dando eis duplicem stolam, beatitudinem plenam, vitam æternam, pro- Iohan. 15
pterea subditur, ¶ (5) EXVLTABVNT sancti in gloria] beatificæ visionis in patria, prout domi Mat. 11.
nus ait, Exultabitis & gaudebitis vsque in æternum. [LAETABVNTVR in cubilibus suis] id est,in cælestibus mansionibus,in quibus dulciter requiescunt, atque in deo feliciter somno syncerissimæ cō Esaiæ. 65
templationis obdormiunt. De his cubilibus ait Saluator, Vado parare vobis locum. Et rursus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. ¶ (6) EXVLTATIONES dei] id est,exultationes spirituales atque diuinę,laudes perpetuæ,erunt [IN gutture eorum.] Si hoc de gutture corporali intelligatur,sequi videtur ꝙ in patria erit laus vocalis,quod ego probabilius reor quàm aliud. Potest tamen Iohan. 15
exponi de gutture spirituali,de quo sponsa ait in Canticis, Fructus eius dulcis gutturi meo. Et Salo- Cant. 2.
C mon, Veritatem meditabitur guttur meum. Hoc est guttur per quod verbū cordis profertur,quo spiritualis dulcedo gustatur. Itaque exultationes dei,id est,diuina, & ad deum ordinatæ erunt in gutture beatorum,itaque in eorum gutture spirituali erunt exultationes seu delectationes internæ & spirituales. In gutture autem eorum corporali erunt exultationes seu laudes exteriores atque sensibiles. Prou.8.
Qualiter vero voces & soni laudum vocalium in cælo empyreo formabuntur, difficultatem habet, quæ hoc loco discutienda non est,[ET gladii ancipites in manibus eorum.] In Apocalypsi de Christo inducitur, De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. Et palam ꝙ ibi per gladium intel- Apoc.1.
ligatur districta sententia iudicis contra iniustos. Similiter nunc ait scriptura de sanctis eum Christo iudicaturis,quibus ipse loquitur, Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Gladii ancipites,id est, sententia iudicis contra iniquos in manibus, Mat. 19
id est,in potestate eorum. Simul enim cum Christo iudicabunt. ¶ (7) AD faciendam vindictam in 1.Cor. 16
nationibus] id est,vt simul eum Christo vlciscantur in nationibus peruersorum, peccata atque iniurias deo & sibi illatas,& ad faciendas [INCREPATIONES] id est,iustas reprobationes & pœnas [IN populis] reprobis. Dicuntur autem sancti ista facturi, quoniam Christo ista agenti consentient & astabunt. ¶ (8) AD alligandos reges] iniustos [EORVM] scilicet impiorum [IN compedibus] id est,in vinculis æternæ damnationis,à quibus nunquam erui poterunt. [ET nobiles eorum] super-
D bos [IN manicis] id est,ligaminibus [FERREIS.] Per hoc enim quod sancti impios eum Christo damnabunt,reges nobilésque eorum,puta tyrānos iniustósque præsides ligabunt in compedibus & manicis ferreis,secundum quod Christus locutus est, Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores. ¶ (9) VT faciant in eis iudicium conscriptum] id est,vt sic iudicent impios, sicut Mat. 25.
in diuina præscientia scriptum,atque in sacris scripturis digestum est. Vnde dominus alio loco iustis promittit, Egrediemini & salietis quasi vituli de armento, & calcabitis impios in die quo ego facio, dicit dominus,[GLORIA hæc est omnibus sanctis eius] id est, vniuersis electis eedet ad gloriā præ- Malac. 3.
inducta vltio beatorum,quemadmodum scriptum est, Lætabitur iustus eum viderit vindictam. Vel, gloria hæc est omnibus sanctis eius,id est,omnes electi tunc vindicabunt in nationibus, sicut iam pa tuit. Omnes enim cum Christo per approbationem iudicabunt, & fortiter imperterrite & constantissime contra reprobos stabunt, & maxime martyres contra tyrannos: iuxta illud, Tunc stabunt iusti in magna constantia,aduersus eos qui se angustiauerunt,& qui abstulerunt labores eorum. Viden Sapien. 5
tes impii turbabuntur timore horribili,gementes præ angustia spiritus dicētes, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum,& in similitudinem improperii. In lib. quoque Sapien. iterum legitur, Iudicabunt iusti nationes,& dominabuntur populis. Hæc sunt incomprehensibilia dei iusti iudicia, vt Sapien. 3
taliter exaltentur in die iudicii,qui nunc propter iustitiam patiuntur,veraciter humiliātur, & deo humiliter obsequuntur. Sic quoque tunc humiliabuntur,qui modo iustos affligunt,contra iustitiam tu- Matth. 5.

ment,& temporaliter præualent. Denique mouere non debet, ꝙ primo dicit sanctos exultaturos in E
gloria,& lætaturos in cubilibus suis:& postea subdit, Gladii ancipites in manibus eorum. Ad facien
dam vindictam in nationibus,&c.quod tamen præcedet. Sacra nanque scriptura non semper enume
rat dona dei eo ordine quo præstantur. Sed & Christus talem ordinẽ ponit in verbis, sicut nunc psal
Lucæ. 22 mus præsens. Ait nanque discipulis, Ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis super mensam
meam in regno,& sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ecce hic psalmus ad lau
dem diuinam & spiritualem lætitiam hilariter nos inuitat, beatitudinem electorum iucunde descri-
bit,reproborúmque pœnas salubriter pandit,quatenus ad sanctorum societatem pertingere sataga-
mus,impiorumque opera atque tormenta abhorrere & fugere laboremus.

## COMMENTARIVS IN PSAL. CL.

### EXPOSITIO TITVLI.

Titulus huius nouissimi psalmi est, Haleluia. Præsens enim psalmus ecclesiam triumphantem inuitat ad laudandum suæ fontem beatitudinis,suæ salutis authorem. Quia enim psalmus im
Psal.149 mediate præcedens translationem sanctorũ ad patriam reserauit,merito nunc Psalmista hor-
tatur eandem sanctorũ societatẽ,vt dño deo pro tantis beneficiis laudes & gratias referat. Itaq; dicit. F

### PRECATIO.

*Spiritalibus uitiis cunctis à nobis expulsis infunde domine unctionem spiritus sancti sensibus: cuius nobis habitaculum factus,omnis spiritus noster laudet te dominum cæli.*

### EXPOSITIO Psalmi.

LAVDATE] ô vos eiues cælestes [DOMINVM] vestræ felicitatis obiectum & causam [IN sanctis eius] id est, in vniuersis comprehensoribus & beatis, gratias ei agendo pro omnibus bonis quæ largitus est eis, & quicquid felicita-
Psal. 67 tis & gloriæ in ipsis est, ei principaliter asscribendo. Vere enim mirabilis est deus in sanctis illis. [LAVDATE eum in firmamento virtutis eius] id est,in stabilitate fortitudinis quam dedit beatis,confirmando eos in bono. Hanc ergo beneficentiam deo asscribite,atque pro ea ipsum laudate. Vel, in firmamento virtutis eius, in cælo empyreo à diuina virtute causato. Sicut enim deus in hoc cælo esse censetur,ita in eo laudandus perhibetur. De hoc enim firmamento scriptum est, Respi
Deut.16. ce domine de sanctuario tuo,de excelso cælorum habitaculo. ¶ (2) LAVDATE eum in virtutibus G
eius] id est,in angelis sanctis,qui virtutes dicuntur,vt in præcedentibus dictum est. Vel,in virtutibus eius,id est,magnis atque potentibus eius effectibus,scilicet quod tanta pro hominibus fecit & passus est,quod sanctos suos tam mirabiliter exaltauit in iudicio,in patria,in corpore & anima. [LAVDATE eum secundum multitudinem magnitudinis eius] secundũ quod ipse deus multipliciter magnus
Psal. 146 est in seipso & suis operibus. Est enim magnus in sapientia,quia sapientiæ eius non est numerus. Ma-
Luc.1. gnus in potentia,quia non est difficile ei omne verbum. Magnus in misericordia, magnus in iustitia,
Ierem.32 magnus imo immensus in omni perfectione. Sed cum deus in infinitum maior & dignior sit omni
Eccl. 43. laude quam si bi offerre potest omnis creatura, quomodo aliquis potest deum laudare secundũ multitudinem magnitudinis eius? Et respondendum,quod hoc est deum laudare secundum multitudinem magnitudinis eius, laudare eum totis viribus, & tamen profiteri se nihil dignum agere, neque sufficere ad eius præconia persoluenda,& nihilominus reuerenter atque humiliter facere ad gloriam dei quicquid possibile fuerit. ¶ (3) LAVDATE eum in sono tubæ] per hæc septem musica instrumenta quæ hic nominantur,designatur ineffabilis & multiformis seu multiplex beatorum iucunditas in dei laudatione consistens,suntque instrumenta hæc spiritualiter intelligenda. Itaque laudate eum in sono tubæ,id est,laude magnifica & summo præconio,tanquam regem regum,& omnis triumphi datorem. [LAVDATE eum in psalterio] id est,gratiarum actione, de hoc quod præstitit vobis gratiam custodiendi mandata,quorum obseruatio per psalterium designatur,vt dictum est sæpe [ET cithara] id est,in gratiarum actione de hoc quod contulit vobis carnis mortificationem in seculo isto, H
quæ significatur per citharam. ¶ (4) LAVDATE eum in tympano] id est,pro dono immortalitatis vestræ carni olim mortali collato. De spirituali autem significatione tympani dictũ est in psalmo præcedenti. [ET choro] id est, in choro seu ordine angelorum, cui adunati estis,deum laudate qui vos fecit angelis pares. [LAVDATE eum in chordis] id est, virtutum consonantiis, in longitudine quoque latitudine & profunditate charitatis [ET organo] id est,in dulci modulamine omnium ad diuinam laudem spectantium. Per organa enim, quorum vsus manet in Christi militanti ecclesia, generalitas laudis diuinæ exprimitur. ¶ (5) LAVDATE eum in cymbalis benesonantibus] Cymbala benesonantia sunt labia oris & cordis,deum deuote laudantia. In istis laudant deum beati. Vnde quod de istis cymbalis animatis loquatur Propheta, sequentia verba ostendunt, [LAVDATE eum in cymbalis iubilationis] id est,in cymbalis talibus de quibus iubilatio, id est, iucundissima atque inenarrabilis quædam dei laudatio oritur,scilicet in labiis cordis seu oris. Labia vero cordis aliud prorsus non sunt,nisi intellectus,quo verbum mentale profertur, vel habitus intellectualis & vis intellectiua. Cupit ergo Propheta vt sancti in patria deum tota mente collaudent,& oris quoque præconiis
Esaiæ. 65 eum,vt decet,attollãt:quod vtique incessabiliter agunt,sicut apud Esaiam dominus protestatur, Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis. Neque enim iccirco inuitantur & admonentur à no-

A bis ad laudem diuinam, quasi nostra exhortatione indigeant, sed vt nos eis cõgratulemur, & propria
inuitatione accendamur. Denique quoniam nostra perfectio ab operatione morali inchoatur, & in
laude diuina finitur, iccirco sicut exordium libri præsentis admonet ad bene agendum: sic finis eius
hortatur ad dei præconium, dum subditur, [OMNIS spiritus] intellectualis, bene dispositus. vtpo-
te angelus & anima rationalis [LAVDET dominum] omnipotentem, æternum, immensum, in sub-
stantia vnum & simplicem, in personis trinum, à quo tanquam à patre luminum descendit omne do
num optimum & omne datum perfectum. Ecce ad laudem, honorem & gloriam superbenedictæ & Iacobi. 1.
superessentialis & supergloriosissimæ trinitatis, vnius simplicissimæ atque purissimæ deitatis, vteun
que finita est expositio libri psalmorum, prout dominus dare dignatus est: iuxta formam à principio
conceptam, videlicet simplici planóque stilo, imò & sensu perfacili, sed tamen frequenter multipli-
ci, vtpote literali, allegorico, tropologico, & anagogico. Saluberrima demum scientia est intelligere
librum psalmorum, quoniam (contestante magno itémque diuino Dionysio) quicquid in sacra scri-
ptura describitur, continetur & clauditur, hoc liber psalmorum per modum laudis diuinæ comple-
ctitur. Incessabiliter ergo & infatigabiliter in psalmorum cantibus occupemur, iugiter fluant ex cor-
de per ora sacratissima verba psalmorum. In hoc exercitio habituetur anima nostra, donec perfecte
habituata sine labore delectabilissime psallat, & omnem occupationem, statum & curam ab hoc exer
B citio cæliformi atque angelico impedientem fastidiat, vitet, & quãtum licet seu expedit, deserat. Hoc Philip. 3.
est in terra angelicam vitam ducere, conuersationem in cælis habere, ad futuram beatitudinem dispo
ni & appropinquare. Tanto equidem deum in patria iucundius beatiúsque laudabimus, quanto nũc
deum deuotius, frequentius, delectabiliúsque laudamus, qui est super omnia deus fortis & gloriosus:
cui gloria, magnificentia, imperium & potestas, quoniam ipse est vniuersorum superfelix creator, o-
mnipotens gubernator, misericordissimus quoque saluator, deus sublimis & benedictus. Amen.

## COMMENTARIORVM IN PSALTERIVM CONCLVSIO.

IN OMNI opere Dauid dedit confessionem deo excelso & sancto in verbo
gloriæ, & de omni corde suo laudauit deum, & dilexit dominum qui fecit il-
lum: stare fecit cantores circa altare, in sono eorum dulces fecit modulos.
Dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque in consummationẽ, Eccl. 47.
vt laudent nomen domini sanctum & amplificent dei sanctitatem. In his ver-
bis electus Dauid, admirabile vas misericordiæ dei, multipliciter atque magni-
C fice commendatur. Primo ex deuotissimis actibus latriæ, quæ est virtus mora-
lis præcipua, summo omnipotentique deo cultum ac ceremoniam exhibens,
quia in omni opere suo dedit deo confessionem: deo inquam excelso, imò altissimo & superaltissi-
mo, vtpote prorsus infinitæ & incomparabilis excellentiæ regi, omnium creatori essentialiter san-
cto, qui solus ex sua natura impeccabilis est. Huic dedit Dauid confessionem in omni opere suo, hoc
est, in cunctis operibus dei siue, in omnibus creaturis, de quibus tres pueri cecinerunt, Benedicite o- Dan. 3.
mnia opera domini domino. In omnibus quoque operibus suis, puta ipsius Dauid, qui quicquid bo- 2. Re. 12.
ni effecit, deo asscripsit humiliter, & de omni opere suo malo pœnituit vehementer, & ita confes-
sus est deo confessione laudis diuinæ, & confessione propriæ culpæ, & hoc in verbo gloriæ, id est,
in gloriosis verbis psalmorum, & item in verbo æterno, de quo fertur in Ecclesiastico, Fons sa- Eccles. 1.
pientiæ verbum dei in excelsis, & de omni corde suo, id est, toto intellectu & affectu, Confitebor Psalm. 9.
(inquiens) tibi domine in toto corde meo. Laudauit deum cum omni attentione, reuerentia ex cha Psal. 110.
ritate, sine qua nihil deo acceptum meritoriumve consistit: sic quippe psallendum est, psallam spi- Psal. 137.
ritu, psallam & mente. Qualiter autem Dauid rex ordinauit & stare fecit cantores in templo circa 1. Cor. 14
altare seu contra altare, id est, ex opposito altaris primo Paralipo. recitatur, in quorum sono, id est, 2. Reg. 6
psalmodia & laude vocali modulos fecit dulces, quoniam ita disposuit quod consonanter, concor- 1. Par. 16.
D diter & deuote psallebant. Dedit quoque in celebrationibus decus, id est, in diuinis officiis & sacris
solenniis pulchritudinem magnam, per hoc quòd cantica sua præclara in illis tunc cantabantur, &
nunc vsque cantantur in domibus dei ecclesiisque sanctorum, per quod ornauit tempora vsque in
finem, quia sic canentur quandiu durabit ecclesia, in qua psalmi præ scripturis cæteris frequentan-
tantur ac solenniter decantantur, vt fideles laudent nomen dei sanctum, id est, ipsummet deum, Psal. 130.
nomine nominante significatum, & amplificent, id est, diuulgent sanctitatem ipsius ad eiusdem no
titiam, cultum, & honorificentiam alios inducendo. Hinc innotescit sententia, virtus, feruor,
præclaritásque psalmorum, ex quibus totus cultus creatoris, officium omne diuinum, & tempus
durationis vitæ præsentis sic decorantur. Etenim quanta sententiositas sit psalmorum, quàm igniti
affectus eorum, quàm ingens eorum suauitas, quàm mira iucunditas, quàm profunda cõtritio, quàm
affectuosa oratio, quàm pulchra varietas personarũ, ex quarum parte proferuntur, q̃ alta contempla
tio, q̃ frequens inflammatio, q̃ compendiosa descriptio mysteriorum Christi atque ecclesiæ, quanta
humiliatio suiipsius, q̃ salubris consideratio mutabilitatis & defectuositatis rerum & inferiorũ & hu
manarum, quàm moralis instructio, quàm compẽdiosa continentia scripturarum, quis eloqui queat?
Hinc iam libro psalmorum quadrupliciter .i. literaliter, tropologice, allegorice, ac anagogice prout
domino concedente quiui exposito, nihilominus à deuotis ac studiosis confratribus in Christo cha-
rissimis, rogatus sum addere pro conclusione psalterii, & instructione deuote psallendi, etiam ista

ſequentia. Occaſionem iſtud rogandi (ni fallor) ſumpſerunt ex verbis venerabilis magiſtri Hugo E
nis de ſancto Victore in tractatu ſuo de oratione dicentis, Quoniam in affectibus pietatis eſt omnis
virtus orandi. Enumeremus aliquot ex ipſis, & exemplis demonſtremus, vt quia omnes enume-
rare nequimus (infinitæ enim ſunt) attamen quod in omnibus laudabile eſt, & deo acceptum ex qui-
buſdam coniiciamus. Eſt affectus dilectionis, dum mens intuens aut reminiſcens quòd amor re- 1
pente amore ignis accenditur. Eſt quoque admirationis affectus, dum quis aliquid nouum atque mi 2
rabile contemplans, in ſtuporem mox excitatur. Eſt etiam affectus congratulationis, cum acce- 3
ptabile quid beneplacitúmque conſpiciens, hilaritate perfunditur. Eſt item affectus humilitatis, 4
quando ex conſideratione propriæ infirmitatis & defectuoſitatis, ab omni elatione ſe reprimit. Eſt 5
demum mœroris affectus, dum ex conſideratione culparum aduerſitatum ſuarum, intra ſe contra-
hitur ac tabeſcit. Eſt affectus timoris, dum ex conſideratione imminentium periculorum concu- 6
titur. Eſt inſuper affectus indignationis, cum in odium aut deteſtationem aduerſariorum ex atten- 7
tione malignitatis eorum mouetur. Eſt rurſus affectus zeli, dum amore iuſtitiæ ad deſiderium vl- 8
tionis prouocatur. Eſt præterea affectus bonæ præſumptionis, dum ex noua & ſingulari fiducia 9
ad vendicandum aut apprehendendum aliquid plus ſolito quiſpiam animatur. Hæc Hugo. In qui-
bus verbis, quòd aſſerit infinitos eſſe affectus, verificari poteſt loquendo de affectibus in particu-
lari, & ex parte ſubiecti: non autem loquendo de ſpeciebus affectuum, & ex parte obiecti, cum & F
ſpecies rerum determinatæ ſunt & finitæ, omniúmque affectionum origo & radix ſit amor. At ve-
ro præter prætactos affectus alii quidam poterunt aſsignari. Eſt affectus concupiſcentiæ tam intel- 10
Sapien.6 lectualis, de qua legitur, Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum: quàm ſenſitiuæ
Eccle. 18 ac fœdæ, de qua iubetur, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Amplius, eſt affectus puſillanimita- 11
Eſaiæ. 35 tis, de quo Eſaias, Qui puſillo animo, inquit, eſtis conualeſcite. Et Pſalmographus, Expectabam
Iudith. 5. eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Eſt & affectus magnanimi- 12
tatis, de quo in lib. Iudicum Delbora cecinit, Diuiſio contra ſe Ruben, magnanimorum contentio
Pſal. 118 reperta eſt. Iterum, eſt affectus deuotionis, qui eſt promptitudo animi ad diuina: iuxta illud pſal-
Pſal.65. mi, Paratus ſum & non ſum turbatus vt cuſtodiam mandata tua. Itémque, Paratum cor meum deus,
Pſal. 107 paratum cor meum. Sic etiam eſt affectus obdurationis, ac ferreæ inſipiditatis, atque internæ ſterili-
Deut.2. tatis, ſecundum illud, Noluit Seon rex Eſebon filiis Iſrael dare tranſitum, quia indurauit dominus
Num.21. deus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius. Et iuxta illud, Induraſti domine cor noſtrum ne time-
Eſaiæ.63 remus te. Amplius, eſt affectus ſpei & bonæ fiduciæ, affectus ſpei, affectus audaciæ, affectus quere- 13
læ, affectus iræ & impatientiæ, affectus pigritiæ & repauſationis carnalis, affectus honoris & laudis
humanæ. Quemadmodum etiam ſunt multæ ſpecies amoris, & timoris, ac mœroris, aliorúmque
prætactorum, ita & multæ ſunt ſpecies affectuum prædictorum. Poſtremo cum dicitur affectus dile-
ctionis, affectus timoris, &c. poteſt intelligi intranſitiue, id eſt, affectus qui eſt dilectio, atque cauſa- G
liter, id eſt, affectus qui ex dilectione procedit, prout ex virtute & habitu procedit & oritur actus.
Eſt ergo intentio in concluſione iſta breuiter tangere affectus pios & charitatiuos, deuotionales,
ignitos, contemplatiuos, ac varios. Proferuntur & proferenda ſunt verba pſalmorum, & qualiter
in his ipſe pſallens & chorus pſallentium formare debent ſuos affectus, ſeque conformare ſenſibus
atque affectibus, verbis ac verſibus ipſorum pſalmorum. Nempe in pſalmis, imò nonnunquam in
pſalmo eodem quædam dicuntur in perſona hominis perfecti & innocentis, quædam in perſona pec
catoris ac pœnitentis, quædam in perſona proficientis, aliqua in perſona Chriſti, aliqua in perſona
eccleſiæ, aliqua in perſona pſallentis, quædam per modum hiſtoriæ, quædam in ſpiritu prophetiæ,
nonnulla per modum doctrinæ, ſed & aliqua comminando, auiſando, terrendo, ac aliis modis.
Eſtque perutile ſcire, qualiter in omnibus his pſallens debeat ſe habere, & ſuos affectus, conceptus,
intentiones, conſiderationes repente ac multiformiter variare: vt ſit vere, ſalubriter, fructuoſeque
pſallens, & pſallendo ipſum compungens, exhortans, inſtruens, eleuans, dirigens, terrens, hu-
milians, roborans, lætificans, & inflammans.

## ¶Quid ſit compunctio, & de multiplici ſpecie compunctionis in pſalmodia.

Sicut contritio in ſpiritualibus metaphorice dicitur à contritione, quæ in corporalibus inueni-
tur, ita compunctio. Quemadmodum enim in corporalibus res conteri perhibetur, dum ſic in H
minutiſsimas frangitur partes, quòd nihil in eo integrum permanere videtur: ſic contritio in ſpi
ritualibus quæ pœnitentiæ pars eſt, appellatur, dum peccandi voluntas prorſus abiicitur, defletur,
annihilatur, & bene agendi, ſatisfaciendi, & perſeuerandi firmum ſuccedit propoſitum: ita compun-
ctio in exterioribus primo vocata eſt ſtimulatio quædam aut conſtimulatio: ſiquidem pungere, ſti-
mulare exponitur. Hinc ſpiritualiter compunctio nominatur quædam transfixio cordis, quæ pri-
mo & maxime fieri videtur per pœnales affectiones, vt ſunt dolor internus, mœror, formido.
Pſalm.4. Vnde compunctio pro contritione frequenter accipitur: iuxta illud in pſalmo, Quæ dicitis in cor-
dibus veſtris, id eſt, de his quæ in mentibus veſtris culpabiliter cogitaſtis & propoſuiſtis, in cubilibus
veſtris compungimini. i. in ſecretis animorum veſtrorum contritionem habete. Cumq; amor ratio-
Canti.2. ne abſentiæ & offenſæ amati triſtitiam pariat & dolorem, in tantum vt ſponſa teſtetur, Quia amore
langueo. Hinc & amor gignit compunctionem, præſertim cum & amor vſque ad intima dilecti ſit
penetratiuus, propter quod amor fertur intrare vbi notitia remanet foris. Ideo ſponſus hortatur, Po
ne me vt ſignaculum ſuper cor tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.

A Denique istæ compunctiones interdum ex inspiratione superna, interdum ex admonitione fraterna causantur in nobis. Vnde orauit Psalmista, Confige timore tuo carnes meas. Scriptum quoque est. Verba sapientum quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi, id est, profunde incussi. Ex his innotescit intellectus verborum S.Gregorii asserentis, Quatuor sunt considerationes & modi, quibus anima hominis boni in compunctione vehementer afficitur. Primus est, dum suorum reminiscitur vitiorum, considerans vbi, id est, in quibus erroribus, negligentiis, culpis atque periculis fuit. Secundus est, dum iudiciorum dei districtionem & retributionē perpendens, metuit & scrutatur vbi erit, & in æternum manebit. Tertius, dum mala & dura vitæ præsentis attendens, solerter considerat vbi est, vtpote in præsenti exilio. Quartus, dum supernæ patriæ gaudia contemplatur, deplorans quod ibi non sit: sicque cum Apostolo clamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Præterea super Cantica S. Bernardus, Sensum, inquit, ex integro te recuperasse scias, si conscientiam tuam quadruplici sentis compunctione morderi, pudore gemino ac gemitu & metu. Pudeat te offendisse patrem cælestem, erubesce quod summum illum benefactorem tam frequenter tamque enormiter inhonorasti, ingratus, & mala reddidisti pro bonis, imo tot & tanta mala pro innumerabilibus beneficiis eius dignissimis. Conformiter time, eo quod tuum offenderis creatorem, & denuo quoniá deo ac iudici tuo inobediēs toties fuisti, & ei ac ipsius vicariis superioribus rebellis.

Cant.8. Psal.118 Eccl.12 Roma.7.

B

## ¶De psalmis versibúsque psalmorum, in quibus affectus diuini amoris specialiter fragrat ac flagrat.

IN psalmis non est semper continuatio eiusdem materiæ, sed frequens mutatio ac variatio numeri & temporis & personarum, de vnoquoque affectu mutatio ad alium repentina. Denique multæ sunt causæ inflammationis diuini amoris in nobis. Prima & maxima, principalis & effectiua est ipsemet dominus deus, qui solus infusor, conseruator, augmentator & perfector est charitatis, & eam interdum gratiosa præuentione infundit, interdum precibus & operibus bonis ex genere eius cui infundit eam, seu precibus & meritis aliorum. Vnde angeli sancti & homines boni frequenter sunt causæ dispositiuæ, meritoriæ ac instrumentales gratiæ ac virtutum in nobis. Insuper consideratio bonitatis, amabilitatis, pulchritudinis, perfectionis, & munificentiæ dei parit & accendit in nobis diuinum amorem. Et rursus, quoniam ipse prior dilexit nos, & tam gratiose, amorose, largiflue se habuit ad nos. Deinde consideratio beneficiorum & promissorum ipsius, verba quoque spiritaliter amorosa, non parum accendunt amorem sanctum in amatore syncero ac mente deuota. Itaque psalmi & versus in quibus ista diffusius continentur ad affectum charitatis deificæ specialius pertinent, atque cum æstuantiori feruore sunt proferendi ac decantandi, quales communius
C sunt versus & psalmi in persona Christi & sanctorum in patria, aut perfectorum viatorum conscripti, siue ad literam, siue ad mysticum sensum, vt psalmus ille, Vsquequo domine obliuisceris me in finem? id est, tam diu? Cuius psalmi omnes versiculi sunt affectuosissima verba amantis, tardationem sponsi, dilationem gloriæ, mala seculi huius, & imperfectionem propriæ vitæ, quæ sine peccato non agitur, deplorantis seque ad libitum exaudiri non sentientis. Tali equidem amatori etiam breuis mora dilecti, & eius perbreuis absentia est molesta. Hinc cito & pie conqueritur se relictum, non penitus, sed quantum ad desideratam præsentiam concupitamve gratiam. Ideo dicit cum sponsa illud in Canticis, Quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi, reuertere dilecte mi. Præterea tales sunt multi versiculi psalmi illius, Diligam te domine fortitudo mea, cuius psalmi tres primi versiculi sunt velut ardentissimæ saculæ. Quocirca sciendum, quod laudatio & inuocatio dei interdum fit per nomina sola, quandoque per sola verba, aliquando per vtraque. Cum per sola fit nomina, quamuis expressa significatione sit imperfecta, tamen interiori intelligentia est feruentissima, efficacissima, & ad impetrandum præsertim idonea, quoniam præcedentis nominis apprehensio & apprehensionem sequens affectio, per sequentis nominis apprehensionem & affectionem fouentur, continuantur, & succenduntur: & ita cum dicimus, Diligam te
D domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus, feruor sanctę deuotionis, sapor internæ dulcedinis, confortatio cordis, & dilatatio eius in deo valenter inerescunt & inualescunt: imò exiliunt & erumpunt velut si igni oleum infundatur. Porro cum laudatio & inuocatio dei per sola fit verba, est etiam fortis & feruida, vt cum in Daniele inducitur, Laudo, magnifico, glorifico regem cæli. Et denuo, Exaudi domine, placare, & fac ne moreris. Dum autem oratio & inuocatio fit per nomina simul & verba, sensum habet completiorem, affectū minorem, quoniam mens ad plura dispergitur. Hæc ergo & consimilia nomina & verba & ex vtrisque complexa cum omni attentione & ardore psallamus. Insuper in his dictionibus ordo pensandus est. Cum enim dominus deus sit fortitudo nostra, ipse quoque firmamentum nostrum, hoc est, causa totius stabilitatis nostræ, iccirco etiam ad ipsum nos debemus refugere: quod si fecerimus, non erit hoc nobis infructuosum, quoniam ipse erit liberator: imò & post liberationem rursus erit adiutor noster contra aduersa & tentamenta sequentia, sicque in aliis est pensandum. Qui autem hæc experitur in se, dominum habet laudare, non seipsum stulte extollere, atque laudando debet eū orare. Hęc quippe efficacissima est oratio, quæ ex laudibus & inuocationibus dei componitur. Iccirco subiungitur, Laudans inuocabo dñm, cuius inuocationis fructus & effectus subiungitur: & ab inimicis meis saluus ero. Cumque ad exaudiendum inclinetur, ipse quoque inuocatur ex hoc quod orans vere fatetur

Iohan. 4 Psal.12. Canti.5. Psal.17. Ibidem. Dan.4. Dan.9. Psal.17 Ibidem.

se magnis & variis periculis, tribulationibus miseriisque circundatum, recte in psalmo isto subiungitur, Circundederunt me dolores mortis. Praeterea ad istum dilectionis affectum spectant & alii plures psalmi saltem pro parte, aut quantum ad aliquos suos versus, vt psalmus, Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Itemque, Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Et item, Dilexi quoniam exaudiet dominus. Item, Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Vbi subsequitur, Vre renes meos & cor meum. Domine dilexi decorem domus tuae & locum habitationis gloriae tuae. Psalmus quoque, Quam bonus Israel deus. In quibus omnibus & consimilibus incalescat mens nostra, vehementique impetu feratur in superdelectiosissimum illud obiectum, dulcissimum atque superpulcherrimum deum, qui prorsus incomparabiliter est amandus. Cuius supermundissima essentia est bonitas penitus infinita, amabilitas purissima, dulcedo immensa: cuius vniuersae bonitates, amabilitates, dulcedinesque creatae, quantumlibet magnae & intensae sunt veluti quidam permodici riuuli, obscuri radioli ac tenues vmbrae. Ipsum ergo intentissime diligamus, & instar ebullientium aquarum, quae prae feruore sese extra se & supra iactant, moxque in seipsas resiliunt, feruor sanctae charitatis corda nostra supra se moueat, in extasim vertat, in primum & summum illud amabile incomparabiliter amplectendum, strictissime retinendu erigat atque stabiliat: & ita sicut desiderat ceruus a venantibus defatigatus, veneno accensus, siti arescens ad fontes aquarum: sic animae nostrae in deserto seculi huius in corpore isto mortali, tanqua in terra deserta, inuia & inaquosa afficiantur, sitiant & aspirent ad suum superdignissimum creatorem, vt sic vnusquisque etiam in propria persona ex sententia dicat, Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuum. O quando veniam & apparebo ante faciem dei, non abiiciendus ab illa tanquam vas putredinis, velut vas irae, sed sine fine mansurus cum ipsa? Et, Osculetur me osculo oris sui. Apprehendamque illum & deosculer, & de caetero nec velim, nec valeam separari a deo salutis meae. Heu me miserum, vilem, & foedum, qui haec sacratissima ac feruentissima verba psalmorum istorum toties distracto & frigido corde pronuntio. Vae filiis sceleratis, qui ad carnalia & terrena, ad caduca, vana & impeditiua salutis tam proni & feruidi sunt: ad hoc vero superpraestantissimum bonum desides, gelidi & ignaui, negligentes somnolenti, pigri & sine sapore etiam in diuinis. Sed resipiscamus & erubescat cor nostrum, recolens quod maledictus sit qui opus dei perficit negligenter, ac toto conatu clamet ad deum, Vsquequo domine obliuisceris me in finem? ac caetera verba psalmi illius. Interim dum in isto detinemur exilio, sint nobis lachrymae nostrae panes die ac nocte deplorando praesens exilium, & peccata quae in ipso incidimus, & suspirando ad beatissimam illam aeternalem deitatis praesentiam & aspectum, quae desiderantissima beatitudo prae cunctis caeteris incomparabiliter est optanda, exquirenda, ac postulanda.

Margin (left): Ibidem. / Psal.14. / Psalm.83 / Psal.114. / Psalm.25 / Psal.72 / Psal.41. / Psal.62 / Psal.41 / Cantic.1. / Canti.2 / Esaiae.1. / Iere.48 / Psal.12. / Psal.41. — Margin (right): B, F

## ¶Prosequutio de ignitis affectibus charitatis praetactorum psalmorum. G

Psalmos praetactos, Quemadmodum desiderat ceruus, &c, Quam dilecta, ac quosdam consimiles aliqui fatentur ad literam scriptos de vehementia desiderii quorundam deuotorum Israelitarum in Babylonica captiuitate, olim suspirantium ad reaedificationem & inspectionem templi dei, in Ierusalem, atque ad cultum dei in illo. Quod si deuotissimi quidam prophetae ac dei cultores, tam ardenter suspirabant ad reparationem & visionem templi illius temporalis & terreni, in quo non nisi modico tempore poterant permanere, orare, sacrificare, ac deum laudare, de qua re etiam tractat Te decet hymnus deus in Sion, quod reputabat tam gloriosum ac grande, vt in psalmo illo subdatur, Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuae, sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate: quam frequentissime suspiraremus, & merito aestuaremus ad instaurationem plenam ruinae caelestis Ierusalem, ad aedificationem triumphantis ecclesiae, ex nobisipsis ac aliis electis fidelibus ad ingressum ac mansionem in paradiso illo caelesti, in caelo empyreo ad societatem ciuium supernorum, & omnium angelicorum spirituum, ad permanendum ibidem, non ad aliquantulum tempus, sed vsque in sempiternum, ad contemplandum deum deorum, non per fidem & speculum, & per creaturam subiectam, & gratiae relucentiam perobscuram, sed ad inspiciendum superspeciosissimum omnium creatorem aeternaliter, faciliter, cum inaestimabili suauitate & gaudio, cum contentatione & assecuratione immobili. Ad hoc igitur indefesse feruentissima affectione accceleremus, gemamus, & lachrymose oremus, puritati & omni spiritali profectui strenue insudantes. Etenim beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Felices qui taliter concupiscunt in atria patriae beatorum, ad thronum gloriae, ad regionem lucis aeternae & increatae, atque prae vehementia & ardore tam mundae ac spiritualis concupiscentiae deficiunt, id est, corporalibus viribus destituuntur, ad raptum, extasim pertingentes, sicque in diuitias gloriae per mysticae theologiae contemplationem quantum in isto fieri valet exilio, absorbentur. Denique tam dulce est hoc, vt cor exultet, & prae iucunditate quasi extra se saliat in deum viuentem. Fiat quoque redundantia tanta in partem sensitiuam, vt etiam caro in eodem laetetur per participationem & quandam alacritate in deitatis obsequio, prout in alio dicitur psalmo, Et refloruit caro mea. Et rursus in alio, Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Praeterea in Num. libro narratur, quemadmodum Balaham videns Israele in tabernaculis tentorriisque morante. Qua pulchra (inquit) tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, vt valles nemorosae, vt horti iuxta fluuios irrigui. Qui & copunctus, Moriatur (inquit) anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Si iam decore fuerunt papilliones, masiones, & casulae carnalium Israelitarum in solitudine collocatae, tamque amabiles & dilectae: quam ineffabiliter & incomparabiliter

Margin (left): Psal.41. / Psal.85. / Psal.64 / Math.5. / Psal.83. / Psal.27 / Psal.62. / Num.24 — Margin (right): H

A pnlehriora sunt tabernacula illa supercælestis ac supermundanæ Ierusalem, de quibus in Euange-
lio deprompsit saluator, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et denuo, Facite vobis ami-
cos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Has mansio- Iohã.14.
nes ordinum angelicorum, ad quas homines electi secundum differentias meritorum suorum assu- Lucæ.11.
muntur & perducuntur, fideliter contemplemur, feruide diligamus, assidue cupiamus, dicentes. Quã Psalm.38
dilecta tabernacula tua domine virtutum, id est, ò tu deus sabanth, deus virtutum cælestium domina-
tor omnipotens princeps exercituum supernorum, quàm chara, quàm diligenda, quàm vehementer
dilecta sunt nobis prætacta tabernacula curiæ tuæ cælestis ac regni, electis parati ab origine mundi.
Vnde testatus est sanctus Apostolus. Scimus quoniam si terrestris domus huius nostræ habitatinnis Mat.25.
dissoluatur, quod ædificationem habemus à deo domũ non manufactam in cælis. Vbi & beatus quo- 2. Cor. 5.
que Thom. apost. fassus est, innumerabilia extant palatia, ab initio seculi præparata, quæ fidei pretio
& eleemosynis comparantur. Ad horum ingressum flammescit, seruet & stillat spiritus & oculus no
ster, qui quanuis præ desiderio affligatur: iuxta quod scriptum est, Spes quæ differtur affligit animã,
Nihilominus ex certa spe ac fidei speculatione pertingendi ad beatitudinem tantam, cor nostrum &
caro exultant in deo viuo. Nempe ad primnm horum pertinet illud psalmi. Heu mihi quia incolatus Prou.13
meus prolongatus est. Et quod dixit vas electionis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore Psalm.83
B mortis huius? Ad secundum vero illud psalmi alterius, Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in do Psal. 119.
mum domini ibimus. Sic & anni quibus Iacob seruiuit pro Rachael pauci & breues sibi præ amoris Roma.7.
magnitudine videbantur. In re nanque optata considerari potest amabilitas & pretiositas eius, sicq; Psal. 121.
pro ea magni & diuturni labores, æquanimiter tolerantur. Propter qnod nullus labor durus, nulla Gen. 29.
passio grauis, nullum tempus longum videri debet, quibus æterna beatitudo meretur & obtinetur.
Neque enim condignæ sunt passiones temporis huius ad gloriam illam futuram. Ex qua conside-
ratione deprompsit Apostolus, Id quod in pręsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, Roma. 8.
supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Cum itaque tam desiderabi 2.Cor. 4
lia & dilecta sint domine tabernacula tua, merito psallimus & fatemur, Beati qui habitant in domo Num.24
tua domine. Sed quia ad hoc propriis viribus pertingere non valemus, imò gratiæ tuæ indigemus au Psalm.83
xilio, recte subiungo, Beatus vir cuius est ausilium abs te. Et iuxta hunc modum in psalmis commu- Ibidem.
niter pulcherrima extat connexio sensuum, si quis intus perspiciat sapientiæ radio perlustratus.

¶ De aliis mnltis psalmis ad istnm charita-
tis affectum spectantibus.

C AD prætactum charitatis feruorem pertinent psalmi. Dominus illuminatio mea & salus Psalmi se
mea. Ad te domine clamabo, deus meus ne sileas à me. Exaltabo te domine, quoniam su- quẽtes re
scepisti me. In te domine speraui, non confundar in æternum, quantum ad aliquos suos quirantur
versus. Benedicam dnminum in omni tempore. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in ex tabula
lingua mea. Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Deus auribus nostris alphabe-
audiuimus. Deus noster refugium & virtus Deus in nomine tuo saluum me fac. Miserere mei deus, tica.
miserere mei. Nonne deo subiecta erit anima mea? Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Te de-
cet hymnus deus in Sion. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius. Deus in adiuto-
rium meum intende. In te domine speraui non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, &
eripe me. Voce mea ad dominum clamaui, voce ad deum, intendit mihi. Qui regis Israel inten-
de. Inclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Venite exulte-
mus domino. Psalmi quoque quorum exordium est. Cantate domino canticum nouum, & cætera.
& psalmus, Iubilate domino omnis terra. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me
sunt. Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Laudate pueri dominum. Dilexi, quoniam ex-
audiet dominus vocem orationis meæ. Credidi propter quod locutus sum. Et multi versiculi psal-
mi, Beati immaculati. Lætatus sum. Domine probasti me. Benedictus dominus de. Exaltabo te deus
D meus rex: ac cæteri psalmi sequentes ad dei specialiter præconium pertinentes. Nec solum hi psal-
mi, sed & alii multi, non quod singuli, sed quod multi versus eorum includant præcipue diuini &
igniti amoris affectum, quanuis non omnes includant talem affectum immediate & illicitiue, imò
quidam psalmi ac versus includunt hunc virtualiter & mediate aut concomitanter, vel causaliter,
seu per redundantiam quandam, quemadmodum psalmi tractantes de beneficiis dei, quorum con-
sideratio charitatem accendit, auget, conseruat. Similiter psalmi & versus de donis & promissio-
nibus futuræ felicitatis conscripti. Attamen gratum esse deo de beneficiis suis, & super eis ac bonis
promissis in cælo, elicitiue & immediate procedit ex virtute morali, quæ dicitur gratitudo, atque
ex latria. Vtrunque vero procedit ex charitate imperialiter & dispositiue. Quanto enim quis ple-
nius diligit deum, tanto libentius reminiscitur beneficiorum ipsius cum gratiarum actione, & pro-
missa ipsius speculatur cum aspiratione affectuosa. Denique idem numero actus ex diuersis virtuti-
bus potest oriri: sicque plura genera compunctionum, & piarum affectionum in eodem psalmo ac
versu queunt notari, includi, ardere, sicut & dare eleemosynam procedit ex charitate, ex pietate,
ex liberalitate, ex iustitia quoque & obedientia, si fiat ex promissione & superioris commissione, &
rursus ex latria si detur pro construenda ecclesia, vel altari. Et quanto actus ex pluribus ac eminen-
tioribus originatur virtutibus, tanto plus meritorius & complacentior deo est.

Qualiter primum psal. ex diuersis virtutibus ac variis considerationibus poterimus pronunciare. E

Psalm. 1. QVoniam tota hominis vita ad veram est beatitudinem ordinanda: potest totus hic psalmus per modum doctrinæ exponi ac legi dicendo, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorū: tanquam dicatur, O homo, beatitudinem naturaliter cupis, & veram felicitatem, quam promittit deus in scripturis, ex fide cognoscis & appetis. Idcirco attende qualiter ad illam queas pertingere: idq; in pri
Ibidem. mis aduerte, quod ab illa te nil elonget & impediat nisi peccata tua. Hinc dicere habes, Beatus vir qui non abiit, id est, à deo non recessit, in consilio impiorum, acquiescendo prauis suggestionibus dæmonum, hominumque malorum. Sed in lege domini voluntas eius, id est, deliberata volūtate adhæsit ac obediuit præceptis legis diuinæ. Quod quàm fructuosum sit subditur, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Cumque opposita ad inuicē comparata clarius agnoscantur, apte de iniquis subiungitur. Non sic impii non sic. Denique hæc psallendo, tibiipsi applica hanc doctrinam, felices reputa eos qui in innocentia permanserunt, nec aduersariis suę consenserunt salutis: atque teipsum contemne, deplange, castiga, eo quod toties suggestionibus dæmonum, vanitatibus mundi, tentationibus carnis, motibus improbæ voluntatis ac vitiorum consensisti: de cætero quoque ab his cauere & abstinere propone ac satage, impiorum leuitatem, instabilitatem, inquietudinem F
prorsus deuita. Insuper sapienter pensando, quàm vehementer & ineffabiliter peccata noceant homini, quàm maxime etiam virtutes expediant ei, quàm viles & miseri sint iniqui, potissimeque qui iam æternaliter sunt damnati, quàm item laodandi ac digne creatori suo fideliter obsequuntur. præ-
Psalm. 1. sertim qui æternam iam beatitudinem sunt adepti, psalle & dic ex intimo & compunctissimo corde, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, &c. Sicque reproborum & intimoratorum abhorre consortia, & obedientibus deo qui indesinenter & coram illo solicite conuersantur sectare vestigia,
Num. 24 vt moriaris morte iustorum, & fiant nouissima tua horū similia. Sic legendo & canendo hunc psalmum affectum compunctionis, motum contritionis, eleuationem contemplationis, timorem salubrem, zelum iustitiæ, emendandi ac proficiendi propositum concipies & habebis: eritque grandis & multiplex tua deuotio: psallendo demum studebis, ac teipsum in primis salubriter informabis.
Psalm. 14 Præterea iuxta modum hunc alii multi psalmi sunt decantandi videlicet psalmus, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Ad quod ipsemet propheta diuinitus inspiratus, respondit, Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, &c. Ex quibus versiculis discimus quid vnicuique homini necessarium sit ad salutem, ideo si saluari optamus, curemus hæc omnia adimplere. Hoc est sine macula ingredi, id est, sine labe culpæ mortalis domū dei intrare, interiora nostra examinare, per viam salutis incedere, & operari iustitiam, custodiendo præcepta decalogi, quæ sunt de actibus iustitiæ, sicque de cæteris virtutum actibus, qui in psalmo isto tanguntur, vt simus synceri, veraces, nequaquam dolosi, nec proximis aliquo modo nociui. Itaque dum psalmum istum proferimus, deum cordialiter deprecemur, vt gratiose tribuat nobis peragere, ac intime doleamus quod non solum ista G
Psalm. 13 non fecimus, verumetiam vitia his bonis contraria frequenter, enormiterque patrauimus. Præterea
Psal. 52. sicut hic psalmus tractat de actibus virtuosis necessario exequendis: sic psalmus ille, Dixit insipiēs in
Iob. 12. corde suo, agit de vitiis necessario euitandis, vt nec cogitatu nec factu negemus deum aut prouiden-
Titum. 1. tiam eius, prout scriptū est de quibusdam, Audacter prouocant deum. Itemque, Dicunt se nosse deū,
Psalm. 13. factis autem negant. Contra quorum insipientiam & inconsiderationē subiungitur, Dominus de cælo prospexit super filios hominum, &c. quo non obstante tam intimorate ac impie, tamque irreuerenter
Eccles. 8. ter & viriliter plurimi viuunt ac ambulant coram deo, quasi non sit omniū iustus iudex. Nempe quia non cito profertur iudiciū, absque vllo timore filii hominū peccant, prout in psalmo isto describitur. Hinc psalmū istum canamus nosipsos deflendo, quod tales extitimus: proximis quoque adhuc taliter
Psal. 11. præuaricantibus cōdolendo. Sicq; humani generis deploremus peccata, & exoremus pro omnibus.
Psal. 17. Insuper iuxta affectū hunc dicendus est psalmus ille, Saluū me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominū. Etenim quo magis abundat impiorum iniquitas, eo amplius boni clamare debent ad deū vt præseruentur, nec cum peruersis peruertantur. Ex charitate quoq; & zelo iustitiæ debent optare & petere vt dñs disperdat vniuersa labia dolosa, & linguas magniloquas, ita vt in eis mala destruat culpę, & nouis linguis loquantur verba gratiæ ac salutis, quemad-
Prou. 12. modum in Prouerbiis legitur, Verte impios & non erunt vt fuerant impii. quod si conuerti omnino renuerint, conformare nos debemus rectitudini diuinæ iustitiæ, cupiendo vt pereant, ac considerer H
Psalm. 11. dicere deo, Tu domine seruabis nos & custodies nos à generatione hac inæternū. Tales quippe versiculi sæpisime habentur in psalmis, qui quanuis non exprimantur per modū optatiuum aut deprecatiuū, sed per verba temporis futuri, virtualiter tamen sunt orationes & verba bonæ spei in deo, vt
Psal. 50. illud in Psal. Asperges me dñe hyssopo & mundabor, &c. Vnde & sensus est, Tu dñe seruabis nos &
Psalm. 11. custodies, hoc est, speramus quod præseruabis nos à generatione prauorum, & exoramus vt ab ipsis nos præseruare & custodire digneris, ne illis conformemur in vitiis. Amplius iuxta modū & sensum
Psal. 14 psalmi illius, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, cantandum est illud in psalmo, Domini est
Psal. 24 terra & plenitudo eius. Quis ascendet in montem domini? cum tribus versibus ibi immediate sequentibus. Quod totum cantando pensemus quid nobis sit necessarium ad salutem, & quantum à perfectione quæ in illis tangimur versibus, simus distantes, hoc est, ab innocentia manuum atque munditia cordis, & à carentia vanitatis, omni quoq; doloso ac illicito iuramento. Estque notandū quod in psal
Ibidem. mo illo subiungitur, Hic accipiet benedictionem à dño, & misericordiam à deo salutari suo. Sic enim

A misericordia est & diuinæ pietatis effectus, quod homo tantæ innocentiæ ac virtuositatis saluatur, quis poterit de suis virtutibus aut meritis gloriari, extolli, præsumere, & non potius cum Apostolo recognoscere ac fateri, Gratia dei sum id quod sum? Et rursus, Qui gloriatur, in domino glorietur. Studeamus igitur pertinere ad generationem hanc electorum, dominum in veritate quærentium, & ad clarum imo desiderabilissimum diuini vultus aspectum, ad quem nemo nisi purgatissima mente valet pertingere. 1.Cor.15. Ierem. 9. 2.Co. 10 1.Cor.1. Psal.24

¶De aliquibus psalmis moralibus, & optimis documentis plenis, qui mente compuncta, deuota, grata, iucunda, alacriter sunt cantandi.

Aduerte & recole à quantis periculis & aduersis, à quantis tentationibus, insidiis, laqueis, & peccatis te deus eripuit, præseruauit ac liberauit. Sicque cum omni gratiarum actione & spirituali lætitia, deuotissime profer, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Nec optes teipsum laudari nisi in deo, à quo datum est, & conseruatur quicquid in te est aut esse potest laudabile, & sic psalle, In domino laudabitur anima mea. Et quia ad laudandum altissimum tu solus non sufficis, nec satis est tibi vt tu solus sis deo gratus, acceptus & saluus. Hinc & proximos admone, Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Qualiter autē ad tantam gratiam perueniatur, ostendit Psalmista exemplo sui, Exquisiui, inquiēs, dominum: nec frustra, B quoniam exaudiuit me, idcirco consulo vobis, Accedite ad eum per mentis conuersionem, & illuminamini, cum ipse sit lumen verum, illuminans omnem hominem ipsum fideliter inuocantem. Iuxta hunc modum totus hic psalmus, doctrinis, admonitionibus, præconiis dei est plenus. Hinc iuxta hortamenta ipsius conemur gustare, & per experientiam contēplari, quàm dulcis sit dominus aspernando delectamenta carnalia, & omnem consolatiunculam vilem, ipsumque creatorem super omnia syncériter contemplando, feruenter amando, reuerenter colendo, & omni felicitati, perfectioni, ac gloriæ eius totis præcordiis congratulando, nec tribulationibus superemor, pensantes hunc versum, Multæ tribulationes iustorum, quæ & celeriter finiuntur & æquanimiter toleratæ, æterna consolatione remunerantur. Præterea secundum hos affectus, modos, & sensus, decantandus est psalmus, Noli æmulari in malignantibus. In cuius exordio admonemur, non torqueri inuidia de impiorum prosperitate, quæ breuis & fallax est: sed sperare & delectari in domino, qui in præsenti suos electos aduersis exercet, purgat & saluat. In hoc itaque psalmo pulchre distinguit propheta inter iustos & impios, inter electos & reprobos, diuersitatem meritorum ac præmiorum ipsorum describens. Dum ergo hunc psalmum dicturus es, zelum assume iustitiæ, atque diuinæ iustitiæ iudicio te conforma, mentem tuam in arce speculationis constitue, sicque alta consideratione perpende, quàm vana, instabilis, periculosa, damnabilis, sit iniustorum prosperitas, qui spreto ac derelicto creatore ac saluatore suo C summo, vtique infinito & prorsus incomparabili bono excæcatam ac miseram mentem suam in his carnalibus & terrenis desigunt, non pensantes illud apostoli, Quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera patris, quæ sursum sunt quærite, non quę super terram. Hoc ponderantes tanto plus vilipendamus omnem prosperitatem terrenam, hominésque carnales temporali prosperitate florentes, secundum quod tales, quanto certius scimus quàm celerrime defluent ac peribunt, quàm districtum iudicium imminet eis: & quàm intoleranda damnatio, qui sibiipsis quotidie, imo assidue grauissime nocent, & pœnas accumulant sempiternas. Contra, sapientialiter contemplemur statum & dispositionem iustorum & electorum in seculo isto, in quo per aduersa purgantur, donis gratiæ adimplentur, ac virtuose agendo, opulentissimum sibi thesaurum colligunt & reponunt in cælo. Ideo eis conformari conemur, qui tanto sunt feliciores, quanto plura ac acriora pro deo & æquitate æquanimiter patiuntur aduersa, improborum quoque persequutiones, irrisiones, importunitates, cum gaudio perferamus. Etenim Abel esse non promeretur, qui ex Cain malitia ad impatientiam concitatur. Nempe qui talis est, non perpendit quàm fructuosum & gloriosum est Christi atque sanctorum patientiam, mansuetudinem, tranquillitatem strennue imitari, diuinæ quoque prouidentiæ dispositionem & censuram sapienter attendere, & nos ei humiliter subdere ac contentari de ea. Amplius secundum hunc intellectum & affectum decantandus est etiam psalmus ille, Dixi cu- D stodiā vias meas. In cuius initio sancti prophetę exemplo docemur nos spiritualiter armare & præmunire, per taciturnitatem, humilitatem & salubrem compunctionem, aduersus prauorum insultationem, criminationem & insectationem: Sicq; inealescere deitatis amore, ac dominum inuocare, vt pręstet nobis vitę nostræ breuitatem, substantiæ nostræ fragilitatem salubriter considerare, & totam spem, expectationem & affectionem nostram collocare ac fixam tenere in ipso. Itaque psalmū hunc cum ingēti compunctione, inflammatione, circumspectione cantemus, memores mortis, fragilitatis, imo & multiplicis præuaricationis ac negligentiæ nostræ. Ideoque veniam & gratiam humilime deprecemur, sicut in versibus huius psalmi optime continetur. Carnalium quoque & auarorum hominum insaniam denotantes, miserantes & deplorantes. Insuper ex zelo iustitiæ & pro propria cautela depromere debemus contra quemcunque, imò & ad reprehensionem propriam, inquantum vitiosi extitimus, psalmum illum, Quid gloriaris in malitia? Psalmum quoque illum sequentem, Dixit insipiens in corde suo: similiter psalmum illum, Si vere vtique iustitiam loquimini: itemque psalmum, Quam bonus Israel deus. in quo psalmo propheta compendiosissime disputat contra negantes prouidentiam dei, & impiorum vanitatem, disperitionem, condemnatioeémque probat. Dein de in deo mentem suam recolligit & accendit, protestans totum bonum suum in illo consistere. Specialiter demum possunt hæc legi contra iniquos, qui persequuti sunt Christum in carne mortali, quemadmodum etiam ille psalmus, Deus vltionum dominus: similiter psalmus ille, Deus lau-

Psalm.33 Ibidem. Ibidem. Iohan. 1. Psal. 33. Psal. 36. Colo.3. Matth. 6. Psal.38. Psalm. 51 Psalm. 52 Psalm. 57 Psalm. 72 Psalm. 93

Psal.108. dem meam ne tacueris, qui ad literam de Christi traditore Iuda conscriptus est: sed & psalmus ille, E
Psal.139. Eripe me domine ab homine malo.

¶ De psalmis in persona iusti conscriptis, qui ex affectu congratulationis & inuitationis, ac aedificationis, gratiarúmque actionis sunt proferendi.

Ephes.6. CVm in medio laqueorum & tentationum versemur, vbi non est nobis principalis aut sola colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed praecipua incessabilis, imò & periculosissima pugna contra inuisibiles, crudelissimos, callidissimos, atq; innumerabiles nostrae salutis hostes, aereas potestates, aut etiam visibiles inimicos: potest vnusquisque fidelis pia querela, & admiratione
Psalm.3. non parua ad dominum exclamare, Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, imbecillem, & fragilem, quorum vnus me facile posset deiicere, qui inter se praesumptuose affirmant, Non est salus ipsi in deo eius. Ad quod vir iustus in tribulationibus constitutus, blande loquitur deo, Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum: quae sunt verba bonae spei ad deum, imò & magnae familiaritatis & charitatis ad ipsum, sicut & istud, quod subditur, Non timebo milia populi circundantis me. Simili sensu in persona deuotae personae potest proferri psalmus, Cum
Psalm.4. inuocarem exaudiuit me deus iustitiae meę, qui in aduersis dedit mihi patientiam meam, sicut subiungitur, In tribulatione dilatasti mihi, hoc est, tu domine in afflictionibus meis largitus es mihi consolationem, roborationem, illuminationémque tantam vt cor meum specialiter dilatatũ sit ad suscipiendum & patiendum plura ac grauiora aduersa, & expansum in te in deliciis charitatis. Quod cum ita sit, cur ô filii hominum graui corde ad carnalia & terrena depressi, diligitis vanitatem magis quàm summam & incommutabilem veritatem, & quęritis mendacium, excusando vos falsè, cum tamen deus altissimus tam pronus sit exaudire, indulgere, succurrere, bonaque gratiae tribuere in pręsenti, & bona gloriae in futuro, sicut & ego in meipso expertus sum, & in sanctis suis saepissime ac copiosissime monstrauit: per quod merito conformari debetis in fide, stabiliri in spe ac diuino accendi amore? Hinc quemcunque sanctorum vobis in exemplar propono, dicendo, Et scitote quoniam dominus sanctum suum mirificauit, hoc est, innumerabiles sanctos per praeclara miracula & innumerabilia signa supernaturaliter honorauit, ac honorandos ostendit, qui testes sunt fidei nostrae, ita vt nosipsos qui credimus tot non simus, quot veritatis testes habemus: iuxta illud aposto-
Hebrę.11 li, Ideo & nos tantam habentes nobis impositam testium nubem, ad quorum imitationem vos hor-
Psalm.5 tor, Irascimini & nolite peccare. Denique eodem sensu legendus est psalmus, Verba mea auribus percipe domine: in quo praemittitur oratio, & verba boni propositi subiunguntur. Verbum etiam bonae spei cum subditur, Mane exaudies vocem meam. Deinde dei iustitia, sanctitas, zelúsque aequitatis, & vltio iusta in impios, in hoc psalmo tanguntur & commendantur, vt attendamus qualiter G
Lucę.1. in sanctitate & iustitia oportet nos ei seruire cum omni reuerentia ac timore, &c. Iuxta hunc
1.Cor.13 modum, cor mundum (cui datur etiam in hac vita, deum videre per speculum in aenigmate, estque optimus ac certissimus scripturae interpres) formare sibi potest varios intellectus & affectus in omnes psalmos, imò in omnia quae videt, audit, legit, aut cantat, adiuuante domino nostro, qui est super omnia deus gloriosus, sublimis, & benedictus in secula, Amen.

COMMENTARIORVM IN PSALTERIVM FINIS.

## AD PIVM LECTOREM.

QVando ex priscis patrum institutis, sancta ac vniuersalis dei ecclesia, cantica aliquot ex veteris nouique instrumenti libris desumpta, haud secus pro synaxi diuina ac psalmos Dauidis assumpsit: placuit & eorũdem pii patris Dionysii Carthusiani clarissimã simul & deuotissimam interpretationem psalterio ipsi coniungere, quo habeant simplicioris literaturę clerici (quorum capacitati simplici theologico stilo hic pater ser- H
uire, quàm anxiis morosisque maluit) eorum omnium quae loco psalmorum concinunt aut legunt facilem & perspicuum interpretem. Vt spiritu simul (hortatore Paulo) & mente orantes sint. Habes itaque hic diuinorum librorum studiose, canticorum veteris testamenti: nempe Confitebor, Ego dixi, Exultauit cor meum, Cantemus domino, Domine audiui, Audite caeli, Benedicite. Ac noui, Magnificat, Nunc dimittis, Athanasii, Quicunque vult saluus esse, Ambrosii & Augustini Te deum laudamus, lucidam & claram interpretationem. Gaude, fruere, gratus esto, & vale.

# A Commentarius in Canticum

## ESAIAE PROPHETAE XII. CAP.

### ARGVMENTVM DIONYSII.

REuelante spiritu sancto præuidit propheta, quàm grata esse deberet primitiua ecclesia, quæ ex Iudæis præcipue erat collecta: imò tota ecclesia militãs, seu quilibet veraciter Christianus domino saluatori pro vniuersis beneficiis eius. De hac igitur gratiarum actione vaticinatur, & ait, [ET dices] tu ô ecclesia seu quilibet ad Christum conuerse [IN die illa] tempore gratiæ, quando fuerint tibi exhibita atque impleta beneficia & mysteria Christi.

### EXPOSITIO literalis cantici, Confitebor tibi domine.

B CONFITEBOR tibi domine] Christe, saluator, Emanuel, gemina confessione videlicet laudis tuæ, & propriæ culpæ. Itaq; Confitebor tibi, id est, laudabo te, & accusabo me [QVONIAM iratus es mihi] nõ modo, quia subiũgitur [CONVERSVS est furor tuus, & consolatus es me] Iratus es ergo mihi, id est, ad tempus videbaris mihi iratus propter mea peccata, quando permisisti me subiacere malis pœnæ & culpæ, videlicet ante primũ tuum aduentum, seu incarnationem. Tunc enim dæmon vehemẽter præualuit mundo, & populus Iudæorum in magnis sæpe tribulationibus fuit. Sancti enim viri multũ cruciabantur, propter dilationem aduentus Mesiæ. Conuersus est furor tuus. i. rigor tuæ iustitię in mansuetudinẽ versus est, sine tua mutatione & consolatus es me, assumendo naturam humanã, & veniendo ad me, tuaq; passione liberando me de potestate diaboli, de captiuitate peccati, & morte perẽni. Hoc est, quod cecinit Zacha. Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et Symeon iustus, Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt
oculi mei salutare tuum. De sanctissima quoque vidua illa Anna scriptum est, Et hæc ipsa hora super Lucæ 1.
ueniens (quando videlicet infantulus Iesus à virgine matre in templo est oblatus) confitebatur domi Lucæ 2.
no, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ Ierusalem. Qualiter autem primiti- Ibidem.
ua ecclesia confitebatur domino, in Actibus apostolorum scribitur. Insuper quilibet nostrum post su-
C am cõuersionem dicere potest hunc versum in sua persona, hoc modo, Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi. i. iratus fuisti quando peccaui: conuersus est furor tuus, id est, iustis tormentis me subtraxisti, clemẽter parcẽdo, & consolatus es me, gratiam refundendo, veniam pollicendo, animam
meam secretius lætificãdo. (2) ECCE deus saluator meus]. i. deus creator meus ac iudex, factus est Baruc. 5.
frater meus, saluator & aduocatus, atq; inter nos visibiliter cõuersatus: idcirco [FIDVCIALITER agam] id est, cum magna fiducia operabor quæ dei sunt, immobiliter sperans nihil ad salutem necessarium mihi ab ipso negãdum, qui tanta pro mea salute assumpsit, fecit ac pertulit [ET non timebo] inordinato timore: de quo in Prouerb. habetur, Iustus quasi leo cõfidens absq; terrore erit. Non ergo ti-
mebo timore carnali, mundano, aut pure seruili: sed diuino, casto, ac filiali, de quo Salomon loquitur, Prou. 28.
Beatus homo qui semper est pauidus. De quo & in Ecclesiastico legitur, Si non in timore domini te-
nueris te instãter, cito subuertetur domus tua. Ideo autẽ fiducialiter agã & non timebo. (3) QVIA Ibidem.
fortitudo mea & laus mea dominus] i. ipse dominus deus omnipotens me confortat, in ipso confido, Eccle. 27
ipsum laudo. non meis viribus, sed eius auxilio semper innitor, quemadmodum Ieremias ait, Domine
fortitudo mea, & refugium meum, & robur meum in die tribulationis meæ. Omnia igitur possum, in Phil. 4.
eo qui me confortat, nec aliquẽ præter eum timebo, sicut & Dauid fatetur, Dominus illuminatio mea Psal. 26.
& salus mea, quẽ timebo? [ET factus est mihi in salutem]. i. saluationem & gratiam mihi largitus est,
D sicut de eo angelus prædixit, Ipse saluum faciet populum à peccatis eorum. (4) HAVRIETIS] Matth. 1.
id est, accipietis ô Christi fideles [AQVAS] sapientiæ salutaris, & dona sancti spiritus [IN gaudio. i.
cum interna lætitia [DE fontibus saluatoris] id est, de thezauris sapientiæ & scientiæ in Christo ab- Iohan. 1.
scõditis. De plenitudine enim eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Vel de fontibus saluatoris, Ioban. 4.
id est, de Euangelicis Christi doctrinis. Vnde ipse ait, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam. Possunt
quoq; per fontes saluatoris intelligi sacramenta nouæ legis, quæ gratiam causant & continent. Ex eis Psal. 67.
nanq; tanquam ex fontibus riuis sacramentalium gratiarũ emanant. Vel, sancti apostoli primi docto- Apoe. 22
res ecclesiæ. De his fontibus nostri saluatoris habetur in Psalmo, In ecclesiis benedicite deo, domino de fontibus Israel. Ad quorum potationem inuitat nos sanctus Iohã. Qui sitit, inquiẽs, veniat. Et qui vult, accipiat aquam vitæ gratis [ET dicetis in illa die, cõfitemini domino]. i. eum laudate, & Christo de suis beneficiis gratias agite, nec aliquid vobis, sed omnia bona diuinæ pietati ascribite [ET inuoca
te nomen eius]. i. ex intimo cordis affectu deum orate, vt vos conseruet, & crescere faciat in omni bo Iohan. 4.
no. Spiritus enim est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. (5) NOTAS facite] ô prædicatores Christi [IN populis adinuẽtiones eius]. i. mysteria diuini consiliũ, seu mo
dos admirabiles quibus deus genus humanũ liberare dignatus est, incarnationẽ scilicet, passionẽ, &c. Actu. 20.
Christi mysteria. Has dei adinuentiones Paulus notas facit, prout ipse loquitur, Nihil subtraxi vobis 1. Tim. 3.

vtilium quo minus annunciarem vobis omne consilium dei. Vnde & ad Timo. dicit, Manifeste ma- E
gnum est pietatis sacramentum,quod manifestatum est in carne,iustificatū est in spiritu,apparuit an-
gelis,prædicatum est gentibus,creditum est mundo,assumptū est in gloria [MEMENTOTE quoniā
excelsum est nomen eius] Nomen Christi,quod conuenit ei inquantum est deus,videlicet nomen te-
Philip.2. tragrāmaton,omnibus in infinitum præfertur,& superexcelsum censetur. Nomen vero Christi con-
ueniens ratione naturæ assumptæ,ita excelsum est, vt de ipso ad Philippenses dicat Apost. Dedit illi
nomen quod est super omne nomen,vt in nomine Iesu omne genu flectatur,scilicet,esse mediatorem
dei & hominū.Hoc tamen accipi potest de nomine filii increato. ¶(6)CANTATE domino,id est,
Christum corde & ore laudate [QVONIAM magnifice fecit]maxime perpetrando miracula,atq; fa
Matth.7. luberrima proponendo documēta. Vnde de Christo in Euangelio legitur, Bene omnia fecit, surdos
Iohan.7. fecit audire,& mutos loqui.Itemq;,Nunquam sic loquutus est homo,sicut hic loquitur.Ipse etiam de
Iohā.15. seipso testatur,Si opera non fecissem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatum non haberent [ANNVN
TIATE hoc] ô apostoli.& cæteri Christi discipuli [IN vniuersa terra] .i.cunctis hominibus.Hoc est
Marc.16. quod Christus dixit,Euntes in mundum vniuersum,prædicate Euangeliū omni creaturæ.¶(7)EX-
VLTA].i.corde tam vehementer lætare, vt signa lætitiæ foris appareāt [ET lauda] deum,ô [HABI
Hebr.12. TATIO Sion].i.ecclesia militans,deum fide contemplans, de qua ait Apost. Accessistis ad montem
Psalm.86 Sion,& ciuitatem dei viuentis. Atq; Dauid in Psalmo,Diligit dominus portas Sion,super omnia ta- F
bernacula Iacob.Vel per Sion designatur mons Sion,vel potius primitiua ecclesia in ipso collecta,in
Lucæ 22. quo monte erat templum in quo Christus sæpius prædicauit,& cœnaculum illud grande,in quo cœ-
Marc.14. nam fecit,& spiritum sanctum discipulis misit [QVIA magnus in medio tui sanctus Israel] .i. Chri-
Matt.28. stus sanctificans Israelem,qui est magnus dominus in medio tui, sicut apud Matth. protestatur, Ecce
Marc.18. ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi : & alibi, Vbi fuerint duo vel tres
Sopho.3. congregati in nomine meo,ibi in medio eorum sum. Propter quod à Sophonia scriptum est, Lauda fi
Zach.2. lia Sion,exulta in omni corde filia Ierusalem,Dominus in medio tui est. In Zach.quoq;,Lauda & læ-
tare filia Sion,quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui,dicit dominus.

¶ORATIO ex cantico præscripto,Esaiæ.

*Saluator noster deus,cuius iram peccando nos grauiter irritasse cognoscimus,conuerte furorē tuum, & confitentes tibi nos consolare,& quæ impie egimus,miserando dimitte atque dignos nos exhibe,nomen tuum inuocare,& opus misericordiæ tuæ in nobis annunciare. Per dominum nostrum.*

## COMMENT. IN CANT. Ezechiæ reg. Esaiæ Cap. XXXVIII. G

¶ARGVMENTVM DIONYSII.

Ostenditur hic gratitudo Ezech. piissimi regis pro beneficiis sibi impensis,cum dicitur, Scri-
ptura,id est,gratiarum actio,seu canticum Ezechiæ regis Iuda, ab ipso conscriptum siue di-
ctatum spiritu sancto illustrante,cum ægrotasset & conualuisset de infirmitate sua. Et secun-
dum Hieronymū scriptura ista non est dicenda oratio, sed gratiarum actio. Quidam tamen nomināt
eam orationem,cum in fine ipsius dicatur, Domine saluū me fac. Et ante, Domine vim patior, respon
de pro me. Hucusque titulus seu prologus cantici huius,cuius exordium est.

¶EXPOSITIO literalis Cantici, Ego dixi.

4.Re.19. EGO dixi]Ego Ezechias cum grauiter angustiarer, ac infirmarer, dixi intra me
2.Par.23 cogitando quod subiūgitur [IN dimidio dierum meorum,] .i.in media parte tē
poris,quo viuere potui,circiter cōsumpta. Tēpore enim huius infirmitatis erat
4.Re.18 Ezechias triginta nouem annorum. In toto enim vixit annis quinquaginta qua
tuor,quibus si quindecim subtrahantur,quibus post hanc infirmitatem vixit,re
manent anni triginta nouem. Sic erat tunc medium temporis,quo homines tūc
communiter vixerunt. Vnde & Dauid qui octoginta annis vixit, cum quadra-
2.Reg.4 ginta esset annorum dixit, Ego sum delicatus & vnctus rex, nesciens egressum
& introitum meū,iuuenem se esse insinuās.Spiritualis vero & mysticus sensus cantici huius infra tan H
Gen.37. getur [VADAM ad portas inferi].i.ad mortis interitum, & limbum inferni, de quo in Genesi ait pa-
triarcha Iacob, Descendā ad filium meū lugens in infernum. Mors autē in veteri testamento omnibus
erat porta inferni, quia per eam ibāt ad aliquē de quatuor locis inferni: nunc vero baptizatis & per-
fectis atq; martyribus,mors porta est vitæ & vitæ æternæ. Ezechias autem dixerat ista ex desperatio-
ne diutius viuendi: vnde putauit se iturum ad mortē corporis,& ad ingressum inferni. ¶(2)QVAE-
SIVI residuum annorū meorum].i.tempore restante viuere concupiui,& tempus vitę implere opta
Esaiæ 38 ui:sed fractus desperatione viuendi,præsertim cum ab Esaia audissem, Dispone domui tuæ,quia mo-
rieris tu [DIXI]corde seu ore [NON videbo dominum deum in terra viuētium].i.in regione viuorū,
Psal.26. seu patria beatorum,de qua alibi legitur, Credo videre bona domini in terra viuentium. ¶(3)NON
aspiciam hominem vltra,& habitatorem quietis].i.cum hominibus sanctis,& felici quiete perfuenti-
bus non morabor. Ita exponit Hieronymus: quam si quis sequi velit expositionem, dicere habet quod
Ezechias hæc dicit non asserendo,sed metuendo,tanquā formidans,ne in infernum descendens non
4.Re.20 mereretur deum conspicere cum beatis in terra viuentium. Sed quia Ezechias tam fiducialiter in sua
oratione dixit, se ambulasse in veritate & corde perfecto coram domino, non videtur quod in infirmi
tate constitutus, putauerit se damnandum, nec enim mortem expauit quasi imparatus ad mortem, sed

A desiderio habendi successorem per quem de suo semine Christus nasceretur. Propter quod alii sic ex-
ponunt, Dixi non videbo dominũ deum in terra viuentium. id est, in hac vita inter viuentes non am-
plius videbo dominum ingrediendo templum eius, in quo ipse habitat per operationem specialem, &
videtur per fidem & contemplationẽ synceram in suis effectibus. Non aspiciam hominẽ vltra & ha-
bitatorẽ quietis. i. in hac vita non magis videbo populum regni mei habitantẽ quiete atq; secure Assi-
riis interfectis. Erátq; hoc Ezechiæ molestum, quod bona sibi ac populo suo promissa, nõ esset visu-
rus. Dixi quoque. ¶(4) GENERATIO me]. i. progenies mea seu cognatio [ABLATA est & con-
uoluta]. i. separata, [EST à me] quia in hora mortis consanguinei adiuuare non possunt morientem,
sed fit triste diuortium. Vel sic & aptius, Generatio mea. i. posteritas ablata est à me, quoniam filium
successorem non habeo. Manasses quippe filius Ezechiæ post tres annos à prædicta sanatione Eze-
chiæ natus est. Cum enim Ezechias defunctus est, Manasses duodecim erat annorum. Ezechias vero 4.R.20. 21.
post sanitatẽ hanc vixit quindecim annis. Ablata est ergo generatio mea [QVASI tabernaculum pa-
storum] portabile, sicut sunt casulæ, quod ab vno loco tollitur atq; in alio figitur. ¶(5) PRAECISA 2.Par. 33
est velut à texẽte vita mea]. i. quemadmodum textor telã citissime abrumpit & præscindit, sic tempus Iob 7.
vitæ meę festinanter ac repente consumptũ est. Vnde in libro Iob dicitur, Dies mei velocius transie-
runt quam à texẽte tela succiditur & consumpti sunt absque vlla spe. Sic igitur Ezechias dixit vitam
B ab hominum societate præcisam siue subtractam, quia putauit se morti ita propinquũ, quod per idem 1.Re.26.
erat, ac si iam mortuus fuisset. Iuxta quem modum & Dauid loquens ad Ionatham, ait, Vno tantum-
modo gradu ego & mors diuidimur [DVM adhuc ordirer]. i. in progressu vitæ meę cõsisterem, vel in
exordio vitæ meæ essem [SVCCIDIT me]. i. vita præsenti priuauit me deus: statim enim cum viue-
re inchoamus, vita nostra incipit deficere & abrumpi. Ezechias vero æstimauit se iam pręcisum à vi-
ta, propter infirmitatis magnitudinem & Esaiæ prophetiam [DE mane vsque ad vesperam finies me]
id est, paulatim me deficere facies. Vel à principio natiuitatis vsq; ad vitæ occasum finies me incessan
ter eam abbreuiãdo, quemadmodum in primo libro Paralip. Dauid testatur, Dies nostri quasi vmbra
super terram, & nulla est mora. Vnde in lib. Sapien. pœnitentes dicunt, Nos nati continuo desiuimus
esse. ¶(6) SPERABAM] tota nocte languoris mei [VSQVE ad mane] sequentis diei reuelationem 1.Para.25
& consolationem. Afflicti enim semper suspirant ad aliud tempus, in quo melius esse cupiunt, æstimã Sap.5.
tes mutatione temporum mutari posse supplicia [QVASI leo sic contriuit]. i. consumpsit seu exicca-
uit infirmitas hæc [OMNIA ossa mea]. i. robur corporis mei, ossaq; eius. Maximis enim febrib⁹ & pu-
tredine vlceris ęstuauit Ezechias. ¶(7) DE mane vsque ad vesperam finies me] hoc iam dictum atq;
expositum est [SICVT pullus hirũdinis sic clamabo.] meam miseriam deplorando, dei misericordiã
inuocando, & cordis mei angustias ostendendo. Vnde & Iob, Antequam, inquit, comedam suspiro & Iob 1.
C quasi inundantis aquæ sic rugitus meus [MEDITABOR vt columba]. i. ea quæ planctũ atque tristi-
tiam pariunt cogitabo, non quæ vanitatem risumq; prouocant: imò ad instar columbæ fletũ pro can-
tu habebo. ¶(8) ATTENVATI] id est, fatigati sunt & defecerũt [OCVLI mei] interiores & exte-
riores [SVSPICIENTES in excelsum]. i. dominum in cælestibus habitantem contemplantes, vel ad
superiora erecti & dei auxilium cupientes, quemadmodũ scriptum est, Leuaui oculos meos in mõtes, Psal.129.
vnde veniet auxiliũ mihi. Dicũtur autem oculi attenuati, qm̃ diu aspiciendo & postulando nec tamen
desideratam opem adipiscendo pro libito, defecerũt præ lassitudine seu desperatione. Vnde in Psal- Psal.68.
mo habetur, Defecerũt oculi mei, dum spero in deum meum. Et Iob dicit, Facies mea intumuit à fle- Iob 16.
tu, & palpebræ meæ caligauerũt. ¶(9) DOMINE vim patior]. i. violentum languorẽ, & plus quàm
exigunt mea peccata. Omnia ista verba Ezechiæ referenda sunt ad tempus præteritũ in quo dixit, In Esaiæ 36
dimidio dierũ meorum vadã ad portas inferi. Nunc enim cũ ista conscripsit, erat sanatus [RESPON-
DE pro me]. i. tu domine aduersario meo hosti inuisibili satisfac pro me, dimittendo, si quid errauí, &
causam meam ad te misericorditer assumendo. Rursusque ad seipsum reuertens subiungit [QVID di-
cam]. i. quid causari aut conqueri possum vel creatori meo obiicere [AVT quid respondebit mihi]
creator meus? Quasi dicat, non indiget mihi rationẽ exponere cur me ita affligat, quoniã sicut lutũ in Eccle. 33
manu figuli sic ego in manu eius [CVM ipse fecerit] me, per creationẽ, hanc infirmitatem mihi inflixe
D rit iuxta suam voluntatẽ, quæ iniusta esse non valet. Idcirco sufferenda sunt æquanimiter quæcunque
ipse decreuerit. Nũquid enim dicit lutum figulo aut opus factori, Quid me fecisti sic? ¶(10) RECO- Esaiæ 43
GITABO omnes annos meos]. i. tempus præteritum quo vixi, & opera quæ in illo cõmisi ad memo
riam reuocabo [IN amaritudine animæ meæ]. i. cum dolore interno deplorãs peccata cõmissa, tẽpora
minus fructuose expensa, ipsámque humanæ subsistentiæ fragilitatẽ. ¶(11) DOMINE si sic viuitur]
id est, talis est conditio vitæ nostræ, scilicet breuis, incerta & labilis [ET in talibus vita spiritus mei]. i. Eccl.40
in huiusmodi defectibus versatur vita animæ meæ, quod est graue iugum omnibus filiis Adæ cõmune Iere.10.
[CORRIPIES me]. i. paternaliter ad correctionẽ, non ac consumptionẽ flagellabis me: sicut Ierem.
desiderat, dicens, Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilũ
redigas me [ET viuificabis me] vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro, seu corporaliter me
sanãdo [ECCE in pace]. i. tempore pacis quam nobis dedisti expulso Assyrio, facta est in me [AMA- 4.Re.16.
RITVDO mea amarissima]. i. infirmitas ista grauissima quæ mihi molesta est, nõ solum propter eius
puncturam, sed quia beneficiis tuis populo concessis, & securitate promissa, vti nõ debeo. ¶(12) TV
autem eruisti animam meã] ab infirmitate mortifera [VT non periret]. i. ne subtraheretur à vita præ-
senti. Vel eruisti eam à malis culpæ ne damnaretur [PROIECISTI post tergũ tuũ]. i. oblitus es nec
aspexisti, sed indulsisti [OMNIA peccata mea] Larga enim pietas dei, veniam non dimidiat. ¶(13)
QVIA non infernus]. i. generatio damnatorũ [CONFITEBITVR tibi] confessione laudis & glo- Psalm.6.

riæ,quemadmodũ ſcriptum eſt,In inferno autem quis confitebitur tibi [NEQVE mors].i.in mortali E
peccatn exiſtens,aut mortuus[LAVDABIT te]laude meritoria.Quod etiam canit Pſal.dicens,Non
Apoc.19. mortui laudabũt te domine,neq; omnes qui deſcendunt in infernũ:imo ſicut in Apoc.inducitur, ipſi
Eccle.9. blaſphemant dominum,nec agunt pœnitentiã fructuoſam:nec mirũ,quia vt Salomon loquitur, Nec
Baruch.2 ſapientia,nec ſcientia,nec opus,nec ratio erunt apud inferos [NON expectabũt qui deſcendunt in lacum veritatẽ tuam].i.promiſsionẽ tuam veracem qua promiſiſti hominibus felicitatem ęternã.In inferno enim nulla eſt redemptio. ❡(14)VIVENS viuens].i. vitam naturæ & vitam gratiæ habens. [CONFITEBITVR tibi]duplici confeſsione,videlicet te laudando & ſe culpando [SICVT & ego hodie].i.in præſenti tẽpore facio.Vtraq; vita hæc ad ſalubrem cõfeſsionem requiritur:propter quod
Deut.32. ſcriptum eſt in Baruch, Non mortui qui ſunt in inferno, quorũ ſpiritus acceptus eſt à viſceribus eorũ,dabunt honorẽ tibi domino.Sed anima quæ triſtis eſt,& incedit incurua & eſuriẽs.i. ſalubriter dolens,humilis,atq; iuſtitiam ſitiens[PATER]bonus,quicunq; ſit ille [FILIIS] ſuis [NOTAM faciet veritatem tuã] id eſt,effectum tuæ iuſtitię,veritatem ſcripturæ,& te verum eſſe,qui es veritas prima, exemplaris & increata.Vnde in Deut.inducitur,Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi.Apoſto.
Ephe.6. quoq; ad Ephe.patres educate filios veſtros in diſciplina & correptione domini. ❡(15)DOMINE
Matth.10 ſaluũ me fac]mente & corpore,ab omni malo præterito,præſenti & futuro[ET pſalmos noſtros]vi-
24. delicet laudes diuinas [CANTABIMVS] tui miniſtri [CVNCTIS diebus].i.certis ac debitis horis F
Eccle.11. ſingulorum vitæ noſtræ dierum:in bono enim perſeuerandum eſt vſque in finem[IN domo domini] id eſt,in templo.

❡EXPOSITIO moralis cantici eiuſdem, Ego dixi.

CVm dicat ſcriptura,In die bonorum ne immemor ſis malorum,pœnitens qui ſpiritualiter ſanatus eſt,cum gratiarum actione præterita mala recolere debet,deum collaudans pro benefi-
Pſal.54. cio conuerſionis animę ſuæ.Talis igitur dicat,Ego dixi.i.multitudinẽ & enormitatem peccatorum meorũ perpendens cogitaui ſeu ore loquutus ſum,in dimidio dierũ meorũ.i.antequã ad plenã ætatem perueniam: vadam ad portas inferi.i.à deo occidi atq; damnari promerui. Peccator enim non eſt dignus pane quo veſcitur,ſed mortẽ,tartaráq; meretur. Porro viri iuſti complent dies ſuos,quoniam vita eorum bonis abundat operibus.Inanes vero ſunt dies malorum,de quibus ſcriptum eſt, Viri ſanguinũ & doloſi non dimidiabunt dies ſuos . Qui vero iam ad pœnitentiam conuerſus vitia deflet, dies ſuos implere incipit ſed conſideratione peccatorũ ſuorum perterritus, timet ne à domino relinquatur,atq; ad portas inferi, progrediatur,vel peccando mortaliter,vel moriendo corporaliter,ante ſatiſfactionem condignam,vel in infernum cadendo.Peccata autem mortalia quæ homo timoratus ti
Matth.16 met incidere,ſunt portæ quibus itur ad inferos.De quibus Chriſtus ait ad Petrum,Super hanc petrã G
ædificabo eccleſiam meã,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Quæſiui reſiduum annorũ meorum.i.dominũ deprecatus ſum,ne ſic tempeſtiue vadam ad portas inferi,ſed tẽpus vitæ mihi con
Pſal.101 cedat ad pœnitentiam peragendam.Vel,Quæſiui reſiduum annorum meorũ,id eſt,tempus vitæ mihi adhuc reſtans quæſiui & ſtudui fructuoſe deducere. Primo ſenſui conuenit illud Pſalmiſtæ,Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ:dixi,non ſimpliciter aſſerendo,ſed ſapienter formidando,nõ videbo dominũ deum in terra viuentiũ.Hoc enim promeruiſſe me ſcio , vt ſummæ diuinitatis beatifica
Eſaię 26. fruitione deſtituar.Vnde & timeo,ne ſecũdum peccata mea antiqua ſeu alia in quæ incidere poſſum, mihi reddatur,tollárq; impius ego,ne videam gloriã dei.Et ex timore loquutus ſum, Non aſpiciã hominem vltra,ſcilicet in terra viuentium,& habitatorem quietis.i.electos dei beata requie perfruentes non videbo in regno cælorũ.Generatio mea.i. operatio bona,vel regeneratio mea in Chriſto in ba-
2.Petr.2 ptiſmate facta,vel ſanctorũ cõmunio,ablata eſt à me. quia mortaliter peccando omnia bona iſta amiſi,& ita ſum canis reuerſus ad vomitũ. Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum ordirer ſuccidit me.
Pſal.101 Hoc ſecundum ſenſum in literali expoſitione poſitũ, intelligatur de breui duratione atque celerrima conſumptione vitæ naturæ,& vitæ gratiæ,quantũ ad recidiuantes. Vnde canit Pſal. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei,quod de tempore naturalis vitæ accipitur. Quod vero adiecit: percuſſus ſum vt fœnũ,& aruit cor meum,de ſpiritualis vitæ defectu accipiendum cenſetur. De mane vſq; ad veſperã, id eſt,tota die,ſeu aſsidue,vel ab ortu vitæ meæ vſque ad eius occaſum,finies me,vitã meã paulatim, imò continuo abbreuiãdo,vel in diuerſos defectus me cadere permittendo.Eſt autẽ & finis perficiẽs, H
Apoc. 22 de quo dominus ait in Apocal.Ego ſum a,& o,principiũ & finis.Sic enim deus eſt finis noſter, & ita de mane vſque ad veſperã à deo finiri,eſt in omnibus actibus ad ipſum conuerti, cunctáque opera & deſideria in eo terminare, quod eſt vera perfectio noſtra,quam ſemper à domino poſtulare debemus. Sperabã,in nocte aduerſitatis & tẽpore tentationis pietatis tuæ auxiliũ,vſq; ad mane, ſpiritualis diei, videlicet ad gratiæ tuæ infuſionẽ,nec ceſſaui ſperando in te. Quaſi leo ſic cõtriuit omnia oſſa mea,id
1.Petr.3. eſt dæmon qui cõparatur leoni,vel ipſa perſecutio aduerſitatis,ſiue moleſtia virtutes animæ meæ diſ-
Matth.15 ſipauit,debilitauit,ſeu prorſus extinxit.Vnde de quibuſdam Chriſtus ait,facta tribulatione & perſecutione propter verbũ continuo ſcandalizantur.De mane vſq; ad veſperã finies me,vt ſupra:ſicut pullus hirundinis ſic clamabo,magno affectu pro peccatorũ indulgentia & beatitudine ſempiterna, me-
Pſalm.1. ditabor,in lege die ac nocte vt columba gemendo ex dolore culpæ & deſiderio patriæ,vt audire me-
Can.5. rear à ſponſo cæleſti,illud in Canticis,Aperi mihi columba mea. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo.Quidam ex charitatis feruore orant oculis in cælum erectis,Chriſtũ ſequentes.De quo
Iohan.17 apud Iohã.legitur,Subleuatis Ieſus oculis in cælum dixit,Pater venit hora,clarifica filium tuũ. Quidam vero ex humilitatis vigore orant oculis depreſsis,vel in terrã defixis exemplo publicani, qui nec
Lucæ 18. oculos ad cælum tollere auſus erat. Deniq; attenuatio interdũ pro ſubtiliatione, interdum vero pro

A hebetatione accipitur. Qui autē iu cordis sui eleuatione ad deum, spiritualiter illnstratur, huius inte-
riores oculi subtilsiantur, omnem carnalē vilitatē deserendo. Qunmodo autē oculi attenuentur secun-
do modo; in literali dixi expositione. Domine vim. i. impugnationē molestam præsertim à tribus ad-
uersariis, mundo, carne, diabolo, patior. Sed quia licet vim vi repellere, vis quam patimur repellenda
est vi, quatenus viriliter resistamus atque eum forti pugnatore dicamus, Persequar inimicos meos, &
cōprehenadm illns, confringam illos. Sic enim regnum cælorū vim patitur & violenti rapiunt illud. Psal. 17.
Responde pro me. i. aduersariis meis: oppone te pro me, dáque reale responsum pro me: quia non est Matth. 10
volentis neque currentis, sed tui ô domine misericorditer auxiliantis. Quid dicam, in tantis tribulatio
nibus constitutus? Quasi dicat, Non possum asserere qnod deus permittat aut faciat ista iniuste: aut Rom. 9.
quid respondebit mihi deus, cum ipse fecerit? Aliud enim mihi respondere non indiget, nisi quod in
Euangelio scriptum est, An non licet mihi quod voln facere? Et in Iob, Nunquid cōdemnabis me vt Matt. 20.
tu iustificeris? Recogitabo omnes annos meos, quos infructuose deduxi, & bona in eis omissa & mala Iob 40.
cōmissa deplangam, in amaritudine animæ meæ, id est, cū cordiali cōpunctinne. Per hanc nanq; com
punctionē & recogitationē tempus amissum quodāmndo recuperatur. Domine sic viuitur, scilicet in Iob 7.
continuis afflictionibus, quia militia est vita hominis super terram. Vnde in Ecclesiast. habetur, Cun- Eccle. 2.
cti dies hominis doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per nnctē mente quiescit, & in talibus vita spi-
B ritus mei. Nam omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transierūt fideles. Corripiēs me, Iudith. 8.
per flagella, & viuificabis me, per gratiam: quod vtiq; opto, quia scripmm est, Beatus homo qui corri Iob 5.
pitur à domino. Et in secundo Macha. lib. Etenim multo tempore nnu sinere peccatoribus ex senten 2. Mac. 6.
tia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est indicium. Ecce in pace amaritudo mea ama
rissima, id est, summa cordis mei afflictio in pace est, quia per eam tibi pacificor. Debet autem amari-
tudo pœnitentialis esse ordinata, non turbulenta, vt sit pacifica. Vel dicitur amaritudo pœnitētiæ esse
in pace. i. in consolatione interna, quæ ei pene semper coniungitur, iuxta illud, Beati qui lugent, quo-
niam ipsi consolabuntur. Tu autem eruisti aimā meam, à periculis multis, à tētatinnibus & peccatis, Matth. 3.
imò per tuam beatissimā ô Christe incarnationē ac passionem redemisti eam, vt uon periret, proieci
sti post tergū tuum omnia peccata mea, in sacramento baptismatis & confessionis, in professionéque
ordinis. Et quacunque hora ingemisen pro pececatis meis, tu elemēter indnlges. Domine salunm me Ezech. 18
fac, sicut & Ierem. precatur, Sana me domine & sanabor, saluū me fac & saluus ero, quoniā laus mea
tu es, & psalmos nostros cātabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini. In diebus enim tem- Iere. 17.
poralitatis quibus in isto exilio peregrinamur, laudabimus te perseueranter in domo ecclesiæ militan
tis quę domus sumus uos, sicut Apost. ait, Vos estis templū dei viui. Vnde & scriptum est, Cōfitebor
tibi domine in toto corde meo, in consilin iustorū & congregatioue. Nnn ergo in cōuenticulis hære- 2. Cor. 6.
C ticorū, non in conuentibus schismaticorū, sed in domo domini. i. in ecclesiastica vnitate laudandus est Psal. 110.
deus. Porro in diebus æternitatis quibus in patria viuemus, laudabimus te sine fine in domo ecclesiæ
triumphantis, quemadmodum legitur in Psalmo, Beati qui habitant in domo tua domine, iu secula se
culorū laudabunt te. ¶ Multa eorum quæ dicta sunt in hoc cantico, facile applicari possent defunctis Psalm. 83
& in persona animę in purgatorio existentis pronuntiari præsertim ab eo loco quo dictum est, Gene
ratio mea ablata est, vsq; ad id, Tu autem eruisti animam meam, &c.

¶ ORATIO ex cantico Ezechiæ.

*Declinantes nos domine uitia misericorditer corripe & uiuifica, proiice post tergum tuum omnia peccata nostra, & ne pereat eruatur a te anima nostra, ut semper uiuens & salua maneat in domo tua æterna. Per dominum nostrum.*

## COMMENT. IN CANT. ANNAE. I. Reg. II. Cap.

¶ ARGVMENTVM DIONYSII.

PRoprium est sanctorum, de acceptis beneficiis dei nō inaniter erigi, sed magis humiliari, & deo
piissimo ac liberalissimo grates referri. Et quædam vtriusque sexus personæ speciale atqne præ
cipuum quodcunq; beneficium dei sortitæ, speciale etiā super hoc canticum cecinerūt ac edide
runt, & illud reliquerunt in scriptis, vt non solum propriis in personis, sed insuper corde & ore po-
D sterorum deum laudarent, atq; ex consideratioue diuinorū effectuum, ipsum omniū fontem bonorū
denm excelsum, & omnipotentē in seipso extollerent, contemplarentur, & honorarent. Quemadmo Indith. 5.
dum in lib. Iudicū Delbora & hoc lnco Anna: iu Euangelio quoq; gloriosissima virgn deifera fecis- 1. Reg. 2.
se leguntur. Itaq; beata hæc Anna spiritu prophetię illustrata, uon solum circa se facta, & sibi iam ex- Lucæ 1.
hibita intuens: sed & quædam sibi aliisque futura prospiciens, grata & hilari voce prorumplt in lau-
dem dei, quæ laus seu gratiarum actio hic vocatur oratio: præsertim quia & gratiarum actio pars ac
species nrationis existit secundum illud Pauli, Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, 1. Tim. 2.
gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Ait ergo.

¶ Expositio cantici, Exultauit cor meū in dño, iuxta sensum literalē. Feria quarta in laudibus.

EXVLTAVIT cor meum in dnmino] id est, tam vehementi iucūditate imple- Psal. 83.
tum est spiritali, quod redundauit in partē sensitiuā atq; in corpus. Iuxta illud,
Cor meum & caro mea, exultauerunt in deū viuum. Deniq; omnis delectatio
ordinata & bona, est in deo. Delectatio quippe cōsistit in actu, & ei annectitur,
eúmque coneomitatur & perficit, dūmodo actus conueniens sit & placens, vel
saltem conueniēs reputetur. Delectatio autē ordinata & bona, non nisi in actu
consistit virtutis, cuius actus ad debitum finē refertur, & congruenter exequi-
tur. Dnplicitet itaque coutingit gaudere seu delectari, aut exultare in deo. Pri-

mo tanquã in proprio & immediato obiecto:sicq; delectamur in deo per fidem, spem, charitatem,& E
Rom.15. contemplationẽ,hoc est,in ipsum credendo,in ipsum sperando,eum amando & contemplando.Pro-
Rom.12. pter quod dixit Apostolus , Deus spei vos repleat omni gaudio & pace in credendo . Et rursus, Spe
gaudentes.Sic quoq; lætamur in deo,ipsum orando,laudando,psallendo.Secundo delectamur in deo
tanquã in obiecto mediato,seu tanquam in fine, inquãtum operationes virtutum circa obiecta creata
versantium ordinamus ad dei honorem,& eas secundum deum exequimur. Præterea quanuis gaudiũ
seu delectatio magis ad vires appetitiuas,videlicet ad appetitum sensitiuum ac voluntatem pertineat,
nihilominus experiẽtia docet, quod etiã in aliarũ potẽtiarũ actibus delectatio vera existat sicut in in-
telligendo,recordando,gustando,tangendo & aliorum exteriorũ interiorúmq; sensuum actione. De
lectatio enim oritur ex vnione potẽtiæ cognoscitiuæ aut appetitiuæ,cũ obiecto sibi conueniente,ipsaq;
delectatio est quasi quædam quietatio,tranquillatio,ac diffusio potẽtiæ in suo obiecto sibi conuenien-
ti. Anna igitur ex contemplatione delectationeq; dei , & ex speculatione beneficiorum ac operũ eius
toto corde,hoc est intellectu ac voluntate exhilarata, Exultauit(inquit)cor meũ in domino,id est,in-
tellectus seu ratio & volũtas animæ meæ in deo sunt gloriatæ.Et gloriatio illa intellectualis,solet gau
dium appellari:& proprie exultatio,quasi extra se saltatio nuncupatur, quando ex plenitudine sua re
dundat in inferiores animæ vires,atq; per signa relucet in corpore,præsertim in visu & vultu,imò a-
liquando resultat in tantum,quòd facit hominem tripudiare,saltare ac plaudere. Quemadmodũ Da- F
2.Reg.6. uid ante arcam viribus totis saltauit. Et claudus ex vtero matris, à principe apostolorũ curatus ambu
Actu.3. lauit,exiliens ac dominum laudans. Nempe(vt ait Philosophus)vt sphæra superior suo impetu rapit,
& post se trahit sphæras inferiores quas quotidie circumuoluit ab Oriente in Occidentem, illis contra
rio motu proprio ab Occidente in Orientem tendentibus: sic superior pars animæ præsertim volun-
tas inferiores vires appetitiúmq; sensitiuum sua in eas redundãtia post se trahit ac rapit.Quod in sub-
limiter contemplantibus clarissime demonstratur,quorũ corpus & corporeæ vires ex vehementi oc-
cupatione intellectualiũ virium circa diuina obiecta sopiuntur,& à suis actibus suspẽduntur [E T ex-
Psal. 74. altatum est cornu meum in deo meo] Cum dicat psalmista, Dixi iniquis,nolite inique agere:& delin-
Amos.6. quentibus,nolite exaltare cornu. Et Amos, Væ qui dicitis,Nunquid non in fortitudine nostra assum-
psimus nobis cornua?quid est quod sancta hæc fœmina protestatur,exaltatum est cor meum?Sed ad-
uertẽdum quod cornu in scripturis multipliciter sumitur. Vno modo pro regia potestate, sicut in Da
niele & in Apocalypsi frequenter. Vt cum in Daniele legitur, Considerabam cornua, & ecce cornu
Dan.7. aliud paruulum ortum est de medio eorum,& tria de cornibus primis euulsa sunt. Secundo accipitur
Apoc.5. cornu pro euidẽti manifestatione,iuxta illud, Erexit cornu salutis nobis. Tertio pro fortitudine cor-
porali seu spirituali,vt cũ in benedictione Ioseph asseritur, Cornua eius cornua rhinocerotis: in ipsis G
Lucæ 1. ventilabit gentes . Quarto pro inordinata & præsumptuosa erectione suiipsius , & hoc vocatur cor-
nu superbiæ: sicque frequentius in scripturis & in communi modo loquendi accipitur . Quinto pro
Deut.38. forti & virtuosa tendentia in aliquod magnum,quod vocatur cornu magnanimitatis. Hinc aliqui re-
cte dicunt, ꝙ cornu in scripturis sumitur pro motu seu conatu mentis se extendentis in aliquid ardu-
um. Quod si fiat secundum rationis dictamen & diuinæ legis doctrinam, vocatur cornu virtutis: sin
autem,vocatur cornu elationis. Itaque Anna ait, Exaltatũ est cornu meũ in deo meo.i.motus & actus
spei meæ,per dei auxilium consequutus est optatum effectũ . Quoniam quod orando obtinere spera-
ui,obtinui. Rursus, exaltatum est cornu meum in deo meo, id est, fortitudo mihi gratiosa præualuit.
1.Reg.1. ❡(2)DILATATVM est os meum super inimicos meos] .i.aduersarios meos iuste irrisi, puta Phe-
nennam & liberos eius,qui me oderunt & afflixerunt, quanuis ego diligerem eos. Inuisibiles quoque
animæ meæ hostes qui me ad pusillanimitatẽ & immoderatã tristitiam trahere nitebãtur,derisi & vi-
ci. Vel dilatatum est os meũ,id est,late apertum ad laudandum & glorificandum dominum deum,su-
per inimicos meos,id est,de iusta eorum deiectione,vel super eos,id est,plus quam os eorum[QVIA
lętata sum in salutari tuo] .i. in salubri tuo auxilio,vel in teipso omniũ summo salutari:de quo beatis-
Lucæ 1. sima cecinit virgo, Exultauit spiritus meꝰ in deo salutari meo:vel,in salutari tuo,id est, in expectatio-
Gen.49. ne & fide saluatoris futuri,scilicet regis Messiæ,de quo Iacob ait, Salutare tuũ expectabo domine. Et
Luc.2. Symeon iustus, Viderũt,ait,oculi mei salutare tuum. Deniq; merito huius fidei atque lætitiæ spiritalis
præualuit Anna,& ex ipsa lætitia dilatauit modo præfato os suum. Ex iis cõsolationibus & donis sibi H
concessis Anna se eleuat,ad contemplandum & laudandum deum in semetipso. ❡(3)NON est san-
sanctus vt est dominus]quoniã ipse solus essentialiter & independenter sanctus est , & sanctitas infi-
nita,cuius essentia est puritas prorsus interminata. De quo alibi legitur, Deus lux est, & tenebræ non
1.Iohan.1 sunt in eo vllæ. Cæteri sancti sunt,per participationẽ & gratiam ac certam mensurã [NEQVE enim
est alius extra te] id est,præter te non est alius verus deus,aut tibi æqualiter sanctus. Hinc apud Esaiã
Esaiæ 43 dominus contestatur, Ante me nõ est formatus deus,& post me nõ erit. Et iterum, Nunquid est deus
Esa.44. absq; me?[ET non est fortis sicut deus noster] videlicet deus Israel, qui solus est verus atque omnipo
tens deus,cuius fortitudo est independens,imparticipata,& penitus infinita. Quæ non potest in tot
& tanta,quin possit in infinities plura atq; maiora. Cui omnia non solum sunt possibilia, sed & faci-
lia:imò facillima & æquefacilia. Consequenter inuehitur cõtra præsumptuosos & arrogantes. Ad li-
1.Reg.1. teram quoque loquitur cõtra Phenennã & sobolem eius,quæ contra Annam intumuerũt. ❡(4)NO
LITE multiplicare loqui sublimia] id est,verba iactantiæ & præsumptionis [GLORIANTES] in-
Psalm.11. aniter , non in domino , sed in vobis quasi à vobis aliquid habeatis, nisi deficere & peccare. Ideo ait
Propheta, Disperdat dominus vniuersa labia dolosa,& linguã magniloquam . ❡(5)RECEDANT
vetera de ore vestro].i.à verbis iniquis ac solitis,pungitiuis,derisoriis contra me sæpe prolatis,cessate

A [QVIA deus ſcientiarũ dominus eſt,] id eſt, ipſe in ſeipſo ſapiẽtiſsimus eſt, & dator ac dominus omnis ſcientiæ. Ideo omnia ei conſtant, & ſuperborum verba vitioſa deteſtatur ac punit [IPSI præparantur cogitationes] id eſt, ei oſtenduntur ac innoteſcunt ad iudicandum, quaſi dicat. Non ſolum verborum, ſed cogitationũ quoque inſpector & iudex eſt dominus. ¶(6) [ARCVS fortium ſuperatus eſt] id eſt, armatura & impugnatio præſumentium de proprijs viribus ſuccubuerunt. Sicut & iacula Phenẽnæ & prolis eius, amplius mihi inferri non poterũt [ET infirmi] id eſt, propriam fragilitatem & infirmitatem, ſeu defectuoſitatem humiliter recognoſcentes [ACCINCTI ſunt robore] id eſt, gratia ac virtutibus deſuper cõfortati. Iuxta quod alibi ſcriptum eſt, Qui dat laſſo virtutem, & robur his qui nõ ſunt multiplicati. ¶(7) [REPLETI prius pro panibus ſe locauerunt]. i. qui aliquando erant abũ- Eſaiæ 40
dantes ac diuites, ob ſuam ingratitudinem atq; ſuperbiam, ad tãtam ſunt deuoluti inopiam, quod pro neceſſarijs vitæ ſe locauerunt & ſeruierunt, [ET famelici ſaturati ſunt] id eſt, qui pauperes erant ſua humilitate meruerunt ditari, ſufficientérque refici. In quibus verbis Anna tangit Phenennam & pueros eius, à ſua præſumptione deiectos, & priſtina fœcunditate ac vbertate priuatos. ¶(8) [DONEC ſterilis peperit plurimos] id eſt, ipſa hæc Anna, quæ diu fuerat infœcũda, procreauit ſobolem copio- 1.Reg.1.
ſam, videlicet tres filios, & filias duas [ET quę multos habebat filios] puta Phenẽna [INFIRMATA eſt] quia naſcentibus filijs filiabúſve Annæ, filij Phenennæ moriebantur, vt fertur. Circa hoc in Scho Pet. com.
B laſtica narratur hiſtoria, quod in Cantico legitur, Donec ſterilis peperit plurimos, &c. Hebræus pro biſt. lib. 1.
plurimos, habet ſeptem: & pro infirmata eſt, habet ſecta eſt, id eſt, ſeparata. Et tradit quod ſingulis filijs Annæ naſcentibus, ſinguli Phenennæ filij moriebantur. Et quinq; filijs Annæ, duos filios Samuelis connumerat, vt ſint ſeptem. Hæc ibi. In quibus verbis per quinque filios Annæ, intelliguntur tres filij eius, & filię duæ. Ita vt filius notet prolẽ, non ſexum, vel indifferenter, ſeu indiſtincte ſexũ vtrũq;. Sicut cum dicimus: pater & filius ſunt correlatiua. His addit Lyra, Quidam Hebræi dicũt quod quãdo Anna peperit puerum vnum, Phenenna ſepeliebat duos de pueris ſuis. Ideo nato quarto puero Annæ octo filij Phenennę erant mortui. Ideo Anna propinquante ad partum quintum, timens Phenenna de morte duorum filiorũ ſuorum ſuperſtitũ humiliter Annam rogauit, vt oraret pro vita & cõſeruatione filiorum ſuorũ ſuperſtitum. Quod Anna fecit. Ideo duo filij illi Phenennæ de cætero reputati ſunt filii Annæ: quoniam eius precibus ſunt conſeruati in vita. Sicq; dicitur ſeptem peperiſſe. Et iſti Hebræi dicunt Phenennam decem filios habuiſſe. His adijcit Lyra, Iſtę expoſitiones non habẽtur de textu, ſed ab Hebræis ponuntur, ad verificandum hoc dictum. Peperit ſeptem. Ideo verius videtur dicendum ꝙ tranſlatio noſtra eſt melior, dicẽs, peperit plurimos. Nam dictio Hebraica puta Scibeah hic poſita, æquiuoca eſt ad ſignificandum ſeptem. Quam ſignificationem ſequuntur hic Hebræi moderni. Et ad deſignandum ſatietatẽ, & hanc ſignificationem ſequutus eſt noſter tranſlator. Et forſitan
C tunc Hebręi hanc ſequebantur. Secundum hoc ergo Anna peperit ſatietatem, id eſt, habuit pueros ad ſufficientiam, quod expreſsit Hieronymus dicendo, plurimos. Et hoc cõuenientius fuit dicere, quam ſi dixiſſet ſatietatẽ vel ſatis. Iuxta quod idem dicit Hieronymus in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi, Quod melior interpretatio non ſemper transfert verbum ex verbo, ſed inductum ſenſum ex ſenſu. Verum contra hæc ſcribit Rabbi Paulus, dicendo, ꝙ dictio iſta Scibeah in Hebræo nõ eſt proprie æquiuoca prout hic ponitur. Solum enim ſignificat ſeptem in propria ſignificatione, licet ſaturitatem deſignet ſecundum etymologiã. Sed tranſlatio noſtra quæ dicit plurimos, obtinet veritatem ex alia ratione. Nam in Hebræo ſeptem quandoque ſignificat plurimos, vt intelligatur numerus determinatus pro indeterminato, vt in Eſaia, Apprehendẽt ſeptem mulieres virum vnum.
Sicq; tranſlator noſter hic tranſtulit, non ſolum ſenſum ex ſenſu, ſed etiam verbũ è verbo. Hęc Rabbi Eſaiæ 4.
Paulus, cuius verba longũ eſt diſcutere, tamẽ quod Lyra ait, verius reor: præſertim cũ multa æquiuoca ſint, quamuis proprie nõ ſignificent niſi vnũ, hoc dempto, quod dicit modernos Hebręos hic dicere ſeptem, quaſi antiqui Hebræi ita non dixerint: quod tamen dicit opinatiue magis quam aſſertiue. Sciendum ergo quod etiam antiqui Hebræi ita dixerunt ſiquidem, LXX, ſic tranſtulerũt, Sterilis peperit ſeptem, & fœtoſa in filiis infirmata eſt. Textus quoq; quo vtitur Origenes ſic continet, Quoadvſq; ſterilis peperit plurimos. Prætactas autem Hebræorum narrationes ſeu expoſitiones, Origenes
D reputat fabulas. Hoc tamen facit ad innuendum ꝙ verſiculus iſte ad literã exponi non queat de Anna, quæ non peperit ſeptem ſed quinque. ¶(9) [DOMINVS mortificat & viuificat] hoc ad literam videtur Anna dixiſſe. Quia filios Phenennæ vidit in ſpiritu occidendos à domino, filiis ſuis in vitam progredientibus: ſicq; [DEDVCIT ad inferos] animas defunctorum, ſumendo infernum ſiue pro loco damnatorum, ſiue pro limbo puerorum, ſiue pro limbo patrum, ſiue pro purgatorio [ET reducit] mortuos ſuſcitando, vel eos qui letaliter infirmantur, curando. Tales enim erant quaſi in via ad inferos. ¶(10) [DOMINVS pauperem facit & ditat] Quoſdam enim iuſto iudicio priuat terrenis diuitijs, quoſdã ſpiritualibus opibus, quos à virtutum faſtigio ruere ſinit. Alios cõtrario modo ditat [HVMILIAT] ſuperbos [ET ſubleuat] humiles. Literaliter quoque inſinuat Phenennam ſobole diuitem, eſſe depauperatam per filiorum interitum, & ſibi oppoſitum contigiſſe. ¶(11) [SVSCITAT de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem] ¶(12) [VT ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat] quia frequenter pauperes atque ignobiles, promouet ad principatum & regimen aliorũ. Quẽ Exod.3
admodum Moſen oues paſcentem, toto Iſraelitico prætulit populo. Hinc ſcriptum eſt, Sedes ducum Eccle.10.
ſuperborum deſtruxit deus, & ſedere fecit mites pro eis. Hæc in ſeipſo Nabuchodonoſor expertus, fa Dan.4.
tetur, Poſt finem dierum altiſsimo benedixi, quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & omnes habitatores terræ apud ipſum in nihilum reputãtur. Iuxta voluntatem ſuam facit tam in virtutibus cæli quã
in habitatoribus terræ, & gradientes in ſuperbia, potẽs eſt humiliare. Hinc rurſus ſe in ſomno audiſſe Ibidem.

fatetur. In sententia vigilum decretū est, & sermo sanctorum est donec cognoscant viuētes, quoniam E
dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimū hominū con
Gene. 41. stituet super eo. Deniq; sic deus Ioseph è squalore ergastuli præfecit Aegypto. Et tres pueros ex ca-
Dan. 3. mino ignis fecit principes in prouincia Babylonis. Hinc subditur, ¶ (13) DOMINI enim sunt cardi
nes terræ.] Cardines terræ dicuntur eius extremitates quæ sunt dei, sicut & totum terræ elementum,
potestate & iure creationis, conseruationis, ac gubernationis [ET posuit super eos orbē] hoc ait, quo-
niam terra est quasi fundamentū & infimum elementorū, & secundum apparentiam videtur cælum,
seu orbis super extrema terræ locatus, iuxta æstimationem illorū qui putabant cælum esse velut came
Lucæ 1. rā & semicirculū. Iuxta quē modū in lib. Iob legitur, Qui expādit cælos sicut tabernaculum ad inha-
bitandū. Vbi LXX transtulerunt velut cameram. Vel sensus est, Posuit super eos orbem. i. populū fe-
cit cardinibus terræ eminentiorem. ¶ (14) PEDES sanctorū suorum seruabit] id est, affectus & pro-
Iob 9. cessus eorum manu tenebit & diriget. Iuxta illud, Ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis [ET im-
pii in tenebris cōticescent] id est, suo tempore confusi silebunt, nec euidenti veritati contradicere po
terunt, præsertim in die iudicii. Sicq; obmutescent in tenebris culpæ, ac infernalis miseriæ, quanuis in
inferis eiulabunt [QVIA non in fortitudine sua roborabitur vir.] id est, propriis viribus nemo pote-
rit deo resistere, imò nec boni quid agere, aut virtuosus censeri. ¶ (15) DOMINVM formidabunt ad-
uersarii eius] deus enim omnipotens ad libitum suum perterret, deiicit, & condemnat omnem impio F
rum cateruam, præsumptionem, animositatē, audaciam. Et istud generaliter potissime fiet in die iudi-
Esaiç 43 cii. Sicut Esaias prædixit, Ad eum venient & confundentur omnes qui repugnant ei, [ET super ipsos
in cælis tonabit] quod & instante extremo iudicio fiet ineffabiliter & acrius q̄ super Aegyptios olim
intonuit, quod fiet in cælo sereo. Tonabit quoq;, super eos sententiam horribiliter proferendo. Hinc
Iob 17. in libro Iob scriptum est, Tonabit deus voce magnitudinis suæ: post eum rugiet sonitus. Tonabit vo-
ce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. ¶ (16) DOMINVS iudicabit fines terrę] i. omne
Psalm. 9. genus humanum, quod fit particulariter in mortibus singulorū, & vniuersaliter fiet in die nouissimo.
Ideo ait propheta, Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudica
bit populos in iustitia [ET dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.] Tēpore Annæ
Iohan. 5. nondum præfuit aliquis rex Israeli. Ideo istud de Christo verissime explanatur, cui pater dedit omne
iudicium, id est, iudiciariam potestatē, & exequutionē particularis ac generalis iudicii, iuxta illud, De-
Ibidem dit ei potestatem & iudicium facere, quia filius hominis est. Itemq;, Pater omne iudicium dedit filio.
Hāc etenim iudicii exequutionem Christus sua humilitate, diiudicatione & passione promeruit. Exi-
Phil. 2 naniuit nempe seipsum, factus obediens vsque ad mortem: propter quod & deus exaltauit illum. Por
ro cornu Christi, id est, potestatem & magnificentiam Christi filii sui, deus pater multipliciter exal- G
tauit ab exordio mundi, per mysteria & figuras, atque oracula ac vaticinia prophetarum ac patriar-
charum, per quos primo in lege naturæ, deinde in lege scripta aduentū, excellentiā & efficientiā regis
Messiæ prędixit. Deinde instante temporis plenitudine, in ipsa salutifera & incomprehensibili verbi
æterni incarnatione, deus trinitas contulit Christo secundum naturā assumptam authoritatem, pote-
statem atque dominiū, non solum super totum genus humanū, sed & super omnem naturam creatam
vniuersamq; creaturam. Sicq; in ipsa incarnatione exaltauit cornu Christi sui secundum rei veritatē,
Iohan. 3. non tamen secundum manifestationem & exequutionem. Hinc Christus ante suam passionem dixit,
Matth. 2. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Statim vero in ipsa Christi ex virgine natiuitate cœ-
Luc. 2. pit deus pater cornu Christi exaltare manifestationem, per mirabilia quæ in eius natiuitate ad ipsius
declarationem fiebant. Quia tunc stella apparuit Magis, angelus quoq; pastoribus, quibus & Christi
ortum ac magnificētiam patefecit. Multitudo etiam cælestis exercitus eadem cecinit hora. Templum
æternitatis collapsum est, olei fons erupit. Deinde Christus inter homines conuersando ac prędican-
do, per verba atque miracula suam cœpit excellentiam declarare & exequi. Non tamen plenarie: quia
adhuc fuit passibilis, & paulopost crucifixus. Post resurrectionem vero & ascensionem misso desuper
spiritu sancto, exorsus est eam sublimius exequi, & monstrare per sanctos apostolos, primitus in Iu-
dæa, deinceps vbique terrarum: quod & interim per diuersos sanctos est prosequutus. Porro in gene-
rali & extremo iudicio omnes aduersarii Christi subiicientur plenissime eidem. Hæc de literali huius
cantici expositione sint dicta. Præterea sicut hic refert Lyra, quidam magnus apud Hebręos videlicet H
Ioathan filius Oziel in translatione sua Chaldaica, aliter canticum istud exponit ad literā. Quam ex-
positionem Lyra satis prolixe prosequitur. Sed eam breuius quo potero tanquam. Itaque ait Ioathan
1. Par. 6. ille, q͛ propter mirabilia quæ Anna præuidit in spiritu à filio suo Samuele fienda, quæ in 1. libro Re-
gum habentur, dixit, Exultauit cor meum in domino. Et quia præuidit q͛ Eman cum filiis suis natus
ex Samuele, futurus erat cantor in templo, adiecit. Exaltatum est cor meum, id est, gloria mea in deo
1. Reg. 5 meo. Insuper quia præuidit Philistæos propter arcam dei plangendos & compellendos ad remitten-
4. Re. 19 dum hanc, addidit. Dilatatum est os meum super inimicos meos. Et quia prędidit regem Assyriorum
Sennacherib cum suis deiiciendum propter blasphemias suas in deum, ait, Non est sanctus vt est do-
minus, &c. Præuidit quoque qualiter Chaldæi erant regnum Iuda & templum vastaturi, atq; ob hoc
à Persis atque Medis vastandi: ideo loquuta est, Nolite multiplicare loqui sublimia, scilicet vos Chal
1. Mac. 12 dæi: quasi dicat, quia & vos in breui estis perdendi. Præcognouit etiam qualiter tempore Antiochi
erant Græci Iudæos oppressuri, & per Machabæos vincendi, propter quod addit, Arcus fortium, pu
ta Græcorum, superatus est: & infirmi, scilicet Machabæi cum suis qui primo fugerunt, accincti sunt
Ester 3. 5 robore. Præuidit item qualiter Iudæi erant sub Assuero rege per Aman affligendi, atque per Ester ac
Mardocheum eruēdi, idcirco apposuit, Repleti prius, scilicet Aman & sui, primo ditissimi, pro pani-

A bus se locauerunt. Quia per Ester sunt penitus suppeditati: & famelici saturati sunt, quia tunc filii Israel liberati fuerunt, ditati & copiose refecti. Ad istã quoque expositionem sequentia applicat: de qua expositione pertranseo, quoniam falso innititur fundamento, videlicet Messiam nondum venisse. Est itaque satis incertũ an Anna præcognouerit omnia ista. Quæ si præcognouisset, probabile reor, quòd de eis clarius ac latius prophetasset. Ester 9.

¶Explanatio spiritalis Cantici huius, Exultauit cor meum in domino.

PEr Annam quæ interpretatur gratia, designatur ecclesia, & quæcunque fidelis persona. Itaque Christi ecclesia videns omnem plenitudinem gratiæ sibi à deo collatam, & quicquid diuinorum charismatum olim fuit in synagoga, in se præclarissime esse translatum, cum gratiarum actione fatetur, Exultauit cor meum in domino: & quia regia potestas sacerdotiũmque regale Iudæis ablata sunt, & ecclesiæ sublimiori modo concessa, subiungit: & exaltatum est cornu meum: videlicet regnum & sacerdotium, in deo meo. Vnde sacratiss. Princeps apostolici agminis scribit fidelibus, Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Dilatatum est os meum super inimicos meos, id est, Iudæos fidei aduersarios iuste irrideo, potenter deuici, ratione, miraculis & allegationibus scripturarum veteris testamenti, multipliciter confutaui. Similiter hæreticos vtriusq; testamenti scripturis contriui, tyrannos quoque & persequutores diuino auxilio superaui. Et hoc, quia læta sum, ô domine pater æterne, in salutari tuo, id est, in fide & gratia Christi, per quẽ tot bona sum consequuta, quæ mihi promisit, Dabo, inquiens, vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & cõtradicere omnes aduersarii vestri. Ideo ô Iudæi cæteriq; increduli, Nolite multiplicare loqui sublimia, id est, verba præsumptuosa & vana contra ecclesiam, gloriantes insipienter. Sed, Recedant vetera de ore vestro, id est, pristina infidelitatis verba relinquite, literalem occidentem legis, ac prophetarũ sensum abiicite, doctrinam & expositionem infidelium magistrorum vestrorum calcate: quia deus scientiarum dominus est, qui per spiritum sanctum sanctos apostolos docuit plenissime ac verissime intelligentiam legis ac prophetarum. Quemadmodum ante passionem suam Christus eis promisit, dicendo, Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Arcus fortium superatus est, id est, omnis armatura, seu argumentatio Iudæorum & philosophorum, cæterorúmque perfidorum, qui olim videbantur potẽtes, & ecclesiam diuersis modis innaserunt, soluta & victa est. Et infirmi accincti sunt robore, id est, apostoli & primi discipuli Christi, induti sunt omni virtute ex alto, & per eos gentiles olim omni spiritali fortitudine gratiæ destituti, effecti sunt virtuosi & victoriosi. Quemadmodũ Paulus apostolus scripsit eisdem, Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius: accipite armaturam dei. Repleti prius, puta Iudæi, qui olim multiplici opulentia sapientiæ ac virtutum, ac spiritalibus ferculis abundabant, pro panibus se locauerunt, quia priuati sunt omnibus bonis illis. Et quidam ex eis conuersi à christianis doctrinam veræ salutis, mendicauerunt. Donec sterilis peperit plurimos, id est, conuersa gentilitas, olim infœcunda, innumerabiles regenerauit ex aqua & spiritu sancto, atque per euangelicæ legis prædicationem parturiit, sicut ait Apostolus, In Christo Iesu per Euangeliũ ego vos genui. & quæ multos habebat filios, scilicet synagoga, in qua frequenter fuerunt multi electi, infirmata est. quia iamdudum omnino succubuit, & in extremam hanc captiuitatem redacta est. Dominus mortificat, qui per Titum & Vespasianum corporaliter trucidauit Iudæos incredulos, quos & per inuisibiles hostes excæcari & indurari iuste permisit, & viuificat, per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro, vasa misericordię suæ electos ex gentibus. Dominus pauperem facit synagogam & ditat ecclesiam, humiliat Iudæos incredulos, & subleuat Christifideles. Suscitat de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperem. Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Multos enim gentiles vitiis obtenebratos, & sordibus carnalitatum inuolutos, ad tantam diuinorum charismatum exuberantiam erexit atque pronexit, vt inter apostolicos viros digni sint connumerari, & aliorum prælati effecti, sessurique sint inter eos, quibus saluator spopondit, Vos qui sequuti estis me, sedebitis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Ad istam expositionem sequentia quæunt faciliter applicari.

Margin notes: 1.Pet.2. — B — Luc.21. — 2.Cor.3. — Iohan.16 — Luc.24. — Ephe.6. — C — 1.Cor.4. — Luc.22. — D

¶Expositio moralis eiusdem Cantici, Exultauit cor meum in domino.

PRæterea exponi potest hoc canticum in persona cuiuslibet Christiani deuoti, præsertim religiosi. Vnusquisque ergo fidelis dicere potest, Exultauit cor meum in domino, id est, considerando seu contẽplando infinitam bonitatem, omnipotentiam & sapientiam dei, vniuersamque perfectionem, excellentiam & beatitudinem eius, gauisus sum vehementer, & toto corde cõgratulatus sum tam incircumscriptibili perfectioni & gloriæ creatoris, præsertim cõtemplando superbeatissimæ trinitatis patris & filii & spiritus sancti communicationem & emanationem adintra. Mutuam quoque trium superuenerabilium personarum contemplationem, dilectionem complacentiam, fruitionem, consistentiámque superfelicissimam & æternam. Exultauit, demum, cor meum in domino, intuendo beneficia eius generalia ac specialia, naturalia & supernaturalia, corporalia, ac spiritalia. Præsertim quæ quanta & qualia vnigenitus patris æterni pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit. Considerando etiam diuina promissa, & qualiter superoptimus & superpiissimus, & supermunificentissimus deus trinitas seipsum & suiipsius claram, immediatam, facialem, deliciosissimam visionem æternam, ac beatificam fruitionem inæstimabiliter prorsus dulcissimam nobis præparauit in præmium. His igitur modis exultemus in domino, imo & in omni actu virtuoso ad dei honorem exhibito glo-

Pſalm.9. riemur: iuxta illud, Seruite domino in lætitia. Et rurſus, Gaudete in domino ſemper. Nec ſolū in acti- E
Phil.4. bus bonis, ſed item in perſequutionibus, aduerſitatibus, correptionibus & tentationibus, ſicut ait apo
Iaco.1. ſtolus Iacobus, Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. Et ſaluator,
Luc.6. Gaudete, inquit, in illa hora & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Qui autem læ-
Prouer.2 tatur cum malefecerit, aut quia laudatur & honoratur ab aliis, aut quoniam temporaliter proſpera-
tur, aut quia videt alios inter ſe diſcordare, contendere aut turbari non iam in domino, ſed potius in
diabolo gloriatur, & vanus & excors eſt. Et exaltatum eſt cornu meum in deo meo, id eſt, virtus, ſeu
fortitudo anime meæ in adiutorio altiſsimi, hoſtibus meæ ſalutis reſtitit atque præualuit, ac profecit.
Hoc dicat ad gloriam omnipotentis, qui in quacunque tentatione cernit ſe triumphaſſe aut profeciſ-
ſe in bonis, vt gratus ſit deo, nequaquam extollens ſeipſum: & ſemper ſit cautus & timoratus ne ca-
dat. Abſint ſemper à nobis diabolica cornua crudelitatis, animoſitatis, ambitionis. Circa hoc loqui-
tur Origenes, Sunt cornua quædam iuſtorum, quibus vtuntur bona agendo, aut recte loquendo, ſi-
Pſal.43. cut cum dicunt ad dominum, In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Vnde & alibi dicitur, Exal-
tabuntur cornua iuſti. Oportet ergo nos habere cornua iſta, quæ iuſtis de crucis Chriſti apicibus cō-
feruntur, vt in his deſtruamus & eiiciamus aduerſarias poteſtates de anima noſtra, quibus expulſis
plantetur in nobis vinea, quæ facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. Dilatatum eſt os meum ſuper
inimicos meos: hoc dicat ad dei honorem, qui recordatione & allegatione ſcripturæ aduerſarios ve- F
ritatis, præſertim inuiſibiles æmulos, ſuperauit, qui hoſtibus boni communis efficaciter fuerit relucta-
Eſaiæ 51 tus: quia lætata ſum, ô domine ego creatura tua, in ſalutari tuo. De quo cecinit Eſaias, Viderunt om-
Eccle.35. nes fines terræ ſalutare dei noſtri. In quo qui ſynceriter delectatur, exaudiri ac triumphare meretur,
Pſal.36. ſicut ait ſcriptura. Qui orat dominum in oblectatione, exaudietur. Et rurſus, Delectare in domino, &
Iere.48. dabit tibi petitiones cordis tui. Non eſt ſanctus vt eſt dominus, ideo oportet ei in ſanctitate & iuſtitia
Iohā.14. iugiter deſeruite, maledictúſque eſt qui opus eius efficit negligēter. Neq; enim eſt alius extra te. Nam
pater in filio, & filius in patre: pater quoque ac filius in ſpiritu ſancto, & ſpiritus ſanctus in patre ac
filio. Nam ſingulæ perſonæ in ſingulis vere & imperſcrutabiliter ac circumınceſsibiliter ſunt. Et non
eſt fortis ſicut deus noſter, qui ſolus poteſt humanæ ac fragili creaturæ tantū confrerre gratiæ robur,
vt ſpiritibus illis callidiſsimis atque nequiſsimis & concupiſcentiis propriis, ac vitiis vniuerſis præua-
leat, & in deo ſit ſtabilita: imò & ſi pro fidei conſeruatione exegerit ratio etiam miracula operetur, ſi-
cut prædixit Saluator, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet. Nolite multiplicare loqui
Ibidem. ſublimia gloriantes. Hoc præſumptuoſis ſuperbis vaniloquis, ex charitate eſt opponēdum, vt ceſſent
à verbis iactātiæ, nec laudent, neque extollant ſeipſos, cum & Apoſtolus dicat, Noli altum ſapere, ſed
Rom.11. time. Salomon quoque, Laudet te alienus & non os tuum: extraneus & non labia tua. Denique vnuſ-
Prou.27. quiſque dicat viribus animæ ſuæ, intellectui videlicet cogitatiuæ & imaginatiuæ. Nolite multiplicare
loqui ſublimia, gloriantes, id eſt, ab omni cogitatione ſuperba, ab adinuētionibus vanis, ab apprehen- G
ſionibus phantaſticis, à magnificatione proprii ſubiecti cauete, nec intra vos coram deo proferte, ſeu
loqui audete, quod coram hominibus loqui eſt reprehenſibile. Ab altis quoque materiis, & ab incom-
prehenſibilium perſcrutatione eſt temperandum, vt nō audeamus de ſuperſubſtantiali deo aliquid fa-
Prou.23. ri, præter tradita nobis in diuinis ſcripturis, vt diuinus Dionyſius & Damaſcenus ſcripſerunt, nempe
vt Salomon proteſtatur, Sicut qui comedit mel multum, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maie-
Eccle.3. ſtatis opprimitur à gloria. Hinc Origenes diſſeruit. Nō dixit, Nolite loqui excelſa. Ergo licet mihi lo-
1.Pet.4. qui aliqua excelſa. Multiplicare autem loqui excelſa & ardua, mihi non licet, cum ſcriptum ſit, Altiora
Ephe.4. te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi deus intellige ſemper. Quæ ſunt
1.Cor.1. ergo in quibus excelſa me loqui oportet? Quando de omnipotentia dei, de inuiſibilitate & ſempiterni
tate eius loquor, excelſa loquor. Quando de vnigeniti eius coæternitate, cæteriſque myſteriis pronun
tio, excelſa loquor. Quando de ſpiritus ſancti magnificentia diſſero, excelſa loquor. Poſt hanc trinita-
tem omnia ſunt humilia & deiecta comparatione celſitudinis eius. Hæc Origenes. Recedāt vetera de
ore veſtro, id eſt, omnia verba inordinata, vitioſa, illicita deinceps vitate: ſed ſi quis loquitur, quaſi ſer
mones dei. Et ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cōditus. Hinc ad Epheſios docet Apoſtolus, Om-
nis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed qui bonus eſt ad ædificationem, vt det gratiam au-
dienti. Arcus fortiū ſuperatus eſt. Hi qui fortes & magnos ſe arbitrantur, iuſto dei iudicio permittun-
tur faciliter vinci omni vento tentationum ac impetu paſsionum & multipliciter labi, ſiue dum ab a-
liis patiuntur aduerſa, ſiue dum laudantur & honorantur à proximis, quia radices humilitatis & fun- H
damentum timoris dei non habent. Interdum quoque contingit deuotos & virtuoſos ex ſua negligē-
tia periculoſáve ſecuritate, aut tentationum impulſu paulatim euacuari & cadere, & infirmi accincti
Matth.3. ſunt robore. Humiles ſcilicet, qui ſe iugiter infirmos, defectuoſos viléſque iudicant. Nam & infirma
ac ſtulta mundi elegit deus. Repleti prius, id eſt, qui donis gratiæ abundabant, pro panibus ſe locaue
runt, quando (vt tactum eſt) ad ruinam ſunt deuoluti, & rurſus per pœnitentiam conantur ad priſti-
nam redire menſuram, ſeque humiliant, & illorum orationibus, meritis ac doctrinis quærunt refici,
ac iuuari, quibus aliquando in ſpiritualibus fuerant ditiores, & famelici ſaturati ſunt. Bene famelici
ſunt qui eſuriunt ſitiúntque iuſtitiam, & famem habent audiendi verbum dei, qui ſaturari merentur
& refici à ſpiritu ſancto. Hi ſunt qui quæ retro ſunt obliuiſcentes, & ad anteriora extendunt ſeipſos,
non arbitrantes ſe apprehendiſſe, ſed aſsidue proprium imperfectum penſantes, toto affectu ſtudent
in omni virtute proficere, quotidianas ſuas defectuoſitates & culpas vberrime deplorantes. Hæc ita-
Philip.3. que contigerunt. Donec ſterilis, id eſt, anima prius infructuoſa, peperit plurimos fructus virtutum:
& quæ multos habebat filios, id eſt, quæ antea erat in bonis actibus fœcunda, infirmata eſt, gratiam

A amittendo. Ideo nullus alium quanuis iniquum aut negligentem incaute diiudicet aut contẽnat. Quia Matth. 7.
etsi hodie ille fortassis est melior, cras forsan erit deterior. Ideo ait Saluator, Nolite iudicare. Et Pau- Rom. 14.
lus, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim
deus statuere illum. Dominus mortificat, impios occidendo & condemnando, seu vitam gratiæ non
præstando, aut gratiam delinquenti iuste tollendo, & viuificat, quia ab ipso est vita naturæ, vita gra-
tiæ, & vita gloriæ, qui & impium per pœnitentiam pie viuificat. Mortificat quoque salubriter, dando Colos. 3.
mortificationem viuificam, de qua ait Apostolus, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram.
Et iterum, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Hæc mortificatio est
vitiorum extinctio, suiipsius à vitiis refrenatio, membrorum scandalizantium abscisio, id est, eorum
ab omni vsu prauo coertio, & maxime priuati amoris extirpatio integra, ita vt quis dicere queat, Vi- Galat. 2.
uo autem iam nõ ego: viuit vero in me Christus. Deducit ad inferos, sicut expositum est, & etiam in-
spirando homini cõsiderationem infernalis damnationis, ac pœnæ æternæ salubrem: & reducit, dan-
do vitæ correctionem, atque leuando mentem ad cælestium intuitum gaudiorum. Dominus paupe-
rem facit & ditat, humiliat, dando homini veram & humilem suiipsius recognitionem, & infunden-
do humilitatis virtutem, & subleuat mentem de vitiorum profundo, de lacu miseriæ, de pusillanimita
te per spei fiduciam & confessionem remediantem. Suscitat de puluere egenum, & de stercore ele-
B uat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat, id est, in infimis cogitationibus in-
quinamentisque carnis detentos paulatim perducit ad vitam spiritualem & sanctam, contemplatio-
nisque apicem, ita vt tales inter viros heroicos reputentur, & digni sint aliis præsidere. Pedes sancto-
rum suorum seruabit, vt perseuerent ac progrediantur in via regia, nec deflectant ad dexteram aut si-
nistram. Incessabiliter equidem indigent conseruatione diuina, qua sibi paulisper subtracta, mox cor-
ruunt, & impii in tenebris conticescent. Obnubilati etenim tenebris ignorantiæ & errorum, passio-
num ac vitiorũ, tacent & obmutescunt à laudibus dei deuotis, ab orationibus feruidis, ab exhortatio-
ne idonea, à correptione fraterna, & ab vtilibus verbis, & iuxta Aposto. à veritate auertunt auditum, 2. Tim. 4
atque ad fabulas conuertuntur.

ORATIO ex cantico Annæ.

*Deus fortis domine, da nobis in humilitate famulari, & non in sublimibus gloriari, accinge nos infirmos uirtutum robore, & da nobis bonæ intentionis studia exercere, ut his fulti, imperio Christi æterno ualeamus participari. Per dominum nostrum.*

C

## COMMENTARIVS IN CANTICVM MOSI. Exodi XV. Cap.

### ARGVMENTVM DIONYSII.

COnsuetudo fuit sanctis viris, imò & fœminis virtuosis, spiritalia cantica deo offerre, atq; com-
ponere pro specialibus beneficiis dei, & de magnificis & supernaturalibus ei⁹ operibus, quod
in veteri testamento potissime seruabatur, atque à Mose initium sumpsisse videtur. Non enim
legitur hoc factum ab aliquo ante eum. Hinc loquitur Origenes, Multa legimus cantica facta in diui- Origenes
nis scripturis, horum tamen omnium primum est istud. Moris quippe sanctorum est, vbi aduersarius
vincitur, hymnum gratulationis deo offerre. In Scholastica quoque fertur historia, Moses quoq; com Petrus
posuit canticum domino hexametro carmine, quod quia à cæteris prius legitur factum, dicitur canti- Com. hi-
cum canticorum. Quod intelligendum est propter prærogatiuam antiquitatis. Veruntamen ob my- sto. li. exo
sticorum sensuum profunditatem & elegantiam dialogus ille amoris à Salomone compositus, Can- di cap. 31.
ticorum canticum appellatur. [TVNC] videlicet Pharaone Aegyptiisq; submersis [CECINIT Mo
ses & filii Israel carmen hoc domino, & dixerũt] Moses vero spiritu sancto illuminante ac dirigente
edidit carmen, deinde docuit hoc filios Israel, sicque pariter cecinerunt, & se inuicem ad regratiãdum
D deo, & ad eius decantanda præconia hortabantur ac inuitabant dicentes.

### EXPOSITIO literalis cantici, Cantemus domino.

CANTEMVS domino]. i. ad eius honorẽ depromamus laudes ipsius [GLORIO- Feria 5. in
SE enim magnificatus est]. i. excellentiam, omnipotẽtiam atque iustitiam suam laudibus
praeclare monstrauit, & famam magnificam sibi fecit per signa & mirabilia, quę
contra Aegyptios egit, & nunc præcipue in maris rubri diuisione, Aegyptio-
rum submersione, & nostra eductione ac liberatione. In quibus omnibus suam Exod. 14
quoque pietatẽ, & fidelissimam veritatẽ declarauit in nobis [EQVVM & ascen
sorem deiecit in mare] id est, equites Pharaonis simul cum ipso corũ rege & to- Ibidem.
to eius exercitu ac quadrigis eorum præcipitauit ac mersit in mari rubro. (2)
FORTITVDO mea & laus mea dominus]. i. ipse deus, & author horum mirabilium, est causa totius
fortitudinis meæ in naturalibus atque fortuitis, cuius auxilio contra Pharaonem præualui. Ipse quoq;
est laus mea, id est, obiectum atq; materia laudum mearũ, quibus eum in seipso & in suis operibus lau-
do, non meipsum. Ex eius quoq; indiciis, signis, effectibúsq; præclaris materiã habeo copiosam laudis
diuinæ: imò & si in me est aliquid laude dignũ, huius causa est ipse. Vnde circa hæc, Fortitudo mea &

laus mea dominus, ait Glossa, Quia per ipsum fortis sum & laudabilis. Itaque Moses cum tot & tanta E
per eũ dominus perpetrasset, & vir eximius esset corã omni frequentia populi, noluit tamen in seipso
laudari, nec voluit cõmendare seipsum, sed dominũ cui ascribendum nouerat omne bonũ. Sic & sacra
tissima virgo Maria, cum mater esset altissimi facta, non seipsam, sed dominum glorificauit, dicendo,
Luc. 1. Magnificat anima mea dominũ. Et psalmista. In domino, inquit, laudabitur anima mea [ET factus est
psalm. 33 mihi in salutem]. i. potenter & gratiose saluauit me de manu Pharaonis aliísque periculis. Mosi autem
tanquã duci populi instabat speciale periculum ex Pharaonis tyrannide, nisi deus eum eripuisset. Id-
circo hæc singulariter loquitur & decãtat, cum tamen fuerint cõmunia beneficia dei sibi & Hebræis
collata. Nam & hoc ad seruum deo specialiter gratum, deuotum fidelémque pertinet, vt de generali-
bus beneficiis creatoris speciales laudes & grates referat domino, quasi sint sibi soli cõdonata ab illo.
Itaque deus in seipso inuariabilis, æternus & non factus, dicitur nobis fieri in salutem, seu refugium ac
saluator absque suæ deitatis mutatione, quando per gratiarũ suarum charismata & effectus subsidium
& salutem nobis impendit. ¶(3) ISTE] qui ita pugnauit pro filiis Israel, est [DEVS meus] qui cum
sit vniuersorum deus iure creationis, gubernationis & conseruationis, specialiter tamen est deus eorũ
à quibus præcipue colitur & ardenter amatur, & quibus ipse præcipua gratiæ dona largitur, sicq; fuit
3. Reg. 13 deuotissimi ac sanctissimi Mosi deus. Hinc & Elias orãdo locutus est, Deus meus reuertatur obsecro
Philip. 4. anima pueri huius in viscera eius. Et Paulus, Deus meus impleat omne desiderium meũ in vobis. [ET F
glorificabo eum] id est, gloriosum, famosum, sanctum, & omni honore & gloria dignum eum esse fa-
tebor, describam, & opere demonstrabo, ei cum omni reuerẽtia obsequendo. [DEVS patris mei] qua-
si Moses dicat, Non solum ego per dona gratiæ dei fidelis sum, sed etiã natione: quoniam deus verus,
qui est deus meus, fuit & est deus patris mei. Quod tam de immediato Mosi patre, q̃ de quolibet san-
ctorum patriarcharum, ex quibus duxit originem, accipi potest. [ET exaltabo eum] id est, corde, ore,
& opere, & per scripta testabor eum solum esse adorãdum, & omnibus incomparabiliter digniorem
ac altiorem. Qui solus in seipso perfectionaliter infinitus, incircumscriptibilisq; consistit, & vniuersa
infinite in omni perfectione ac claritate excedit, & omnis creati intellectus capacitatem interminabi
liter superat. Itaque pronomen hoc, iste, notat hic demonstrationẽ ad intellectum. Recitat tamen Li-
ra, quod secundum Hebræos facit demõstrationem ad sensum. nam dicunt quòd filii Israel transeun
do per fundum maris sensibiliter deum videbant, atque digito demonstrabant: in quadam tamen simi
litudine sensibili assumpta seu repræsentãte, quia deitas sensibiliter nequit videri. Dicunt quoq; ꝙ po
pulus ille tunc clarius vidit deum, quàm postea sancti prophetæ. Sed istud nec probationem, nec ap-
Exod. 32 parentiã habet, præsertim cũ populus ille fuerit tam duræ ceruicis. ¶(4) DOMINVS quasi vir pu-
gnator] id est, similis viro pugnatori, non nisi iusta ac fortia prælia exercẽti. Alibi autem dicit Lira, ꝙ
in Hebræo non habetur, quasi, sed translator hoc addidit, ad insinuandum quòd deus dicitur vir pu-
gnator, non quòd in eo sit sexus, aut corporeum aliquid secundum deitatis naturam. Vnde sic dicitur G
Ioan. 15. vir pugnator, quomodo ait Saluator, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, quod secũdum
Augustinum intelligendum est per similitudinem, non per proprietatem. omnipotens nomen eius.]
Hoc intelligi potest tam de nomine nominãte, quàm de nomine nominato. Siquidem ipse deus altis-
simus designatur & appellatur nomine isto nominante omnipotens, sicque omnipotens est nominãs
nomen dei. Nomen quoque dei nominatũ. i. ipse deus hoc nomine [OMNIPOTENS designatus, est
realiter prorsus omnipotens: nam quicquid contradictionem non implicat, & cuicunque ratio entis
competere valet, hoc ipse potest, cui à Sapiẽte quodam dicitur, Subest tibi cum volueris posse. Et Ie-
Sapiẽ. 12 remias ait, Domine deus non erit tibi difficile omne verbum [CVRRVS Pharaonis & exercitũ eius
Ierem. 32 proiecit in mare] quemadmodum alibi dictum est, Respiciẽs dominus super castra Aegyptiorum per
Exod. 14 columnam ignis & nubis, subuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum. Siquidem (vt ex Io-
Iosep. lib. sepho atq; Scholastica historia circa hoc tactum est) dominus proiecit super Aegyptios, fundum ma-
2. anti. Iu. ris siccatum ingressos, intolerabiles imbres grauésque tonitrus, corruscationes ac lampades. Erant ibi
cap. 14. currus sexcenti, & quinquaginta milia equitum, ducentáque milia peditum. ¶(5) ELECTI princi-
Petrus cipes eius] quos ipse præ cæteris elegit in duces bellorũ [SVBMERSI sunt in mari rubro, abyssi ope
Com. hi- ruerũt eos] Abyssus & mare ac pelagus pro eodem accipi solent, vnde & Ionas, Abyssus, inquit, val-
sto. li. Exo lauit me, pelagus operuit caput meũ. Sed nunc de aquis eiusdem maris pluraliter dicitur abyssi. pro-
di. cap. 31 pter multitudinem partium aquæ profundarum. Vel potius propter duas partes maris diuisi, quæ ex
Ionæ 2. vtroq; latere sup Aegyptios irruerũt. [DESCENDERVNT in profundũ quasi lapis] quia & corda H
Zach. 5. habuerunt lapidea omni iniquitate grauata. Iniquitas autem grauat mentem, propter quod in Zacha
Esaiæ 1. ria fertur prophetia, Iniquitas sedet super talentum plumbi. Et Esaias dicit, Væ populo graui iniqui-
Hebr. 12 tate. Hinc monet Aposto. Deponamus omne pondus & circunstans nos peccatum. ¶(6) DEXTE-
Sapien. 5. RA tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum.] Solet in scri-
Iob 14 pturis per dexteram dei eius benignitas seu gratiosa protectio aut succursus intelligi, iuxta illud libri
Iob 40. Sapientiæ, Dextera sua teget eos. Et in Iob, Operi manuum tuarum porriges dexteram. Inter-
dum per dexteram designatur potestas, iuxta illud Iob, Confitebor quòd saluare te possit dextera
tua. Aliquando vero per dexteram dei significatur eius æqualitas, seu potior bonitatis eius fruitio,
Psal. 109. vt in Psalmo, Sede à dextris meis. Quandoque per dexteram dei exprimitur rigor diuinæ iusti-
tiæ, & districta vltio eius, qua deus durius percutit, quemadmodum homo per dexteram fortius ver-
berat quàm per sinistram, sicque in psalmo accipitur, Dextera tua inueniat eos qui te oderunt. Pones
Psalm. 20 eos vt clibanum, &c. Sic quoque accipitur modo cum dicitur. Dextera tua domine magnificata est
in fortitudine, id est, rigor seu vis tuæ iustitiæ magnifice se ostendit in forti Aegyptiorum punitione,

A per quam magnificata est, id est, magna esse innotuit: & magna, imò immensa à multis est reputata.
Quæ etiam percussit inimicum, id est, Pharaonem principem hostium populi tui in mari extinxit,
imò & ante per decem plagas dire multiplicitérque afflixit. Quidam tamen per dexteram dei intelle-
gunt vnigenitum filium eius, de qua expositione in sequentibus erit sermo. [ET iu mulntudine glorię
tuæ deposuisti aduersarios meos] Gloria dei hoc loco vocatur eius maiestas, quæ quanuis in seipsa sit
vna simpléxque, tamen propter suorum diuersitatem effectuum multiplex nuncupatur: quemadmo-
dum & misericordia dei, secundum illud, Misericordias domini in æternū cantabo. Et denuo, Remini Psalm.88
scere misericordiarum tuarū quæ à seculo sunt. Itaq; ait, In multitudine gloriæ tuæ, id est, in maiestate Psal.24.
tua multiplici per effectum, seu in multis eius præclaris ac miris effectibus, hoc est per diuersa prodi-
gia cōtriuisti Aegyptios, tam in terra eorum primogenitos eorum occidendo, quàm in mari rubro tot Exo.12.
milia submergēdo. ❡(7)MISISTI iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam] id est, iustitiæ tuæ Exo.14.
vindictam effudisti, quæ consumpsit Aegyptios, sicut ignis stipulam valde velociter, prout fertur de
aliis in psalmo, Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris
illos in tempestate tua. Et in Esaia, Sicut deuorat stipulam lingua ignis, sic radix eorum quasi fauilla Psalm.82
erit. [ET in spiritu furoris tui] id est, in impetuoso effectu tuæ iustitię [CONGREGATAE sunt aquę] Esaiæ 2.
id est, partes aquæ diuisæ se recollegerūt super Aegyptios pariter irruendo. Vel, congregatæ sunt, id
B est, partes seorsum quasi consolidatæ. Quod quanuis fuerit pie factum pro Hebræorum euasione, fuit
tamen Aegyptiis submersionis occasio. ❡(8)STETIT vnda fluens] id est, gurges aquæ ex sua natu-
ra mollis ac fluidus, diuina virtute stetit fixus vt tellus, atque vt loquitur Origenes, soliditatem liquor
recepit, & coactus est fluctus in cumulum, ac vnda in seipsam repressa. Nempe si (vt in libro Iob legi Iob 38.
tur) superficies abyssi constringitur frigore, quanto magis creatore iubente vndę eius figuntur? Quē-
admodum enim in exordio seculorum deus præfixit Oceano terminum sui fluxus, ne terram operiat, Ibidem.
secundū quod dominus loquens ad Iob testatur, Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi
de vulua procedens? Circundedi illud terminis meis, & posui vectes & ostia, & dixi, Hucusque venies
& non procedes amplius, & hic cōfringes tumentes fluctus tuos. Sic ex dei pręcepto diuisum est ma-
re rubrum, & partes diuisæ steterunt in altū fixæ vt muri. [CONGREGATAE sunt abyssi] id est, co-
piosæ & profundæ partes aquarū seorsum sunt solidatæ & iterum adunatæ ex creatoris imperio [IN
medio mari] id est, intra ripas maris rubri. Atque in tali diuisione & consolidatione vndarū fuit ma-
gna eleuatio earundē, non tamen egressæ sunt ripam. Præterea sicut ait Saluator, Ex abundantia cor-
dis os loquitur, ideo Moses ex suæ deuotionis feruore & insoliti miraculi admiratione, diuinorúmque Matt.12.
operum nouitate & congratulatione eandem sententiā multoties repetit sub aliis verbis, quemadmo- Lucæ 6.
dum & Psalmista, dicendo, Quoniam exaudiuit dominus vocē fletus mei. Exaudiuit dominus depre-
C catiouem meam, dominus orationem meam suscepit. ❡(9)DIXIT inimicus] videlicet Pharao, seu Psalm.6
quicunq; de eius exercitu: [PERSEQVAR] Hebræos [ET comprehendam] eos [DIVIDAM spo-
lia] bona eorum diripiendo [IMPLEBITVR anima mea] id est, iuxta desideriū voluntatis meæ eos
tractabo & spoliabo. ❡(10)EVAGINABO gladium meū, interficiet eos manus mea] sicut Pharao
& eius ministri dixisse leguntur, Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Cir- Exod.14
ca quod dictum est, quòd Pharao & Aegyptü intendebant filios Israel violenter reducere ad seruien
dum sibi vt antea in Aegypto. Idcirco non reor quòd nunc voluerint eos omnes occidere, sed quos-
dam, præsertim principaliores & ditiores. ❡(11)FLAVIT spiritus tuus].i. ventus à te productus, &
grandis imbrium fulgurúmq; tempestas diffusa sunt super aquas. Vel, spiritus tuus flauit, id est, ex tua
indignatione motę sunt aquę, sicut ex flatu puluis mouetur. [ET operuit eos mare, submersi sunt qua-
si plumbum in aquis vehemētibns.] ❡(12)QVIS similis tui in fortitudine domine, quis similis tui?]
quasi dicat, nullus omnino. Quoniam omnis potestas creata deficit infinite ab increata virtute. Alia
translatio habet, Quis similis tui in diis domine? quasi dicat, In his apparet infirmitas falsitásque deo-
rum Gentilium, qui suos non potuerunt iuuare cultores. Hinc scriptum est, Non est similis tui domi- Ierem.10
ne, magnus es tu, & magnum nomen tuū in fortitudine. Quis non timebit te ô rex Gentium? Et rur- Ierem.50
sus loquitur de⁹, Quis similis mei, & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?
Veruntamen creaturæ rationales & intellectuales dicūtur deo assimilari. Iohannes quoq; Apost, in 1.
D sua fatetur Canonica, Sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Et rursus, Nondum inquit apparuit 1.Iohā.4
quid erimus. Scimus quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Ve- 1.Iohā.3.
rum in his verbis, Quis similis tui in fortibus dñe? sumitur simile pro æquali. Nil autē deo æquale est,
imò finiti ad infiniti nulla est cōparatio. [MAGNIFICVS in sanctitate].i. magna & mira efficiēs san
cte, & virtuose. Quēadmodum enim deus dicitur magna facere in sapiētia, ita & in sanctitate, quoniā
sanctus est in omnibus operibus suis. Hercules autē, Alexāder magnus, Hector Troię, & cōsimiles, fe Psal.144
cerūt aliqua magna, nō in sanctitate, sed magis in vanitate [TERRIBILIS] ꝓpter imperscrutabilia
tua iudicia, & ob tuæ rigorē iustitiæ ac metuēdos effectns, de quo ait Propheta, Venite & videte ope-
ra dei, terribilis in consiliis super filios hominū. Ideo S. Iob ait, Deus cuius iræ resistere nemo potest, Psal. 69.
sub quo curuātur qui portant orbem. Cogitationē eius nemo auertere potest, idcirco à facie eius tur- Iob 9.
batus sum, & considerans eum timore solicitor. In euangel. quoque Christus ait, Eum timete qui ha-
bet potestatem & corpus & animā perdere in gehennam ignis. [ATQVE laudabilis] quia virtuose, sa Matt.10.
pienter, & irreprehēsibiliter omnia agens, & faciens mirabilia, iuxta illud, Qui facit magna & inscru- Iob 5.
tabilia, & mirabilia quorum nō est numerus. Nec solum in supernaturalibus, sed item in naturalibus,
& præsertim in operibus gratiæ & gloriæ deus mirabilia & incomprehēsibilia operatur. ❡(13)EX-
TENDISTI manum tuā].i. potestatē & æquitatē tuā duxisti in actū [ET deuorauit eos terra] id est.

Aegyptii ita in profundo maris obruti erant gurgitibus,quasi fuissent absorpti à terra . Veruntamen E
mox fuerũt ad littus proiecti.Dicitur autem manus dei extendi,quando pœnam infligit,quia scriptu-
Esa.5.9. ra fatur de deo more humano,cōdescendens nostræ infirmitatis capacitati,vnde in Esaia habetur, In
14. omnibus his non est auersus furor domini,sed adhuc manus eius extenta. Hinc Sathan dixit ad domi
Iob 2. num de Iob,Extende paululum manum tuam,& tange carnem eius & ossa. ¶[(14)D V X fuisti in mi
sericordia tua populo quem redemisti.]Deus enim non solum per gratiæ suę infusionem, sed per an-
gelum sanctum,& per columnam ignis ac nubis,atq; per Mosen præcessor & ductor Israeliticæ ple-
Exod.13 bis fuit,quam ex Aegypto redemit.Deinde S.Moses prophetali spiritu plenus,de futuris vaticinans,
de eisdem quasi de præteritis,propter prophetię certitudinem,loquens subiungit.¶[(15)E T portasti
eum] id est,populum istum gratiose deduces [I N fortitudine tua]hoc est in omnipotentia tua, cui ni
hil difficile est.Per magna quoq; prodigia,& per protectionem magnificam, qua eos in via defendes
[A D habitaculum sanctum tuum] id est,ad montem Sion,seu Moria,& ad vrbem Ierusalem,vbi ele-
2.Reg.7. git deus sibi templum ædificari,in quo habitare dignatus est,prout secūdo,& tertio Regum, secundo
3.Reg.6. quoque Paralipo.patet.Porro per hoc quod ait,Portasti eum,insinuatur quòd deus instar piissimi pa
2.para.7. tris ac paterni prouisoris,deduxit ac supportauit in multis filios Israel in deserto.Ideo Moses huic po
Deut.1. pulo locutus est,Portauit te dominus deus tuus,sicut potare solet homo paruulum filium suũ. Verun
tamen isti quibus Moses dixit hæc circa mare rubrum, propter eorum peccata non introierunt terrã F
Exo.17. promissionis,nisi perpauci ex eis,sed loco eorũ ingressi sunt posteri eorundem.¶[(16)A S C E N D E-
Num. 20 R V N T populi & irati sunt,] Amalecitæ & eis adiuncti in deserto, cõtra hos Hebræos ascendent ad
Num.21. præliandum.Timebant enim quòd filii Israel eis nocerent . Quod etiam exponi potest de Seon rege
Amorræorum,& Og rege Basan, qui contra filios Israel consurrexerũt in via. De rege quoq; Edom
Num. 20 in lib. Numerorum describitur,quòd cum infinita multitudine egressus est contra filios Israel. [D O-
21. L O R E S obtinuerunt habitatores Philistiim] quia percepto qualiter deus plagasset Aegyptios, & pu
Rabbi gnasset pro Israel,inuiderunt Hebræis,& timuerunt propriæ pelli: præsertim cum cognouissent qua
Paulus liter filii Israel expugnauerunt Seon & Og ac Madianitas.Circa hæc Rabbi Paulus reprehendit Ni-
colaum de Lira dicentem,quòd Amalecitæ irati sunt propter timorem, ne filii Israel inuaderent ter-
ram eorum.& addit Rabbi Paulus,Ira enim non consurgit ex timore,sed ex aliis passionibus, scilicet
ex tristitia illata cum desiderio,& spe vlciscendi,secundum Philosophum secundo Rhetoricæ. Quo-
circa dico in primis,quod L I R A non dicit,sicut recitat Rabbi Paulus.Sed ista sunt verba eius in for-
ma. Amalecitæ irati sunt, timentes ne inuaderent terram eorum . Deinde adiicio, quod quanuis Lira
diceret quod sibi imponit Rabbi Paulus,reprehendendũ non esset, quoniam ira non solum ex tristi-
tia sed etiam ex timore causatur, imo ex desperatione potest oriri. Sunt enim diuersæ ac variæ causæ
iræ secundum Aristotelem,Gregoriúmque Nicenum,ac Damascenum, prout Thomas in prima se-
cundæ quæstione 47.pulchre declarat,inter cætera dicẽs,Motiuum, seu causa iræ est aliquid contra G
placitum irascentis commissum siue omissum.Ideo quicquid vergit in grauamen alterius,potest in eo
iram causare.Qui autem est alteri causa timoris,grauat eum,sicque ille ex tali timore potest iram con
cipere contra grauantem.Nihilominus verum est, quod ira magis directe ac immediatius ex tristitia,
quàm ex timore nascatur.Denique qui alium ad tantam impellit angustiam,vt quasi desperet se posse
euadere,frequenter fit illi occasio,ꝙ acrius contra ipsum sic angustiãtem insurgat per iram,& hoc in
2.Reg. 3. bellis accidere solet.Propter quod Abner 2.Regum ait ad Ioab, Quare non dicis populo vt omittat
persequi fratres suos?An ignoras quòd periculosa sit desperatio?¶[(17)T V N C conturbati sunt prin
cipes Edom] videlicet rex & principes Idumæorum præ admiratione eorum quæ audierũt facta cir-
ca Aegyptios,& sibi tale quid posse accidere verebãtur.[R O B V S T V S Moab obtinuit tremor]Nam
Num.22. (sicut in Numeris legitur) Balach rex Moabitarum conuocatis principibus Moab ac Madian dixit,
Ita delebit hic populus omnes habitãtes in terminis nostris, sicut bos solet carpere herbam vsque ad
solum.[O B R I G V E R V N T omnes habitatores Chanaan.] id est,Chananæi vltra Iordanem moran
tes, intantum expauerũt ex aduentu filiorum Israel, quod timor cordis causauit tremorem in corpo-
Iosue 7. re,& membra eorum obrigescere fecit. Hinc in Iosue libro asseritur, Postquam audierunt omnes re-
ges Amorræorũ, qui habitabant trans Iordanem , & cuncti reges Chanaan, quod siccasset dominus
Iosu.2.6. fluenta Iordanis coram Israel,donec transirent,dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spi-
ritus.Rahab quoque dixit ad exploratores Israelitarum,Pertimuimus & elanguit cor nostrum ad in-
troitum vestrum.Deinde diuinæ prçordinationi congaudens,ait.¶[(18)I R R V A T super eos formi- H
Exod. 14 do & pauor.] vt corpore & corde contremiscant [I N magnitudine brachii tui.] id est,ex magnis &
Num. 21. mirabilibus tuę potestatis operibus,quę fecisti in Pharaone & Aegyptiis,in regibus Seon,Og ac Ma
Exod. 14 dian,in diuisione maris rubri,in desiccatione fundi Iordanis.¶[(19)F I A N T immobiles]id est,ad re
sistendũ penitus impotẽtes[Q V A S I lapis,donec pertranseat populus tuus domine,donec pertrãseat
populus iste tuus quẽ possedisti].i. quousq; populus Israeliticus iste tibi peculiaris & præ cæteris tuo
cultui deputatus,perambulet eremũ ac Iordanẽ,veniátq; ad terrã ei promissam. Et ꝙ ait donec,non
est sic intelligẽdũ,quasi postea potuerint Israelitis resistere,ꝗuis hoc tentauerunt,sed victi fuerũt, nisi
Iosue 5. ꝙ viri Hai semel fugarũt filios Israel,& aliquos ꝓstrauerũt,vt scribitur in lib. Iosue. Verũ(vt ait Phi-
losophus)quod modicũ est,ꝓ nihilo reputatur inter multa & magna.¶[(20)I N T O D V C E S eos]pu
ta Hebræos in terrã promissionis [E T plãtabis in mõte hæreditatis tuæ].i.firmiter eos facies habita-
re in Ierusalem & monte Sion,quem elegisti tibi in hæreditatem populi tui. Vel per montem intelli-
gitur tota terra Chanaan montosa. Plantabis etiã eos in [F I R M I S S I M O habitaculo tuo,quod ope-
ratus es domine].i.fortibus vrbibus,castris,& fortalitiis constitues eos ad habitandũ,quæ tua virtute

A fient, Vel per firmiſsimum habitaculum intelligitur templum & regale palatium, quæ deo auxilian-
te per Salomonem facta ſunt in monte Sion & circa, vt patet 3. Regum. Vnde ſubiungitur. ℂ(21) 3.Reg.11.
SANCTVARIVM tuum domine] quaſi dicat, firmiſsimum habitaculum illud dico ſanctuarium, id
eſt, templum tuum domine [QVOD firmauerunt manus tuæ] id eſt, ſapientia & omnipotentia tua in-
duxit, ditauit, & illuminauit Salomonem ad conſtruendum hoc templum. Cum enim Dauid voluiſſet
hoc atteotare, dominus dixit per Nathan ad eum, Tu nõ ædificabis mihi domum, ſed Salomon filius 2.par.28.
tuus [DOMINVS regnabit in æternũ & vltra.] In Hebræo habetur in ſeculum, id eſt, per omne tem
pus veteris teſtamẽti regnabit, ſpecialiter in populo Hebræorum [ET vltra] quia relicto populo illo
ob ſuam perfidiam, regnat deinceps in populo Chriſtiano in via per fidem vſq; ad mundi finem, de-
inde in patria per ſpeciem ſine fine in ſempiternum. Aeternuum autem in ſcripturis quandoque pro
tempore alicuius, vſque ad vitæ ſuæ finem accipitur: iuxta illud, Erit tibi ſeruus in ęternũ. ℂ(22) [IN- Deut.15.
GRESSVS eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare] id eſt, in fundum maris ru
bri ſiccatum [ET reduxit ſuper eos dominus aquas maris.] ℂ(23) FILII autẽ Iſrael ambulauerunt Petr. Cõ.
per ſiccum in medio eius.] Iſtud clarum eſt ex prædictis. Tamen quod ait, enim, non denotat cauſam hiſto. lib.
à priori, quod dominus regnabit in æternum & vltra, ſed potius notat ſignum huius rei & cauſam à Exo. cap.
poſteriori. Denique (ſicut in Scholaſtica hiſtoria recitatur) moratus eſt populus Iſrael iuxta linus ma 31.
B ris rubri ſeptem diebus, iacentibus ibi cadaueribus Aegyptiorum, & cum tympanis ac muſicis inſtru
mentis veniebãt ſingulis diebus ad littus, cantabántque domino Moſi canticum iam explanatum, viri
ſeorſum ac mulieres ſeorſum. In cuius rei memoriam ſeptem diebus paſchalibus cãtando redimus ad
fontes baptiſmi. Abſtulerunt quoque arma & cætera, quæ eis placuerunt ab Aegyptiis interfectis atq;
eiectis.

ℂEXPOSITIO allegorica eiuſdem cantici, Cantemus domino.

DE domino noſtro Ieſu Chriſto vnico dei filio, & eius myſteriis cãticum iſtud cõuenienter ex-
ponitur. Chriſtiani igitur attendentes ſe virtute & meritis Chriſti à poteſtate diaboli per Pha
raonem deſignati, atque à iugo vitiorum & ſeruitute peccati viliſsima erutos, in voce gratia-
rum actionis & laudis ſeinuicem cohortentur, & ex feruenti deuotione pronunciant, Cantemus do-
mino creatori ac ſaluatori noſtro propter nos incarnato, qui in fœmore & veſtimento ſuo habet ſcri
ptum, Rex regũ & dominus dominantium, glorioſe enim magnificatus eſt, quemadmodum fuit præ- Apoc.19.
dictum, Et magnificabitur in medio vniuerſæ terræ. Cum enim exinaniuiſſet ſe, formam ſerui accipi- Mich.5.
ens in ipſa forma ſeruili, hoc eſt, humanitate aſſumpta, magnificatus eſt ab angelis, qui in eius natiui- Philip.2.
tate cecinerunt, & ei in deſerto miniſtrauerũt. Magnificatus quoq; eſt in miraculis tot & tantis, quod Luc.1.
C videntes dixerunt, Nunquam ſic apparuit in Iſrael. Magnificatus eſt item à patre, qui in baptiſmo & Matt.4.
trãſfiguratione dixit ad eum, Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacuit. Magnificatus eſt etiam Matt.9.
à ſpiritu ſancto, qui in ſpecie columbæ deſcendit, & manſit ſuper eum. Cumque factus fuiſſet patri o- Mat.3.17
bediens vſque ad mortẽ crucis, exaltauit illum pater, & dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, Lucæ 3.
vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Deinde per apoſtolo- Philip.2.
rum prædicationem atque miracula per omnia mundi regna. Eſtque copioſe impletum quod à Da-
niele erat prædictum, Filius hominis, ſcilicet Chriſtus, ad antiquũ dierum peruenit, id eſt, ad patrem Dan.7.
æternum, & ipſe dedit ei poteſtatem & honorem & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ſer-
uient ei. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.
Equum & aſcenſorem deiecit in mare. Per equos poſſunt intelligi vniuerſi indomiti, Chriſtianæ fidei
inimici, puta Iudæi increduli, cęterique tyranni, quorum aſcenſores fuerunt diaboli, à quibus inſtiga-
bantur ad Chriſtianorum perſecutionem ac Chriſti blaſphemiam, quos Chriſtus poſt ſuam in cęlum
aſcenſionem deiecit in mare, id eſt, in profundum dãnationis tartareæ, quod inſtar maris inquietum,
amarum, & ſuppliciorum fluctibus plenum eſt. Veruntamen multos illorum miſericordiſsime traxit
ad fidem, ſalubritérque proiicit in mare, id eſt, in fontem baptiſmi, qui ſecundum aliam maris proprie
tatem ſignificatur per mare. Circa hunc locum loquitur Origenes, Sũt equi quos aſcendit, & circum-
D cunt omnem terram. Sunt autẽ & equi qui aſcenſorem habent diabolum & angelos eius. Iudas equus
fuit, & quandiu aſcenſorem habuit deũ, de equitatu fuit ſalutis. Etenim Apoſt. miſſus ægris ſalutẽ do-
nauit, & ſanitatem languentibus præſtitit. Sed vbi diabolo ſe proſtrauit, aſcenſor eius factus eſt ſatha-
nas, cuius habenis ductus, cœpit contra dominum & ſaluatorem noſtrum equitare. Omnes ergo qui
perſequuntur iuſtos & ſanctos, equi ſunt hinnientes, aſcenſoréſq; habent angelos malos, idcirco fero-
ces ſunt. Si ergo aliquando videris perſecutorem tuum nimium ſæuiẽtem, ſcito quia ab aſcenſore ſuo
diabolo perurgetur. Hæc Origenes, Fortitudo mea & laus mea dominus. Ipſe etenim in Euang. con- Iohan.15.
teſtatur, Sine me nihil poteſtis facere, idcirco ipſum in cunctis laudare debemus. Et factus eſt mihi in Iohan.10
ſalutem. Ipſe etenim dixit, Animam meã pono pro ouibus meis. Et rurſus, Venit filius hominis quæ- Lucæ 19.
rere & ſaluum facere quod perierat. De quo & in Eſaia legitur, Dominus poſuit in eo iniquitatẽ om- Eſaię 53.
nium noſtrum. Qui fatetur apud Oſee, Ego dominus deus tuus, & ſaluator nõ eſt præter me. De ma- Eſaię 45.
nu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors morſu tuus ero inferne. Verun- Oſee.13.
tamen non credentibus & ingratis, carnalibus & iniquis, ipſe Chriſtus & paſsio eius ſanctiſsima eſt 1.Pet. 2.
occaſio grauioris damnationis, petraque ſcandali & lapis offenſionis, ſecundum quod iuſtus Simeon Luc.2.
prophetauit, Poſitus eſt hic, inquiens, in ruinam & reſurrectionẽ multorum in Iſrael. Iſte deus meus.
Chriſtus nanq; eſt verus deus & vita æterna, vt in 1. ſua Cano. fatetur Iohan. euãgeliſta, de quo & ali- 1.Iohã.2.
bi prędictum eſt, Vocabitur nomen eius admirabilis, cõſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, prin- Eſaiæ 9.

Mich.5. ceps pacis. Vnde Michcas ait de eo, Egreſſus eius à principio à diebus æternitatis. Atque in pſalmo,
Pſalm.17 Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei: & glorificabo eum, id eſt, eius maieſtatẽ corde credam, ore confitebor, & conuerſatione honorare non deſinam. Ipſe enim dixit, Beatus qui non
Matth. 11 foerit ſcandalizatus in me. Ideo quanto propter me humilior, contemptibilior, ac miſerabilior factus eſt, tanto ſublimior, honorabilior & glorioſior eſt in corde meo deus patris mei. Omnes enim patres noſtri viri vere catholici eius deitatem ſunt faſſi. Idcirco hos reputo patres meos, non autem hæreticos, qui eius deitatem non crediderunt, vt Arrius, Eunomius, Fotinus, Neſtorius, Ebion, & Cherinthus. Et exaltabo eum, eius ſublimationem ad dexteram dei patris recognoſcẽdo. Dominus quaſi vir pugnator. Chriſtus dominus vere vir fuit, de quo Ieremias prædixit, Nouũ faciet dominus ſuper terram, mulier circundabit virum. Fuit equidem vir etiam materno in vtero virginali, non vtiq; corporis quantitate, ſed omni diuinorum charismatum perfectione, omni ſapientia & virtute. Fuit item pu
Pſalm.18. gnator, qui ad debellandas aereas poteſtates proceſsit vt gigas. De quo Pſalmiſta prædixit, Dominus
Pſalm.23 fortis & potens, dominus potens in prælio. Ipſe quippe fortem armatum, id eſt, diabolum ligauit, &
Eſaiæ 53. vaſa eius diripuit, quia peccatores ſaluauit iuxta quod pater prædixit, Diſpertiam ei plurimos, & for-
Eſaiæ 9. tium diuidet ſpolia, omnipotens nomen eius. Propterea ſicut iam allegatum eſt, Eſaias inter ſex nomina Chriſti poſuit, fortis. Et ipſemet filius dei ait, Quęcunq; facit pater, hæc & ſimiliter filius facit. Per
Iohan.5. quod euidenter inſinuat quòd ſit æqualis, imò & eiuſdem poteſtatis cum patre. Currus Pharaonis & F
exercitum eius proiecit in mare. Quemadmodum viri ſancti & veri doctores idoneique prælati ſunt currus populi Chriſtiani & gregis eis commiſsi, quoniam ſua perfectione, pietate, doctrina paterne ferunt, ſupportant, dirigunt, ac deducunt proximos ſuos ad patriam beatorum, propter quod non ſo-
4.Reg. 2 lum currus, ſed & aurigæ vocantur, quemadmodum quarto Regum beatiſsimi viri Elias ac Elizeus
4.Re.13. currus Iſrael & auriga eius dicuntur. Sic hæreſiarchæ, ſeductores, principes & prælati iniqui, & qui alios trahunt ad vitia, ſunt currus Pharaonis, id eſt, diaboli, cuius exercitus ſunt collectio vitioſorum, quos omnes proiicit Chriſtus omnium iudex in mare tartareum, vbi moratur Leuiathan. Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro, quia angeli tenebrarum, qui cum Lucifero ceciderũt, & qui in hominibus deteriores, ac per hoc diabolo placentiores fuerunt, ſimul cum illo iam perierunt aut diſ-
Matt.23 peribunt, præſertim in die iudicii. cum pariter audient, Ite maledicti in ignem æternum. abyſsi operuerunt eos, id eſt, fluctus iniquitatũ quibus repleti ſunt, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Nũc enim deſcendunt in voraginem vitiorum, deinde in infima infernorum. Dextera tua domine magni-
Eſa. 52. ficata eſt in fortitudine. Per dexteram dei intelligitur vnigenitus patris ęterni, qui etiam brachium pa
53. tris vocatur, nam pater per filium omnia operatur. Sicut ſpiritus ſanctus dicitur digitus dei, quia per
Luc.11. eum pater oſtendit nobis omnem veritatẽ neceſſariam ad ſalutem. Itaq; ô domine pater, dextera tua magnificata eſt in fortitudine. i. vnigenitus tuus magnificatus eſt vehementer, tam in fortitudine ſua
Matt.28. increata, quàm in fortitudine ſua creata, ſuæ humilitati collata: nam data eſt ei omnis poteſtas in cæ- G
Pſal.97 lo & in terra. De hac dextera ait Pſalmiſta, Saluauit ſibi dextera eius & brachium ſanctũ eius. De quo
Eſaiæ 52 in Eſaia habetur, Parauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omniũ gentium. Dextera tua do
Iob 26. mine percuſsit inimicum, quia vicit diabolum, ſicut in libro Iob continetur, Prudentia eius percuſsit ſuperbum, & obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus, & in multitudine gloriæ tuę de-
Prou. 15. poſuiſti aduerſarios meos, quemadmodum Salomon profitetur, Gloria patris filius ſapiẽs. Quantomagis Chriſtus qui eſt ipſa ſapientia increatata eſt gloria ſui patris? Itaque pater in multitudine gloriæ ſuæ, id eſt, per multiplicem paſsionem, per virtutes ac merita filii ſui vniuerſos hoſtes noſtrę ſalutis deiecit, videlicet ſpiritum ſuperbiæ, ſpiritum fornicationis, ſpiritum iracundiæ, ſpiritum cupiditatis. Miſiſti iram tuam quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam, id eſt, iuſto iudicio expuliſti illos à vaſis miſe-
Iohan.12 ricordiæ tuæ, ſicut Chriſtus paſsione inſtante faſſus eſt. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps hu-
Matth.8 ius mundi eiicietur foras. Chriſtus quoque paſsim depulit dæmones ab obſeſsis. Vnde dixerunt, Ieſu
Marc.5. fili dei ſummi veniſti ante tempus torquere nos? Quod & per ſuos copioſiſsime fecit diſcipulos, qui-
Matth.10 bus dixit, Dæmones eiicite, & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. Per aquas populi deſignã-
Luc.10. tur iuxta illud in Apoc. Aquę multæ populi multi. Vnde & Eccleſiaſtes ſcribit, Mitte panem tuum ſu
Apoc. 17 per tranſeuntes aquas. Congregatæ ſunt itaq; aquæ in ſpiritu furoris dei, quando impiiſsimi incredu-
Eccle.11. lique Iudæi, qui Chriſtum & eius diſcipulos grauiſsime fuerunt perſequuti in Ieruſalem, pariter ſunt à Romanis obſeſſi, & miſericordiſsime cruciati, prout Chriſtus in Euang. prænũciauit, Vidẽs etenim
Luc. 19. ciuitatẽ fleuit ſuper eã dicens, Circundabunt te inimici tui vndiq;, eo quod non cognoueris tẽpus vi- H
ſitationis tuæ. Hinc propheta prædixit, Effunde ſuper eos iram tuã, & furor irę tuę cõprehendat eos.
Pſal.68 Stetit vnda fluens. i. exercitus Romanorũ inſtar vndæ, copioſus atq; diſcurrens tunc in gyro Ieruſalẽ fixit gradum, cõgregatę ſunt abyſsi. i. populi Iudæorũ, in medio mari, hoc eſt, in medio Ieruſalẽ, quæ tunc omni vitiorum inquietudine & infidelitatis amaritudine fuit repleta: imo vt mare aquis, ita mi-
Then.2. ſeriis plena fuit, iuxta illud, Magna velut mare contritio tua. Dixit inimicus, perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Hoc tam de viſibilibus quàm de inuiſibilibus fidei Chriſtianæ atque fidelium hoſtibus poteſt exponi. Viſibilis equidem inimicus videlicet populus Iudæorũ incredulus, deinde Imperatores Romani, principes iudicéſq; terreni ac perfidi cõdixerunt ac præſumpſerũt ſe populũ Chriſtianũ penitus deleturos, & ſpolia eius iuxta propria deſideria diuiſuros. Inuiſibiles quoq; hoſtes fideliũ animas tentare & perſequi, eorúmq; ſpirituales diuitias demoliri conati ſunt: imo & electos quoque & ſanctos ſe poſſe vincere præſumpſerũt, cõtra quos ſuos gladios ſpecialiter extraxerũt, ab occultis inſidiis in apertas infeſtationes, & interdũ in corporales flagellationes ac læſiones crudeliter erũpẽdo, vt patuit in ſa

A cratissimo abbate Antonio multisque aliis. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare. Nã aspirante spi
ritu sancto, victi sunt inuisibiles hostes à famulis dei. Effusa quoque iusta dei indignatione perierunt 2.Thes.2
visibiles inimici. Nam super Iudæos peruenit ira dei vsque in finem. Sed & tyranni idololatræ defe-
cerunt, & Romanũ imperiũ fidei Christianæ se subdidit. Sicq; euidenter impletũ est quod Christus
per Esaiam prædixit, Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, submersi sunt quasi Esaiæ.63
plumbũ in aquis vehementibus, quia in propriarum iniquitatũ profluuiis in suarũ fluctibus prauita-
tum damnati sunt. Porro iusti quorũ corda per charitatem sursum mouentur, & igne spiritus sancti
in cælestia eleuantur, super has ambulant aquas. Interdũ tamen ex fragilitate humana vacillãt, quod
per Petrũ signatum est, cui super aquas ambulanti ac trepidanti, loquutus est Christus, Modice fidei
cur dubitasti? Hinc asserit Origenes, Quis ita beatus est qui sic tentationũ pondus expediat, vt nulla Mat.14
ambiguitatis cogitatio mẽti eius obrepat? Vide quid magno illi ecclesiæ fundamẽto ac solidissimæ pe
træ, super quam Christus fundauit ecclesiam, dicatur à domino, Modicæ fidei quare dubitasti? Hæc
Origenes. In quibus verbis antiquus ille & excellentissimi ingenii doctor magnificũ exhibet testimo
nium autoritati ac eminẽtiæ gloriosissimo archiapostolo Petro collatis à Christo. Quis similis tui in
fortibus domine, quis similis tui? Fortes fuerunt sancti apostoli, de quibus cantatur in Psal. Dii fortes Psal.46
terræ vehementer eleuati sunt. Nullus tamen eorum æqualis est Christo, imò ab increata eius perfe-
B ctione deficiunt infinite: à creata quoque perfectione ineffabiliter valde. Dæmones insuper naturali
fortitudine fortes sunt & subtiles, & qui in idolis habitauerunt, diuina potentia se præditos cõfinxe-
runt, & tamen Christi virtute sunt dissipati, & idololatria fuit destructa longe lateque, quanuis non
in toto vbique: magnificus in sanctitate. Christus in sanctitate magnificus fuit, quia sanctissime vixit,
euangelicam legẽ omni perfectione ornatam proposuit, & suę sanctitatis virtute innumerabilia egit
miracula, terribilis. Quoniã omniũ constitutus est metuendissimus iudex, atque laudabilis, quia pec- Act.10.
catum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et faciens mirabilia: nam vsq; in præsens præcla- Esaiæ.53
ra facit per sanctos suos miracula. Porro in animabus electorum suorum facit assidue mirabilia vere
sublimia, irradiando interius, præcordia inflãmando, cõsolationes supernas infundendo, voluntatem
immutando, vitiosos, carnales, vagos, & vanos subito ac misericordissime conuertendo, & quasi de
extremo in extremũ potentissime transferendo, in tantũ: vt tales in adolescentiæ flore, in iuuentutis
vigore, vniuersa quæ mundi sunt deserant, religionẽ intrantes. O vere mutatio dexteræ excelsi. Exten Psal.76
disti manũ tuam, & deuorauit eos terra. Extendit Christus potestatem suã in actum, quando (vt di-
ctum est) vastauit & dispersit Iudęos, ita quod in terrã absorpti sunt, quia proiecti fuerunt in foueas,
viliterque sepulti. In cruce quoq; extendit manus suas ad populum non credentẽ, qui ob suam incre-
dulitatem disperiit. Denique vniuersi carnales & cupidi deuorantur à terra: quia terrenis & carnali- Esaiæ.65
C bus rebus iugiter sunt intenti, & in illis figunt spem suam. Ideo sordibus & cupiditatibus suis pressi,
deglutiuntur à terra tenebrosa & operta mortis caligine: vbi vmbra mortis, & sempiternus horror Iob.10.
inhabitant & abundant. Dux fuisti in misericordia tua, populo quem redemisti. Dominus etenim Ie-
sus loquutus est, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Ipse est rector & dux populi Chri- Iohan.10
stiani, per inspirationem diuinã, per directiones angelicas, per prælatos & pędicatores, per euange-
licam legem, per sanctorũ exempla, signa ac documenta. Et portasti eum in fortitudine tua, ad habi-
taculum sanctũ tuum. Qui non solũ ad militantem, sed item ad triumphantem ecclesiam, quemadmo
dum ad Hebr. legitur, Accessistis ad montem Sion, & ciuitatẽ dei viuentis, & Ierusalem cælestem, & Hebr.12
multorũ miliũ angelorũ frequentiã, & ecclesiã primitiuorũ, qui conscripti sunt in cælis. Ascenderunt
populi & irati sunt. Increduli nanque Iudæi atque pagani multipliciter se opposuerunt euangelicæ
legis prædicationi, dolores obtinuerunt habitatores Philistiim: per quos designantur gulosi, quia Phi
listiim interpretantur potione cadentes. Tunc conturbati sunt principes Edom, id est, auari & prin-
cipes cupidorum: quoniam Edom interpretatur terrenus, siue sanguineus. Robustos Moab obtinuit
tremor, per robustos Moab intelliguntur superbi, qui specialiter dicuntur & sunt filii diaboli. Moab
equidem interpretatur ex patre. Et talibus ait saluator, Vos ex patre diabolo estis. Obriguerũt omnes Iohan.8.
habitatores Chanaan, Chanaan interpretatur commotio. Per habitatores itaque Chanaan recte ac-
D cipiuntur luxuriosi, qui specialiter instabiles corde sunt, vani & stolidi, passionibus variis agitati, nus-
quam ad deum synceriter erecti. Hi omnes audientes prædicari euangelicã legem, in qua præfata vi-
tia condẽnantur, & virtutes oppositæ, scilicet sobrietas, liberalitas, paupertas, humilitas, castitas edo
centur, commendantur, iubentur: irati & conturbati fuerunt. Cúmque vidissent legem hanc præua-
lere, & Rom. Imp. ei esse subiectum, expauerunt & contremuerunt: innumerabiles quoque eorũ con-
uersi sunt, qui salubriter timuerunt. Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachii tui.
Hoc accipi potest in bono, vt scilicet ex consideratione excellentiæ Christi fiant veraciter timorati.
Quod si conuerti noluerint, desuper terreantur, ita vt electos & Christifideles, à spiritali profectu ac
salutis itinere, nequeant impedire. Idcirco subiungitur, Fiant immobiles quasi lapis, quantum ad id
quod prætactum est, & ne commune impediant bonum, donec pertrãseat populus tuus domine, vi-
delicet populus Christianus à via atque exilio, pertingendo ad patriam supercælestem. Introduces
eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ. hic mons est ecclesia militans, de qua loquitur Esa. Erit in Esaiæ.2.
nouissimis diebus præparatus mons domus domini, in vertice montiũ. Et Psalmista, Mons dei mons Psal.67
pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Abundant enim in monte hoc opulentissima sacramenta,
virtutũ charismata, supernaturalia dona, in quibus radicantur electi: firmissimo habitaculo tuo quod
operatus es domine. Hic etenim mons est solidissimum habitaculum à Christo constructum, qui di-
xit: super hanc petram (videlicet super meipsum) ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi non præ-

Mat.16. ualebunt aduersus eam. Est quoque hic mons sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus E
tuæ, cum sit spiritale templū, de quo alias prædictum est, Ipse ædificabit templum domini, dominus
Zach.6 Iesus Christus regnabit inæternū & vltra: sicut Gabriel archangelus dixit virgini præelectę, Regna-
Lucæ.1. bit in domo Iacob inæternum, & regni eius non erit finis. Et Esaias, Multiplicabitur eius imperium,
Esaiæ.9. & pacis non erit finis. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, &c. istius versiculi sensus pa-
tet ex præinductis. Filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. Filii Israel sunt veri
Christifideles, diuina atque cælestia contemplantes: isti in medio seculi huius, quod est mare turbu-
Esaię.57 lentum ac periculosum, de quo loquitur Esaias, Impii quasi mare feruens quod quiescere non potest:
in medio inquam huius maris gradiuntur per siccum, dum seculi vitiis non fœdantur, neq; in aquis
concupiscentiæ volutantur: sed in medio nationis prauæ & peruersæ irreprehensibiliter conuersan-
Philip.2. tur, lucendo inter illos tanquam luminaria gratiæ, verbum vitæ in se stabilitum continentes, ac Chri
Cant.5. sti vestigia imitantes, atque dicentes cum sponsa in Canticis, Laui pedes meos, quomodo inquinabo
illos? Qui autem AEgyptius est, id est, carnalis & mente mundanus, & sequitur Pharaonem, cōsen-
tiendo tentamentis diaboli, fluctibus mergitur vitiorum.

## ¶ Tropologica eiusdem Cantici elucidatio, Cantemus domino.

F

Exod.2. Exod.14 TRopologicus huius Cantici intellectus, ex præhabitis facile elici potest. Ideo non nisi breui-
ter tangam illum. Itaq; per Mosen, qui per aquam mortē euasit, tam in sua infantia quàm in
senio suo, intelligi potest quilibet Christifidelis, qui videns se per fontem baptismi in Chri-
sto renatū, & tam illo sacramento quàm in pœnitentia, seu confessione sacramētali de spiritali AEgy
pto & fluctibus seculi huius, de potestate diaboli, de iugo & seruitute peccati, de ignorantiarū & er-
rorum caligine erutum, cum gratiarum actione domino psallit, aliosque ad gratias secum agendas &
pro se inuitat, dicendo, Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, animam meā taliter eruē-
Psal.63. do, ac donis gratiæ decorando, ita vt grata ac humili mente dicere queam, Protexisti me domine à cō
Psal.55. uentu malignantium, à multitudine operantiū iniquitatem. Et item, Quoniā eripuisti animam meam
de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram deo in lumine viuentium. Equum & ascēsorem
deiecit in mare, id est, visibilem & inuisibilem meæ salutis hostem prostrauit, dando mihi virtutē resi-
stendi, ac præualendi tētationibus eorundē. Fortitudo & laus mea dominus: cui dicere habeo, Quo-
Psal.17. niam in te eripiar à tentatione, & in deo meo transgrediar murum. Et denuo, Laudabo dominum in
Psal.145 vita mea, psallam deo meo quàm diu fuero. Et iterum, Laudabit vsque ad mortem anima mea domi-
num. Absit ergo vt propriam quæram laudem, gloriámque humanam, & factus est mihi in salutem, G
quia cum toties recidiuauerim, tamque enormiter ipsum offenderim, non tamen iuste damnauit me:
sed pro malis retribuit bona. Et iam per contritionem saluauit me à morte peccati, & à via meritó-
que gehennę, cum tamen multos inæternum damnauerit, qui minus peccauerunt quàm ego, ita vt il-
Esa.38. lud sancti regis Ezech. dicere valeam, Tu autem eruisti animam meam, vt non periret, proiecisti post
tergum tuum omnia peccata mea. Iste deus meus, qui cum sit omnium deus, tamen tanto specialius
Psal.58 est deus meus, quanto gratiosius egit mecum, ita vt dicere mihi incumbat, Adiutor meus tibi psallā,
quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea. & glorificabo eum, quia quo plus peccaui
in eum, & quo maiorem mihi misericordiam gratiámque exhibuit, eo plus teneor ei esse subiectus &
gratus: deus patris mei, Christianus sum enim filius hominis Christiani: & exaltabo eum, ipsum præ
omnibus incomparabiliter diligendo, timendo, colendo, quærendo, omnique creaturæ ipsum totis
præferendo præcordiis. Dominus quasi vir pugnator, omnipotēs nomē eius, qui hostes animæ meæ,
Ose.13. ac vitia expugnat in me. Ex me nanque perditio mea, in ipso dūtaxat auxilium meum. Nec enim suf-
2.Cor.3. ficiens sum cogitare aliquid ex me, quasi ex me. Ab ipso plane est omnis tētationum victoria. Currus
Pharaonis & exercitū eius proiecit in mare, id est, omnes aduersarios meæ salutis (vt tactum est) In
his ergo, Dextera tua domine magnificata est in fortitudine. Misisti iram tuam quæ deuorauit eos si-
cut stipulam: quia per sanctum angelum tuum, zelo iustitiæ tuæ accensum, atque in manu sua gladiū
flammeum tenentem, repulisti frequenter inuisibiles hostes meos à me: & in spiritu furoris tui con-
gregatæ sunt aquæ, id est, fluctus tentationum & tribulationū, quibus me sæpius repleuerunt, in ipsos H
redacti sunt, quia ex ipsis non profecerunt finaliter in me, sed sibimet calamitatem, tristitiámque au-
xerunt. Stetit vnda fluens, id est, gratia dei exuberans quieuit in corde deuoto, imò & influxum suū
ab indeuoto retraxit. Congregatæ sunt abyssi in medio mari. Abyssi istę sunt exundationes atq; pro-
fluuia inanium cogitationum & affectionū carnalium, quæ in medio mari, id est, corde seculari, ama-
ro, ac turbulento coaceruantur, quousque radio illuminationis supernæ, & rore gratiæ dispergantur
ac refrenentur. Dixit inimicus, persequar & comprehendam. Iste est spiritus malus, vnicuique ad
exercitium datus, qui iugiter intra se cogitat persequi & vincere animam eius, cui ad exercitium, &
ad probandum est deputatus, eiusque spiritualia bona auferre molitur, & bona eius proposita, salu-
bres conceptiones, amorosos affectus interficere & auferre conatur: sed flante spiritu dei succumbit.
Ascenderunt populi & irati sunt. Iniusti etenim iustos persequi non desistunt, & multis non sufficit
damnatio propria: imò & alios damnationi secum inuoluere enituntur. Dolores obtinuerunt habi-
tatores Philistiim. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obrigue-
runt habitatores Chanaan. Homines quippe vitiosi, gulosi, auari, superbi, libidinosi, per gentes præ-
fatas signati, omni interna tranquillitate priuantur, & variis passionibus agitantur: nunc inordinate
& stolide metuentes, nunc inaniter præsumentes, nunc illicite gloriantes, nunc culpabiliter contri-

A statí, nunc inique concupiscentes, nunc concupiscentiarum suarũ incommoda intra se sentientes, qui sunt tanquã puluis ante faciem venti, & in circuitu ambulant, quos deus ponit vt rotam: qm̃ vndiq; euagantur, nec in deo eorũ corda figuntur. Cætera patent, nec Tropologiam exigunt specialem. Psalm. 1. Psalm. 11. Psal. 82

¶ORATIO ex cantico Mosi.

*Pedes nostros domine peccatis debiles ad currendam uiam tuam pone quasi pedes ceruorum ueloces, ut cursum bonæ uitæ fortiter consummantes, super excelsa æterna nos deducas uictores. P. d. n.*

## COMMENTARIVS IN CANTICVM Abacuc prophetæ pro ignorantiis. III. Cap.

¶ARGVMENTVM DIONYSII.

PRæsenti cantico præmittitur in Hebræo titulus iste, Oratio Abacuc prophetę pro ignorantiis, vel ignorationibus secundum Hierony. Estque sensus secundum eundem, quia in principio libri sui temere dixit propheta, Vsquequo domine clamabo & non exaudies? Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Propterea egreditur peruersum iudicium. Et quædam similia quæ prima facie non videntur bene sonare. Nunc agit pœnitentiã & plangit quod temere est loquutus, & veniam deprecatur, eo quod contra diuina iudicia murmurauit, quia ignorans fecit. Sed huic expositioni quidam obiiciunt, quoniam verisimile non videtur, quod propheta diuinitus illustratus, ignorauerit diuina iudicia esse iusta, saltem in generali. Quamuis modum rectitudinis nescierit in particulari. Itaque dicunt quod sicut in propria persona non dixit præinducta verba contra diuinam iustitiam, sed in persona infirmorum, ita nunc orat in persona eorum, vt & murmuratio & oratio in illorum persona prolata credatur. Istud apparet satis probabiliter dictum, & verba Hierony. possunt ad idem reduci: præsertim cum ipse S. Hiero. in exordio expositionis huius prophetæ testetur propheram loqui verba præallegata in persona Iudaicæ plebis. & postea ait, Hæc dicit propheta: non quod ipse sic sentiat, sed quo impatientiam humanam in sua persona exprimat, sicut frequenter apostolus Paulus varias in se hominum recipit personas, exprimitque sententias. Vnde quod nunc ait Hiero. prophetam temere & ex ignorantia esse loquutũ, veniamq; precari, accipi potest ita, vt ipsa temeritas & ignorantia quæ in verbis prophetæ sonuerunt, referãtur ad eos, in quorum persona loquutus est. Porro si quis dicat, non oportere propheram à peccatis venialibus excusari, & ideo licet agnouerat deum esse iustissimum, ac eius iudicia esse iusta, non dubitauit in generali. Tamen ex interno cordis sui dolore rationem aliquo modo obfuscante, & impatiẽtia quadam orta ex populi Iudæorum grauissima oppressione temere sit loquutus, sicut & Ionas propheta fugit à facie domini. Et non obstante quod dominus dixit, Nunquid bene irasceris tu? Respondit, Bene irascor vsque ad mortem. Iob etiam profitetur, Insipienter loquutus sum, & quæ vltra modum excederent scientiam meam: idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Si inquam quis dicat temere esse sanctum Abacuc in hac parte loquutum ex vehementi dolore, rectum rationis iudicium in particularibus aliqualiter impediente, atque ob id veniam postulante, respõsionis huius vigorem, studiosis committo. Ait ergo beatus propheta.

Abacuc. 1 B C Ionæ. 1. Ionæ. 4. Iob. 42

¶EXPOSITIO literalis cantici, Domine audiui auditionem tuam & timui. Feria sexta in laudibus.

DOMINE audiui] interiori auditu, te intus in anima per angelum loquentem. Quemadmodum Zach. Angelus, inquit, loquebatur in me. Vel certe etiam exteriori auditu per angelum. Certum est nanque angelum dei visibiliter apparuisse sensibiliterque foras loquutum fuisse huic prophetæ, quando in Babylonem tulit eundem. Quemadmodũ Daniel scribit. Vnde & ea quę nunc scribit, extrinsecus forte audiuit [AVDITIONEM tuã] id est, res auditu perceptas, videlicet deiectionem & pœnam regis Babylonis ac populi eius [ET timui] te, considerando rigorem tuæ iustitiæ, & quàm horrendum sit incidere in manu dei viuentis. Denique Esaias quid sibi cõtigerat, cum Babyloniorũ afflictiones sibi deus præostendisset, pandit. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Corrui cũ audirem conturbatus sum, cum viderem, emarcuit cor meum. ¶(2) DOMINE opus tuum] est præindncta punitio Chaldæorum: quoniam tua virtute potius quàm humana potestate peracta est [IN medio annorum] id est, in virili ætate ipsius Baltasar regis Babylonis [VIVIFICA illud] id est, ad effectum perduc præfatã Chaldæorum seu Babyloniorum deiectionem. Baltasar quippe fuit filius filii Nabuchodonosor regis Babylonis, cuius Baltasar tempore Medi ac Persæ demoliti sunt Babylonem. Et quoniã ætas virilis est medium vitæ humanæ, ipse Baltasar qui in virili ætate occisus est iuuenis, in medio annorum fertur occisus, iuxta quem modum loquitur Ezechias, Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, id est, ad limbũ patrum descendam. Auditis enim sermonibus Esaiæ, putauit se in virili ætate ac iuuentute mox moriturum. Vel sic, & fructuosius, Domine opus tuũ, est quod supra dixisti, Apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, &c. id est, incarnatio & missio Christi in mũdum est ô deus pater, vel deus trinitas, opus tuũ præcipuum. in medio annorũ, id est, in plenitudine temporum, seu tempore gratiæ, quod inter annum iræ & annũ gloriæ medium est, viuifica illud, Christum actualiter mittendo in mundum ad liberandũ genus huma-

Zach. 1. Dan. 14. D Heb. 10. Esaiæ. 21. Dan. 4. Dan. 8. Esaiæ. 38 Abac. 1.

num. Consequẽter propheta ostendit se certificatum à deo de impletione & verificatioue eorũ quæ B
iam postulauit. ℭ (3) I N medio annorum] de quibus iam dictum est,[N O T V M facies] id est,ope-
re demunstrabis vera esse quæ disi,videlicet Chaldæorum punitionem,seu Christi aduentum [C V M
iratus fueris] generi humano propter originale peccatum,ianuam gloriæ clausam tenendo, & uullũ
sanctorũ ad regnum cælorum admittendo [M I S E R I C O R D I A E recordaberis] vnigenitum tuũ ad
Galat.4 hominũ redemptionem ô pater piisime destinando,sicut Apostolus ait, Cum venit plenitudo tem-
s.Iohã. 4 poris,misit deus filiũ suum in mundũ.Itémque Iohannes, In hoc apparuit charitas dei,quouiam vni-
genitum filiũ suum misit in mundum.Vel sic:cum iratus fueris,misericordiæ recordaberis,id est,post
quam Chaldæos iuste deieçeris populum Iudæorum clementer de captiuitate Babylonica liberabis
Esa.44 per Cyrum regem Persarum,prout Esaias prædisit.Et tempore Esdræ impletum describitur.Potest
s.Esdrę.1 quoque ita esponi, Cum iratus fueris,vel Chaldæis,vel generi humano,misericordiæ recordaberis,
citra coudignũ puniendo,& iustæ vltioui misericordem relaxationem miscendo:quemadmodum ait
Psal.24 Psalmista,Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas,ideo idem ait Psalmista,Aut ubliuiscetur mi
Psal.76 sereri deus,aut continebit in ira sua misericordias suas?Absit autẽ vt hęc intelligantur ita,quasi tandẽ
finienda sint supplicia damnatorum,vr opinati suut quidam. Denique nec ita intelligenda sunt hæc,
quasi in deũ cadat ira,siue obliuio,vel recordatio proprie dicta secundũ veritatem:sed per similitudi-
nem quandã,quantum ad operationem estrinsecam.Vt iratus dicatur quando ad modũ irati rigoro- F
se vlciscitur: & obliuisci,dum misereri vel suffragari desistit . Recordari quoque,dum quasi de nouo
Psalm.12 quid operatur.Sic equidẽ ait Psal.Vsquequo domine obliuisceris me in finem? Et, Exurge,quare ob-
Psal.43 dormis domine? ℭ (4) D E V S ab austro veniet] Hoc ita exponit sanctus Hierouymus, A meridie
Cant.1. à claro lumine,à filüs lucis veniet deus,ad quem sponsa in Cantic.ait,Vbi pascis,vbi cubas in meri-
die?Deus etenim semper in meridie est,puta in claritate patriæ,& lumine gloriæ, & inde venire as-
seritur:non quòd localiter moueatur, sed quòd agnitio eius inde descendat ad nos, secundũ quod ait
Psal. 143 Psal.Inclina cælos tuos & descende [E T sanctus de moute Pbaram] id est,Christus sanctus sancto-
rum veniet in hunc mundũ de sublimi solio patris æterni. Pharam nempe interpretatur os videntis.
Esaiæ.30 Est autem os quoddam intellectuale internũ,quo verbum mẽtale profertur, de quo loquitur Esaias,
Esa.44 Os domini non interrogastis.Et rursus,Egredietur de ore meo iustitię verbum.Patet ergo,æternus,
est mons Pharã,id est,altisima mens omnia cernens,& omnem visionem fontaliter causans:de quo
Eccl.24. filius prodit.Iuxta illud,Ego es ore altisimi prodiui,primogenita ante omuem creaturam.Quidam
Exod.13. vel literalius vel grosius,ita esponunt,Deus ab austro veniet,id est, quemadmodũ deus venit à pla-
ga australi,quando perdusit filios Israel ad terrã promisionis ab AEgypto,quæ est ad austrum,quo
ad Iudæam,sic veniet cum Medis ac Persis,ad redimeudũ eos de captiuitate Babylonica. & sanctus G
Exod.12. de monte Pharam,id est,sicut deduxit filios Israel per locum illum deserti , ita reducet eos de Baby-
loue.Sed hac expositione gratiusior mihi apparet, quam Hieronymus asserit se à quodã audisse He-
Lucæ.2. bræo,qui dixit quod Bethleem in quo natus est Christus deus,sit sita ad austrum.Ideo in eo quod ait
propheta,deus ab austro venier,designatur quod in Bethleem nasceretur,& inde consurgeret Chri-
Esod. 19 stus,& sanctus de monte Pharam,id est,saluatnr qui legem dedit in mõte Sinai, iusta quem Pharam
est locus vicinus.Ipse est deus ab austro adueniens. Huic versiculo addit Hieronymus aduerbium .
[S E M P E R] quod (vt ait) etiam in Hebræo habetur,quo designatur quod saluator in vniuersis bene
ficiis suis,præteritis,præsentibus,& futuris sit vnus autor,idémque largitor: de quo protestatur Apo
Heb.13. stolus,Iesus Cbristus heri & hodie,ipse & in secula.Postremo istum Hebræum de quo expositionem
hanc suscepit Hieronymus,puto ad fidẽ fuisse conuersum.Iudæi nanque in Iudaismo manentes uon
dicuut Mesiam futurum verum deũ, sed hominem purum. ℭ (5) O P E R V I T cælos gloria eius]
id est,diuina maiestas (quæ vere immensa est) omnes orbes cælestes,& beatos cæli empyrei ciues,te-
git,ambit,circundat,imò implet ac peuetrat:nec tamen includitur, neque finitur . Hinc inereata sa-
Eccl.24. pientia contestatur, Gyrum cæli circumiui sola , & profuudum abysi peuetraui . Vel dicitur gloria
dei,id est,clara eius uotitia,gloriosus effectus,seu cognitio excellentiæ eius operire cælos, id est,bea-
Philip. 3. tos,& eos quoque quorum couuersatio est in cælis. Quoniam lumen gloriæ,splendor gratiæ, clari-
tas sapientiæ,esuberanter super eos descendit, & spiritaliter tegit eos ac implet. Iuxta illud iu libro
Iob.25. Iob,Nuuquid est uumerus militum eius,& super quem nou surgit lumen ipsius ? Iuxta hunc sensum H
Sapien. 5 in libr.Sap.scriptum est, Dextera sua teget eos [E T laudis eius plena est terra] id est, ecclesia mili-
Psal.112 tans per orbem terræ diffusa.Quemadmodũ cantamus, A solis ortu vsque ad occasum, laudabile no
Psalm. 8. men domini.Et item,Domine dominus noster,quàm admirabile est nomen tuum in vuiuersa terra.
Esaiæ.11 Hinc Esaias,Repleta,inquit,est terra scientia domini.Rursusque,A fiuibus terræ laudes audiuimus,
Esa.24. gloriam iusti.Denique Esaias,Seraphim,ait,clamant,Sanctus,sanctus ,sanctus, domine deus eserci-
Esaiæ.6. tuũ.Plena est umnis terra gloria eius. Vnde per Ieremiam dominus loquitur,Omnes cognoscent me
Ierem.8 à minimo eorũ vsque ad masimũ,scilicet tempore gratiæ. ℭ (6) S P L E N D O R eius] id est,vnige-
Hebræ.1. uitus filius patris,qui (teste Apostolo) est splendor gloriæ,& figura substantiæ patris.Est euim can-
Sap.7. dor lucis æternæ,& speculũ sine macula dei maiestatis,& imago bonitatis eis,[V T lus erit] id est,ho
minibus clare innotescet,& patri æqualis esse noscetur,ita quod erit in mente fidelium, sicut lus pa-
Iohan.1. tris,seu pater à quo generatur.Quemadmodũ de ipso ait Iohaunes, Erat lus vera,quæ illuminat o-
mnem hominem.Quod maxime factũ constat per apostolorũ prędicationem post Christi pasionẽ.
Iohan.17 Vnde pro hac sua clarificatione Cbristus pasioni iam proximus,deprecatus est dicẽs, Clarifica me
tu pater apud temetipsum,claritate quam habui antequam mundns fieret [C O R N V A in mauibus
Dan.7. eius] Secundũ Hieronymum per cornua iutelliguntur regna: sicut in Daniele decem cornua decem

A regna vocantur. Et primo Regum quo dicitur, Exaltabit cornu Christi sui. Per cornu designatur re- 1. Reg. 2.
gia dignitas Saluatoris. Est itaque sensus, quod in potestate & manu Christi sint omnia regna. Ipse Apoc. 19
enim est rex regum, & dñs dominantiũ, cui data est omnis potestas in cælo & in terra. De quo apud Mat. 28
Danielem legitur, Aspiciebã in visione noctis, & ecce in nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, Dan. 7.
& vsque ad antiquũ dierum peruenit, & dedit ei potestatẽ, honorem & regnũ: & omnes populi, tri-
bus, & linguæ seruient ei. Possunt quoq; per cornua intelligi capita clauorũ Christi manibus infixo-
rum, vel crucis extrema. Et quanuis manus Christi erant potius in cornibus crucis quàm econuerso.
Nihilominus dicitur nunc cornua in manibus eius, ad insinuandũ quod crux fuit in manu seu potesta
te Christi qui ait, Nemo tollit animã meam à me, sed ego pono eã. Oblatus est enim, quia voluit: nec Iohan. 10
dubium quin Christus rex Israel, dei electus poterat de cruce descendere, quando perditionis filii id Esaiæ. 53
pro signo quærebant. ¶ (7) IBI abscondita est fortitudo eius] quia in passione latuit omnipoten- Mat. 27
tia saluatoris, quemadmodũ Esaias prędixit, Vidimus eum & non erat aspectus, & quasi absconditus Esaię. 33.
vultus eius & despectus. Et item, Inglorius erit inter viros aspectus eius, propter quod ait Christus Esaiæ. 32
in Psalmo, Ego autem sum vermis & non homo, opprobriũ hominũ & abiectio plebis, [ANTE fa- Psalm. 21
ciem eius ibit mors] id est, à facie Christi mors fugiet. Christus enim mortem expulit & occidit, sicut 1. Cor. 15
ait Apostolus, Absorpta est mors in victoria. Et per Osee saluator ait, De morte redimam eos. Ero Osee. 13
B mors tua ò mors. Siquidem Christus sua morte immortalitatẽ nobis perfectam promeruit, quam in
resurrectione futura adipiscemur, atque à morte peccati nos liberauit. Hinc in Esaia asseritur, Præci- Esaiæ. 25
pitabit dominus mortem in sempiternum. Vnde in Euangelio Christus loquitur, Qui credit in me, Iohan. 8.
mortem non gustabit inæternum. ¶ (8) EGREDIETVR diabolus ante pedes eius] Secundum
Hieronymũ sensus est, quod Christo de aquis baptismatis exeunti, atque desertũ intranti, mox occur-
rit diabolus tentans eum, prout apud Matthæum recolitur, Ductus est Iesus in desertũ, vt tentaretur Matth. 4.
à diabolo. Hieronymus quoque affirmat hoc loco: quod coluber antiquus quadraginta diebus tenta-
uit Iesum in solitudine. Vel sensus est, quod per Christi aduentũ prędicationem & occisionem victus
atque fugatus est satanas, vt in Euangelio ait saluator, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. In Iohan. 12
hoc quippe apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Denique in Euangeliis copiose narratur 1. Iohã. 3.
quemadmodum ab obsessis fugauerit Christus dæmonia, ita vt eo iam propinquante timore diffuge- Lucæ. 4
rent: iuxta illud, Exibant dæmonia multa clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et item, Iesu fili Matth. 8.
dei summi, quid venisti ante tempus torquere nos? [STETIT] ipse dominus, id est, in solio suæ ma-
iestatis quieuit [ET mensus est terram] quemadmodũ ad sanctum Iob testatur, Quis posuit mensu- Iob. 38.
ras terræ, aut quis tetendit super eam lineam? Et Esa. ait, Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & Esa. 40.
profundũ abyssi, quis dimensus est? Ipse equidem in numero, pondere & mensura constituit vniuer- Sapien. 11
C sa. Vel mensus est terram, mittendo angelos per omnem orbem terrarum, secundum illud Zachariæ, Zach. 1.
Isti sunt quos misit dominus vt perambulent terrã. Nam diabolus profitetur ad dominũ, Circuiui Iob. 1.
terram & perambulaui eam. Vel mensus est terram, id est, habitantes in terra, omniũ personas, quali-
tates, gesta & merita considerando. Iuxta illud, Oculi domini multo lucidiores super solem circũspi- Eccl. 23
cientes omnes vias hominũ. Mensus est etiam homines, numerũ eorum in seipso æternaliter præde-
terminando. ¶ (9) ASPEXIT] oculo æquitatis [ET dissoluit gentes] impios atq; incredulos sub-
uertendo [ET contriti sunt montes seculi] id est, maiores, elatiorésque principes terræ. Fortioribus
nanque fortior instat cruciatus: & potentes potenter tormenta patientur, vt dicitur in libro Sapien- Sapien. 6
tię. Hinc alias scriptum est, Vbi sunt principes gentiũ, qui dominãtur super bestias terræ, qui in aui- Baruc. 1.
bus cæli ludunt? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. ¶ (10) INCVRVATI sunt colles
mundi] id est principes minores humiliati sunt, [AB itineribus æternitatis eius] id est, ab operibus
seu processibus diuinæ iustitiæ, seu dei æterni, ab æterno præuisis & præordinatis. Itinera itaque dei
possunt intelligi dispositiones rerum fiendarũ in mente diuina, secundũ illud quod increata sapientia
loquitur, Dominus possedit me ab initio viarũ suarum antequam quicquam faceret à principio. Vel Prou. 8.
ipsi processus operũ diuinæ sapientiæ, pietatis vel æquitatis, de quibus Salomon fassus est, Viæ eius Pro. 3.
viæ pulchrę. De hac montium colliúmque iusta depressione scriptũ est, Dominus deus exercituũ co- Esa. 23.
D gitauit hoc vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos Esaię. 2.
terræ. Et alio loco, Incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Potest quo-
que exponi in bono, vt deus dicatur oculo suæ clementiæ gentes aspexisse, & dissoluisse corda eorum
ad pœnitentiam. Sicque contriti sunt montes non ipsis sed eorum elatione ac vitiis demolitis: iuxta
quod scriptum est, Verte impios & non erunt, & incuruati sunt colles mundi, salubriter ad veram ac Prou. 12
humilem pristinę animositatis depressionẽ. De huiuscemodi optima incuruatione ait Baruch, Ani- Baruc. 2.
ma quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, dat gloriam tibi domino. Quidam refe-
runt prædicta specialiter ad Chaldæos à Persis & Medis diuina præordinatione subuersos.
¶ (11) PRO iniquitate vidi tentoria AEthiopiæ] id est, iniquitatum suarum demeritis fiunt homi-
nes spiritaliter denigrati, atq; dæmonibus assimilati: imò & tabernacula dæmonum: sicut electi sunt
domus & templum dei [TVRBABVNTVR pelles terræ Madian] 70. transtulerunt, Pauebunt ta
bernacula terræ Madian. Vnde secundũ Hieronymũ eosdẽ debemus accipere tabernacula AEthio- 1. Cor. 3
pum & Madianitarũ, qui pro suis peccatis turbabuntur timore horribili, cum se viderint condẽnan-
dos. Spiritaliter pelles Madian intelliguntur propriæ voluntates, passiones animæ & concupiscen-
tię carnis, quibus se tegunt, armant, & induunt vitiosi, rebelles & inobedientes. Quidam exponunt Dan. 5.
ista ad literam, ita quod pro iniquitate destructionis templi Ierusalem tẽtoria AEthiopiæ, & Madian
sint turbata, id est, à Persis & Medis debellata. Quoniam AEthiopes & Madianitæ fuerunt (vt di-

cunt)cũ rege Babylonis in destructione templi,& postea cum Babylonüs interfecti:quod vnde pro- B
bare posit, iguoro. ℂ(12) NVNQVID in fluminibus iratus es domine, ant in fluminibus furor
tuus,aut in mari indignatio tua?] quasi dicat,Tu deus iustissime, nõ es inanimatis rebus fratus secun
dum se,sed in illis quædam opera facis,ad liberationem tuorum,& destructionem prauorum,sicut in
Exod.14 mari rubro atque Iordane desiccatis,populũ Israel redemisti & in mari illo AEgyptios submersisti.
Iosue.3. ℂ(13) QVI ascendis super equos tuos] Istud ad literam referri potest ad equitatus Persarum ac
Exod.14 Medorum,qui deo auxiliante Chaldæos vicerunt. Propter quod dicitur deus eorũ ascendisse equos:
quoniam inspirauit eis,vt equos contra Chaldæos ascenderent [ET quadrigæ tuæ] id est, Persarum
& Medorũ currus sunt[SALVATIO] id est,per currus & prelia horũ liberati sunt filü Israel de Ba
1.Esdr.1. bylonica captiuitate per Cyrum regem Persarum, vt scribitur in Esdra. ℂ(14) SVSCITANS su
scitabis arcum tuum] id est,Persis ac Medis dabis virtutem pugnandi ac sagittandi victoriose contra
Ezec.32. Chaldæos.Vnde 70. transtulerunt, Intendens,extendes arcũ tuum. Quemadmodũ ergo in Ezech.
gladium Nabuchodonosor regis appellat dominus gladiũ suũ, quia diuinæ iustitiæ extitit exequutor,
Cum cœperit,inquiens,gladius meus volare: ita nunc quadrigæ & currus Persarũ, & item Medorũ,
dicuntur quadrigæ,currúsque dei.Itaq; suscitabis arcus istorũ, vt impleas [IVRAMENTA tribu-
bus quæ loquutus es] id est,facies populo tribubus Iudæorũ quæ eis per Mosen & prophetas pro-
misisti,videlicet quod quando in captiuitate implorarent veraciter clemẽtiam tuam,eriperes eos, & F
Esa.58. ad terram promissionis eos reduceres.Hoc autẽ per Ieremiam dominus specialiter promisit Iudæis,
Iere.29 quantũ ad reditum à captiuitate in Babylone.Hinc per Mosen & Nehe.eis loquutus est deus, Si re-
Deut. 30 uersi fueritis ad me in toto corde vestro, etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo
Nehe.1. vos & inducam vos in terrã quam dedi patribus vestris. In fine versiculi huius additur [SEMPER]
Gen.22 quia à tempore Abrahæ cœpit ista promissio,& reiterata est sæpe: vel semper, tempore opportuno.
Consequenter ad literam propheta prosequitur Chaldæorũ deiectionem. ℂ(15) FLVVIOS scin-
Esaiæ.8 des terræ.] Per flumina & aquas frequẽter intelliguntur reges,& eorũ exercitus,sicut testatur Esaias,
Adducet dominus super Iudam aquas multas, & fortes, regem Assyriorũ & omnem gloriã eius. Est
igitur sensus secundũ Hieronymum,Reges & populũ contra Iudæos pugnantes, disperges ô domi-
ne.Vel vt alü asserunt,intelligi potest de diuisione Euphratis fluuii quem Persæ ac Medi in plures la
cus partiti sunt.Sicque per alueũ principalem euacuatũ ab aquis ingressi sunt Babylonẽ. Quod quia
deo inspirante fecerunt,deus fecisse describitur [VIDERVNT te] id est, omnipotentiam atque ri-
gorem diuinæ iustitiæ per experientiam agnouerunt [ET doluerunt montes] puta elati principes Ba
bylonis,& cæteri qui populum tuũ vastauerunt,quando à Persis & Medis occidebantur.Vnde in li-
Iudic.5. bro Iudicũ habetur,Sic pereant inimici tui domine.Itémq; in Psalmo, Confundantur & pereant & G
Psal.82 cognoscant,quia nomen tibi dominus [GVRGES aquarum transiit] id est, impetus persequutionis
persequentium populũ tuum (te operante) defecit. Vel sensus est quod inundatio aquarũ Euphratis
modo præfato cessauit. ℂ(16) DEDIT abyssus vocem suam] id est,aqua prænominata cum quo-
dam fragore & sonitu locum suũ reliquit: vel,dedit vocem suam materialiter & occasionaliter : quia
Psal.64 ex eius diuisione sumpserunt alii materiam laudandi diuinam iustitiã,prout in Psalmo cantatur, Val-
les abundabunt frumento,clamabunt etenim,hymnũ dicent.Sic nanque inanimata deum benedicere
& laudare feruntur.Porro secundũ Hieronymũ est sensus,Abyssus dedit vocẽ suam,id est,inferi lau-
dauerunt te.quod de sanctis in lymbo detentis forte intelligit.Vel quod de Chaldæorum damnatio-
ne lætati sunt dæmones,& quo ad hoc diuinam iustitiam approbauerunt [ALTITVDO manus su-
as leuauit] id est,superni atque angelici spiritus interioribus manibus de diuinæ iustitię exequutione
Apoc.18. plaudendo,deũ glorificauerunt.Hinc in Apoc.de spiritualis Babylonis destructione inducitur, Exul
tate cæli,id est,sancti apostoli & prophetæ,quoniam iudicauit deus iudiciũ vestrum. Vel sensus est,
quod deus altissimus,qui est summa ac prima sublimitas,manus suas leuauit, id est, potestatem suam
exercuit contra Chaldæos. ℂ(17) SOL & luna steterunt in habitaculo suo] Consuetudo scripturæ
est vt luminaria cæli,quæ in ministeriũ hominum condita sunt obscurari & mœrere dicantur,dũ ho-
Esaię.13. minibus aduersa magna contingunt,vt patet in Ezechiele,Iohele,aliisque prophetis. Cũ verò pro-
Ezec.32. spera hominibus accidunt, fulgere & quasi reflorere feruntur. Quẽadmodũ ergo in deuastatione Iu-
Iohel.2. dæorum durissima à Chaldæis, sol & luna obscurata dicũtur per quandam metaphoram: iuxta illud H
Ibidem. Iohelis,Sol & luna obtenebrati sunt,& stellæ retraxerunt splendorem suũ:sic in liberatione eorum à
captiuitate Chaldaica sol & luna ad pristinũ sunt reuersa vigorẽ, non ꝙ in seipsis mutata sint quan-
tum ad modũ præfatum.Sic igitur loco pręsenti denunciata Iudæorũ liberatione, sol & luna in habi
taculo suo stetisse scribuntur,id est,in gradu atque vigore,vel splendore cõsueto fuerunt.Hoc est, sic
de eorũ fulgore gauisi sunt Iudęi,vt olim tempore prosperitatis ac pacis. ita ꝙ stare nõ dicit hic ces-
sationem à motu,sed existentiam stabilem,sicut cõmuniter dicimus, Ille stetit Romę tot annis,vnde
70.transtulerunt,Eleuatus est sol,quo ad pristini vigoris receptionem,modo nunc explanato, & lu-
na stetit in ordine suo,id est,in pristino gradu ac modo, [IN luce sagittarũ tuarum ibunt] id est,sol
& luna solito cursu mouebũtur,quo ad ipsos Iudæos:eorũ vtilitatis suis motibus deseruiẽdo: vt olim
in luce sagittarũ tuarũ,id est,mediantibus splendentibus Persarum ac Medorum sagittis, quas contra
Chaldæos miserunt,atque per hoc populũ Israel de illorũ manibus redemerunt. Simili sensu subiun
gitur [IN splendore fulgurantis hastæ tuæ] id est,mediantibus fulgidis hastis Persarũ,quorum sagit-
tę & hastæ dicũtur esse dei,prout equi & currus eorũ dei esse dicuntur. Vel sensus est,quod Chaldæi
ibunt,id est,peribunt,& esse cessabunt virtute sagittarum atq; hastarũ iam præfatarũ. ℂ(18) IN fre
mitu] id est,in districtione tuæ iustitię,vel in ira & animositate Persarũ [CONCVLCABIS terrã]

A id est,populum Chaldęorũ,seu babyloniæ regionẽ [IN furore] id est,rigore tuæ iustitiæ (OBSTVPEBACIES gentes] Chaldæis auxiliantes. ℭ (19) EGRESSVS es] non locũ mutando,qui incircumscriptibilis inuariabilisque consistis,sed tuam potentiam ostendendo,& aliquid de nouo manifeste operando [IN salutem populi tui] id est,ad saluandũ Iudæos de captiuitate sæpe præfata [IN salutem cũ Christo tuo] id est,cum Cyro rege Persarum (vt quidam exponunt) qui dicitur Christus
dei,id est,in regem à deo electus:iuxta illud in Esaia,Hæc dicit dominus Christo meo Cyro. Hiero- Esa.45.
nymus autem exponit de domino nostro Iesu Christo,cũ quo in hunc mundũ per incarnationem ve Hierony.
niente,venit & pater,per gratiæ suæ operationem multiplicem,sicut & filius loquitur,Si quis diligit Iohã.14.
me,sermonem meũ seruabit,& pater meus diliget eum,& ad eũ veniemus, & mansionem apud eum Ibidem.
faciemus.Es rursus,Pater (inquit) in me manens ipse facit opera.Et,Pater non reliquit me solũ.Ve- Iohan. 8.
nit ergo pater in salutem generis humani cũ Christo suo domino saluatore,nam & opera summæ tri Iohan.5.
nitatis sunt indiuisa.Et filius,Omnia (ait) quæ facit pater,hæc & filius similiter facit. ℭ (20) PERCVSSISTI caput de domo impii] id est,Baltasar regem Babylonis per Persas occidisti, & de pala- Dan.5.
tio suo eiecisti.Vel caput istud intelligitur diabolus à Christo deiectus, seu Antichristus ab ipso deiiciendus,[DENVDASTI fundamentũ vsque ad collum] id est,abscondita & secreta capitis huius totaliter confudisti, reuelasti & destruxisti . Machinationes enim diaboli Christus aperuit , ita vt dicas
B apostolus, Non ignoramus cogitationes diaboli.Et denuo,Aliĩ datur discretio spirituũ. Omnia quo- 2.Cor.2.
que abscondita regis Baltasar Chaldæi scrutati sunt. ℭ (21) MALEDIXISTI sceptris eius]id est, 1.Cor.12
regnis & dominationibus regis Babylonis maledixisti, & [CAPITI bellatorũ eius] id est,princips militiæ [VENIENTIBVS vt turbo ad dispergendũ me] id est, qui copiose & impetuose venerunt ad destruendũ populum Iudæorum.Non est autem necesse hęc omnia referre præcise ad eosdẽ numero·quoniam sacra scriptura sæpe loquitur de diuersis quasi de eisdem, quia ad vnum populũ per-
sinent:Rex autem Babylonis,& eius princeps militiæ,qui Ierusalem destruxerũt,fuerunt Nabucho- 4.Re.25
donosor & Nabusardan,qui nõ fuerunt à Persis & Medis occisi. ℭ (22) EXVLTATIO eorũ,sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito] id est, præfati principes sic gloriati sunt populũ Israel opprimendo,quemadmodũ gloriatur crudelis egenũ occulte dilanians & affligens,quoniam sine timore hoc fecerunt crudeliter,nec deum omnia inspicientem tanquam iudicem attenderunt . ℭ (23)
VIAM FECISTI in mari equis tuis] id est , equis atque equitibus Persarum ac Medorum dedi- 1.Mac.3.
sti iter per arentem Euphratis alueum, aqua eius hinc inde educta. Ideo subditur [IN luto aquarum multarum] Aqua enim educta,terra aluei fuit aliquo modo lutosa. Euphratem autem nominat ma-
re,more loquẽdó Hebraico,quia quælibet grandis aquarũ collectio dicitur mare,secundũ illud, Con Gen.1.
gregationes aquarũ appellauit deus maria. ℭ (24) AVDIVI] à te domine per spiritum propheticæ
C cõminationes suas aduersus Chaldæos [ET conturbatus est venter meus] id est,dolor seu timor animæ sanctus fuit quod redundauit in corpus. Vel per ventrem intelligitur mens , quæ est vterus spiri-
talis,de quo Salomon ait,Fili accipe doctrinam,quæ tibi pulchra erit,cũ in ventre tuo senueris eam. Prou.22.
De quo pater testatur ad filium,Ex vtero ante luciferum genui te [A voce] id est,ab auditu verborũ
tuorum [CONTREMVERVNT labia mea] intantũ formidaui rigorem tuæ iustitiæ.Quamuis au- Psal.109.
tem Abacuc de Chaldæorũ deiectione gauisus sit secundũ vnam considerationem , prout fuit occasio liberationis Iudæorũ,tamen secundũ alias considerationes expauit ac doluit,& ex amore naturę,
eorũ grauissimæ calamitati compassus est,sicut ex Esaia ostensum est.Nam & Esaias descripta Baby Esaiæ. 21
lonis destructione,inter cætera dicit,Elanguit cor meũ,tenebrę stupefecerũt me. ℭ (25) INGREDIATVR putredo in ossibus meis,& subter me scateat] id est,tribulatio & infirmitas,quantumcunque grauis me apprehendas,dũmodo tibi placuerit,& gratiæ tuæ subuentione supposita, qua patientiam largiaris. ℭ (26) VT requiescam in die tribulationis] id est,tempore destructionis Babyloniorum cesset captiuitatis meæ pressura,in spe liberationis repausem,[VT ascendam ad populum accinctum nostrum] id est,Babylone destructa de licentia Cyri regis Persarum pergam à Chaldæa in Iudæam simul cũ populo Iudæorũ in Iudæam reuertente armato,atque ad præliũ præparato: videlicet
cum viris præclaris Esdrá,Nehemia,Zorobabel,& Iesu filio Iosedech,qui propter insidias hostium 1.Esdr.3.
D erant ad pugnandũ dispositi,vt patet in Esdra.Hæc dicit Abacuc non in sua,sed in Iudæorum perso Nehe. 4.
na.Ipse enim in captiuitate prædicta non fuit,sed in Iudæa remansit,vt legitur apud Danielem.Con Dan.14
sequenter propheta causam assignat,cur in die tribulationis Babyloniorũ tam vehemẽter requiescere & consolari rogauerit. ℭ (27) FICVS enim non florebit, & non erit germen in vineis] id est,arbores fici & vites steriles erunt. ℭ (28) MENTIETVR opus oliuæ] id est, speratus oliuarum fructus prestolantes decipiet,& per modũ mentientis se habebit,non oriendo, vt aliquando prætendebat [ET arua non afferent cibum] pro quo 70. transtulerunt, Campi non facient escas. per quæ omnia insinuatur sterilitas territorũ Chaldæorũ,cuius campos & arbores Persæ ac Medi vastabãt. Et aliqui asserunt quod sterilitas ista fuit plaga à deo inflicta ante Persarũ aduentum. Certum est autem quod talis sterilitas expugnationem vastitatémq; terræ soleat concomitari. ℭ (29) ABSCINDETVR de ouili pecus] id est,à stabulis Chaldæorũ auferentur iumenta eorum : vel per hostes,vel alimentorũ penurias.Ideo subditur [ET non erit armentum] id est, pecorum multitudo [IN præsepibus] in quibus cibos accipere solet.Sicque Chaldæis adhuc manentibus,vel in terra illorũ existentibus,deerit carnium vsus.Postremo quoniã ex consideratione punitionis prauorũ,solent electi cautiores melioresque fieri,atque ad gratiarũ actionem & laudem diuinam prouocari,quemadmodũ Salo.
astruit,Pestilente flagellato homo sapiens sapientior erit . Etenim felix quem faciunt aliena damna Prou.19.
peritum:Propheta deum laudans,eiúsque æquitati applaudens,subiungit. ℭ (30) EGO autem] illis

sic pereuntibus [IN domino gaudebo] in contemplatione & dilectione eius, & beneficiorũ ac pro- E
Luc.1. missorũ ipsius: in actibus quoque virtuosis ei placentibus, sicut & virgo Maria, Exultauit (inquit) spi
1.Reg. 2. ritus meus, in deo salutari meo. Et Anna primo libro Regum, Exultauit cor meũ in domino [ET exultabo] id est, signa interioris lætitiæ exterius demonstrabo [IN deo Iesu meo] id est, saluatore meo. Vnde 70. transtulerunt, Gaudebo super deo saluatore meo. Potest quoque nomen Iesu hoc loco sumi proprie ac cõmuniter. Intentio namq; prophetæ finalis ac principalis est, loqui vel de ipso saluatore filio dei, & eius quam nobis impendit salute, vel de Cyro rege & Iudæorum per cũ liberatione, inquantũ fuerunt figura Christi regis, & suæ saluationis. ℂ (31) DEVS dominus fortitudo mea] nõ formalis, sed effectiua, id est, confortator meus, & totius roboris mei causa præcipua, cuius virtute li-
Psalm.17 beratus est populus Israel de Babylone, de quo ait Psalm. Diligam te domine fortitudo mea. Qui &
Iohan. 15 in Euang. testatur, Sine me nihil potestis facere [ET ponet pedes meos quasi ceruorum] id est, agilitatem bene agendi mihi præstabit, & populũ Israel in terram Iudææ expedite reducet. Loquitur autem propheta in persona populi sui. ℂ (32) ET super excelsa mea] id est, ad loca Iudææ sublimia
Num. 8 & montosa [DEDVCET me victor] deus omnipotens. De quo Balaham contestatur, Dominus
Iudic.11 deus Israel cũ eo est: & clangor victoriæ regis in illo est. De quo & loquitur Iephte, Quæ dominus
Roma.9. deus noster victor obtinuit, in nostram cedent partem. Ipse est rex ille omnipotens, cuius voluntati
Ester. 13. nedum nõ præualere, sed nec resistere quispiam potest. Vel super excelsa mea, id est, ad virtutũ præ- F
clarissima opera, siue ad pristinam dignitatem, honorem & gloriam, puta ad sacerdotium, sacrificia, templi reparationem, principatũ ac potestatem, deducet me victor. Hæc enim post reditum de Baby
1.Esdr. 6. lone recuperauerunt Iudæi, vt patet in Esdra & libris Machabæorũ, ac aliis locis. Vel ad regna cæle
1.Mac. 4 stia, deducet me victor Christus, de quo in Apocalypsi legitur, Vicit leo de tribu Iuda. Sicque verba
2.Mac.10 ista accipi possunt in persona eorum quos Christus de limbo perduxit ad patriam. Sic ergo deducet
Apoc.5 me [IN psalmis canentem] id est, ei gratias referentẽ, eúmque laudantem, sicut in Ecclesiastico scri-
Eccl.51. bitur, Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum, quoniam eruis sustinentes te domine, & liberas eos de omni angustia.

ℂ Elucidatio eiusdem Cantici, Domine audiui. Tropologica seu moralis, & de expositione exordii cantici huius secundum translationem 70. interpretum.

QVoniam tractus missalis officii in die Parasceues, ex hoc cantico sumptus est, secundum translationem Septuaginta, quæ etiam translatio à trãslatione Hieronymi in hoc passu satis distat, congruit principiũ cantici huius secundũ illorum translationem pertranseundo exponere. Titulus autem quem Septuaginta cantico huic præmittunt est hic. Oratio Abacuc prophetæ cum cantico: quia G
in isto cantico agitur de aduentu Christi, & saluatione, pro qua deum cũ hymnis, psalmis, & canticis spiritalibus, orare debemus. Itaque Septuaginta transtulerunt, Domine audiui auditũ tuum, & timui, quod supra satis expositũ est. Domine consideraui opera tua, id est, mirabilia tua iudicia, effectus tuæ iustitiæ, ordinem creaturarũ, gubernationem vniuersi, miracula quæ à principio mundi fecisti, dona gratiarum, hominũ dispositionem, & qualiter genus humanũ liberare decreueris, & obstupui, vel expaui, id est, ad mentis excessum perductus sum, & prę admiratione defeci, clamans cũ diuino Aposto
Roma.11. lo, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Porro secundum Hieronymũ quod Septuaginta dixerunt, consideraui & obstupui, in Hebraico non habetur. Verum secundũ Augustinum, qui in libro de Ciuitate dei in pluribus locis valde cõmendat translationem Septuaginta, asserens eos prophetali spiritu transtulisse, & ex diuino instinctu addidisse quę addiderunt, tenendũ est quod ista & reliqua quę addiderunt, deo inspirante loquuti sunt. In medio duorum animalium cognosceris, vel innotesces, id est, inter duos populos, ex quibus collecta est sancta ecclesia: puta in medio conuersorum ex Iudaismo & Paganismo, de
Zach.6 quibus loquitur Zacharias, Consiliũ pacis erit inter duos illos. Et apostolus, Ipse est pax nostra, qui
Ephe.2 fecit vtraque vnũ. Quemadmodũ enim duo parietes in lapide angulari concurrunt & copulantur, ita in Christo summo lapide angulari, duo populi isti facti sunt vnũ mysticum corpus, vnúmq; templũ,
Zach.2 de quo dicit Zacha. Ipse ædificabit templũ domino. Vel duo animalia intelliguntur duo testamenta vere viuifica, gratiæ vitam spirantia. Quidam per duo animalia intelligunt duos latrones, inter quos H
Mat.27 suspensus est Christus atq; innotuit, Centurione dicente, Vere filius dei erat iste, quando & omnis
Luc.23. turba eorum qui aderant & videbant, quæ tẽpore passionis fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Postremo non desunt qui per duo animalia intelligunt bouem & asinum, quos Ioseph secũ
Lucæ.2. duxit in Bethlehem, Christi natiuitate instante, inter quos infantulus Iesus in præsepio positus agnitus fuit à matre & Ioseph. Vel ab istis iumentis secundũ similitudinem quandam: ad quod referunt il
Esaiæ.1. lud Esaiæ, Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe domini sui. Expositio autem eorum qui per duo animalia intelligunt filium & spiritum sanctum, eo quod pater per filium & spiritum sanctũ
Esaiæ.6 agnoscatur: qui etiam in Esaia per duo Seraphim filiũ & spiritum sanctum accipiũt, est suspecta, nec placet: præsertim cum canticũ istud specialiter de persona filii tractet. Cum appropinquauerint anni cognosceris, id est, tempore gratiæ, seu euangelicæ legis clarius te agnoscent fideles, quia (vt ait
Gala.4. apostolus) vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Et in 1. sua Cant. refert Iohan. Sci-
1.Iohã. 5. mus, quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum. Ante enim notus erat in Iudæa deus, sed adueniente tempore gratiæ, ad vnius veri dei cultũ atque notitiam, totus con
Psal.75 uersus est mundus. Cum aduenerit tempus præordinatum à deo, ostenderis, id est, fidelibus innotesces. Hoc est tempus incarnationis & conuersationis Christi in mundo, itémque euangelicæ prædi-

A cationis, de quo loquitur Paulus, Ecce tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et Baruch, Post hæc 2. Cor. 6
in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vnde & Christus ait ad patrem, Ego te clarifi- Baruch. 3
caui super terram, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Deus à Theman veniet. i. Iohā. 17.
ab Austro, secundum Hieronymum: quod iam satis expositum reor, & sanctus de monte vmbroso &
condenso, id est, Christus sanctus sanctorum in mundū hunc venit de paradiso cælesti ac summo, ple
no viuis, vberrimisque arboribus, puta angelicis atq; supernis virtutibus: vel mons iste vmbrosus est
deus pater incomprehensibilis & perfectus, qui maiestate sua omnia tegit & operit, de cuius sinu fi-
lius descendit in mundum, non locum transmutans, sed naturam humanam assumens. Quidā dicūt,
Deus à Libano veniet, & redit in idem. Per Libanum nempe, qui candidatio interpretatur, splēdidis-
simus ille paradisus, vel superpulcherrimus deus pater, seu lux diuina incessabilis cōgrue designatur.
Quod vero nunc dictum est, Cum aduenerit tempus, ostenderis secundum Hieron. in Hebræo non
ponitur, sed à 70. est additum. Cum ergo ex his pateat in cantico isto tam manifeste tractari, prophe
tatimque esse de Christo ac eius mysteriis, præsertim secūdum 70. translationem, certū est quosdam
in hac cantici explanatione nimis superficiales & literales consistere, qui omnia ista, & pene omnia
quæ sequuntur, ad literam referunt ad Babyloniæ destructionem. ¶ Nunc ad moralitatem eundum
est. Vnde quilibet contemplatiuus fidelis, diuinorum operum considerator industrius, dicere potest,
B Dñe audiui, auribus mentis & corporis, auditionem tuam. i. sacræ scripturæ sermones, & verba diui-
nitus reuelata, de quibus loquitur Esaias, Domine quis credidit auditui nostro? & timui, filiali & ca- Esaiæ. 53
sto timore, qui est fuga mali culpæ ne deus offendatur. Sic timuit Psal. qui ait, A verbis tuis formida- Psal. 118
uit cor meū. Itaque cū reuerentia & timore audienda sunt verba dei. Vnde Iosiæ promittitur, Quia 4. Re. 22
timuisti à facie verborū quæ audiuisti, & perterritū est cor tuum, in pace colligeris. Et Ierem. Factus Iere. 23
sum, inquit, velut vir ebrius à facie verborū sanctorū dei. Quis enim non timeat audiens illud, De o- Mat. 12.
mni verbo otioso reddent homines rationē? Et illud, Horrendū est incidere in manus dei viuētis. Et, Hebr. 10.
Nescit homo an sit dignus amore an odio: sed omnia in futurū reseruātur incerta. Illud etiam, Ite ma Eccles 9.
ledicti in ignem æternum. Ideo S. Iob profitetur, Considerans deum timore solicitor. Alibi quoque Mat. 25.
dicit scriptura, Beatus homo qui semper est pauidus. Domine opus tuū est nostra redēptio, & omne Iob. 23.
bonū quod agimus. Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed deus est qui operatur Prou. 28.
in nobis velle & perficere, in medio annorū, videlicet anno gratiæ ac euangelicæ legis, qui inter an- 2. Cor. 3.
num legis Mosaicæ, annúmque gloriæ medius est, viuifica illud, animas nostras actualiter redimēdo, Philip. 2.
nosque in iuuentute nostra in bonis operibus inflammando, & omne quod agimus per charitatē in-
fusam spiritaliter viuificando. In medio annorū, iam dicto, notum facies nostræ redemptionis vel iu-
stificationis opus, dando gratiā magnam ac euidentem, ita vt electi tui inter cæteros quasi sydera ver
C bo & exemplo resplendeant, cum iratus fueris, tuos electos nunc castigando, atque pro suis peccatis
multipliciter corripiendo, hostibúsque tradendo, misericordiæ recordaberis, peccata dimittendo, gra
tiam refundendo, consolationem præstando, citra condignū vlciscendo, & cum tribulatione prouen
tum faciendo. Ideo cantamus in Psal. Nunquid inæternū irasceris nobis? Deus tu conuersus viuifica- 1. Cor. 10
bis nos, & plebs tua lætabitur in te. Et iterū, Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustine Psal. 84
bit? Hinc Ieremias testatur, Misericordiæ dñi quia non sumus consumpti, quia non defecerunt mise- Psal. 129.
rationes eius. Deniq; scriptū est, Benedictū est nomen tuum deus patrū nostrorum: qm̄ cū iratus fue- Thren. 3
ris, misericordiā facies, & in tēpore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Et rursum, Non Tobiæ. 3
delectaris domine in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillū facis, & post fletū exul Ibidem.
tationem infundis. Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Deum semper precemur, vt
iuxta sensum præhabitum ad nos venire, iugitérque nobiscum manere dignetur. Per Austrū quoque
intelliguntur homines lumine gratiæ radiosi, & à deo sublimiter docti. De illis igitur venit deus ad
alios, dū gratiam sibi concessam aliis cōmunicare eosq; ad deū reducere enituntur. Operuit cælos. i. Philip. 3.
contēplatiuos, quorum conuersatio est in cælis, gloria eius, dicente in eorum persona Apostolo, Nos 2. Cor. 3.
autem reuelata facie gloriam domini speculantes, & laudis eius plena est terra, id est, actiui qui circa
terrena versantur. Terra quoque, id est, terreni, carnales & reprobi frequenter in ore pleni sunt lau-
D dibus dei: sed mente & opere non cessant inhonorare deū atque offendere, de quibus dominus pro-
testatur, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorū longe est à me. Splendor eius, id est, fulgor Esaiæ. 29
gratię dei, vt lux erit, id est, clarus ac candidus: sicut lumen solare, cui in multis assimilatur, tenebras
mentis fugando, animam fœcundando, torporem acediæ auferendo, intima cordis ornando. Insuper
splendor gratiæ assimilatur lumini gloriæ, cuius est inchoatio quædā, cornua in manibus eius. Cor-
nua ista possunt accipi in bono pro eleuatis & sanctis virtutibus animæ, quæ sunt in manibus dei,
quia in eius potestate est eas dare & conseruare, auferre & consummare. Itémq; in malo pro nostris
superbiis, ac cæteris quibus contra deum & proximum intumescimus vitiis: iuxta illud in libro beati
Iob, Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra Iob. 15.
deum spiritus tuus? Istis comminatur sermo diuinus, Væ qui dicitis, nunquid non in fortitudine no- Amos. 6.
stra assumpsimus nobis cornua? Hæc quoque cornua sunt in manibus dei, qui superbos ad nutum
deiicere potest: quemadmodum scriptum est, Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem Psal. 67.
capilli perambulantium in delictis suis. Ibi abscondita est fortitudo eius, quia in bonis cornibus ele-
ctorum virtus diuina frequenter agit occulte. Sed & superborum deiectionem sæpe diutius diffe-
rendo videtur deus quasi non attendere, aut non omnipotens esse. Ante faciem eius ibit mors, quia
cum deus per gratiæ suæ aspirationem intrauerit mentem, mors fugit peccati, tunc & diabolus
egredietur. Christus enim fortem armatum, puta diabolum, alligauit, & vasa eius quotidie diripit, Lucæ. 11.

1.Cor. 3. faciens eos templũ ſpiritus ſancti, qui erant vaſa diaboli, ſtetit & menſus eſt terram. Chriſtus in mun- E
do hoc cum diſcipulis viuens, menſus eſt terram, in qua prædicarent apoſtoli, mittendo eos ad ſolos
Marc.16. Iudæos. Porro poſt paſsionem & ſpiritus ſancti miſsionẽ menſus eſt terram gentiliũ, ad diuerſas na-
tiones mittendo apoſtolos. Aſpexit miſericorditer, & contriti ſunt montes ſeculi ab itineribus æter-
nitatis eius. Quia exemplis & documentis ſaluatoris, quibus humilitatem præcipue cõmendauit, hu-
miliati ſunt multi magnatum Chriſtum humiliter imitati. Nunquid in fluminibus, iratus es domine?
aut in fluminibus furor tuus? in ſcripturis crebro per flumina deſignantur peruerſi ac turbulenti, eo-
Pſal.92 rúmque vitia inſtar fluminum redundantia. Sic enim habetur in Pſalmo, Eleuauerunt flumina flu-
Ierem. 2. ctus ſuos. Et Ieremias regem atq; exercitũ Chaldæorũ nomine fluuii exprimit. Iſtis fluminibus iraſci
tur dñs. Interdũ autem per flumina deſignantur electi & docti, aqua ſapientiæ pleni, & gratia copio-
ſi, qui fluenta doctrinæ transfundunt in alios, & riuis ſalutaris ſcientiæ rigant corda eorum. Talea
Pſal.67 etiam dicuntur fontes in Pſalmo, Iſtis non iraſcitur deus. Flumina quoq; vocantur diuina charíſma-
Iohan.7. ta: iuxta illud Euangelicum, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et alibi, Flu-
Pſal.45 minis impetus lætificat ciuitatem dei, aut in mari indignatio tua? id eſt, ſecularia vitæ hominibus, ama
ritudine & fluctibus vitiorum repletis, iuſte indignaris, de quibus legitur, Impii quaſi mare feruens,
Eſaiæ.57 quod quieſcere non poteſt. Qui aſcendes ſuper equos tuos .i. animas ſanctas ſecundum Hieronymũ,
vel prædicatores nomen domini vndique circunferentes ac prædicantes: ſuper quos deus aſcendit F
per virtutis & gratiæ ſuæ effectum, & quadrigæ tuæ ſunt ſaluatio, id eſt, Euangeliſtæ, vel etiam ange
li ſancti, deum in ſe recipientes, portantes, atque ad homines deferentes, de quibus cantatur in Pſal-
Pſal.67 mo, Currus dei decem milibus multiplex milia lętantiũ, dominus in eis. De his equis & curribus dñs
Eſa.66. loquitur apud Eſaiam, Adducent omnes fratres veſtros in equis & quadrigis, & lecticis, & mulis, &
in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem. Per hos ergo currus operatur dominus aliorum ſa
lutem, ſicut ait Apoſtolus, Dei cooperatores ſumus. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, id eſt, verbum
tuum, ſeu ſacram ſcripturam, cuius ignita eloquia te agente audientium penetrant corda & charita-
Cant.8. tis vulnere ſauciant, ita vt dicant, Charitate vulneratus ſum. Et, Amore langueo. Vnde & Chriſtus
Cant.2. de ſeipſo loquitur, Poſuit me dominus quaſi ſagittam electam. Hunc arcum ſuſcitat deus, dum præ-
Eſa.49 dicatoribus & ſeruis ſuis electis infundit gratiam loquendi aliis fructuoſe ac feruide ſecundum quod
Ephe.6 orat apoſtolus, Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei. Et in Eſaia legitur, Dominus dedit mihi
Eſaiæ.50 linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum qui laſſus eſt verbo. Hoc autem ô domine faciendo, ſuſci-
tabis, iuramenta tribubus quæ loquutus es, id eſt, bona gratiæ quæ gentibus promiſiſti, eorũ conuer-
ſionem per prophetas prænunciando donabis. Deinde hæreditatẽ cæleſtem conferes eis vt promiſi
ſti. Fluuios ſcindes terræ, id eſt, de ipſa eccleſia quoſdam ſeparabis, & mittes ad aliorum informatio-
nem per omnes terminos terræ. Sic enim miſit apoſtolos alióſque diſcipulos, prędicatores, doctores.
Act.13. Hinc in Actis legitur ſpiritus ſanctus dixiſſe, Segregate mihi Paululũ & Barnabam in opus ad quod G
Eſa. 50. aſſumpſi eos. Et per Eſaiam dñs ait, Ponam in deſerto, id eſt, gentilitate flumina. Et iterum, Omnes
Eſa. 50 ſitientes, venite ad aquas. Iſti ſunt fluuii boni, de quibus cantamus, In eccleſiis benedicite deo, domi-
Pſal. 67 no de fontibus Iſrael. Viderunt te & doluerunt mõtes: hoc dupliciter accipi poteſt. Primo, de ſuper-
bis atque potentibus ſeculi ad fidem conuerſis: quia per fidem deum viderunt, atque de ſuis exceſsi-
bus pœnitentiam dignam fecerunt. Secundo de infidelibus ac tyrannis, qui mirabilia dei videntes do
luerunt de promulgatione fidei Chriſtianæ. Gurges aquarum tranſiit, id eſt, iſtorum perſequutio con
tra fideles ceſſauit. Vel ſi eſt, cito finietur: videlicet, ſimul cum vita præſenti (quæ breuis eſt) vel ante.
Vel ſenſus eſt, quod documentorũ riuuli, ad alios deuenerunt. Dedit abyſſus vocẽ ſuam .i. corda quo-
rundam inſtar pelagi inſcrutabilia fide Chriſti recepta deũ ſuper eius miſericordia laudauerunt, alti-
tudo manus ſuas leuauit: quia & ſeculares principes ad fidem conuerſi manibus in cælũ eleuatis, deũ
precati ſunt, ſicut Ieremias hortatur, Leuemus corda noſtra cum manibus in cælos ad dñm. Itémque
Thren.3. Apoſtolus, Volo, inquit, viros orare in omni loco leuantes puras manus. Porro ſeculares principes
1.Tim. 2. perfidi, manus ſuas contra eccleſiã extenderunt. Sol .i. Chriſtus ſol ſapientiæ atq; iuſtitiæ, de quo im-
Sap.5. pii aſſerunt, Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis, & luna .i. virgo Chriſtifera, vel ipſa eccleſia, ſtete-
runt in habitaculo ſuo .i. in eccleſiaſtica vnitate, vel in ipſo omnium rerum vltimo fine, in quo omnia
ſanctorum requieſcit intentio atque affectio, quaſi in tabernaculo firmo, ſecundum quod Salomon di
Prou.18 cit, Turris fortiſsima nomen dñi, ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur. Vnde orat vir ſanctus, Eſto mi
Pſal.70 hi in deũ protectorem & in locũ munitum. Vel habitaculũ iſtud eſt regnum cælorũ, in quo ſtat eccle H
Matth.6. ſia militans per ſpem & cordis amorem. Vbi nanq; theſaurus, ibi & cor. Et nõ minus (vt dicitur) eſt
anima vbi amat, q̃ vbi animat. Vel ſol & luna ſunt religioſi & ſeculares fideles in eccleſia militante,
fide & opere concorditer permanentes. Secundũ tranſlationẽ Septuaginta ita habetur, Eleuatus eſt
ſol, ſcilicet Chriſtus in ſua aſcenſione, & luna ſtetit in ordine ſuo .i. eccleſia, præcipue primitiua, ordi-
nate vixit & ſtabilis fuit ſecundũ Chriſti doctrinam, conſilia, & pręcepta, malens occidi q̃ ab ordine
æquitatis recedere: in luce ſagittarũ tuarũ .i. in veritate eloquiorũ diuinorũ vel prædicatorum fideliũ,
de quibus iam dictum eſt. De quibus dñs apud Eſaiam ait, Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes
Eſa.66. in mare, in Aphricam, & Lydiam, tenentes ſagittam in Italiam & Græciam, ad inſulas longe, & an-
nunciabunt gloriam meam gentibus, ibunt fideles de virtute in virtutem, de bono in melius, de via
ad patriam in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ .i. ſpiritualium armorũ vel diuinarũ comminationum.
Pſal.83. Vnde Septuaginta tranſtulerunt, In ſplendore coruſcationis armorũ tuorum. Propter quod horta-
tur Apoſtol. Induite armaturam dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. In fremitu, id eſt, di-
ſtrictiſsimo tuo iudicio conculcabis terram, damnando terrenos, præſertim in die nouiſsimo. Egreſ-

A sus es in salutem populi tui. Dominus enim fortitudo plebis suæ. Et ipse dux noster est & propu- Psal.17
gnator: iuxta illud, In exercitu nostro deus dux est. Et in psalmo, Deduxisti me, quia factus es spes 2.Par.13.
mea: in salutem cum Christo tuo, id est, quolibet Christiano electo, spiritaliter vncto. Percussisti ca- Psal.60
put, id est, principem prauum de domo impii, id est, de rege impiorum subditorum ipsius, priuando
eum principatu, potestate seu vita: iuxta illud, Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fe-
cit mites pro eis. Et illud, Dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exalta- Eccle. 10
uit humiles. Ipse quippe transfert regna atque constituit, denudasti fundamentum vsque ad collum, Luc.1.
id est, funditus destrues illos, secũdum quod in libro Sapien. legitur, Disrumpet inflatos, & eos à fun Sap.4.
damentis suis commouebit, & vsque ad supremum desolabitur. Maledixisti sceptris eius, id est, regno Amos.9.
& potestatibus impiorum. Oculi enim domini super regnum peccans, vt conterat illud. Quibus per
alium prophetam dicit, Ipsi regnauerunt & non ex me. Vel intelligendum est de aeris potestatibus Osee.8.
& inuisibilibus hostibus, qui veniunt vt turbo ad dispergendum nos, secundum quod ait Apostolus, Ephe.6
Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, con-
tra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondi-
to. Inuisibiles etenim hostes de animarum nostrarum ruina maxime gaudent, quemadmodum scri-
ptum est, Qui tribulant me exultabunt si motus fuero, ideo orat vir sanctus, Neque irrideant me ini Psalm. 12
B mici mei. Scriptum quoque est, Domine pater ne derelinquas me, & incidam in conspectu aduersa- Psal.24
riorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Nonne ergo miserrimi sunt stulti ac cæci, qui dæmonum Eccl.23
inspirationi consentiunt vitiis inhærendo, qui aliud nihil nisi æternam eorum damnationem ac irri-
sionem exquirunt? Viam fecisti in mari equis tuis, id est, electis tuis, de quibus iam dictũ est, Qui ascẽ-
des super equos tuos. Istis preparat deus viam in hoc seculo nequam, dando eis gratiam ambulandi
per arctam viam, quæ ducit ad vitam. Hæc via est diuinorum custodia mandatorum, & eorum quæ
iubet ecclesia. in luto aquarum multarum, id est, in carnali, mortali, immunda concupiscentiarum
piscina, vel infra spurcitias vitiorum, ne in illis ambularent electi. Iustum enim deduxit dominus per
vias rectas. Et Esaias, In manu (inquit) forti erudiuit me dominus, ne irem in via populi. Sed (vt le- Sap.10.
gitur) via impiorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur & corruent in ea. Ideo gloriatur Esaiæ.8
S. Dauid in domino, & ait, Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis. Audiui & conturbatus est ven Iere.23.
ter meus. Hoc iam supra satis expositum est, etiam in principio huius cãtici. Ingrediatur putredo in Psal. 39
ossibus meis, & subter me scateat, id est, nũc oro à te pro peccatis meis paternaliter castigari, & Chri
sto pro me passo conformari, quemadmodum Ieremias deposcit, Corripe me domine, veruntamen Ierem.10
non in furore tuo, vt requiescam, id est, à cunctis miseriis liberer in die tribulationis, id est, in hora
mortis atque iudicii. Vt ascendam ad populum accinctum nostrum, id est, de peregrinatione pertin-
C gam ad patriam, ad triumphantem ecclesiam, ad milites illos victoriosissimos & beatos. Non enim
sunt condignæ passiones huius temporis ad gloriam illam futuram. Hoc precor, quoniam inter ho- Roma.8
mines viuere periculosum mihi est. Ficus enim nõ florebit, id est ecclesia, quantum ad plurimos, sine
virtutum decore manebit, etiam quidam qui ex naturali dispositione mites & dulces sunt, qui boni-
tate suæ indolis abutentes, vitiis implicantur, vanitatibúsq; fallũtur, & non erit germen. i. fructus bo-
norum operũ in vineis. i. particularibus quibusdam ecclesiis. Mentietur opus oliuæ. i. operatio eorum
qui misericordes videntur, non erit vere meritoria, quia non ex charitate, sed vanitate procedẽs. Hoc
accidit multis, propter quod ait Saluator, Cum facis eleemosynã, nesciat sinistra tua quid facit dexte Matth.6.
ra tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito. Vel, Mentietur opus oliuæ, quoniam multi volunt aliis
misereri atq; succurrere, & propriis non miserentur, neq; subueniunt animabus, quas quotidie vitiis
vulnerare non cessant, nec pœnitent, neq; emendant. Ideo in Ecclesiastico dicitur, Miserere animæ Eccl.30
tuæ placens deo. Et Christus, Quid prodest homini si vniuersum mundũ lucretur, animæ vero suæ Mat.16.
detrimentum patiatur? Charitas ergo & pietas à seipsis incipiant, & sic deriuentur ad alios. Denique
sicut in prophetis per ficum, vineam, & oliuam designatur multoties synagoga, ita in nouo testamen
to per eadẽ designatur ecclesia. Vnde & ista de synagoga possunt intelligi, quæ præsertim post Chri
sti aduentum cessauit florere, fructificare, cœpitque tunc contra Christũ mentiri, blasphemare, & fal- Mar.11.
D lere. Nam & per ficum, cui Christus antea maledixit, ita quod aruit, figurabatur tũc synagoga infertilis.
Abscindetur de ouili pecus. Ouile est ecclesia, de qua pecus abscinditur, quando per negligentiã pro-
priam vel pastoris subditus peccat atque damnatur. Vnde omni prælato præcipit Salomon in Pro- Prou. 27
uerbiis, Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera: & non erit armentũ in præ-
sepibus, id est, multitudo credentium Christi pascuis non vescetur, spiritalia alimenta & ecclesiæ sa-
cramenta debite exquirendo: sed spiritualibus præponet temporalia atque carnalia, sicut (proh do-
lor) iam videmus. His itaque sic pereuntibus, quilibet electus dicere potest, Ego autẽ in domino gau
debo, eius bonitatẽ & beneficia contemplando, eúmq; in omnibus diligendo ac venerando: & ponet
pedes meos quasi ceruorũ. i. expeditos charitatis affectus, ac feruida sancti amoris desideria mihi præ
stabit, quibus non solũ ambulem, sed insuper curram viam mandatorũ cælestium, hostibúsque salutis
meæ præualeã. Hoc conuenit cuilibet idoneo pugnatori ac militi Christi, qui cũ Psalmista dicere po Psal.118
test deo, Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorum. Cæterorum moralitas seu mysticus intellectus, Psalm.17
euidens est ex præinductis. In solo igitur domino sit amor, fortitudo, spes, & gaudium nostrum.

¶ ORATIO ex cantico Abacuc.

*Insinua domine menti nostræ maiestatem uerborum tuorum, anticipa nos misericordia tua priusquam zelus iræ deseuiat, ut mirabilia tua iudicia, effectus tuæ iustitiæ, ordinem creaturarum, gubernationem uniuersi, miracula quæ à*

*principio mundi feciſti, dona gratiarum, hominum diſpoſitionem, filii tui dignationem incarnationem & paßionem con* E
*ſiderantes atque amantes, & in deo Ieſu noſtro exultantes, propitiationem tuam cum peccatorum uenia & ſempiterna*
*gloria conſequamur. Per eundem.*

# COMMENTARIVS IN CANTICVM MOSI. Deuteron. XXXII. Cap.

## ARGVMENTVM AVTHORIS.

Deut. 31. EXcellentia, ſententioſitas ac profunditas cantici huius innoteſcunt ex hoc, quod in libr. Deu-
teronomii diſſeruit dominus de cantico iſto dicens, Nunc itaque ſcribite vobis canticũ iſtud,
& docete illud filios Iſrael, vt memoriter teneant, & ore decantent, & ſit mihi canticum iſtud
pro teſtimonio inter filios Iſrael. Cúmque inuenerint eos mala multa, reſpondebit eis canticũ iſtud
pro teſtimonio quod nulla delebit obliuio ex ore ſeminis tui. Itaque S. Moſes de rebus ſublimibus lo
cuturus, atque ad ſuam doctrinam attentos nos facere volens, ita exorſus eſt.

## EXPOSITIO literalis cantici, Audite cæli quæ loquor.

F

Deut. 31. AVDITE cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.] Simili modo Eſaias
Eſaiæ. 1. in exordio libri ſermonum ſuorum ac viſionum, Audite (inquit) cæli, & auri-
Ierem. 2. bus percipe terra, quoniã dominus locutus eſt. Ieremias quoque, Obſtupeſcite,
Deut. 31. ait, cæli ſuper hoc. Porro in libr. Deuterono. Moſes dixit, Inuocabo contra eos
cælum & terram, idcirco quòd ait, Audite cæli quæ loquor, &c. eſt inuocatio
cæli & terræ in teſtimonium contra iniquos, hoc eſt, aſſumptio cæli & terræ in
teſtes, ſeu ad teſtificandum quòd vera ſint iſta, & quòd Moſes hæc ipſa prænun
ciauerit populo ſibi commiſſo, præauiſando, increpando, admonendo, inſtruẽ-
doque eos: ſicque ſuum adimplens officium, quòd ſibi imputari non valeat ſubuerſio populi ac rui-
na. At vero apud Eſaiam & Ierem. per cælos qui ibi & hic ad audiendum, teſtificandum, & obſtupe-
ſcendum inuitantur (ſecundum Hieronymum, Haymonem, Bedam & alios) intelliguntur habita-
tores cælorum, ciues cæli empyrei, & ſpecialiter angeli ſancti, qui in diuino iudicio teſtimonium pro
bonis hominibus perhibebunt: imò & contra malos: iuxta quod ſcriptum eſt, Aduocabit cælũ deſur-
Pſal. 49 ſum, & terram diſcernere populum ſuum. Per terram vero genus humanum, præſertim electi homi-
nes intelliguntur, qui coram deo ſeinuicem iuuant, & de cognitis ſibi teſtantur, ac in iudicio iudica-
bunt cum Chriſto per aſſeſſoriam dignitatem, & approbationem diuinæ ſententiæ. Inſuper non pe-
nitus eadem ex cauſa Moſes & prophetæ in teſtimonium vocant ac ſumunt cælum & terram, id eſt, G
angelos & homines. Angeli nanque inuitantur ad hoc, non vt informentur, aut quia indigeant ho-
minum verba audire, vel teſtari pro eis: homines vero vt inſtruantur, & quia neceſſe eſt eis verba
prophetarum audire, poſſunt quoque per cælum & terram ſecundum Gloſſam hiſtoriámque Scho-
laſticam, intelligi cæleſtia corpora & elemẽta. Gloſſa etenim ait, In principio cantici Moſes maxima
elementa in teſtimonium vocat, vt ſi homines mandata dei neglexerint, illorũ teſtimonio conuincan
Petrus tur & puniantur conuicti. Et magiſter in hiſtoriis in perſona Moſi loquitur, Quia in teſtimoniũ hu-
Com. hi- ius rei deeſt mihi proteſtatio hominum: aut inutile eſſet, quia mortales ſunt, immortalia elementa in
ſtor. libr. teſtimonium inuoco. Circa quæ verba quæritur primo, qualiter corporibus cæleſtibus & elementis
Deutero. competit teſtimonium exhibere. Secundo quomodo cœlum dicatur elementum. Tertio quomodo
cap. 18. cælum & terra dicantur immortalia elementa. Ad primum dicendum, quòd cælum & terra dicun-
tur teſtimonium dare hominibus, ſicut dicuntur deum benedicere ac laudare, non formaliter, ſed
occaſionaliter ac materialiter. Nam ſicut conſiderantibus ea, dant occaſionem & materiam laudan-
di benedicendíque deum, ſic dant occaſionem teſtificandi quàm inuiolabiliter vera ſint verba crea-
toris eorum, & quàm impie agant qui dei præceptis inobedientes exiſtunt. Rurſus per hoc teſtimo-
nium perhibent veritati contra iniquos, quia ſunt inſtrumenta diuinæ iuſtitiæ ad vlciſcendum pecca
ta illorum. Quod faciendo, oſtendunt quàm vera ſint dei verba, & quàm iuſta eius mandata, & quàm
Sapiẽ. 5 enormia ſint hominum ſcelera. Hinc ſcriptum eſt in libro Sapientiæ, Armabit creaturam ad vltio-
Sapiẽ. 16 nem inimicorum, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Et rurſus in eodem, Creatu- H
ra tua tibi factori deſeruiens, exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & lenior fit ad benefacien
dum pro his qui in te confidunt. Sic demum dicuntur obſtupeſcere ſuper peruerſitatibus hominum,
Ierem. 2. quoniam contemplantibus cæleſtia corpora ac elemẽta, innoteſcit infinita creatoris maieſtas, ex qua
conſideratione mox oritur admiratio ſapienti, quòd homines audent tanti principis violare præce-
pta. Hinc ait Hieronymus, Cælum videns dei præcepta calcari inhorreſcit, & ſtuporem diſsimulare
non poteſt. Ad ſecundũ dicendum, ꝙ cælũ dicitur elementum, nomen elementi improprie & extenſe
ſumendo, inquantũ eſt ſimplex corpus & principium aliorũ, cum quibus tamen cõpoſitionem nõ in-
trat. Ad tertiũ reſpondendũ, ꝙ cælum & terra dicuntur immortalia elementa .i. incorruptibilia. Cæ-
lum quippe, quantũ ad ſuam ſubſtantiam, corrũpi non poteſt: terra vero (ſicut & cætera tria elemen
ta) quamuis quo ad partes ſuas poſsit corrumpi, quia habet contrarium, non tamen quo ad ſe totam,
Eccleſ. 1. iuxta illud Eccleſiaſtici, Generatio præterit, & generatio aduenit, terra vero in æternum ſtat. Verũ
(vt recitat Auguſtinus) quidam cælũ & terram quaſi inanimata ad audiendum prouocari putant, ſe-
Pſal. 103. cundum illud in pſalmo, Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: cum hoc dei poteſtatis ſit, non

A eorum intelligentiæ. Amplius, quidam pertranseuntes exponunt sic, Audite cæli quæ loquor, &c. ac si dicat, sicut cælum & terra sunt stabiles res, sic sermones mei sint firmi. Quæ expositio alicuius apparentiæ esset, si textus haberet, fiant, vel sint vt cælum sermones mei, & vt terra verba oris mei. Veruntamen expositio & comparatio ista videtur impropria, cum dicat Saluator, Cælũ & terra transibunt, verba autem mea non transient. Præterea cantici huius materia est excellentia & beneficentia dei, exhortatio & increpatio populi, ingratitudo atque peruersitas eius, & magnorũ introductio mysteriorum. Hinc Lira hic scribit, Hoc loco describitur exhortatio plebis ad perseuerandum in lege & diuinis præceptis. Sed contra hoc loquitur Rabbi Paulus, Cãticum istud non est exhortatorium, sed Rab. Pau.
mere propheticum, nec in ipso ponuntur aliqua monitoria verba. Quod nõ censetur rite prolatum, cum exordium huius cantici sit exhortatorium magis quàm prophetale, cũ dicitur, Audite cæli quæ loquor, audiat terra, &c. Et infra, Memento dierũ antiquorũ. Nec est inconueniens eadem verba esse exhortatoria atque prophetica, vt cũ dicitur apud Esaiam, Descende, sede in puluere filia Babylon. Esa. 47
Et apud Zachariam, Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & Zach. 6.
saluator. Iterum Rabbi Paulus ait, Ea quæ hic præuaticinantur, tempore Esaiæ ad executionem pro- Rab. Pau.
cedere inceperunt. Ad quod dico, quòd statim tempore Iudicum cœperunt impleri quæ in isto cantico prædicuntur de Iudæorum plagatione propter eorũ facinora. ¶ (2) CONCRESCAT vt plu-

B uia doctrina mea] id est, quemadmodum pluuia augetur & crescit in terra ex nubium resolutione, sic mea doctrina in cordibus audientium augmentetur, & inualescat ex superba infusione. Vel sic, Concrescat vt pluuia doctrina mea, hoc est, sicut pluuia terram fœcũdat, sic mea doctrina mentes audientium efficiat fructuosas, quatenus ex semine verbi cælestis procedant in fructus virtutum: iuxta id Esaiæ, Quomodo descendit imber de cælo, & inebriat terram, & germinare eam facit, sic erit verbũ Esaiæ. 55
quod egredietur de ore meo. [FLVAT vt ros eloquium meum] id est, sermo meus fructuose ac dulciter recipiatur, sicut rorem suscipit tellus. ¶ (3) QVASI imber super herbam, & quasi stillæ super gramina] id est, sicut imber seu humor pluuialis diffunditur super herbas: & facit eas virere ac multiplicari, & sicut stillicidia influunt graminibus decorem & vbertatem: sic verba mea audientium animas ornent virtutibus bonisque actibus faciant eas florere. Et sicut pluuia velociter funditur, & longe ac late se spargit: sic prædicatio mea ab audientium cordibus celeriter accipiatur, & de vno emanet in alium, & multis communicetur. Vnde & Apostolus ait, Sermo dei currat & fructificet 2. Thes. 3.
sicut in vobis. Et Psalmista, Velociter currit sermo eius. [QVIA nomẽ domini inuocabo] id est, deũ Psal. 145.
exorabo vt dignetur assistere: ideo confidenter opto & hortor verba mea sic recipi ac taliter fructificare, quia omnipotens deus per gratiam suam hoc potest conferre, & vt cõferat oro. Consequenter in laudem dei deuote prorumpit, & volens populi peruersitatem ingratitudinémque monstrare, bo-

C nitatem, maiestatem, ac magnificentiam dei prætangit. ¶ (4) DATE magnificẽtiam deo nostro.] Magnificentia dicitur quasi magnæ rei seu magnorum effectuum efficiẽtia, id est, vis effectiua rerum sublimium. Itaq; date magnificentiam deo nostro, id est, omnipotentiam omnisque clari effectus efficientiam vero deo asscribite. Subest etenim ei cum voluerit posse, qui vocat ea que non sunt tan- Sap. 12.
quam sint, & omnia quæcunque voluit fecit in toto vniuerso, à quo omne datum optimum & donũ Roma. 4
perfectum est. Ideo omne bonum & quicquid præclarũ est, attribuendum est ei. [DEI perfecta sunt Psal. 134.
opera] Si perfecta sunt opera dei, cur & qualiter inuenitur imperfectio tanta in creaturis? Et respon Iacobi. 1.
dendum, quòd vnumquodque in sua specie, & quantum ad suum substantiale perfectũ est, quia species rerum consistunt in indiuisibili, quia se habent vt numeri, in quibus quęcunque vnitatis additio siue subtractio variat speciem. Itaque vnumquodque habet quod ad suam specificam requiritur rationem, atque essentialem perfectionem. In accidentalibus autem oportet perficere. Rursus dei perfecta sunt opera, quia & si vnumquodque secundum se sumptum videatur imperfectum, omnia tamen simul accepta sicut sunt valde bona, ita & valde præclara atque perfecta, quia seinuicem iuuant, ornant, perficiunt, sicut in Genesi scriptum est, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant val- Gene. 1.
dè bona. Itémque, Perfecti sunt cæli & terra & omnis ornatus eorum. Nam & ipse pulcherrimus Gene. 2.
eorum ordo, grandis perfectio rerum est, & vniuersa venustat: quemadmodum in exercitu vnus-

D quisque per se quandam habet imbecillitatem fortitudinémque minorem, sed omnes simul sunt valde fortes, atque ex mutua condecenti coordinatione præcipuum sortiuntur vigorem & mirum decorem. Hinc quoque secundum Philosophum totum vniuersum comparatur ad primum principium, sicut exercitus ad regem seu principem. Et Plato ait, quòd mundus incomparabili pulchritudine decoratur. Et denuo, Optimi (inquit) ac perfecti opificis erat optima adducere, & opus perfectum producere. [ET OMNES viæ eius iudicia.] Viæ dei quandoque vocantur perfectiones & attributa ipsius in seipso, per quas procedit in actum ad causandum in creaturis. Vnde fertur in psal- Psal. 24
mo, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et rursus, Duo hæc audiui, quia potestas dei est, & Psalm. 61
tibi domine misericordia. Itémque: omnia in sapientia fecisti. Quod si quæratur, cum perfectio Psal. 103.
dei sit ipsemet deus, pure simplex, & infinite perfectus, quomodo perfectio dei dicatur via, cum deus sit omnium vltimus finis, & via sit medium quoddam ad finem? Respondetur, quòd secundum modum & ordinem nostræ apprehensionis inter deum agentem & eius effectum, potentia, sapientia, misericordia, iustitia & voluntas eius accipiuntur quasi formalia quædam agendi principia, & ita sunt quasi medium inter deum & creaturam. Hinc de eo ait Boethius,

Principium, vector, dux, semita, terminus idem. Boethius

Hæ itaque increatæ viæ, quæ realiter idem sunt, sicut & attributa perfectionésque dei, hæ inquam viæ sunt iudicia, id est, iudiciales seu discretæ, quia in omnibus prudentissime ac sapientissime agunt.

Præterea viæ dei sunt eius præcepta, consilia, documenta, quæ omnia sunt iudicia censura discre- B
tionis ornata. Iudicium nanque frequenter pro discretione accipitur. Vnde in primo suo aduen-
Iohan. 12 tu dixit Saluator, Nunc iudicium est mundi. Iterum viæ dei sunt operationes ac gesta, leges ac iura
Psal. 144 ipsius, quæ omnia iusta sunt & discreta: iuxta id psalmi, Iustus dominus in omnibus viis suis. Vnde in
Apoc. 17 Apocalypsi dicitur, Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens, iustæ & veræ sunt
Ibidem. viæ tuæ rex sanctorum. Et rursus, Etiam domine deus omnipotens, iusta & vera iudicia. Præterea
quæri potest quomodo omnes viæ dei sint iustæ, & iustus dominus in omnibus viis atq; iudiciis suis,
cum dictum sit, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, imò cum scriptum sit in Canonica Ia-
Psal. 144 cobi, Superexaltat autem misericordia iudicium. Atque in libro psalmorum, Miserationes eius super
Iacobi. 2. omnia opera eius. Dicendum quòd deus in vita præsenti tanquam in itinere & exilio specialiter ex-
hibet misericordiam, in iudicio vero tam particulari quàm generali specialiter suam monstrabit iusti-
tiam. Cum vero omnes viæ dei dicuntur iustæ, & iustus dominus in cunctis operibus suis, iustitia su-
mitur extense, pro condecentia quadam, qua decet deum sic agere sicut agit. Nam & ipse tam bonus,
pius, amorosus ac liberalis consistit, vt deceat eum etiam indignis, ingratis ac impiis misereri, & bo-
na pro malis largiri. ℂ (5) DEVS fidelis] quia verax in verbis, & promissa integre implens, fons
totius fidelitatis & fidei author, & omnia opera eius in fide. De quo Psalmista, Fidelis dominus in o-
mnibus viis suis [ET absque vlla iniquitate] cum ipse sit bonitas pura & primum ens, mensura, cau- F
Sapię. 12. sa, ac regula totius virtutis, sanctitatis ac æquitatis. Vnde in libr. Sapien. legitur, Cũ sis iustus, omnia
Iob. 34 iuste disponis, Virtus enim tua iustitiæ initium est. In libr. Iob quoque, Absit a deo impietas, & ab o-
Mat. 20. mnipotente iniquitas. Ideo in euangel. ait, An non licet mihi quod volo facere? quasi dicat vtique.
Siquidem eo ipso quo placet deo quid, bonum & iustum est. [IVSTVS & rectus.] Forte quis instet
dicens, Si iustus est deus, cur potius vnum prędestinauit, elegit, vocat & saluat quàm alium? Cur fre-
quenter deserit iustos, permittens eos cadere ac perire, & allicit sibi iustos? Cur sæpe conuertit peio-
Exod. 33 res & deserit meliores? Cur vnum sic præuenit magis quàm alium? intantum vt protestetur, Mise-
rebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Denique iustus est qui vnicuique reddit
quod ei debetur. Deus vero nulli est debitor. Et respondendum quòd deo competit non commu-
tatiua, sed distributiua iustitia, quia vnicuique dat quod meretur, & vnicuique influit gratiæ dona se-
cundum quod se disponit. Dat etiam vnicuique secundum propriam virtutem, capacitatem seu di-
Mat. 25 gnitatem, nec personarum acceptor est. Rursus deus dicitur iustus, quia in omnibus agit vt eum de-
Mat. 22. cet, & prout eius sapientia dictat. Hinc Anselmus loquitur deo, Cum punis malos iustum est, quia il-
Roma. 1. lorum meritis congruit: & dum parcis malis iustum est, quia bonitatem tuam decet. Quamuis autem
Galat. 2 absolute loquendo ac proprie deus non sit hominibus debitor, tamen quodammodo debitor iustis
Ephe. 9 est, inquantum bene agentibus remunerationem promisit, & cum id facere deceat, iuxta illud in lib.
Col. 3. Iob, Opus hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. Hinc Thomas in 1. parte, quęst. 21. G
Act. 10. disseruit, Opus iustitiæ dei semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur, quoniam quic-
Iacob. 1. quid virtutis aut meriti, quicquid boni aut debiti reperitur in creaturis, ex diuina pietate originaliter
Iob. 34 datum est, cuius dona sunt merita nostra [PECCAVERVNT ei] id est, ad irreuerentiam dei man-
data eius transgrediendo [NVM filii eius in sordibus] id est, praui filii Israel, qui peccando à deo pa
Malach. 1 tre degenerauerunt, & ipsum inhonorando demeruerunt appellari filii eius. Vnde per Malachiam
dominus loquitur, Filius honorat patrem suũ. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Et quod
dictum est: in sordibus, potest referri ad verbum hoc, peccauerunt, quia in immunditiis, præsertim
in idololatriis suis dominum offenderunt. In scripturis autem tam idola, quàm cultus eorum sordes
vocantur. Potest item referri ad id, non filii eius, quoniam immunditia vitiorum est ratio, ob quam
non sunt filii dei, præsertim vero per infidelitatem seu incredulitatem merentur homines non esse,
Galat. 3. nec dici filii dei, cum Galat. dicat Apostolus, Omnes vos filii dei estis per fidem. Et apud Iohan. ha-
Iohan. 1. betur, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Porro Septuaginta tran
stulerunt, peccauerunt non ei filii vituperabiles. Et hoc verum quantum ad hoc quòd peccando no-
Iob. 35. cuerunt sibiipsis, non deo, iuxta quod legitur in libro Iob, Si peccaueris, quid deo nocebis: & si iuste
egeris, quid ei donabis? ℂ (6) GENERATIO praua] in effectu [ATQVE peruersa] in affectu.
Praua quoque in sensualitate, & peruersa in superiore parte animæ. Praua per errorem ac perfidiam
intellectus, peruersa per infectionem affectus. [HAECCINE] id est, an hæc? quasi dicat, merito
ista non faceres. Hæccine inquam [REDDIS DOMINO popule stulte & insipiens] id est, tantas H
iniurias & offensas deo rependis pro beneficiis eius, & pro reuerentia quæ ei propter propriam suã
maiestatem ac honorabilitatem debetur, tu Israelitica gens stulta non cognoscendo teipsam, nec be-
ne vtendo rebus creatis, atque insipiens male sentiendo de creatore? ℂ (7) NVNQVID non
ipse est pater tuus?] Iam dictum est quòd impii non sint filii dei, sed magis diaboli, quibus ait Salua-
Iohan. 8. tor, Vos ex patre diabolo estis. Quomodo ergo nunc dicitur eis, Nunquid non ipse est pater tuus?
Et respondendum, quòd impii sunt filii dei iure creationis, non autem gratia adoptionis, impii ve-
ro ad tempus, & tamen electi ad vitam gloriæ sunt filii dei per prædestinationem æternam. Itaque
ipse est pater tuus [QVI POSSEDIT te] per fidem & gratiam quandiu ei seruisti. Vel possedit te,
iure sui dominii vniuersalis, quoniam ipse est omnium dominus, etiam iniquorum de iure, & si
non de facto: imò & de facto, quantum ad hoc quòd ei resistere nequeunt, & suam in eis dum vult
Ezec. 23. voluntatem exercent. Vnde de Olla & Oliba per Ezechielem testatur, Et habui eas. Vel, posse-
dit te, conseruando te in esse quandiu subsistis, sine cuius manutenentia nec ad momentum posses
subsistere. [ET fecit & creauit te.] Fecit te, corpus formando: creauit, animam de nihilo producen-

A do. Vel fecit te, per causas secundas quantum ad corpus. Nam opus naturæ, & quicquid parentes
ad procreandum efficiunt, atque cœlestia corpora influunt, est principaliter opus dei. Quod S. Iob
insinuans loquitur deo, Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totum in circuitu. Nonne sicut
lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Et creauit te, quia non solum condidit animam, sed &
in exordio mundi ipsam materiam. At vero in his verbis secundum Glossam est ordo præposterus.
Primo enim deus creauit producendo vt esset, secundo fecit formando, tertio possedit dominando.
Veruntamen corpus formatur antequam anima creetur. ❡ (8) MEMENTO dierum antiquorũ]
id est, ea quę ab exordio mundi contigerunt ad memoriam reuoca, præsertim qualiter ex antiquis,
id est, diu elapsis diebus deus misericordissime & gratiosissime egit cum sanctis patribus tuis Abra-
ham, Isaac & Iacob, ex quibus cognoscere poteris quàm vere ipse sit pater, creator, formator, pos-
sessorque tuus. Sic & Psalmogra. ait, Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus ope Psal. 142.
ribus tuis. Et Esaias sanctus deo fatetur, Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum: & fi- Esa. 62.
ctor noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos. [COGITA GENERATIONES singu-
las] quarum in scripturis redactæ sunt, aut aliunde tibi patescunt. Præsertim attende generationes
descendentes de Abraham, Isaac, & Iacob, qualiter vnum filiorum Isaac & eius posteritatem, ma- Gen. 16
gis q̃ Ismaelem ac semen ipsius. Deinde qualiter vnum filiorum Isaac, scilicet ipsum Iacob elegit, fra
B tre eius relicto: & qualiter vniuersos filios Iacob elegerit, & posteritates eorum vsque in præsens Gen. 26
præ cæteris gentibus sibi assumpserit in populum peculiarem, sicut in Deuteronomio dicitur, Pa- Deut. 10.
tribus tuis conglutinatus est dominus, & elegit eos, amauitque semen eorum post eos. Hæc memo-
riter reuoluendo, scies quàm gratiose ac munificenter dominus egerit cum patribus tuis tecúmque.
❡ (9) INTERROGA patrem tuum] & antecessores tuos fideles, eorum scripta & gesta inuesti-
gando. [ET ANNVNCIABIT tibi] veritatem de his. Pater enim notam faciet filiis veritatem, Esaiæ. 38
& in antiquis est sapientia. Interroga quoque [MAIORES tuos] puta doctores legis, seniores ple- Iob. 12.
bis, sacerdotes atque prælatos, [ET DICENT tibi] quàm pie & liberaliter dominus egerit cum
primogenitoribus tuis, & tecum, quod etiam constat ex eo quod subditur. ❡ (10) QVANDO di-
uidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam] quod post diluuium in constructione tur- Gen. 11.
ris Babylonicæ contigit. Nam vsque ad tempus illud posteri Noe erant quasi plebs vna, vel non
multum ab inuicem diuisa habitatione atque dominio. Sed in ipsa turris ædificatione loquelæ sunt
multiplicatæ, & qui eiusdem loquelæ effecti sunt, simul manserunt, & gens vna fuerunt. Verum-
tamen ante turris inceptionem, diuisæ erant posteritates ac familiæ natæ ex tribus filiis Noe, quem-
admodum in libr. Geneseos scriptum est, quo inter cætera legitur, Hæ familiæ Noe iuxta populos & Gen. 10
nationes suas, & ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium, imò secundum Isidorum histo- Isidorus,
C riámque Scholasticam, ante turris inchoationem, ex tribus filiis Noe fuerunt natæ septuagintaduæ Petrus
gentes siue familiæ, videlicet quindecim de Iaphet, triginta de Cham, vigintiseptem de Sem. Attra- Com hi-
meo Augustinus 16. de Ciuitate dei, computat de Cham generationes trigintaunam, & per conse- sto. libr.
quens in toto generationes septuagintatres. Postea vero fatetur quòd verius numerarentur septua- Genes.
gintaduæ duntaxat. In ipsa autem turris fabricatione, deus operantibus existentibúsque ibidem, no cap. 37.
uas indidit linguas. Quod qualiter factum sit, difficile est intelligere ac docere, secũdum quod 16. de
Ciuitate dei asserit Augustinus, Per linguas diuisæ sunt sicut placuit deo, qui hoc modis occultis no-
bisque incõprehensibilibus fecit. Facta itaque idiomatum plurificatione, diuisit altissimus septuagin-
taduas gentes illas per diuersa climata orbis, & separauit filios Adæ natos per Noe & filios eius ab-
inuicem, loquela, habitatione, dominio, quemadmodum in Genesi legitur, Inde dispersit eos domi- Gen. 11.
nus super faciem cunctarum regionum. ❡ (11) CONSTITVIT terminos populorum iuxta nu-
merum filiorum Israel.] Hoc in Glossa Interlineari exponitur sic, Tot constituit dominus singulas
gentes, quot erant singulę personæ in populo Israel, vel quot ingressæ sunt AEgyptũ, id est, septua-
ginta. Vnde & alii dicunt, Termini populorum seu populi distincti, sunt secundum septuaginta lin-
guas, iuxta numerum filiorum Israel, qui intrauerunt AEgyptum cum Iacob, qui erant septuaginta:
iuxta illud Geneseos, Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt AEgyptũ, fuerunt septuagin- Gen. 46
D ta. Atque secundũ hoc fuerunt septuaginta populi distincti secundũ diuersas linguas. Itaq; constituit
terminos populorũ, id est, prefata linguarũ confusione ac multiplicatione distinxit Gentes, & eas nu
merauit, earúmq; terminos. i. seu habitationes, aut certã quotam posuit iuxta numerũ filiorum Israel,
qui cum Iacob introierunt AEgyptũ. Verum huic expositioni aliqua obuiare videntur. Primũ, quia
(secundum August. 16. de ciuitate dei) ex tribus filiis Noe, septuagintaduæ gentes ac totidem linguæ
per terras esse cœperunt. Et addit, Quæ gentes crescendo etiã insulas impleuerunt, & auctus est nu-
merus gentiũ multo amplius quàm linguarum. Nam & in Aphrica nouimus barbaras multas natio-
nes esse in vna lingua. Secundũ, qm̃ in Genesi habetur, Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob Gen. 46.
in AEgyptũ, & egressæ de fœmore eius, fuerunt sexagintasex. Tertium, quoniã septuaginta transtule
runt, Omnes animæ domus Iacob fuerunt septuagintaquinque. Quam translationẽ reprehendi non
posse, constat ex eo quod legitur in Actis, vbi Lucas euangelista refert sic verba beati protomartyris Act. 7.
Stephani, Mittens Ioseph, accersiuit patrem suum in animabus septuagintaquinque. Ad hæc posset
quis dicere, ꝙ scriptura non solet cõputare aut exprimere minutias numerorũ aut temporum. Porro
dum septuaginta animæ, seu personæ domus Iacob dicũtur AEgyptũ intrasse, cõputantur & Ioseph
& filiĩ eius. Nam Ioseph illuc intrauit, & duo filii eius ibi nascendo, ingressi sunt terram illã. Cõputa
tio demũ Septuaginta interpretũ intelligenda est secundũ Hierony. per prolepsim. i. anticipationem,
ita ꝙ numerant etiam quinque filios filiorum Ioseph. Præterea S. Gregorius antiqua vteos transla-

tione,Statuit inquit numeros gentium iuxta numerũ angelorum dei.Vbi scriptura videtur significa- E
re,ministeria angelorum ordinata esse super singulas gentes vel homines, quibus homines regantur
& defendantur.Superna enim ciuitas dei ex angelis & hominibus constat. Ad quam tanti conscen-
dunt hominum,quanti illic remanserunt angelorum.Hæc Gregorius. Alii autem dixerunt quod tot
homines saluabuntur,quod angeli corruerunt: quod Anselmus in libro,Cur deus homo,reprobat sa
tis.Homines quippe non sunt facti solum ad reparandũ ruinam angelicam: quia etsi angeli non pec-
cassent,nihilominus homines facti essent,quanuis forsitan in numero tanto.Fuerunt quoque quidam
dicentes, quod tot homines saluabuntur, quot angeli corruerunt: & vltra hoc, quot angeli stantes
manserunt. Vel secundũ alios, quot angeli erant in exordio conditi:sicque de isto non videtur certi-
tudo haberi.Hinc Thomas in prima parte Summæ suæ quæstio. 25.ait, Melius dicitur quod soli deo
cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Postremo secundũ magistrum in hi-
storiis,Hebræi sic legunt,Constituit dominus terminos populorũ:sed terminos filiorũ Israel consti-
tuit iuxta numerum:quasi dicatur,Israelem tanquam charum dominus numerauit:alios tanquam vi-
les,numero non distinxit. ¶ (12) PARS autem domini populus eius] id est, electus & fidelis po-
pulus fuit pars dei:quod pro tempore illo accipitur de populo Iudæorum,quem deus sibi assumpsit
ac dedicauit,cæteris ad idololatriã corruentibus.Ideo subditur [IACOB funiculus hæreditatis eius]
id est,Israelitica plebs orta ex Iacob,fuit hæreditaria portio dei,seu peculiaris & hęreditarius popu- F
lus eius quantum ad electos plebis illius:quoniam erant adoptiui filii dei. ¶ (12) INVENIT eum
Deut.7 in terra deserta] Deus populum istum in solitudine visitauit & repperit,nõ à casu, sed ab idololatris
Exod.13. AEgyptiis segregauit,vt eum in eremo sibi arctius ac familiarius applicaret per legis donationem,ac
aliis modis [IN loco horroris & vastæ solitudinis] Quoniam eremus illa inter AEgyptum & Cha-
naan sita fuit solo aspectu terribilis atque prægrandis:in qua erat dipsas & serpens flatu adurens.
Deut.8. ¶ (14) CIRCVNDVXIT eum] id est,populum Israel deus per varia deserti loca,hinc inde dedu
xit [ET docuit] populum illum per Mosen & alios adiutores ipsius in regimine populi,& per inspi
rationes angelicas, per prospera quoque & aduersa, & per supernaturales effectus [ET custodiuit
quasi pupillam oculi sui] id est, deus Israeliticum populum cum speciali diligentia custodiuit, dire-
Exod.13. xit,protexit. Nam & nubes eis cõtra solis æstum obumbrauit, ducatúmque præbuit. Ab infidelium
etiam impugnatione eripuit eos:sicque sicut pupilla oculi præ cæteris membris diligenter protegi-
tur,sic populum illum præ aliis dominus specialiter gubernauit, & à diuersis præseruauit periculis.
¶ (15) SICVT aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans] Quemadmodũ
in glossa habetur, aquila videns pullos suos plumescere,vertit eos ad solis splendorem,& eos nutrit
quos videt solem irreuerberata acie intueri. Quos vero conspicit visum deflectere, quasi degeneres
deserit.Cúmque pullos approbatos plumescere viderit,excitat eos ad volandum, alis suis eos percu
tiendo:lassos vero & deficientes, alis sustentat. ¶ (16) EXPANDIT alas suas & assumpsit eos, G
atque portauit in humeris suis] Quia dum cupit suos trãsferre pullos ad alium locum, accipit ipsos
super humerum suum,& sic defert eosdem quasi non metuens à superiori parte periculum,tanquam
omnibus auibus altius volans,sed à parte inferiori ne iacula emittantur: contra quorum læsionem,
exponit seipsam pro suorum defensione pullorum. itaque quam diligenter & amorose se aquila ha-
bet ad suos pullos tam diligenter & amorose,imò multo amplius, deus se habuit ad filios Israel, ad-
monens eos ad spiritalem profectum,ad contemplationis volatum,& super ipsos nubem suam exten
dens:alis quoque suæ pietatis ac potestatis, suæ prouidentiæ & charitatis ipsos defendens, eos pie
Deut.1. ac paterne portauit,sicut in libro Deuter.fertur, Portauit te dominus deus tuus, sicut portare solet
homo paruulum filiũ suum. ¶ (17) DOMINVS solus dux eius fuit] id est, solus verus deus per an-
Exod.19 gelum suũ & nubem,atq; per Mosen & Aaron,eduxit populum Israel de AEgypto,& per eremũ du
Exod.32 xit [ET non erat cum eo deus alienus] id est, populus iste in via solitudinis alienos non coluit deos,
Num.23 quanuis quidã ad modicum tempus venerati sint aureũ vitulũ.Hinc in lib.Num. Balaham dixit, Nõ
est idolũ in Iacob,nec auguriũ in Israel.dñs deus eius cum eo est,& clangor victoriæ regis in illo est.
Amos.3 Dñs deus eduxit eũ de AEgypto.Sed his obiici potest quod per Amos loquitur deus, Nunquid ho-
stiam & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?Et portastis tabernacu-
Act.7. lum Moloch regi vestro,& imaginẽ idolorũ vestrorum. Vnde in Actis sanctissimus martyrũ primice
rius Stephanus ait,Conuertit autẽ deus & tradidit eos seruire militiæ cæli,sicut scriptum est in libro
prophetarũ,Nunquid hostias aut victimas obtulistis mihi in deserto?&c. Denique sanctus Hierony. H
Amos.5 scribit super præallegatũ Amos prophetam,Ex hoc discimus loco,omnes hostias & sacrificia quę in
deserto obtulit Israel,non deo obtulisse sed Moloch regi suo .i. Lucifero seu stellæ matutinæ. Glossa
Exod.32 quoque ibidẽ ex verbis sancti ait Hieronymi,Ex quo tempore factũ est caput vituli aurei in deserto,
omnia quæ fecerunt aut obtulerunt filii Israel,non deo sed idolis fecisse monstrãtur. Quod si legun
tur postea deo aliqua obtulisse,non voluntate sed metu offerebant pœnarum. Dominus autem non
Amos.5 tam ea quæ offeruntur,quam offerentium intuetur ac suspicit voluntatem.Ad ista super Amos & su-
Act.7. per Actus apostolorum respondit:ideo breuitati studens, illuc mitto lectorem. ¶ (18) CONSTI-
TVIT eum super excelsam terram]id est,Israeliticam plebem deus collocauit in terra promissionis,
quæ terra est pars Syriæ Palæstinæ. Est autem terra illa montosa altiorq; AEgypto ac circumiacẽti
bus regnis:imò vt tangit glossa,aliqui ferunt ibi esse verticem terrę quasi vmbilicũ. Nam & medium
terræ ibi esse putatur.Cúmq; terra ad sphæricam tendat rotunditatem, vt in tractatu de Sphæra do
cetur,apparet quod ibi sit vertex terræ.Veruntamen paradisus terrestris altior perhibetur [VT come
deret fructus agrorũ] id est,terrænascentia telluris illius vberrimę. ¶ (19) VT sugeret mel de petra

A oleúmque de saxo durissimo.] Istud secundũ Gregorium ad literam stare non potest: quoniam populus ille nusquam legitur mel suxisse de petra, aut oleum de firma petra, vt habet trãslatio alia: & verũ est quod (prout verba superficietenus sonant) nullum horum ad literam sit impletum. Nihilominus potest exponi ad literam ita, quod per verba hæc fertilitas terræ illius significatur, vt sit sensus: vt populus ille sugeret, in terra promissionis mel de petra, id est, de locis saxeis & petrosis cauernis acciperet mella & ederet: quia in locis talibus atque in arboribus inibi sitis, mellificãt apes. Hine primo Regum libro legitur, Ingressus est populus saltum, & apparuit fluẽs mel. Exteoditque Ionathan summitatem virgæ, & intinxit in fauum mellis, & conuertit ad os suum. In libro quoque Iudicũ scriptum est, Examen apum in ore leonis erat, & fauus mellis. Oleumque de saxo durissimo, id est, de locis atque arboribus oliuarum quæ inter saxeas terras ibi nascuntur. In vasculis quoque lapideis mel & oleum solent seruari & inde sumi: sicque de petra, id est, vase lapideo mel suxerũt, & oleum de saxo durissimo, id est, huiuscemodi vasculo solidissimo. Sumeret quoque. ℂ(20) BVTYRVM de armento].i. ex fructu & pinguedine lactis vaccarum pertinentiũ ad pecorum gregem [ET lac de ouibus cũ adipe agnorum & arietum filiorum Basan] Filii nanq; & habitatores regionis Basan aboodabãt pecoribus, quia pascualis extitit regio illa: & interfecto Og rege, filii Israel acquisiuerũt oues, arietes, ac cætera terræ illius iumenta, sicut ex diuersis libri Numerorum capitulis innotescit. ℂ(21) ET hircos cum medul- 1.Reg.14 Iudic.14. Num.13.

B la tritici] Nam in terra illa abundabant hœdi & capræ ae triticum optimũ, cuius medullam, id est, delicatam purgatissimámq; farinam, filiĩ Israel acceperunt, [ET sanguinem vuæ biberent meracissimũ] id est, defecatissimum seu mundissimum vinum ex botris pressum, quod sanguis vocatur per similitudinem quam habet cum sanguine, præsertim loquendo de rubeo vino. Vinum quoque sanguinem gignit bonum, & instar sanguinis calefacit. ℂ(22) INCRASSATVS est dilectus & recalcitrauit] Hic Moses de futuro per modũ præteriti propter prophetię certitudinẽ loquens, populi abusum ingratitudinemque declarat. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. i. populus Israel à deo præ cæteris electus atque dilectus saltem quãtum ad temporalia bona impletus est beneficiis dei & opibus in terra promissionis, & inobediens ac rebellis factus est deo. Terrena enim prosperitas, opulentia rerũ, voluptas & honor fuit multis occasio pluriũ vitiorũ, præsertim superbiæ & inobedientiæ [INCRASSATVS] fertilitate terræ [IMPINGVATVS] superfluitate alimẽtorum [DILATATVS] possessionibus ac sobole. ℂ(23) DERELIQVIT deum factorẽ suum] per inobedientiã, præsertim per idololatriam [ET recessit] per mentis auersionem ac infidelitatem [A deo salutari suo] .i. in quo solo vera eius salus cõsistit: iuxta illud Ieremiæ, Vere in domino deo nostro salus Israel. ℂ(24) PROVOCAVERVNT eũ in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam cõcitauerunt] .i. in idololatriis & abominabilibus vitiis deum tam grauiter offenderũt, quod ipse inuariabilis deus omnia tranquillissime iudicãs, Ierem.3.

C per modũ vehementer irati se habuit, illos acerrime puniendo, cũ ipse improuocabilis perseueret, sicut per Ieremiã fatetur, Nunquid me ad iracundiam prouocant? Nõne semetipsos in confusione vultos sui? ℂ(24) IMMOLAVERVNT demoniis & non deo] Hoc est quod ait Apostol. Quæ immolant gentes dæmoniis immolant. Nam etsi militiæ cæli, aut hominibus mortuis quos putant consecratos in deos offerant hostias, dæmonibus offerũt eas, quibus id maxime placet, & instigaot ad talia, atque per idola dant responsa [DIIS quos ignorabant] Putant nanq; aliquid numinis seu diuinę perfectionis diuino cultu condignum esse in diis, seu spiritibus responsa præstantibus: cum tamen ita non sit, sed eo ipso quo exigunt sacrificia sibi offerri, probantur esse prauissimi ae diuini honoris sacrilege cupidi, in lib. de fide & legibus Guilielmus Parisien. probat diffuse. ℂ(26) NOVI RECENTESQVE venerunt] id est, dii nouiter instituti. Gentiles enim frequenter deos nouos instituerunt: eos videlicet qui magnum atque insolitum aliquid perpetrauerunt, aut aliquid reipublicæ vtile repperunt. Vnde vt legitur in Actis, cum Paulus viperam suæ manui appendentem excussisset in ignẽ, nec læderetur, barbari dixerunt quod esset deus. Secundo quoque Machab. libro filius Antiochi, Patre (inquit) nostro inter deos translato [QVOS NON coluerunt patres eorum.] Quod intelligi potest tam de bonis quàm de malis, ac perfidis idololatrantium patribus Iudæorum. Nam boni patres eorum prophetæ, patriarchæ & iusti nullum coluerunt alienorũ deorum. Mali vero patres coluerunt Ierem.4. 1.Cor.10. Actu.28. 2.Mac.11

D aliquos deos: aliqui tamen patrum illorum non coluerunt omnes deos recentes, quos eorum posteri adorauerũt. ℂ(27) DEVM qui te genuit] creando animam, ac vim generatiuam dando patri ac matri vt nascereris, hunc tu [DERELIQVISTI, & oblitus es domini creatoris tui] quia opere ostẽdis idololatriæ quod dereliquisti deum, nec vis reminisci eius per pœnitentiam & veram conuersionem. ℂ(28) VIDIT dominus] quia ait per Amos prophetam, Cognoui sceleravestra. Etenim oculi domini multo lucidiores super solem, circumspicientes omnes vias hominum [ET ad iracundiam] .i. distri ctam vltionẽ [CONCITATVS est] .i. iuste processit [QVIA prouocauerunt eum] iuxta sensum inductum [FILII sui ac filiæ] .i. impii vtriusque sexus qui sunt filii dei ac filiæ ratione creationis, nõ ratione adoptionis, vt dictum est plenius. ℂ(29) ET ait, abscõdam faciem meã ab eis] id est, gratiosam præsentiam, opem, cognitionem meã subtrabam eis propter eorum demerita. Vnde & Cain dixit ad dominum, Eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscõdar. Esaiæ quoq; 59. asseritur. Peccata vestra absconderunt faciem dei à vobis [ET considerabo nouissima eorum] id est, quid finaliter eis eueniet aspiciam & aliis indicabo, & quando de carne exierint, eos mox iudicabo: propter quod in libro Prouerb. testatur, Subsannabo cum vobis quod timebatis euenerit. Cum irruerit repentina calamitas. Cui Ierem. clamat, Domine cuius oculi aperti sunt super omnes vias Adam, vt reddas vnicuique secundum omnes vias suas. ℂ(30) GENERATIO enim peruersa est] id est, ingrata & improba [ET infideles filii] qui patri spirituum non obtemperant. ℂ(31) IPSI me prouocauerunt in eo qui non Amos 5. Eccle.23 Gene.4.

P v

Ierem.25 erat deus] id eſt, in falſorum cultu deorum [E T irritauerunt in vanitatibus ſuis] id eſt, idololatriis & E
aliis actibus vitioſis quæ non ſunt referibiles ad vltimum finem, ac verã ſalutem, idcirco ſunt vani &
ſtulti ſicut vana eſt medicina, quæ conferre nõ poteſt ſanitatem. ℂ(32) E T ego prouocabo eos in eo
qui non eſt populus] id eſt, tam ſuperſtitioſis vilibúſque hominibus eos ſubdam ad ſeruiendum, quod
vehementiſsime turbabuntur qui homines ob ſuam irrationabilitatem indigni erunt populus nuncu-
pari [A T in gente ſtulta] quæ ſcilicet idolorum portenta veneratur [I R R I T A B O illos] quia illarũ
ſeruituti eos ſubiiciam, ſicq; pœna correſpõdebit culpæ. Quoniam ſicut mihi per idololatriam & alia
Rab.Pau. via prætulerunt creaturas viliſsimas, ſic eis præficiam indigniſsimas nationes. Circa hæc Rabbi Pau
lus ait, quod Iudæi maxime receſſerunt à deo in duobus, videlicet idola venerando & falſa ſuperſtitio
Matth.15 ſáque documenta fingendo, per quæ diuina infregerunt præcepta, quemadmodum apud Matt. eis di-
cit ſaluator, Irritum feciſtis mãdatum dei propter traditionem veſtram. Et pro his duobus duplicem
eis prænuntiat dominus pœnam correſpondentem. Quia pro eo quod deo vero relicto venerati ſunt
idola, proteſtatur quod eos relinquet: & gentiles qui erant non populus aſſumet ſibi in populum. Pro
ſecundo dicit eos irritandos à gente ſtulta, videlicet à paganis. Hinc ait & gloſſa, Sicut irritauerũt me
multitudinem falſorũ deorum colendo, & me reprobando, ſic irritabo eos multitudinẽ gentium aſſu-
mendo, & ipſos reprobando. Hanc ſcripturam allegat Apoſtolus ſecundum aliam tranſlationem ad
Rom.10. Romanos dicens, Primus Moſes dicit, Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem F
inſipientem, in iram vos mittam. ℂ(33) I G N I S ſuccenſus eſt in furore meo] .i. dictãte rigore iuſtitiæ
meæ accẽdetur ignis in eos, quod à Chaldæis aliqualiter eſt impletum, qui templum & vrbem Ieruſa
lem combuſſerunt. Deinde Romani ſub Tito eadem & maiora ipſis Iudæis intulerunt ſupplicia [A T
4.Re.23 ardebit vſque ad inferni nouiſsima] .i. de præſenti ſupplicio pertrahet eos in ſuis impietatibus perſe-
uerantes vſque ad tartaros. Quorundam etenim pœna nunc incipit, deinde in inferno æternaliter du
rat, quoniam temporali flagello non emendantur. De quibus apud Ierem. ait ſermo diuinus, Indura-
Ierem.5. uerunt facies ſuas ſupra petrã, noluerunt reuerti. Itémq;, Percuſsiſti eos & non doluerunt, renuerunt
Ibidem. accipere diſciplinam. Non tamen iudicat dominus bis in idipſum, quia vt ait Gregorius, Vnũ suppli-
Natha.1. cium eſt, quod temporaliter incipit, & in æternis ſuppliciis conſummatur. ℂ(34) D E V O R A B I T-
Q V E terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet] Hoc non videtur proprie poſſe
intelligi de incendio Chaldæorum aut Romanorũ inflicto Iudæis, quo templa eorum, vrbes & habita
cula ſunt incenſa, niſi forte per modum hyperbolicæ loqutionis ſumatur. Veruntamen hoſtes ſolent
Iohel.1. blada & fructus terræ incendere, aut alio modo deſtruere, ſicq; fundamenta .i. inferiores partes mon-
tium fructiferorum dicũtur comburi, id eſt, incendio alterari. Hinc in Iohele habetur, Ignis comedit
ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Præterea quidã exponunt iſtud de igne cõ G
flagrationis, qui præcedet finale iudicium quo igne aer, aqua & terra purgabuntur, qui ignis, vniuerſa
terrænaſcentia prorſus cõſumet, & vſq; ad completionẽ iudicii perdurabit, ac data ſententia inuoluet
damnatos, atq; cum ipſis deſcendet in tartarum. Vnde LXX. tranſtulerunt. Ignis exarſit ab ira mea, &
ardebit vſque ad inferos, & deorſum. ℂ(35) C O N G R E G A B O ſuper eos mala] .i. copiã tormento-
Ezech.6. rum eis infligam. Hinc per Ezechielẽ dominus proteſtatur, quod quatuor iudicia ſua peſsima mittet
in eos, id eſt, quatuor genera tormentorũ, videlicet gladium, famen, peſtilentiam & beſtias terræ [E T
ſagittas meas.] pœnas acutas mortiferas [C O M P L E B O in eis] Ad literam quoque Chaldæi emiſſarii
erant. ℂ(36) C O N S V M E N T V R fame] multi enim interierunt eſurie, in obſidionibus Romanorũ,
ac Chaldæorũ [E T deuorabunt eos aues morſu amariſsimo] volucres enim præſertim rapaces come-
derunt occiſorum cadauera. ℂ(37) D E N T E S beſtiarum immittam in eos] quæ vel corpora extin-
cta lacerando edebant, aut etiam quos viuos inuenerunt, interimebant [C V M furore trahentiũ ſuper
terram] .i. cum furentibus reptilibus corpus ſuum per terram trahentibus [A T Q V E ſerpentium] id
Gene.3. eſt, cum furioſis ſerpẽtibus. Porro vt ſuper Geneſim ſcripſi, multiplex eſt genus reptiliũ. Vnum quod
trahit ac rapit ſe ventris vt aliqui vermes. Secundum quod trahit ſe vi coſtarũ, ſicut ſerpentes. Tertiũ
quod ſe rapit & trahit vi pennarum, vt piſces. Quartum quod facit hoc vi anulorũ, vt animalia anulo
ſa. Quinto extenſe loquendo cuncta animalia vocantur reptilia, quæ & ſi pedes habeãt ac breuia cru
ra, tamen mouendo ſe magnam coporis ſui partẽ applicant terræ, vt ſtellio & lacerta. ℂ(38) F O R I S
vaſtabit eos gladius] .i. extra domum & in agris gladio hoſtium occidentur, iuxta illud in Ieremia, Si H
Ierem.14 egreſſus fuero ad agros ecce occiſi gladio [E T intus pauor] .i. in domibus ſuis, ac vrbibus affligentur
formidine propter imminẽtia mala [I V V E N E M ſimul ac virginem lactantem cum homine ſene] ita
Thren.3. quod tribulatio illa nulli parcet ætati. Quod qualiter in obſidione Chaldæorũ impletum ſit in popu-
Ioſep.7.li lo Iudæorum, in Threnis Ieremiæ habetur. Qualiter autem ſub Tito, Ioſephus refert. Hinc ſcriptum
belli Iud. eſt in libro Ezechielis, Mittam ſagittas peſsimas in eos, & famem, & beſtias peſsimas. ℂ(39) E T di-
ea.6.7.8. xi, vbi nã ſunt?] Quaſi ipſe dominus dicat, De terra ſua eiecti ſunt, & pro magna parte extincti [C E S-
11.14.16. S A R E faciam ex hominibus memoriã eorum] id eſt, tot calamitatibus opprimẽtur, quod peribit eo-
rum memoria quantum ad laudem & bonã famam. Nempe vt Salomon loquitur, memoria iuſti cum
Proue.10 laudibus, nomen impiorum putreſcet. ℂ(40) S E D propter iram inimicorum diſtuli] .i. ad ad repri-
mendum impetũ iracundiæ aduerſariorum, non ſtatim permiſi Iudæos iniquos vinci ac perimi [N E
forte ſuperbirent hoſtes eorum] .i. aduerſarii Iudæorũ. ℂ(41) E T dicerent] ipſi hoſtes ſi ſtatim præ-
ualerent [M A N V S noſtra excelſa] .i. propria poteſtate & adiutorio deorum noſtrorum ſortiti ſumus
triumphum [E T non dominus fecit hæc omnia] id eſt, virtute dei ac domini Iudæorum non præualui
Eſaiæ 48 mus. Ideo itaque dominus fecit hoc, ne ipſe blaſphemaretur, & ne falſi dii à ſuis extollerẽtur cultori-
Ezec.36. bus. Vnde & apud Eſaiam teſtatur, Propter me ego faciã vt non blaſphemer. Sæpe quoque per Eze-

A chielem fatetur, Peperci nomini meo magno. ¶(42) GENS absq; consilio, & est sine prudentia] id
est, Iudæi tam impii careot omni salubri consilio, quia non tractant qualiter per veram contritioоem
possent deo placere, atque instantia aduersa euadere. Sic quoq; earent vera prudentia, quoniam actus
suos noo referunt ad finem sanctum atque salutem. Et dato quod dicant oppositum, non tamen refe-
runt actus suos ad rectum finem per media apta [VTINAM saperent] ea quæ dei sunt atque salutis
[ET intelligerent] causas suæ captiuitatis, & afflictionum iam præfatarũ, quas in captiuitate & disper
sione prætactis patiuntur [AC nouissima prouiderẽt] .i. futurum dei iudicium & suam damnationem
æternam, quam post præsentẽ recipient tribulationem, qui non emendantur per eam. ¶(43) QVO-
MODO persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia] Hic ponitur oumerus determinatus
seu principium numeri, pro numero indeterminato. Vt sit sensus, Qua ratione & causa cõtigit qnod
paucissimi aduersariorum, videlicet vous aut duo, valdé ve pauci insequuti sunt, terrueruot, fugauerũt
& vicernnt copiosam multitudinem impiorũ ae infidelium Iudæorum, qui insuperabiles erant qnan-
diu deo fideliter seruieruot. Ad quod respõdet. ¶(44) NONNE ideo quia deus suus vendidit eos]
id est, maoibus hostium tradidit propter eorum impietates, sicut datur res venalis pro pretio & mer-
ces pro merito? Vnde loquitur Esaias, Eece in iniquitatibus vestris venundati estis [ET dominus con- Esaiæ 50
clusit illos] id est, omnipotens deus Iudæos sacrilegos coartauit infra aduersariorum suorum poten-
B tiam, ita quod nec resistere nec effugere poterant, iuxta illud psalmi, Cõclusit in gladio populũ suum, Psal. 77.
¶(45) NON enim est deus noster vt dii eorum] .i. deus noster nõ assimilatur diis idolatrarũ, quo-
niam deus ooster est saoctus, verax & iustus, idcirco non fouet populum suum in vitiis, nec sceleratos Apoc. 19
impœnitentes tuetur ab hostibus quantuis iniquis, sed io præsenti corripit & castigat. Porro diligentiũ
falsi, suos cultores fouent in eorum sceleribus, nec ipsos pro ipsorum peccatis in præsenti redarguũt
& emendant [ET inimici oostri sunt iudices.] Hoe tripliciter potest exponi. Primo quod spiritus ma
ligni loquentes per idola, seu etiam animæ hominum sceleratorum qui coluntur vt dii, ipsi quoq; ido
lolatræ & persequntores agnouerunt deum Israel esse verum & sanctum deum, suos cultores ita tra-
ctantem, quando merentur & peccant tam grauiter. Vnde & Achior dixit ad Holofernem vt legitur Iudith. 5.
in libro Iudith, Quotiescumque præter deum suum alterũ coluerunt, dati sunt in prędam & gladium.
Deus enim illorum odit iniquitatem. In prophetia Ieremiæ scriptum est, quemadmodum Nabuzar- Iere. 40.
dan princeps militiæ regis Babylonis dixit ad Ieremiam, Dominus deus tuus locutus est malum hoc
super locum istum, quia peccastis domino. Hine dixit glossa, Inimici nostri sunt iudices approbatores
Nam & qui idola colunt vnũ deum esse intelligunt, qui creauit cælum & terram. Secundo sic: inimici
nostri sunt iudices .i. aduersarii Iudæorum facti sunt iudices eorum, quia Chaldæi, Romani & cæteri
quibus deus subiecit Iudæos iniquos, iudicauerunt eosdem, & vsque nunc iudicant eos pro libitu suõ,
C ac puniunt. Deus nanque exercet sua iudicia interdum per homines vitiosos, & fideles peccantes fre-
quenter puniuit per infideles. Potest & tertio sic exponi, quòd præfati aduersarii Iudęorum per mira
bilia opera dei atq; per proprias pœnas, quas tandem iusto iudicio receperunt, à vero deo cognoue-
runt & fassi sunt quaota sit excellentia, sanctitas, & iustitia dei Israelitarum. ¶(46) DE vinea Sodo-
morum vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ] .i. vinea Iudæorum est de numero vineæ Sodomi-
tarum, ac Gomorræorum. Per vineam nanq; intelligitur plebs quæcunq;, præsertim bona & fructuo-
sa. Vnde de populo Iudæorum fertur in psalmo, Vineã de Aegypto transtulisti. Et in Esaia, Vinea do Psal. 79.
mini exercituum domus Israel est. Et in Osee, Vitis frondosa Israel. Itaq; sensus est quod populus Is- Esaiæ 5.
rael assimilatus est Sodomitis & Gomorræis io suis sceleribus. Idcirco Esaias, Audite (inquit) verbũ Osee 10.
domini principes Sodomorum, auribus percipite legem dei nostri populus Gomorræ: imò per Eze- Esaiæ 1.
chielem dominus loquutus est synagogæ, Sodoma dimidium peccatorũ tuorum non peccauit. Chri- Ezech. 16
stus quoq; in euangelio contestatus est, Terrę Sodomorũ remissius erit in die iudicii quã tibi. ¶(47)
VVA eorum vua fellis] Per vuam intelligitur vitiosus Iudæorum affectus, seu cogitatio praua, quæ Matt. 18.
fuit in cõmunitate & in particularibus eius personis. Vnde subiungitur, [ET botrus amarissimus] seu
vt aliqui legunt, & botri amarissimi. Itaque interior illorum iniquitas felli comparatur acerbissimo-
que absynthio, quia inuidia, ira, indignatione, impatientia, crudelitate pleni fuerunt. ¶(48) Fel dra-
D conum vinũ eorum, & venenũ aspidum insanabile] sicut ex vua exprimitur vinum, ita ex impia cogi-
tatione, & peruerso affectu exterior prodit iniquitas, quæ nũc nomine vini significatur, quoniam ma-
le delectat atq; inebriat operantem: & felli draconum venenoque aspidum assimilatur, quia tam eum
qui peccat, quàm illos quos scandalizat, mortifere inficit, & ad infernalem amaritudinẽ trahit. In præ
senti quoq; grauissimis pœnis meretur puniri, & conscientiæ parit remorsum. Hine per Ierem. domi- Ierem. 28
nus ait, Eece ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle: & merito, quia apud Amos de talibus scri Amos 6.
ptum est, Conuertistis in amaritudinem iudiciũ, & fructum iustitiæ in absynthium. Istud etiã in Esaia Esa. 5.
dominus exprimens Expectaui, inquit, vt vinea mea faceret vuas, fecit autem labruscas. Cui & Iere- Ierem. 2.
mias increpatorie dicit, Quomodo conuersa es in prauum vinea aliena? ¶(49) NONNE hæc con-
dita sunt apud me] id est, præfata Iudæorum facinora certissime cõprehensa sunt in scientia mea, &
in sanctuario sapientiæ meæ contenta, vt in iudicio proferantur & debite puniantur? Vnde & sanctus
Iob loquitur deo, Signasti quasi in saeculo peccata mea [ET signata in thesauris meis] .i. in opulentia Iob. 14.
& plenitudine incomprehensibilique secreto iustitiæ atque potentiæ meæ, vt loco & tempore oppor
tuno à me præfixo pandantur ad vlciscendum? Quasi dicat, Quantuis diu differatur vindicta, non ta-
men excidunt à memoria mea. Hine apud Ieremiam scripum est, Aperuit dominus thesaurum suum, Ierem. 50
protulit vasa iræ suæ. Vnde beatus Iob ait ad dominũ, Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quod Iob. 10.
vniuersorũ memineris. ¶(50) MEA est vltio] id est, ad me tanquam ad primũ & summum omnium

iudicem pertinet nullum peccatū relinquere impunitū, quia aut per actus pœnitentiæ nunc punitur, B
Iob 24. aut postea sine fine mulctabitur. Ideo scriptū est in lib. Iob, Deus inultū abire non patitur. Et Naum
Naum 1. ait, Vlciscens dominus & vlciscens in hostes suos. De quo ait Psalmista, Parauit in iudicio thronum
Psalm. 9. suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia. Hoc quippe requirit immensitas diuinæ perfectionis, & infinita perfectio diuinæ iustitiæ, vt malum culpæ ordinetur per bonū pœnæ, vt qui propriç voluntati immoderanter indulsit, seu acquieuit peccando, in recompensam iustitię aliquid voluntati propriæ contrariū patiatur [E T ego retribuam eis] iustam pœnam pro culpa ipsorum, [I N tempore] præstituto, dum scilicet pondus iniquitatis eorū fuerit adimpletum, ita quod plus
Gen. 15. ab eis sufferre noluerim. Hinc in lib. Geneseos scriptū est, Nondum cōpletæ sunt iniquitates Amor-
Iere. 44. ræorū. Quasi dicat, Illis completis protinus disperibunt. Propterea à Ieremia Iudæis prauissimis dicitur, Non poterat vos dominus vltra portare propter malitiam studiorum vestrorum [V T labatur
Psalm. 1. pes eorum]. i. desiderium eorum frustretur, secundum illud, Iter impiorū peribit. Vel labatur pes eorum, id est, ipsi in prælio corruant. ❡(51) I V X T A est dies perditionis]. i. hora iustæ damnationis pra
Sopho. 1. uorum veniet cito. Ideo dicitur à Sophonia, Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis [E T adesse festinant tempora] iustæ retributionis, quia indesinenter celerriméque propinquant. Ideo in
Apoc. 22 Apocalypsi iudex testatur, Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuiq; secundum opera sua. Etenim quicquid termino angustatur, omniq; momento abbreuiatur, breue est prorsus si æterni- F
Matt. 27. tati comparetur. Ad literam quoq; videmus qualiter festinauit tempus deiectionis Iudæorum adesse, quia iamdudum amiserunt locum, gentē, templum & omnem prosperitatē, quoniam saluatorem crucifixerunt. ❡(52) I V D I C A B I T dominus populum suū]. i. plebem sibi specialiter deputatam repro
Ezech. 9. babit & puniet iuxta ipsius demerita, cum Ezech. prçcipiat, A sanctuario meo incipite percutere, [E T in seruis suis miserebitur.] id est, misericordiæ suæ effectū exercebit in his qui sibi fideliter seruierunt. Communiter enim seruauit reliquias, nec in toto deseruit illos, cum & quotidie eorū aliqui conuertantur. ❡(53) V I D E B I T] id est, dominus videri scirique faciet [Q V O D infirmata sit manus]. i. potestas Iudæorum debilitata [E T clausi quoq; defecerunt] illi videlicet qui erant captiui. Vel qui absconderunt seipsos, imò & hi qui in turribus & fortalitiis ad resistendū hostibus se clauserunt [R E S I D V I Q V E consumpti sunt] id est, cæteri Iudæi hinc inde dispersi diuersis cladibus perierunt. ❡(54) E T dicēt] hi quibus deus dederit intelligere ista, siue sint aduersarii siue iusti & amici Iudaicę plebis [V B I sunt dii eorum] videlicet idololatrantiū Iudæorum [I N quibus habebant fiduciam? ❡(55) D E quorū victimis comedebant adipes] id est, adipes animalium diis, seu idolis oblatorū edebant instar gentiliū
Leui. 3. [E T bibebant vinum libaminum] id est, vina idolis immolata ad liba fundenda siue ad degustandum: sicque se conformauerunt idololatris etiam in esu & ritu idolothytorū, quod in Leuit. dominus specia G
liter ac frequenter prohibuit. Iussit enim vt nullus Iudæorum mādúcaret adipem aut sanguinem, nec vina potaret libaminum, quatenus populus deo vero deseruiēs ab idololatris distingueretur. ❡(56) S V R G A N T & opitulentur vobis & in necessitate vos protegant] Hoc ironice dicitur, quasi dicat, Iam cernitis quod vobis prodesse non queant. ❡(57) V I D E T E]. i. per fidem & miraculosa opera mea cognoscite [Q V O D ego sim solus] verus & omnipotens deus, qui vbique & semper in omni necessitate & causa potest iuuare [E T non sit alius deus præter me] Vera enim deitas multiplicari non potest nec diuidi, diuersis cōmunicari. Nihilominus à patre communicata est vnigenito eius filio, atq; à patre & filio spiritui sancto vnitate ac simplicitate essentiæ permanente. ❡(58) E G O occidam] rebelles [E T ego viuere faciā] id est, in vita naturæ ac gratiæ conseruabo obedientes [P E R C V T I A M] peccatores [E T ego sanabo] pœnitentes. Mortuos quoq; deus resuscitat, imò ad Christianę fidei veritatem monstrandam, iam plurimos valde resuscitauit [E T non est qui de manu mea possit eruere]. i. nullus mihi potest resistere, nec per vim de potestate mea eripere quem volo occidere aut damnare.
Iere. 49. Vnde apud Iere. dominus ait, Quis similis mei & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistet vultui meo? ❡(59) L E V A B O ad cælum manum meam]. i. per modum iurantis habebo me. Consue-
Gen. 14 tudo equidem est quibusdam iurare cum manus eleuatione in altum. Hinc Abraham in lib. Geneseos sic iurando ait regi Sodomorū, Leuo manum meam ad possessorem cæli & terræ. Vnde 70. transtulerūt. Tollam in cælum manū meam & iurabo per dexteram meam. Per hęc etiam verba deus ostendit superliberrimam omnipotentiā suam, cum tamen ipse illocalis, immaterialis, incircūscriptibilisq; con H
sistat [E T dicam, viuo ego & inęternū] id est, æternaliter, ac beatissime viuo, & sum ipsa superpuriss. per se subsistens incommutabilis vita. ❡(60) S I acuero vt fulgur gladium meū] id est, ad vindicandum me præparauero. Loquitur autem de se more humano, quo quis volens exercere vindictā, acuit
Sap. 5. ensem, sicq; scribitur de deo in libro Sapien. Accipiet armaturam zelus illius, induet pro thorace iu-
Esaiæ 34 stitiam, acuet iram in lanceam. In Esa. quoq;, Indutus est iustitia vt lorica, &c. [E T arripuit iudicium manus mea] id est, potestas mea cœpit exercere iustum iudicium. ❡(61) R E D D A M vltionem hostibus meis, & in his qui oderūt me retribuam] Hoc quidam exponūt de Assyriis & Chaldæis, ac cæteris persequutoribus Iudęorum, qui quamuis in deuastatione Iudæorum fuerunt instrumenta diuinæ iustitię, non tamen fecerūt hoc recta intentione, sed ex crudelitate, cupiditate & ambitione. Quemad-
Esaiæ 10. modum apud Esa. dominus ait de rege Assyriorum, Væ assur, virga furoris mei & baculus ipse est, ad gentem fallacem mittam eum. Ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendum erit cor eius. Idcirco & isti meruerunt plagari à deo propter enormes eorum excessus in filios Israel. ❡(62) I N E B R I A B O sagittas meas sanguine] id est, per pœnas acutas seu iacula penetrantia tantum impiorum sanguinem fundam, seu tantos occidam, quod instar ebrii videbūtur sanguine esse repletæ [E T gladius meus deuorabit carnes]. i. per gladios obsequentium mihi impiorū corpora trucidabo. ❡(63) D E

A cruore occiſorum] Hic tangitur quo ſanguine inebriabit ſagittas ſuas, puta occiſorum cruore. Deinde
tangit quorum carnes gladius ſuus vorabit [ET de captiuitate nudati inimicorum capitis] id eſt, car-
nes inimicorum ſuorum captorum nudati capitis, quia captiuorum capita ſolebant radi, & ſic nudato
capite ducebantur, vt magis confunderentur. ❡ [(64) LAVDATE gentes populum eius] Iſtam ſcri- Rom. 13.
pturam allegat Apoſtolus ad Romanos, ad probandum miſericordiſsimam gentium vocationem ad
fidem. Cum enim dixiſſet Apoſtolus, Dico gentes ſuper miſericordia honorare deum, probauit hoc
per multas authoritates, inter quas ponit iſtam: non tamen iuxta hanc formam, ſed ſecũdum Hebrai-
cam veritatem, quæ habet, Lætamini gentes cum plebe eius. Eſt itaque ſenſus. Laudate gentes populũ
eius, id eſt, vos gentiles conuerſi ad Chriſtum, laudate populum eius, ſcilicet primitiuam eccleſiam ele
ctiſsimam atq; ſanctiſsimam ex Iudaiſmo conuerſam, [QVIA ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſce-
tur] In primitiua enim eccleſia ſerui Chriſti paſsim martyrizabantur tam à tyrannis gentilibus quàm
à Iudæis incredulis, quod vltus eſt dominus. ❡ (65) ET vindictam retribuet in hoſtes eorum] pec-
cata atq; tyrannidem perſequutorum eccleſiæ, acriter vlciſcendo [ET propitiũs erit terræ populi ſui]
id eſt, loco & plebi primitiuę eccleſiæ, quia Iudæos incredulos per Romanos expulit inde, & tandem
totam Iudæam promiſsioniſq; terram ſubiecit ac contulit Chriſtianis. Porro Lyra ſequens Rabbi Sa
lomonem & alios quoſdam expoſuit ſic, Laudate gentes populum eius, id eſt, vos gentiles laudate Iſ-
B raeliticum populum, qui fuit ſpecialis populus dei: quia ſanguinem ſeruorum ſuorũ, videlicet Iudæo-
rum, inter quos fuerunt tunc ſemper aliqui boni, vlciſcetur in Chaldęos. Et propitius erit terrę popu
li ſui, quia poſt Babylonicam captiuitatem fuerunt Iudęi ad terram ſuam reducti. Hanc expoſitionem
reprehẽdit Rabbi Paulus acrius quam oportet, tanquam manifeſte deuiam à veritate, & inconſonam
allegationi Apoſtoli. Nam vt aſſerit Augustinus, & Thomas allegat, eadem ſcriptura poteſt habere Exod. 12
plures ſenſus literales. Denique quod ad literam dictum eſt de agno paſchali, Os illius non confringe Iohan. 19
tis: ſanctus euangeliſta Iohan. allegat de Chriſto, Os, inquiens, non cõminuetis ex eo. Hoc etenim ſcri
ptum eſt de agno paſchali inquantum fuit figura Chriſti. Sic reductio Iudæorum à Babylonica capti
uitate, & vltio ſanguinis bonorum in hoſtes eorum Chaldæos: miſeratio quoq; terræ ipſorum fuerũt
figuræ cõuerſionis electorum Iudæorum ad Chriſtum, & vltionis Chriſtifidelium Iudæorum in per-
ſequutores ipſorum, ac miſerationis factæ à deo primitiuæ eccleſiæ.

❡ Expoſitio ſpiritalis eiuſdem Cantici, Audite cæli.

GLoſſa proteſtante, ſancti Moſi verba non ſunt ſimpliciter accipienda. Quia ſecundum hiſtoriam
exprobrat Iſraelitis deo ingratis perfidiam: allegorice autem ſanctam docet eccleſiam, atque per
tropologiam ad morum prouocat honeſtatem. In hiſtoria ergo ſeruãda eſt veritas: in tropologia, vti-
C litas diſciplinæ: in allegoria myſterium, vt ſic ad theoriam prouehamur cæleſtem. Notandum quoque Deut. 31.
quod dicitur in Deut. Loquutus eſt Moſes verba carminis, &c. quatenus qui ore deum laudat, opere
ac moribus non contradicat, cũ non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. Porro Moſes allegorice Chri- Eccle. 15
ſtum deſignat: tropologice quemcunq; prælatum, ſeu prædicatorem. Chriſtus itaq; ſeu eius vicarius
ait, Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Per cælos intelliguntur homines ſpirituales,
interni, contemplatiui, puri ac feruidi, quorum conuerſatio eſt in cælis. In quorum perſona Saluator Phil. 3.
dixit apoſtolis, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei. Per terram vero deſignantur inſipientes, Matth. 13
animales & imperfecti. Vtriſque dominus Ieſus proportionata in euangelio propoſuit documẽta. Si-
militer Paulus apoſtolus, Sapientiam, inquiens, loquitur inter perfectos. Et rurſus, Non iudicaui me 1. Co. 2.
aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum: quaſi paruulis in Chriſto lac dedi nõ Ibidem.
ſolidum cibum. Sic & vnuſquiſque qui præeſt aut docet & prædicat, iuxta audientium capacitatem &
indigentiam, ſuos debet moderari ſermones, & vniuerſos, ac ſingulos ſecundum quod capere queũt
& indigent informare. Concreſcat in pluuiam doctrina mea. Prælatus & prædicator igne charitatis
ſuccenſus, & zelo fraternæ ſalutis exæſtuans, non ob propriam commoditatem & laudem, ſed ad dei
honorem audientiúmque profectum, ſuam cupit doctrinam reuerenter, diligẽter & fructuoſe audiri:
ſicq; in auditoribus creſcat in pluuia, id eſt, pluuię aſsimiletur. Quoniam ſicut pluuia innumeras ha-
D bet guttas, ſiccam & areſactam terram humectat & floridam facit, duram emollit atque arabilem effi
cit, fructum ex ea producit, fouet, abluit, & vſque ad maturitatem perducit: ſic ſacra ſcriptura multas
in ſe ſententias cõtinet, animam deſolatam & infructuoſam conſolatione ſancta, ac virtutũ floritione
perfundit, cordis aufert duritiam, & animam reddit docibilem. Parit quoq; in ea meritorios actus, &
nutrit eoſdem, lauat à culpa, & ad perfectionem deducit. Fluat vt ros eloquium meum, quatenus ſicut
ros à feruore refrigerat & cadit in nocte, ſic verba mea ab æſtu tentationum & à cõcupiſcentiarũ ca-
lore eruant audientes, atq; in noctibus & aduerſitatibus, ignorãtiis & erroribus pręſtent illuminatio-
nem & gratiæ vbertatem. Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtilla ſuper gramina, id eſt, ſicut herbæ
& gramina molles & teneræ ſunt ad pluuiæ ſuſceptionem, nec infructuoſe eam ſuſcipiunt, ſic audien
tium corda flexibilia ſint ad bona, & ſine renitẽtia audiant verba ſancta. Nec infructuoſe pertranſeãt Eccle. 5.
verba dei aures ipſorum, cum ſcriptum ſit, Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam. Iacob. 1.
Iacobus quoq; hortatur, Sit omnis homo velox ad audiendum. Et rurſus, In manſuetudine ſuſcipite Ibidem
inſitum verbum, quia nomen domini inuocabo, id eſt, ex intimo cordis affectu rogabo. Spiritus enim Iohan. 4
eſt DEVS, & eos qui adorant, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Atq; vt ait ſaluator, Oportet ſem
per orare & nõ deficere. Date magnificentiã deo noſtro, id eſt, totis viribus ipſum honorate, & quic- Luc. 12.
quid magnificum eſt, ei deuota ac grata mente aſcribite, ne quis in ſeipſo ſtulte & inaniter glorietur,
dei perfecta ſunt opera: idcirco & nos conari debemus, vt ea quæ ad ipſius honorem facimus, perfe-

&c agamus,hoc eſt humiliter & feruenter ſine admixtione peccati.Deus fidelis:ideo tutum eſt ei ſer- E
uire,eo ꝙ neminem ſallat,imò vltra cōdignũ remuneret,& abſque vlla iniquitate,iuſtus & rectus:id-
circo debemus ei in ſanctitate & iuſtitia iugiter deſeruire,& omnem vanæ intentionis,ac vitii obliqui
Luc.1. tatem vitare.Generatio praua atq; peruerſa,hæccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens? Iſtud
dicendum & zelo iuſtitiæ improperandum eſt omni prauo conſortio,congregationibúſq; iniquis, &
1.Iohã. 4 vniuerſis Chriſtianis ingratis,qui omni hora peccare non erubeſcunt,nunc ſub euangelica lege,quã-
Rom.8. do deus pater vnigenitum filium ſuum miſit in mundum,& pro omnibus nobis tradidit illum,& ipſe
Actu.2. vnicus dei filius tot & tanta pro noſtra fecit ac tolerauit ſalute, & ſpiritum ſanctũ miſit in corda no-
ſtra,ſeipſum quoq; quotidie præſtat nobis in ſacramento, & hucuſque tam clementer & gratioſe egit
nobiſcum,cuius ſpecialia beneficia enumerare non valemus.Quanto ergo impietas,quanta ingratitu
do,quanta improbitas omnium horum eſſe immemorem, & pro tot bonis iniurias, tranſgreſsiones,
Matt.6. offenſiones rependere?Nonne tanto enormior eſt ingratitudo & prænaricatio noſtra, quanto maior
eſt dei charitas,liberalitas,pietas circa nos?Nunquid non ipſe eſt pater tuus,cui quotidie dicis, Pater
noſter qui es in cælis?Cur igitur hoc dicendo non inflammaris eius amore, nec debito eum veneraris
honore,neque attendis quanta dignatio dei ſit,ꝙ à te pater vocari dignatur? Memento dierũ antiquo
rum,id eſt,temporis primitiuæ eccleſiæ,quanta tunc fuerit deuotio,charitas,perfectio: imò & perſe-
quutio atque conſtantia & patientia Chriſtianorũ,& patrum veſtigia ſequi coneris, & illorũ compa- F
ratione te ſumme,ac ſemper humilies,cogita generationes ſingulas,puta iuſtorũ, ac impiorũ: & qua-
liter impii æternaliter perierunt: iuſti vero pro breui labore perpetuam ſine conſequuti beatiſsimam
requiem.Idcirco non efficiaris ad vana ac mala : ſed toto cordis affectu cohære & inſiſte virtutibus.
Interroga patrem tuum,id eſt,in omni ambiguitate ad ſapiẽtiores & ſuperiores habe recurſum, quæ-
re conſilium,informationem amplectere. Quando diuidebat altiſsimus gentes: tempore prædicatio-
nis apoſtolorum per totũ orbem deus potiſsime gentes diuiſit,id eſt,inter electos & reprobos iudiciũ
diſcretionis exhibuit,electos gratioſe vocando,& reprobos iuſte derelinquendo: túncq; conſtituit ter
Pſal.44 minos populorum iuxta numerũ filiorum Iſrael,id eſt,ſecundum numerum apoſtolorũ, quibus orbẽ
terrarum diuiſit ad prædicandum,conſtituitq; eos principes ſuper omnem terram,& vnicuique eorũ
quam conuertit ac rexit,deputauit eccleſiam.Erant autẽ apoſtoli filii Iſrael.i. Chriſti qui eſt verus &
perfectiſsimus Iſrael, id eſt, vir videns deum, quoniam ab incarnationis ſuæ exordio vidit deum per
ſpeciem.Pars autem domini populus eius . Iam enim inter vniuerſas mundi nationes, ſoli Chriſtiani
Gal.5. ſunt populus dei:& non niſi pauci eorum,puta ſoli iuſti,ſeu prædeſtinati.Iacob funiculus hæreditatis
Rom.9. eius,id eſt, hi qui ſupplantant peccata habentes fidem quæ per dilectionem operatur, vere ſunt perti
nentes ad deum: de quibus loquitur Paulus, Si autem filii,& hæredes: hæredes quidem dei, cohære- G
des autem Chriſti.Inuenit eum in terra deſerta,id eſt,populum Chriſtianum deus ex gentilitate olim
Sapi. 14. relicta ſibi adduxit,in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, quia inter gẽtiles incredulos fuit idololatriæ
turpitudo,horror cruoris, & via perditionis latiſsima.Hinc in lib. Sap.de idololatris dicitur,Omnia
commixta ſunt,ſanguis,homicidium,furtum,fictio,corruptio,infidelitas,turbatio,periurium, tumul-
tus,inordinatio mœchię & impudicitiæ.Infandorum enim idolorum cultura,omnis mali cauſa eſt,&
Prou. 16. initium & finis.Circũduxit eum, id eſt,per vias ſecuriores virtutũ duxit populum Chriſtianũ ad eui-
tandum diuerticula vitiorũ,atq; ad fugiendum vias quæ videntur homini bonæ, cum tamen nouiſsi-
ma earum ducãt ad mortem.Interdum quoq; ea quæ vere ſunt bona, ſunt vel occultanda ad vitandũ
iactantiã,vel differenda ad tempus,ad euitandũ ſcandalum puſillorũ:aut quia rationabilis cauſa requi
Matt.13. rit alteri exercitio bono prius inſiſtere: & docuit,Euangelicam legem dando. Sicut aquila prouocans
ad volandum pullos ſuos.Huic ſimile eſt quod in Euangelio loquitur dominus,Ieruſalem,Ieruſalem
quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & nolui
ſti.Quod Chriſtus ad eccleſiam quoq; effatur.Quemadmodũ enim in veteri teſtamento diuerſis tem
poribus diuerſos miſit prophetas ad ſynagogã ad increpandum,exhortandum, inflammandum & re
formandum eandem, ſic in nouo etiam teſtamento per temporũ interualla varios viros ſanctiſsimos
Iohan. 13 ad corripiendum,informandũ,renouandum eccleſiam miſit. Denique Chriſtus merito cõparatus eſt
aquilæ: quia vt dicitur,aquila præ cæteris auibus ſuos diligit pullos:& ne à ſerpentib. lædantur, ponit
in nido ſuo amethyſtum.Sic Chriſtus vſq; ad finẽ dilexit ſuos,& ſeipſum dedit pro eis,quibus& gra- H
tiam ſuam diſtribuit,ne à dæmonibus vulnerentur.Dominus ſolus dux eius fuit.Conuerſa nanq; gen
tilitas,de cætero reſpuit ducatum deorũ.Conſtituit eum ſuper excelſam terram,id eſt,in militanti ec-
cleſia,vt comederet fructus agrorum . Agri ſunt particulares eccleſiæ, in quibus ſemen verbi cæleſtis
proiicitur atque fructificat.Agri quoque ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, & item libri diuinæ ſcripturæ.
1.Cor.10 Eccleſia vero contemplatione, gratia ac virtute ſublimis eſt: & qui collocatur in ea, comedit fructus
agrorum:quoniam aliorũ virtutes ac merita ei tanquam cõmembro per charitatem communicantur,
ſacramentis reficitur,doctrinis ſcripturæ nutritur. Vt ſugeret mel de petra.Secundum apoſtolũ Chri-
2.Re.22. ſtus eſt petra lapiſq; angularis,de quo populus Chriſtianus mel ſugit. i. ſpiritalem conſolationem &
Matt.21. charitatis ſuauitatem ſortitur,oleúmq; de ſaxo duriſsimo,id eſt,vnctionẽ ſpirituſſ. de eodem domino
ſaluatore. De quo ſecundo Regum loquitur Dauid,Dominus petra mea.Et ipſemet dominus: Super
quem ceciderit lapis iſte,conteret eum.Eſt equidem ſaxum duriſsimum non ob cordis duritiã, ſed ob
Ezech.3 infrangibilem cordis conſtantiam: vnde & Ezechieli dominus dixit, Vt adamãtem & ſilicem dedi te.
Butyrum de armento.Per armentum intelligitur congregatio quæuis deuota,de qua butyrũ ſugit,qui
Pſal.62. ex conuerſatione illius ad charitatis viſceroſitatem accenditur, & tanquam adipe & pinguedine, co-
pia ſupernorum charismatũ adimpletur,& lac de ouibus.Oues ſunt boni & ſimplices innocentes,de

A quibus lac fugit qui illorũ orationibus,meritis & exemplis ad Christianę simplicitatis infantiam prouocatur,& velut paruulus in Christo efficitur:ita vt nocere ignoret,nec cogitet malum.Vnde glorio- 1.Pet.2.
sissimus princeps apostolorum hortatur.Sicut modo geniti infantes,rationabiles,fine dolo lac cõcupiscite,cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan.Agni sunt subditi virtuosi,arietes autem prælati & duces gregis dominici. Agni quoque accipi possunt L X X.Christi discipuli: arietes vero sancti apostoli.Filiorum Basan,id est duces gentilium conuersorum,de quibus adipem sumit,qui es illorum doctrina & conuersatione,oratione ac merito,ad spiritualium incrementorum exuberantiam scandit ac peruenit. Et hircos cum medulla tritici. Per hircos opera pœnitentiæ designantur. Per medullam tritici,contemplationis suauitas.Hæc ab apostolis sumimus: quoniam ipsi docuerunt nos primo peccata nostra contritione,confessione,satisfactione delere:sicq; paulatim ad veram sapientiam contemplationisq; puritatem pertingere:vt nutriamur in croceis,& panibus filiorũ pascamur. Præterea medulla tritici,est eucharistiæ sacramentum,& sanguinem vuæ biberent meracissimum, id est, sanguinẽ saluatoris & gaudium spirituale: vigorosum quoq; gustũ virtutũ.Nempe quid bonum domini & quid pulchrum eius,nisi frumentum electorum,& germinans virgines? Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.Sicut Iudæis opulentia facta est idololatrandi & aliorum occasio vitiorũ sic plane contigit populo Christiano,qui in primitiua ecclesia quandiu pauperes erant & in persequutionibus positi,sancti,ac deuotissimi erant: persequutione autem cessante,libertatem,dominationem, diuitiásque sortiti, & tẽporalibus incrassati,ad multiplicia corruerunt peccata,& corruunt vsq; in præsens.Aliqui quoque ecclesiasticis sacramentis & donis gratiæ abundanter refecti, cum spiritu cœpissent, consummati sunt carne,& gloriati inaniter corruerunt.Dereliquit deum factorem suum.Quicunque mortaliter peccat,deum relinquit:quoniam præfert ei bona creata,caduca,sicque per mentis auersionem recedit ab eo.Prouocauerunt eum in diis alienis. Hoc agunt gulosi,lasciui,auari,superbi:quorũ dii sunt venter,venus,nummus & honor.Nempe quod quis maxime quærit, amat & colit,hoc sibi est deus, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Hoc præcipue agunt hæretici,qui abominabiles fingunt errores & abusiones:schismatici quoque, qui ecclesiasticam violant vnitatem & omnes qui pertinaces sunt in peccatis,aut superioribus suis rebelles.Immolauerunt dæmoniis & non deo.Hoc agũt qui opera bona ex genere,intuitu proprię laudis aut commodi faciunt:& item qui in ecclesia offerũt, quæ ecclesia prohibuit immolari.Noui recentésq; venerũt.Quasi recẽtibus diis ministrant,qui instar Atheniensium ad aliud nihil vacant,nisi aut andire,aut discere aliquid noui:quales sunt aliqui curiosi & garruli. Et ego prouocabo eos, in eo qui non est populus. Sicut Iudæos prauissimos deus tradidit & subiecit idololatris gentibus, sic frequenter tradidit impios Christianos manibus Saracenorum & consimilium nationum.Congregabo super eos mala, id est, diuersa vitia eos iusto iudicio permittam corruere,& sagittas meas complebo in eis.i.acriter eos castigabo:& nisi pœnituerint condemnabo,secundum illud in Osee,Iuxta desiderium meum corripiam eos.Hinc S.Iob, Sagittæ, inquit domini in me:quarum indignatio ebibit spiritum meum.Consumentur fame,id est,ex spiritalis refectionis defectu spiritaliter morientur,& deuorabũt eos aues morsu amarissimo.Aues istę sunt dæmones superbiæ & ambitionis,de quibus in Euangelio legitur, Volucres cæli comederunt semẽ.Hi etenim superbos & ambitiosos amarissime deuorant,dum eos desiderio aut amore tẽporalis honoris, prælationis, & propriæ excellentiæ,priuant omni esca gratiæ, ac virtutum, atq; ad sempiterna trahunt supplicia. Dentes bestiarum,id est,suggestiones crudelium dæmonum,immittam in eos,permittendo quod tentationibus superentur,cum furore trahentiũ super terram atque serpentium. Per reptilia & serpentes intelligendi sunt dæmones auaritiæ & calliditatis , qui ad terrenorum amorem vitiosum instigant, & blandiuntur vt fallant à quibus iniqui iusto dei iudicio supplantãtur.Foris vastabit eos gladius.i.si ab ecclesiastica vnitate vel fide aut à mystico Christi corpore per peccatum mortale recesserint , gladio diabolicæ tentationis peribunt. & intus pauor. i.etiam si per fidem in ecclesia manserint, inordinato metu & variis passionibus animę affligentur. Et dixi, vbi nam sunt? Nam subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.Sed propter iram inimicorũ distuli,sic plane omnipotens deus frequenter pepercit impiis Christianis, nec eos à visibilibus vel inuisibilibus hostibus vinci permisit: secundum quod ipsi mali Christiani promeruerunt,ne hostes eorum superbirent dicentes, Manus nostra excelsa,&c.Gens absque consilio est,& sine prudentia. Hoc de omnibus qui in mortalibus iacent peccatis dicendum est & condolendum:qui dono sapientiæ carent & dono consilii,ac vera prudentia,quę solis virtuosis inest hominibus.Qui vtinam saperent,spiritalia & diuina,& intelligerent,quàm periculose deiecti sint, & quàm insipienter se habeant,ac nouissima prouiderent. De quibus in ecclesiast.legitur, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quæ sunt mors, iudicium, pœna inferni, beatitudo cęlestis. Quomõ persequebatur vnus mille, & duo fugarẽt decẽ milia. Istud de inuisibilibus & visibilibus Christianorum aduersariis accipi potest: nam propter Christianorum scelera frequenter contingit,quod multi eorum à paucis hostibus in exteriori interiorique bello vincantur . Et hoc, quia deus eorum vẽdidit illos,sicut expositum est. Quod & aduersariis Christianorum est cognitum: ita,quod ipsi sunt iudices. Sub infidelium quoq; dominio multi habitant Christiani. De vinea Sodomorum vinea eorum,&c.Hoc de ecclesia malignantium Christianorum,conuenticulis hæreticorum & schismaticorum congregationibus iniquorum , exponendum est proportionabiliter , sicut superius expositum est de perfida synagoga . Iuxta est dies perditionis , de quo dicitur in libro Iob , Ad diem perditionis seruatur malus : & ad diem furoris ducetur . Quod si dies generalis iudicii putatur multum distare,tamen de die particularis iudicii,quod in morte agitur singulorũ,ambigi nequit quin prope sit: præsertim cum dies nostri sint quasi vmbra super terram. Ideo scriptũ est, Ecce Iudex ante

Margin notes: Tren. 4 — Zacha. 9. — Gala. 3. — Phil. 3. — Act. 12 — Osee 12 — Iob 6. — Matt. 13. — Psal. 72 — Eccle. 7 — B — C — D

Ianuam asſiſtit. Iudicabit dominus populum ſuũ, quoniam malis Chriſtianis grauiora Infliget ſuppli- B
cia: atq; vt ſacratiſsimus Petrus teſtatur, tempus eſt vt incipiat iudiciũ à domo domini. Videbit quod infirmatà ſit manus, id eſt, poteſtatem malorum Chriſtianorum oſtendet deus deficere: quoniam tanquam fœnum velociter areſcent. Et clauſi quoq; defecerunt. proh dolor iam videmus, quod religioſi vtriuſque ſexus qui in clauſtris demorantur, atq; ab omni ſeculari tumultu vitiiſque mundanis merito eſſent recluſi ac liberi, pro maxima parte nunc defecerũt à vita vere regulari, ſpiritali, clauſtrali, reſiduique conſumpti ſunt. Horum eorum enim exemplo plurimi ſcandalizantur ac pereunt. Et dicent, veri religioſi, vbi ſunt dii eorum. i. vanitates, carnalitates, opes, & cætera quę deo prætulerunt? Surgãt & opituletur vobis. Hinc & ipſi dicturi ſunt, Quid profuit nobis ſuperbia, & diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia iſta tanquam vmbra. Ego occidam & ego viuere faciã. Bona & ſalutaris occiſio, dum deus occidit in nobis aciem vitiorũ, concupiſcentias carnis, & quicquid contra ſalutem inſurgit: percutiam, quia quos amo, arguo & caſtigo. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, id eſt, reprobos ſceleratos tam repente & acriter trucidabo, vt inſtrumẽta meæ vindictæ videantur inebriata, id eſt, abundanter repleta de morte occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. i. de ipſis iniuſtis, qui dæmonũ vinculis irretiti, & vitiorũ iugo ſubiecti, caput mentis, videlicet intellectũ habent à ſapientia ſalutari nudatũ, omniq; gratiarum munere deſtitutum. Laudate gẽtes populum eius. Qui enim vere Chriſtiani exiſtunt, à cunctis gẽtibus laudari, ac honorari merentur. Religioſi quoq; & cle- F
rus ſynceriter ac debite conuerſantes, à ſecularibus ſunt laudandi: & quãuis hanc laudem non debeãt affectare, tamen ſic viuere obligãtur, vt ea ſint digni, quemadmodum Apoſtolici chori vertex digniſſimus, Obſecro inquit vos abſtinere à carnalibus deſideriis, conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent deum. Cætera huius cantici verba, ex præcedenti ſatis eluceſcunt literali expoſitione.

¶ORATIO ex cantico Moſi præſcripto.

*Purgator ſcelorum piiſsime deus, peccantibus nobis tibi in ſordibus, non abſcondas faciem tuam à nobis iratus, occide in nobis uitia animæ male affectæ & ab his reſuſcita nos à te pcuſſos, & ſana, atque fac iugiter uiuere in tua iuſtitia. p. d.*

## COMMENTARIVS IN CANTI. TRIVM PVERORVM DANIEL. III. Cap.

¶ARGVMENTVM DIONVSII. G

SEquenti cantico tres viri iſti, Sidrach, Miſach & Abdenago, omnes creaturas per ordinem prouocabant & inuitabant ad dei præconium: & ipſum laudabant & glorificabant benedicebántque qui corpora eorum ſeruauit illæſa, & corda fecit igne amoris flammantia. Quo enim quis in dei amore plus ardet, eo intenſius ipſum ab vniuerſis laudari, amari ac honorari deſiderat: propterea primo de doctrina Chriſtiana loquitur Auguſtinus, Quanto quis in amore dei feruentior eſt, tãtum agit quibus poteſt modis, vt deus à pluribus diligatur. Rurſuſque, quo aliquis deum ſyncerius contemplatur, eo ſeipſum plus paruipendit atque humiliat, ac per hoc laudem, qua ipſe deum laudat, inſufficientiorem exiſtimat: & ideo eum à cunctis magnifice laudari cupit, & vt valet idipſum procurat.

¶EXPOSITIO cantici, Benedicite omnia opera domini domino.
Dominica die in laudibus.

BENEDICITE omnia opera domini domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Circa hoc canticum ait Gloſſa, & ſunt verba Hieronymi: Omnis creatura non voce, ſed opere laudat deum: quia ex creaturis creator intelligitur: & in ſingulis operibus atq; affectibus, magnificentia dei monſtratur. Inſuper aduertendum, quod quanuis hoc verum ſit de creatura irrationali ſeu nõ intellectuali, intellectuales tamen creaturæ, vocibus mentis & oris dominum benedicunt. H
Nam & angeli, quanuis in propria natura non niſi mentalibus verbis vtantur,
Marc. 3. in corporibus tamen aſſumptis verba ſenſibiliter proferunt. Dęmones quoque
aliquando (quanuis inuite) deum verbis extollunt, quemadmodum in Marco legitur, Spiritus immundi cum Ieſum videbant, procidebant ei dicentes, Tu es filius dei? Hoc autem cunctis cõmune eſt creaturis, quòd deum benedicunt, laudant & ſuperexaltant dupliciter. Primo materialiter, quoniam ſunt materia laudis ſui creatoris inquantum ſunt bonæ, & diuina in eis relucet perfectio, iuxta illud, Vidit
Gen. 2. deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et illud Sapientiæ, A magnitudine ſpeciei creaturæ, po-
Sapiẽ. 13 terit creator horum cognoſcibiliter videri. Quibus conſentiens Paulus fatetur, Inuiſibilia dei, per ea
Rom. 1. quę facta ſunt, conſpiciũtur: ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Secũdo hoc faciũt per ſuas operationes naturales, in quarũ induſtria, ſeu ordinato proceſſu, motu & ordine, diuina ſapientia nõ mediocriter commendatur: ſicut & in naturalibus eorum proprietatibus, viribus, plumis, pilis, coloribus & figuris. Poſtremo quòd ait: opera domini domino, dupliciter ſumitur. Primo de effectibus ſeu crea-
Pſal. 101 turis dei in natura productis. Sic enim omnes creaturæ, etiam naturæ rerum dicuntur opera dei, quẽ-
Deu. 32. admodum ait ſcriptura, Opera manuum tuarũ ſunt cæli. Et iterum, Manus domini fecit hæc omnia.
Eſa. 26. Secundo de operibus virtutum, quæ efficit deus in bonis, iuxta illud Eſaiæ, Omnia opera noſtra ope-

A ratus es in nobis. In quibus operibus nobis à deo collatis omnipotentia atque clementia eius ostenditur. Sic nanque ait Psalmista, Mirabilis deus in sanctis suis. Et Apostolus, Gratias, inquit, deo su- Psal.67.
per inenarrabili dono eius. Circa hæc oritur quæstio. Benedicere enim videtur esse maioris, dicente 2.Cor.9.
Apostolo, Sine vlla contradictione quod minus est à maiore benedicitur. Quomodo creaturæ be- Hebr.7.
nedicere creatorem monentur? Et respondendum quòd duplex est benedictio: puta consecrationis aut perfectiuæ collationis, de qua veritatem habet instantia. Sic enim deus benedicit creaturis. Vnde Gregorius ait, Benedictio dei est collatio munerum eius, & multiplicatio eorundem. Prælati quo-
que tanquam medij inter deum & subditos aut subiecta, benedicunt eis hoc modo. Alia benedictio Luc.2.
laudis, seu gratiarum actionis, de qua modo est mentio: quomodo Simeon iustus deum legitur be- Psalm. 33
nedixisse. Et Dauid testatur, Benedicam dominum in omni tempore. Laudate & superexaltate eum in secula. Eisdem modis laudant deum & superexaltant quibus & benedicunt: asseritque Albertus, Laudant quia virtus dei in ipsis monstratur: superexaltant, quia creator supereminere proprietatibus creaturæ monstratur. Omnibus nempe rite considerantibus dant causam, præbent materiam, excitant mentem ad creatoris præconia, atque ad agnoscendum quòd ipse sit vniuersis sine mensura sublimior. Causa equidem in suo relucet affectu, & creatura est quasi radius quidam sui creatoris. Nam agens producit sibi simile secundum philosophos. Ideo in omni creato, bonitas, sapientia & omni-
B potentia dei apparent. Quanuis autem laudare & benedicere accipi soleant pro eodem, quoniam tamen in cantico isto distinctè exprimuntur, potest benedictio ad gratiarum actionem referri, laus ad simplicem commendationem. Vel vnum iustorum ad præconium dei sine comparatione eius ad creaturas, aliud ad præconium eius per comparationem ad eas. Iuxta quem modum laudat eum sanctus Dionysius in libro de diuinis nominibus, vbi de dei tractat nominibus secundum processum influentiæ dei ad creaturas. Generali exhortatione præmissa, viri hi ad particularia descendunt creata: & quod dixerunt in summa, exequuntur per partes à superioribus inchoantes, in quibus maior est similitudo primi opificis, iuxta quod Plato fatetur, Fluens à primo bonitas, forma est in proximis, imago in distantibus, & velut obscura reflectio in vltimis. Primo ergo inuitant creaturam angelicam in rerum ordinibus deo propinquiorem, prout vndecimo confessionum loquitur Augustinus, Duo fecisti ô domine, vnum prope te, scilicet angelum: aliud prope nihil, puta materiam. Inuitant autem angelicos spiritus, non quòd ipsi nostra admonitione indigeant, aut à dei benedictione, laude & superexaltatione vnquam desistant, sed verba hæc congratulando quia sic faciunt magis quàm exhortando vt sic faciant, rite sunt exponenda. Sicut & illud, Laudate eum omnes angeli eius. &, Benedicite domino angeli eius potentes virtute. &, Lauda Ierusalem dominum, si de cælesti Ierusalem ex-
planetur. ¶(2) BENEDICITE ANGELI domini domino, benedicite cæli domino.] Angelus
C secundum magnum Dionysium, quandoque est nomen cælestis spiritus de infimo choro, interdum pro omni cælesti spiritu sumitur, sicut nunc, propter quod ait Albertus, Omnes cælestes spiritus vocat angelos, propter hoc quod ad minus per descensum, & influentiam illuminationum mittuntur, quæ illuminationes à superioribus ad medios, & à mediis ad inferiores descendunt: vnde dicit Apo-
stolus, Nonne omnes administratorij spiritus sunt? ¶(3) BENEDICITE AQVAE omnes quæ Hebr.1.
super cælos sunt domino] Hoc loco apertissime dicuntur aquæ consistere super cælos, & consonat
illud Genesis, Dixit quoque deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et Gene.1.
fecit deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firma-
mentum: vocauitque deus firmamentum cælum. Itemque in Psalmo, Laudate eum cæli cælorum, & Psal.148.
aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen domini. Quæ licet prima facie videantur forsitan naturali rationi, & dictis philosophorum contraria, tamen (vt scribit Augustinus super Genesim) maior est scripturæ illius Geneseos authoritas, quam omnis humani intellectus perspicacitas siue capacitas. Vnde & Thomas in prima parte, quæstione sexagesimaoctaua, de ista loquẽs materia ait, Certissime ergo sciamus esse aquas super cælos: sed quæ vel quales aquæ, non est adeo certum. Origenes enim per aquas has intelligit spirituales substantias: sed hoc non placet Basilio. Sunt ergo ibi corporales aquæ, sed quales, varie traditur. Si enim dicamus firmamentum esse cælum sydereum, tunc illæ aquæ
D possunt dici illius naturæ cuius est hoc cælum. Vnde qui dicunt cælum esse de natura elementorum, dicere possunt aquas illas esse elementares. Qui autem asserunt cælum esse specialis naturæ, affirmant has aquas non esse elementares, sed naturæ cælestis. Et sic per aquas intelligitur nona sphæra, quæ est sine stellis, & dicitur aliquando sydereum propter diaphonietatem, sicut cælum beatorum vocatur empyreum, id est, igneum, propter splendorem. Qui autem ponunt aquas elementares super cœlum, vt Beda, Cassiodorus, & alii multi, dicere possunt quod non sint graues, sed subtiles, nec fluidæ, sed instar glaciei firmæ, ac duræ. vnde à quibusdam cælum crystallinum dicuntur. Et aliqui ponunt ibi aquas ad temperandum calorem cælestium corporum, quæ dicunt esse de natura ignis: & vt ait Augustinus, huius experimentum quidam sumpserunt, quod Saturnus est maxime frigidus ob vicinitatem ad aquas illas. Deinde Albertus scribit hoc loco, Aquæ istę quæ super cęlos sunt (vt dicit Augustinus) in minutissimis guttis ibi suspensæ sunt: & quidam autumant inde rorem
descendere. Vel forte melius dicitur (ait Albertus) quod aquæ nomen est primum materiæ in Ge- Gene.1.
nesi, Spiritus domini ferebatur super aquas: & ratione perspicuitatis, sunt in cælo crystallino, ratione humiditatis & fluiditatis, cælo inferiori, puta aereo. De ista difficultate tractat Magister secundo Sententiarum, & doctores multa ibi conscribunt. Communius autem tenetur, quod per aquas has intelligatur cælum crystallinum, seu aqueum: scilicet nona sphæra, non propter naturam, sed similitudinem aquæ in diaphoneitate. Moraliter verò per aquas quę super cęlos sunt, quidam intelligũt per-

ſpicuas ſeu illuminatas mentes ſanctorum,in quibus velut in ſpeculo reſplendent diuina [BENEDI- E
CITE omnes virtutes domini domino.] Per virtutes quidam intelligunt hic orbium motores cæ-
leſtium,qui à philoſophis intelligentiæ,à theologis angeli aſſeruntur: & vt Thomas in Summa con-
tra gentiles opinatur,ſunt de medio ordine mediæ Hierarchiæ,puta de choro virtutum:idcirco nunc
Pſal. 148 virtutes vocantur : de quibus fertur in Pſalmo, Laudate eum omnes virtutes eius. Et Benedicite do-
Pſal. 102. mino omnes virtutes eius,miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.Denique ſecundum diuinum Dio
nyſium, Sicut omnes ſupernæ mentes angeli , ita & virtutes vocantur propter vigorem, agilitatem,
efficaciámque agendi quicquid de eis diuinitus commendatur ſiue præcipitur. Itaque locus iſte mul-
tipliciter poteſt exponi.Primo de angelicis mentibus, ſicut prætactum eſt. Secundo de viribus cauſa-
tiuis cæleſtium corporum:quæ ſunt poteſtates cauſales per creationem inſitæ cæleſtibus cunctis cor-
poribus,per quas agunt & influunt in elementa & mixta prout Ariſtoteles ait,Homo generat homi-
nem, & ſol. Sunt enim cæleſtia corpora per virtutes huiuſmodi inſtrumentaliter cauſæ motuum , &
alterationum, generationum & corruptionum in inferioribus iſtis : vt etiam beatus Dionyſius ait. 4.
de diuinis nominibus , præſertim de ſole loquens ibidem . Conſonátque verbo philoſophi aſſeren-
tis, quod acceſſus ſolis in obliquo circulo, puta zodiaco eſt cauſa generationis & renouationis in in-
ferioribus, ſeu terræ naſcentibus . Receſſus vero eius in circulo iſto , eſt cauſa corruptionis & areſa-
ctionis illorum, ſicut ad oculum eſt videre : vnde peripatetici poſuerunt quatuor cauſas vniuerſales, F
ſummas, primarias , quarum altiſsima deus eſt. Secunda eſt intelligentia. Tertia anima nobilis.Cæ-
leſtia etenim corpora animata dixerunt , quorum animas nobiles nuncupabant . Quarta eſt naturæ
vis,ſeu virtus inſita cæleſtibus corporibus. Hinc ait Albertus,In orbibus cælorum virtutes ſunt mo-
uentes , & inſtaurantes naturam , ſcilicet inferiorum per indiuiduorum procreationem , in quorum
ſucceſsione continua ſpecies perpetuatur, quas hic ad dei laudem inducit . Tertio poteſt exponi de
virtutibus imperialibus, quas ponit Damaſcenus, ab eis cælos moueri affirmans . Quarto de omium
naturalium , ſeu creatarum rerum, ac ſpecierum naturalibus viribus ſiue potentiis , per quas ad ope-
rationes ſibi connaturales , ac debitas ſunt idoneæ : nullum enim naturalium propria caret operatio
ne ſecundum Damaſcenum, alioquin fruſtra eſſet, cum res non queat ſuum attingere finem,niſi per
propriam actionem, ſeu motum . Has virtutes putauit Rabbi Moſes in ſcripturis angelos appellari,
in quo tamen errauit , putans angelicas mentes,ſeu ſeparatas ſubſtantias non eſſe plures quàm ſunt
orbes cæleſtes , prout Albertus & Thomas ſuis locis de ipſo enarrant. ❡(4) BENEDICITE ſol
Geneſ. 1. & luna domino.] Hæc ſunt duo luminaria cæli illuſtrantia terram, de quibus dicitur in Geneſi, Fe-
cit deus duo magna luminaria . In quorum , præſertim in ſolis diligenti conſideratione , diuina ma-
ieſtas mirabiliter conſpicitur,ac relucet.Nempe vt quarto de nominibus diuinis capit.loquitur Dio-
nyſius, Sol iſte viſibilis euidens eſt imago bonitatis diuinæ , quæ eſt ſol æternus & intellectualis , ſol
ſapientiæ atque iuſtitiæ, imò in magnitudine, velocitate, claritate, cauſalitate, influentia & efficien- G
tia ſolis,diuinæ poteſtatis, ac ſapientiæ eminentiam ſatis admirari non poſſumus . Et dicitur ſol qua-
ſi ſolus omnibus lucens , quia non ſolum luna , ſed cætera quoque aſtra,ac planetæ , ſecundum plu-
res philoſophos,lumen ſortiūtur ab eo. Hinc & ſignifer ille ſanctus Franciſcus, conſiderando intuē-
doque fratrem Solem, non mediocriter delectabatur in creatore ſuperaltiſsimo. De hac re in Eccle-
Eccle. 43 ſiaſtico legitur,Species cæli in viſione gloriæ,ſol in aſpectu vas admirabile,opus excelſi,radios igne-
os exufflans . Magnus dominus qui fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter . Luna oſtenſio
temporis,& ſignum æui. Menſis ſecundum nomen eſt eius,creſcens mirabiliter in conſummationem.
Vas caſtrorum in excelſis , in fimamento cæli reſplendens glorioſe . Spiritualiter autem ſol ſignifi-
cat intellectum veri & boni , ac rationis fulgorem ſuper cæteras vires ei ſubiectas , quæ illuminantur
ab ea, ne ruant errantes in lubrico vitiorum. Luna deſignat inferiorem animæ portionem, vt ab ani-
mæ ſuprema portione, directione virtuoſa perfuſam eique ſubditam.Et quia electi horum habent v-
Apoc. 12. trúque,idcirco de eccleſia in Apocalypſi ſcribitur,Mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius. [BE-
NEDICITE STELLAE cæli domino.] Magnificentiam enim ſui creatoris multipliciter repræ-
ſentant ſua pulchritudine,motione,cauſalitate,pluralitate, ſitu,influxu,& ordine. Paruæ equidem vi-
dentur , ſed minima maior aſſeritur tota terra , quoniam remotiſsime diſtant à nobis . Propter quod
Eccle. 43 ſcriptum eſt,Species cæli gloria ſtellarum,mundum illuminans in excelſis dominus.Stellæ autem de-
ſignant virtuoſos , ſapientia præditos , qui verbo, exemplo, fama , ſeu moribus aliis lucent , qui ſunt
Phil. 2. velut lucerna lucens & ardens , quemadmodum ſcribit Apoſtolus , Omnia facite ſine murmuratio-
nibus, vt ſitis ſine querela ſimplices filii dei in medio nationis prauæ atque peruerſæ , inter quos lu- H
Dan. 12. cetis ſicut luminaria mundi, verbum vitæ cōtinentes . Hinc apud Danielem ſcribitur, Qui erudiunt
multos ad iuſtitiam fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. ❡(5) BENEDICITE imber
& ros domino.] Iſtæ ſunt duæ impreſsiones in aere factæ , perutiles ad terrænaſcentiū fœcundatio-
nem,& vitæ humanæ conſeruationem : ex quarum diligenti conſideratione oritur nobis grandis ma-
teria gratiarum actionis ac laudis diuinæ. Imber quippe, ſeu pluuia terram irrigat & fœcundat, iuxta
Eſaiæ 55. illud Eſaiæ, Deſcendit imber de cælo,& illuc vltra nō reuertitur, ſed inebriat terram & infundit eam
& germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & fructum comedenti.In modo quoq; deſcēſus pluuiæ,
quo guttatim per cohærentiam riuuliformem, velut per ſubtiliſsimos aquæductus atque cānalia de-
fluit, ac deſcendit, ſapientiam & bonitatem prouidentiæ dei ſatis mirari nequaquam valemus . Hinc
Iob 12. apud Iob ſcriptum eſt, Si continuerit aquas,omnia ſiccabuntur: ſi emiſerit eas,ſubuertent terram,vi-
Iob 26. delicet ſi ſimul cum impetu caderent. Ideo rurſus apud eundem habetur,Qui ligat aquas in nubibus,
Pſal. 146 vt non erumpant pariter deorſum.Et Pſalmiſta decantat, Qui operit cælum nubibus, & parat terræ

A pluuiam. Insuper ros, flores, & germina dulci nutrit humore. Imber autem doctrinam & prædica-
tionem, ros spiritus sancti consolationem & vnctionem designat, sicut dominus per Esaiam loquitur, Esaiæ 5.
Mandabo nubibus meis vt non pluant super eam imbrem, & ibi ad literam sermo est de synagoga Iu
dæorum, secundum quod vinea domini sabaoth perhibetur[BENEDICITE omnes spiritus dei do
mino] Spiritus hic pro vento accipitur, qui à diuersis terræ plagis procedit, atque ad terræ nascentium
pullulationem hominúmque consolationem ac refrigerationem plurimum confert. De quo secúdum Gene. 1.
vnam expositionem accipitur illud Geneseos, Spiritus domini ferebatur super aquas: illudq; euange- Iohan. 3
lii, Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat. Vnde ait Psalmista, Qui producit ventos de thesau- Psal. 134.
ris suis. Per vêtum vero spiritus sancti aspiratio, ac refrigeratio denotatur. Posset quoque per omnem
spiritum dei quęlibet spiritalis & subtilis essentia insinuari. ¶(6) BENEDICITE ignis & æstus do
mino] Si subtilitatem, actiuitatem & magnitudinem ignis elementaris pensemus, dei excellentiam in
eo perpendere quimus. Cætera enim terra ambit & continet elementa. Estque elementum magis for
male & actuosum, imò vt Thomas ait, per ignem proprietates diuinorum conuenientissime expri-
muntur. Nam & deus ignis consumens ab Aposto. dicitur, Charitas quoq; imò & spiritus sanctus ob
varias causas ignis vocatur. Similiter à sublimi Dionysio, proprietates Seraphim à similitudine ignis
accipiuntur & describuntur, quemadmodum super angelicam hierarchiam Hugo & Lyconiensis ex-
B ponunt. Quo demum aqua subtilior est terra & aer aqua, tantum ignis iste aere est subtilior. Vnde in
sua sphæra nec visibilis nec lucidus fertur. Aestus autem, seu cauma est effectus ignis, vel secundum
Albertum regio aeris proxima igni. Ignis quoque qui apud nos est compactus atque visibilis, & æstus
causatus in aere prope nos, dant nobis materiam laudandi benedicendíque deum. Spiritaliter ignis
est charitas, æstus, ardor est charitatis. De quo ait Christus, Ignem veni mittere in terram. Et discipu- Luc. 12.
li duo dixerunt, Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de Iesu, cum loqueretur nobis in via. In Can- Luc. 23.
ticis canticorum quoque de charitate habetur, Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Hic Can. 8.
ignis diuinus spiritalisque æstus, sunt præclarissima bona & præstantissima dei dona, quæ dum no-
bis collata senserimus, æstuantes præcordialissimas & item humillimas deo superpiissimo grates re-
ferre debemus ac laudes. [BENEDICITE FRIGVS & æstas domino.] Frigus pro aere, vel ipsa
temporis illius aspera qualitate hic sumitur. Temporum autem distinctio, in hyemem & æstatem,
autumnum & ver, annum, diem & noctem à motu cælestium, præsertim ipsius solis causatur, secun-
dum quod in Genesi inducitur, Dixit deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem & Gene. 8.
noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Præterea in ordinatissima temporum & qua-
litatum eorum distinctione sapientia dei mirabiliter declaratur, & humanæ vitæ sapientissime pro-
uidetur, quemadmodum in hymnis tangit Ambrosius, dicens, Aeterne rerũ conditor, noctem diem-
C que qui regis, & temporum das tempora vt alleues fastidium. Et alibi Vestiens diem decoro lumine,
noctem soporis gratia, vnde cum Psalmista dixisset, Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum Psal. 103.
suum, & cætera quæ sequuntur admirando subiecit. Quàm magnificata sunt opera tua domine, om-
nia in sapientia fecisti. Mystice frigus est extinctio flammæ concupiscentiarum ac vitiorum. Aestas
calor maturitásque virtutum: in quibus electi deum magnifice laudant, tam recessum à malo, quàm
accessum ad bonum diuinæ pietati humiliter ascribentes. ¶(7) BENEDICITE RORES & prui-
na domino.] Ros est effectus temperati caloris, & frequentius fit in vere. Pruina effectus est frigoris,
& fieri solet in autumno iuxta Philosophum, quorum primum designat prosperitatem, aliud aduersi-
tatem, in quibus virtuosi deo æqualiter regratiantur: imò quandoq; amplius in aduersis, qui non pro-
speris extolluntur, neque aduersis deiiciuntur, armati armis iustitiæ à dextris & sinistris. [BENEDI-
CITE GELV & frigus domino.] Gelu causatur à frigore, atque à frigore vẽti, seu plagæ septentrio-
nalis fortissimum oritur gelu, iuxta illud Ecclesiastici, Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit cry- Eccle. 43
stallus ab aqua. Et in psalmo, Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Per gelu & frigus mentis con- Psal. 147
strictio atque duritia ex dispensatoria subtractione, seu suspensione consolationis, ac sensibilis deuo-
tionis intelligi potest, in quo euentu benedicendus est deus, & patientia conseruanda, orandúmq; lon
ganimiter pro refusione doni subtracti, & interim in exterioribus, ac indignis renuat consolari anima
D nostra. ¶(8) BENEDICITE GLACIES & niues domino] quæ causantur ex frigore: & quidam
per glaciem intelligi grandinem volunt. Niues autem sunt aquæ, quæ raræ, seu tenues congelatæ de- Ibidem.
scendunt, in quibus sapientia dei relucet, dicẽte Psalmista, Qui dat niuem sicut lanam. Et item, Ignis, Psal. 148.
grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Per hæc dno designantur dei fla-
gella quibus percutimur, in quibus deum laudare debemus, dicentes singuli illud Iob, Peccaui & vere Iob 33.
deliqui, & vt eram dignus non recepi. [BENEDICITE noctes & dies domino.] Nox ab opacitate
terræ causatur, & tribulationem designat, dies prosperitatem. Quandoque autem nox veteris testa-
menti obscuritatem vel vitiorum caliginem, dies euangelicę gratiam veritatis vel mentis claritatẽ de- Rom. 13.
signat, vt cum ait Apostolus, Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. ¶(9) BENEDICITE lux
& tenebræ domino.] Secundum Albertum, lux spargit vigiliam, tenebra refouet & continet spiritum
ne dissoluatur. In lucis autem consideratione, puritate, amœnitate, subitanea diffusione, multiplici fœ-
cunditate ac vtilitate, ortu atque occasu diuina maiestas sublimiter innotescit, quemadmodum in Ec- Eccle. 31.
clesi. dicitur, Dulce lumen & delectabile oculis videre solem, Per lucem etiam sensibilem, increata lux
dei multiformiter designatur. Et mystice lux est illustratio mentis, consolatio & exhilaratio bona. Te-
nebra vero defectuositas seu ignorãtia cordis aut obscuratio eius. Vnde ad innuendũ mirabiles pro-
prietates istorũ dominus ait ad beatũ Iob, Indica mihi si nosti in qua via habitat lux, & tenebrarũ quis
locus sit, vt ducas vnumquodq; ad terminos suos, & intelligas semitas eius. Si autem obiiciatur, cum Iob 38.

A ꝺa & velocißime pereuntia, decentißimos formarum suarum numeros habere non posse confirmat, nisi inde formentur vbi forma intelligibilis & incommutabilis simul exemplariter habens omnia, perseuerat. Hoc & Christus in Euangelio pandens, Considerate inquit lilia agri quomodo cre- Matt.6.
scunt. Dico autem vobis quòd nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex illis. De hac quoque materia Hugo & Richardus eius discipulus pulchre loquūtur, vno eorum dicente quod & alius in Sententia ponit, Quid de gemmis & pretiosis lapidibus narrem, quorum non solum efficacia vtilis, sed aspectus quoque mirabilis? Ecce tellus redimita floribus, quàm iucundum præbet spectaculum? Videmus rubentes rosas, candida lilia, purpureas violas, in quibus non solum pulchritudo, sed origo quoque mirabilis, quomodo scilicet det sapientia de terræ puluere species tales producit. ℂ(12) BENEDICITE fontes domino] fons à fundendo nomen sortitur, quia aquarum fundit fluenta, & sua diffusione, perspicuitate, exuberantia, claritate, euidens quædam imago, seu repræsentaculum est bonitatis diuinæ, ob eius communicabilitatem, claritatem, munificentiam, exuberantiámque immensam, propter quod deus æternus frequenter fons nominatur. In origine quoque fontium, qualiter scilicet ex terræ visceribus prodeunt, & multiplicatione ac vtilitate eorum, sapientia dei eximie commendatur, qui taliter hominum necessaria prouidit, vtilitati consuluit. De mirabilibus demum quorundam fontium proprietatibus & viribus Augustinus & alii, tam theologi quàm philo-
B sophi varia conscripserunt, in quibus omnibus diuina claret maiestas. Fons autem doctores, prædicatores, ac sacerdotale designat officium, quorum est riuos sapientiæ, aquam salutaris scientiæ, charismata gratiæ, influentiam sacramentorum aliis communicare, propinare, profundere, de quibus in psal-
mo habetur, In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israel. Et in Esaia, Haurietis aquas in gau Psal.67.
dio de fontibus saluatoris. [BENEDICITE maria & flumina domino.] Vnum est mare totale di- Esaiæ 12.
ctum, Oceanus, scilicet aquæ elemētum, cingens & ambiens terram, quod Secundus philosophus appellauit cingulum terræ, scribens Hadriano Imperatori. Sunt autem plura particularia maria, velut brachia magni maris, sed & minora quædam sunt maria, de qualibus & in Euange. legitur. De quibus potißime verum reor quod hic ait Albertus, Maria inquiens causantur à confluxu fluminum, sicque iuxta proprietatem idiomatis Hebræorum, quælibet magna congregatio aquæ vocatur mare, secun-
dum illud Gene. Congregationes aquarum appellauit deus maria. Flumina autem ex fontibus scatu- Gene.1.
rire feruntur, quamuis nonnunquam aliunde causentur. Hinc dicit Albertus, Flumina à confluxu fon-
tium generantur. Denique in Genesi habetur, quòd fons ascendebat è terra, irrigās vniuersam super- Ibidem.
ficiem terræ. Et denuo, Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde Gene.2.
diuiditur in quatuor capita, scilicet in quatuor principalia flumina ex paradiso manantia. Itaque ex fonte illo paradisi, fluuius paradisi profluxit, & fluuius ille quadripartitur. Verùmtamen secundum Da-
C mascenum, fons præfatus ex mari Oceano habet originem, sicque verificatur illud Ecclesiast. Omnia Eccle.1.
flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant. Per mare autem interdum exprimitur seculi huius, id est, secularium hominum inquietu-
do, amaritudo, atque tumultus. Impii enim quasi mare feruens, quod quiescere non potest, vt dicitur Esaiæ 57.
in Esaia, Interdum autem per mare corda pœnitentium, se in amaritudine & fluctibus internæ compunctionis afficientia denotantur. Flumina vero nunc gratiarum copiosa charismata, nunc tribulatio
num abundantiam signant. Quantum ad primum ait Christus, Qui credit in me, flumina de ventre Iohan.7.
eius fluent aquæ viuæ. Quo ad secundum ait Psalmista, Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus Psal.92.
aquarum multarum. ℂ(13) BENEDICITE CETE & omnia quæ mouentur in aquis domino.] Hæc sunt elementi aquæ præcipua ornamenta. Porro si ea quæ de cete à philosophis & à theologis scripta sunt attendantur, magna valde offertur materia laudandi, admirandi, honorandíque deum. Nempe de hoc genere piscis secundum nostram expositionem sumuntur saltem pro parte, quæ in libro
Iob de Leuiathan scripta sunt. Hinc inter pisces specialiter nominatur & prænominatur, quia est ma Iob 40.
ximus piscis, inter creaturas dei opus eius non parum mirabile. Quemadmodum enim inter homines magnitudine eminēt ipsi gigantes, inter volucres griphi, inter bestias terræ quadrupedes elephantes,
sic inter pisces sunt cete, de quibus dicitur in Genesi, Creauit deus cete grandia & omnem animā vi- Gene.1.
D uentem atque motabilem, quam produxerant aquę in species suas. Interim quanta sit varietas, decor, vtilitas, robur, vis atque proprietas piscium maris, quis mortalium poterit rimari aut explicare? Sed
quia ad Petrum & Andreā locutus est Christus, Faciam vos fieri piscatores hominum, constat nomi- Matt.4.
ne piscium intelligi homines, ita ꝙ designant maiores atque potentes baptismatis vnda renatos. Cætera quæ mouentur in aquis, minores & simplices in aqua baptismi motum virtutum vitáque gratiæ
sortientes. De huiuscemodi aqua & piscibus apud Ezechielē multa leguntur, quo inter cætera fertur, Ezec. 47
Omnis anima viuens, quæ serpit quocunque venerit torrens, viuent, & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur, & viuent omnia ad quæ venerit torrens, & stabunt piscatores super illas. [BENEDICITE omnes volucres cæli] scilicet aerei [DOMINO.] vbi volucres volant. Et quis in diuersitate, pulchro colore, cantu suaui, multiplici actu, celeri motu, penneo tegumento, multiformi ornatu, cæterisque auium proprietatibus, superbenedicti & supergloriosißimi dei
sapientiam, perfectionem, ac maiestatem digne miretur? Quamuis autem per volucres quandoque su- Luc.8.
perbi in altum vanitatis se erigentes, quandoque diaboli in aere volitātes signentur, vt cum ait Saluator, Volucres cæli comederunt illa, id est, semina verbi dei abstulerūt: nunc tamen per volucres intel-
ligendi sunt contemplatiui, pennis orationum, meditationum, virtutum, atque donorum in sublimia Psal.54.
eleuati, quibus competit dicere illud Psalmistæ, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo. Esaiæ 60
& requiescam? De quibus loquitur Esaias, Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fe- Esaiæ 40

nestras suas? Et iterum, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, E
volabunt & non deficient. ℂ(14)BENEDICITE omnes bestiæ & pecora domino] In his quoq;
summi artificis excellentia ineffabiliter commendatur. Vnde ad declarandam sapientiam suam in istis
Iob 39. suis effectibus opifex deus multa ad sanctum Iob loquitur, Aristoteles quoque & Albertus magnus in
libris suis de animalibus mira & pulchra scripserũt. Sed & Augustinus in libris de Ciuitate dei aliqua
de his tangit. Quinto enim de Ciuitate dei testatur, Deus nec exigui & contemptibilis animantis vi-
scera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum conuenietia partium,
& quadam veluti pace reliquit. Et Hugo, In terra inquit commurantur animalia tam diuersimode fi-
gurata, quorum nonnulla miramur ex corporũ magnitudine, quædam ex paruitate, quædam ex ra-
ritate, quædam ex speciositate, quædam (vt sic loquar) ex quadam conuenienti ineptitudine & dele-
ctabili deformitate, quæ vocantur ridicula. Insuper secundum Augustinum, animalia quæ minimum
habent quantitatis, plus habent admirationis. Plus enim formicularum & apicularum opera stupe-
mus quàm immensa corpora beluarum. Hugo quoque his consonans ait, Animalia quæ ob paruita-
tem miramur tam artificiose, ac sapienter sunt instituta, vt vix discernere valeamus quid magis de-
beamus mirari dentes apri vel tineæ alas, gryphis vel cyniphis, caput equi vel locustæ, crura elephã-
tis vel culicis, aquilam vel formicam, leonem vel pulicem, tigridem vel testudinem. His nempe tam
exiguis corporibus sic omnifariam lineamenta suæ naturæ congrua plene distribuit deus, vt nihil de-
esse videatur tam minimis eorum, quæ natura formauit in magnis. Itaque quicquid in creaturis & pul F
chritudine, proprietate, actibúsque eorum visui aut considerationi nostræ occurrerit, protinus ad su-
peradorandi, ac superdelitiosissimi atque in infinitum sapientissmi creatoris contemplationem, reue-
rentiam, laudem & gloriam, amorem & superextollentiam referamus, cuncta creata pensantes, vt sint
creatricis sapientiæ quidam effectus, non vt sunt res quædam in suis speciebus atque ordinibus con-
sistentes, sicut dum ædificia pulchra conspicimus, statim ex consideratione eorum artificis collauda-
mus industriam. Hinc etiam naturalis philosophia, si quis vtatur ea legitime ad diuinorum contem-
plationem confert non modice, ad quam & naturaliter ingeniosi, præsertim ad metaphysicalium spe
culationem bene dispositi, vtpote in vi cogitatiua apti ac prompti, cæteris paribus aptiores cẽsentur,
quanuis in aliis defectum naturæ, ac naturalis scientiæ gratia dei facilime queat supplere, imò & illis
sublimiores efficere. Per bestias autem & pecora, hominis sensualitatem sequentes signantur, qui ad
benedicendum dominum inuitantur, eo quòd tam diu eis pepercerit, & adhuc ad emendationem eos
præstolatur ac prouocat. Cum vero conuersi fuerint, dominum grata mente solent laudare dicentes,
Psal.93. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Verum cum bestiæ pro-
prie appellentur animalia syluestria atque indomita, pecora autem bruta domita, seu domestica. Per
bestias homines carnales, crudeles, intractabiles: per pecora homines carnales, mansueti, tractabi-
les, congrue intelliguntur. [BENEDICITE filii hominũ domino.] ℂ(15)BENEDICAT Israel
dominum, laudet & superexaltet eum in secula.] ℂ(16)BENEDICITE sacerdotes domini domi- G
no] Rationales & intellectuales creaturę dupliciter dominum benedicũt, videlicet generaliter, ac spe
cialiter. Generaliter dando materiam laudis diuinæ, considerãtibus eas, & exercendo operationes si-
bi naturaliter conuenientes, eo vtique modo quo (vt dictum est) cæteræ creaturæ irrationales & in-
animatæ dominum benedicere asseruntur. Specialiter quoque dominum benedicũt intellectiue & di-
lectiue formaliter atque vitaliter, corde & ore dei laudibus insistendo per sapientiam & amorem. Pri
mo igitur modo benedicunt deum, siue considerentur quoad dona naturæ, siue quoad dona gratiæ,
siue quoad dona gloriæ. Nam & quantum ad naturalia homo est mirabilis creatura dei, sui imagine
Gene.1. decorata, & spiritali rationali essentia, & carne mortali mirabiliter compaginata, membris corporis
& viribus animæ artificiose dotata. Et breuiter, si hominem consideremus quoad corpus & animam,
& naturaliter circunstantia ac concernentia eum inuenimus tanto copiosiorem excellentiorémq; ma
teriam benedicendi creatorem, quo cæteris creaturis præfatis homo est altioris naturæ, eminentio-
risque formaturæ quoad corpus & animam. Vnde de pulchra huius corporis dispositione loquitur
August. In ipso hominis corpore quãta dei bonitas, quanta tanti creatoris apparet prudentia? Nonne
ita sunt in eo loca sensuum & cætera membra disposita, speciésque ipsa ac figura, & statura totius cor-
poris ita mortificata, vt ad ministerium animæ rationalis se iudicet factum? Non enim vt animalia ir-
rationalia prona in terram esse videmus, ita & creatus est homo, sed erecta in cælum corporis forma,
Col.3. ammonet eum quæ sursum sunt sapere atq; aspicere. Porro mira mobilitas linguæ, manibus attributa
ad loquendum & scribendum, & ad opera artium plurimarum ac officiorum complenda conueniẽs, H
nõne satis ostendit quali quamq; præclaræ animę tale corpus ad seruiendũ consistat vnitũ? De dispo-
sitione quoq; interiorum corporis, scilicet perplexitate venarum atq; neruorũ, & secretis vitalium vi-
scerum loquitur Augustinus ibidem, ostendens quòd si talium harmonia, connexio ac dispositio notę
essent, ita delectaret pulchritudo rationem in eis vt omni formæ quæ oculis placet ipsius mẽtis præ-
ferretur iudicio. Insuper quis in institutione sensuum, & modo immutationis eorum à suis obiectis, &
in mutua sensuum ac sensibilium proportione, ac cohabitudine, in dispositione quoque sensuum in-
teriorum & nobilitate virium animę superiorum intellectiuarum omnipotentiam sapientiæ, ac sapiẽ-
tiam omnipotentiæ dei authoris primi totius creaturæ satis miretur, digne collaudet? Si vero superna
turalia dona hominibus præstita intueamur, videlicet dona gratiæ gratum facientis, & etiã dona gra
tiæ gratis date, abũdantiorẽ sublimiorẽq; materiã benedicẽdi dñm inueniem⁹, & maxime si bona glo
rię eis promissa & multis iam data pẽsemus. Postremo quo alicui plura & potiora diuinitus collata sunt
beneficia, eo dñm plus bñdicere obligatur, & ampliorẽ præbet materiã benedicẽdi illũ. Idcirco postq̃

A in generali dixeruut: benedicite filii hominum domino, de Israelitica plebe specialiter subiunxerunt:
Benedicat Israel dominũ,scilicet propter specialia,multa & magna beneficia sibi concessa,de qua fer
sur in psalmo,Qui annnnciat verbum suum Iacob,iustitias & iudicia sua Israel.Non fecit taliter om- Psalm.17
ni nationi,& iudicia sna non manifestauit eis.Itemqne,Quanta audiuimus,& cognouimus ea, & pa- Psal.77.
tres nostri narrauerunt nobis.In libro quoque Nnmerorum, Quis similis tibi popnle, qui saluaris in Num.24
domino?Et Baruch ait,Beati sumus nos,quia quæ deo placita sunt, manifesta sunt nobis.Verum qno Baruch 4
niam plebs illa per suam incredulitatẽ indigna facta est nomine Israelis, de qua ait Apostolus,Videte
Israel secundum carnem. Nnnc per Israel intelligẽdns est popnlus fide & opere Christianus, de quo 1.Cor.19.
idem Apostolus ait,Pax super Israel dei.Hic enim populus fide deum prospiciens, etiam in prophe- Gal.6.
tis frequenter ad literam nominibus Ierusalem & Sion,ac Israel designatur, præsertim qnia primiti-
ua ecclesia ex populo illo fuit.Sed & mnlto maiora data snnt beneficia ac mnnera gratiæ populo chri
stiano,quàm plebi Iudææ,quannis de illa dicat Apostolus,Israelitę quorum est adoptio filiorum dei, Rom.9.
& gloria,& testamentum,& legislatio & obsequinm,& promissa,& quorũ patres,ex quibus Christus
secundum carnem,qui est super omnia deus benedictus in secula.Expresso demum in generali nomi-
ne Israel,in speciali sacerdotes nominantur,quibns maiora dona erant concessa, & ratione officii sui
specialiter ad spiritalia exercitia laudésque dei fuerãt obligati,de quibus dominus dixit,Inebriabo ani Ierem.31.
B mas sacerdotum pinguedine. Quibus ait Ezechias: Filii mei nolite negligere , vos elegit dominus vt 2.Par.29
stetis coram eo,& ministretis ei,colatis eum,& cremetis ei incensum. In libro quoque Leuitici domi-
nus præcepit eis dicens, Doceatis filios Israel omnia legitima mea . Et alibi, Sacerdotes sancti erunt Leuit.10
deo suo.Si autem tam spiritaliter continenter & sobrie viuere tenebantur sacerdotes illi legales:quo- Exod. 29
rum sacerdotium typicum erat,puta figura sacerdotii Christi atque ecclesię,qnàm spiritaliter,caste ac
temperate viuere obligantur sacerdotes ecclesiæ . Nonne tanto perfectius quo spiritalius atque diui-
nius eorum est sacerdotium?& quo præstantiorem deo hostiam offerunt, ac præstantiora sacramenta
contrectant?Itaque deo iugiter benedicant, laudibus vacent diuinis, & spiritalibus se prorsus manci-
pent actibns,vitia gulæ & luxuriæ primo ac vehementissime abhorrentes ac repellentes[BENEDI-
CITE serui domini domino] quod vel de ministris sacerdotum in cultu diuino,puta Leuitis, quibus
modo in ecclesia succedunt diaconi,vel de quibuscunque dei famulis dicitur,Omnes autẽ fideles sunt
serui dei tãquam creati ac redempti ab ipso,quibus summa ingennitas & libertas est deo seruire. Hoc
nanque est vitiis & proprio animo dominari , carnem , ac demonem simul cum hoc seculo nequam
superare,quod excellentissimum victoriæ genus est.¶(17)BENEDICITE spiritus & animę iusto-
rum domino]Præterea(sicut refert Hieronumus)quia apud Danielem dictum est, In anima contrita
& spiritu humilitatis suscipiamur.Et nunc dicitur:Benedicite spiritus & animę iustorum:quidam di-
C xerunt in homine præter spiritum sanctum duo distincta esse,spiritũ & animam, quibus secundũ Hie
ronymum laborandum est quomodo absque carne & gratia spiritus sancti duæ substantiæ & duo in-
teriores homines in vno homine esse dicantur:hoc quippe ex eorũ sequitur dicto.Itaq; spiritus & ani
ma boc loco eandem animæ rationalis essentiam exprimunt, quæ anima dicitur inquantum informat
& animat corpus,spiritus,ob suam simplicitatem & inquantum contemplatur cælestia,vt habetur ex
libro de spiritu & anima.Laus autem iustorum deo gratissima esse dinoscitur,sicut & laus humilium,
ac sanctorum,de quibus mox additur,[BENEDICITE sancti & bumiles corde domino.]non pro-
prię potestati aut labori siue industriæ,virtutes & merita vestra attribuendo,sed pietati & gratiæ spi-
ritus sancti qui operatur in nobis velle & perficere. Cor autẽ contritum & humiliatũ deus non sper- Pbilip. 2.
nit.Et cum ipse sit essentialiter pure infinitéq; sanctus, sanctitas sibi maxime placet,hnmilibus quoq; Psal.50.
dat gratiam. Itaque dum canticum istud deuotũ ac feruidum pronunciamus ex ardenti id agamus af-
fectu,& deum ab omni suo effectu honorare cordialissime affectemus, & ipsi quoque eum deuotissi- Iaco.4.
me benedicamus laudantes eum in seipso & in suis operibus.Iuxta illud Ecclesiastici, Benedicite do- Eccle. 30
minum in operibus suis.Et denuo,In omni corde,ore,nunc collaudate & benedicite nomen domini. Eccle.17.
Omnia etenim deus maiestatis propter seipsum creauit vt sua perfectione in omnibns relucente,ipse Proue. 16
in omnibus & ex omnibus laudetur,ac veneretur. Iuxta quod scriptum est,Fecit deus opera sua vt ti- Eccle.3.
D meatur.Ideo Glossa dicit, Cum cernimus aliquid pulchrum vel honestum, inde denm laudare, & ei
gratias referre debemus.Circa præcedentem quoque versiculnm ponit, quod spiritus est quo discer-
nimus,& anima qua viuificamur, vt vitam & intentionem ad dei præconia referamus. Postremo be-
nedicere & laudare deum excelsum angelicus actus est & cælestis,magisque diuinum, ac meritorium
opus cæteris paribns quàm deũ orare.Ob hoc ait propheta,Cãtabo domino in vita mea,psallam deo
meo quàm diu sum.Et,Benedicam dominum in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Tandem Psal.102
viri isti seipsos ad dei prouocant laudem.¶(18)BENEDICITE Anania, Azaria, Misael domino] Psal.33.
Ex præsenti,scilicet liberationis beneficio ab igne atq; miraculo,scientes eum omni creaturæ supere-
minere,nec ei cessantes de cætero gratias agere.Sequentem versum ecclesia addidit in laudem super-
beatissimæ trinitatis loco Gloria patri, quod Damasus papa ex ordinatione & persuasione beati Hie
ronymi in fine singulorũ psalmorũ decãtari instituit,itaq;.¶(18)BENEDICAMVS].i.corde, ore, Iohan.4
corpore deuotionem,laudem,honorẽ,reuerentiã,atq; dignum latriæ cultum & adorationẽ in spiritu
& veritate exhibeamus,bene loquamur,bene sentiamus,omne bonũ ascribamus,ab vniuersis creatu-
ris laudari & amari optemus[PATREM]creatorẽ[ET filiũ].i.redemptorẽ[CVM sancto spiritu] cõ-
solatore nostro,quia filii incarnationem operatus est,& ab eodem patre & filio missus,& per se venit
super apostolos,& ecclesiã sanctificauit,& de omni bono nobis prouidit.Et quia hę tres personę sunt
vnus & indiuisus, superamabilissimus deus [LAVDEMVS] eum in his tribus personis vnica laude,

[ET superexaltemus eum in secula] pluraliter loquitur. Verus enim dei amator, & gratus donorũ eius B
susceptor, nõ solum à se sed ab omnibus appetit deum benedici & laudari. ℂ(20) BENEDICTVS
Gene.1. es domine in firmamento cæli] id est, in firmamento quod dicitur cælum, de quo dicitur in Gen. Fiat firmamentum in medio aquarum. Et item, Vocauit deus firmamentũ cælum. Quod dicitur firmamẽtum, quia firmat omnia in se contenta, quorum est locus cõmunis. Locus autem est conseruatiuus locati secundum Philosohum, qui etiam dicit quod motus cæli est vita quædam, virtus & cõseruatio inferiorum. Vnde in firmamento est deus tanquam principalis motor, rector, atque influxor in inferiora, qui licet non sit proximus motor cælestium orbium genere causæ efficientis, seu efficienter mouentis: est tamen motor primus & summus in genere causæ finalis, quoniam mouet sicut desideratum seu bonum optatum mouet desiderium & optantem secundum meliores philosophos, tam peripateticos quam platonicos, [ET laudabilis] ob tuam bonitatem, virtutem, & sanctitatẽ. Laus enim debetur virtuti sicut & honor. Sed laus consistit in verbis, honor in actibus. Est nanque exhibitio reuerentiæ in signum testimoniũmq; virtutis, & sicut virtus & sanctitas in infinitum cunctis præeminet, sic ipse superbeatissimus deus infinite laudabilior est quàm eũ aliqua possit creatura laudare, iuxta illud, Glorificantes dominum quantuncunq; poteritis, superualebit adhuc. Benedicentes dominum exaltate il-
Eccle.43 lum quantum potestis: maior est enim omni laude, & quis magnificabit eũ sicuti est à principio? Itaq; & si incessabiliter laudibus dei intẽti fuerimus, etiam mente deuota, non inaniter gloriemur nec præ- F
sumamus quasi quid magni egerimus, sed pensantes omne nostrũ præconium atque obsequium infini
2.Co.10. te à dignitate, ac laudabilitate altitudinis dei nostri deficere, ipsum humillime deprecemur, vt per pietatem suam immensam laudes nostras acceptare dignetur potissime, quia & quicquid in eis boni est, ipsius est donum: quicquid vero defectuositatis admixtũ, id prorsus est nostrum [ET gloriosus] proue gloria multis modis accipitur, sic & deus multipliciter gloriosus asseritur. Est enim gloriosus .i. plenus gloria siue per gloriam intelligatur iucunditas siue felicitas siue excellẽtia siue maiestas aut clara cum laude notitia, aut fama præinclyta. Et absolute loquendo, ipse solus plenus est istis, plenitudine prorsus infinita. Interdum etiam sumitur gloria dei pro magnifico aliquo eius effectu, vt cum scribitur in
Ezech.10 Ezechiele, Egressa est gloria domini à limine templi, & stetit super Cherubim. Huiuscemodi quoque effectibus deus effectiue plenus est. Denique Moses deum esse gloriosum protestans disseruit. Nisi ti-
Deut.28. mueritis nomen domini gloriosum atque terribile, augebit plagas tuas, [ET superexaltatus,] quoniam vniuersis & singulis simul acceptis incomparabiliter & immense melior altiorque consistit. Siquidem
Psal.144 finiti ad infinitum nulla est comparatio. Ideo cãtat Psal. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis [IN secula] vtique vniuersa, id est, omnium spacio seculorum generationũ seu temporum inæternum & in seculum seculi.

ℂORATIO ex Hymno trium puerorum præscripto. G

*Oratio cordis nostri spiritu sancto tangente, mundis labiis & tota deuotione fac nos domine cum vniuersitate creaturarum tuarum te benedicere, ut hac suauitatis modulatione placatus, perhennitatis donemur benedictione. Per do. no.*

# ❧Cantica noui Testamenti.

## COMMENTARIVS IN GLORIOSISSIMAE

Virginis dei matris Mariæ Canticum, Magnificat anima mea dominum. Lucæ 1. Cap.

ℂARGVMENTVM DIONYSII.

QVibusdam veteris Testamenti sanctis concessum est, vt perceptis beneficiis dei præcipuis, canticum deo componerent & offerrent. Sic quoque nunc ait sancta Maria, Magnificat anima H
mea dominum. Considerans enim ineffabilia dei beneficia super se, & in se, laudes gratiásque referre nõ distulit. Præsertim quia ex ea incarnari dignatus fuit vnigenitus dei. Cuius rei typus in Anna præcessit, quæ supernaturali dei munere Samuelem enixa cecinit carmen hoc gratulabundum. Exultauit cor meum in domino. Quod in aliquibus cum carmine virginis diuinæ coincidit. Itaque deuotissima atque gratissima mente fatetur domina mundi, regina cæli, genitrix dei,

A EXPOSITIO CANTICI MARIAE, MAgnificaꝫ anima mea dominum.

¶QVOTIDIE AD VESPERAS.

MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM.] Magnificentia & excellentia cantici huius primo ex parte actricis perpenditur, quæ quanto gratiosior, il luminatior, atque diuinior erat, eo præclarius canticum edidit. Secũdo, ex sententiæ vbertate ac maiestate. Tertio, ex igne deuotionis in ipso exuberãtis. Sic ergo, magnificat, inquit, anima mea dominum, tanquam dicat, Tu me ô Elizabet laodas, extollis, magnificas: verũ ego sciens quod à meipsa oĩl habeo, vniuersa bona deo ascribo, ipsum laudo, me deprimo. Illum magnifico, id est, magnum, summum, immensum fateor, contestor, demonstro: illũ totis viribos magnificenter honoro, omni zelo venerari desidero, me paruipendo. Dicimur itaque deum sanctificare, magnificare, glorificare, dum verbis & actibus eius sanctitatem, maiestatem, beatitudinem, protestamur, extollimus, demoostramus. Impũ vero dieuntur nomen dei polluere, paruifacere, inhonorificare: quoniam quantum in ipsis est, verbis & factis ostendunr, seu ita se babent, quasi deus non esset honore & gloria, omniq; reoerentia dignus, sed paruipendẽdus, neq; curandus. Alios quoque ad dei offensam, irreuerentiam, ioiuriámque inducuot. Hinc per Ezechielem deus frequenter improperat filiis Israel, ꝙ polluerunt nomen sanctum suum in gentibus. Fecir ergo Maria quod S. Parer eius propheta Dauid admonuit, Magnificate dominum mecum. Porro secundum Ambrosium magnificamus dominum, seu dominus magnificatur, non quod ei qoicquam accrescat: sed quia magnificatur in oobis, id est, per suos in nobis effectus, seu actus nostros eius auxilio exhibitos, magnus ostenditur. Propterea addit Ambrosius, Imago enim dei Christus est. Et ideo si quid iustum, religiosúmque fecerit anima, imaginem dei, ad cuius similitudinem est ereata magnificat. Quod sumptũ videtur ex verbis Origenis dicentis, Saluator noster est imago dei inuisibilis, & anima oostra est imago illius imaginis. Cum ergo illam cognitione, sermone, & operatione magnifico, tune imago mea in me grandis efficitur: & ipse dominus (cuius imago est anima mea) amplius in me magnificatur. Præterea aduertendum quod in cantico isto nomine dei, & dñi, intelligi potest absolute ipse deus vnus ac trinus, seu quælibet diuina persona. Quanuis nonnulli per deum ac dominum specialiter filii persooam intelligant, asserentes quod virgo dignissima io cantico isto filium suum commendat. Et non ait magnifico, sed magnificat anima mea dominum, ad innuendum quod ex præcordiali id agat deuotione: quo arguuntur qui sine reuerẽtia deum orant & laudant, nec eum sicut verũ deum, tota cordis honorant custodia, de quibus per Esaiam dominus loquitur, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. ¶(2) ET exultauit spũs meus] scilicet anima mea rationalis [IN deo salutari meo] ex contemplatione ac dilectione sui ipsius in se, & beoeficiorum eius circa me. Exultatio autem seu gaudium ex contemplatione & charitatis actu seu actuali dilectione procedit. Quo igitur in diuinorum contemplatione, illuminatione, eorundémque amore feruentior fuit Maria, eo plenius exultauit, non in se, sed in domino, tanquam in causa, obiecto & fine, sicut apostolus scribit, Qui gloriatur, in domino glorietur. Porro dominus dicitur, ratione gubernatioois: Deus, ratione causalitatis & creationis: Salutare vel salutaris, ratione iustificationis, seu recreationis, itémq; glorificationis, qui singulariter fuit & est deus ac dominus, & salutare Mariæ propter præcipua beneficia eius ad eam & maximam deuotiooem, dilectionem, & cultũ illius ad illum. Quanuis autem anima & spiritus hominis realiter idem sint, tamen ratione sunt differentes. Nam anima dicitur, quoniã informat & animat corpus, illúdque bene regendo, deũ magnificat: Spiritus vero vocatur ob subtilitatem naturæ, & quoniã cootemplatur cælestia, sieque cõpetit sibi exultare, & præ ingenti lætitia, quasi extra se saltare in deo. Hinc virgo deifera distincte loquuta est, Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in deo. Postremo vt totis viribus deũ magnificemus, magnificent eum nostra memoria, eios beneficia iugiter recolendo, oostra intelligeotia, eius veritatem & excellentiã contemplando, nostra voluntas eius bonitatem amando ac appetendo, oostra interpretatiua seu expressiua, eũ ore laudando. Et quia pro suis beneficiis gratiarum actio, & vox laudis deo debentur, consequenter virgo præclara cantici sui rationem subiungit. ¶(3) QVIA respexit] per approbationem, oculo suæ pietatis immensæ [HVMILITATEM ancillæ suæ] id est, me humilem eius ancillam, meamque humilitatem ac paruitatem. Et merito specialiter suæ meminit humilitatis magis ꝙ virginitatis, charitatis, aut reliquarũ virtutum, quibus præeminenter fulgebat: quia per humilitatẽ præcipue meruit taliter exaltari, eratq; per eam præsertim disposita ad concipiendũ vnigenitum dei, secundũ quod in incarnationis mysterio consideratur incarnati maiestas, quæ tanta est quod non nisi ab humillima & pene incomparabiliter humili puella, decuit eum incarnari & concipi. Virginitas autem fuit dispositio magis remota: nec ipsa sine homilitate domino placuisset. Veruntamen in incarnationis mysterio vtriusque naturæ immediatam & hypostaticam voionem pensando, virgo sacra per charitatem eiusque ardẽtissimum actum fuit summe & immediate disposita ad vnigeniti filii dei conceptionem. Nam charitas præstantissima ac diuinissima, deoque placeotissima virtus est, coniunctionem, transformationem, & insolobilem colligationem efficieos. Quanuis itaq; tota trinitas superbenedicta Mariæ humilitatem superclementer aspexit, præcipue tamen filius, ex ea induendo bumanam naturam, faciens se eius prolem, atque subiiciens ei seipsum. Sed & deus pater eam aspexit, iotantum vt eundem cum ea habere filium dignaretur. Similiter spiritus sanctus illo eam germine adorando fœcũdans, à quo ipse vere æterna-

Marginal references (right margin, top to bottom): Esaiæ. 8; Ezec. 38.; Hagg. 1.; Malach. 1; Iobel. 8.; Eccle. 43; Ezec. 36.; Psalm. 33; Sapien. 2; Gene. 1.; Hebr. 1.; Esaiæ. 29; Mat. 13.; Marc. 7; Ierem. 9.; 1. Cor. 1.; 2. Co. 10.; Lucæ. 2.; Iob. 13.; Gen. 49.; Esaiæ. 51; Matth. 1.; Lucæ. 1.

Marginal section letters (left margin): B, C, D.

liter procedit. Secundum Origenem humilitas in scripturis vna de virtutibus dicitur quæ à philoso- E
phis modestia nominatur, sed & nos eam possumus appellare quodam circuitu, cum aliquis non est
inflatus, sed ipse se deiicit [ECCE enim ex hoc] tempore & ratione tanti beneficii mihi collati. Ex
hac quoque mea humilitate, [BEATAM me dicēt omnes generationes] id est, quidam ex omnibus,
vt sit distributio pro generibus singulorum. Omnes quippe ex Iudæis & Gentilitate conuersi beatā,
imò & beatissimam profitentur virginem tam incomparandam. Sed & Sarracæni, qui legem Macho
meti suscipiunt, dicunt eam præ vniuersis mulieribus omnium seculorum electam, sicut & Christum
filium eius fatentur suo legislatore Machumeto maiorem. Sic & Lya de qua orta est virgo Maria,
cernens se tam fœcundam, hoc inquit pro beatitudine mea, Beatam quippe me dicent mulieres, sicut
Gen.30 in Genesi legitur. ℭ (4) QVIA fecit mihi magna qui potens est] id est, præclarissima mihi benefi
cia est largitus in sanctificatione, in gratiarum augmentatione, in totius perfectionis collatione, &
nunc potissime in incarnatione, in qua veri dei vera mater effecta, quodam modo infinitæ dignita-
Gen.17 tis prærogatiuam sum consequuta ab eo qui potens, imò omnipotens est, & adeo potens vt eius re-
Tob.13 spectu omnis creatura sit impotens, nec sine illius manutenentia, per momentum subsistere valens.
Illi equidem idem est esse, & potentem esse, cuius essentia est sua potentia independens, illimitata &
penitus infinita, cui sunt omnia æque facilia, qui dominatur in virtute sua inæternū, à quo omnis po-
Psal.65 testas dicente apostolo, Non est potestas nisi à deo. Vnde scriptum est, Sapiens corde est, & fortis ro F
Rom.13. bore, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus, qui per me mundum li-
Iob.9 berare dignatus est, & præ omni creatura me honorauit, ita quod deum omnium creatorem ac domi-
num concepi & porto [ET sanctū nomen eius] nominatū, id est, ipsemet nomine nominante desi-
gnatus in seipso essentialiter purus, virtuosus & sanctus est: imò sanctitas prima, fontana, exempla-
ris, immensa, in quo quicquid perfectionis, sanctitatis, atque virtutis est, cogitariue potest, cū immen-
Psal.93 sa plenitudine supersimplicissime cōtinetur. De quo ait Psalmista, Adorate in mōte sancto eius, quo-
Psal.98. niam sanctus dominus deus noster. Et item, Confiteantur nomini tuo magno, quoniā terribile & san
Iosue.24 ctum est. Vnde scriptū est, Deus sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris. Et ite-
Iob.34 rum, Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Denique tam sanctus est deus omnipotens,
Esa.64 vt eius comparatione omnis sanctitas & æquitas nostra sit quasi pannus menstruatæ. Ecce enim luna
Iob.25. non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, qui & in angelis suis repperit prauitatem.
Iob.4 Siquidem quid est ipsa diuina essentia, nisi sapientia & superessentialis, veritas exemplaris, virtus pri
ma, æquitas summa, charitas infinita, lux incircūscripta, puritas impermixta? Nemo ergo se iactet aut
aliquid putet, aut alium spernat, nec ad publicos transgressores se comparet, sed in diuinę sanctitatis
conspectu atque præsentia se semper constituens, quicquid in se virtutis est aut esse posse aduerterit, G
illius intuitu pro nihilo habeat, seque in profundo humilitatis incessanter conseruare conetur. Huc-
usque sancta Maria recoluit beneficia sibi singulariter data: nunc generaliter sibi ac aliis præstita ex-
primit. ℭ (5) ET misericordia eius] id est, suæ æternæ pietatis effectus & gratia extenditur, & fuit
Esaię.6 [A PROGENIE] quæ ab initio mundi ante diluuium fuit [IN progenies] posteriores. Misericor-
Psalm.32 dia enim domini plena est terra. Vel à progenie Iudæorum, in progenies Gentium. Salus nanque
Gentibus communicata ex Iudæis fluxit & cœpta est. Quemadmodum Christus testatur, Salus ex Iu
Ioban.4 dæis est. Nam & Christus ex eis incarnari elegit, & per apostolorum natione Iudæorum doctrinam
Actu.16. conuersus est mundus [TIMENTIBVS eum] timore filiali & casto. Nam talibus tantum finaliter
prodest gratia dei, & ipsi duntaxat participes sunt fructus ac meriti dominicæ passionis, quæ licet se
ad vniuersos extendat per suam sufficiētiam: non tamen per efficientiā, sed ad solos electos. Hinc ait
Psal.102. Psal. Misericordia autem domini ab æterno, & vsque inæternum, super timentes eum. In Ecclesiasti-
Eccl.1. co quoque habetur, Qui sine timore est iustificari non potest. Veruntamen nullus tam reprobus est,
vt diuinæ clementiæ penitus expers consistat, sed misericordia ad salutem veram perducens, solis ti-
mentibus deum filiali & reuerentiali timore, qui est fuga mali culpæ, impenditur. ℭ (6) FECIT po
tentiā] id est, potenter operatus est, & potentes egit effectus [IN brachio suo] id est, in sua sublimi
Exod.15. virtute: iuxta illud, Eduxit filios Israel in brachio excelso. Vel in brachio suo] id est, per vnigenitum
Psal.135. suum incarnatū. Et tunc refertur ad patrem, de cuius filio loquitur Esaias, Brachiū domini cui reue-
Esaiæ.53 latum est? quem apostolus nominat dei virtutem. Porro per filium pater vniuersa creauit, per ipsum H
1.Cor.1. redemit mundū, prostrauit diabolum, fregit infernū, aperuit cælum, infinita quoque per ipsum fecit
Roma.8. miracula. Vnde & filius protestatur, A meipso facio nihil. Pater vero in me manens, ipse facit opera.
Iohā.14. Nihilominus Christus vt deus propria operabatur virtute, quæ in tribus supersanctis personis vna
est in se, indiuisa quoque in opere. Denique magnificentissimum opus dei in incarnatione, seu verbo
Lucæ.2. incarnato apparuit, dum naturæ duæ in infinitū distantes in vnam conuenerunt personam, dū Chri
Matth.1. stus de clauso virginis vtero prodiit, dū sacramentū altaris instituit. Magnam demū deus potestatem
Mat.26 exercuit, tam humilē iuuenculam faciendo suā matrem, angelorúmque dominam, & omni pura crea-
Marc.14. tura in esse creato subsistenti præstantiorem: quoniam vniuersæ viæ domini misericordia & veritas,
1.Cor.11. seu æquitas. Cōmendato deo ratione suæ clementiæ, cōmendat eum nunc virgo sapientissima ab ef-
Psal.24. fectibus suæ iustitiæ [DISPERSIT superbos] id est, per varios errores ac vitia dispergi permisit, &
Iob.15. per diuersa supplicia, perdidit, ac dānauit effectiue elatos, quorū spiritus tumet inique, qui deo subii-
1.Pet.5. ci & parere omittunt nec curant sub eius omnipotenti manu se humiliare [MENTE] id est, intētio-
Eccl.10 ne & libito [CORDIS] id est, intellectus [SVI] quo cuncta discernit, iudicat & disponit. Hinc scri-
Soph.1. bitur, Radices gētium superbatū arefecit deus. Qui per Sopho. minatur, Visitabo super omnem qui
Esaiæ.2. arroganter ingreditur. Et apud Esaiam, Incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo

A virorum.Dæmones quoque ſuperbientes Chriſtus in mundum veniens diſperſit, vieit & de homi- Mat.7.8.
nnm cordibus expulit.Sed & ſuperbos Iudæos videmus ab eo in omnem regionem diſperſos. Mar.1.12
❡ (7) DEPOSVIT potentes de ſede] Non de quibuſcunque potentibus dicitur hoc,cum alibi di- Luc.4.11.
catur,Deus potentes non abiicit cum ipſe ſit potens:ſed de potentibus ſua poteſtate vitioſe vtenti- Iob.36.
bus,de quibus ſcriptum eſt,Sedes ducum ſuperborũ deſtruxit deus,& ſedere fecit mites pro eis.Ve- Eccle.10
rum cum huiuſmodi potẽtes videamus vſque ad ſenectutem regnare,quomodo deus deponit eos de
ſede dignitatis ac pręſideotiæ?Et reſpondendum,quod ſaltem in morte, & frequẽter propter eorum
peccata occiduntur,plagaotur,ſeu ante tempus naturalis periodi auferuntur.Omnis enim poenta- Eodem.
tus breui vita.Sic & rex hodie eſt, & cras morietur.De quibus loquitur Eſaias, Et quidem neque ſa- Eſa.49
tus oeque radicatus in terra truncus eorum,repente flauit in eos,& aruerunt.Hinc ſcriptum eſt,Vi- Eccl.8.
di impios domino flante periſſe.Et rurſus,Iniqui ante tẽpus ſuum ſublati ſunt. Inſuper potentes Iu-
dæorum magiſtros deus de ſede doctrinæ amouit.Iudiciariam quoq; poteſtatẽ pauperibus tribuit in
die iudicii exercendam,Sedebitis,inquiens,ſuper ſedes duodecim [ET exaltauit humiles] nunc per Mat,19
dona gratiæ gratum facientis,& gratis datæ,quia & tales frequenter ad pręliationem erexit.In futu-
ro autem per dona gloriæ & ſublimationem vſque cælũ empyreũ. Propter quod ait ſcriptura, Deus
ſuperbis reſiſtit,humilibus autẽ dat gratiam.Et denuo,Beati pauperes ſpiritu, ſcilicet humiles, quo- Iacob.4.
B niam veſtrum eſt regnũ cælorũ,quo nihil eſt altius. Potiſsime autem Chriſtus exaltauit ſuos apoſto- Matth.5.
los vere humillimos,quos conſtituit principes ſuper omnem terram.De quibus iterum ſcriptum eſt, Pſal.44.
Quoniã dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt.Cæteros quoque primitiuæ Eccleſiæ filios ſuos di- Pſal.46.
ſcipulos non mediocriter exaltauit,non in futuro duntaxat,ſed & in præſenti,dans eis virtutem cal-
candi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,omnémque inimici virtutem. ❡ (8) ESVRIENTES] id eſt, Lucæ.10.
ſpiritualia bona auide cupientes [IMPLEVIT bonis] id eſt,gratiæ donis,internis diuitiis, refectio-
nibus mentis.Pauperes quoque & corporaliter fameſcentes deus alit & implet. Quemadmodũ ſcri- Pſal.144
ptum eſt,Oculi omniũ te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno . Et item, Pſal.103.
Omnia à te expectant vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis colligent . De eſurientibus autem Matth.5.
primo modo ait ſaluator,Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabũtur.Et iterum,
Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis [ET diuites] id eſt, diuitiarum corporalium inordinatos Apoc.21
amatores terrena cæleſtibus præferentes [DIMISIT inanes] .i.à ſpiritalibus bonis vacuos, ſuiſque
vanitatibus inhærentes.De quibus loquitur Chriſtus, Poſsibilius eſt camelum tranſire per foramen Mat.19
acus,quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Iacobus quoque in ſua Canonica, Agite nunc diui- Luc.18.
tes,plorate vlulantes in miſeriis,quæ aduenient vobis,De quibus alibi habetur, Væ vobis diuitibus, Marc.10.
qui nunc habetis conſolationem veſtram.Diuitiæ enim pene ad omnía vitia præbent fomentum, ad Iacob.5.
C ſuperbiam,gulam,luxuriam,otioſitatem ſcelerũ matrem.Propter quod ait Apoſtolus, Qui volunt di Luc.6.
uites fieri,incidunt in tentationem & laqueũ diaboli,& deſideria multa inutilia & nociua, quæ mer- 1.Tim.6.
gunt hominem in interitũ & perditionem. Ideo ait ſcriptura. Nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniam. Eccl.10.
Hic enim animam ſuam habet venalem. Veruntameo ſunt aliqui diuites virtuoſi ſua opulentia bene
liberalitérque vtentes,miſericorditer diſtribuentes,non delicate viuentes , nec ad terrena inordinate
affecti,ſicut hortatur Pſalmiſta,Diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere: ſed quàm pauci ſint tales li- Pſal.61.
quet ex eo quod ſcriptum eſt,Beatus diues qui inuentus es ſine macula, qui poſt aurum non abiit,nec Eccle.31.
ſperauit in theſauris pecuniæ.Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua.Ne-
mo ergo ſe cõmittat periculo,ſed acquieſcat Apoſtolo,Habentes,inquit,victum, & quibus tegamur, 1.Tim.6
his contenti ſimus.Hinc enim Salomon deprecatur, Mendicitatem & diuitias domine ne dederis mi Prou.30.
hi:tribue tantũ victui meo neceſſaria.Quidam per eſurientes bonis impletos intelligunt gentiles cõ
uerſos,quibus verbũ dei cũ magno deſiderio audientibus,maxima gratiarũ chariſmata contulit deus. Act.17.
Per diuites vero inanes relictos intelligunt magiſtros Iudæorũ in ſcripturis abundantes,qui in ſua cæ Gen.49.
citate dimiſsi ſunt.Cõſequenter tangit beata virgo beneficia Iudæis exhibita. ❡ (9) SVSCEPIT]
ipſe dominus [ISRAEL puerum ſuum] id eſt,Iſraeliticum populum ſibi nunc gratioſe & pie appli
cuit & coniunxit,de ipſo naturam aſſumendo humanam.Propter quod totũ populum illum (quan-
D tum in ſe fuit) ſaluare propoſuit,propter quod ſcribit Apoſtolus,Nuſquã angelos, ſed ſemen Abra- Hebr.2.
hæ apprehendit [RECORDATVS miſericordiæ ſuæ] id eſt,memorem ſe oſtendens pietatis & gra
tiæ quam populo huic promiſit,quod ſcilicet de eo formam ſerui acciperet.In incommutabili autem Philip.2.
deo nec recordatio,neque obliuio proprie locum habent:ſed per modũ recordantis ſe habet dum mi
ſereri non differt,per modum obliuiſcentis dum differt. ❡ (10) SICVT loquutus eſt ad patres no
ſtros] ſcilicet [ABRAHAM & ſemini eius in ſecula.] Primo enim Abrahæ, deinde Iſaac,poſtea ipſi Gen.12
Iacob facta legitur in Geneſ.diuina illa promiſsio,In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.Dein- Gen.28
ceps dictum eſt Dauid,De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.Generaliter quoq; ſancti pa- Gene.26
triarchæ ac vates de Chriſti aduentu loquuti ſunt,quemadmodum Petrus affirmat,Omnes prophe- Gen.28
tæ à Samuel & deinceps annunciauerunt dies iſtos.Porro clauſula illa in ſecula referri poteſt ad ver Pſal.131
bum illud,ſuſcepit,item ad recordatus,nec non & ad complexum iſtud ſemini eius.Nam illa gratio- Act.3.
ſa ſuſceptio electorum,& recordatio dei circa eos,ſemenque Abrahæ in prędeſtinatis manet perpe-
tuo,& nunquam periturum habet effectum.

❡ EXPOSITIO moralis eiuſdem cantici,Magnificat anima mea dominum.

POſtremo quilibet noſtrũ canticum hoc in propria poteſt decantare perſona , dicendo intimis ex
medullis,Magnificat anima mea dominum.Et exultauit ſpiritus meus in deo,&c.iuxta expoſitio-

Eccl.36 nem præhabitam. Sic autem deũ laudare, est actus omnino angelicus & preclarus. Quia respexit hu E
militatem ancillæ suæ, id est, animæ meæ quæ in oculis suis vilis & modica est. Vel ancillę suę, id est,
creaturæ quæ ego sum. Creaturæ enim creatoris sui ministra est. Ecce enim ex hoc beatam me, crea-
turã, dicent, vt pie cõfido, omnes generationes electę. Nil enim (vt ait Hierony.) felicius Christiano,
cui regna promittuntur cæterũ. In patria quoq; vnusquisque electorum ab aliis beatus dicetur. Sed
Baruch.3 & Christiani veraciter sibiinuicem dicere possunt grata & humili mẽte illud, Beati sumus nos, quo-
Psal.32 niam quæ deo placita sunt, manifesta sunt nobis. Deniq;, Beata gens cuius est dominus deus eius, po-
pulus quem elegit in hæreditatem sibi. Quia fecit mihi magna. Hoc dicendo cogitet vnusquisque be
neficia dei circa se, generalia & specialia bona naturæ, dona gratiæ, promissaque gloriæ, quanta pro
se filius dei fecit, assumpsit ac pertulit, quoties sibi in peccatis pepercit, quod ad istam pœnitẽtiæ gra-
tiam se adduxit. Cætera specialem expositionem non exigunt, sed iuxta interpretationem perscriptã,
à quolibet queunt proferri. Ecce canticum istud dulcissimũ quàm sententiosum est sub breuitate ver
borum, quod sapienti spiritus sancti consilio statuit ecclesia in vesperis decantandum, vt hora illa dũ
aduesperascit & inclinata est dies, incipiat se mens nostra ab exterioribus ad interiora colligere, ad
deum erigere, eius bonitatem beneficiáque pensare, ei ex toto affectu gratias agere, ipsum cũ iucun-
ditate laudare, atq; pro viribus verbo & opere in omnibus honorare. Itaq; ad summi dei honorẽ, &
tantæ virginis reuerentiam non sine mentali attentione & actuali sanctæ deuotionis feruore canticũ F
istud promamus, imò & tũc recordemur cũ quanta deuotione & alacritate beatissima virgo carmen
istud cecinerit, & q̃ ineffabilem ei gratiã præstiterit deus, sicq; eidẽ virgini cõgratulemur in domino.

¶ ORATIO ex cantico Mariæ præscripto.

*Recordare domine misericordiæ tuæ, & nos de via iniquitatis ad te redeuntes suscipe, esurientésque te bonis tuis imple, ut bonitate & gratiis tuis in nobis agnitis deuoti te magnificemus, & in te deo salutari nostro, toto semper spiritu exultemus. Per dominum nostrum.*

## COMMENTARIVS IN CANTICVM SIMEONIS, Nunc dimittis. Luc. II. Cap.

¶ ARGVMENTVM.

Lucæ.2 POstquam sanctus iste senex Simeon affectuosissime, deuotissime, reuerendissime ac iucundissi-
me accepit Christum Iesum in vlnas suas, id est, inter brachia sua, quãuis se contactu sancti sao-
ctorum putaret indignum, sed vehemens amor rationem deuicit, & ad vnionem amplexúmque G
impulit: benedixit, deum laudauit, gratias egit, & sequens canticũ cecinit pro impletione diuini pro-
missi, & cæteris beneficiis dei. Itémque quia iam plus accepit quàm sibi fuit promissum. Promissum
siquidem sibi fuit quod Christum videret, & iam non solum vidit, sed brachiis strinxit, portauit, con-
trectauit, & puto quòd osculatus sit infantem dulcissimum, & ait.

¶ EXPOSITIO cantici Simeonis, Nunc dimittis seruum tuum domine.

¶ QVOTIDIE AD COMPLETORIVM.

NVNC] postquam tuum promissum impleuisti, Christum mihi monstrando vt
promisisti [DIMITTIS] id est, statim dimittes, vel supplico vt dimittas me;
[SERVVM tuum] non seruitute seruilis timoris qui metuit pœnã magis quàm
dei offensam, seu culpã, de quo ait saluator, Seruus non manet in domo in æter
Iohan. 8. num, filius autem manet in domo in æternũ. & alibi, Iam nõ dicam vos seruos,
Iohan. 15 sed amicos. Sed seruũ seruitute filialis timoris, cui seruo ait Saluator, Euge ser-
Mat.25 ue bone & fidelis, intra in gaudiũ domini tui, [DOMINE] deus pater, seu tri-
Luc.19. nitas deus [SECVNDVM verbum tuum in pace] id est, à mundi huius inquie
tudine, tribulatione, & vitiis eripi, quiescere, seu mortis somno cessare: & in limbo patrum, sinúque
Abrahæ repausare in dulci spe, cum certus sim cito per Christum inde educi, ad gloriámq; transfer-
ri. Sic ergo dimittes me in pace secundum verbum tuum, id est, secundũ quod mihi dixisti, quod mor H
Luc.2. tem non experirer, nisi prius Christũ viderem, per quod insinuasti quod Christo viso mox obdormi
rem in domino. ¶ (2) QVIA viderunt oculi mei] exteriores & interiores [SALVTARE tuum]
id est, Christũ saluatorẽ, qui dicitur salutare tuũ, quia per ipsum decreuisti mundũ saluare, omniúmq;
Psal. 97 salutem constituisti in eo, de quo fertur in Psalmo, Notum fecit dominus salutare suum. Vnde Iacob
Gen.49. patriarcha testatur, Salutare tuũ expectabo domine. Cui salutari loquitur pater, Dedi te in lucẽ gen-
Esa.49. tium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hoc salutare Simeon corporaliter ac intellectualiter
vidit. Christus namque in vna persona est deus & homo: ideo dum homo videbatur oculo corpora-
li, eodem oculo videbatur & deus: quamuis non secundum diuinitatem ipsius, imò (secundũ Ambro-
1.Iohã.1. sium) dum caro videtur, videtur & verbum. Hinc quod apud Iohannem habetur, Deum nemo vi-
1.Iohã. 4 dit vnquam, de deo secundũ diuinitatis essentiam dicitur. Insuper oculo interiori vidit Simeon sal-
1.Tim.6. uatorem: quia per fidem cognouit ipsius diuinitatẽ, eius quoq; humanitatem intellectualiter conside
Baruc.3 rauit, vt & à verbo esset assumpta pensauit. Hinc de Christo scriptũ est, Post hæc in terris visus est,
Esaiæ.52 & cum hominibus conuersatus est. Itémque, Simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt.
¶ (3) QVOD parasti] .i. per incarnationem videri & agnosci aptum fecisti, seu manifestare dispo-
suisti ac decreuisti [ANTE faciem omniũ populorum] .i. in conspectu hominũ vniuersorũ, seu clarè

A cunctis hominibus, nõ solum Iudæis, sed etiam gentilibus, sic tamen vt sit distributio accõmoda, seu
pro generibus singulorũ, non pro singulis generũ: iuxta quem modũ apud Danielem legitur, Omnes Dan. 7.
populi, tribus, & linguæ seruient ei. Deus ergo vnigenitũ suum in diuinitate incõprehensibilem, atq;
inaccessibilem lucẽ inhabitantẽ per hoc fecit hominibus manifestũ, visibilem & cohabitantem, quod 1. Tim. 6.
eũ humanæ coniunxit naturæ in vnitate personæ, quod per Esaiam ita prędictũ est, Parauit dñs bra-
chium sanctũ suum in oculis omnium gentiũ, Brachium enim domini est vnicus filius dei patris, per Esaiæ. 52
quem pater omnia fecit: sicut & digitus dei est spiritus sanctus per quem cuncta reuelat, de quo bra-
chio ait Psal. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctũ eius. Pater ergo parauit salutare hoc ante Psal. 97
faciem omniũ populorum, quibus per apostolos prædicatus est Christus: iuxta illud Psalmistæ, In o- Psal. 18.
mnem terram exiuit sonus eorũ. Et rursus, Viderunt omnes termini terræ salutare dei nostri. Propter Psal. 97
quod in Esaia habetur, Videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Quamuis præterea Christus Esaiæ. 52
ita paratus sit ante omnem faciem populorum, aliter tamen quantũ ad Iudæos, & aliter quoad gen
tes. Propter quod subditur. ¶ (4) LVMEN ad reuelationem gentiũ] id est, salutare, seu Christum
parasti sic, vt specialiter sit lumen gentium, seu ad illuminationem eorum, qui veri dei cognitione &
cultu priuati, idola coluerunt ac dæmones: sed Christus per suos discipulos reduxit illos ad veri dei Esaiæ. 66
cognitionem, amorem, & cultum, imò per interiorem suam illuminationẽ hoc potius fecit, sine qua
B exterior apostolorũ prædicatio nihil iuuisset, sed & trinitas deus merito conuersationis passionisque
Christi tantam dedit gentilibus gratiam. Ideo Christus paratus & datus est lumen ad reuelationem
seu illuminationem gentium, qui sedebant in tenebris perfidiæ, erroris ac omnium vitiorum. Vnde
alias protestatur, Ecce testem populis dedit eũ ducem ac præceptorem gentibus. Insuper parasti salu Esaiæ. 55
tare, hoc [ET gloriam plebis tuæ Israel] id est, ad hoc vt sit gloria Israeliticæ plebis, quæ fuit specia
liter plebs dei, vt plenius dicetur super illud, Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Hoc enim Lucæ. 1.
est plebi illi quantum ad eos qui crediderunt, ex ea præcipua prærogatiua exultatio, honor & gloria,
quod vnigenitus dei ex ea incarnari elegit ad eam personaliter venit, propter eam primo ac speciali-
ter descendit: iuxta quod loquitur in Euangelio: non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus
Israel. Insuper fuit in gloriam plebi suę Israel, quia per ipsum sancti veteris testamenti in limbo de- Mat. 15.
tenti, adepti sunt beatificæ gloriam visionis. Denique Christus tam Iudęis quàm gentibus fuit lumen
& gloria. Omnes enim electi per ipsum sunt illustrati, & cunctis gloria est, quod dei filius humanam
naturam assumpsit. Nihilominus per appropriationem dicitur lumen gentium, & gloria Iudæorum,
propter quod ait, Salus ex Iudæis est. Propter autem hic quæri, quomodo Simeon templũ ingressus, Iohan. 4
cognouit puerum Iesum quem ante non vidit? Ad quod facile respondetur, quod eodem spiritu reue
lante quo cognouit esse venturum, & forte aliquod signum sensibile fuit sibi diuinitus prænũciatum,
C quo cognosceret puerum, sicut Iohanni Bapt. deus prædixit, Super quem videris spiritũ descenden- Iohan. 1.
tem & manentem, hic est, &c. Forsitan namque vidit diuinum quendã splendorem in vultu pueri ado
randi, de quo aliquando verum fuit dicere, Hic est infans vnius diei, & deus æternus.

¶ EXPOSITIO moralis eiusdem cantici, Nunc dimittis.

POstremo quilibet nostrum canticum istud dicere in propria potest persona, loquendo ad deum
patrem seu trinitatem, Nunc, id est, in tempore gratiæ huius, dimittis seruũ tuum domine secun
dum verbum tuũ in pace. i. in pectoris tranquillitate quam mihi donasti, me modo (vt spero &
oro) quiescere gratiose permittes, ac facies ne turber aut ruam, sed in pace in idipsum dormiam & re- Psalm. 4.
quiescam, atq; in omni aduersitate, tẽtatione, & inquietudine, mens mea quieta & fixa persistat in te,
secundum verbũ tuum. i. prout in te plene sperantibus promisisti, quibus tuam defensionem vbertim
in scripturis promittis: iuxta illud, Quoniam in me sperabit liberabo eum, protegam eum quoniã co Psal. 90
gnouit nomen meum. Quia viderunt oculi mei, interiores per fidem, per sapientiæ donum, per scri-
pturarum doctrinam, per sacramentales species, variósque supernaturales tuos effectos, salutare tuũ,
quia in his modis iam Christum cognoscimus. Cætera verba cantici huius aliam interpretationẽ non
flagitant. Conuenientissime demum statutum est canticum istud in Completorio dici, quia tunc cum
præcipua pace interna deo vacare, ad stratúmque ire ac obdormire, & Christum in pectore nostro
D quasi sepelire debemus, omni tentatione, auersione, & culpa prorsus exclusis. Tunc ergo canticum
istud compendiosum atque dulcissimum, deuotissime proferamus, & qualiter Simeon beatissimus
Christum in brachiis strinxit, ac cætera quæ dicta sunt contigerunt, intentissime recordemur: & quæ
Simeon corporaliter fecit, spiritualiter peragamus.

¶ ORATIO ex cantico Simeonis præscripto.

*Christe rex regum & lumen reuelationis gentium, da nobis quæsumus in lumine tuo quæ sunt pia respicere, & te præstante peragere, ut in exitu uitæ nostræ te ueniente & pulsante aperientes tibi nos dimittas in pace, teque lætantes facias semper in decore tuo uidere. Per dominum nostrum.*

## COMMENTARIVS IN CANT. ZACHARIAE, Benedictus dominus deus Israel. Luc. I. Cap.

¶ ARGVMENTVM DIONYSII.

IN cantico isto Zacharias gratias refert deo super variis beneficiis eius, potissime de verbi incarna-
tione ac passione, generisq; humani, maxime Israelitici, saluatione. Quamuis autem in cantico isto
per dominum deum Israel intelligi possit deus absolute, seu trinitas tota superbenedicta, quælibétq;
diuina persona: appropriatius tamen de filio totum exponitur. Itaque ait.

❡EXPOSITIO cantici Zachariæ,Benedictus dominus deus Israel. E

❡QVOTIDIE AD LAVDES.

BENEDICTVS] est,& æternaliter benedictus sit,atq; ab omnibus iugiter be-
Psal.118 nedicatur [DOMINVS] vniuersorum,ratione possessionis, gubernationis, ac
Gen.14. præsidentię omnium,de quo Abraham ait,Leuo manũ meam ad dominũ deũ
Iob.34 possessorem cæli & terræ.De quo etiam scriptũ est, Quem constituit alium su
per terram,aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Præterea nomẽ
& ratio domini soli omnipotenti,deo plene,summe,pure,ac propriæ compe-
tit,quippe qui solus vniuersale,primordiale, independens,ac nulli subiectũ ha
bet dominium.Omniũ vero sequentium angelorũ hominũmque dominia sunt
particularia,secundaria,indigentia ac seruituti permixta, quia deo supposita. Hinc in Esaia, Ieremia
quoque & Amos ait scriptura,Dominus exercituum nomen eius.Et in Psalmo,Dominus nomen il-
Esa.47 li.Et iterum per Esaiam,Ego dominus: hoc est nomen meũ,gloriam meam alteri non dabo [DEVS
Ierem.9. Israel] qui omniũ deus generaliter fuit iure creationis.Specialiter autem deus tunc dicebatur Israel,
Amos. id est,Israelitici populi de Iacob,qui alio nomine dictus est Israel nati,quoniam præcipua ac specia-
4.9. lia beneficia populo illi donauit,quemadmodum scriptum est,Qui annunciat verbum suũ Iacob, iu-
Psal.67 stitias & iudicia sua Israel. Et quia à populo illo specialiter colebatur,cæteris ad idololatriam lapsis. F
Esa.42 Vnde Moses huic populo ait, Te elegit dominus vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui
Psal.67 sunt super terram,quia dilexit vos dominus [QVIA visitauit] id est,per incarnationem accessit, &
Gene.32 sicut piissimus & peritissimus medicus operari aggressus est [ET fecit redemptionem plebis suæ] id
Gene.35 est,liberationem Israeliticæ plebis ab inuisibilibus hostibus,à damnatione æterna, à reatu originalis
Psal.147 peccati,imò ab omni peccato quantum in ipso est,quemadmodũ loquitur, De manu mortis libera-
Deutero. bo eos,de morte redimam eos.De quo dictũ est.Dominus rex noster ipse veniet & saluabit nos.Qui
7.14. alibi hortatur,Lauda & lætare filia Sion,quia ecce ego venio & habitabo in medio tui. Christi equi-
Deut.26 dem incarnatio nostra est deificatio,vt asserit Leo papa: itaq; eius incarnatio inchoatio fuit nostræ re
Ose.13. demptionis atque salutis,quæ per Christi passionẽ cõpletę sunt.Non enim per solam suam incarna-
Iere.13. tionem nos saluare decreuit:sed saluationem nostrã per suam passionem consumare instituit. Vnde
Esa.33 quod Zach.loquutus est.Fecit,more prophetico accipi potest per modum futuri, id est, facturus est,
Zach.2. quoniam sua passione fuit redemptionẽ istam plene facturus,vtpote nostra crimina deleturus, nosq;
Leo papa deo reconciliaturus,secundũ illud Esaiæ,Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,attri-
Esa.53. tus est propter scelera nostra.Et rursus, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Etenim
Esa.53. Christus sua passione ac obedientia pro omnibus satisfecit:sed si fructum suæ passionis consequi de- G
bemus,oportet vt meritũ eius nobis per sacramenta seu modo alio applicetur & cõmunicetur. Hinc
Lucæ.19. Christus de seipso testatur,Venit filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat.Denique per
plebem suam seu populũ dei intelligi potest non solũ plebs Iudæorũ, sed tota gens electorũ,qui sunt
populus dei per prædestinationem æternã,& spiritaliter Israel,id est,deum videns,seu fide contem-
Gala.6. plans,de quo populo dicit apostolus,Pax super Israel dei. Veruntamen per plebem suã hoc loco lite
ralius intelligitur populus Iudæorũ,ad quorum redemptionẽ Christus primo directe ac principali-
Mat.15. ter venit,secundũ quod asserit,Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel.Quibus ver-
bum dei spernentibus iusta facta est apostolorũ transmigratio ad instruendos gentiles,pro quorũ sal-
uatione Christus quasi secundario venit.Propter quod Iudæis Paulus Barnabásque dixerunt, Vobis
Act.13. oportebat primũ loqui verbum dei:sed quoniam repulistis illud,conuertimur ad gentes. ❡(2) ET
erexit] id est,suscitauit, leuauit,& declarauit [CORNV salutis] id est, annunciationem beatitudinis
veræ atque cælestis [NOBIS] id est,ad nostram saluationem, vt ei credẽdo saluemur [IN domo Da
uid pueri sui] id est,in tribu seu familia Dauid prophetæ,de cuius semine ortus est Christus: iuxta il
Matth.1. lud ad Rom.Qui factus est ex semine Dauid secundũ carnẽ.Sed quomodo deus Israel,scilicet Chri-
Roma.1. stus,erexit hoc cornu salutis?Et respondendum, quod per hoc quod iam ore angelico reuelauit Za-
chariæ statim se incarnandũ,venturum,& saluaturũ genus humanum, cuius vtique Christi incarna-
tionem nouit Zacharias in virgine Dauidicæ stirpis peractam. Itaque per cornu publica denuncia-
tio magnæ rei significatur,quia per cornua solent magnalia notificari.Et iam non solũ per angelum, H
Lucæ.1. sed & per Mariã deus de hac re prophetauit.Hinc dicit Theophilus, Videbatur deus dormire,pec-
cata multa respiciens,neque hęc curans,sed in nouissimis tẽporibus incarnatus,excitatus est,contri-
uitq; dæmones nos odiẽtes.Insuper per cornu potestas seu altitudo exprimitur,eo quod cornua sint
in animali partes eminentes ac solidæ.Eritque sensus,quod deus robur apicémq; salutis, hoc est,in-
uiolabilem & cœlestem felicitatem nobis denunciauit,in domo Dauid,id est,in Christo de progenie
Dauid exorto,per quem & in quo beatitudo hæc datur,quia non nisi in Christũ credenti præstatur.
Act.4. Quemadmodũ princeps apostolorũ disseruit,Nõ est aliud nomen sub cælo datũ hominibus, in quo
oporteat nos saluos fieri.Postremo per cornu designatur rex,regia potestas,seu regnũ, præsertim in
Dan.7. Apoc.& Dan.Vnde in Apoc.legitur,Vidi de mari ascendentem bestiam habẽtem capita septem, &
Apoc.13. cornua decem.Daniel ait,Bestia quarta habebat cornua decem: & ecce cornu aliud paruulum ortum
est de medio eorũ,& tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius.Itaq; hic per cornu intelligi po-
test Christus rex regum,seu regnũ ipsius.Hoc enim cornu erexit,id est, per incarnationem apparere
Lucæ.1. fecit,& declarauit primo in domo Dauid,id est,in progenie Dauidica,de qua natus est Christus,qui
Baruc.3. primo in terris visus & conuersatus est, inter quosdam de sua hac genealogia progenitos. Sic ergo
erexit deus pater seu trinitas,vel Christus secundum quod deus,cornu salutis, id est, Christũ regem

A nostræ salutis. Erexit inquam eum nobis secundũ quod homo est. Christus nempe secundũ diuinita-
tem erexit seipsum secundũ humanitatem. Quidam istã erectionem referunt ad Christi resurrectio-
nem vel ascensionẽ, quia tunc Christus cornu salutis, id est, potestatem & gloriã beatitudinis erexit,
seu publice demonstrauit, resurgendo ad vitã immortalem, patres quoq; educẽdo de limbo, & regna
ascendendo cælestia. Sicque Zacharias loquitur de futuro per modũ præteriti (vt moris est prophe-
tarum) Hoc itaq; deus fideliter egit, non improuise, sed sicut prædixit vere impleuit. ¶ (3) SICVT
loquutus est per os sanctorũ qui à seculo sunt prophetarũ eius] id est, sicut prænũciauit per sanctos,
qui à principio mundi fuerunt, qui verbis, signis, figuris seu factis de Christo loquuti sunt, eiusq; my
steria prædixerunt, quia in nulla mundi ætate defuit prophetia de Christo, vt August. declarat, Nam
& Adam de Christo verbis & rebus loquutus est. Similiter cæteri patriarchæ ac vates. Propter quod
Petrus testatur, Deus qui pronunciauit per os omniũ prophetarũ pati Christum suum, impleuit sic. Act.3.
Et alibi, Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibent. Tãtum quippe mysteriũ decuit diu ante, ac Act.10.
multipliciter prenunciari, vt eius dignitas agnoscatur, & factum credibilius ostendatur firmiúsque
credatur. Vnde in hoc fides nostra certissime confirmatur, quod omnia quę de Christo credimus &
tenemus, taliter prophetata probamus. Sed & ipsi Hebræorum doctores fatentur quod omnes pro-
phetæ non sunt loquuti, nisi super dies Messię, id est, pro tempore Christi, quia videlicet, quicquid
B loquuti sunt, ad Christũ finaliter retulerunt, & de ipso principaliter sunt effati. Vnde nunc singulari-
ter dicitur per os sanctorũ, eo quod omnes vno spiritu cõcorditer sint loquuti. ¶ (4) SALVTEM
ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderunt nos] His verbis exponit quid sit quod dixit: erexit
cornu salutis nobis, vt sit sensus: erexit, &c. sicut loquutus est, id est, sicut per prophetas promisit eri-
gere seu procurare nobis salutem, id est, saluatione ex inimicis nostris, præsertim inuisibilibus. Hoc
est liberationem à dæmonibus, imò etiam à carne & mundo, omnique veræ beatitudinis impedimen 1.Iohã. 3.
to. Vnde scriptum est, In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Porro quod ait de manu
omnium qui oderunt nos: quidam exponunt de gentilibus, quos Christus conuertit: & sic inter illos
& Iudæos conuersos pax fuit, inter quos ante inimicitia erat. Potest quoque de cunctis peruersis ho-
minibus accipi, à quibus liberantur electi non quod ab illis in vita hac non tribulentur, aut truciden
tur: sed quia per timorem inordinatum eis non subijciuntur, nec ad vitia inducuntur, & per tempo-
ralem quam ab illis patiuntur persequutionem, ad gloriam perducuntur æternam, sicque æternaliter
liberantur ab omni infestatione illorũ, quemadmodũ August. plenius declarat super illud Psal. A ti- Psal.63
more inimici eripe animam meam. Hoc est quod apud Mich. promissum est primitiuæ ecclesiæ, Ex- Mich.5.
altabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Et ibidem de Christo prædi- Ibidem.
ctum est, Et erit iste pax cum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Sic ergo erexit nobis
C salutem. ¶ (5) AD faciendam misericordiam cũ patribus nostris] id est, ad hoc vt patriarchis & iu-
stis olim defunctis, consumatam misericordiam, puta plenam felicitatẽ impenderet, educendo eos de
limbo, & constituendo in cælesti palatio. Quemadmodũ dicitur Christo, Tu quoque in sanguine te- Zacha.9
stamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Vel ad faciendã misericordiam cũ pa-
tribus nostris, id est, ad hoc vt misericorditer impleat quod ipsis se præstiturũ prædixit. Ideo quoque
hæc verba dicuntur, quia non ob nostrã iustitiam, sed propter suam pietatẽ immensam Christus hæc
nobis largitus est, nostrámque assumpsit naturã, sicut scribit apostolus, Apparuit benignitas & huma Titum.3
nitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiã
saluos nos fecit [ET memorari testamenti sui sancti] id est, ad hoc vt per operis exhibitionem osten-
dat se memorem sancti testamenti, hoc est, pacti seu fœderis sui firmissimi, quod fecit, & iniit cum pa
triarchis & vatibus veteris testamenti, quibus promisit Christus se incarnandũ, atque in mundũ ven
turum, secundũ illud Esaiæ, Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipse qui Esa.52
loquebar ecce adsum. Cuius testamenti ostendit se memorem naturã assumendo humanam ex virgi-
ne. Sic ergo memoratus est testamenti sui sancti, quod est. ¶ (6) IVSIVRANDVM] quia iuramen
to firmatum [QVOD iurauit] iurando per seipsum [AD Abraham patrem nostrũ.] Quemadmodũ
in Gen. habetur, Per meipsum iuraui dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigeni- Gen.22
D to tuo propter me, multiplicabo te, & benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes.
Vbi per semen Abrahę secundũ apostolum intelligitur Christus, sicque verbis illis promisit deus pa Roma.4
ter vnigenitũ suum ex semine Abrahæ incarnandum, vel ipsemet vnicus dei patris filius verbis istis
promisit se taliter incarnandũ. Pater autem dando nobis filiũ suum per incarnationis mysteriũ, etiam
seipsum præstitit nobis per gratiam ampliorem. Hinc subditur [DATVRVM se nobis] filius quippe 1.Iohã.2
dedit se nobis, exhibendo se fratrem saluatorem, aduocatúmque nostrũ, imò & aliis modis communi- Mat.26
cauit se nobis, quia nascendo & conuersando in mundo fecit se sociũ hominum, in cœna dedit se no-
bis in cibũ, moriendo in precium liberatiuũ, in patria demũ dat seipsum in obiectale ac beatificũ prę-
mium, quod S. Thomas in Hymno de sacramento compendiose tetigit, dicens, Se nascens dedit so-
cium, conuescens in eduliũ, se moriens in precium, se regnans dat in præmium. Hinc etiam Abrahæ Gen.15.
ait, Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Denique illis dicitur deus se dare, quibus charita
tem & gratiam suã infundit. Illi etenim habent & possident deũ tanquã suæ delectationis & occupa
tionis obiectũ, in quo plena liberalitas, summa dignatio, purissimáq; dei ad nos dilectio demõstratur.
Quoniam dando nobis dona sua pariter præstat seipsum, videlicet ad habendũ, ad possidendum, ad
intuendũ, ad diligendũ, ad perfruendũ, ad conseruandũ, ad auxiliandũ, ad defendendũ, ad commanen
dum in sempiternum. Illa nanque est liberalissima dilectio, qua quis alteri præstat seipsum. Ideo ait Psalm.15.
Psalmista, Dominus pars hęreditatis meę & calicis mei. In Threnis quoq; legitur, Pars mea dominus Thren.3

dixit anima mea, propterea expectabo eũ. Nunc autem ad literã sermo est, de datione qua vnigenitus B
Esaię. 9 datus est nobis, per hoc quod nostram assumpsit naturam, ad peragendã nostram salutẽ. Vnde Esaias
dicit, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Deinde ratio huius subiungitur. ℂ (7) VT
sine timore] inordinato, carnali, seculari, seruili [DE manu inimicorũ nostrorum] inuisibiliũ seu visi
bilium [LIBERATI] per Christi aduentũ ac passionem [SERVIAMVS illi] scilicet vero deo ser
Deut. 6 uitute latriæ, de qua in Deuter. habetur, Dñm deum timebis, & illi soli seruies. Est enim latria, virtus
deo cultũ ceremoniámque impendens. ℂ (8) IN sanctitate] .i. in puritate mentali, omni terrena &
carnali affectione exclusa, puta in perfecta cordis conuersione ad deũ, vniuersis animæ affectibus re-
formatis, ordinatis, atq; in deum reductis. Sic nempe supersancto penitúsq; immensæ mundiciæ deo
Exod. 22 est obsequendũ. propter quod in Leu. loquitur, Nolite contaminare animas vestras, ego enim sum do
Leu. 11. minus deus vester, sancti estote, qm̃ ego sanctus sum. Dicitur quoq; in Deuter. Perfectus & absq; ma
Matth. 4 cula eris cum dño deo tuo. Deniq; ideo venit Christus, vt per eius passionem redempti, seruiamus ei
Deut. 18. secundũ euangelicæ legis tenorem. Hæc autem est lex perfectionis, propter quod ait, Estote ergo &
Matth. 5. vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. Ad quod exigitur, vt homo non solum habeat se
reuerenter & pure ad dñm, sed & iuste ad proximũ, dando cuique quod suũ est, & proximos ædifican
Rom. 14. do in omnibus. iuxta illud apostoli, Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt, inuicẽ custo-
Ibidem. diamus. Et rursus, Ne ponatis offendiculũ fratri, vel scandalum. Noli illũ perdere pro quo Christus F
mortuus est. Ideo subditur [ET iustitia] .i. actibus iustitiæ tam distributiuæ q̃ commutatiuæ. Imò per
iustitiam intelligi potest quælibet virtus, prout iustitia dicitur omnis virtus, seu virtus communis.
Omnis etenim virtus est quædam iustitia, quia per eum debitũ quoddam exoluitur, seu deo (vt iustũ
est) ministratur, sicut per charitatem deũ diligimus (vt tenemur) per misericordiam subuenimus (vt
obligamur) Deo autem non solũ in iustitia quæ est virtus specialis, sed in omni virtute seruire debe-
mus, præsertim in fide, spe, & charitate quibus directe colitur deus tanquam immediatũ propriúmq;
obiectum [CORAM ipso] id est, recta intentione, & cum attentione interna, vt in dei præsentia nos
constituamus, eúmque vt regem ac iudicem omnia intuentem pensemus: & ita ei soli finaliter pla-
Matth. 6. cere optemus, eius honorem & gloriã in omnibus exquiramus, timorate ac reuerenter cuncta agen-
Eccle. 1. tes simplici corde, non velut hypocritæ coram hominibus bona agendo ob propriam vtilitatem, seu
Psal. 118. laudem, vt illud Psal. veraciter dicere mereamur, Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes
3. Re. 17. viæ meæ in conspectu tuo. Et illud Eliæ, Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Porro quod ait
sine timore, referri potest ad illud quod sequitur, liberati: & ad verbũ seruiamus. Primo modo est sen
sus, q̃ sine nostro periculo ac timore Christus nos liberauit, cum tamen plures de hostium manibus
non absque ingenti suo pauore atque periculo eruantur. Christus quoque absque suiipsius inordina- G
Mat. 26 to timore nos liberauit. Quanuis enim passione instante naturali timore concussus sit, hoc tamen
Marc. 14 sponte & potestatiue seu ex præuio rationis iudicio cõtigit, & eundem timorem cum voluit, abiecit,
Lucæ. 22 atque intrepidus obuiam profectus est hostibns. Si autem referatur ad verbum hoc, seruiamus, iste est
Johan. 18 sensus: quod Christus ideo promisit daturum se nobis, vt liberati per ipsum ab hostibus, seruiamus ei
2. Tim. 3 absque inordinato timore in sanctitate, non quod nullos aduersarios habeamus. Cum omnes qui vo
lunt pie viuere in Christo, persequutionem patiantur. Sed quod illos inordinate non metuamus, nec
peccando subdi cogamur nec dæmonũ manus (vt antea) incidamus, nec inferni suppliciis depute-
mur, imò ab omni gloriæ obstaculo eruamur, merito dominicæ passionis, dummodo nosipsi obicem
non ponamus. Hæc est spiritalis securitas internaque pax, & vera libertas militantis ecclesiæ, quantũ
ad eos qui fide & opere Christiani consistunt, qui in primitiua ecclesia maxime abundabant, sicut in
Act. 2. Act. apostolorũ docetur. Vnde dominus per Esaiam prænunciauit, Sedebit populus meus in pulchri
4. 5. tudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et in Soph. quoque legitur, Lauda fi-
Esa. 52. lia Sion, exulta in omni corde filia Ierusalem: auertit dominus inimicos tuos, non timebis malum vl-
Sopho. 3. tra. Insuper cum dominus apud Ieremiam protulisset, Suscitabo Dauid germen iustũ, id est, Christũ
Iere. 23 filium Dauid (vt omnes exponunt) mox subditur, In diebus illis saluabitur Inda, & Israel habitabit
Mat. 10. confidenter, quia videlicet conuersi ad Christũ non timuerunt eos qui corpus occidunt, puta parati
mori pro fide & veritate ac deo, eo quod essent repleti charitate & gratia Christi, per quam optimæ
ac inuictissimæ fuerunt fiduciæ. Itaque seruiamus ei, non vno die vel raro, aut modico tempore, sed H
Mat. to incessanter & perseueranter, vt subditur [OMNIBVS diebus nostris] Qui enim perseuerauerit vsq;
Galat. 6. in finem, hic saluus erit. Ideo monet apostolus, Bonum facientes non deficiamus. Tempore enim suo
metemus non deficientes. Nihil demum tam stultum quàm tempus non solum infructuose, sed etiam
vitiose expendere. Iugiter igitur deo altissimo obsequamur, sempérque perfectius ac amorosius obse
Iere. 48 qui studeamus, pensantes quod scriptum est, Maledictus qui facit opus dei negligenter. Postremo in-
quiritur quomodo per Christum liberatum sit genus humanum, cum tam pauci saluentur, pereantq;
tam multi? Et respondendum quod Christus sua passione pro totius mundi seu populi satisfecit pec
catis quantum in ipso est, ita quod meritum suum tantum fuit quod pro omnium peccatorum dele-
tione sufficiens sit: sed non subuenit nisi his quibus applicatur seu communicatur per fidem, charita-
tem, aut sacramenta. Sua quoque sanctissima conuersatione ac passione meruit omnibus nobis gra-
tiam copiosam, specialiter tamen pro originali peccato satisfecisse asseritur: quoniam propter reatũ
illius à gloria totum genus differebatur humanum. Conuersatio demũ & passio Christi ex tam per-
fectissima charitate ac obedientia orientes tam acceptæ deo patri seu superbenedictæ trinitati fue-
runt, quod pro totius mundi liberatione & iustificatione ita fuerũt idoneæ, meritoriæ, & prædignæ,
præsertim propter hypostaticam seu personalem vnionem humanitatis Christi cum verbo, ex qua

A infinitam,quodammodo promerendi ac satisfaciendi idoneitatem efficaciámque sortita est. ❡ (8)
E t tu puer propheta altissimi vocaberis] secundum Origenẽ,Zacharias plenus spiritu sancto duas
prophetias generaliter nunciat.Primam de Christo,quæ se extendit hucusq;. Alteram de Iohanne,
quę incipit hic,vbi prædicit quod gratia prophetiæ fuerit danda Iohanni,ita quòd erit atque voca-
bitur propheta Christi,qui secundum Apostolum est super omnia deus benedictus in secula. Verun Roma.9.
tamen in Euang.Iohan.legitur iste Iohannes interrogatus,Propheta es tu?respondisse,non sum.Ad Iohan.1.
quod dupliciter respondetur.Primo secundum Glossam ibidem,quod Iudæi interrogantes,per pro-
phetam intellexerunt Elisæum:quod aduertens Iohannes,intentioni eorum rite respondit. Secundo
quod prophetam,id est,prophetam duntaxat esse se neget,quia & plus quàm propheta fuit, non so-
lum denunciando futura,sed & Christum demonstrans præsentem . Rursus inquiritur, cur Zacha. Mat.11.
alloquutus sit infantem octo dierum,in quo vsus non fuit rationis? Ad quod respondit Ambrosius, Lucę.1.
quod Zacharias agnouit infantem illum supernaturaliter sua intelligere verba:sicut in vtero suæ ma
tris intellexit filii dei incarnationem atque præsentiã corporalem.Ait quippe Ambrosius,Potuit Io-
hannes vocem patris sui natus audire,qui Mariæ salutationem antequam nasceretur audiuit. Sciebat
Zacharias alias esse aures prophetæ,quę spiritu dei non corporis ætate referantur.Habebat Iohan-
nes intelligendi sensum,qui exultandi habebat affectum . Alii sicut Beda dicunt , quod non propter
B Iohannis aduertentiam,sed eorum qui aderant instructionẽ ista prædixit. Nam & inanimata ac bru-
ta alloquimur,ea ad dei præconium inuitando,non solum vt illa intelligant,sed & nosipsi ac audien-
tes ad dei laudem sic prouocentur.Præterea multis nominibus inuenitur appellatus Iohannes . Di-
ctus nanque est amicus sponsi,præcursor Christi,Baptista,angelus,lucerna ardẽs & lucens,prophe- Iohan.3.
ta,& plus quàm propheta,atq; Elias,propter varia gratiæ dona sibi collata [P R A E I B I S enim an- Mala.3.
te faciem domini] id est,ante corporalem ac manifestam præsentiam Christi,qui est rex regum & do Iohan.5.
minus dominantium.Iohannes etenim natus est ante Christũ. Insuper ex ipsius est prædicare & bapti- Mat.11.
zare ante eundem,præcessit etiam eum in limbum:idcirco vocatur præcursor . Quidam per faciem Ibidem.
domini intelligunt Christum filium patris,vt dicatur similitudo & facies patris , quia per eum pater Apoc.19
cognoscitur:per faciem enim notitia designatur. Notitia autem in diuinis filio appropriatur, quem- Iohã.14.
admodum sapientia & veritas,quia per modum intellectualis emanationis procedit à patre [P A R A
R E vias eius] id est,disponere homines ad Christi fidem,charitatem,ac susceptionem:quod egit Io-
hannes prædicando, monstrando, & baptizando. Itaque viæ Christi, id est, viæ seu media per quæ Iohan.1.
Christus venit ad hominũ corda,fuerunt prædicatio & baptismus Iohannis,quæ ipse parauit,id est,
sapienter exhibuit,sicut quis pręparat mensam.Vel viæ istę sunt baptismus & prædicatio Christi,ad
quæ dno Iohannes suo documento atque baptismate homines disponebat.Rursus vię istæ sunt opera
C virtuosa, seu præceptorum custodiæ, ad quæ homines Iohannes induxit, vitia extirpando,ac virtu-
tes dispositiue seu instrumentaliter inducendo. Propter quod loquitur dominus per Mala.de Iohan. Malac.3.
Ecce ego mitto angelum meum,& præparabit ante faciem meam. Rursus viæ istę sunt misericordia Mat.11.
qua deus venit ad nos , & pœnitentia qua imus ad eum. Ad primam parauit Iohannes Christi gra- Marc.1.
tiam & baptismum insinuando. Ad secundam ad pœnitentiam exhortando , & rigorose viuendo.
Præterea secundum Chrysostomũ,quemadmodum reges quosdam habent qui eminus seu longe eos
præcedunt,& item commilitones,qui de propinquo pręcedunt . Sic Christus habuit prophetas ali-
quos eum longe ante prænunciantes & præcedentes.Iohannem vero eum de proximo pręcedẽtem
ac præsentem,deinde monstrantem . Deinde secundum Theophilum Zacharias esponit quomodo
Iohannes viam domini præparauit,puta dicendo. ❡ (9) A n dandam scientiam salutis plebi eius]
id est,ad exhibendum,seu prędicandum populo Iudæorũ notitiam, qua ad veram felicitatem pertin Apoc.12.
gitur,seu notitiam Christi qui est salus nostra.Hæc est scientia salutaris,doctrina moralis, declaratio
aduentus,mysteriorúmque Christi,& sacramentorum ecclesiæ.Itaque non ait,Ad dandam salutem,
sed scientiam salutis:quia Iohannes salutem non dedit sed prædicauit. Propter quod scriptum habe- Iohan.1.
tur,Non erat ille lux,sed vt testimonium perhiberet de lumine. Hanc scientiam cœpit Iohannes da-
re,quam Christus & apostoli postea plenius contulerunt.de qua ait Apostolus, Existimo omnia de- Philip.3.
trimentum esse propter eminentem scientiã domini nostri Iesu Christi. Hanc autem scientiam dedit
D [I N remissionem peccatorũ eorum] videlicet,plebis suæ puta credentium. Hęc autem sciẽtia dispo
sitiue ac incitatiue valuit ad diluenda peccata,quia per eam ad pœnitentiam,Christique fidem expli-
citam populus inducebatur.Solus autem deus dimittit peccata effectiue, secũdum illud, Quis potest Marc.2.
dimittere peccata nisi solus deus? Passio Christi meritorie:iuxta quod in Apoc.habetur,Christus di- Lucæ.5.
lexit nos , & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo . Fides autem formata hoc agit formaliter, Apoc.1.
prout in Actis dicitur,Fide purificans corda eorum. Opera vero pœnitentiæ faciunt hoc satisfacto- Act.13.
rie.❡ (10) P E R viscera misericordiæ] .i.intimam,secretã,viscerosam,seu amorosam misericordiam
[D E I nostri] vnigeniti.s. propter nos incarnati [I N quibus] visceribus misericordiæ [V I S I T A-
V I T nos] id est, per incarnationem ad nos descendit, & nostram sibi coniunxit naturam , nosque
ægrotos velut pius medicus nunc accessit.Itaque viscera in deo spiritaliter & metaphorice appellan
tur charitas & misericordia eius quibus inductus est succurrere nobis,sicut de Christo ait apostolus,
Qui dilexit me,& tradidit semetipsum pro me.Rursus quoque de patre, Propter nimiam,inquit,cha Gala.2.
ritatem qua dilexit nos pater,filium suum misit.Itaque non propter merita nostra , sed ob suam pie- Ephe.2.
tatem & charitatem deus hæc beneficia nobis largitus est,recte ait, Per viscera misericordiæ dei no-
stri , in quibus visitauit nos . Vnde alibi legitur , In hoc est charitas , non quasi nos dilexerimus de- 1.Iohã.4
um,sed quoniam ipse prior dilexit nos.Hæc viscera dei olim quasi latebant : iuxta illud Esaiæ, Mul- Esaiæ.63

titudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum ſuper me, contiouerunt ſe. Itaque viſitauit nos B
[ORIENS ex alto] id eſt, de ſummo cælo ad terram deſcendens, de ſinu, imò de corde patris ſui in
1. Tim. 6. vterum virginis veniens, ab altitudine ſuæ habitationis qua inacceſsibilẽ lucem inhabitat, ad peregri
Pſalm. 18 nos & exules ſe inclinans, quemadmodum in Pſalmo ſcriptũ eſt, A ſummo cælo egreſsio eius. Chri-
ſtus quoque Oriens nuncupatur, qui candor eſt lucis æternæ, & ſplendor paternæ gloriæ, ex ſuper-
ſplendidiſsimo dei patris corde æternaliter oriens & emanans, deinde per humanitatem aſſumptam
Eccl. 24. hominibus innoteſcens & reſplendens, qui teſtatur, Ego in altiſsimis habitaui. Et rurſus, Ego feci in
Ibidem. cælis vt oriretur lumen indeficiens. De quo ſecundũ ſerui formam deus pater ait, Ecce ego adducam
Zach. 3 ſeruũ meum Orientem. De quo denuo ſcriptũ eſt, Ecce vir, Oriens nomen eius. At vero ſicut à par-
Zach. 6. te cæli orientali, qui oriẽs dicitur, lux ſolis terrigenis oritur, ita à Chriſto lux gratiæ nobis profluxit,
ſolque ſapiẽtiæ deus vnus & trinus per eius humanitatem nos illuſtrauit. Hinc ſubditur, ❡ (11) [IL-
LVMINARE his] id eſt, ad illuminandũ eos [QVI in tenebris] ignorantiæ & erroris ſeu infideli-
tatis [ET in vmbra mortis] id eſt, in vita impia, quæ vmbra mortis vocatur, quia à deo ſeparat men
Eſaiæ. 59 tem, ſicut mors naturalis ſeu corporalis à corpore ſegregat animam: iuxta illud Eſaiæ, Iniquitates ve
ſtræ diuiſerunt inter vos & deũ veſtrum. [SEDENT] Vel vmbra mortis eſt ſeculum præſens, quod-
cum ſit vallis lachrymarum peregrinatio & exilium, vmbra & ſimilitudo mortis reſpectu patriæ no-
minatur: imò & vita præſens vmbra mortis vocatur, dicente Gregorio, Vita temporalis æternę vitæ F
comparata, mors eſt potius dicenda quàm vita. Quidam per vmbram mortis obliuionẽ intelligunt,
quia ſicut mors tollit ab exiſtentia in natura, ſic obliuio ab exiſtentia in memoria. Inſuper aliqui per
ſedentes in tenebris, accipiunt patres in limbo detentos, qui fuerunt in tenebris, id eſt, carentia lucis
gloriæ, & loco obſcuro, ad quorum illuminationem Chriſtus poſt mortem in cruce ſtatim deſcẽdit,
eoſque mox ibi lumine gloriæ illuſtrauit, ita ꝙ tunc deum per ſpeciem videre cœperunt ſecundũ do-
ctores. Tunc nanque pro originalis peccati reatu fuerat ſatisfactum, pretiúmque redemptionis ſolu-
tum, pro quo reatu duntaxat ſancti illi differebantur à gloria. Per ſedentes vero in vmbra mortis, in-
telligunt viatores & peccatores. Propriè quoque per ſedentes in tenebris intelliguntur Gentiles ido
Iohã. 10. lolatræ, ad quorum illuminationem Chriſtus deſcendit, ſicut loquitur, Alias oues habeo quæ nõ ſunt
Eſaiæ. 9 ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. De hac re multa in Eſaia leguntur, vt eſt illud, Populus qui
Eſa. 42 ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis.
Rurſúsque pater loquitur Chriſto, Dedi te in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & edu-
ceres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. Sed & Chriſtus de patre teſta-
Eſa. 40 tur, Glorificatus ſum in oculis domini, & dixit, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, &
ad feces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad vltimum terræ.
Iohan. 1. Hinc de ipſo in euangelio aſſeritur, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc
mundum. [AD dirigendos pedes noſtros] id eſt, affectus noſtros, de quibus cantamus, Statuit ſupra
Pſal. 30 petram pedes meos. Et in Canticis loquitur ſponſa, Laui pedes meos. [IN viam pacis] id eſt, ad con G
Cant. 5. uerſationem iuſtam ac virtuoſam, quæ eſt iter ad pacem pectoris in pręſenti, atque ad pacem æterni-
tatis in futuro. Ad hanc duplicem pacem præſtãdam Chriſtus potiſsime venit & paſſus eſt. Propter
Iohã. 14. quod teſtabatur apoſtolis, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hinc de Chriſto loquitur
Ephe. 2. Apoſtolus, Veniens euangelizauit pacem his qui longe, & his qui prope, id eſt, Gẽtilibus ac Iudæis,
Eſaię. 60 quæ verba ex Eſaia accepta ſunt. Denique quum pax iſta ſpiritalis ac vera, fructúsq; ſpiritus (ſecun-
Gal. 2. dum Apoſtolum) ſit quies, tranquillitas, ſeu quietudo mentis in deo, ſeu gaudium imperturbatum in
eo, certum eſt, quod per conuerſationem virtuoſam homo ad pacem pertingat, vitiorum ac paſsionũ
tumultus inquietudinéſque ſedando & extirpando. Præcipue tamen pax à charitate procedit quaſi
efficienter. Charitas nanque vnionem & concordiam parit, quietem quoq; & gaudium in amato, cũ
Pſal. 118. ei coniungitur. Hinc ait Pſalmiſta, Pax multa diligentibus legem tuam. Ex iuſtitia vero procedere di
citur, quaſi prohibens à remouente, quia iniuſtitia impedimenta pacis aufert & perimit: iuxta illud,
Eſaiæ. 32 Erit opus iuſtitiæ pax. Rurſus pax ponitur effectus prudentiæ, tanquam virtutis dirigentis ad pacem
per veram diſcretionem, qua quis ordinate ſe habet, vnde nec perturbatur, ideo ait Apoſtolus, Pru-
Roma. 8. dentia ſpiritus vita & pax. Hanc itaque pacem amemus, exquiramus, & conſeruemus, quũ dicat Sal-
Matth. 5. uator, Beati pacifici, quoniam filiĩ dei vocabuntur. ❡ Poſtremo canticum iſtud ſententioſum ac dul
ce, deuotiſsime concinamus, grata & affectuoſa mente, ineffabilia dei beneficia, præſertim verbi æter
ni incarnationem intime recolentes, & grates deo innumerabiles, pręcordialiſsime referẽtes: qui eſt
ſuper omnia deus glorioſus, ſublimis, & benedictus in ſecula. Amen. H

❡ Oratio ex cantico Zachariæ pręſcripto.

*Liberatis de manu inimicorum domine, præſta nobis ſine timore eorum in ſanctitate & in iuſtitia omnibus diebus noſtris tibi ſeruire, & per uiſcera tuæ pietatis pedes noſtræ offenſionis dirige in uiam pacis & ſalutis æternæ. Per.*

❡ Pio Lectori S.

POST exhibitos in Cantica vtriuſque inſtrumenti commentarios, ne vſpiam tibi deeſſemus, in Athanaſii quoque ſymbolum, necnõ in ſanctorum Ambroſii & Auguſtini, Te deum, canticum haud minus pietate quàm vtilitate conſpicuos, libuit commentarios adiicere: quos vt Dionyſii forte non eſſe quiſquam calumniari poſsit, noſque temere aſſeuerare non volumus, ita à ſtudioſo illius lectore, eoque Cartuſiano conſcriptos, liquido nobis conſtat, id quod haud vanis indiciis perſuaſum habemus. Tu ergo ſedulo illos reuoluens fruere, ac vale.

A

¶In Athanasii symbolum commentarius.

Quid sit saluũ esse atq; beatum.

QVICVNQVE vult saluus esse]id est,superessentiali felicitate potiri,supervoluptuosissimo,æterno,summo, incomparabilique bono (in quo vniuersorũ bonorum,omniumque pulchrorum ac desiderabilium incircũscriptibilis plenitudo,& superessentialis perfectio est) frui,illo impleri, illiq; immobiliter,inauertibiliter,voluptuosissime ac felicissime immergi, deo videlicet superpulcherrimo,qui est pulchritudo substantialiter pulchra, speciositas infinita,ad intuendum iucundissima,ad perfruendum suauissima , ad possidendũ delitiosissima, quia in eo tota potentialitas reducetur ad actum,tota capacitas nostra supernaturaliter implebitur,omneque desiderium perficietur, sic ꝙ nil boni optati poterit in æternũ abesse, nil mali abominati adesse.[ANTE omnia opus est vt teneat catholicam] id est,vniuersalem, orthodoxam [FIDEM] sine qua impossibile est placere deo,illique vniri, quippe quæ principium est cultus dei,atque fundamentum eius quæ secundum pietatem est doctrinæ,quam quotidiana docet Christianæ institutionis professio. ¶(2) QVAM nisi quisque integram inuiolatámque] recte credẽdo, & pure ac religiose,secundũ fidem charitate formatam,seruiendo [SERVAVERIT,absque dubio] cum hæreticis & schismaticis tanquam omnipotentis dei inimicus [IN æternum peribit] id est, æterna illa priuabitur felicitate,atque infernalem lacum, in ignem æternum , in tenebrosissimum infernĩ carcerem,in anima & corpore cum dæmonibus detrudetur in perpetuum cruciãdus. ¶(3) FIDES autem catholica] ab omnibus Christicolis amplexanda [HAEC est] videlicet [VT vnum deum] qui naturaliter est primum ens æternum,incausatum,independens,perfectum,infinitũ,immateriale, simplicissimum,& adorandum. Prima causa omnium gubernatiua,veritas pura,sempiterna, vnitas simplicissima,purus actus,omnipotens virtus,sanctitas exemplaris,sapientia æternalis,causa & ratio omnium idealis,esse purum in se subsistens ac separatum,vniuersorum principium , prima omnis rectitudinis,omnisque iustitiç,veritatis & virtutis regula & mẽsura. In quo est omnis nobilitas,omnis pulchritudo,omnis felicitas & dulcedo:quippe qui solus naturaliter & essentialiter bonus est,& immensa,perfecta puraque bonitas,in qua est omnium desiderabiliũ infinita ac incomprehensibilis plenitudo,æterna videlicet sapientia,incircumscriptibilis maiestas,omnipotens virtus,inobtenebrabilis splendor,inexcogitabilis pietas,pax summa atque dulcissima,ardentissimus amor, iucundissima felicitas,gaudiosissima vita,indeficiensque imperium [IN trinitate] personarũ. Quia enim deus,vt iam patuit,vere immensa,pura,superplena,superditissimaque bonitas est , necessario infinitæ communicabilitatis est,cum omne bonum naturaliter sit suæ bonitatis communicatiuum. Ideoque seipsum intelligens & diligens incommutabiliter,quia suum intelligere & suũ diligere est sua natura atq; essentia,communicat (vt secundum nostrũ loquendi modum loquar) vis intellectiua diuina totum suum esse verbo,vt secundum Ambrosium in hymno,sit in patre totus filius,& totus in verbo pater. Et ab illo actu intelligendi,cum ibi cognoscitur tota diuinitatis amabilitas,vtraque incommutabilis persona communicat amori,qui spiritus sanctus appellatur,& per modum voluntatis procedit, totam diuinitatis naturam. Et hæc omnia naturaliter fiunt vnico, æterno, incommutabili actu, ita ꝙ tres illæ personæ & subsistentiç est incõmutabilis,inseparabilis trinitas,& vna simplicissima deitas. Quæ cõmunicatio excellentissime bona præ sui magnitudine & nobilitate excedit omnem creatã intelligentiam. Bonitas enim istius communicationis habet,ꝙ pater non potuit non generare filium , & pater & filius non potuerunt non producere per modum spirationis spiritum sanctum,& hoc facit incommutabilitas atque æternitas,& est trium personarum vna voluntas,&c. & communicat se bonitas diuina effundẽdo bonitatem suam super vniuersam creaturam quam creauit vt esset . quod diuinæ bonitatis esse posset particeps. Atque per hoc communio sapientior fuit , vt ita dicam , ratio originalis personæ vnius communio amoris, velut quandam ratio personæ alterius . Et quamuis personæ productio procedat de voluntate paterna, est tamen in hac productione vel processione ratio alia & alia. Nam secunda,filius scilicet per generationem est à sola prima, à patre videlicet : tertia per inspirationem & processionem à prima & secunda,à patre scilicet & filio. [ET trinitatem] personarum . Quid enim est velle habere comparem in natura & condignum, nisi velle habere quem intime diligat,& coæqualitatis merito digne diligere debeat? Quid vero est velle habere condilectum, nisi velle habere qui secum à suo dilectore pariter diligatur , & exhibiti sibi amoris delitiis secũ perfruatur. Sed istud primũ potest consistere in sola personarũ dualitate, istud autẽ posterius omnino subsistere non potest sine personarum trinitate. [IN vnitate] essentiæ [VENEREMVR] id est,colamus, credentes firmitérque confitentes , trinitatem personarum non excludere ab essentia diuina summam vnitatem,simplicitatem,immensitatem,æternitatem & incommutabilitatem , quin potius includere summam fœcunditatem,charitatem,liberalitatem,æqualitatem, germanitatem, cõformitatem & inseparabilitatem. Quia enim cuiuis diuinarum personarum inest summa nobilitatis & honoris excellentia (in seipso enim æternaliter germen suæ fœcunditati adæquatum pater producit , seque ac filium diligendo & volendo simul cum illo spirat spiritum sanctum, qui est amor & nexus vtriusque, ipsis necessario infinitas inest , & æternitas omnisque potestas , quapropter parem sibi habere non possunt , nec æqualem : ideoque non potest esse nisi vna diuina substantia, infinita, omnipotens, & æterna . Et sicut conueniens est vnam solam substantiam in tribus esse personis , sic quoque congruum est tres diuinas personas in vna simplici esse essentia, propter maximam personarum conuenientiam propinquitatem , vnitatem & simplicitatem. ¶(3) NEQVE confundentes personas] vt Sabellius,qui in persona ipsum dicit esse patrem,quem & filiũ & spiritũ sanctũ. Necessario enim

Heb.10

1.Tim.6.

B

Mat.25.

Luc.13.

Mar.10.

Luc.18.

Cur si simplicissi. diuinitate sit trinitas personarum.

C

1.Iohã.4

Personarum distinctio.

D

Personarum trinitas summã vnitatem includit.

Ratio prædictorũ.

Aluisime & piisime de deo ast eredẽdũ.

tres sunt personæ credendæ propter generationem & processionem in supersanctiss. Trinitate ne- E
cessario intellectam. Dictat nanqua catholica fides altisime de deo, & piisime sentiendum esse. Non sentiret autem altisime, quisquis non crederet deum se posse summe communicare, nec sentiret piissima, qui crederet eum posse, sed nolle. Ideoque vt altisime & piisima sentiamus, credamus deum se summe communicare, æternaliter habendo dilectum siue condignum, hoc est, filium ex se natum, cui se plene non participatiue communicat, non minus diligans ipsum quàm seipsum, & simul cum ipso filio æternaliter producere & habere condilectum sibi natoque ex se æque dilectum: non creatũ nec natũ, sed ad intra procedentem, inuariabilitérque spiratum. Non potest autem persona generans esse persona generata aut procedens, val econuerso. [NEQVE substantiam separãtes] Habent enim istæ tres personæ vnum & indifferens esse ax differenti proprietate, quæ ast generare, generari, & procedere.

Diuersæ personarũ proprietates.

Proprium enim est ingenito patri propria authoritate æternaliter esse, & patrem esse, filiúmqua æternaliter generare, & spiritũ sanctum cum filio æternaliter spirare, & à nullo esse, aut aliquid accipere. Propriũ est filio esse à solo patre, & ab eo quicquid est vel habet, habere, & cũ patre spiritum sanctum spirare. Propriũ est spiritui sancto, à patre simul & filio esse, & habere quicquid est vel babet, & nullũ de se existentẽ æternaliter babere. Et hæc omnia psonæ istæ à patre non habent ex munere gratiæ, sed ex proprieetate diuinæ naturæ. Pater enim per generationem præbet substantialiter originem filio, & per spirationem spiritui sancto.

Nõ alind & aliud ẽ in simplicissima diuinitate

¶ (4) ALIA est enim persona patris] quia solus ingenitus, &c. vt iam patuit. [ALIA filij] quia à solo patre est genitus [ALIA spiritus sancti] quia ab vtroque à patre scilicet & filio procedit. F
Non autem aliud est persona patris, aliud persona filij, aliud persona spiritus sancti, cum aliud essentiam significet communem, quæ vna & simplicissima est: diuinarum nanque personarum consubstantialitas maxima, æqua & infinita est, alius vero distinctionem duntaxat suppositi nominat. Cum igitur pater alia persona sit, seu aliud suppositum à persona filij, necessario sequitur patrem alium essa à filio, & spiritum sanctum esse alium ab vtroque, ita vt nulla distinctio sit in essentia, sed in personis duntaxat.

Sanctiss. diuinitatis cõmunio.

¶ (5) SED patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas] Pater enim cum sit plenitudo essentiæ, vitæ, sapientiæ, bonitatis, potentiæ, & omnino omnis desiderabilis plenitudinis plenitudo, à nullo aliquid accipiens, sed propria sola authoritate sit persubstantialiter consistens, omnem eandem plenitudinem supernaturaliter & supersubstantialiter dat filio suo,

Filius splẽdor pris. Spũs s. iubar vtriusque.

qui est splendor paternæ gloriæ & figura substantiæ eius, ipsum per sui cognitionem generando, eandémque cum filio dat supernaturaliter spiritui sancto, qui iubar quoddam est à prima substantia, & splendore gloriæ eius procedens, ipsum supersubstantialiter, eandem quam in seipso habat axcellentiæ magnitudinem in filio suo deprehendena, spirando. Omnibus ergo tribus personis vna ast diuinitas [AEQVALIS gloria, coæterna maiestas.] æqualis claritas, gloria, & potestas, vt patet ex dictis.

Declaratio ęqualitatis personarum.

Plenitudo nanque summæ felicitatis requirit plenitudinem summę iucunditatis. Plenitudo summæ iucunditatis, plenitudinem requirit summæ charitatis: plenitudo summę charitatis, axigit plenitudinem summæ perfectionis: vbi itaque oportet omnes esse æque perfectos, ne- G
cesse est omnes in summa æqualitate congruere. Quapropter in omnibus ęqualis erit sapientia, æqualis potentia, indifferens gloria, vniformis bonitas, æternáque felicitas: quatenus trium personarum diuinarum vna sit diuinitas, æqualis gloria, coęterna maiestas: nulláque altera maior, nulla altera minor: nulla prior, nulla posterior. Coæternæ ergo sunt & coæquales. nam si coæternæ non essent, eo ipso coæquales esse non possent. ¶ (6) QVALIS pater, talis filius, talis spiritus sanctus.] In superlaudabili enim hac personarũ discretione nullus gradus superior aut inferior esse potest, sed vniformiter eis omnia conueniunt essentialia, puta diuinitas, essentia, bonitas, potentia, iustitia, æternitas, &c.

Nihil in ea maius meli⁹ aut deterius est.

Nam summum illnd & summe simplex esse in ea plenitudine atque perfectione, qua est personę vnius (vt patuit supra) in eadem plenitudine est, & cuiuslibet personæ alterius cum vna eadémque substantia non magis aliquid vel minus, melius, deteriusve seipsa esse posit: non igitur maius vel melius aliquid, quęquis erit in trinitate persona, quàm quælibet alia (cũ certissime singulis sit vna eadémque substantia) sed omniformis & omnifaria incomprahensibilisque magnitudinis ęqualitas, in qua vnitas pluralitati non cedit, nec excedit pluralitas vnitatẽ.

Quõ filius pr̃i sit coæternus, similitudo de sole.

¶ (7) INCREATVS pater] seipso innascibiliter & ab æterno prima in diuinis persona existens. [INCREATVS filius] patri coæternus, quem ęterne eructauit diuinum aor eius, vt esset secum principium in principio, apud eum, ab eo solo originem ducens ęternam. Vt enim radius solis de corporeo sole isto procedit & originem trahit, coæuus ipsi soli existens, ex quo enim sol fuit, de se radium produxit, & sine radio tempore nullo fuit: sic dei filius quoque, qui splẽdor ast patris & candor lucis ęternæ, tanquam coæuus radius de H
luce spirituali & innascibili emanauit, estq; secunda in diuinis persona.

Discretio psonarũ. Qnæ proprietate fiat in diuinis gñatio & pcessio.

[INCREATVS spiritus sanctus] à patre & benedicto verbo eius æternam habens perfectionem atque originem, estque tertia in diuinis persona. Proinde pater ingenitus deus seipso est: verbum eius, deus à patre, spiritus sanctus quoque deus est à patre & verbo eius seu filio: nec tamen verbum seu filius à patre est singulari proprietate, vt deus, sed vt verbum: sicut nec spiritus sanctus à patre & filio, vt deus, sed vt spiritus sanctus: imò neque omnipotens pater seipso est vt deus, sed vt pater, vt innascibilis: absolutus est enim vt deus ab his proprietatibus. Ex his igitur paucis clare conuincitur, patrem à nullo esse, filium à solo patre, & spiritum sanctum ab vtroque, tanquã amor patris & filij, & condilectus illis.

Tres psonæ sunt increatæ. Genes. 1.

Quæ quidẽ tres personæ quia ab ęterno sunt & coęquales, clarum est, ꝙ sicut increatus est pater, sic increatum esse filium & spiritũ sanctum: imò sicut creator pater, sic & filius & spiritus sanctus. Vnde de patre scriptum est, In principio creauit deus cælum & terram. De filio, Et qui creauit me, habitauit in

A tabernaculo meo. De spiritu sancto autem cantat ecclesia, Veni creator spiritus. De beatissima vero Trinitate, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. ❡ (8) IMMENSVS pater] qui est omnis principii superprincipale principium, in propria natura immensurabilis quia illocalis & incircunscriptus, vbique totus, vbique præsens, vbique potens, omni carens initio & fine, atque per hoc infinitus. Verum quia primũ principiũ est, quod est perfectissimũ, repugnat ei infinitas materialis, & conuenit ei infinitas formalis. Cum enim sit primũ omniũ principium, & esse subsistens atque forma non determinata per aliquam materiam, constat eum simpliciter infinitum esse & immensum, non modo per æternitatem, verumetiam per magnitudinem. Credimus nanque ex dictis diuinam substantiam seu essentiam esse idem cum diuina potentia, sapientia, æternitate & magnitudine, vnde æterna est & magna. Quapropter sicut infinitus est secundũ æternitatẽ, quia sine initio & sine fine, infinitus quoque erit secundũ magnitudinem, alioqui manifesta ratione conuinceremur fateri vnã eãdémq; substantiã, & seipsa maiorẽ esse, & seipsa minorẽ. Nã si æternitas eius est infinita, magnitudo autẽ finita, vna eadémq; substãtia secundũ æternitatẽ maior erit magnitudine sua, hoc est seipsa (est enim deus sua magnitudo) & erit secundum magnitudinem minor æternitate sua, hoc est seipsa, est enim deus sua æternitas, ergo immensus pater [IMMENSVS filius, immensus spiritus sanctus.] quia immensitas dei est æternitas dei, filius autem patri est coæternus, sicut spiritus sanctus, ergo & immẽsus.

Omnes tres vnus creator. Gene. 1.
Quo deus sit infinitus.
Psal. 144

B Sic nanque in diuinis personis omnimoda identitas est & summa simplicitas, quod quæ plurium & quæ omniũ prorsus eadem vnius sint, & quæ vnius, eadem prorsus & omniũ. Nec vna minus aliquid habet quàm duæ & quàm tres simul: nec tres simul plus aliquid habẽt quàm vna sola: sed earũ est vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas, & reliqua eiusmodi, quæ summam aliquã perfectionem dicunt, quæ omnem sensum comprehensionémque nimia sui præcellentia excedunt. ❡ (9) AETERNVS pater] quia incõmutabilis. Aeternitas enim sequitur immutabilitatem, solus autẽ deus est omnino immutabilis. Ipse enim solus secundũ Apostolũ, habet immortalitatem, id est, omnimodã incõmutabilitatẽ, ergo & solus simpliciter æternus, esseque æternũ ipsi soli est propriũ. Quod autẽ aliqua dicuntur æterna, vt ignis æternus, vita ęterna, secundum hoc dicuntur, q magis de eius incõmutabilitate participant, sempérque permanent. [AETERNVS filius, ęternus spiritus sanctus] quia in omnibus simul summa simplicitas, summa & vera vnitas, & tã singulatim q̃ cõiunctim summa & admiranda identitas: ergo quæque earũ verus deus, cui propriũ est esse æternum. ❡ (10) ET tamen non tres æterni.] Cũ enim vnus solus deus sit, & summe vnus ac vnice summus, quia summa simplicitas, omnes simul diuinæ hypostases, vt tres & duæ, non plus q̃ singula quæque vnus deus, ac proinde non tres æterni [SED vnus æternus] deus viuus & verus. Nec credere debemus,

In diuinis summa identitas & simplicitas est.
Solus deus incommutabilis
1. Tim. 6.

C diuinitatẽ in personarũ trinitate consistentẽ ex personis esse coalitam: ipsa enim indiuidua est & simplicissima, in qua nulla cadere potest compositio, sed omnes perfectæ sunt ac integræ, quibus eadem bonitas est, sapientia, potestas, ęternitas, incõmutabilitas. ❡ (11) SICVT non tres increati] Vnica enim & eadem prorsus in diuinis personis deitas est, tota in patre, tota in filio, tota in spiritu sancto: vna in tribus virtus, vna sapientia, vna æternitas, vna substantia, quæ cũ à semetipsa sit & independens, est prorsus immutabilis, ac per hoc increata. Omne enim creatũ mutabile, quippe quod procedit de non esse ad esse, quale est omne aliud à deo. Solus ergo vnus deus increatus, sicut & solus seipso, & procul dubio ab æterno. [NEC tres immensi.] Immensum dicimus, quod nulla mensura comprehenditur, nec vllæ mensuræ ęqualis seu incomparabilis inuenitur: si ergo plures dicamus immensos, erit quilibet eorum cuilibet alteri incomprehensibilis atque incõmensuralis. Nullius itaq; mensura ab altera cuiuslibet alterius comprehendetur, & consequenter vnaquæque mensura quãlibet alterã supergredietur, erit proinde vnaquæq; quauis altera maior, & quauis altera minor, quod est impossibile. Impossibile est igitur plures esse immẽsos. Quod si nullus est quolibet altero maior, vel quolibet altero minor, ~~sicut vnusquisq;~~ eorũ est cõprehensibilis & cõmensurabilis sibi, sic erit cõprehensibilis & cõmensuralis alteri, sicque ~~immensi non essent: non ergo tres immensi~~ [SED vnus increatus & vnus immẽsus.] Pater tamen origo est reliquarũ personarũ non originatus, cũ sit seipso, sed filius originatus est, & origo ad spiritũ sanctum: spiritus autem sanctus originatus est ad patrem

Trinitas ex personis nõ est coalita.
In diuinis p̃sonis seorsũ & cõiũctim vna simplicissima deitas
Non p̃t dici p̃res immensi.
Pater reliquarũ p̃sonarum origo.

D & filium, non origo ad aliam diuinam personam, cum nulla sit reliqua. Modus ergo existendi patris, qui à nullo est, est principalior quàm cæterarum duarũ, quæ à parte sumunt originem. principalior item subsistendi modus filii est, & ratione ordinis prior, quàm spiritus sancti ab eo prodeuntis. Hæc tamen personalis perfectio & originis eminentia nullam arguit in eis differentiã aut distantiam, nullámque vnius personæ vltra alias, in his quæ ad naturam attinent, perfectionem. Omnes enim tres non nisi vnicum rerũ conditarum principium. ❡ (12) SIMILITER omnipotens pater] cui subest cum voluerit posse, omniũ enim obtinet potestatem. Si omniũ, quid est quod non potest? hoc non potest quod omnipotenti posse non competit: falli non potest, quia sapientia est: mori non potest, immortalis enim vita est: mentiri non potest, quia veritas est: finiri non potest, quia infinitus & perennis est, qui parcendo & miserando omnipotentiam suam maxime manifestat, pater enim misericordiarum est, & deus totius cõsolationis, peccataque libere dimittendo suã maxime potestatem demonstrat, eius etenim qui superioris legi astringitur, non est libere peccata condonare. [OMNIPOTENS filius] qui est sapiẽtia patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei reconditi. Plenitudo autem sapiẽtiæ esse nõ potest sine plenitudine potentię, sicut nec potẽtiæ plenitudo sine plenitudine sapientiæ. Sapiẽtiæ autem nõ haberet plenitudinẽ, qui quomodo obtinere posset quod sibi de omnipotentia deest, ignoraret: econuerso careret absque dubio potentię plenitudine, qui aliquẽ sapiẽntiæ

Mod' existẽdi p̃ris principalior est.
Personalis perfectio nullã in trinitate facit differẽtiã.
Pro. 24.
Quid nõ possit de'.
Sap. 8.
Iohã. 14.
2. Cor. 1.
Col. 2.

Qđ dei filius necessario sit omnipotens. defectum posset inuitus sustinere. Plenitudo autem vnius haberi non potest sine alterius plenitudine. Quod diximus de sapientia, consequens est & idem de omnipotentia intelligere. Nam omnipotentia si deesse non potest, vbi sapientiæ plenitudo est, liquido constat tam potentiæ quàm sapientiæ plenitudinem posse in singularitate personæ possideri: erit itaque in omnibus æqualis sapientia, indifferens potētia & gloria, vniformis bonitas & felicitas æterna. [OMNIPOTENS spiritus sanctus] quia tres personæ tam singulatim, quàm coniunctim non sunt nisi vnus deus, vna diuinitas, vna summa natura, in quibus substantia, omnipotentia, bonitas, veritas, vita, æternitas, & id genus omnia, & seorsum & simul sumptis coincidunt. In illa enim summa & vsquequaque perfecta personarum discretione & æqualitate summum illud & simplicissimum esse omnibus cōmune est. In eis igitur tam singulatim quàm coniunctim sumptis, summa est & admiranda identitas, & vere admiranda identitas, eo quòd trinitas est vnitas. Idem ergo in omnibus & singulis personis est esse quod viuere, viuere quod intelligere, intelligere quod posse. Ibi non est aliud sapientia quàm potentia, quàm essentia, quàm magnitudo, quàm æternitas. Et iuxta hunc modum similis est in similibus sentētia. Idem ipsum ergo est totum quod est in qualibet personarum.

*Omnia q̄ ad naturā & essentiam spectant, in singulis & omnibus coincidūt personis.*

¶ (13) ET TAMEN nō tres omnipotentes, sed vnus omnipotēs.] Sunt enim propter infinitā diuinæ essentiæ simplicitatem summe æquales ac summe similes: quælibet earū immensa, quælibet deus, quælibet omnipotens, summe sapiēs, summe bona, & omniquaque perfecta, summe sufficiens, immutabilis, inuariabilis, summe vna & simplicissima, & quæcunque possunt de supergloriosissimo deo prædicari. Quælibet summe amans, quęlibet summe amata: nam quælibet summum bonum, summe felix & superbeata, quęlibet summe gloriosa & infinita maiestate verenda. Quia enim summa perfectio est in illa æqualitate, & summa æqualitas in illa perfectione, necessario singulis simul & omnibus est summa plenitudo sapientiæ, summa plenitudo potentiæ: & hæc quid est nisi omnipotentia? quæ cum inde dicta sit, quòd omnia possit facillime efficere, potest vt quælibet alia potentia nihil possit. Manifestum proinde est omnipotentiam non posse esse nisi duntaxat vnam, cum ipsa diuina essentia prorsus simplicissima coincidentem. Sicuti ergo commune est simul omnibus personis habere omnipotentiam, imò & esse omnipotentes, ibi enim nō aliud esse est quàm habere, commune procul dubio est omnibus vnam esse eandémque essentiam, vnam eandémque omnipotentiam, &c. Itaque confiteamur & cantemus omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritussanctus, & tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

*Miranda diuinarū p̄sonarū idētitas.* *Sūma diuinarū p̄sonarum æqualitas* *Non pōt esse nisi vna omnipotentia.*

¶ (14) ITA DEVS pater] à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, qui honoratissimus, supersapientissimus, actualissimus & inuariabilis est intellectus, seipsum æternaliter, comprehensiue inuariabilitérque cognoscens, sapientiáque sua in esse vniuersa deducens, expers omnis potentialitatis: quippe qui actus purissimus est, & ens primum, cuius est alia mouere, influere, atque in esse deducere. Actus autem simpliciter potentia prior est, cum nihil reducatur de potentia in actū, nisi per ens actu. Ex quo patet deum nō esse corpus, quippe quod non mouet non motum: deus autem, quia actus purissimus, mouens est non motum. Corpus quoque cum continuum sit, in potentia est, vt continuum, inquantum huiusmodi, diuisibile est in infinitum: verum de hoc satis. Quando autem in scriptura sacra deo attribuuntur corporalia talia, non secundum proprietatem, sed secundum metaphoram sumenda sunt, eo quòd spiritualia per ipsa sensibilia nobis innotescunt. Per profunditatē igitur dei (vt Dionys. 9. cap. De diuinis nominibus testatur) incomprehensibilitas diuinæ essentiæ intelligitur, per longitudinem, processus virtutis eius omnia penetrantis, per latitudinem superextensio eius ad omnia. Partes quoque corporales in ipso per similitudinem ponuntur, eaque quæ ad situm pertinent & motum localem, vti brachium quod potentiam significat, & sedens dicitur propter immobilitatem authoritatémque suam, & stans suam propter fortitudinem ad debellandum omne quod aduersatur. Dicitur quoque venire ad nos, & recedere à nobis propter spirituales diuinæ voluntatis eius effectus quos operatur in nobis, & aliquando subtrahit exigentibus demeritis nostris.

*Ephes. 3.* *Deus nō est corpus.* *Quomō attribuantur deo corporalia lineamenta.* *Quid p̄ ptes corporales.*

[DEVS FILIVS, deus spiritus sanctus] quia in illa summa superbenedicta Trinitate propter summum & simplicissimum esse, quod omnibus est commune, omnimoda est identitas & summa simplicitas, ita quòd quæ plurium & quæ omnium, prorsus eadem vnius sint: & quæ vnius, eadem prorsus & omnium, nec vna minus aliquid habeat, quàm duæ & quàm tres simul, nec tres simul plus aliquid quàm vna sola, sed est eis vna diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. ¶ (15) ET TAMEN non tres dii, sed vnus est deus] solus & summe vnus ac vnice summus, quia summa simplicitas. Nam si ex pluribus esset conflatus, naturaliter perfectio diuisibilis esset, & per consequens mutabilis, quod repugnat simplicissimæ ac inuariabili diuinitati: nam vt sic, quomodo æternus? quomodo vere felix? quomodo omnipotens? Omnes ergo tres diuinæ hypostases vt tres & duæ, non plus quàm singula quæque vnus deus, viuus & verus.

¶ (16) ITA DOMINVS PATER] libere omnium dominans, omnipotens rector totius vniuersi, omnisciens, inuariabilis, benignissimus, cuius potestati nil potest resistere, cuius scientiam nil potest euadere, cuius benignitas omnia ad finem proprium atque perfectionem dirigit, vniuersáque propter inuariabilitatem vniformiter indeficientérque gubernat: iuxta liberrimam, omnipotentem, sanctam, & supersapientissimam voluntatem suam faciens, tam in cæli virtutibus, quàm in terræ habitatoribus, cui nullus dicere potest: quare sic facis? sed libere quibus vult miseretur, & quos vult indurat, à quo est omne datū optimum descendens, omneq; donū perfectum. [DOMINVS filius] cui cum patre est vna actualissima vita, nullæ materiali potentiæ subiecta, sapientia infinita, omnipotens virtus, voluptuosissima beatitudo, immensa dulcedo, inter-

*Dei p̄ris liberrima dominandi potestas.* *Esa. 47* *Eccles. 8.* *Roma. 9.* *Iacobi. 1.*

A mínata iucunditas, supermundissima sanctitas, superopulentissima bonitas, & quicquid desiderabi-
litatis, amabilitatis, seu amœnitatis excogitari potest in ipso cum infinita plenitudine reperitur, ipse-
quemet illud est attingens à fine vsque ad finem fortiter & disponens omnia suauiter. [ D O M I N V S
spiritus sanctus] ex patre & filio æternaliter manans, cuius supermundissima essentia, bonitas est pe
nitus infinita, amabilitas purissima, dulcedo immensa, cuius diuinum esse æternum est ac primum,
causalissimum, præstantissimum, simplicissimum, purissimum, immensum, plenissimum, actualis- 1. Cor. 2.
simum, formalissimum, illimitatum, ac per cuncta incedens, omnia scrutans, omnia penetrans, Apoc. 2.
etiam arcana dei immutabilissimum ac præsentissimum. Non enim ipsi accidens est esse suum, sed Hebr. 4.
subsistens veritas manens causa & naturalis proprietas cum summa simplicitate cum patre & filio,
omnem nobilitatem cum immensa plenitudine comprehendens. Est quippe quoddam fluens & re-
fluens mare, incessabiliter in omnes suos fluens dilectos, secundum vniuscuiusque indigentiam ac di
gnitatem, refluénsque, & in se trahens vniuersos, quos replet & ditat, & hoc cum omnibus quæ ha-
bent & possunt. ¶ (17) E T tamen non tres domini] quia omnibus est vna deitas, æqualis gloria,
coæterna maiestas (vt iam sæpius probatum est) & reliqua quæ summam aliquam perfectionem di-
cunt, omnémque sensum & comprehensionem nimia sui præcellentia excedunt, ideoque quicquid di
ctum est de vna, dici potest & de reliqua, excepta duntaxat ea proprietate, qua pater principium est Quicqd
B sine principio temporis, durationis, siue originis, sed seipso existens idipsum quod est, & nõ aliunde, pfectiõis
dat reliquis personis suę existẽtiæ & originis causam, & qua spiritus sanctus finis infinitus est sine fi- de vna di
ne, à patre & filio æternam habens profectionem atq; originem: & qua filius medium est immedia- uinarũ p-
tum sine vllo medio, à solo patre originem ducens, æternam cum patre dans (vt dictum est) spiritui sonarũ di
sancto originem: quibus vnica est & eadem deitas tota in patre, tota in filio, tota in spiritu sancto, citur hoc
nullam habentes inter se differentiam aut distantiam: personalis enim perfectio & originis eminen- asseri põe
tia nullam vnius personæ vltra alias in his quæ ad naturam attinent, arguit perfectionem, sed sunt & de re-
omnes tres non nisi vnicum rerum conditarum principium: sequitur ergo, [S E D vnus est dominus] liqua.
cuius libertas nulla premitur potestate, cuius potestas vel dominium nulla impossibilitate præpedi- Iohan. 8.
tur. ¶ (18) Q V I A sicut singulatim vnamquamque personam deum ac dominum confiteri Chri- Apoc. 22.
stiana veritate compellimur] interrogati enim quid pater, quid filius, quid spiritus sanctus, necessa- Psal. 101.
rio de singulis, quia deus est & dominus, fide orthodoxa confitemur [I T A tres deos aut dominos di
cere, catholica religione prohibemur] quia in singula quaque personarum est summa simplicitas, &
in omnibus simul summa & vera vnitas: atque tam singulatim quam coniunctim sumptis summa & Sol⁹ vnus
admiranda identitas: ideoque tres & duæ non plus quàm singula quæque vnus deus, vnus dominus, verus de-
vnum omnium conditarum rerum principiũ, vna essentia, vna bonitas, vna deitas, vna maiestas, vna us ac dñs.
C beatitudo, vna æternitas, &c. Quem quidem deum vnum, viuum ac verum, noui & veteris testamen Roma. 3.
ti authoritas demonstrat. Audi Israel, inquit Moses: dominus deus tuus, deus vnus est. Et, deum tuum Deut. 6.
adorabis, & illi soli seruies. Diuina enim (vt dictum est) requirit simplicitas, in deo eandem esse essen Mat. 4.
tiam & personarum eiusdem essentiæ trinitatem. In diuinis nanque hoc nomen (persona) relationẽ Quid p-
significat, vt rem in diuina natura subsistentem: cum igitur in deo plures sint relationes reales, sequi- sona.
tur necessario plures in diuina natura res esse subsistentes: plures videlicet hypostases, in essentia ta-
men non distinctas, propter incomprehensibilem diuinæ essentiæ simplicitatem. ¶ (19) P A T E R] Infinita
vere superbeatissimus, superdulcissimus atque in infinitum præamabilis, & superdesiderabilis, super- dulcedo
felicissimam & supersuauissimam ducens vitam: imo ipsemet vita est actualissima & superpurissima, & maie-
in qua totius vitæ plenitudo, opulentia & delectatio cum inexcogitabili ac superdeliciosissima excel stas dei
lentia continetur: quippe qui in Christo & per Christum omnium origo est, solus seipsu existens nõ patris.
aliunde quod est, sumens, sed ex se & in se bonum est infinitum, imo infinita bonitas: quia non ipse in
aliquo, sed intra eum omnia: omnipotentia sua regens, possidens, implensque omnia quæ creauit, non Quomõ
vt contineant ipsum: sed vt illa potius cõtineantur ab ipso. Intra omnia est inclusus: omnia continẽs, deus in-
vt omnium creator esse ostendatur: nihilominus extra omnia non exclusus, incircunscriptæ magnitu tra oĩa sit
dinis, sua immensitate omnia concludens: vt omnium gubernator esse demõstretur, vbique præsens: & extra
D quippe qui locis non distenditur, nec temporibus variatur, omni accessu carens & recessu, sed in se oĩa &c.
quietus manens, vbiq; circumit totum, vbique prorsus totus: ita magnus, vt omnia ipso plena sint & Ester. 13.
sint in ipso: sic tamen est sine omni spatio vt nec medium nec dimidium, nec vlla pars penitus sit in Deus vbi
ipso, sed est indiuisibilis, incorporeus, interminus, & vnũ æternũ, infinitum: in quo primũ & vltimũ, que præ-
summum & imũ, maximũ & minimum coincidũt, qui est ante omnia duratione, omnia antecedens & sens.
post omnia: duratione omnia sequẽs & excedens, omnia præueniẽs, omnia subsequẽs, excedensq; in Iohan. 3.
infinitũ, omnia etiã æuiterna, inuisibilis ineffabilis & penitus infinitus, ad quẽ, & eloquẽdum sermo si- Deus an-
leat, & inuestigãdum sensus hebetetur, & complectẽdum intelligentia coartetur. Habet tamen natu- te omnia
ræ suæ nomen in patre, & pater solus est [A N V L L O est factus] nõ enim humano modo aliunde ha & post o-
bet quod pater est, sed ingenitus æternus existẽs coæternum habet filium, cui soli notus est. Quia pa mnia.
trem nemo nouit nisi filius & cui voluerit filius reuelare, hoc est spiritussancto. Cæterũ quod seipso sit in- Luc. 10.
uisibilis incomprehẽsibilis & æternus, in his quidem honoria confessio est, sed naturæ nostræ sermo Argumẽ-
succumbit: & rem vt est, verba non explicant. Perfecta sciẽtia est deum scire: vt licet scias nõ ignora- tum deuo
bilem, tamẽ inenarrabilem: credẽdus est, intelligẽdus est, adorãdus est, atque in his officiis eloquẽdus, tionis er-
[N E C creatus] sic enim creatorem haberet: verum quum nõ sit nisi à seipso, habere creatorem nũ po ga deum.
test. Quid dicimus creatum, nisi de nihilo factum? de nihilo autem fieri nõ potuit, qui nunquam nihil
fuit, quippe qui seipso & ab æterno, esse habuit [N E C genitus] esse ingenitum patri proprium est,

Propriũ est patri esse ingenitum. Apoc. 22. Filius nõ dr̃ principiatũ nec spiritusſ.

Nam sicut in creaturis reperitur principium primum, & principium secundum: ita in diuinis quoque, in quibus non est prius & posterius, repetitur principium non de principio, & principium de principio. Solus itaque pater primum omnium principium est. Principium quippe dicimus, omne, à quo aliquid procedit: cum igitur à patre procedat filius & spiritus sanctus, conuenienter ingenitum dicitur principium. Non tamen filius, sicut nec spiritus sanctus principiatum dicitur, cum hoc quandam sonet minorationem: personæ autem diuinæ coæternæ sunt & summe coæquales: licet enim patri quædam attribuatur authoritas principii, ex hoc tamen minoratio non attribuẽda est filio vel spiritui sancto, cum principium in diuinis non importet ordinem prioritatis, sed tantum originis: sunt nanque (vt dictum est) filius & spiritus sanctus cum patre vnicum rerum conditarum principium. E

Iohan. 1. Psal. 44. 2. Cor. 4. Colo. 1. Inenarrabilis filii dei generatio & penit⁹ in cõprehẽsibilis. Mat. 3. 17. Marc. 1. Luc. 3. 9. Psalm. 2. Col. 1. Iohã. 14. Omnia quę prĩs sunt, sunt & filii. Mat. 27. Iohã. 14. Ioh. 5. 17. Cor. 2. 2. Cor. 4.

¶ (20) FILIVS] verbũ patris quod æterne cor paternũ eructauit, non foris sonans nec transiens, sed intus incommutabiliter manens, est emanatio intellectus [A PATRE solo est] progenies ingeniti patris: vnus ex vno, verus à vero, viuus à viuo, perfectus à perfecto, virtutis virtus, sapientiæ sapientia, gloria gloriæ, imago inuisibilis dei, forma patris ingeniti [NON factus nec creatus, sed genitus] Quam autem progeniem opinabimur vnigeniti ab ingenito? Clamat enim de cælis sæpenumero pater, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Non est abscisio aut diuisio: impassibilis est enim ille qui genuit, & imago inuisibilis dei est ille qui natus est: & testatur, quia pater est in me, & ego in patre. Non est assumptio: verus enim dei filius est qui clamat, Qui me videt, videt & patrem: habent nanque vitam in se, vt habet in se vitam ille qui genuit, Sicut enim pater (inquit) habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Sed neque pars patris in filio est: testatur enim, Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Et rursum, Et mea omnia tua sunt, & tua mea. Et secundum Apostolum, in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. F Quod quoque portio est non omnia habet esse naturæ. Perfectus autem à perfecto est: quia qui habet omnia, dedit omnia: neque existimandus est non dedisse quæ habet, vel non habere quæ dedit. simplicissimus enim est & indiuisibilis. Habent ergo natiuitatis huius vterque secretum: cuius generationis ego nescio sacramentum nec requiro, & consolabor me: quum & archangeli nesciant, angeli non audierint, secula non teneant, prophetæ non senserint, apostoli non interrogauerint, filius ipse non ediderit: verum quia in superminentis ac superbeatissimæ trinitatis contemplatione vera & summa deuotio est, singulare meritum, & maximus profectus, aliquid de ignota hac generatione iuxta nostram capacitatem dicamus. Superius diximus patrem honoratissimum, supersapientissimũ, actualissimum, & inuariabilem esse intellectum, seipsum æternaliter, comprehensiue ac inuariabiliter cognoscentem. Quia vero in omni natura intelligibili, & spirituali intellectus naturalis naturaliter ex necessitate operatur, necessario aliquid producit: naturaliter ergo & necessario pater omnipotẽs & æternus sibi coæternum producit verbum. Seipsum nanque plene & æternaliter intuendo atque intelligendo suiipsius conceptum intra se superpurissime profert, exprimit & producit, sicut sol radium suum: quę quidem expressio siue prolatio ad intus immanenter prolata verbum eius est quod in principio erat apud eũ, filius eius & imago. G Quod enim ab aliquo de substantia eius naturali operatione proxime procedit, proles dicitur: & id à quo prodit, dicitur parens: quæ quidem productio seu generatio neque desiit vnquam, nec est desitura in posterum. Infinite enim atque incessanter eum generat: alioqui ex gignente factus esset aut fieret non gignens, admitteretúrque aliqua circa substantiam eius mutatio: hoc autem (vt ex prædictis patet) impossibile est: gignit proinde perfectissimum assidue filium sibi coæternum, vt ab æterno genuit: neq; ab huiusmodi officio gignẽdi est desiturus vnquam: summo amore & complacentia totũ esse suum, posse, & sapere eidem communicans. Neque enim non amare potest filiũ sibi consubstantialem, non complacere in æterna naturali & viua imagine sua. Nam cum sapientissimus sit, non mouetur, non operatur sine ratione: cúmque sit potentissimus, nihil operatur sine voluntate: imò cũ velle eius sit posse & posse eius sit omnipotens posse, atque absoluta necessitas, quod æterne naturaliter vult, non potest non æternaliter esse æternum.

Pater cõsubstãtialẽ coęqualem & coæternum sibi generat filiũ. Iohan. 10. Iohan. 13.

Cum enim æternaliter, inuariabiliter, penitus cõprehensiue & perfecte seipsum concipiat & cognoscat, & intra se proferat: palam est verbum eius ipsi consempiternum esse, incommutabile, & æquale. Neq; enim seipsum integre ac perfecte intra se protulisset, si vel maius aut minus aliquid esset in verbo eius q̃ in seipso: amore igitur, ratione & voluntate pater sibi coæternum generat filium: dans ei totum esse suum diuinum. Non tamen dedit ei esse à seipso: sed nec potuit: quia tunc filius à patre non distingueretur, nec alius esset à patre. Dedit tamen ei esse quod est seipso: nam habet cum patre summum & simplicissimum esse, quod seipso est: & summum sapere, summum posse, & reliqua id genus H quæ seipsis sunt. Et hoc est quod ait, pater meus (inquiens) quod dedit mihi, maius omnibus est: dedit enim ei totum (vt dictum est) suum esse diuinum, nihil penitus retinens quin id ei communicauerit. Ideoque inter patrem & filiũ summa coæqualitas est, summa consubstantialitas, summa coæternitas, potestas eadem, eademq; maiestas.

Filius dei exemplar est omnis entis creati.

Deniq; quoniam vnico actu intelligendi pater seipsum cæteráque vniuersa plenissime clarissiméque intelligit, hinc vnico verbo seipsum cæteráque omnia perfectissime profert, ita q̃ tota natura, excellentia seu maiestas atque perfectio eius in hoc vnico verbo suo sibi coæterno plene omnino continetur, repræsentatur resplendetque: quare verbum eius non modo perfecta ac naturalis imago eius est, verum etiam exemplar ac ratio omnis entis creati. Quum igitur verbum patris patri æquale sit, in quo quicquid patris est omnino plenissime contineatur ac splendeat, constat ipsum non esse creaturam, vt Arrius mentitus est, sed totam paternæ diuinitatis naturam in se comprehendere, continere, & habere. Cùmque superexaltata patris deitas non sit plurificabilis, liquet in patre & filio eius vnam numero credendã atq; confitendã esse essentiam, veramque

A deitatem, ac impartitam maiestatem. Quod consimiliter tenendum est atq; credendum de spiritu san
cto, de quo nunc nobis sermo [SPIRITUS sanctus à patre & filio] quem pater & filius inuicem se-
se æternaliter & eque perfecte, ac comprehensiue contemplantes, essentialiq; amore, qui nec persona Mod^s spi-
liter nec essentialiter distinguitur in eis, se amantes, ex ipsa mutua complacentia quam adinuicem ha- rādi spiri-
bent, amorem quendam producunt, ac spirant increatum, qui vtriusque dulcissimus cōplexus est sem- tū sanctū.
piternus, ac indissolubilis nexus, qui & ipse verus, æternus incircunscriptúsque deus est. Quoniā qui-
dem amor iste minor aut certe indignior esse nequit, quam sint cōplacentia mutua patris & filii, ipso-
rúmque amabilitas à quibus hic spiritus sanctus tanquā ab vno fluit principio, haud aliter quàm sensi
bilis iste mundus à patre & filio & spiritu sancto supersanctissima, superbenedictissima & superexal-
tata trinitate, sicut ab vno exordio emanauit. Eoipso nanque quo pater & eius verbum producunt spi Pater & fi
ritum sanctum, non distinguuntur sed dicuntur vnū, puta in voluntate: sunt enim vnum volens, éstq; lius in p-
eis vna voluntas, ideoq; ab vtroque tanquam ab vno & indiuiduo spiratore idem amor, videlicet spi- ductione
ritus sanctus profluit. Ista spiratio spiritus sancti, sicut & prædicta generatio filii, qua pater seipsum, ac spiritus sā
filium suum volendo & diligendo, simul cum filio (se ac patrem volente & diligente) producit in mo- cti non di
mento, & nunc æternitatis spiritū sanctum, intellectualis est, inuariabilis, sancta & immanens: in qua stingūtur
non est essentiæ aut deitatis distinctio, sed vnitas atq; identitas personarúmq; trinitas, & insepara-bi-
B lis vnio. Quicquid enim est patris, plene atq; perfecte relucet, continetur, resplendet, atque perseue-
rat in filio. Sicut enim pater æternus, est potentiæ, sapientię, ac pulchritudinis penitus infinitæ: ita &
vnigenitus eius, idcirco infinitā in ipso habet complacētiam, in ipso interminabiliter gloriatur, tam-
que infinite & superardentissime diligit eū sicut semetipsum. Cōsimiliter superpulcherrimus dei vni-
genitus æternū patrem suum diligit amore intensiue immenso, eúmq; comprehensiue & superclaris-
sime intuetur cū gaudio penitus infinito. Insuper quoq; pater æternus & coæternus filius eius, spiritū
sanctum vtriq; consubstantialem, coæternum & coæqualem diligunt cum complacētia & delectatio-
ne intensiue immensa. Sic & adorandus paracletus spiritus sanctus plenarie comprehendit, ac super-
dulcissime diligit patrem & filium. O quàm voluptuosissima, superoptima & superbeatissima est ado
randæ inuariabilis & supersanctę trinitatis vita æterna. Hic spiritus sanctus vnus vbiq;, omnes patri- Luc. 1.
archas, prophetas illuminauit. Iohan. quoq; Baptistam in vtero matris inspirauit: datus deinde apost. Actuu. 1.
est cæterisque credentibus, cuius variæ donationū atq; ministeriorū sunt diuisiones, Alii enim datur Actu. 2.
per eum sermo sapientię, alii sermo prudentiæ, alii scientię secundum eundem spiritū, alii fides in eo- 1. Cor. 12
dem spiritu, &c. Hunc nisi per fidem humanus hauserit animus, habebit quidem naturam intelligēdi
deum, sed lumen scientiæ non habebit. Munus autē hoc in tantum datur, inquantum quis volet sume-
re: intantum residet, in quantum quis volet promereri: hoc, vsque in consummationē seculi nobiscum,
C hoc expectationis nostræ solatium, hoc in donationū operationibus futuræ spei pignus est, hoc men- 2. Cor. 5.
tium lumen & splendor animorum. Hic ergo spiritus expectandus est, promerendus est, & deinceps
præceptorum fide atq; obseruatione retinendus, qui [NON] est [FACTUS, nec creatus, nec genitus,
sed procedens.] Quemadmodum enim intimū mentis nostræ verbum nunquam deserens, ore prola- Pulchra si
tum vocis proprietatem accipit quasi iam discretum & in se subsistēs, spiritum oris semper habet co- militudo.
mitem & coæuum halitū scilicet illum corporeum, qui inter loquēdum à nobis emittitur (si quis enim
spiritum illum oris nō emiserit, nequaquam verba depromit) ita & superbenedictū & superlaudabile
dei patris verbū spiritum habet sanctum cōgeneris secum consimilisq; naturæ qui ipsum manifestat, Iohan. 16
explicat, & interna reuelatione aliis insinuat. Ipse, inquit, me clarificabit, &c. Habet autē hic spūs san Spūs san-
ctus aliū prodeundi modū à patre quàm filius. Filius quippe prodit, vt dictum est, per modū genera- ctus aliū
tionis à patre, quod nullo modo potest conuenire spiritui sancto, nam sic duo essent in diuinis filii, & habet pro
æterni quidem filii, cōfunderetur ordinatissimus ordo ille in diuinis: sed per modū processionis pro- deūdi mo
dit à patre & filio, modo quodam inenarrabili & penitus incomprehensibili. Dicamus tamen aliquid dū à filio.
iuxta capacitatem nostram. Pater æternus plenissime seipsum comprehendens, seipsum cognoscēdo, Rom. 16
diligendo & fruendo, sapientia, amore, & gaudio infinitus, solus independēs, existēs sua ipsius æterna Hic aper-
essentia & suū esse, necessario vnicus perpetuus actus est cōsubstātialis, in quo necessario quoq; pro- tius decla
D cedit vnicus perpetuus cōsubstātialis cōceptus diuinæ mentis eius, seipsam in seipsa intelligentis: qui ratur, qūo
quidem conceptus verbum dicitur dei patris, nihil aliud existens, quam deus immensæ maiestatis. At à patre &
quia summū bonum est pater, & omnimoda plenitudo essentiæ, beatissimę vitæ, ęternæ sapientię, & filio spira
omnino omnis desiderabilis plenitudinis plenitudo, omnémque eandem plenitudinem supernatura- tur spūs.
liter & supersubstantialiter det filio: hanc eandem quam in seipso habet excellentiæ magnitudinē, in
filio per sui cognitionem deprehēdens, seipsum, ac filium suum volendo ac diligendo, simul cum filio
suum patrem, ac se diligēte & volente, ęterne producit spiritum sanctū. Ex hac enim mutua dilectio-
ne, cognitione & volitione (vt sic loquar) procedit per similitudinem amorosę inclinationis secūdum
modum volūtatis æternus & increatus amor. & hic est superbenedictus spiritus sanctus, qui (vt dei fi
lius à patre cōmunicatum habet omne esse, omne posse, omne sapere, propriámq; hypostasin) & ipse Roma. 8.
similiter à patre communicatum habet omne esse, omne posse, omne sapere propriámque hyposta- Gala. 3.
sin siue personam: habétque cum patre & filio communem substātiam, essentiam & naturam vnam, Titum. 3.
eandémque diuinitatem, omnipotētiam, summam sapiētiam, summam bonitatem. Et sicut in filio dei 2. Cor. 3.
nos miseri adoptamur in filios & hęredes dei & Christi cohęredes, & in dei imaginem reformamur: Quare spi
ita in spiritu sancto signamur & renouamur in spirituali signaculo: sine quibus nulli patet aditus re- ritus san-
gni cælestis. Spiritus hic spiritus sanctus præ cæteris personis dicitur, nam & pater sanctus est, san- ctus dica-
ctus est quoq; & dei filius, quia sanctitas rebus illis attribuitur quæ in deum ordinantur: cū igitur spi- tur sctūs.

ritus sanctus procedat per modum amoris quo amatur deus, cõuenienter spiritus sanctus est appella- E
tus. Tres versus sequẽtes expositione magna nõ indigent, quia ex iam dictis ipsorum intelligẽtia elici
potest. ¶(23) V N V S ergo pater] æterne à seipso ortum & originem habẽs soláque authoritate pro-
pria cõsistens, & à nullo aliquid accipiens [N O N tres patres] significat enim superbeatissima trinitas
determinatum numerum personarũ, nec vlli personarum cæterarũ hæc proprietas conuenire potest:
æterne scilicet à seipso esse, & à nullo aliquid accipere [V N V S filius] à solo patre æternam ducẽs ori-
ginem, & cum patre spiritui sancto originẽ supernaturaliter donans [N O N tres filii. quia & hæc pro-
prietas nulli reliquarum cõuenit personarum, [V N V S spiritus sanctus] à patre & filio æternã habẽs
profectionem atque originem [N O N tres spiritusancti] iuxta quãlibet enim eiusmodi differentiã im-
possibile est esse plus quàm vnam personam. Nam à sola vna persona nõ potest esse nisi tãtummodo
vna: similiter quę est tantum à gemina nõ potest esse nisi vna sola: nam si gemina de vna tantũ proce-
deret, pro certo procedẽtium neuter alteri immediate adhæreret. Quoniam igitur ab vna sola perso-
na nõ potest esse nisi vna tãtummodo existẽtia, nec à gemina nisi vna sola: cõstat vtranq; existẽtiam si-
ue personam esse incõmunicabilem. Sicut igitur in diuinitate esse nõ potest nisi vna sola persona quæ
sit à seipsa, id est, pater, sic nõ potest esse plus quàm vna quæ sit ab vna tãtummodo persona, id est, fi-
lius: nec nisi vna sola quæ esse nõ habeat nisi à gemina, à patre scilicet & filio, id est, spiritus sanctus.
¶(24) E T in hac trinitate nihil prius aut posterius,] nec vllus gradus superior aut inferior, sed in ea F
vniformiter cõueniunt omnia essentialia, vt diuinitas, essentia, bonitas, identitas, potẽtia, iustitia, sapiẽ
tia, &c. [N I H I L maius aut minus] neque in ea plus aliquid neq; minus vna quàm aliæ, neque cæte-
ræ plus minúsve quàm vna, sed est in ea omnimoda idẽtitas, summáque simplicitas: ita quod ea quæ
plurium sunt personarũ & quæ omnium trium scilicet, prorsus eadem vnius personæ sint: & quæ per
sonæ vnius, eadem prorsus sint & trium: nec vna minus aliquid habet quam duæ & quàm tres simul:
nec tres simul plus aliquid habẽt quàm vna sola. ¶(25) S E D totæ tres personæ] pater & filius & spi
ritus sanctus vnũ existẽtes in substãtiã & indiuidua vnitas [C O A E T E R N A E sibi sunt, & coæquales]
ita, vt iam dictum est, & quæ omnium, eadem vnius sint: & quæ vnius, eadem & omnium. Quælibet
enim est bonitas pura, perfecta & immẽsa: quare & vnaquæque amabilitatis est infinitæ. Est quoque
summa plena & infinita similitudo adinuicem: in hoc solo distincta, quòd vna personarum procedat
ab alia. Sunt autem eiusdem & paris pulchritudinis sapiẽtiæ, pietatis, potẽtiæ, inuariabilitatis, beatitu-
dinis, gloriæ, maiestatis & omnifariæ perfectionis: vnaquæq; aliam superclarissime intuetur & com-
prehendit. Est quoque in eis plena communio & superiucunda diffusio, imò infiniti boni sempiterna
communicatio atque donatio. Adeo enim vicinæ sunt, vt iam ad lõgum patuit, vt vna de alterius sub-
stãtia immediate procedat: omnésque tres essentialiter idem sunt. Quælibet quoque à qualibet amore G
penitus infinito scit se amari: diligit enim tantum, tantúmque cognoscit vnaquæq; personarũ quam-
libet aliam, quãtum diligibilis cognoscibilisque cõsistit, & quãtum seipsam. Quo autem maior est mu-
tuus amor, eo quoq; vnio & fruitio est delectabilior. Qui cum immẽsus sit, liquet supersanctarum di-
uinarum personarũ cõiunctionem & vnionem delitiositatis esse omnino immẽsæ, superfelicissimám-
que & superdelitiosissimam æternalem ipsarum vitam esse, seséque cum infinita voluptate inuicem, ac
opulẽtia perfrui: quippe in quibus est omniũ bonorũ pulchrorũ atq; desiderabiliũ superdiues & per-
fecta possessio. Nam ingenitus pater conspiciẽs vnigenitum filium suum infinitæ pulchritudinis esse,
ac sapiẽtiæ, in infinitum delectatur in ipso. Et cum ipso cõspiciẽs spiritum sanctũ ab vtroq; æternali-
ter procedẽtem infinitæ bonitatis esse & pietatis, immẽso vtique gaudio gaudet in ipso. ¶(26) I T A
vt per omnia, sicut iam supradictum est & vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate venerãda sit] nõ er
go cogitemus de vera & summa trinitate illa, quasi sit ibi aliud & aliud, sed vnum alteri æquale. Nam
(vt supra declaratum est) quicquid est in vna aliqua personarum, idipsum totum est in qualibet altera:
summũ enim & simplex illud esse in ea plenitudine & perfectione qua est personæ vnius, in ea quo-
que perfectione & plenitudine est cuiuslibet personæ alterius. Cõtempletur nũc quæuis anima deuo-
ta quàm superferuẽtissima, ac incomprehensibiliter & infinite ardẽtissima superuehemẽtissimáque di
lectione pater æternus cõsubstantialem, coæqualem, coæternúmque sibi amet, amplexetur & stringat
vnigenitum filium suum quem cõspicit sibi omnino cõformem, æqualem atque de paterno corde suo
progenitum, adeo ipsi propinquum, vt cum eo eiusdem substãtiæ sit, cui se totum cõmonicauit, in quẽ H
totius suę plenitudinẽ diuinitatis diffudit: à quo infinito amore se videt amari. Stat nimirum ad ipsum
æternaliter inuariabiliterque cõuersus, superæstuãtissimo, superdulcissimo, prorsusque intensiue infi-
nito amore cõtemplans atque inspiciẽs eum, cum immẽso supersuauissimo gaudio, & complacẽtia ve
re quomodolibet superdelectabilissima atque immẽsa. Similiter & filius eius ipsi cõsempiternus stat
ad eum cõuersus cum infiniti feruoris amore, cum superdelitiosissima intuitione, cum immẽsa lætitia
& complacẽtia penitus illimitata. Eodem modo stat cum filio pater cõuersus ad spiritum sanctum: &
spiritus sanctus ad patrem & filium cum tãto feruore, cum tam claro intuitu, cum tanta complacẽtia
atque lætitia sicut pater ad filium, & cum filio ad ipsum spiritũ sanctum. ¶(27) Q V I vult ergo sal-
uus esse, ita de trinitate sentiat] & infinitæ excellẽtiæ eius immẽsæque eius maiestati cõgratuletur: de
eius incomprehensibili beatitudine glorietur, de omni pulchritudine totius incircũscriptibilis perfe-
ctionis eius, toto corde ipsi cõgaudendo, volendo & fauẽdo iucũdetur. Qui enim in horum cõtempla
tione nõ delectatur, nec deo intime cõgratulatur, quòd substãtialiter, imò supersubstantialiter perfe-
ctus sit, & à propriæ perfectionis immẽsa plenitudine nũquam mutari aut deficere possit: nõ eum di-
ligit, sed ingratus est, & ignobilis. Hoc nanque amoris proprium est, vt amãtem de bonis amati tan-
Actu. 4. quam de propriis faciat exultare. Sed nec vere diligit, qui pure religiose nõ seruit: amicorum enim de-

A bet esse vna volūtas & cōsimilis affectio. Si magnis dominis magifice ministrare oporteat, & tāto syn Psal. 47
cerius atque fidelius quo dominus iustior fuerit atque præstãtior: solicite pēsemus, cum quanta sancti- Psal. 94.
tate & æquitate, diligētia & munditia nos domino deo nostro, tam sancto, iusto, puro ac superdignis-
simo, & in omni nobili dignitate supersummo, superperfecto & immēso deseruire necesse sit. Similitu
do nāque causa vnionis est, & dilectionis: dissimilitudo autem separationis origo est, atque rācoris. Si Mich. 8.
ergo tam sancto domino & iustissimo, amabilissimo atq; superdesiderabilissimo deo nostro vniri &
placere cupimus, omnino oportet vt sancti, ac iusti esse conemur deo nos, cui seruimus, cōformantes.
Ah quāta impietas est, negligentia & ingratitudo, si ea quæ iam de dei perfectione diximus, memoria
tenemus, nec tamen sancte coram eo cōuersari conamur: si denique vitiis carnis seu seculi vanitatibus
implicati, cæterisque variis seculi peccatis tam supergloriosissimum deum nostrum labiis tantum ho- Leui. 11.
noremus ac veneremur, corde autem contemnamus, imò plerunque simul corde, ore & opere ipsum Esaiæ 29
quem noscimus altissimum tanquam vilissimum aspernamur & deserimus, propria nostra nos excæ- Matth. 15
cante cōcupiscentia atque malitia. ¶ (28) S E D necessarium est ad æternam salutem] consequendam Matth. 7.
[V T incarnationem quoque domini nostri Iesu Christi] qualiter videlicet præuenerit nos, venerit ad
nos, subuenerit nobis: venit enim propter nos in vterum virginis deus immēsæ maiestatis: ibique ho- Zach. 2.
mo factus naturam nostram humanam quæ inobediendo deliquerat (ideoque ipsi inimicam) in signū
B fœderis sempiterni, absque peccato in vnitate personæ assumpsit, quatenus per eam vniuersæ morta-
litatis culpam aboleret, esset cōcaptiuus, fieret & redemptor: humanam naturā per diaboli deceptio-
nem miserabiliter corruptam & destructam, pristino honori suo iterum restituēs. Quod nūquam fie-
ri potuisset, nisi verbum caro, deus homo, factus fuisset mediator dei & hominum homo Christus Ie
sus. Venit quippe coæternum dei patris verbum temporis plenitudine, per mandatum patris de sedi Iohā. 1.
bus regalibus occultata seu deposita diuina maiestate sua, in forma serui inter nos homines verus ho- 1. Tim. 3.
mo apparēs, passibilis, palpabilis visibilis & mortalis, vt aereas potestates (quæ dominabantur nostri)
nō maiestate sed nostra imbecillitate & infirmitate, humilitate scilicet, patientia, obedientia & satisfa- Baruch. 3
ctione debellaret vinceretque, prędámque earundem diriperet, diuideret spolia, atque captiuorū ani
mas imperiali dominatione reuocaret ad superos. Quod quia per humanam fecit naturam, ipsa iterū Esaiæ 8.
restaurata est, perditúmque recuperauit honorem: quippe quæ victa dudum suum rursus vicit victo-
rem: quocirca iam nulli nisi soli deo sicut ante lapsum subiecta est. Si enim per aliam aliquam naturā
sub deo diabolus fuisset victus & homo redemptus, homo vtique illi ad gratitudinem fuisset (vt puta
suo redemptori) imperpetuum obligatus: sicque ad pristinum honorem nō redisset quo soli deo subie
ctus fuerat. O quàm inæstimabilis est dignatio dei, & penitus inexcogitabilis. O vere magna munifi-
centia, largitas inaudita, charitas superexcellens. O quàm vehemens fuit ille præueniens amor dei ad Phil. 2.
C hominem, vt homo propter homines fieri vellet: naturalis filius dei apparere in forma serui: deus ma
iestatis, propter sordidos pulueres vermis conteptibilis fieri: & summa celsitudo in carceris huius hor
rorem fœtorémque mortalitatis nostræ descendere, naturam nostram tanquam vestram altissimæ di-
uinitatis assumens. Inauditum quippe omniúmque nouitatum singulare hoc fuit prodigium, vt deus
homo fieret, vt nostris communicare passionibus vellet non necessitate vlla compulsus, nec proprio
per motus commodo aut quouis debito obligatus. Talem profecto charitatis exhibitionem huiusmo Ibidem.
dique exinanitionem maiestatis ignorauit seculū, generationes præteritæ nescierūt, stupet cælum, ipsa
natura miratur, venerātur angeli, adorant iusti, & dæmones cōtremiscūt. Quoniam totum quod in ea Iacob. 2.
est, sanctum est, inscrutabile atque diuinum. Nunquid diuinum nō est, quòd verbum dei splendor pa- Hebræ. 1.
tris, candor lucis æternæ (quo nihil purius, nihil clarius, nihil spiritualius) caro putrida (qua nihil vi- Sap. 7
lius, tenebrosius, impurius, miserabiliúsque) factum sit: quòd denique fieret per quod facta sunt omnia Hest. 13.
habitarétque in nobis, qui ex primorum præuaricatione parentum filii eramus gehennæ? Quod enim Iohan. 1.
deus factus sit homo, æterna sapientia humanitatem, quid carnem assumpsit, quid carnis nostræ infirmita Iere. 7.
tes subiit, sacramentum profectio magnum est sola charitatis suæ (secundum quod in æterno atq; in- Rom. 5.
commutabili deificæ trinitatis consilio initialiter definitum fuerat) profluxit diuersitate [F I D E L I- Iohan. 3.
T E R credat] nam sine fide non potest quis sibi homo incarnationis meritum applicare neque digna 1. Tim. 3.
D tionis tantæ particeps fieri: noscat igitur susceptæ carnis filiū dei hanc fuisse causam. Postquam enim Hebr. 11.
inuidia diaboli parens ille primus seductus vaniter cecidit, confestim exul, & perditus in omni gene-
re suo, radicem malitiæ & peccati traduxit, crescebátq; in malum vehementius omne genus humanū,
diffusis vbiq; sceleribus, & quod est nequius omnium cultibus idolorum. Volēs ergo deus terminare Gene. 3.
peccatum, cōsuluit verbo, lege, prophetis, signis, plagis, prodigiis. Sed cum nec sic quidem errores su-
os admonitus agnosceret mundus, propter nimiam charitatē suam qua dilexit & diligit nos deus, mi-
sit sibi superdilectissimum vnigenitum filium suum, vt putridam & mortalem carnem nostram indue Ephesi. 2
ret, absque peccato tamē, & hominibus appareret, peccatorésque sanaret. Qui ideo in hominem ve- 1. Ioh. 4.
nit, quia semetipsum ab hominibus cognosci non potuit: vt autem videretur, verbum dei caro factum Baruch 3
est, assumēdo carnem, nō mutatū in carnem: assumpsit enim humanitatē non amisit diuinitatem. Ita 1. Timo. 3
idem deus & idem homo natura dei æqualis patri in natura hominis factus est mortalis in nobis, pro Titum. 3.
nobis enim de nobis, manens quod erat, suscipiens quod non erat apparuit vt liberaret quod fecerat. Iohan. 1.
¶ (29) E S T ergo fides recta] perducens ad vitā deoque amicitia iungens [V T credamus & confitea
mur] corde, ore & opere [Q V I A dominus noster Iesus Christus dei filius,] cui pater dedit vitā ha-
bere in seipso sicut & ipse vitā habet in semetipso & iudiciū facere quia filius hominis est: vt iustis præ
mia, iniustis supplicia retribuat, vnicuique secundū opera sua. Neque enim pater iudicat quenquā, sed Iohan. 5.
omne iudiciū dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrē. Ipse enim sicut ratio- Ierem. 25

immensæ bonitatis suæ amabilitatis est infinitæ, ita vt nullus poterit eum intantum diligere quantum E
amari dignus est, sed in infinitum hic deficit: sic & rationè immẽsæ maiestatis suæ dignitatis & sancti-
tatis est quomodolibet honorabilitatis infinitæ, ita vt omnis creatura in infinitũ occumbat ab exhibi-
tione (qua dignus est quantũ ex parte eius) reuerentiæ. Quod omnes electi eius pensantes, omnẽ con-
uersationem suam quantũcunque perfectã nullius arbitrantur momẽti. Deberemúsque merito potius
subire mortem, q̃ deliberato animo vnũ vel minimũ cõmittere veniale peccatum: præsertim cũ pecca
tum, inquantũ diuinæ derogat immẽsæ maiestati, sit enormitatis quodammodo infinitæ, ideoque hor-
ribiliter in purgatorio vel in inferno vlciscẽdum, nisi hic lamentis expietur. Verum viri sancti nõ in-,
ferni vel purgatorii pœnam, nõ vitæ cælestis attendunt specialiter præmium, sed illud duntaxat dul-
Esaiæ 43 citer contemplantur amplexantúrque amoris excessum, quo dominus & redemptor noster cum esset
Phil. 2. eiusdem gloriæ cum deo patre, exinaniuit semetipsum pro nobis vilissimis terrę vermiculis, sordidis-
Esdrę 53 simisq; pulueribus, formã serui & plus quàm serui assumens, contumelias & opprobria suscipiẽs, cru-
Matt. 27. cẽmque subiens omni confusione cõtempta: vicem amoris ipsi reddere non confunduntur, sed passio
nis eius ludibriis incitati feruntur effrenes in amoris abyssum, in profundum charitatis, quadam san-
cta sana insania: parũ se amari reputãtes sic à dilecto amati [DEVS] essentialiter bonus, & bonitas in-
finita, bonitas sempiterna, nõ depẽdens ab alio, nec indigẽs aliquo: quia bonitas prima est, & increata,
Psal. 15. à nullo causata: propria enim natura huius bonitas pura est, incircũscripta omniformitérq; perfecta: F
à cuius excellentia omne bonũ creatum distat deficitque in infinitũ: cui nil mali, nil inuidiæ, nil impu-
ritatis est admixtũ, quippe quæ simplicissima est & sanctitas plena & infinita. Ipse enim solus super-
naturaliter, & supersubstãtialiter, totus & omnifarie bonus est, solus super omnia summe & incõpa-
rabiliter amabilis, desiderabilis, copiosissime cõmunicãs & diffundens bonitatẽ suam. Non tam natu-
rale est soli lumen diffundere, seu fonti riuum deducere, quàm naturale est deo intellectualiter, ac libe
re in creaturis secũdum suæ propositum voluntatis suã bonitatem cõmunicare [ET homo est] quum
enim vere summa, immensa, pura, superplena, ac superditissima bonitas sit, & omne bonum naturali-
ter suę bonitatis cõmunicatiuum sit (vt dictum est) infinitæ necessario cõmunicabilitatis est: quocirca
cõuenit ipsi, vt summo modo creaturæ cõmunicet se: quod maxime fit naturã creatam sibi in vnitate
personæ coniũgendo, ita vt ex tribus, verbo scilicet, anima & carne, vna solũmodo persona fiat: vtq;
per suæ incarnationis mysterium simul bonitatem sapientiã & potentiam suam demonstret. Bonita-
tem quidem eo quòd nõ despexit proprii plasmatis infirmitatem: sapientiam, quia inuenit difficillimæ
quæstionis q̃ decentissimã solutionem. Sane res admodũ dubia & difficilis fuit, quisnam esset redẽptu
rus humanũ genus. Non enim id præstare potuit nudus homo, & qui solam haberet humanã naturã,
tametsi deberet: quia erat peccato obnoxius, & debitor deo pro suo peculiari & proprio peccato: qua- G
Rom. 3. re minime idoneus habitus est ad satisfaciẽdum deo pro aliorũ peccatis, cũ & ipse in se haberet quod
diuinæ maiestati displiceret: neq; minus indigeret reconciliari quàm cæteri. Omnes enim peccauerũt
(vt beatus ait Paulus) & egẽt gloria dei. Neque id redẽptionis humanæ munus debuit præstare deus,
& si posset: nam is nõ offenderat. Consentaneũ autem est æquitati, eũ qui offenderit satisfacere offen-
so: & eundem emendare qui iniuriã intulit: non quidem secundum indiuiduũ & singulare suppositũ,
sed naturæ cõmunionem & affinitatẽ. Huiusce autem dubiæ rei inuenta est quã decentissima solutio,
quòd secundũ diuinæ sapientiæ ordinationẽ redempturus humanũ genus esset deus & homo peccati
Iob 34. prorsus immunis. Quia enim deus satisfacere potuit, vt qui sit omnipotens & immensus: & quatenus
homo, satisfacere debuit, non quidem debito obligationis necessarię aut astrictionis (non enim ex ope
Titum 3. ribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum magnã misericordiã suam saluos nos fecit. Et deus qui di-
Ephe. 3. ues est in misericordia, propter nimiã charitatẽ suam qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, con
uiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus saluati) sed debito congruitatis & decentiæ: quia decentis-
simũ erat perditum hominẽ reparari, per hominẽ similem ei à quo fuerat inducta ipsius ruina & la-
psus. Christus autẽ, vt dictũ est, naturæ nostræ cõmunionẽ suscepit ex corrupta vitiatáq; Adæ massa,
Mich. 7. sine tamen corruptione & vitio carnẽ sumpsit: huius affinitatis ratione congruũ fuit, vt quia caro &
1. Cor. 1. frater noster est, etiã redemptionẽ nostram operaretur, fierétque nobis iustitia, sanctificatio, & redem
ptio. Iustitiã, quia, vt præscribitur, rursum vicit victorem, non maiestate, sed humilitate & infirmitate.
Potentiã vero suam demonstrauit infinitã, quia nihil est maius quam deũ fieri hominẽ. Vnde cum ma H
lum pœnæ propter dei gloriã à dei iustitia sit introductũ, malum autẽ prouenit ex recessu ab ordine
boni, hinc est quòd nostram assumpsit naturam passibilem, quo ad pœnã, nõ tamen à culpa immunẽ.
¶ (30) DEVS est ex substãtia patris ante secula genitus] hoc superius iuxta capacitatẽ nostrã sufficiẽ
ter expressum existimo: diximus nanque naturalem esse dei filiũ, deo patri per omnia cõsubstantialem
coęqualem & coæternũ: est enim deus de deo, lumen de lumine, deus verus de deo vero, æterne geni-
Iohan. 1. tus: per quẽ facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. indicibilis, immobilis, immortalis, &c. [ET
homo est] propter nos nostrãmq; salutem vsq; ad formã serui exinanitus: homo vtiq; visibilis, passibi
Philip. 2. lis atq; mortalis: nõ amittẽs quod erat, factus est quod nõ erat, vt quod perierat inueniret, sanaret se-
mineccẽ, illuminaret cęcũ, discordémq; cõditoris sui reuocaret ad pacẽ: quocirca in eius ortu exultãtes
angeli decantauere, dicentes, Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ve
Luc. 2. nit igitur in carne, peregrinaturus in seculo, vt restauraret collapsa, illuminaret opaca, reuocaret de-
Titum, 2. uia, & redimeret perdita. Quia enim per superbiã à deo homines recessimus, filius dei per misericor-
diam & humilitatẽ factus est homo, vt idem ipse & per diuinitatẽ patri, & per humanitatem congrue
Gene. 7. ret nobis: per humanitatẽ similem nobis pro nobis posset cum hoste confligere: per diuinitatem patri
Rom. 8. consubstantialem ad imaginẽ nos dei & similitudinẽ quam peccando amisimus, posset digne recrea-

A re:per mortē nostræ fragilitatis destrueret eum, qui mortis habebat imperiū: & per impassibilem suæ Heb.2.
diuinitatis potentiā nos reconciliaret deo patri; vtque suæ exinanitionis, incarnationis, humilitatisque Rom.3.
exemplo contra omniū vulnera peccatorū veræ humilitatis medicamentū curemus exercere: pio sem
per animo recolentes, quantū nos pro diuino amore, quantū pro nostra salute oporteat humiliari, qui
terra sumus & cinis: si tantū summa illa potestas pro nobis humiliari nō respuit, vt ad suscipienda no Gene.3.
stræ fragilitatis infirma descenderet. Nam humilius quo se deponeret non habuit, quam quod susce-
pta hominis forma cum infirmitate carnis obediuit deo patri pro nobis vsque ad mortem crucis, non Gene.18.
modo verbo & lingua docens, sed opere & veritate. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Phili.2.
Quid enim tam pium affectibus fideliū, tam medicinale moribus, quid sic interficit peccata, crucifigit
vitia, virtutes enutrit ac roborat, sicut incarnati & crucifixi filii dei memoria? Hoc ergo opus perficiē- Matt.11.
dum suscepit, dum carnē induit, dum virginalis thalami secreta compleuit. hinc contemptibilis ortus, Luc.2.
præsepis reclinatio, stabuli diuersorium, Aegypti fuga, parentū subiectio, ieiunii prolixitas, tentatio- Matt.2.
num perpessio, peregrinationis decursus, sedula prædicatio, donatio sanitatū, miraculorum ostensio, Luc.2.
proditionis contēptus, irrisionū tolerantia, crucis ignominia, & mortis acerbitas in eo habuerint prin Matt.4.
cipium. Quamobrē nihil eorū quæ in sacro continentur eloquio, sic humanū valet excitare affectum, Marc.5.
mentē erigere, temperare laborē, peregrinationis tædium auferre, & æternæ felicitatis spem immitte- Matt.10
B re, quemadmodū redemptionis humanæ sacrosanctū mysteriū. In illo quidē diuinæ miserationis re- Matt.26.
seratur abyssus, cælorū aperitur ianua, charitatis latitudo ostenditur, & quantus sit homo apertissime Matt.27.
manifestatur. Vile non potest esse, quod viui filii dei sanguine cōparatur. Redemit plane nos de serui-
tute diaboli, non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine suo, quem abunde pro pecca 1.Petr.1.
tis nostris effudit in ligno. Sic quippe dilexit nos, vt tanti nos emeret, atque de alienis amicos faceret, 2.Tim.3.
& de auersis filios. Habes ergo in illo ô homo vnde gaudeas, habes vnde tristeris. Tristari profecto
debes, cum te passionis eius reum intelligis. Nequaquā dei & hominū mediator, æternitatis ostensor,
immortalis vitæ largitor, fidelium custos prædestinatarū ouium reparator, restaurator cælorum pri-
mogenitusque mortuorum homo Christus Iesus passionis aut mortis crucis subiisset iniuriam, si non Apoc.1.
peccator homo dei incurrisset offensam. Talium proinde rememoratio quia propter nos facta sunt,
cōpassionis atque tristitiæ debent nos mucrone transfigere. Pro tuis itaque facinoribus homo trista-
re in Christo, atque de ipsius tibi collatis beneficiis, præsertim quòd hoc pacto ex mancipio diaboli,
ex filio gehennæ in dei filium adoptatus sis, lætare in illo: te agnosce in illo, tua in eius afflictione me-
tire delicta: debita tua in Christi vulneratis lege membris. Vulneratus est propter delicta nostra, attri Esai.53.
tus est propter scelera nostra. Ipsius liuor, passio atque interitus nostræ sunt calamitatis indices, &
adeptę pacis spirituales testes. Sed ecce de mysterio incarnationis subito deuoluti sumus ad sacramē-
C tum passionis: redeamus ergo vnde digressi sumus [ex substantia matris] quādo enim placuit super- Baruch 3
næ gratiæ dn̄o, scilicet Iesu Christo deo nostro, vt habitaret in nobis, à qbus diu elongatus fuerat, de-
scendit à regali solio sublimis gloriæ suæ (non locū mutando, sed præsentiā suam per carnē nobis exhi
bendo) in humilē & abiectā in oculis suis virginē, primo virginē, primo virginalis cōtinētię voto sigil Luc.1.
latam. In cuius sacratissimo vtero sola sancti spiritus virtus inenarrabilis, & ipsum concipi & nasci, in
vera humanitatis natura fecit, ita vt nec maiestatē diuinitatis in ipso, nec virginitatis integritatem in
matre, violaret suæ natiuitatis occasio. O vere in mulieribus benedicta, & non sibi soli, sed & nobis su Gen.30.
per omnes exaltata: quantum debemus illi, per quā totius mundi meruimus accipere saluatorē? Quis Luc.1.
illi digne iura gratiarū, ac laudum præconia valeat rependere, quæ sola suo singulari assensu meruit
perdito mūdo succurrere? quas illi laudes humani generis fragilitas persoluet, quæ sola suo cōmercio
recuperandi aditum inuenit? Ipsa est illa benedicta inuētrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, altrix
reparationis carnis nostræ, lactatrix saluatoris totius substātię nostræ. Ipsa ostendit mūdo dn̄m suū &
deum suū, quem nesciebat: ipsa visibilem exhibuit mundo creatorē suum, quem prius nō videbat: ipsa
genuit mundo restauratorē, quo perditus indigebat: ipsa peperit mundo recōciliatorē, quem reus nō
habebat: dum virgo deum & hominē genuit, & post partum virgo inuiolata permansit. Sola enim di- 1.Tim.6.
gna inuenta est, vt in sua virginali aula rex regum & dominus dominantiū à regalibus sedibus veniēs, Apoca.10
D primā sibi mansionem inter filios hominum eligeret. Vere beneplacitū erat deo habitare in ea, quan- Psal.67.
do ex ipsa illibatæ carnis eius substantia, quasi de lignis Libani ineffabili architectura domū sibi ædi-
ficauit dei patris sapiētia. Ipsa est vnica illa, in qua sola homo Christus Iesus quæsitā in omnibus re-
quiem inuenit. Transierāt enim multa secula, in qbus dānationis immanitas in filiis hominū semp in Prou.9.
deterius est roborata, nec in massa vniuersæ carnis viā sapiētia summa inuenit, qua tam luctuosæ per- Eccle.24
ditioni (vt statuerat) subueniret, donec ad hanc virginem ventum est, quæ mox vt in mundum per hu
manæ generationis lineam venit, tanta omnis boni copia, tanta virtutum varietate, tanta cōstantia re
splenduit, vt per eam summa & æterna sapiētia non solum primorum parētum peccata delere, verū-
etiam nostra propitiari inimicū sui operis diabolum elidere, cælestis patriæ damna redintegrare, ho-
minem è paradiso terrestri eiectum in cælestem reducere disponeret. Ipsa enim adhuc inter peccato
res degēs, mundum hūc immūdum & lubricum, impolluto calle transiuit: atque tanta ante deum san-
ctitate claruit, vt sola æterni regis solio approximare meruerit. Cui benedictio omniū gētium in vni-
co filio suo repromissa est atque in cōsortem cælestis & vniuersalis imperii cum deo patre, cui & com
parētalis facta est, est electa, ipsique promissa, quod filius suus absque fine æternaliter esset regnatu- Luc.1.
rus, ipsaque propter filium supra omnes mulieres esset benedicēda: in cuius etiam sinum omnes the- Psal.67.
sauros suos spiritus sanctus infudit. Cui bene complacitū fuit in ea, cū ad tam diuina mysteria vterū
eius consecrare dignatus est: cū scilicet inæstimabile illud opus misericordiæ quod prędestinauit deus

ante secula in redemptionem nostram, primum in ea fabricauit sanctissimam animã eius, in seipso in- B
flammãs, ac splendore diuinæ maiestatis adimplens, vterũq; eius ineffabili modo imprægnãs: faciẽsque vt deum & hominem clausa conciperet, clausa pareret, & post partum virgo permaneret: sicque gratia spiritus sancti cooperante, filius dei à deo patre æterno genitus hæreditandus in omnibus gentibus diuinæ maiestatis potentiam similitudine carnis peccati cooperuit, atque alti consilii prouiden-
Ephe. 2. tia inescatus est hamus, qui ad extrahendum serpẽtem antiquum ex hoc mari magno, de cælo est tra-
Psal. 163. iectus [IN seculo natus] dei nanque filius secundum plenitudinem temporis, quam diuini consilii inscrutabilis altitudo disposuit, recõciliandam authori suo humani generis assumpsit naturam, vt interfector mortis diabolus per ipsam quam vicerat vinceretur. In quo cõflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum est: dum omnipotẽs dominus cum sæuissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra humilitate cõgreditur, obiiciens ei eandem formam eandẽmque naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem. Hæc renouandis mortalibus diuinæ pietatis reparata remedia, omnipotẽs deus & clemẽs, cuius natura bonitas, cuius voluntas potẽtia, cuius opus misericordia est, statim vt nos diabolica malignitas veneno suæ mortificauerat inuidiæ, inter mundi primordia designauit, denuncians serpẽti futurum semen mulieris, quod noxii capitis elationem sua
Gene. 3. virtute cõtereret. Christum scilicet in carne deum hominẽmque significans: qui natus est ex virgine,
vt violatorem humanę propaginis incorrupta natiuitate damnaret. Ingressus est ergo hæc mundi in- F
fima filius dei, de cælesti sede descendens, & à paterna gloria nõ recedẽs, nouo ordine noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehẽsibilis, voluit comprehendi: ante tempora manẽs, esse cœpit ex tempore: vniuersitatis dominus, seruilem formã obumbrata maiestatis suæ dignitate suscepit: impassibilis deus nõ dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiscẽtiam nesciuit, substantiam ministrauit. Nascitur caro de carne, nõ tamen genarata per carnem: & secreto quodam incomprehensoq; cõceptu procedit de mortali fœmina diuina progenies. Nec mirum sane si existit diuina natiuitas, vbi non erat humana conceptio: aut si matrem illam non violauit partus, quàm coitus nõ fœdauit. Assumpta est de matre domini natura, nõ culpa: creata est forma serui, sine conditione seruili: & nouus homo sic cõtemperatus est veteri, vt & veritatem susciperet gene-
Cur Christi incarnatio sit absconda diabolo. ris, vitium excluderet vetustatis. Verax nanq; misericordia dei, cum ad reparãdum genus humanum ineffabiliter ei multa suppeterẽt, hanc potissimum consulendi elegit viam, qua ad destruendum opus diaboli nõ virtute vteretur potẽtiæ, sed ratione iustitiæ. Nam superbia hostis antiqui nõ immerito sibi in omnes homines ius tyrãnicum vendicabat: nec indebito dominatu premebat, quos à mandato dei spõtaneos in obsequium suæ voluntatis illexerat. Non itaque iuste amitteret originalem humani gene- G
Gen. 3. ris seruitutem, nisi de eo quod subiecerat vinceretur. Cum igitur misericors omnipotẽnsque saluator ita susceptionis humanę moderetur exordia, vt virtutem inseparabilis deitatis à suo homine per velamen nostræ infirmitatis abscõderet, illusa est securi hostis astutia: qui natiuitatem pueri in salutẽ humani generis procreati nõ aliter sibi, quam omnium nascẽtium putauit obnoxiam: vidit igitur vagientem, vidit lachrymãtem, vidit pannis inuolutum, circuncisioni subditum, & legalis sacrificii oblatione
Luc. 9. perfunctum. Agnouit deinceps solita incremẽta pueritiæ, & vsque ad viriles annos de naturalibus nõ dubitauit augmentis: inter hæc intulit contumelias, multiplicauit iniurias, adhibuit maledicta, opprobria, blasphemias, cõuitia: omnem postremo in ipsum vim furoris effudit, omniaque tormẽtorum genera percurrit: & sciens quo humanam naturam infecisset veneno, nequaquam credidit transgressionis exortem, quem tot documẽtis didicit mortalem. Persistit ergo improbus prædo & auarus exactor in eũ (qui nihil habebat ipsius) insurgere: & dum vitiatæ originis præiudiciũ generale persequitur, chirographum quo nitebatur excedit ab illo, iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque malesuada letiferæ pactionis cõscriptio: fortis ille nectitur vinculis suis: & ligato mun-
Luc. 11. di principe captiuitatis vasa rapiũtur. Redit in honorem suum ab antiquis contagiis purgata natura, mors morte destruitur, natiuitas natiuitate reparatur: quoniam simul & redemptio aufert seruitutem,
Iohan. 1. & generatio mutat originem & fides iustificat peccatorẽ. ¶ (31) PERFECTVS deus, perfectus homo.] verbum enim dei, deo patri coæternum, cõsubstantiale & coæquale, deus filius dei, qui in princi-
Hest. 13. pio erat apud deum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, propter liberandum ho- H
minem ab æterna morte factus est homo, ita se ad susceptionem humilitatis nostræ inclinans, sine diminutione maiestatis suæ, vt manẽs quod erat assumẽnsque quod nõ erat, veram serui formam ei for-
Phil. 2. mæ in qua deo patri est ęqualis, vniret, & tanto fœdere naturam vtranque consererer, vt nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio. Salua igitur proprietate vtriusque substantiæ & in vnam coeũtem personã suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad depẽdendum conditionis nostræ debitum natura inuiolabilis, naturæ est vnita passibili: deúsque verus, homo verus in vnitate temperatur, vt quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem dei hominúmque mediator & mori posset ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi
1. Tim. 2. enim esset deus verus, nõ afferret remedium: nisi esset homo verus, non præberet exemplum [EX anima rationali & humana carne subsistẽs] necessarium nanque erat totum assumere, qui totum hominẽ
Col. 2. venerat saluare, habẽs in se omnes sapientiæ & sciẽtię dei thesauros, totámque diuinitatis plenitudinẽ
Eccl. 24. corporaliter inhabitantẽ, tanquam verus deus æternaliter à patre genitus, quatenus mediante doctrina eius cælesti, miraculis innumeris, sacris moribus, spirituali disciplina, ac institutione nouæ legis, insuetæque conuersationis perfectione, mortalium illuminaret corda, agnoscerẽntque in lumine fidei & experiẽtia teste, suæ peregrinationis ærumnas, infirmitatem propriam, animæ vulnera, diram exacto-

A ris diaboli tyrannidem,& onus grauissimum damnabilium delictorum. Intelligerent præterea vbi ia
cerent,quid paterentur,quo tenderēt, quid amiserint,quid diligere quidve quærere deberent. Et tan-
quam peritissimus languētium animarum medicus,confecit spiritualia medicamenta,quatenus fideli-
ter,ac digne illis vtentibus ex gehēnæ atque iræ filiis dei filios efficeret,sibique perpetuos cohæredes.
Languidi quippe eramus omnes,& incurabili morbo laborantes,atque ad occasum mortis æternę si- Rom.8.
ne cessatione vergentes: tametsi exterius nobisipsis & incolumes esse,& spiritualiter viuere arbitrare- Ephe.2.
mur: quocirca propter nimiam & gratuitam erga nos charitatem suam pro nostrorum medela facino
rum proprio sanguine suo pretioso antidotum fecit, quo nostris vulneribus apposito, sanaremur.
¶ (32) AEQVALIS patri secundum diuinitatem,] hoc existimo sufficienter superius expressum
[MINOR patre secundum humanitatem] quia ex matre initium sumpsit sicut legimus apud Esaiam,
Ecce virgo cōcipiet in vtero & pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel,quod est interpre- Esaiæ 7.
tatum nobiscum deus,id est,latens in humana fragilitate maiestas: verbū enim caro factum est, & ha- Matth.1.
bitauit in nobis,id est,in fragilitate corporis nostri, nequaquam in deterius diuinitate mutata. Neque
enim,ait Euangelista,caro verbum facta est,sed ait,verbum caro factum est,verbum autem deus,quia Ioban.1.
deus erat verbum. Et quid caro nisi homo? Si ergo verbum deus,& homo caro, quid est aliud verbū Quid sit
caro factum est,nisi qui deus erat,factus est homo? qui quia comprehenditur,flagellatur,crucifigitur, verbū car
B moritur,sepelitur,minor patre dicitur,imò & matre minor inuenitur. Constat ergo duos esse, homi- nē factū.
nem & deum in carne vna. Secundum hominem dicit, Filius hominis nō habet vbi caput suum recli
net. Sed pauper hic filius hominis diuitias suas in gloria diuinitatis ostendit. Omnia,inquit,quę pater Matt. 26
habet,mea sunt. Dum dicit omnia,nihil hic reliquit,quod minus haberet à patre: omnia,id est, vnius 27.28.
deitatis potētiam,substantiam,maiestatem. ¶(33) QVI licet deus sit & homo] id est,duæ substantiæ
in Christo (vt iam dictum est) deitas & humanitas. Supra commemorauimus vtranque naturam diui-
nam,scilicet & humanā in satisfactione præuaricationis nostræ debuisse simul cōcurrere. Satisfactio Matt.8.
enim non est nisi ab eo qui debet & potest: at non debuit nisi homo: nec potuit,nisi deus. Verum quia Ioban.17
impossibile est naturā diuinam cōcurrere cum alia,sicut pars ad constitutionē tertii,vel ipsam trāsire
in aliam naturam,seu aliam naturā (propter simplicitatē immutabilitatémque ipsius perfectissimam)
transire in ipsam: idcirco diuinitas & humanitas nō vniuntur in vnitatem naturæ,seu accidētis,sed in
vnitatem personæ & hypostasis: quia vero diuina natura in nullo potest subsistere supposito, nisi in
propria hypostasi,ideo vnio illa esse nō potest in hypostasi,seu persona hominis,sed dei: cōuenienter
proinde sequitur [NON duo tamen, sed vnus est Christus.] tanta enim hæc vtriusq; naturæ vnio est,
vt totus dicatur deus,totus homo,& vicissim deus homo & homo deus. Quæ quidē verbi hominisq;
assumpti vnio adeo ineffabilis est & incomprehēsibilis,tantæq; perfectionis, vt verissime dicatur de-
C us ab hominibus visus,cū hominibus conuersatus,pro hominibus illusus,flagellatus,crucifixus & mor Baruch.3
tuus. E contrario,vt homo cælum fecisse & terram, angelos condidisse, vniuersum mūdum guberna- Matt.27.
re,in sede maiestatis residere,in throno trinitatis,ad dexteram dei, ad æqualitatem patris. Nam deus Hest.13.
& homo in ipso vna persona est: vnus quippe est Christus,vnus mediator dei & hominum,& si quid Gen.2.
melius dici potest. Diuinę igitur maiestati eius,corporea natura nihil abstulit,nil cōtulit: quoniam in- 1.Tim.2.
commutabilis substantia nec augeri potest nec minui. ¶(34) VNVS autem non conuersione diuini-
tatis] quæ incommutabilis est & inconuertibilis [IN carnem,] natus nanq; humani generis causa ex Luc.2.
virgine dei filius,cooperante in hac operatione spiritu sancto,& sua,dei scilicet,obumbrante virtute,
corporis sibi initia conseuit,& exordia carnis instituit,vt homo factus ex virgine naturam carnis in se
acciperet, per quam huius admixtionis societatem sanctificatū in eo vniuersi generis humani corpus Christus
existeret: vt quemadmodum omnes in se per id quod corporeum se esse voluit,conderētur: ita rursum nostræ na
in omnes ipse, per id quod eius est inuisibile,referretur [SED assumptione humanitatis in deū] Quid turæ con-
ergo à nobis dignum tantæ dignationis affectum rependemus? Inenarrabilis à deo originis, vnus vnige- sortiū in-
nitus deus,in corpusculi humani formam sanctæ virginis vtero insertus accrescit, qui omnia cōtinet, iis vt nos
& intra quem & per quem cuncta sunt humani partus lege profertur: & ad cuius vocem archangeli suę diuini
atque angeli tremunt, cælum & terra & omnia huius mundi resoluuntur elementa, vagitus infantiæ tatis face-
D auditur. Qui inuisibilis est & incomprehensibilis,non visu,sensu tactúque moderandus, cunis est ob- ret eē par
uolutus. Hæc si quis indigna deo recolet, tanto se maioris beneficii obnoxium confitebitur,quan- ticipes.
to minus hæc dei conuenerint maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed Naum.1.
nos eguimus,vt deus caro fieret & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnius interna vni- Iaco.2.
uersæ carnis incoleret. Eius humilitas nostra nobilitas est: contumelia eius, honor noster est. Quod 2.Cor. 4
ille deus in carne consistens,hoc nos vicissim in deum ex carne renouati. ¶(35) VNVS OMNI- Iohā.1.
NO non confusione substantiæ] nam perfectus deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana Rom.3.
carne (vt patuit) subsistens. Sicut enim deitate vna est essentia,& tres personæ,ita & in Christo econ-
uerso vna tantum persona est, & tres essentiæ, deitas scilicet, anima & caro [SED vnitate personæ] Cur mis-
vnio enim deitatis ad humanam naturam non est in vnitate naturæ,sed personæ: non humanæ,sed di sus sit fili⁹
uinæ,hoc est,non assumptæ sed assumētis,nec personę cuiuslibet,sed solius verbi ne missus ab alio pa nō pr̄ &
ter videatur: & ne (si spiritus sanctus mitteretur) duæ essent in sanctissima & superbenedicta trinitate spūssan.
filii. Superius autem diximus, impossibile esse diuinam naturam cum alia posse concurrere sicut pars
ad constitutionem tertii: vel ipsam transire in aliam,seu aliam in ipsam,propter simplicitatem vnita-
témque eius perfectissimam: ideoque impossibile fuit deitatem & humanitatem vniri in vnitate na-
turæ: sed fieri oportuit vnionem diuinitatis & humanitatis inenarrabili coniunctione in vnitate per-
sonæ: vt non alter deus alter homo esset, sed vnus Christus: vnus videlicet deus & homo, homo &

deus,neutra ex duabus naturis in aliam mutata substaotiam,nec quarta superbenedictę trinitatis my- B
sterio addita persona:qui eodem instanti & tempore,qun clausus manebat in vtero matris,noo desiit
intimus esse deo patri semperq; illi intime immanere: nec tunc destitit in omnibus esse,& in cælo sur
sum,& in terra deorsum, in mari & in omnibus abyssis,&c. ❨(36) NAM sicut anima rationalis &
caro vnus est homo, ita deus & hnmo vnus est Christus] quę quidem similitudo vera est quãtum ad
vnitatem persnnæ,oon naturæ:caro enim & anima in homine differunt quantom ad essentiam,con-
stituuot tameo voam persnnam:deus autẽ sic vnitus est suo corpori,vt nullam patiatur fieri inter deũ
& hominem humana opinione distantiam,ne forte,quod absit,alius filius dei,alius filius hominis cre
datur.Sacra nanque scriptura sic cõnectit & concorporat deum & hominẽ,vt nec in tempore ad mo
Iohan.1. dicum quis à deo,nec in passione quidem possit ab homine deum discernere.Proinde cum verbũ ca-
ro factum est,noo verbũ io carnem pereundo cessit,sed caro verbo,ne ipsa periret,accessit:vt quem-
admodum homo est anima & caro,sic esset Christus deus & homo:idem deus qui homo,& qui deus
idem homo,non confusione oaturæ,sed vnitate personæ. Deniq; filius dei generanti coæternus sem-
per,ex patre,idem filius hominis esse cœpit ex virgine,ac sic & filii diuinitati est addita humanitas, &
tamen non est personarũ facta quaternitas, sed permanet trinitas. In hoc autem diuinæ humanæque
vnionis sacramento nec verbo detrahendum est aliquid dignitatis , nec assumpto homini sensus pas-
sibilitatis:qoippe cum in ea natura qua deus erat,nullam sustiouerit pœnam, opprobrium oullom: in F
ea vero qua homo erat,flagellatus sit & cõsputus,crucifixus & mortuus,nõ tameo sine deo:nam sicut
Oportuit anima ratioonalis & caro vnus est homo,ita deus & homo vous est Christus. ❨(37) QVI passus est
Christum pro salute nostra] det oobis omnipotens deus mysterium hoc digne exprimere . Omnis offensa tanti
pati,& sic æstimanda est, quaota ipsa persona est quæ offenditur. Cum igitur supergloriosissimus deus infinitæ
intrare in sit maiestatis,sapientiæ,bonitatis,iustitiæ,&c.iniuria in eum cõmissa peoitos nimirũ infinita est:quip-
gloriã suã pe quæ ledit,ac destruit,quantum ex se est,honorẽ & gloriam dei infiniti:ideoque talis in homine cõ-
Pctũ ad ĩ temptus sit infinitus, ad infinitam obligãs amaritudinem suppliciúmque sempiternum, nisi expietur.
finitã obli Verum quia infinitus est,iofinito indiget expiatore. Vt enim sui creatoris amicitiã recuperet, oecesse
gat amari est vt pro obligatione infinita,infinitam reddat satisfactiooẽ,& hoc cum tanta faciat humilitate,quã-
tudinem. tum antea superbiuit.Oportet igitur talem satisfactionem esse vnluntariã,liberam,amorosam,de inti-
mis cordis medullis erumpentem,dulcem,iucundam,salutiferam.Hãc quis poterit operari?Nunquid
homo captiuus,dei aduersarius,dæmonum amicus? Nunquid finitus angelus tollere poterit malitiam
iofinitam? Nunquid deus id facere volet ab hominibus turpiter inhonoratus & despectus ? Et tamen
quod homo snluere tenetur creatori,maius est quicquid citra deum est,& hoc nõ est nisi deus: oollus
ergo potest satisfacere pro peccato,nisi deus:& nullus tenetur,nisi homo:debuerunt ergo in vnã con G
uenire personam deus & homo,vt deus sna booitate hominis miseriam expiare velit,& hnmo possit.
Ephe.2. Misit ergn propter oimiã erga nos charitatem suam deus parter incarnari voigenitum suum : qui cũ
1.Iohã.4. infinitus sit,ratiooe deitatis suę vnitę humanitati,habuit in se aliquid quo circa deum nihil maius est,
Ierem.11. quod sua magnitudine & dignitate deleuit omne debitum,omnémque compleuit satisfactiooem. Hic
verus est ionocens ille agnus,qui abstulit peccata mundi:qui mortem oostram moriendo destruxit,&
vitam resurgendo reparauit.Cum enim esset innocentissimos,nõ potuit iuste ab illo deus mortis exi-
gere pœnam:sponte igitur & ex purissimo amore mortem deo offerẽs plenissimã pro mortibus pec-
catorum fecit satisfactionem:pœna enim infinita,iustissime merita,morte pretiosissma & innocentis-
sima est damnata. Passus est itaque contra vniuersalem infectionem passione generalissima:contra li-
bidinem,passione acerbissima:contra præsumptionem,passione ignominiosissima:cootra debitam &
inuitam mortem,voluntaria.O quis hanc tantam dignationem,miserationem,benignitatem,& chari
tatem satis poterit admirari aut dignis prosequi gratiarum actionibus?plane sputa,claui,lãcea,irrisio-
nes & verbera quæ perpessus est clamant,vt toto corde totisque visceribus diligatur,qui pro dilectio
ne, tanta ac talia perferre dignatus est [DESCENDIT ad inferos] (quantum ad animam) id est, ad
Luc.8. limbum(vbi patres antiqui in tenebris & in vmbra mortis sedebant,aduẽtum eius expectantes) ad li-
berationem non omnium,sed eorum duntaxat qui intra Christi membra per fidem viuam,seo fidei sa
cramentum discesserant,magnum suæ charitatis affectum erga eos ostendens,suæque claritatis reful-
Matt.28 gentia eos illustrans,& pietatis suæ beneuolentia ipsorum afflictionem consolaos,atque libertatis suę H
Marc.16. indulgentia incarceratos liberaos,hostibus vniuersis suæ deitatis potentia exinanitiooisque & mortis
Luc.24 suæ humilitate deuictis & religstis [TERTIA die resurrexit à mortuis] resumẽdo corpus quod pri-
Iohã.22 us viuificauerat,sed non tale quale fuerat:fuerat enim prios passibile & mortale,vt in illo & per illud
Romi.4 posset pro oobis satisfacere:resurgendo autem impassibile illud resumpsit & immortale:Christus,in-
2.Cor.5. quit Apostolus,resurgens ex mortuis,iam nõ moritur,mors illi vltra non dominabitur. Quod autem
2.Tim.2. mortuus est peccato,mortuus est semel:quod autem viuit,viuit deo,& nos omoes in illo:in illo enim
1.Cor.15. nostra portio,nostra conditio:& mortem pertulit,& reuixit,& nos in ipso surreximus. Et licet in no
Psal.118. bis adhuc resolutio corpusculi maneat,cœpimus tamen in Christo æterna vita iam viuere: ante enim
1.Thes.4 futurus homo resurrexit in Christo, quam vitam sortiretur in seculo . Nam non tantum illi dominus
generationi,resurrectionis præstitit gratiam,in cuius generationis tempore resurrexit,sed etiam secu-
turis postea populis hoc prouidit,vt prius essemus de resurrectiooe securi, quàm de morte soliciti, &
ante cum deo viueremus in cælis quàm cum hominibos cõuersaremur in terris.In saluatore enim om
nes resurreximus,omnes reuiximus,omnes ad cælestia trãsmigrauimus, propterea enim. ❨(39) ASCANDIT ad cælos.]Sicut dominus volens nos ędificare ad fidem,qua eum verum credimus homi-
oem & verum deum:qua denique credimus eum voluisse nos redimere per amarissimam mortẽ, atq;

A ad vitam nos posse reducere per resurrectionem: ad vitam voluit resurgere immortalem, interiecto ta
men spatio trigintasex horarum, in quo ostenderetur ipsum vere mortuum fuisse (nam si citius resur-
rexisset, ipsum non vere mortuum fuisse, sed mortuum se finxisse ereditum fuisset: & amplius si distu-
lisset permanens in morte, suæ hoc ascriptum fuisset impotentiæ, & quod nullum ad vitam posset re- Psal.67.
uocare, creditum) Ita similiter volens nos omnes ad spem erigere, ad cæleste ascendit gloriam, vt no- Iohan.14
bis pararet locum, latissimarúmque mansionum in domo patris sui participes nos faceret. Etenim in Gratula-
illo Christi homine vniuscuiusque nostrum caro, sanguis & portio. Vbi ergo portio mea regnat, re- tio pien-
gnare me credo: vbi dominatur sanguis meus, me sentio dominari: vbi glorificatur caro mea, me glo- tissima.
riosum esse cognosco. Et quamuis peccator quiuis sit, de hac tamen communione gratiæ non diffi-
dat: quia etsi peccata nos prohibent, substantia nos requirit; etsi delicta propria nos excludunt, natu-
ræ communio non repellit. Nam propter bonitatem diuinitatis peculiarem nobis saluator debet affe Bonū ha-
ctum: quia scilicet sicut deus noster in ipso est, ita & sanguis noster in illo est. Misericordiam ergo mi- bemus do
hi præstare debet diuinitas, necessitudinem exhibere affinitas. Neque enim tam immitis est dominus, minum.
vt obliuiscatur hominis, & non meminerit illius quem gestat ipse: vt quem causa mei susceperit, non Heb.11.
eius causa quem susceperit me requirat. Non, inquam, tam immitis est dominus, vt nō diligat carnem
suam, membra sua, viscera sua. Sed quia spes non oritur nisi ex fide immortalitatis futuræ, ideo nō sta- Luc.24.
B tim ascendit, sed spatio quadraginta dierum interiecto, in quo per multa signa & argumenta veram Actu.1.
affirmaret resurrectionem, per quam animus in fide solidaretur, atq; ad sperandam gloriam cælestem
subleuaretur. Ascendit itàque viam nobis præostendens, itérq; ante nos pandens [SEDET ad dexte- Sedere ad
ram dei patris omnipotentis.] id est, in æternæ beatitudinis imperturbabili pace, & in propriæ diui- dexteram
nitatis pacatissimo solio. Sedere enim ad dexteram patris nihil aliud est, quàm simul habere cum pa- patris qd.
tre gloriam diuinitatis, & beatitudinem iudicialémque potestatem, & hoc incommutabiliter & rega-
liter. O grande cunctis gaudium, quòd partus nostræ virginis post sputa, flagra, post crucem, pater-
næ sedi insigitur. Agamus ergo gratias nostræ salutis iudici, nostrum quòd corpus vexerit sublimem ad
cæli regiam. Nam in ipso solo nostra est nobilitata natura, atque supra angelicam euecta est ad digni-
tatem. Nunquam profecto ad thronum venissent dignitatis, nisi Christus martyrium pro nobis ama-
rissimum subiisset passionis, per se nequaquam restaurata fuisset, nec ad cæli peruenisset gloriam, nisi
vnigenitus dei in humilitate sua à nobis assumpta, immanissimi exactoris iugum à nobis excussisset,
nostra misericorditer perferens, vt sua munifice largiretur. Pertulit enim humiliationem magnam in-
humiliabilis deus vt tribueret nobis sublimitatem suam, nostras sustinuit calamitates & miserias: vt
daret nobis largas diuitias suas, ignominiam magnam perpessus est & contumeliā liuidorúmque op- Esaię 64
probria, vt inenarrabilem illam, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen- 1.Cor.2.
C dit, nobis vt daret gloriam suam, dira denique subiit vincula vt perfectam tribueret libertatem, mor-
témque tandem sustinuit ignominiosissimam, vt vitam suam nobis communicaret sempiternámque
beatitudinem. [INDE VENTVRVS iudicare viuos & mortuos.] Oportet ergo nos omnes præsen Rom.14
tari ante tribunal Christi, vt recipiat quisq; quod in corpore gessit, siue bonum siue malum. Ille enim 2.Cor.5.
qui quondam in assumpto homine iudicandus veniens non clamauit, neque vocem eius quisquam in
plateis audiuit, quia ita humilis venit, vt à nemine cognosceretur, tunc deus manifeste veniet deus no Psal.39.
ster & non silebit, stipatus ministerio angelorum, qui cum eo ad iudicium venient, vt in eorum præ- Dan.7.
sentia iudicentur, qui sub eorum custodia male vixerunt. ¶(40) AD CVIVS ADVENTVM om- Matt.13.
nes homines resurgere habent cum corporibus suis.] aduocabit enim cælum desursum, & terram dis- Luc.21.
cernere populum suum. [ET REDDITVRI sunt de factis propriis rationem.] Necesse est ergo, vt
in commune nos omnes, qui futuri examinis resurrectionisq; promissæ salutarem suscepimus fidem, Psal.4.
habeamus metum quidem de iudice, de redemptore lætitiam. Omnis nanque fidelis animæ timore 2.Cor.5.
corrigitur, correctione lætatur. Et in hoc charissimi, quanta erga humanum genus omnipotentis pa-
tris dispensatio est, quantáve benignitas pensemus, vt quem iudicem preparabat incredulis, hunc cre
dituris præmitteret redemptorem: quatenus præcurrens misericordia seueritatem aduenientis iu-
dicis preueniret. Timeamus ergo actus nostros. Ecce coram tot millibus angelorú nudabūtur omnes
D iniquitates nostræ, tot agminibus angelorum patebunt vniuersa peccata nostra, non solum actuum,
sed etiam cogitationum, simúlque locutionum. Tot iudicibus inopes astabimus, quot nos in bono o-
pere præcedentes habuerimus: tot arguentibus confundemur, quot bene viuendi exempla præbue-
rint nobis: tot conuincemur testibus, quot nos monuerint proficuis sermonibus, seseque imitandos
iustis dederunt actionibus. ¶(41) ET QVI BONA EGERVNT ibunt in vitam æternam.]
quæ consistit in clara, immediata ac iucundissima visione diuinæ essentiæ, atque in plenissima ac sua-
uissima fruitione æternæ, ac infinitæ bonitatis diuinæ quàm incomparabiliter putatis charissimi esse
iucundum, summi & adorandi dei vultum superpulcherrimum in seipso clarissime intueri, in quo re-
lucet exemplar omnis pulchritudinis, omnis bonitatis, omnis suauitatis, quem videndo omnia scien-
da sciemus, & quicquid voluerimus in eo habebimus. In eius enim visione beatificabimur, quia infi-
nita dulcedine diuina ad libitum fruemur: non enim nobis præparauit creaturam aliquam, seu bo-
num finitum, sed semetipsum bonum infinitum, vt eum diligamus, videamus, atque possideamus in
æternum, de quo alias, [QVI VERO mala in ignem æternum.] O si profunde consideremus quàm
miserabile, triste atque horribile erit cum corpore & anima in infernalem lacū descendere, in ignem
æternum corruere, in tenebrosissimo inferi carcere in æternum, ac desperabiliter clausum manere,
dæmonum dolorosissima societate potiri, & vltra quàm dici possit indesinenter torqueri, peccata

Iohan.14. proculdubio vitabimus,commissa deplangemus,atque cor nostrum timorate enstodiemus.O vtinam B
s.Iohã. 4. hæc saperent nobis , quàm promptissime mundum hunc miserum & fallaeem despiceremus . Quis
quæso pro vniuerso mundo vellet nũe vel per vnius horæ spacium in ardenti fornace iaeere ? Ah cur
non vitamus peccata quotidiana etiam venialissima, quibus tanta in purgatorio infligenda est pœna,
nimirum grauior omni supplicio quod in præsenti vita poterit infligi. ¶ (42) HAEC EST FIDES
CATHOLICA,quam nisi quisque fideliter firmitérque crediderit,] in Christo fide formata creden-
do,credens sperando,sperans amando, illicq; finaliter adhærendo, [SALVVS esse] id est,diuinæ pa
cis dulcedinem degustare, suique ereatoris amore prorsus absorberi [NON poterit] sed in earcerem
infernalem in medio fornacis ardentis, in lacum miserabilem sine spe liberationis æternaliter elaudi,
ineffabiliter eruciari, innumerabilibúsque pœnis affligi eum oportebit. Inspiciamus igitur charissimi
Iob 10. oculis fidei semper eareerem illum tenebrosum, & opertũ mortis ealigine,in quo densissimæ & pal-
pabiles sunt tenebræ,in quo vmbra mortis & nullus ordo,sed sempiternus horror, perennis despera
tio,atque amarissima omnis boni desolatio habitat. Certa est ibi æterna damnatio, & quiequid desi-
derabile iucundúmque existit, longissime & perpetuo abest: quiequid autem odibile atque pœnosum
ineuitabiliter adest . Nam in infelicissimis, reprobis & damnatis omnia se habebunt opposito modo
gaudiis beatorum,in quibus erit grauissimum & pœnalissimum odium dei, & detestatin omnis boni,
honesti, mutuus quoque importabilis rancor, inconuersibilis à summo bono auersio, supermœstissi- F
ma mens. desolatissimus animus,perpetua & intolerabili desperatione plenissimus,sulphureum in-
extinguibile afflictissimúmque incendium , sed & intentissimum frigus , infelicissimum inuidiosissi-
múmque consortium, maledictio atque blasphemia supersanctissimi creatoris, pœna sensus & pœna
damni. Vt ergo tantas reproborum euadamus miserias, indicibilémq; electorum beatitudinem con-
sequamur,& in æternum salui esse possimus, hie nune deum bene instructi, robusti,& longanimes in
1.Cor.14. fide laudare,spiritu & mente psallere incipiamus,vt facie ad faciem superpulcherrimũ deum intuen-
1.Tim.1. tes, illuc cum omnibus dei electis perpetuo perficiamus ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est
1.Pet.4. super omnia deus sublimis & benedictus in seeula.Amen.

¶ ORATIO ex symbolo Athanasii præscripto.

*Author nominis Christiani Christe, preces populi tui quæsumus admitte,ut uniuersis hæreticæ prauitatis erroribus depulsis, te cum patre & spiritu sancto unum deum in trinitate, & trinitatem in unitate ueneremur, & incarnationem tuam per Mariã credamus & confiteamur,ut in hac catholicæ fidei professione fortiter persistentes,& regni perpe- G tuæ uitæ efficiamur hæredes,qui cum deo patre & spiritu sancto uiuis,&c.*

## COMMENTARIVS IN CANTICVM
### Sanctorum Ambrosii & Augustini.

TE DEVM] patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum pa-
raclerum,sanctam & indiuiduam Trinitatem,vnumque simplicissimum & in-
Diuinę proprietates ad amorẽ & deuotionẽ excitantes. commutabilem deum, viuum & verum, superbenedictum,sublimem naturali-
ter & quomodolibet superoptimum, dulcissimum, clementissimum,causalissi-
mum,præstantissimum, purissimum, plenissimum , actualissimum, & tui ma-
xime diffusiuum & communicatiuum,omnium seculorum sontale principium,
cuiuslibet entis,& particularis esse substitutorem,totiúsque liberalitatis ac mu-
nificentiæ infinitum fontem,in teipso omnem essendi plenitudinẽ præaccipien
tem,omnémq; nobilitatẽ in teipso comprehendentẽ, & hoc cũ immensa plenitudine summáque sim-
plicitate:imò quia simplicissimus es,quicquid est in te,non est nisi ipsummet diuinum esse tuum,nihil
habens de nõ esse,de potentialitate, de minoratione seu essendi terminatione admixtum, quum solus
ipse essentialiter bonus sis,& bonitas prorsus infinita,sempiterna, independens,prima,increata,& à
nullo penitus causata: sed naturaliter,substantialiter,totus ac omnifarie bonitas pura es,incircumscri
pta, simplicissimáque, sanctitas plena,ac infinita omniformitérque perfecta,solus super omnia sum-
me & incomparabiliter desiderabilis & amabilis , comparatione cuius creatura omnis est quasi non
Esaiæ 40 ens, quia tibi soli competit plene, ac infinite omnis essendi nobilitas . Nam is solus es, à quo cunctis
deriuatum est esse ac viuere , his quidem clarius, his autem obscurius . Es etenim primum viuens ac
vita æterna, inuariabiliter ac infinite delitiosa,immobilis in teipso permanens,omnia ad finem suum
proprium mouens . Te omnia appetunt, sine quo nec ad momentum quidem subsistere queunt , à te
cuncta bona emanant,tuámque bonitatem vniuersa aliquo modo communicant. Copiosissime enim
(præ nimia sui fœcunditate & plenitudine)communicas & diffundis eam in teipso semper superple-
nus permanens, quippe qui ob propriam incommutabilitatem nullum augmentum , seu diminutio-
nem vllam admittere potes. Te igitur æternũ deum, non particulariter,sed vniuersaliter & absolute

A bonum,imò superoptimum,superfelicissimum & superperfectũ,nullius prorsus egentem,qui ob pro Psal.15.
priæ bonitatis tuæ plenitudinem,ob propriæ dilectionis exuberantiam,ob propriꝫ perfectionis libe-
ralitatem cuncta condidisti,vniuersa conseruas,singulisque prouides [LAVDAMVS] id est,totis vi-
ribus assidue & feruenter,cũ humili tamen totius insufficientiæ nostræ recognitione cernui te venera
mur,insufficientissimos nos ad te digne laudandum reputantes, recognoscentésq; (cum te toto posse
nostro laudauerimus)nihil cõdignum laudibus tuis nos egisse:imò adhuc in infinitum ab excellentia,
ac plenitudine laudis tuæ (quà in teipso dignissimus es) nos distare : quippe qui in omni perfectione
penitus es infinitus, & infinite in omni excellentia , nobilitate, virtute ac felicitate superfectissimus.
Quicquid enim perfectionis, nobilitatis & decoris, quicquid bonitatis , desiderabilitatis, ac valoris,
quicquid denique dulcedinis,potestatis & opulentiæ,quicquid etiam virtutis, sanctitatis & excellen-
tiæ in totius vniuersi entibus inuenitur, hoc totum in te cum infinita eminentia firmissime credimus
contineri. Proinde mi supergloriosissime deus meus, si vnumquodque tanto laudabilius est , quanto
est virtuosius atque perfectius,te quis digne poterit laudare? Plane sicut omnis creatus intellectus in-
finite deficit à plena tui comprehensione,comprehensiuáq; cognitione:ita nimirum occumbit à ple-
na laude tua tuique honoratione. Diuina etenim natura tua limitem nescit,diuinum esse tuum circũ-
scriptionem ignorat,diuina potentia tua coartari nequit,diuinæ sapientiæ tuæ non est numerus,diui-
B næ magnitudinis tuæ non est finis, diuina quoque felicitas tua , iucunditas, iustitia, pietas,similésque Psal.144
proprietates diuinæ mentis nostræ,imò omnis creati ingenii perspicacitatem naturalémque virtutem Psal.146
in infinitum excedunt,reuerberant,latent. Hæc cum delectatione cordialique feruore,supergloriosis-
simo deo suo congratulando,contemplari,est deum perfecte pro viribus laudare, ad quod Propheta
admonet,dicens,Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius, quod non voce sed amo- Psal.150.
re,sed desiderio,sed affectu & congratulatione perficitur, ita vt toti in ipso iucundemur, ipsique inti-
mo & summo gaudio & feruore afficiamur,superineffabili,incomprehensibilique gloria & maiestate
sua toti ardeamus charitate eius,toti liquefiamus suauitate & dulcedine eius,fluamus toti pietate eius,
qui(vt iam patuit)substantialiter imò supersubstãtialiter perfectus est,nec à propriæ perfectionis im-
mensa plenitudine vnquam mutari aut deficere potest.[TE DOMINVM] superomnipotentem,ma-
iestate infinitum,propria non aliunde sortita potestate,omnium supergloriosissime ad libitum domi-
nantem,vniuersamque quam condidisti creaturam in laudem & gloriam tuam conseruantem, sine er
rore quoque & labore in maxima multitudine, magnitudine, ac varietate moderantem, ita vt nihil se
subtrahat regimini tuo.[CONFITEMVR] sapientiæ videlicet tuæ immensitatem, beneuolẽtiam &
potestatẽ tuam,quæ sola vera est,sola honoranda,metuenda, & in te solo consistens: non (vt princi-
pum mundi huius potestas)à populis,sed à te solo procedens ab æterno, quapropter potẽtissima est,
C potens omnia in omnibúsq; perfectissima:quoniãquidem vna sola simplicissima,omnipotẽtissima &
immutabilis essentia es, in qua nulla est contrarietas, sed neque vlla adesse potest. Potestas tua,domi-
niúmque tuum infinitũ est, nec in aliquo minui potest,quippe quod ab æterno fuit eritque in æternũ Dan.5.
& vltra. Non potest alterari nec permutari,quia non est æternitas alia præter tuam,nec alia nisi in te
solo infinitas,neque alia deitas vlla,quocirca status tuæ potestatis dominiiq; tui alterationem permu-
tationémque nullam recipit in se,est enim essentialiter substantialitérque in te,quapropter vbicunq; 2.Cor.1.
est essentia tua,ibi est & potestas tua dominiúmque tuum. ¶[(2)TE æternum patrem] Patrem mise- Gene.1.
ricordiarum & deum totius cõsolationis,qui vniuersitatem mundi ex nihilo creasti,atque in quas vo-
luisti formas atque mensuras terrenam cælestémque substantiam omnipotẽti ratione , secundum vnã
simplicem causam produxisti . Magna profecto & mirabilia sunt omnipotens & sublimis deus opera Psal.138.
tua,quæ cum sis ens per essentiam,ens primum,æternũ & independens,sola bonitate propria & po- Psalm.15.
testate(bonorum enim nostrorum non indiges, nec commodum aliquod ex creaturis captas) produ-
xisti,in rerum vniuersitatis creatione omnipotentiã tuam nobis demonstrans,sapientissime ordinans, Rom.1.
vt inuisibilia tua à creatura mundi, per quæ facta sunt intellecta,conspicerentur, sempiterna quoque
virtus & diuinitas tua. Quocirca vt in entibus communicatam bonitatẽ tuam videremus,cuncta crea Inuisibi-
sti visibilia,omnia videlicet corpora cælestia, elementa, primáque rerum indiuidua. Tuo quoque ex lia dei per
D statuto & imperio,ex similibus similia nunc vsq; sunt procreata. In multiplici quoq; ac celerrimo cꝫ- ea quꝫ fa-
lestium orbium, astrorum,& planetarum motu,influxu,ac causalitate, omnipotentiam & sapientiam cta sũt cõ
tuam magnifice manifestas. Denique in elementorũ collatione,coordinatione,mutuaq; alteratione sa spiciũtur.
pientiæ ac virtutis tuæ ostendis excellentiã, quippe qui inter elemẽta magis cõtraria elementum cum Sap.1.
vtroq; cõueniens situasti,infinitaque sapiẽtia tua vniuersarũ species,naturas,differẽtias,proprietates, Eccl.18.
vires ac ordines originaliter instituisti atque produxisti,& vt omnia atq; singula vno cõplectar verbo,
quicquid entitatis,bonitatis,veritatis,vnitatisq; cõsistit in vniuerso,ex te fontaliter profluxit. In totius
ergo mũdi pulcherrimo stabiliq; regimine, atq; in rerum à te cõditarũ tam diuersarũ mira connexio-
ne,conseruatione,omniúmq; dispositione ac prouisione.[OMNIS terra veneratur.] cum intima gra-
tiarũ actione recognoscens,omne datũ optimum,& omne donum perfectũ,& quicquid est,habet aut
potest,à te patre luminũ descendere. Proinde quicquid sumus,possumus aut habemus,corpus & ani-
mam,vires & membra,sensus,intellectũ,rationem,memoriam,volũtatem,esse quoq;, viuere, sentire,
vegetari, mouere,ratiocinari, & quicquid scientiæ & virtutis in nobis est, à te datum esse, & dari re-
cognoscimus & lætamur. Bona denique fortunꝫ,necessaria vitæ,imò supernecessaria,sanitatem & ro
bur, supernaturalia gratiæ ac virtutum dona, gratias gratis datas, & ecclesiæ sacramenta à te sortiti
sumus , atque in vita hac multipliciter hucusque ubi peccantes misericordissime tolerati & conser-

uati, paratißimus semper post tot taotosque excessus gratiarum tuarum charismata oobis (modo abs te petierimus) elargiri: imò frequenter nos misericorditer præuenis & præueoisti, angelos tuos san- E
Psal.67 ctos ad custodiendum oos deputasti, diuinis instinctibus tuis sæpißime nos admooes & admonuisti.
Heb.1. Cælos quoque & luminaria, solem, lunam, astra, planetas, elementa, & mixta in ministerium nostrũ creasti, atque ad tuiipsius beatificam visionem deliciosißimámque fruitionem oos condidisti. Pro tẽporali, modico & breui, quod tibi oune exhibemus, obsequio, noo creaturam aliquam aot bonum fioitum, sed te infinitum, superuoluptuosißimom, æternum, summum, superexaltatum, & incomparabile booum (in quo vniuersorum bonorum omniúmque pulchrorum, ac desiderabilium incircumscriptibilis plenitudo, incomprehensibilisque & superessentialis perfectio est) præparasti, donaque gloriæ tuæ, dotes animæ & corporis, glorificationem vtriusque plenißimam, & omniom beatorum societatem iucundißimam pro pręmio nobis promisisti. O quanta est charitas hæc, quanta pietas, quam immensa est ista liberalitas. O immensa prorsus & vere pura, ac liberalißima bonitas creatoris nostri. O infinita, indeficieutißima & superefluentißima benignitas, quàm munificentißimus est erga oos amor tuus, vt nequaquam satis tibi foret rebus creatis naturales proprietates, specificas perfectiones, diuersaque bona naturalem capacitatem transcendentia, gratis ex mira bonitate tua communicasse & influxisse, téque æternæ eas & adorandæ bonitati in talibus aßimilasse, verum ad tuæ bonitatis maiorem superopulentißimæque perfectionis declaratiooem, ad tuæ dilectioois pleniorem ostensionem, F
ad creaturarum exuberantiorem eminentiam & decorem, donis insuper naturæ, munera gratiæ bonáque gloriæ, plura etiam supernaturalia data & ornamenta adiecisti, atque per hoc rerum capacitates superimpleuisti, ipsúmque entium ordinem, eorúmque naturas, proprietates, & vires ineffabiliter decorasti sublimastíqoe. Quod in intellectualibos electis creaturis tuis potißime locũ habet, quas tibi per hæc supernaturaliter conformasti, mentes præcipue creatas: in quibus sapientia, potentia atq; clementia tua excellentißime repręsentantur & splendent. ideoque, ¶ (3) TIBI OMNES angeli] quos in muodi exordio secundum choros, hierarchias siue ordines condidisti: intellectuales substantias semper mobiles, arbitrio liberos, incorporeos, tibi iugiter ministrãtes, secundom gratiam non naturam immortales, quibus infioitæ gloriæ tuæ arcana nuda fecisti & aperta, desiderabiléque maiestatis tuæ thesauros io eorum prospectu posuisti, amans eos tanquam filios tibi simillimos, propositúmqoe vnigeniti filii tui, quo decreuit ab æterno pro factura per te creanda, oe ipsa ex infirmitate atque abusu propriæ voluntatis diabolique fallacia periret, ad tuam laudem, gloriam & honorem iocarnari, pati, & in cruce mori, eis à suæ creationis initio manifestasti, vt eos qui se conuerterent ad te (humanitati & merito paßionis filii tui se submittendo) æterna felicitate munerares confirmarésq;. Adeo enim decretum hoc filii tui nooquam mutatum nec impeditum placuit tibi, vt ab æterno prædestinares discernerésque, oullam prorsus intellectualem creaturam, angelicam, seu humanã saluare, oisi per
Ephe.1. meritum Christi, beato Paulo idipsum testificante, Benedictus inquit deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui elegit nos in ipso ante mundi constitutiooem, vt ootum faceret nobis sacramentum vo- G
lontatis suæ, quod proposuit in eo dispensatione plenitudinis temporũ, instaurare omnia in Christo,
Rom.3. quæ in cælis & quæ in terris suot, in ipso, &c. Et iterũ, Iustitia dei manifestata est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt io eum. noo est enim distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remißionem præcedentium delictorum. Et huic quidem diuinæ voluntati tuæ angeli boni mox consenserunt, ideoque in superessentiali felicitate diuioæ, scilicet & increatæ veritatis tuæ fruitiua visione hoc in diuinæ bonitatis tuæ summæ, ac infinitæ dulcedinis delitiosißima, exuberantißima atque totaliter
Esaiæ.14 contentiua in suo fonte seu in seipsa gustatione confirmati sont. Verum Lucifer angelus supremus cũ excellentißimam claritatem, subtilitatem, aogelicæq; naturæ suæ perpenderet nobilitatem, & ex aduerso naturæ homanæ ruditatem ac vilitatem, se ex tunc meliorem reputaoit quàm tali se submittere, cogitauitq; si aliqua creatura foret tantũ exaltanda, vt reliquæ vniuersæ ei subiicerentur creaturæ,
Apoc.12. hoc ipsi potius quàm alicui alteri competeret, sicque dignitatem filii dei vsurpare sibi præsumpsit, angelosq; multos sibi consentientes habuit. Factum est tunc præliũ in cælo, Michael & angeli eius præliabantur cũ dracone, Lucifero scilicet, & draco pugnabat & angeli eius, & nõ præualueruot, neq; locus inuentus est eorum amplius in cælo, sed secuodum Rabanũ, virtute crucis & paßionis Christi ex cælo detrusi, & in diabolos versi, perpetuo igni propter cõtemptum paßionis Christi depotati suot, Idcirco autem irremißibiliter peccauerunt, quia tanto robustius stare poteraot, quãto eos carnis ad- H
mixtio oon tenebat. O felix societas supernorũ ciuium, ô qoæ cantica, quę orgaoa, quæ cantilenæ, quę melodiæ ibi sine fine cantãtur? Sonãt ibi semper melliflua hymnorũ organa, suauißima angelorũ melodia, caotica canticorũ mira, quæ ad laudem & gloriã tuam dignißime deus meus à supernis ciuibus
Dan.7. decantãtur. O quomodo milia miliũ ministrãt tibi fonti æterno, vniuersorum principi, deciésq; milies centena milia aßistũt tibi in omni reuerẽtia animorũ & cultus interni. O q̃ prõpte obediunt, q̃ diligẽter inuiolabilitérq; legẽ sibi à te semel prefixã, custodiũt, ineffabili pfectione, supernaturali decore, venustißima claritate, splẽdidißima sapiẽtia, mira potẽtia, eximia sublimitate, exuberãtißima voluptate dotati à te, tuiq; exẽplo in quibus sunt sublimiores, omni sunt humilitate, pietate, charitatéq; pleniores, atq; de exuberantia opuleotiæ suæ inferioribus largiflue distribuẽtes, horum militũ tuorũ domine
Iob 29, nõ est nomerus. [TIBI] etiam [CAELI] id est, beatorũ habitaculum domus decoris tui, locus habita
Psal.55. tionis gloriæ tuæ, paradisus cælestis, super ætherea aula, supermundanum palatium deificæ volupta-

A tis tuæ, locus æternalium delitiarum tuarum, tabernaculum vbi te regem regum in decore tuo vide-
bunt oculi nostri omnésque domesticos tuos innumerabiles in bono immobilitatos, diuina luce tua
adimpletos, impaſsibiles, immortales, tibi ſummo deo inauertibiliter æternalitérque intentos, quos
decuit altiſsimus ille locus ſpecioſiſsimus, inalterabilis, vniformis, latiſsimus atque digniſsimus. Ip-
ſe eſt primum cælum, ſummum atque immobile, quantitate permaximum, viſibilium & inuiſibili- Iohã. 14.
um creaturarum contentiuum, claritate præexcellenti conſpicuum, totum vniforme, inalterabile, in-
ter corporalia ſubtilioris naturæ, in quo quia manſiones multæ ſunt, numero plurali deſignatur.
[ET VNIVERSAE poteſtates.] mediæ hierarchiæ nouiſsimi ſpiritus, quæ vnam æqualémque cum
altiſsimis dominationibus & virtutibus accepere ſortem, ad diuináſque ſuſceptiones ſine vlla confu-
ſione, ſeu perturbatione percipiendas, pulcherrimum ordinem, inſuperabili conſtantia tendentes ad
diuina, inferioréſque choros ad pleniorem dei cognitionem, amorem & imitationem promouentes,
ſummæ poteſtatis illius (ex qua vt potentes ſint acceperunt) nitentes in ſe ſimilitudinem exprimere,
ita vt ipſorum miniſterio deus inferioribus angelis reſplendeat, quę etiã potentius in ſuo ordine per-
ceperunt, vt eorum diuini virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorum poteſtate frenantur ne corda ho-
minum tentare tantum præualeant quantum volunt. ¶(4) [TIBI] ſupergloriosiſsime domine deus
meus [CHERVBIM] quæ per à te ſibi indultam ſcientię plenitudinẽ, tuique ſpeculationem, ac ſum-
B mæ & exuberantis lucis capacitatem, poſt beata Seraphim in te feruidius ardent, téque vicinius con-
templantur propter claram tui viſionẽ, plenámque diuini luminis tui ſuſceptionẽ. Tanto enim perfe
ctiori ſciẽtia plena ſunt, quanto claritatẽ tuam vicinius contemplãtur, vt ſecundum creaturæ modum
eo plenius omnia ſciant, quo viſiona conditoris ſui per meritũ dignitatis appropinquant. [ET ſera-
phim] quæ rebus tuis diuinis ſempiterno motu & nunquam laſſeſſente ſtudio inſeruiunt, ardoréque
ac mirabili celeritate atque feruore illius perpetui, & nunquam inclinantis æterni motus te ſuper om
nia amatũ quærunt intrare, ſeſeque magis, ac magis inflammare, & tibi vniri, quantumq; poſsibile eſt
vnum effici tecum per æſtuantiſsimũ amorem laborant. Dicuntur autẽ ardentes ſeu incendentes, quia
deo adeo coniuncti ſunt, vt inter hos & deum nulli alii ſpiritus medii interſint: & tãto magis ardent,
quanto hunc vicinius vident. Inferiora quoque agmina ad ſui ſimilitudinẽ potentiſsime ſubuehentes,
illa quaſi incendunt ad conſimilémque feruoris gratiã exuſcitant, ſublimiúſque in diuinam ſimilitudi-
nem reducunt, eáque ſumma vti inflammantis incendii ſui expurgãt, incõprehẽſibilique copia lumi-
nis ſui nequeuntis velari, copiáque inextinguibilis feruoris ſui vniformiter ſe ſemper habentis illumi-
nant. O quàm glorioſum eſt domine rex cæleſtis Ieruſalem regnũ tuum, regnum plane omniũ ſeculo Pſal.144
rum, in quo glorioſi, ac iucundiſsimi ciues toi æterna atque tutiſsima felicitate omniũ bonorum poſ-
ſeſsione ſecuri ſunt, in quo te laudant angeli & archangeli, adorãt dominationes, tremunt poteſtates,
C cæli cælorúmque virtutes ac beata Seraphim ſocia exultatione cõcelebrant, intra quorum iucundiſsi
mum conſortium & nos ſecundum gratiæ & meritorũ exigentiam admittere dignatus es, per Chri-
ſtum dominum noſtrum. O quanta eſt multitudo eorum & magnitudo, quàm pulcherrima eorum
diſtinctio, quàm ordinata eorum officia, quàm delectabiles eorum chori, & ordines ex angelicis ſpiri-
tibus electiſque hominibus cõſtantes, ex quibus vna eſt triũphans eccleſia in omni ſanctitate & æqui-
tate perfecta, in nulla poteſt eſſe culpa, nullus error aut inuidia. Quemadmodũ enim te deum ſuum
ſuper ſe concorditer, ac æſtuantiſsime diligunt, ita ſeinuicem in te inauertibiliter, perardenter ac in-
time amant. Ideoque ex intuitu mutuo cordialiſsime gaudent, atque de gloria eis cõceſſa ſibiinuicem
ineffabiliter indeſinẽtérque congaudent. Superiores quoque plus diligunt inferiores quàm vice ver-
ſa, & quicquid alicui præordinaſti & contuliſti, hoc omnes idem fauẽt cordialiſsime & ſinguli. Sum- Apoc. 19
ma ibi humilitas, ſumma tranquillitas, ſumma iucunditas, vbi te regem regũ, deum deorum, creato- Pſal. 49
rem vniuerſorum, trinum & vnum omnibus præſidentem, dulciſsime dominantem, teipſum nude à
facie ad faciem oſtendentem, in omnium cordibus inceſſabile, ſuauiſsimum & familiare colloquium
habentem, tui fruitionis dulcedine vniuerſorum affectus ſumme, ac ſuperplene adimplentem atque
lætificantem, immenſas diuitias tuas ſingulis quantum capere poſſunt liberaliſsime communicãtem,
omnibus te æternaliter gratioſiſsimum, affectuoſiſsimum, amabiliſsimum, ac ſuperiucũdiſsimum ex-
D hibentem omnium affectum in te cum inexcogitabili charitatis ardore trahentem, contemplantur, ita
vt tu ſolus ſis eis omnia in omnibus. O quis dicere vel cogitare ſufficiat qualis ſit in conſpectu tuo il-
la beatorum innumerabilis multitudo? quæ ſit eis ſine fine feſtiuitas viſionis tui? quæ lætitia ſine de-
fectu? quis amoris ardor non crucians ſed delectans? quod ſit in eis deſiderium viſionis tui cum
ſanctitate, & ſatietas cum deſiderio? in quibus nec deſiderium pœna generat, nec ſatietas faſtidium
parit. Quomodo denique inhærendo ſummæ beatitudini tuæ ſint beati, quodmodo etiam coniun-
cti, tibi vero lumini facti lux, quomodo quoque ſemper aſpicientes incõmutabilem trinitatem, in cu-
ius viſione relucet exemplar omnis pulchritudinis, omnis bonitatis, omnis ſuauitatis, quam videndo
omnia ſcienda ſciuntur, omnia volenda, ſeu deſideranda habentur: in qua etiam ſola beatificantur,
mutati ſint in incommutabilitatem. O beatæ nimium illæ cælorum virtutes, quæ laudare poſſunt te
ſancte & puriſsime cum nimia dulcedine & ineffabili exultatione: inde laudantes vnde gaudent, quia
ſemper in te vident vnde gaudere & laudare valeant, & [INCESSABILI voce] id eſt, aſsidua ſtu-
pendæ contemplationis admiratione [PROCLAMANT.] præ admiratione contemplationis illi-
us infiniti ſuperardentiſsimi, ſuperdulciſsimi, ſuperfeliciſsimi, ſuperiucundiſsimi, ſuperintimique a-
moris, quo diuinarum perſonarum quælibet alteram quamlibet diligat, complectatur, ſtringat, intu-
eatur delectet, fruitiuéque intra ſe habeat propter dilectionis mutuæ rationes in ipſis contentas, infi-

Miranda nitam ſcilicet honitatem, omnimodam ſimilitudinem, infiniti boni cognitionem, propriæ bonitatis E
angelorũ infinitæ mutuam cõmunicationem, heneficentiam, conformitatem, & vnius ad aliam propinquitatẽ.
cõtempla Contemplantur enim diuinarum quãlibet perſonarum bonitatem eſſe puriſsimam, ſuperperfectiſsi-
tio. mam & immenſam, amabilitatiſque immenſæ, eiuſdem denique & paris ſanctitatis, pulchritudinis, ſa-
pientiæ, pietatis, potentiæ, inuariabilitatis, beatitudinis, gloriæ, maieſtatis & omnifariæ perfectio-
nis. Intuentur præterea quo pacto vnaquæque aliam ſuperclariſsime intueatur & comprehendat, ple
namque communionem illam ſuperiucundiſsimámque diffuſiooem, imò infiniti boni, totius videli-
cet deitatis, ſempiternam communicationem dooationémque videotes vnam immediate de alterius
ſubſtantia procedere, atque omnes tres idem eſſentialiter idem eſſe, vnam ſcilicet ſimpliciſsimam dei-
Eſaiæ 6. tatem & indiuiſſam vnitatem, ideoque non immerito proclamant. ¶(5) SANSTVS.] id eſt, mun-
dus, ſeu à terrenis eleuatus, deus pater æternus. Contemplantes enim eum lumen eſſe ſuperſplendi-
diſsimnm, ſuperpuriſsimum, infinitum, incompreheoſibile, ſuperpulcherrimnm, ſupereſſeotiale, ſu-
pergloriosiſsimum, pulchritudinem infinitam, incircunſcriptam ſanctitatem, æternam dulcedinem,
ſuperquietiſsimam pacem, ſuperſubſtantialem eſſentiam, omniúmque bonorum pulchtorum, ac de-
ſiderahilium ſuperdiuitem, ſuperperfectam & ſuperplenã poſſeſsionem, filium ſuum ſibi omnino con
formem, conſubſtantialem, coæqualem & cnæternum, de diuino corde ſuo immediate progenitum,
eaſdémſque prædictas proprietates, ſeu nobilitates dignitatéſque in ſe habentem (pater nanque ſe to- F
tum communicauit filio, quippe in quem per diuinam generationem diffudit totius diuinitatis ple-
nitudinem) infinito amore amplectentẽ, viciſsimque amari à filio, non poſſunt non clamare ſanctus.
Ibidem. ¶(6) SANCTVS] ſuperbenedictus dei filius patri conſubſtantialis, coæqualis, & coæternus. Con-
Sap.7. templantes denique filium dei eſſe ſplendorem paternæ gloriæ, candorémque lucis æternæ, & figu-
Heb.1. ram ſubſtantiæ eius, (qua pater æternns innoteſcit) cum infiniti feruoris amore, cúmque ſuperde-
litioſiſsima intuitione, cum immenſa lætiria atque penitus illimitata complacentia, ob predictas &
conſimiles proprietates diuinas in patre, ex patre in ſe cognitas, in patre gaudentem & gloriantem,
ex ſuauitatis plenitudine vicaria voce eructant ſanctus. ¶(7) SANCTVS] ſuperbenedictus ſpiri-
tus ſanctus deo patri & filio coæqualis, conſubſtantialis & coæternus. Cootemplantes quoque ſpiri-
tum ſanctum eſſe iubar quoddam patris & filii, eiuſdem cum ipſis gloriæ & maieſtatis, non plus aut
minus patre ſeu filio habentem, ſed cum tanto feruore, cum tam claro iutuitu, cum tanta complacen-
tia atque lætitia amantem vtrunque, & in vtroque gaudentem, delectantem gloriantemque, ſicut pa-
trem in filio, ac filium in patre, & vtrunque in ipſo, aſsidua ammiratione, quæ eorum eſt proclama-
tio non ceſſant ſocia exultatione concelebrare ſanctiſsimam trinitatem. Huius enim diuinæ fruitionis
& viſionis conſolatione, ſtant continne rapti & intelligentia eleuati, amoreque quodammodo ebrii,
vt mille anni non videantur eis, propter maximã & ineffahilem ſuauitatem dies vous, (nam ſola in-
ſpectio diuinitatis efficit, vt beatius eſſe nihil poſsit, imò quicquid haberi poterit ea non habita, miſe-
rum faciat, non beatum) contemplantes deum ab omni immunditia eſſe liberrimnm, imò ipſum eſſe G
1.Iohã.1. munditiam ipſam ſuperfectiſsimam & penitus immaculatam, Euangeliſta teſtante. Quia tenebræ in
eo non ſunt vllæ, quippe qui eſt ſanctus ſanctorũ & ſanctitas ipſa, omnis creatæ ſanctitatis fons, prin
cipium, finis & menſura. Saoctitas enim cum in actu intellectus & voluntatis conſiſtat, ſicut diuinæ
ſapientiæ non eſt numerus, neque diuini amoris vllns terminus, ita diuinæ ſaoctitatis nullus eſt finis,
ſed eſt ſuperincomprehenſibilis, ſuperſplendidiſsima, infinitáque ſanctitas, cum diuina eſſeotia ſit lux
Eſaię 64 immenſa, puriſsima, intellectualis, & omnis creatæ munditię fontana origo. Adeo oanque ſanctus eſt
dominus deus noſter, vt omnes creatę iuſtitiæ comparatione ſanctitatis dininæ appareant quaſi pan-
Eſaiæ 6. nus menſtruatæ. Merito proinde angeli humiliantes ſe diuinæ maieſtati, voce proclamant inceſſabili
Pſal.47. dicentes, Sanctus, ſanctus, ſanctus. ¶(8) DOMINVS deus ſabaoth] id eſt, deus virtutum cæleſti-
Dan.3. um, dominator omnipotens, princeps exercituum ſupernorum, magnus & laudabilis nimis, imò ſu-
perlaudahilis, ſupergloriosus, ſuperexaltatus in ſecula: qui ſolus abſolute perfectus es, quem nullus po
teſt comprehendere intellectus, nullus affectns ſatis diligere, ſeu optare, nulla creatura condigne ſuf-
ficit honorare: quippe qui ſubſtantialiter incircumſcriptibilitérque pulchet es, ſuper pulcherrimus, &
Quã pul- ad intuendom incomparabiliter delectahilis & amœnus. Quicquid enim abſolute loquendo dignius
chet ſit de eſt & melius ineſſe quàm deeſſe, idipſum ineſt & competit ribi: imò tuipſe cum infinita prorſus per-
us, in quẽ fectione hoc ipſum es, idcoque in teipſo ſuperfelix & ſuperdelitioſus es, immenſaque iucunditate ſu-
deſiderãt perplenus. A pulchritudine tua deficit in immenſum omnis pulchritudo creata, tuaque pulchritudo
angeli ꝓ- immenſa, eſt tua incircumſcripta eſſentia, omnium bonnrum poſſeſsionẽ in æternum ſimpliciſsime H
ſpicere. poſsidens, ſine cuius omnipotenti virtute beneficáque manutenentia, nihil eſſe vel bene eſſe poteſt.
Iohan.1. Imò cum veritas prima ſis & ſapiẽtia increata, à quo omnis veritas & illuminatio eſt atque cognitio,
conſtat te omni interiori viſui, cui quod pulchrum eſt placet, intellectualium creaturarũ bene diſpoſi
tarum, vti angelorũ & beatorum, ſumme, optime incõparahiliterque placere, tanquã ſumme ei con-
ueniens: imo cũ honitas tua nulli creatæ menti intantũ placeat, ſen vt digna eſt placere poſsit, neque
tam certe perfecteq; ionoteſcat ſicut cognoſcibilis eſt, ſed ſolo diuino intellectui tuo perfecte plene-
que cõplaceat & innoteſcat, palam eſt diuinã eſſentiam tuã per cõparationem ad diuinũ intellectum
tuũ, eſſe infinitæ pulchritudinis immenſiq; decoris. Angeli proinde cõtemplãtes deũ vt bonũ ſuper-
pulcherrimũ ſicutq; polchritndinẽ ſupereſſentialẽ ac vere prorſúſq; immenſam, ſemetipſum compre
hendentẽ, & ex hoc infinita cõplacentia ſibiipſi complacẽtem, in ſemetipſoqoe beatitudinẽ ſempiter-
Eſaiæ 6. nam, independentem, perfectam & propriam poſsidentem, talemque eum apprehendentes, Sanctus,

A ſanctus, ſanctus dominus deus ſabaoth clamare non ceſſant. ℂ(9) PLENI SVNT cæli & terra ma 1.Iohan.5
ieſtatis gloriæ tuæ.] Lux nanque es domine deus meus incircumſcripta, quæ illuminat oculos angelo Iohan.1.
rum, & lumen ſuperſplendidiſsimum ſuperperfectiſsimúmque, quod illuminat omnem hominem ve
nientem in hunc mundum. Diuinum eſſe tuum ſubſtantialiter, lumen eſt immenſum, actus puriſsimus
ſimpliciſsimúſque, vnitas ſimpliciſsima, & puritas omnimode impermixta, lumē eſſentialiter purum,
& pure immenſum, ſeu potius lux immenſæ puritatis, & puritas lucis interminæ, pulchritudo ſubſtan
tialiter pulchra & ſpecioſitas infinita, ad intuendum iucundiſsima, ad perfruendum ſuauiſsima, deli- Rom.1.
tioſiſsima ad poſsidendum. Quicquid excellentiæ reperitur in creaturis, tibi omniū creatori cum in-
comparabili eminentia immenſaque exaltatione conuenit, qui etiam (vt inuiſibilia tua per ea quæ fa-
cta ſunt conſpicerentur) infinitam pulchritudinem tuam in mundo hoc perituro contentiſque in eo Gen.1.
aliquo modo declaraſti. O ſi ſingula bona ſunt, pulchra & delectabilia quæ creaſti, quàm pulcher eſſe
potes & ſuperpulcherrimus, ſuperdelitioſiſsimus, & ſuperdelectabiliſsimus omniū creator, omnium
bonorum iucunditatem in te continens, non qualem in rebus creatis experti ſumus, ſed tanto differē-
tem, quanto creator differs à creatura. Habent enim & hæc infima delectationes ſuas, ſuóſque amo-
res. Veruntamen non tali modo delectant, ſicut tu amabiliſsime Ieſu deus noſter, qui merito præ om
nibus tanto deſiderari, diligi & laudari debes, quanto omnibus melior es, præſtātior, ditior atque per-
B fectior. Cum enim bonitas ſis ſupereſſentialis, puriſsima atque immenſa, incomparabiliter plane ſu-
per omnia appetendus es, ardentiſsimo affectu concupiſcendus, ardore feruentiſsimo amplexandus,
amore affectuoſiſsimo conſtringendus, diligentiſsimo cultu tenendus & venerandus. Quicquid enim
ſparſim, diminute, & finito modo in creaturis amabile inuenimus, hoc in te deo noſtro ſuperperfectiſ Apoc.1.
ſimo collectim, ſuperperfecte, & cum infinita plenitudine ſcimus contineri, quippe qui es increata ſa- Apoc.22.
pientia, æterna & perfecta, in qua omnia idealiter reſplendent, inuariabilitérque manēt. Tua etenim Iohan.1.
maieſtas nec incipit nec deſinit in ſeculum. omnium principium es & finis, quia per te omnia facta Eſter.13.
ſunt, & ſine te factum eſt nihil, ante primordia ſeculi antéque omnes ſeculorum origenes exiſtens.
Apud te omnium ſtabilium ſtant cauſæ, omniúmque mutabilium immutabiles apud te manent orige
nes, rationabilium quoque & irrationabilium, ſed & tēporalium omnium in te ſempiterne viuunt ra-
tiones, ex ſplendidiſsimo quoque fonte ſapientiæ tuæ omnis creata ſapientia, ſcientia & notitia origi-
nem ſumpſit. Si diuitias quærimus, omniū bonorum ſuperperfecta es poſſeſsio, omniū pulchrorum
& deſiderabilium incōprehenſibilis plenitudo, qui ſe vilſpendentes honoras, ſe humiliantes exaltas,
obedientes principes facis reges & ſacerdotes, neſciri amantes famoſos conſtituis, lugentes ipſe læti-
ficas & conſolaris, &c. Sed quis comprehendet, quomodo omnia iſta in ſimpliciſsimo diuino eſſe tuo
comprehendantur, niſi qui hoc te præſtante vtcunque mereretur experiri? experietur autē quando ad Pſal. 49.
C hoc peruenerit, vt de nulla creatura ſuam conſolationē quærat, diuinæ voluntati tuæ per omnia, om- Pſal.33.
ni ſemota exceptione, ſubiiciens ſe, omnémque cogitatū & ſolicitudinem ſuā fiducialiter in te iactās: Matt. 19.
tunc nimirū incipies ei perfecte ſapere, guſtabitque quàm ſuauis ſis in te domine. ℂ(10) TE GLO- Pſal.144.
RIOSVS apoſtolorū chorus] qui relictis omnibus te ſecuti ſunt, ideo guſtantes dulcedinē tuam, ma-
gnalia opera tua potentiámque tuā libera voce pronuntiauerunt, magnificentiam gloriæ ſanctitatis
tuæ locuti ſunt, mirabiliáque tua poſteris narrauerunt, virtutem terribilium tuorū dixerunt, magnitu Pſal.102
dinémque tuā non ſubticuerunt, memoriā abundantiæ ſuauitatis tuę dulciter eructauerunt teſtifican- Pſal.144
tes nobis, quia miſerator & miſericors dominus es, patiens & multùm miſericors, ſuauis vniuerſis, &
miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua. Nunc vero tibi deo æterno fonti felicitatis & gloriæ ſuper-
ditiſsimo, inauertibiliter, auidiſsime, ardentiſsime delitioſiſsiméque infixi, intenti & immerſi, clara ir-
reuerberatáque facie, incircunſcriptibili luci tuæ vacantes & inhærentes, voluptuoſiſsime, libentiſsi-
me, infatigabilitérque fontalem pulchritudinē tuam inſpicientes, diuinæque bonitatis tuæ dulcedinē
delitioſiſsimam, exuberantiſsimā, ſummam & infinitā deguſtantes, laudare non ceſſant bonitatis tuæ
exuberantiam, dilectionem, clementiā, poteſtatē, ſapientiam tuam, recognoſcentes ſe gratis prædeſti-
nationis tuæ cooperatores prouidentiæque executores effectos, gratias tibi iugiter agentes, quòd per
eos totū mundum ad te conuertiſti, totque homines ad tui amorē & cognitionem reduxiſti & ſalua- Pſal.8.
D ſti. O quàm amœniſsime in ſuperbeatiſsimæ Trinitatis tuæ viſione, fruitione & amplexu modo læ- Hebr.2.
tantur. O quàm ſingulariter tuā diligunt aſſumptam humanitatē. quam in medio ſui eſurientē, ſitien-
tem, fatigatam, ſimiliáque carnis infirma tolerantē viderant, eandem nūnc contēplantes gloria & ho-
nore coronatam, omniáque ſub pedibus habere ſubiecta, ſupergloriofiſsiméque nunc fulgere in ſuo
diuino lumine, cuius & ipſi modo gratia eius & merito participes ſunt effecti. ℂ(11) TE PROPHE-
TARVM laudabilis numerus.] ſapientiā, potentiam, bonitatē, liberalitatē, dilectionē atque clemen-
tiā tuam in ſeipſis exaltantes propter multiformes gratias ipſis præſtitas, omnia videlicet ſanctæ ec-
cleſiæ ſacramēta eis manifeſtando. O quantū gaudent in te contēplantes vniuerſa tam glorioſe miri-
ficéque impleta, & quotidie adhuc impleri, ſeſeq; fideles in cunctis ſermonibus ſuis inueniri, quos per
ſpiritū ſanctum tuū habiti ſunt digni præcognoſcere & nobis prænunciare. ℂ(12) TE martyrū can-
didatus laudat exercitus] quibus (cū homines eſſent fragiles ex ſe, & in nihil potentes, lutea vaſa por-
tantes) tantā ſupernaturaliter dediſti virtutē, vt ea quæ totum ordinem, rerū curſum & legē tranſcen
dunt, diuina virtute tua, ac honeſtate efficerent, mortuos ſuſcitando, à natiuitate cæcos illuminando,
claudos curando, ſuper aquarū vndas meando, ſimiliáque multa, vt ſanctorū geſta teſtificantur, eis fe
ciſti poſsibilia. In atrociſsimis præterea pœnis inuictiſsimā præſtitiſti eis conſtantiam, vt ob amorem
tui hominum minas, contemptus, ludibria, riſus, verbera, carceres, pectines, ad teneriora membra

accenſas faculas, decerpentes vngulas,flagra,ferreas (quibus ſuper ardentes prunas verſabātur aſſa- E
ti) crates, frixorias ſartagines, aſperas pice & plumbo accenſas fornaces, ſcorpionum ſagittas, rotas,
nouaculas,eculeos,contemptibiles cruces,leonum truculentiſsima ora, omniáque tormentorum ge-
nera contemnerent & ſuſtinerent,in ſuiſq; pœnis gratias tibi referre ſatagerent,in tormētis ſuis gau-
dentes,tyranniſque inſultantes,& ad alia inferenda tormenta inuitantes,verba & lætitiæ geſtus præ-
tendebant,torti ſtabant torquentibus ſortiores,laniantéſque vngulas ipſorum laniata vincebant mē-
bra. Pro quibus quidem & ſimilibus beneficiis te laudare modo non ceſſant,ineffabili nunc gaudio in
te ſui certaminis præmio gloriantes,teque ſummum & infinitum bonum plene & perpetuo poſsidē-
tes. ¶(13) TE PER ORBEM TERRARVM SANCTA confitetur eccleſia.] quam ſecrata
diſpenſatione conſilii (primam pietatis tuæ diſpoſitionem ſacramēto occultiori complens) glorifica-
re atque exaltare diſpoſuiſti ab æterno in vnigenito filio tuo, ipſumq; in illa,quippe qui eam ſecundū
plenitudinem temporis(quam diuini conſilii tui inſcrutabilis altitudo diſpoſuerat)tibi authori ſuo re-
conciliandam in vnitate perſonæ aſſumeret,verbū permanens apud te, & in te,ita vt homo ille naſci
Iohan.1. turus ſuo tempore de puriſsima virgine verus deus & dei filius honoraretur exaltaretúrque intātum,
vt non modo naturam humanam ſibiipſi perſonaliter,verum etiam totam Chriſtianā eccleſiam tan-
quam capiti glorioſiſsime vniret,velutique ſpecioſiſsimam ſponſam ſibi copularet. Nullum maius do
num prę́ſtare deus poſſet homini,quàm vt verbum ſuum per quod cōdidit omnia,faceret illis caput, F
& illos ei tanquam membra coaptaret,vt eſſet filius dei,& filius hominis, & vnus deus cum patre v-
nus homo cum hominibus. Hic ergo ab hora conceptionis ſuæ ſecundum animam in verbo deifica-
1.Timo.1 tam,diuinis abſque interuallo inhærens amplexibus exultabat vehementer, quòd dei & hominum fie
Col.1. ret mediator,caput electorum, ſponſus eccleſiæ, mortuorum primogenitus,princeps pacis,pater fu-
Apoc.1. turi ſeculi,rex regum,dominus dominantium,hominum redemptor, reparator angelum, atque deus
Eſaiæ 9. & homo, verus Emanuel, vnus Chriſtus, quem deſponſanda eccleſia perpetuo amaret, in quo iam
Apoc.19. deſpōſata cum humili gratiarum actione vt in ſuo factore exultaret, ad cuius imaginem tam pulchra
Eſaiæ 8. effecta eſt in eo,vt in ſuo benigniſsimo patre gauderet,ex cuius ſpiritu & ſanguine nata eſt, exultaret
Luc.1. in eo, vt in ſui amantiſsimo redemptore, qui eam de perpetuis tormentis, & de rugientis crudeliſsi-
Gene.5. mi tortoris poteſtate ſuo precioſiſsimo ſanguine eripuiſſet & ſaluaſſet, lætaretur denique in eo vt in
Eccle.17. nobiliſsimo, glorioſiſsimo, ac fideliſsimo ſponſo & amatore ſuo, qui in eius ſalutem tam dura ſuſti-
Sapiē.2. nuit,tam magnifica peregit,tam ignominioſam mortem ſubiuit: homo factus eſt ex ipſa, ab ipſa,pro-
Colo.3. ipſa & propter ipſam. Et breuiter (vt maiorem honoris, amoris, ſalutis, perpetuique gaudii in ipſo,
& per ipſum haberet cauſam) qui eſſet ei omnia in omnibus: in quo ſolo omnes cauſas amoris, lau-
dis,gratiarum actionis quęreret & inueniret,tanquam in eo per quem ab omni malo liberata,omniq;
Matth.16 bono eſſet ditata. Nam ex quo vnigenitus tuus humanam aſſumpſit naturam, & ea diuinæ quæ natu-
ræ tuæ propria ſunt,hominibus copioſiſsime communicaſti,dando ſacerdotibus poteſtatem remittē-
di peccata,conſecrandi corpus & ſanguinem eiuſdem vnigeniti tui,agnoſcendi arcana cordium alio- G
rum, prouidendi, ac pronunciandi futura mere contingentia. Super aereas quoque poteſtates maxi-
mam fidelibus tuis adiurandi,eiiciendi,compeſcendi ſuperandique eos tribuiſti virtutem,non imme-
rito proinde ſupermagnalia,ſupernaturalia atque diuina hæc beneficia(vt ſcilicet homo homini pec-
cata dimittat,vt corpus & ſanguinem ſaluatoris ſui dei,ac domini ſui conſecret,& ex hoc omnium la
1.Cor.5. borū & meritorū Chriſti particeps fiat,ac ſi in perſona propria operatus ſeu paſſus ea fuiſſet,deúm-
què verum vere præſentem habeat,ante cuius tribunal ipſe mox veniet, imò ad cuius iudiciū vniuerſi
in die extremi iudicii venturi ſunt, quem omnis cælorum militia cum ingenti reuerentia laudat, colit
& adorat attonita)te per orbē terrarum ſancta cōfitetur eccleſia. ¶(14) PATREM IMMENSAE
maieſtatis] congratulando immenſæ maieſtati tuæ, & gloriando de tua incomprehenſibili beatitudi-
ne, à quo omnis eſſentia, omne eſſe, & quicquid in rebus inuenitur entitatis proceſsit, nec aliud eſt
niſi quædam participatio diuinæ bonitatis tuæ,ab eaque dependet & conſeruatur, pleniſsimā ſuper-
ditiſsimámque vitam poſsidens in teipſo. Tu quippe primum viuens es, omniſque vitæ principium,
quia purus actus, ſimpliciſsima vnitas & maxime ſimplex, ita (quod etiam alias dictum eſt) vt omne
quod in te eſt, ſis ipſe deus eſſentialiter totúſque viuus, ſubſtantialiter ipſa vita tua exiſtens, ita quod
nihil eſt in te, quod non ſit omnimode viuens, & integra infinita ac ſimpliciſsima vita, immenſæque
vitæ totalitas. Qui quia immutabilis es & penitus ſimplex,à naturali dignitate propriáque perfectio
ne nuſquam degenerans,tibi ſoli vera & infinita cōpetit nobilitas. Cumq; ſis ipſa tua immenſa perfe-
ctio;vita tua, immenſæ omniformitérque perfectæ nobilitatis eſt, imò infinita & quomodolibet per- H
fecta nobilitas. Et cum puriſsime ſimplex ſis & ſimpliciſsime purus, liquet vitam tuam tibi ſumme
conuenientem eſſe. Cúmque ſis tua ipſius eſſentia, & teipſo & ſubſtantialiter quicquid es, conſtat
omne quod in te eſt, tibi eſſe connaturale. Sed & propter pleniſsimam diuinæ naturæ tuæ perfe-
ctionem, quicquid in te eſt, cum infinita plenitudine tibi ineſt: quo circa vita tua non ſolum delecta-
Iaco.1. bilis eſt, ſed vere delectabiliſsima, imò delectatio intenſiue & penitus infinita. Quapropter te ſolum
vere credimus æternum, ſimplicitérque perfectum, ſupereſſentialem æternitatem, ſuperſubſtantia-
Gene.2. lémque perfectionem, in qua nulla eſt tranſmutatio,nec vlla viciſsitudinis obumbratio. Qui ex gra-
tuita & infinita bonitate tua nobis non modo inferiora omnia, volucres cæli, piſces maris, beſtias
terræ, elementa & mixta in vſum noſtrum creaſti, nobiſque ſubdidiſti, verumetiam orbes cæleſtes
ſigna cæli, ſolem, lunam ac ſydera in miniſterium cunctis gentibus condidiſti. Sed parua ſunt hæc:
Pſal.90 nam & angelis tuis mandaſti de nobis, vt cuſtodiant nos in omnibus viis noſtris. Et vnicuique ho-

A minum proprium delegasti angelum, ecclesiasticam per angelicam gubernas hierarchiam, infimos quandoque ordines angelicos propter nos ad exteriora mittens obsequia: per quosdam eorum dæmones (ne quantum volunt ac valent nobis noceant) coercendo, per quosdam miracula faciendo, per quosdam bonum commune procurando, per quosdam vero maiora denunciando. O æternæ deus, pater immensæ maiestatis, quàm magna sunt hæc super nos beneficia tua: quanta est dilectio tua erga nos tantillos vermiculos? quanta est circa nos indignatio tua, quòd mentes illas supernas, intellectus deiformes, virtutes cælestes, animos supermundanos, empyrei cæli sacratissimos ciues immortales simplicésque essentias ad nos pusillos atque pauperrimos ita transmittis. O quantum nos honorasti, quantum te diligere, venerari, laudare, quàm incessabiliter tibi gratias referre tenemur.

(15) VENERANDVM] quoque sancta confitetur ecclesia [TVVM verum & vnicum filium] qui est æterna sapientia tua, inaccessibilis sapientiæ altitudo, abyssalis profunditas, incomprehensibilis latitudo, æternáque longitudo, quoniamquidem sapiẽtiæ eius nec numerus, nec vllus est finis. In- Psal.146
finita est ô vnigenite dei scientiæ tuæ multitudo quam nullus penetrat intellectus, à qua omnium fluxit ordo rerum omnium specierum coordinatio, totiúsque mundi speciosa & ordinata dispositio. Gy- Eccle.12.
rum cæli circuis, ludis in orbe terrarum attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia Sapien. 8
suauiter. Qui quamuis in mentibus beatorum tanquam in thronis pulcherrimis commoreris, tamen Prou.8.
B esse cum filiis hominum tuas delitias esse protestaris. Tu lux vere immensa, puritas incontaminabilis, nulli permixta, sanctitas in se subsistens, inuariabiliter separata. Te mentem illuminante serena- Iohan.1.
tur, splendet & contemplatur: tua illuminatione subtracta obtenebratur peccat & labitur. In mundi 1.Iohã.1.
gubernatione, ordinatione tamque diuersorum entium connexione gloriose resplendes. In vniformi cælorum motu vniuersorúmque gubernans inclyte repræsentaris, sole, imò vniuersis singulisque creatis simul acceptis, in infinitum speciosior, incomparabiliter delectabilior, pulchrior atque splendidior esse cognosceris. Nam te sol & luna vniuersáque mirantur astra, id est, mirari nos faciunt, quia te opificem suum multo se pulchriorem demonstrant. O si delectabile est contemplari syderum ordinem, stellarum claritatem, planetarum decorem, solis splẽdorem, lunæ candorem, cælorum ornatum, colligantiam elementorum, species rerum, singulorum harmoniam, corporum formationem, formarum perfectionem, quàm tunc delectabile est tuam considerare pulchritudinem & maiestatem horum omnium causam. (16) SANCTVM quoque confitetur paracletum spiritum] summam bonitatem, immensam pietatem, mellifluum amorem, omnis boni largissimũ fontem iugiter manantem, septemplicis gratiæ preciosum lumen, omnium etiam profundissimorum dei scrutatorem, mellifluum cælestis paradisi riuulũ, patris & filii infinitæ dulcedinis spiraculum, suaueque charitatis vinculum, qui vbi vult spirat: nec tamen vnde veniat cognoscitur, aut quo vadat: qui denique singulis Iohan. 3.
C prout vult diuidens, omnia in omnibus operatur. Ipse super Christũ baptizatum in colũbina specie 1.Cor. 12
apparuit, & apostolos in die pentecostes omniũ linguarum eloquio peritos reddidit, omnémque ve- Matth. 3.
ritatem docuit: eosdémque prius quidem literarũ inexpertos & ineruditos, repentino afflatu suo to- Actu.2.
tius mundi doctores effecit, tubásque altisonas, legem euangelicã per totum mundum personantes. Iohan.16
Denique clarissimũ iubar est à te deo patre, increato lumine & splendore gratiæ tuæ, à filio videlicet tuo procedens: vtrique cõsubstantialis, coæqualis & coæternus amor & nexus vtriusque, quippe qui cum vtroque & in vtroque adoratur & conglorificatur: ab vtroque totã & vniuersam perfectã absolutámque deitatem, bonitatem, sapientiã, æternitatem cæteráq; essentialia cõmunicans. (17) TV rex gloriæ Christe] splẽdor, patris candor lucis æternæ: lumen de lumine, lumen verum, lumen san- Sap.7.
ctũ, lumen delectabile, lumen admirabile & supermirabile, quod illuminat oculos angelorum: quod Hebr.5.
nõ nisi à purgatissimis videri cordibus potest. Beati mundo corde, quoniã ipsi illud videbunt. O lux Eccles.12
quam non vidit alia lux: lumen quod non vidit aliud lumen: lux quæ obtenebras lucem, cuius compa Matth. 5.
rationem omne lumen tenebræ sunt, cui omnes tenebræ lumen: cui )propter diuinæ essentiæ tuæ claritate ( omnis obscuritas lux est: ipsa quippe diuina essentia tua substantialiter lux est infinita, & claritas superplenissima. O lux beatissima, obscura visibilia faciens, tenebrosa illustrans, & opaca clarificans. O lux summa & plena, lux æterna atque immensa, lux supersplendissima & superpulcherri-
D ma, lux quæ in teipsa infinita claritate resplendes: lux pura, in qua nullæ sunt tenebræ, nulli defectus nullúsque terminus lucis: lux superdelectabilissima, supergaudiosissima & superbeata, quæ omnẽ lu- 1.Iohã. 1.
cem creatam, sensibilem ac intelligibilem incomparabili puritate transcendis, infinita claritate excedis, & superessentiali ac superignoto splẽdore exuperas. O lux amabilissima, desiderabilissima & delitiosissima, quanta synceritate in teipsa refulges, quanta claritate omnia æternaliter inuariabiliterq; conspicis, quàm vere & intensiue infinita delectatione perfrueris, quàm iucundissimam vitam ducis, quàm stabili securitate libertate ac nobilitate ornaris, quàm cõsumata perfectione ô rex gloriæ Christe subsistis. A te, in te, & per te omnia sunt, omnia subsistunt virtute tua (omnia enim per te facta sunt, & sine te factum est nihil) Cælum imples & terram maiestate gloriæ tuæ: nec tamen sentiri po- Iohan. 1.
tes aut videri: omnia ipse sentiens, videns & sciens: quippe qui per essentiam, præsentiam potẽtiám- Esaiç.6.
que tuam, semper & vbique ades. Nihil eorum quæ facta sunt, fiunt, aut fieri possunt ignorãs: omnia Iob.42
enim ea te sunt, in te viuunt & esse habent: ideoq; & ipse habes in te omne esse: quod in te est omnino incommutabile, nec preteritum recipiens nec futurum, sed præsens solum: quo fit vt diuinus intellectus tuus non discurrat ab vno in aliud, sed omnia ab æterno tibi præsentia sunt, nec cadere potest in te vlla obliuio. Et quia esse tuum penitus est infinitum, ipsumque continue intelligis, ideo semper infinitum intelligis: cumque in tuo esse sit totus mũdus & quicquid adhuc esse potest, ideo ipsum in-

S v

telligens ſimul totum intelligis mundum,& quicquid in eo eſt ſeu eſſe poteſt, infinitóſque exiſtentiæ B
gradus:omnes ſpecies,naturas omnes,omnia indiuidua,& quicquid eſt,fuit,vel futurum eſt. Vno igi
Pſal. 146 tur intelligentiæ obtutu terribilis diuinæ maieſtatis tuæ oculus videt,numeratque totam arenam ma
ris,pluuiarum guttas,omnes terræ partes,cæli ſtellas, virtutes & curſus eorum:omnes dies ſeculi,ho
ras & dierum momenta:omnes denique hominum, angelorum & dæmonum cogitatus, intentiones
Hebr 4. occultiſsimas,ſingulorum opera,verba & minima quæque deſideria. O quanta nobis eſt indicta pro-
Iohan. 1. bitatis neceſsitas (ſi diſsimulare noluerimus) cum cunctis agimus ſub oculis tuis cuncta contemplan
Eſaiæ. 11. tibus. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis tuis,& quicquid abditiſsimum eſt, clariſsime compre-
Eſaiæ. 7 hendis. ❡ (18) T v patris ſempiternus es filius] id eſt,verbum dei patris deo patri coæqualis, con-
Mira con ſubſtantialis & coæternus,& ipſe puer paruulus ex ſemine Iſrael vnus Emmanuel, nobiſcum deus.
tēplatio. O quæ eſt illa noſtri generatio ſaluatoris,qua gignenti patri coæternus eſt,quia in principio erat ver
Iohan. 1. bum & verbum erat apud deum,& deus erat verbum . O quod eſt hoc verbum quod dicturus antea
non ſilebat:quo dicto,non ſiluit qui dicebat:quod eſt verbum ſine tempore,per quod facta ſunt tem
pora,verbum quod labia nullius aperuit cœptum,clauſit vel finitum, verbum quod initium non ha-
bet ex ore loquentium,& aperuit ora mutorum:verbum quod linguis gentium diſertis non fit, & lin
guas infantium diſertas facit. Quęnam eſt illa generatio,cui pater moriendo nō cedit, quia non eum
Pſal. 23. viuendo præcedit? Leuemus chariſsimi ad eum quantum ipſo iuuante poſſumus, animam noſtram, F
ſi quo modo capere valeamus,& natum non præuenientem qui gignit, & gignentem non ſubſequen
tem qui gignitur patrem & filium:nec pariter patres,nec pariter filios & pariter æternos:non vtrun
que generantem nec vtrunque naſcentem,ſed alterum ſine altero non viuentem:& patrem ſempiter
Eſa. 31. num genuiſſe,& filium ſempiternum natum eſſe cogitemus ſi valemus : ſi non valemus , credamus.
Iohan. 1. Cuius ergo mentis acies illum nondū capit fulgorem? Generationem eius quis enarrabit? Sed & ver
bum caro factum eſt,& habitauit in nobis,ſequitur, ❡ (19) T v ad liberandum ſuſcepturus homi-
nem,non horruiſti virginis vterum] Parum reputans ad opus noſtræ redemptionis conſumandum
Cherubim aut Seraphim mittere,ſeu vnum ex angelis tuis deſtinare : ſed ipſe ad nos per mandatum
patris venire dignatus es,non deſpiciens in hoc mortalitatis noſtræ ergaſtulum , tuam inclinare alti
tudinem vbi noſtram guſtares,& abſorberes miſeriam,noſque reparares ad gloriam. Quocirca & vl
tra omnium infirmitatum ſeu iniuriarum moleſtias,quas diuina dignatione pertuliſti,& hanc ſimili-
ter ſicut tempore primam,ſic etiam humilitate maximam voluiſti perferre : quod videlicet in vtero
concipi virgineo,atque decem menſium tempore in eo tu maieſtas incircumſcripta paſſa es te con-
Iohan. 1. tineri. Vbi enim ſic te exinaniuiſti,aut quando ita penitus à teipſo defeciſſe viſus fuiſti? Tanto tem-
Eſter. 13. pore nihil,tu æterna patris ſapientia (per quam cōdita ſunt vniuerſa & diſpoſita) loqueris:nihil vir-
tus diuina manifeſtum operaris,nullo ſigno viſibili diuina maieſtas tua (quæ clauſa latet) proditur? G
Non ſic dulciſsime Ieſu,non ſic in cruce viſus es infirmus,vbi quod infirmum tuum fuit, ſtatim for-
Mat. 27 tius omnibus hominibus apparuit:quando & moriens glorificas latronem, & expirans inſpiras cen
turionem:quando horarius dolor paſsionis tuæ non ſolum compati facit elementa creaturarum , ſed
etiam contrarias fortitudines ſubigit æternorum paſsioni dolorum . In vtero autem ſic es quaſi non
ſis:ſic omnipotens virtus vacas,quaſi nihil poſsis,& verbum ſempiternū ſub ſilentio te premis. Por-
ro intuentibus nobis amantiſsime Ieſu vnde venias, apparuit inæſtimabilis dignatio tua , & penitus
inexcogitabilis,quod in carceris huius horrorem , tanta celſitudo deſcendere dignata es . Magnum
profecto aliquid in cauſa fuit,vt maieſtas tanta de tam longinquo , de ſinu videlicet dei patris, & de
æternis regalibus ſedibus in locum tam indignum deſcendere dignareris. Plane magnū aliquid, quia
Lucæ. 15. miſericordia magna,quia miſeratio multa,quia charitas copioſa. Ad quærendam quippe ouem cen-
Iohan. 1. teſimam properaſti,non locum mutando (qui in mundo eras, & mundus per te factus eſt) ſed præ-
Barueh. 3 ſentiam tuam per carnem nobis exhibendo. Et quaſi parum eſſet te patrem noſtrum eſſe , etiam fra-
ter eſſe dignatus es,vt & nos (per perditæ originalis iuſtitiæ à te factam reſtitutionem) eſſemus filii
Roma. 8. dei & hæredes cohæredéſque tui. O beata fiducia,ô tutum refugium , iudex noſter factus frater no-
ſter:mundi ſaluator,factus eſt frater noſter:& mater dei,mater eſt noſtra:mater eius in quo ſolo ſpe-
ramus,quem ſolum timemus, mater eſt noſtra:mater inquam eius qui ſolus ſaluat,ſolus damnat,ma-
ter eſt noſtra. O qua certitudine debemus ſperare:qua conſolatione poſſumus timere, cum noſtra ſi- H
ue ſalus ſiue damnatio de tam boni fratris,deque tam piæ matris pendeat arbitrio. Vnde hoc nobis,
qua iuſtitia,quo merito,vt deus maieſtatis pro viliſsimis cineribus fieres vermis contemptibilis? Nō
aliter profecto quàm gratis:quia tuę bonitati infinitæ immenſæque charitati ad nos ſic placuit, feci-
Pſalm. 21 ſti:vt vel inde te diligeremus,quia prior nos præueniens dilexiſti . Nihil enim boni ante feceramus,
1. Iohā. 4 vnde talia dona mereremur. Magis quia non gratis inferretur nobis ſupplicium , ideo gratis præſti-
Titum. 2. tum eſt beneficium. Nihil præceſſerat in meritis noſtris, niſi vnde damnari debueramus . Tu autem
domine non propter iuſtitiam noſtram,ſed propter infinitam miſericordiam,per lauachrum regene
rationis ſaluos nos feciſti. Nam ❡ (20) T v deuicto mortis aculeo] paſſus pro nobis paſsione ge-
neraliſsima:quia in omnibus membris corporis , & animæ viribus etiam ſupremis quo ad animam,
1. Petr. 2 quæ vſque ad mortem fuit contriſtata : paſsione etiam ignominioſiſsima , nam crucis patibulo fui-
Mat. 26 ſti affixus,inter latrones nudus ſuſpenſus,in loco denique inhoneſtiſsimo, &c. Paſsione acerbiſsima
Marc. 14 quoque propter complexionis tuę teneritudinem,pœnarum protractionem,contumeliarúmque ex-
Eſaiæ. 53 aggerationem. Quia etenim voluiſti paſsione & morte tua genus humanum reconciliare deo patri,
Epheſ. 2. tuámque nimiam erga nos charitatem oſtendere,atque in omnibus nos ædificare , ſanare & adiuua-


A re,decuit te talem subire passionem,que patris esset maxime honoratiua, tuæ charitatis præcipuæq;
perfectionis ostensiua,hominibúsque ædificatiua & auxiliatiua. Hoc autem genere passionis & mor
tis excellentissime deũ patrem à nobis exhonoratum iterum honorasti : & tanto plane excellentius,
quanto pro iniuria ei in peccato illata copiosius satisfecisti. Offensus nanque tanto plus honoratur,
quanto offensa plenius castigatur. Vt ergo deũ patrẽ summe venerareris (pro hominũ satisfaciendo
peccatis) amarissimam voluisti subire passionem:cõmendaretúrque eminẽtius eximia illa,quam deo
patri exhibuisti,obedientia,factus eidem obediens vsque tam horribile genus mortis : plenitudinem
quoque erga nos infinitæ charitatis tuæ hoc ipso demonstrasti,efficacissime nos ædificasti, fouisti at-
que sanasti , summæ obedientiæ , inconcussæ constantiæ, inuictæ fortitudinis exempla exhibuisti: &
[APERVISTI credẽtibus regna cælorum] quo enim plura & grauiora passus es , eo plus meruisti
a deo patri (tuũ nobis meritũ cõmunicans) exuberantissimã miserẽdi nostrorũ pauperrimorũ occa
sionẽ præbuisti.Potuisses vtiq; omnipotens deus multo minori labore & dolore nos redemisse(puta
vnica sanguinis guttula seu gemitu vno) si diuina vti potestate voluisses: verũ vt sciremus quantũ de-
liqueramus,quantũ à te diligebamur,quãtiq; nos æstimares, tale genus mortis elegisti (vile profecto
esse nõ potest quod filii dei sanguine cõparatur) sciremus quoq; quid tibi deberemus,qui pro pecca-
toribus,pro perditis,pro ingratis tantis te dignatus es exponere passionibus, tam dirę morti te trade
B te:quatenus ab æternis nos cruciatibus liberares,& ad tui immediatã fruitionem,beatificam visionẽ,
superdesiderabilémque illam tui perfectã perpetuámque possessionẽ,perduceres. O quid in ostẽsio-
nem nimiæ charitatis tuæ erga nos facere debueras & non fecisti ? Tu singularis & infinita maiestas
mori voluisti,vt viueremus:seruire,vt regnaremus:exulare, vt amissam patriã, cælestem scilicet habi
tationẽ recuperaremus:& vsque ad seruilissima quæque inclinari,vt nos super omnia opera tua con-
stitueremus. Attendamus charissimi ad iudicium dilectionis dei, promissionis tales arras accepimus. Erectio
Vnicus pro quibus mortuus est?vtinã pro bonis,vtinã pro iustis.Sed quid? Etenim Christus,ait apo spei.
stolus, pro impiis mortuus est.Qui donauit impiis mortem suã,quid seruat iustis nisi vitã suam ? non Roma. 5.
putemus ergo deũ pro minimo habere hominem,propter quem mori voluit vnicum suum. Quapro
pter se erigat humana fragilitas,non desperet,non se collidat,non se auertat, non dicat , saluus non
ero. Qui promisit,deus est,& venit vt promitteret.Apparuit hominibus,venit suscipere mortem no
stram,promittere vitã suam.Quid tibi promisit deus ô homo mortalis ? quia victurus es inæternum: 1. Tim.3.
credis?crede,plus est iam quod fecit,quàm quod promisit.Quid fecit?mortuus est pro te.Quid pro- Titum. 2
misit?vt viuas cũ illo.Incredibilius est quod mortuus est æternus,quàm vt inęternum viuat mortalis:
iam quod incredibilius est tenemus:si propter hominem mortuus est deus,nonne victurus est homo
cum deo ? Non est mortalis victurus inæternum, propter quem mortuus est qui viuit inæternum ?
C ❡ (21) TV ad dexteram dei sedes] excelsior omnibus angelis factus,qui adeo pro nobis te humilia-
sti hic in terris,quatenus reuocares ad te lapsam naturã nostram quam indueras,vbi pro nobis mo-
rereris , vt nos iterũ indueres vbi tecum viuamus : induisti te morte in virginitate matris,vt nos vita
indueres in æqualitate patris.Lætamini in domino charissimi,quiddam nostrũ iam sursum est: quod Psal.31.
hic accepit Christus vbi crucifixus est,vbi mortuus est pro nobis. Iam quædã primitiæ nostræ præ- 1.Petr. 2.
cesserunt,non dubitemus quin secuturi simus,visuri claritatem illam quam habuit apud patrem an-
tequam mundus fieret.Figamus igitur ibi desiderium nostrum,quo adhuc nequimus inferre conspe-
ctum:vbi scilicet natura nostrę humilitatis vltra cunctarum altitudinem potestatum ad dei patris est Iohã. 17.
prouecta consessum [IN GLORIA patris] vbi superbeatissime, superuoluptuosissime teipsum in-
tuendo,conspicis te omnibus interminabiliter præeminere,omnia incomparabiliter transcendere, à
nullo penitus dependere,nulliúsque indigere.Cætera vero cuncta sic egere tui,vt absque tua conser-
uatione atque imperio nec ad momentũ possint durare.O quantum gaudes in teipso supergloriosis- Psal.13.
sime Iesu,considerans te in omni nobilitate,cum infinita plenitudine perfectissimũ & superfectissi-
mum esse,bonitatẽ immensam,omnipotentẽ virtutem, supersanctissimã mentem , cum deo patre &
spiritu sancto vniuersorum fontale principiũ,pulchritudinis immensæ suauitatis & glorię illimitatæ.
Considerans denique quod tuæ dignitatis,autoritatis,elementiæ,libertatis,opulẽtiæ,securitatis,æter
D nitatis,iustitiæ,præexcellentiæque tuæ nullus sit finis,nulla mensura,nullum obstaculũ,in teipso ni-
mirum voluptuosissimo,& (vt sic loquar) tempestuosissimo ac impetuosissimo gaudio rursus exube
ras:atq; lętitia mentis intensiue & vere immẽsa redundas.Propriã pręterea bonitatẽ (cũ sit immen-
sa) infinita delectatione amas:quàm quanto perfectius frueris pleniúsque eam possides,tanto copio-
sius iucundaris.Ineffabilis itaque,inexcogitabilis incomprehensibilisque est dignissime Iesu beatitu-
do tua,omnẽ sensum inęstimabiliter superans, omnemque mentis creatę capacitatẽ infinite transcen
dens,omni creato intellectui inexperta,solique diuino intellectui tuo nota: comparatione cuius crea
ta omnis felicitas velut tristitia & defectus reputatur. Quocirca constat te solũ substantialiter esse fe
licem, ac proinde secundum te totum esse beatum,nec esse aliquid in te,quod non sit interminabilis,
incircũscriptibilis & incomprehensibilis beatitudo: sed quicquid in te est,id omnimodo esse infinitã
hilaritatem, illimitatam iucunditatem,sempiternam voluptatem,æternaliter plenam,vicissitudinem
non admittentem, mensurã modum ac terminũ nescientem.O quantũ & quàm vehementer in horũ
contemplatione nobis gloriandũ est,tanto vtique vehementius,quanto te diligere præ omnibus ar-
dentius affectuosiusque debemus.Qui inde. ❡ (22) IVDEX crederis] in nubibus cæli [ESSE ven-
turus] vt sicut vltra omnẽ spem,vltra omnem existimationem benignitas tua apparuit, ita similẽ iu- Ti.1 & 2.
dicii tui expectemus districtionẽ,attendentes ex magnitudine indulgẽtiæ magnitudinẽ vltionis tuæ;

Baruch.3 benignitatem, attamen tuá prærogasti, vt per eam reconciliati, securitatẽ tuam videamus securi. Ve- E
1.Thes. nisti nanq; in primo aduentu (cũ inter homines homo visibilis apparuisti) in humilitate propterea
4. iudicium tuũ sublatum est: veniens autem in secundo, sed in virtute: veniens (inquam) cũ angelis &
Esaiæ.6. archangelis, cum potestatibus & virtutibus, & cum omni cælorũ militia, sedebisque super solium ex-
celsum & eleuatum, adeo vt ab vniuersis valeas intueri: iudicabis plane orbem terræ in æquitate, &
Psal.95 populos in veritate tua. Appendes singulorum merita, singulis propria reddens, nullum relinquens
Psal.89 malum impunitũ, nec bonum vllum irremuneratũ. O quanta tunc peccatorum confusio erit, aduer-
Rom.14 tendum nunc esset, cũ ad iudicantis imperiũ aperientur libri conscientiarum, fientque nota omnibus
Psal.79 delicta singulorum. Omnes, inquit apostolus, stabimus ante tribunal Christi, & tunc recipiet vnus-
Esaiæ.6 quisque propria quæ gessit in corpore, siue bonum siue malũ. O quanta tunc erit gloria iustis, quàm
Philip.3. ineffabilis exultatio, quando ipse dominus virtutũ, dominus sabaoth, rex gloriæ descendet ad refor-
manda corpora nostra, & configuranda corpori claritatis suæ: quando, inquam, creator vniuersitatis,
qui pro animabus iustificandis humilis ante venerat & occultus, pro misera carne glorificanda subli
mis veniet & manifestus, non iam (vt dixi) in infirmitate, sed in gloria & maiestate sua. Quonsque
igitur caro misera transitorias & caducas quęris consolationes (imò desolationes) si forte contingat
repelli & indignam iudicari hac gloria: magis autem nihilominus ineffabili inæternũ excruciari pœ-
na? Proinde charissimi consideremus cũ tremore modo quid erit de nobis in die nouissimo, quando F
contra nos de cogitationibus loquetur conscientia, quando de cunctis actionibus nostris malis accu-
sabunt elementa, quando contra nos crux Christi portabitur in testimonium: quando verbera ipsius
contra nos clamabunt, vulnera eius allegabunt, claui loquentur, cicatrices conquerentur: tunc vndi-
que erũt angustiæ. Hinc peccata accusantia, inde terrens iustitia: intus vrẽs conscientia, foris mundus
ardens: intus iustitia iudicantis terrens. Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebũt?
in quam partem se prement? latere erit impossibile, apparere intolerabile. Eia separemus nos modo
1.Petr.4. à mundo, vt tunc possimus manere cũ Christo: fugiamus modo à mundo, vt sequamur deum: decli-
nemus modo prauorum societatem & consortia, vt tunc sequi valeamus beatorum agmina, Amen.
Quæ modo sequuntur, orationes sunt, vt laudantes dominum ipsum inuocemus in adiutorium, sicut
Psal.17. scriptũ est, Laudans inuocabo dominũ, &c. idcirco paucioribus absoluenda. ¶ (23) TE ergo quæ-
sumus famulis tuis] à te ex nihilo creatis, ac proinde semper ex natura propria ad nihilum tendenti-
bus, atque in quolibet instanti (nisi omnipotenti manu tua sustententur) sicut ex nihilo prodierunt,
iterum ad nihilũ decasuris: & quicquam cogitare velle, aut perficere à seipsis tanquã ex seipsis omni-
no insufficientibus [SVBVENI] Nam solus omniũ operationũ, cogitationũ, volitionumque princi
pium & motor es, principaliter operando, specialiter inspirando efficaciter adiuuando, imperialiter G
Esaiæ.26 astringendo, exemplariterque excitando. Omnia enim opera nostra iuxta prophetæ testimoniũ ope-
raris in nobis, concurrente tamen proprii arbitrii nostri consensu. Per nosmetipsos vero nihil possu
mus, nisi peccare, mori, operaque tua destruere, seu nimia indeuotione ea permiscere, vt omnes iusti-
Esa.64 tiæ nostræ sint tanquã pannus menstruatę coram te. Eia ergo benignissime Iesu subueni famulis tuis
licet indignis, aliũ tamen dominum præter te non agnoscentibus [QVOS precioso sanguine redemi
sti] applicando nobis tuæ passionis merita, delendo & lauando culpas nostras in sanguine tuo, qui
est satisfactio pro peccatis, meritũ nostrum & pro omnibus beneficiis tuis collatis & conferendũ co
piosissima retributio. Quod enim gessisti in carne passibili, nihil tibi profuit ad satisfactionis meri-
tum, nihil ad beatitudinis cumulum militauit. Non enim quod deberes habuisti, neque supra id quod
Esaiæ.53 eras, ascendere potuisti. Proinde liuores & dolores tui nostra sunt merita (nam vulneratus es pro-
pter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra, & liuore tuo sanati sumus) profectus tuus no
stri est causa. ¶ (24) AETERNA fac cũ sanctis tuis gloria munerari] fac nos de pelago ad littus,
de exilio ad patriam, de carcere ad palatiũ peruenire: optata iam requie perfruentes, vt videamus te
Deut.18 deum nostrũ, qui nos ad te fecisti, qui saluasti & glorificasti nos. Tu es hæreditas nostra, possessio fe-
licitatis nostræ, qui promisisti nobis à labore requiem, à seruitute libertatẽ, à timore securitatẽ, à mœ
rore consolationẽ, à morte resurrectionẽ, & in resurrectione plenum & indeficiens gaudiũ: cuius cur
sus est sine termino, vsus sine fastidio, & sub antiquis perpetuisque gaudiis semper noua iucunditas,
& sine amittendi timore cõtinua felicitas. O gaudium super gaudiũ, gaudiũ vincens omne gaudium, H
videre tot sanctos innumeros, singulos super solis fulgorẽ lucentes: videre te deũ nostrum, te habe-
re inæternũ & vltra in præmiũ, immortalitate vestiri, & de te pane vino æternaliter saturari. O qua-
lis hæc cœlestiũ regnorum voluptas, sine timore moriendi, & cum æternitate viuendi. O quàm sum-
ma & perpetua felicitas: ibi enim est actio non operosa, requies non desidiosa, & sine defectione at-
que fastidio laus tua sempiterna: & vt vna dicam, ibi erit cumulus felicitatis, lætitia sempiterna, coro-
na decoris, brauiũ felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, & supereminẽs gloria. Vna erit o-
Esaiæ.32 mnium lingua, iubilatio indefessa, vnus affectus, & amor æternus. Tunc patebit tua veritas, implebit
omnia charitas, eritque integra corporis & animæ sanitas: vnum cum angelis & beatis omnibus gau
dium nobis, vnũ conuiuium, colloquiũ vnum. Non languebit amor, nec liquefiet dilectio præsenti-
bus omnibus bonis: nec vlla erit vltra dilationis afflictio, beatifica siquidẽ diuinæ maiestatis tuæ præ-
sentia omnibus erit omnia. Eritque communis omnium potentia sapientia pax iustitia & intelligen-
tia. O quomodo tunc deliciis affluemus in illa diuinæ claritatis tuæ stupenda cognitione. O quomo-
do mirabimur in nostri ipsius delitiosa cõsideratione, angelis iam ipsis similes effecti: quomodo di-
Psal.83. tabimur in omnium creaturarum perfecta speculatione. O quàm digne dictũ est, domine deus meus

A de te, Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Quæ enim lingua dicere, vel quis intellectus suffi- Psal. 83.
cit capere illa supernæ ciuitatis tuæ quanta sint gaudia: angelorum tuorum choris interesse, cum bea
tissimis illis spiritibus gloriæ maiestatis tuæ assistere, præsentem vultum tuum cernere, te incircum-
scriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, munere incorruptionis perpetuæ lætari? ¶ (25)
SALVVM fac populum tuum domine] qui abundantia pietatis tuæ merita supplicũ excedis & vo Psal. 27
ta (in quo solo est tota salus, vita & resurrectio nostra, per quem saluati & liberati sumus) cõseruan
do famulos tuos & gubernando quos sanguine proprio mercatus es [ET benedic hereditati tuæ] mi Ephes. 1.
sericorditer à peccato commisso, à carnis fragilitate & sensualitatis corruptione: à pœnaque pro cul-
pis commissis debita eam liberando, atque contra mundum, carnem, & diabolum roborando.
¶ (26) ET rege eos & extolle illos vsque inæternum] cor nostrum dilatando, appetitũ expanden-
do, mentis sinum distendendo, habitaculum cordis nostri amplificando, animam nostrã supra omnia
caduca, terrena, vana ac materialia eleuando, vltra cuncta creata consurgere faciendo; quatenus vsq;
ad te dominum totius maiestatis volare, ac peruenire valeamus: tibi vniri, in te transformari, tibi in-
dissolubiliter immediate ac intime colligari, vt tu solus mentes nostras inhabites, teneas, possideas;
tuæque sanctissimæ voluntati per omnia conformes. ¶ (27) PER singulos dies benedicimus te] ex
consideratione eximiæ immensæque virtutis & charitatis tuæ, qua hominem à casu redemisti: ange-
B lorum numerum ex hominibus redintegrasti, angelorúmque ruinas sine mansiones reparari atq; re-
pleri ex nobis ordinasti, & vt angeli prædictæ reparationis quodammodo ministri forent, eos ad sin
gulorum hominum custodiam deputasti. ¶ (28) ET laudamus nomen tuum in seculum & in secu- Hebr. 1.
lum seculi] de te, & in te solo cordialem complacentiam habendo, de immensa perfectione incompa
rabilique excellentia tua intime exultando, superinfinitæ beatitudini tuæ mentaliter congaudendo,
volentes, fauentes, appetentésque te ens esse simplicissimum, actualissimum, in omni bonitate, felici-
tate & gloria, infinite perfectum ac perfecte infinitum: omnémque sapientiam, omnipotentiam, opu
lentiam, virtutem, pacem, gaudium (& quicquid perfectionis de eo superius descripsimus) cum im-
mensa plenitudine tibi soli inesse atque competere: omnem quoque honorem, adorationem, gratiarũ
actionem & gloriam tibi exhiberi: zelo te honorandi in omnibus vehementer feruentes, nosipsos cul
tui tuo ex toto mancipantes, propriam voluntatem nostram diuino beneplacito tuo conformantes,
amore tibi libentissime agentes, patientésq; quicqd pro tuo honore est, tibiq; placuerit, atq; pro pos-
se euitantes impedientésque quod displicere tibi posset. Istud est vere dominum deum nostrum lau-
dare. Quapropter studeat vnusquisque has semper in se virtutes possidere: non enim speciosa laus in Eccles. 15
ore peccatoris esse potest. Ideoque. ¶ (29) DIGNARE domine die isto sine peccato nos custodi- Psalm. 30
re] Nam sensus & cogitatio hominum (vt tibi optime cognitum est, qui agnoscis figmentum nostrũ) Psalm. 55
C ab adolescentia sua ad malũ prona sunt. Propter primorum enim parentũ præuaricationem, religati
in huius vastitatem exilii, in innumeros corporis & animæ languores necessitatésq; quàm plurimas
incidimus. Insuper & aliam patimur legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, ca-
ptiuantem nos in legem peccati: sicque miseri propriis iam meritis exigentibus, heu nobisipsis con-
trarii sumus, & à te domino deo nostro auersi, ea quæ nolumus facientes. Sed ne semper proficiamus Gene. 8
in deterius atque in nihilum redigamur, aboleatúrq; funditus diuina imago tua, qua in nostra fuera- Psal. 102.
mus insigniti origine. ¶ (30) MISERERE nostri domine] culpas & commissa peccata dimitten- Genes. 3.
do [MISERERE nostri] præueniendo, subueniendo & subsequendo seu conseruando, ne iterum in Roma. 7.
alia incidamus peccata. Nam tu solus es, qui omnipotentiam tuam parcendo & miserendo maxime
manifestas: proprium enim tibi est misereri semper & parcere ob fœcunditatẽ infinitæ bonitatis tuæ,
nequeuntis se in se continere. Eia ergo miserere nostri, pœnas in purgatorio debitas plene remitten-
do, misericordiámque tuam largiendo. Ergo. ¶ (31) FIAT misericordia tua domine super nos] Psalm. 33
educendo nos de carcere isto, deque corpore mortis huius liberando, vt confiteamur nomini sancto Psal. 105
tuo, & per similitudinem gloriæ tuæ nos tibi assimilando, quatenus te fruentes, te videntes, te possi- 1. Cor. 3
dentes, & sicuti à te cogniti sumus te vicissim cognoscẽtes, te perfecte, atque purissime diligamus, te Psalm. 4.
amplius non offendamus, te fruendo in te solo requiescamus, perpetuóq; cum omnibus sanctis te syn
D cerissime laudemus & glorificemus inæternum [QVEMADMODVM sperauimus in te] vt in vero Ephes. 5.
capite nostro, qui pro saluandis membris incarnari, nasci, paupertate & labore affici, persequi, contu Psal, 20
melias & opprobria pati, flagellari, coronari, crucifigi, mortémq; tandem ignominiosissimam subire
dignatus es: quatenus perfectæ dilectionis sublimitas fulgeret in te: vt in eo qui solus perfectæ amici-
tiæ ac inuiolabilis charitatis iura seruasset, quæ amantium cordis penetralia replerent. Cum enim di- Iohan. 13
lexisses tuos qui erant in mundo, in finem dilexisti eos: excellentiorem quippe in fine vitæ tuæ dile-
ctionem erga nos exhibuisti, quàm in primordio egeris, vt in cordibus nostris arctius infixa maneret.
Quod enim ex corporali actione deerat, ex immensitate operis in fine tuo suppleuisti. Talia quippe Esaiæ. 53
tunc gessisti, quæ mortalium omniũ sibi valeant vendicare affectum. Tunc enim amore nostri deri- Psal. 68
sus, cõsputus, colaphis & alapis cæsus es: vulneratus propter iniquitates nostras, attritus propter sce Esaiæ. 53
lera nostra (soluens quæ ipse nõ rapueras) liuore & dolore tuo nos sanasti, & precioso sanguine tuo
ex infinita charitate pro nobis effuso, nos ab æterno interitu redemisti, cælestisque regni participes
hæredes dei patris & cohæredes tuos fecisti, ergo. ¶ (32) IN te domine speraui] non in meritis Roma. 8.
propriis, sed in profundis vulneribus tuis, in quibus mihi est tuta & firma requies, securus illic habi- Psalm. 30
to: patent enim mihi per ea misericordiæ tuæ viscera, in quibus visitasti nos oriens ex alto. Vulnera
nanque tua plena sunt misericordia, plena pietate, plena omni dulcedine. Foderunt manus tuas do- Lucæ. 1.

Psal.21. mine & pedes tuos,& latus tuum lancea perforauerunt. Per has rimas licet mihi gustare quàm sua- E
Mat.17. uis sis domine deus meus:quoniam plane suauis es & mitis, multæque misericordiæ, omnibus te in-
Psal. 33. uocantibus in veritate:omnibus inquirentibus & maxime te diligentibus.Copiosissima mihi data est
Psal.85. redemptio in sanguinolentis vulneribus tuis, magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ,perfe-
ctio virtutum:& ideo [NON confundar inæternum] Scio enim cui credidi, quia in charitate nimia
2.Tim.1 adoptatus sum à te in filium,qui verax es in promissis,& in exhibitione omnipotens: licétque tibi fa
Psal.85 cere quod vis.Terreri peccatorum meorum multitudine non possum,si mors tua amarissima amore
mei perpessa venerit in mentem:peccata siquidem mea vincere illam non possunt. Claui & lancea
Mat. 27. clamant mihi quod vere reconciliatus sum tibi:modo te redamauero. Extendisti brachia tua in cru-
1.Tim.1. ce,manus tuas expandisti:paratus in amplexus peccatorũ,quorũ primus ego sum: nec tamen despe-
Psal.8.9. ro,sed inter brachia tua viuere volo,& mori cupio.Ibi securus decãtabo, Exaltabo te domine, quo-
niam suscepisti me,nec delectasti inimicos meos super me. Quoniamquidẽ sicuti bonitas tua(de qua
superius multa sunt dicta) infinita est & superplenissima:ita dulcedo, liberalitas atque clementia tua
prorsus est illimitata,ineffabilis,inexcogitabilis:omnem malitiam nostram indigentiam miseriámque
in infinitum & incomparabiliter vtique amplius quàm vniuersa pelagi aqua minimam guttam , aut
moles cælestis orbis minimum granum excedens ac superans . Quemadmodum enim natura tua est
Ezech.18 bonitas,sic proprietas tua est pietas.Tibi nãque proprium misereri ac parcere,largiri,subuenire,gra F
Roma. 5. tiam & salutem conferre:tam infinita nanque & incomprehensibilis est misericordia tua,quod omni
peccatori quantumcunque iniquo omnia sua dimittis peccata, mox vt ingemuerit ex vera pœniten-
tia,faciens abundare gratiam , vbi abundauerát delictum . Non ergo vitiorum meorum enormitate
desperabo,per hoc enim diuinæ misericordię tuæ maximã irrogare iniuriam,teq; increatam veritatẽ
vehementissime inhonorarem , quasi minor esset bonitas atq; clemẽtia tua(quæ omnibus quantum-
cunque iniquis veraciter tamen pœnitentibus veniam spopondit & gratiam) quàm iniquitas mea:
Psal.45 sed in abyssum diuinæ misericordiæ respirabo:donec fluminis impetus lætificet me , inebriérque
Psa.35. ab vbertate bonorum gloriæ tuæ,& plenissime indeficientérq; poter torrente deificæ volupta
tis tuæ:æternam illam fontanam , & primam summæ diuinitatis tuæ veritatem indefesse
Iohan.1. delectabilissiméque intuendo inæternum : quando scilicet , iuxta promissum tuum ,
ero idipsum per gratiam tuam, quod ipse es per naturam:vt sicuti ipse beatus es,
teipsum per propriam essentiam tanquam per intelligibilem speciem contem
plando atque teipso in teipso immediate fruendo , & à tua superplenissi-
ma perfectione nullatenus deficiẽdo:ita & ego beatus sim te per tuam
essentiam mihi loco intelligibilis formæ vnitam cernendo,tuáque
bonitate in seipsa suauissime perfruendo,ab amplexu tui nus- G
quam in sempiternum cessando . Hoc mihi benignissi-
me Iesu pro tua pietate digneris præstare,qui cum
patre & spiritu sancto viuis & regnas deus
gloriosus,sublimis & benedictus in
secula,Amen.

D.Dion.Carthusiani commentariorum in Cantica aliquot ex veteris nouique instrumenti libris desumpta Finis.



PARISIIS,

EXCVDEBAT IOHANNES LODOYCVS TILETANVS.

M. D. XXXIX.